16920

NAZIONALE
8
30 N
11 H
VITT. EMANUELE
ROMA

R.P.D.FR. JOANNIS
D A
SYLVEIRA
OPUSCULA
VARIA.

Digitized by Google

R.P.D.FR. JOANNIS DA SYLVEIRA OLYSSIPONENSIS,

CARMELITÆ

REGULARIS OBSERVANTIÆ,
Sacræ THEOLOGIÆ *Primarij Lectoris Jubilati.*

OPUSCULA VARIA.

TRIPLICI INDICE ILLUSTRATA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

LUGDUNI,
Sumptib. ANISSONIORUM, JOANNIS POSUEL, & CLAUDIJ RIGAUD.

M. DC. LXXXVII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

SUPREMÆ REGINÆ

CARMELI DEI GENITRICI

VIRGINI MARIÆ

DICO EGO OPERA MEA.

VARIA ſuntnominâ, ut obſervat D. Methodius,quibus ab hominibus appellaris, Lib.1.de Virg.
ô Sanctiſſima Virgo, ut tuæ atributales clementiæ erga nos denotentur; hinc acclamaris Virgo pietatis, Miſericordiæ, Auxilii, Mercedis, ac Redemptionis, & ſimilium;at quod Regina Carmeli dicaris,tibi nomen à tuo Divino Sponſo Spiritu ſancto inditum eſt;*Datus eſt ei decor Carmeli.*Et iterum in Canticis Cantico- Iſai.35.n.2
rum, *Caput tuum ut Carmelus*; nam ut ait Theodoretus ibi, Cantic.7. n.5.
Sicut Carmelus ſuo capite eminet ſuper cæteros Judææ montes, Theodor.
ſic Sanctiſſima Virgo capite omnium virtutum extollitur, ac ſublimatur, ſuper cæteras omnes puras creaturas; Nam inter eas, ut ait Andræas Cretenſis; *Ipſa eſt ſupremum Dei opificium, ac miraculum ejus maximum.* Vel ut iterum dicam, *Caput* Hom 1.de Aſſumpt.
tuum ut Carmelus, ut explanat D. Gregorius Nyſſenus: *In Carmelo quippe Elias orans obtinuit pluviam; & nos in Carmelo orantes pluviam impetramus.* Cum nos Virgo Sanctiſſima, per te, veluti per verum Carmelum oramus, ſtatim gratiarum rore à filio tuo Jeſu perfundimur, pia enim ejus voluntas veluti per manus tuas diſpenſatur: de te cantat divinus Spiritus. *Qui me invenerit inveniet vitam, & hauriet* Prov.8. n.35.
ſalutem à Domino. Vatablus legit, *hauriet voluntatem à Domino.* Vatabl.
Tu ergo Sacratiſſima Deipara, ſupremum Dei opus, tua ſolita benignitate, irriga, fœcunda hæc noſtra parva, & exigua Opuſcula, ut ſi ex noſtro ſunt vacua & infœcunda,ex tua cœleſti aura repleantur, & abundent, ut proficiant ad

obſequium filij tui; cùm qualiacumque hæc Opuſcula ſint, te ut finem reſpiciant.

Serm. 1. ſuper Salve. In primo ſermo eſt de Sacra Scriptura, quæ ad te maximè ſpectat, ut ait D. Bernard. dicens: *Breviter concludam: De hac*, ſcilicet de te Deipara, *& ob hanc, & propter hanc tota Scriptura facta eſt.*

Lib. 2. de Virg. In ſecundo diſſeritur de his, quæ pertinent ad mores, quorum tu Doctrix, & illuminatrix es, ut ait D. Ambroſius: *In te tanquam in exemplari magiſteria expreſſa eſt probitatis.*

Tertium magni Parentis Eliæ prærogativas ediſſerit, quarum hæc maxima jure cenſetur. Quod te, ſplendidiſſimum orbi ſidus, naſcituram, & ſpiritu prævidit & ore prænuntiavit.

Quartum denique ſingulari titulo totum eſt tuum, ut quod aliud nihil, quàm te immaculatam, & ab originali labe prorsùs immunem eſſe, ex Prophetarum, Apoſtolorum, & Patrum, ipſius denique univerſalis Eccleſiæ conſenſu declarat. De laud. Mariæ. Concludam cum verbis Doctiſſimi Idiotæ. *Ad te confugimus ſuprema Regina, ut tua celſitudine, meam tenuitatem valeas obumbrare: tua ſapientia meam ruditatem expolire, tua potentia meos defectus protegere, ac defendere.*

Cenſura

Cenſura R. P. Fr. Gregorij à Ieſu in Sacra Theologia Doctoris Conimbricenſis, ac Magiſtri jubilati, olim Carmeli Olyſſiponenſis Prioris, nunc Diffinitoris primi.

POLIGANA ſuis in Evangelia,& Apocalypſim Commentariis Sylveira noſter meritiſſimam ſequitur fortunam, ut plus fortunet orbem optatis jamdiu Opuſculis ſuis. *Opuſcula varia*, inſcribitur liber,ut varietate delectet,quin diminutivum tituli devenuſter opus, cum nil ſcribat Sylveira,quod non ſit magnum, & uſque in minimo ſit ſcriptor Maximus, propterea tria continet Opuſcula, & in his omnia : nam juxta Ariſtotelem *l. 1. de cœlo cap.* 1. Tria ſunt omnia, & ut aiunt Pythagorei ipſum omne, & omnia tribus ſunt determinata : Galli etiam per *tres* ſuperlativum ſignificant, & maximum in ſuo genere, *ut tres bon*,id eſt optimus,*tres ſage*,id eſt Sapientiſſimus,*tres riche*,id eſt, ditiſſimus ; Cum ergo volumen hoc tribus componatur Opuſculis,Trinitate hac ſplendet Sylveira ſemper idem ſcriptor Oprimus Ditiſſimus,ac Sapientiſſimus.Certè tempore hoc ſi Paſtor Damœtas exiſteret,non diceret,Menaleæ,ut quod difficile ſciendi illud Virgilij.Ecloga 5.

Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
Tres, pateas cœli ſpatium, non amplius, ulnas ?

Nam ad explorandũ tale miraculũ,in hoc Volumine non amplius quàm tria patent nobis ſpatia cæli,quin opus ſit nobis artis Apollineæ, plus enim quàm Apollo eſt nobis Sylveira.

In primo agit de Sacra Scriptura, de qua agit,& ſcribit ita ſacre,ac celeberrimè, ut de illo moduletur alter.

Percelebrem faciet plus te Scriptura per orbem,
Nam Scriptor Sacra plus celebrandus erit.

In ſecundo mores cõponit ſuis Reſolutionibus ita cœleſtè,ut legens illum ad morũ compoſitionem raptus ſit uſque ad tertium cœlum reſolutionum : & ſi tertium cœlum eſt ſedes Beatorum.Sylveira ita facit,& ſcribit,ut potiori jure de illo poſſit decantari illud I.Ouveni. *l. 2. Epig. 21.*

Qui ſcribenda facit, ſcribitve legenda, beatus
Ille; beatior es tu, quòd utrumque facis,
Digna legi ſcribis, facis & digniſſima ſcribi :
Scripta probant doctum te tua : facta probum.

In tertio ſunt Magnalia Parentis Noſtri Eliæ,quæ ſi apptimè callere cupias,Sylveira Noſter Scopum veritatis collimat,utque dixit Virgilius *l. 1. Georgicorum*, ille ut

Sol tibi ſigna dabit, Solem quis dicere falſum,
Audeat ;
Et Solem nulla ſagitta ferit.

Vt cecinit alius ingenioſus Vates.Et hæc eſt Opuſculorum Trias olim ab Auctore promiſſa.

Acceſſit in Coronidem Opuſculum quartum, Deiparæ Virginis Conceptionem Immaculatam elucidans, & quam maximè totum Volumen exornans.

Hoc meum judicium,ut prælo mandetur ad Gloriam Carmeli, & omnium commodum hoc Volumen. In Carmelo Olyſſiponenſis 29. Auguſti 1673.

FR. GREGORIOS A IESU

Cenſura Mag. Fr. Thomæ à conceptione.

IN publicũ orbis Theatrum ad publicam Sacrarum Litterarum Profeſſorum utilitatem prodit jam deſideratus ille liber, jamdiu à R.admodũ P.M.Fr.Ioanne da Sylveira in ſuo primo Tomo Commentariorũ Sacræ Scripturæ promiſſus. Hunc ex Commiſſione Superiorum legi, perlegi:habet pro titulo (Opuſcula varia) Tam grandis ingenij ubertas uno neſcit ſpatiari campo;quadruplici Opuſculo hunc abſolvit Tomum : In primo Præludium ad S. Scripturam exponit ; In ſecundo Conſultationes Morales reſolvit; In tertio præclaras magni Parentis Eliæ præeminentias elucidat ; In quarto demum, eruditè non minus quam piè more ſuo, Deiparæ Virginis Conceptionem immaculatam aſſerit. Omnibus ſcripſit ut de plenitudine ejus accipiant univerſi : & ut illi concinne adaptetur Solis titulus, octo non contentus libris quos ſcripſerat hunc novum in lucem profert, ſed quis comprimet, aut contineat Solis radios ; qualis ex iſtis præſtantior liber ſi interrogetur ? Legat mundus, & judicet.Nam mihi aut dubia de primatu victoria, aut in hoc levavit ſe ſupra ſe.In toto igitur hoc Volumine relucent indefeſſa ſtudij diligentia, aptiſſima, & compta ſtyli fœlicitas, ſummàque doctrinæ præſtantia : utinam è prælo jam exierit, ne tantus honor Carmelo, utilitáſque Scripturæ & Theologiæ Profeſſoribus differatur ; ſed interim hoc unum dicam Noſtro Sylveira quod celeberrimi alterius Scriptoris effigie fuit decantatum.

Quis tua deſcripſit pictor temerarius ora ?
Te, præter te unum, pingere nemo poteſt.

Hoc meum judicium pro Libro, & pro Authore. In Carmelo Olyſſip. die 17. Auguſti 1673

Magiſter. Fr. THOMAS A CONCEPTIONE.

Digitized by Google

Facultas R. P. Commiſſarij Generalis.

FRATER Joſeph de Lancaſtro in Sacra Theologia Magiſter, ac Commiſſarius Generalis Ordinis Beatæ Virginis de MonteCarmelo Regularis Obſervantiæ in his Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, &c. ex Commiſſione R. P. Fr. Matthæ de Orlando noſtri Ordinis Prioris Generalis, facultatem quàm libenter concedimus R.admodum P. Doct. Fr. Ioanni da Sylveira in Sacra Theologia Magiſtro Anteſignano, ac hujus Luſitaniæ Provinciæ Definitori perpetuo, ut poſſit typis mandare librum, cui titulus eſt: *Opuſcula Varia*: non minori felicitate, ac cæteri Tomi à ſe elucubratum, uti Religionis noſtræ Doctores, quorum judicio examinandum commiſimus, illum prælo dignum exiſtimantes retulere. Datum in hoc Carmelo Olyſſiponenſi die 29. Auguſti 1673.

FR. IOSEPHUS DE LANCASTRO Commiſſ. Generalis.

Summa Privilegij Regis Chriſtianiſſimi.

CAutum eſt authoritate Regis, ne quis in regno ſuo, aliiſque locis ſuæ ditioni ſubjectis intra viginti proximos annos Opera *R. P. D. Fr. Ioannis da Sylveira Vlyſſiponenſis Carmelitæ Regularis Obſervantiæ*, &c. *Necnon Opuſcula varia* abſque LAURENTII ANISON Bibliopolæ Lugdunenſis permiſſu, imprimat, aut divendat, à die publicationis cujuſque Voluminis, qui ſecus fecerit, mulctâ indictâ damnabitur, prout fuſius in Diplomate Regio continetur. Datum S. Germ. in Laya die 14. Septembris 1662.

De Mandato Regis.

Signatum, MABOUL.

Deſiit prælum primæ editionis Opuſculorum die 9. Decembris 1674.

SYNOPSIS OPUSCULORUM.

PRIMUM.

PRæludium eſt ac inſtructio ad Sacram Scripturam. Agitur in eo, quid ſit Sacra Scriptura, & quid ad ejus veram intelligentiam, ac explicationem requiratur, cum Catalogo illius librorum, qui extant, ac etiam illorum qui perierunt, ac non extant, ac etiam de Auctoribus ipſorum librorum, & verſionum, ac de auctoritate lectionis noſtræ vulgatæ, & an Deus aliquid immediatè per ſeipſum ſcripſerit, necnon de excellentia legis gratiæ ſuper veterem.

SECUNDUM.

Variis reſolutionibus agit de cuſtodia Sacræ Euchariſtiæ, de approbatione Confeſſariorum, ac etiam de beatificatione, ac canonizatione Sanctorum, ac de approbatione miraculorum, & diſtinctione illorum ab his, quæ non ſunt vera miracula. Agitur etiam de altari ab celebrandum, de diſpenſationibus de Tertiariis, de proceſſionibus, de ſepulturis, & his qui ab illis ſunt privandi, ac de multis aliis ad varias materias ſpectantibus.

TERTIUM.

Agit de præclara magni Parentis Eliæ præeminentia, de illius meritis, virtutibus, donis & prærogativis, à quo Carmelitæ habent hæreditariam ſucceſſionem in ſtatu Religioſo, cum tribus votis, cum duplici decreto ſupremi Senatus Sanctæ Inquiſitionis, de hac re maximè cuſſa & examinata, & etiam de confirmatione Religionis.

QUARTUM.

Immaculatam puriſſimæ Mariæ Virginis Deiparæ Conceptionem ediſſerit. Oſtenditur in eo quod fuerit concepta, abſque ulla labe peccati originalis, ac per illud myſterium abundantiſſimè reſplendeſcere omnia quæ ad fidei definitionem requiruntur.

SERIES

SERIES OPUSCULORUM, RESOLVTIONVM, ac Quæſtionum.

OPVSCVLVM I.

Præludium ad S.Scripturam.

DE libris Canonicis, eorum ſenſibus Auctoribus, ac verſionibus; in quibus omnibus inſigniter ſupereminet Evangelica doctrina.

QUÆST. I. Quid ſit Scriptura Sacra & quibus nominibus dicatur, ac ſignificetur. p. 1.

II. Qui libri ſint Canonici. p. 3.

Diviſio Canonis librorum Sacrorum.

Canon antiquum veteris legis.

Canon Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ.

III. Vtrum omnes libri Sacri, veteris teſtamenti perierint, & ab Eſdra fuerint recuperati p. 6

IV. An aliqui libri Sacri fuerint antiquitus qui perierint, & modo non extent. p 8

V. Quare Deus voluit, ſeu permiſit prædictos libros perire. p. 10

VI. Vtrum Spiritus ſanctus Scriptori Canonico non ſolum ſenſum, ſed etiam verba eorumque ordinem dictaverit. p 11

VII. An ut aliqua Scriptura ſit, & dicatur divina ſufficiat, quod poſtquam illa eſt ſcripta humano ſpiritu Deus illam approbet. p. 13

VIII. De cognitione Prophetica varia dubia reſolvuntur. p. 15

Varij modi quibus objecta Prophetiæ proponuntur.

In quo Prophetia differat, & conveniat cum fide.

De cognitione Prophetica.

IX. Sacra Scriptura valdè difficilis, & clauſa. p. 18.

X. Quare divinus Spiritus diſpoſuit Sacras Scripturas eſſe adeo abditas, & obſcuras p 19.

RESOLUTIO. II.

De ſenſibus Sacræ Scripturæ.

QUÆST. I. AN ſenſus Sacræ Scripturæ adæquatè dividantur pe quatuor, litteralem, allegoricum, moralem; & anagogicum, & an omnes intenti ab Spiritu ſancto. p. 20.

II. Explicatur ſenſus litteralis, & multa, quæ ad ipſum pertinent. p. 21

Diffinitio ſenſus litteralis.

Diviſio ſenſus litteralis.

An ſub eiſdem verbis Sacræ Scripturæ multiplex ſit ſenſus litteralis;

An vero aliquando ſenſus litteralis proprius ſimul cum litterali, metaphorico ſub eadem litteræ reperiatur,

Ex qua ratione multiplex litteralis ſenſus provenit.

III. Quando idem locus videatur habere duos ſenſus contrarios, & incompoſſibiles quomodo exponendus p. 26

IV. De ſenſu myſtico ſpirituali accommodatitio, ac figuratis locutionibus. ibid.

V. De figuratis locutionibus, ac figuris imaginariis Prophetarum. p. 29

RESOLUTIO. III.

De Auctoribus Canonicis S. Scripturæ.

QUÆST. I. AN Deus ſupremus Scripturæ Auctor, an etiam per ſe immediatè aliquid ſcripſerit. p. 30

II. Scriptores Canonici locuti ſunt Spiritu ſancto inſpirante, & agitur, an Chriſtus Dominus, & B. Virgo aliquid ſcripſerint. p. 32

III. De litterarum inventione, ac uſu ſcribendi p. 34

IV. Moyſes ſcripſit Pentateucum. p. 35

V. Quiſnam ſit Scriptor libri Ioſue. p. 37

VI. Quis Scriptor libri Iudicum. p. 38

Series Reſolutionum,

VII. Scriptor libri Ruth. p. 39
VIII. Quiſnam ſit ſcriptor librorum Regum? p. 40.
IX. Quis Paralipomenorum Author? p. 4
X. De libris Eſdra & Nehemia. ibid.
XI. De Tobia libro. p. 42
XII. De libro Iudith. p. 44
XIII. De libro Eſther. p. 45.
XIV. De Auctore libri Iob. p. 46
XV. An ſolus David ſit Auctor Pſalmorum vel etiam alij? p. 48
XVI. Quis ſit Auctor Proverbiorum? p. 50
XVII. Quiſnam ſit Auctor, qui dicitur Eccleſiaſtes? p. 51
XVIII. Quis ſit libri canticorum Auctor? p. 52
XIX. Quis ſit Auctor libri ſapientia? p. 54
XX. Quis ſit auctor libri Eccleſiaſtici? p. 56.
XXI. De Threnis Ieremia, ac ejus præfatiuncula, an ſit Canonica ſcriptura? p. 57
XXII. De quatuor Prophetis majoribus cum Baruch. p. 60
XXIII. Quiſnam Auctor Prophetarum minorum ſit? p. 62
XXIV. Quis eſt Auctor librorum Machabæorum? p. 64.

Resolutio IV.

De variis verſionibus, ac lectionibus ſacræ ſcripturæ, ac earum Auctoribus.

Quæst. I. De editione, ſeu tranſlatione ſeptuaginta duorum interpretum. p. 65
II. An Textus Hebraicus etiam nunc poſt D. Hieronymum ſit Authenticus. p. 69.
III. Referuntur verſiones ex Textu Hebræo in græcum. p. 71
IV. Quæ fides, & auctoritas ſupradictis tranſlationibus, ac editionibus adhibenda ſit. p. 73
V. De Samaritana lectione ibid.
VI. De verſione Chaldaica, quæ dicitur Targum, ac ejus origine. p. 74
VII. De editione Syriaca, ac Arabica. p. 75
VIII. Da Tranſlatione Perſica, & Æthiopia. p. 76
IX. De aliquibus verſionibus Latinis modernis ex Hebræo, & Græco. ibid.
X. De Illuſtriſſima Tranſlatione Latina ex ſacra ſcriptura. p. 78.
XI. Quanta ſit auctoritas noſtræ vulgatæ poſt Concilium Tridentinum, ac decreta ſummorum Pontificum. p. 80
XII. An expediens, & licita ſit Bibliorum Tranſlatio in quacumque lingua vulgari, & materna. p. 82

Resolutio V.

De præſtantia, ac excellentia legis gratiæ ac ejus Canonicis ſcriptoribus.

Quæst. I. Quanta ſit celſitudo, ac præeminentia legis gratiæ ſuper veterem. p. 84.
II. Quid, & quotuplex ſit Evangelium, & quanta ejus excellentia? p. 89
III. Quare Evangelium non fuit ſcriptum ad majorem utilitatem fidelium? p. 91
IV. De ſancto Matthæo Apoſtolo, ac Evangeliſta. p. 92
V. De ſancto Marco Evangeliſta, ac ejus Evangelio. p. 93
VI. De ſancti Lucæ Evangelio. p. 95
VII. De ſancti Ioannis Evangeliſtæ, & Apoſtoli Evangelio. p. 97
VIII. De actibus Apoſtolorum. p. 99
IX. Quare ſacri Apoſtoli in ſuis ſcriptis tradendis non alio nomine utuntur niſi Epiſtolarum. p. 101.
X. Quare Deus diſpoſuit, ut D. Paulus plures Epiſtolas ſcriberet quam cæteri Apoſtoli? p. 102
XI. De Epiſtolis Canonicis D. Pauli agitur de illa, quæ eſt ad Hebræos. p. 103
XII. De numero, ac ordine Epiſtolarum D. Pauli. p. 105
XIII. Qua lingua, ſeu idiomate Paulus Apoſtolus ſcripſit ſuas epiſtolas? p. 106
XIV. Vtrum præter has quatuordecim epiſtolas Pauli ſint aliæ, ad Senecam, Laodicenſis, ac alios. p. 107
XV. Quare epiſtola D. Iacobi, Petri, & Ioannis, ac Iudæ, dicuntur Canonicæ, ſeu Catholicæ. p. 119.
XVI. De epiſtola B. Iacobi Apoſtoli. p. 110
XVII. De epiſtolis D. Petri Apoſtoli. p. 112
XVIII. De epiſtolis B. Ioannis Apoſtoli, p. 114.
XIX. De Epiſtola B. Iudæ Apoſtoli. p. 116
XIX. De libro Apocalipſis Ioannis Apoſtoli. p 118
XXI. De variis verſionibus, ſeu tranſlationibus novi Teſtamenti. p. 119

OPUSCULUM II.

Resolutio I.

De Abbatis.

Quæst. I. Quid ſignificet nomen Abbas, & quid in eo denotatur? p. 121
II. Abbates in multiplici ſunt differentia. ibid.
III. An benedictio ſit neceſſaria Abbatibus, ut ſuum munus exequantur; p. 122
IV. Abbates aliquando veniunt nomine Monachi, ſeu Religioſi, ac etiam nomine ordinarij. ibid.
V. Abbates Regulares uti poſſunt inſignibus Pontificalibus, & quænam hæc ſunt. p. 123.
VI. In quibus locis Abbates poſſunt uti ſignis Pontificalibus. ibid.
VII. An Abbates habentes epiſcopalem Iuriſdictionem poſſint omnia in ſuo territorio, quæ Epiſcopi poſſunt. p. 124
VIII. An Abbates regulares poſſint ſuis ſubditis conferre primam tonſuram, ac minores ordines, cum eiſque in interſtitiis diſpenſare. ibid.
IX. An Abbates primam tonſuram, ac minores ordines poſſint ſuis novitiis conferre. p. 125
X. An Abbates poſſint conferre ordines minores ſibi non ſubditis. ibid.

IX. Si

X I. *Si aliquis ſæcularis, vel regularis alienæ Religionis ſit in minoribus ordinatus ab aliquo Abbate, an tales ordines non ſolum ſint illiciti, ſed etiam invalidi?* p. 126
X I I. *An hodie Abbates poſſint conferre majores ordines Diaconatus, & ſubdiaconatus?* ibid.
X I I I. *An abbates poſſint miniſtrare Sacramentum confirmationis?* p. 127
X I V. *Vtrum Abbates aſſumi poſſint in Clericorum degradatione?* ibid.
X V. *An abbates vocandi ſint ad concilium generale, vel provinciale, in eoque habeant votum deciſivum?* ibid.

Resolutio. II.

De Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa.

Quæst. I. A*bbatiſſæ nomine monialis non venit in odioſis, & maxime vero in favorabilibus,* ibid.
I I. *De ætate annorum, ac profeſſione Abbatiſſæ eligendæ juxta Tridentinum.* ibid.
I I I. *Vtrum anni requiſiti à Concilio ad eligendam Abbatiſſam ſint completi, vel ſufficiant incæpti?* ibid
I V. *An duæ conditiones annorum requiſitæ à Concilio ſint ſubſtantiales* idid.
V. *Circa ætatis annos requiſitos, à Concilio à electionem Abbatiſſæ, tres caſus proponuntur, ac reſolvuntur.* p. 129
V I. *Monialis non habens quadraginta annos poterit eligi in vicariam in capite.* ibid.
V I I. *Ex quonam tempore Abbatiſſa electa debeat inchoare uſum ſuæ poteſtatis? agiturque de ejus confirmatione.* ibid.
V I I I. *Vtrum Monialis illegitima poſſit eligi in Abbatiſſam, vel Prioriſſam abſque diſpenſatione Apoſtolica?* p. 130
I X. *An monialis bigama poſſit eligi in Abbatiſſam, abſque Apoſtolica diſpenſatione?* ibid.
X. *An Monialis ex maculoſo genere orta poſſit eligi in Abbatiſſam ſine diſpenſatione?* p. 135
XI. *An fœmina infamis poſſit eligi ad religionis Prælationes.* ibid.
X I I. *An, Monialis, quæ fuit in ſæculo vidua, poſſit eligi in Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam abſque diſpenſatione Apoſtolica?* ibid.
X I I I. *An Prioriſſa, vel Abbatiſſa finito ſuo tempore poſſit iterum immediatè eligi vel ejus foror?* p. 132
X I V. *Qualiter ſe debeant habere prælatus, & ſcrutatores in electione Abbatiſſæ, & auferant ſuffragium in ipſa?* ibid.
X V. *Qualiter ſe debeat habere ſuperior cum moniales nolunt concordare in electione?* p. 133
X V I. *Cui ſpectat dare ſuffragium in electione Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ?* ibid.
XVII. *An Monialis poſſit ſibimet dare ſuffragium?* p. 134
XVIII. *Poſſintne Moniales per compromiſſum committere electionem prælato præſidenti?* ibid.
X I X. *Quo in loco debeat fieri electio Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ?* ibid.
X X. *Qualiter vota Monialium in electione Abbatiſſa debeant eſſe ſecreta?* ibid.
X X I. *Quid faciendum, ſi una ſcedula ſit vitiata?* p. 135

Sylvetia Opuſcula.

X X I I. *Qui numerus votorum requiritur ad Canonicam electionem Abbatiſſæ?* ibid.
XXIII. *Quanã Abbatiſſæ ſunt benedicendæ?* ibid.
X X I V. *Abbatiſſæ à quo debeant benedictionem accipere, & quo die, ac tempore:* p. 139
X X V. *In quo loco Abbatiſſa ſit benedicenda, & an etiam ipſa valeat benedictionem impendere ſuis Monialibus?* ibid.
X X V I. *An Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa poſſit ſuis monialibus aliquid præcipere ſub peccato mortali?* ibid.
X X V I I. *Vtrum Abbatiſſa, ſtante voto obedientiæ, quod ei faciunt Moniales, poſſit præcipere aliquid in virtute ſanctæ obedientiæ, vel in virtute ſpiritu ſancti?* p. 137
XXVIII. *An Abbatiſſa poſſit aliquid præcipere ſub pœna excommunicationis, ac per modum legis, ſaltem ex poteſtate Pontificis?* p. 138
XXIX. *Vtrum Abbatiſſa poſſit diſpenſare cum ſuis Monialibus circa obſervantias regulæ, ac etiam circa leges Eccleſiaſticas?* ibid.
X X X. *Vtrum Abbatiſſa poſſit irritare vota ſuarum Monialium?* p. 139
XXXI. *Vtrum Abbatiſſa ſuarum Monialium vota poſſit commutare, ac diſpenſare?* ibid.
X X X I I. *Abbatiſſa tenetur in conſciencia cogere Moniales ad obſervantiam regularem, delicta punire, & ad indagandam veritatem poteſt juramentum adhibere?* ibid.
XXXIII. *Abbatiſſa nec ſibi, nec ſuis Monialibus poteſt eligere confeſſarium,* p. 140
X X X I V. *An Abbatiſſa poſſit recipere novitias, & eas ad profeſſionem admittere ſine licentia ſui ſuperioris;* ibid.
X X X V. *An Abbatiſſa habeat liberam adminiſtrationem bonorum temporalium conventus, & an valeat ſuper illos contrahere?* ibid
X X X V I. *An Abbatiſſa, vel Prioriſſa ſuis Monialibus poſſit concedere facultatem largiendi, & poſſidendi, ac accipiendi de bonis ad earum uſum conceſſis?* p. 141
XXXVII *An & quando Abbatiſſa poſſit extraneis concedere facultatem ingrediendi clauſurã monaſterii; vel ipſa poteſt ab ea exire?* ibid.
X X X V I I I. *An & qualiter Abbatiſſa poſſit conferre beneficia Eccleſiaſtica, clericos, & capellanos inſtituere?* p. 141
X X X I X. *An Abbatiſſa poſſit impedire ſubdita Moniali ne utatur licentia ſibi à Prælato data* ibid.

Resolutio III.

Abortus, ſeu Aborſus.

Quæst. I. Q*uid ſit Aborſus, & quam grande crimen?* p. 142
I I. *Proponitur conſtitutio rigoroſa Sixti V. contra procuratores aborſuum.* p. 143
I I I. *Proponitur moderatio Gregorij XIV. ad prædictam conſtitutionem.* ibid.
IV. *Quando proles animatur anima rationali.* ib.
V. *An procurans aborſum ante animationem incidat in cenſuras: & an aliquando hoc ſit licitum?* p. 144
V I. *An liceat procurare aborſum fœtus non animati ad evitandum periculum vitæ, & infamiæ alicujus puellæ prægnantis?* ibid.

VII. *An procurantes, & intendentes, cooperantes, & conſulentes aborſum fœtus animati ſint excommunicati, ac irregulares?* p. 145

VIII. *An applicans fœmina remedia ſterilitatis incurrat in cenſuras?* ibid.

IX. *An procurans aborſum, in dubio, an fœtus ſit animatus, cenſendus ſic irregularis?* p. 146

X. *An aliquando liceat conſulere aborſum? & agitur de eo, qui revocat conſilium datum.* ibid.

XI. *Vtrum procurantes aborſum effectu non ſecuto, vel qui de eo dubitant, ſint excommunicati;* p. 147

XII. *An qui approbat abortum jam factum incidat in pœnas Sixti V.* ibid.

XIII. *An ex ignorantia, vel metu, ſeu caſuali eventu, quis excuſetur ex ſecuto effectu.* p. 148

XIV. *Circa mulierem pregnantem infirmam; multi caſus reſolvuntur.* ibid.

XV. *Quis poſſit abſolvere ab excommunicatione incurſa propter abortum.* p. 149

XVI. *An confeſſarij regulares poſſint abſolvere ſæculares ab excommunicatione contracta ex abortu?* ibid.

XVII. *Quiſnam poſſit diſpenſare in irregularitate contracta ex abortu? Agitur de Epiſcopis, ac Prælatis Religionum?* p. 150

XVIII. *An Prælati Regulares poſſint habilitare ad eſſi ta ſuos ſubditos regulares, qui procurarunt abortum?* p. 151

Resolutio. IV.

Abſolutio ſecundum ſe.

Quæst. I. *Vtrum abſolutio Sacramentalis proferenda ſit ſemper verbis?* p. 151

II. *An in extrema neceſſitate ſacerdos mutus ſignis, & nutibus poſſit miniſtrare Sacramentum;* ibid.

III. *De forma abſolutionis in Sacramento pœnitentia,* p. 152

IV. *Quam utile ſit in verbis forma ponere clauſulam:* quidquid boni feceris: *& de inſtanti in quo producunt gratiam?* ibid.

V. *Vtrùm ſit valida abſolutio ſub conditione de præſenti, præterito, vel futuro?* p. 153

VI. *An ſi quis in forma abſolutionis, ac aliorum Sacramentorum mutet verba retinendo legitimum ſenſum, peccet mortaliter?* ibid.

VII. *An eodẽ verbo* abſolvo *poſſit confeſſarius abſolvere pœnitentẽ à peccatis, ac cẽſuris?* p. 154

VIII. *An neceſſario ſemper abſolutio danda ſit in ipſa confeſſione?* ibid.

IX. *An ſi quis bona fide confiteatur cum ſimplici ſacerdote de venialibus, ac mortalibus valida ſit abſolutio?* ibid.

X. *An ſacerdos regularis poſſit validè, & licitè abſolvere ab omnibus venialibus, ac mortalibus jam confeſſis ſine licentia ſuorum Prælatorum?* ibid.

XI. *An poſſit abſolvi, qui in occaſione peccandi eſt, retinens, verbi gratia, concubinam in domo?* p. 155

XII. *An ex aliqua circunſtantia abſolvi poſſit concubinarius, non rejecta concubina è domo?* ibid.

XIII. *Vtrum poſſit abſolvi pœnitens, qui ſæpius relabitur in eadem peccata, v. g. perjurium, mollitiem, quorum occaſionem nullo modo, aut vix expellere poteſt.* p. 156

XIV. *An abſolvi poſſint adoleſcentes, qui cum fœminis verſantur, laborando, vel converſando cum ex tali occaſione peccent mortaliter conſenſu, tactibus, & copula.* ibid.

XV. *An poſſit confeſſarius differre abſolutionem pœnitenti per aliquod tempus; ob occaſionem proximam in qua verſatur.* ibid.

XVI. *An Confeſſarius poſſit abſolvere complicem ſui peccati, cum quo peccavit.* p. 157

Resolutio. V.

Accuſare, ſeu Accuſator.

Quæst. I. *Quid ſit accuſatio, & quomodo diſtinguatur à denunciatione, ac querela.* p. 158

II. *Quæ conditiones requirantur ad veram accuſationem.* ibid.

III. *Vtrum procedere via accuſationis conveniens ſit inter Religioſos.* p. 159

IV. *Quilibet Religioſus ſi velit poterit alterum accuſare, tam pro damno ſibi, quam Religioni illato.* ibid.

V. *Reſpectu accuſationis maximè conſiderandum, ſi delictum eſt factum, vel faciendum, & eſt in miniſtris de juſtitia.* p. 160

VI. *Religioſus poteſt ſuum Prælatum accuſare, & utique neceſſariæ expenſæ ſunt dandæ à Conventu.* ibid.

VII. *Religioſi non poſſunt eſſe authores, ſeu accuſatores in judicio ſæculi ſine licentia ſuorum Prælatorum.* p. 161

VIII. *Proponuntur aliqui caſus, in quibus Regulares ſine Superioris licentia poſſunt agere in judicio.* ibid.

IX. *Qualiter, & quomodo Religioſus poſſit eligere Procuratorem.* p. 162

X. *Qualiter, & quomodo accuſatio apud judices ſæculares in cauſa criminali ſit prohibita Monachis.* ibid.

XI. *An Regularis ſit immunis ab irregularitate accuſans coram ſæculari, cum proteſtatione ob ſuam ſuorumque cauſam, etiam comprehenſo latrone.* p. 163

XII. *An dentur aliqui caſus, in quibus Religioſi abſque proteſtatione, & irregularitate accuſent coram judice ſæculari, licet ipſe damnet ad mortem.* ibid.

XIII. *Vtrum Religioſus omittens proteſtationem ex oblivione in cauſa criminis incurrat irregularitatem.* p. 164.

XIV. *An Regulares, incurrant irregularitatem accuſando in cauſa criminis coram judice ſæculari, cum aliud detur medium ad evitandum damnum.* ibid.

XV. *An ſi totus Conventus conſtituat Procuratorem ad accuſandum ſecuta morte ſint omnes irregulares.* p. 165

XVI. *An totus Conventus poſſit accuſari, ac criminaliter puniri.* ibid.

XVII. *Religioſi non poſſunt accuſari à laico, vel à Religioſis alterius Ordinis.* ibid.

XVIII. *An Prælatus teneatur aliquando non acceptare accuſationem, & acceptam ab-*

ſolver

ſolvere, ac impedire accuſatorem, ne perſequatur? ibid.
XIX. An accuſator poſſit deſiſtere ab accuſatione incepta, ſi de reo in particulari non conſtat? p.166
XX. An ſubditus teneatur accuſare, vel denuntiare, quando certo ſcit Prælatum, nullum remedium adhibiturum? ibid.
XXI. Explicantur tria vitia, quæ contingere poſſunt in accuſatione. ibid.

Resolutio VI.

Advocatus.

Quæst. I. Religioſi interveniente licentia Prælati, & utilitate conventus poſſunt eſſe advocati, ſeu procuratores pro ſæcularibus in judicio forenſi civili. p.166
II. An officium procuratoris ſuſceptum à Religioſo ſine licentia Prælati ſit irritum, & quam neceſſaria ſit hæc licentia pro omni caſu? p.167
III. An Religioſus de alterius mandato ſaltem poſſit conſtituere procuratorem, aut ſubſtituere ſine ſui proprij Prælati licentia? ibid.
IV. Vtrum ſi poſt litem conteſtatam, Procurator alicujus ingrediatur religionem, poſſit tunc illam cauſam proſequi? p. 168
V. Prælatus regularis, tenetur Religioſo reo dare advocatum, & an hic poſſit eſſe ſæcularis? ibid.

Resolutio VII.

Alienatio.

Quæst. I. Quid ſit alienatio? p.168
II. De multiplici prohibitione, quæ datur de rebus Eccleſiæ non alienandis, maximè de extravagante Ambitioſæ. p. 169
III. Proponitur aliud decretum Vrbani VIII. prohibentis alienationem rerum Eccleſiaſticarum. ibid.
IV. Explicantur quinque caſus excepti à jure; in quibus licitæ ſunt rerum Eccleſiaſticarum alienationes. p.170
V. An in his prædictis caſibus, ut fiat alienatio conſulenda ſit Sacra Congregatio. ibid.
VI. Quæ ſolemnitates requirantur ex jure ad alienandam rem Eccleſiaſticam. ibid.
VII. Proponuntur aliqui caſus in quibus licita eſt alienatio, vel pigneratio rerum monaſterij abſque ſolemnitate juris, vel licentia ſedis Apoſtolicæ. p. 172
VIII. Quænam ſunt bona, quæ alienari prohibentur ab Eccleſiaſticis. p. 173
IX. Pecunia ſervata in arca Monaſterij, quam naturam habeat, & quomodo expendi valeat p. 174.
X. Quomodo, & pro quo tempore poſſint Regulares res locales conventus conducere. ibid.
XI. Ad Majorem cognitionem hujus, explicatur, quid ſit locatio, Emphyteuſis, & feudum. p.176.

Sylveira Opuſcula.

XII. Vtrum Regulares poſſint bona immobilia ſuorum conventuum infeudare, ſeu emphyteuticare. ibid.
XIII. An Regulares poſſint tranſigere, aut compromittere ſuper bonis monaſterij. p.177
XIV. Vtrum, ſtante prohibitione Apoſtolica, poſſint Regulares fide jubere pro aliis, aut etiam cum ipſis contractum aſſecurationis inire. ibid.
XV. An regulares bona mobilia precioſa monaſterij poſſint oppignerare. p. 178
XVI. An Regulares poſſint ſuper bona ſua conſtituere contractus ad uſum vitalitios, vel precarios? ibid.
XVII. An Regulares poſſint bona unius Monaſterij ad aliud Monaſterium transferre, eiſque illa donare, vel cum altero monaſterio bona ſua permutare, ac ei accommodare? p.179.
XVIII. Vtrum Regulares ſuper pecuniam poſſint inire contractum ſocietatis, vel montis pietatis, vel recipere ad cambium, aut mutuum cum ſolutione lucri ceſſantis, vel alios ſimiles contractus? ibid.
XIX. Qualiter ſe debeant habere Regulares in extinguendo, ac redimendo cenſu? p. 180
XX. An res gravatas debitis alienis poſſint Regulares alienare? p.181
XXI. An Regulares ſine licentia ſacræ Congregationis poſſit alienare bona ſibi relicta tali conditione, ut ea libere poſſint alienare? ibid.
XXII. Vtrum poſſint Regulares alienare bona immobilia, quæ tempore facta ſunt inutilia? p.182
XXIII. Vtrum Regulares ſine debita ſolemnitate gregem pecudum, armentum boum vendere, & arbores cædere in ſuis prædiis valeant. ibid.
XXIV. An Religioſi poſſint alienare reliquias ſanctorum, ac oblationes ex devotione fidelium. p. 183
XXV. An Regulares poſſint alienare capellas ſuæ propriæ Eccleſiæ. p. 184
XXVI. An Regulares non obſtante prohibitione Apoſtolica, poſſint repudiare hæreditatem Monaſterio relictam, non ſervata ſolemnitate requiſita àd alienationem. ibid.
XXVII. In quas pœnas incidant Regulares alienantes bona Eccleſiaſtica. p. 185
XXVIII. An bona confraternitatis, collegij, Congregationis, ac Hoſpitalis alienari poſſint. p.166.

Resolutio. VIII.

Altare.

Quæst. I. Quid & quotuplex ſit altare p.186
II. An altaris conſecratio in omni caſu pertineat ad Epiſcopum, & qualiter Religioſi ſe debeant habere cum eis p.187
III. Vtrum Abbates, & alij Religioſi habeant ex privilegio, altaria conſecrare. ibid.
IV. Sub peccato mortali celebrandum eſt in altari conſecrato & ſaltem portatili, debet eſſe integrum. p. 188
V. De conſecratione altaris, an neceſſario in eo ponenda ſint reliquiæ. ibid.

Digitized by Google

VI. *De reverentia debita altari, ne ſub eo ſint Cadavera, nec cum Epiſcopus celebrat, alius eo die celebret.* p.189
VII. *In quibus locis valeant erigere Altaria?* p.190.
VIII. *An Religioſi nunc poſt Concilium Tridentinum poſſint ex urgenti neceſſitate celebrare privatis in domibus?* ibid.
IX. *Quid ſit Altare privilegiatum, & quàm utiliſſima ſit ejus indulgentia animabus, pluſquam alia, etiam Bulla defunctorum?* p.152
X. *Sacerdos ad lucrandam indulgentiam defuncto, non eſt neceſſe, quod ſit in gratia; maximè vero pro ſe. Nec numerus ſacerdotum requiritur ad validitatem Altaris?* p. 193
XI *An altare privilegiatum conceſſum uni Eccleſia regularium per communicationem poſſit alia Religio illo uti?* ibid.
XII. *An Miſſa celebranda in Altari privilegiato pro anima Purgatorij liberanda, neceſſario de* requiem *ſit dicenda?* p. 194.
XIII. *An Altaria privilegiata ſint revocata per Paulum V. Annum Iubilai, ac Bullam cruciatam?* 195.
XIV. *Quot modis Altare conſecratum ſuam amittat conſecrationem.* ibid.

Resolutio. IX.

Annus, Tempus, Dies.

QUÆST.I. *QVid ſignificetur per annum denotatum in genitivo, vel in ablativo cum prapoſitione* in, *vel in accuſativo cum prapoſitione* ad *vel* per? 196.
II. *Quomodo intelligendus annus, quando lex utitur prapoſitione* ante, *vel* poſt? ibid.
III. *Quomodo Annus in materia favorabili, vel odioſa ſit explicandus, ac intelligendus?* ibid.
IV. *Quomodo ſit computandus annus biſſextus, ac juxta Kalendarium Gregorij XIII.* p. 197.
V. *An Anni poſſint dici completi quando deſunt pauci dies?* ibid.
VI *Quodnam tempus dicatur modicum, longum, & antiquum, ac immemorabile?* p.198

Resolutio. X.

Apoſtata, ſiu Apoſtaſia.

QUÆST.I. *QVid requiratur ad hoc, ut Religioſus verè, & propriè dicatur Apoſtata, vel fugitivus ſive dimiſſo, vel retento habitu, longo, vel brevi tempore?* p.198
II. *Quæ mora poſt exitum à conventu, ac habitu dimiſſo ſufficiat ad excommunicationem tantum, vel etiam ad apoſtaſiam incurrendam.* p. 199.
III. *An ſit apoſtata, qui ſciens ſuam profeſſionem eſſe validam, eam reclamat, ut à Conventu exeat.* p.200.
IV. *An ſit apoſtata Religioſus tranſiens abſque debita ſuperioris licentia ad aliam religionem arctiorem, vel laxiorem etiam in partibus remotiſſimis?* ibid.
V. *An Epiſcopus regularis renuntians Epiſcopatui ab ipſo depoſitus, ſi non redeat ad monaſterium ſit apoſtata?* ibid.
VI. *Vtrum Religioſus fugiens ex carceribus in quibus ex mandato ſuperioris detinebatur ſit apoſtata, vel fugitivus?* p.201.
VII. *Vtrum Religioſus damnatus ad triremes poſſit ab eis fugere?* ibid.
VIII. *An Religioſus valde Vexatus à ſuo Prælato abſque illius licentia, & ſine peccato poſſit ad ſuperiorem confugere?* p: 202
IX. *Quas pænas incurrant fugitivi ſive cum habitu, ſive ſine habitu fugientes?* ibid.
X. *Explicantur caſus in quibus ſecundum jus fugitivi excommunicantur?* p.203
XI. *Apoſtata an ſint excommunicati ex jure, vel ex peculiaribus conſtitutionibus?* ibid.
XII. *An Apoſtata ſint irregulares?* p.204
XIII. *Explicantur alia pœna, in quibus incidunt Apoſtata?* p. 205
XIV. *An Religioſus Apoſtata gaudeat privilegio Canonis, fori, immunitatis Eccleſiaſtica?* ibid.
XV. *An Religioſus Apoſtata gaudeat privilegiis, & indulgentiis ſua Religionis?* p.106
XVI. *Bona Apoſtatarum ad quem pertineant?* ibid.
XVII. *Quis valeat Apoſtatas, & fugitivos à cenſuris abſolvere, & cum eis in irregularitate diſpenſare?* p. 207.
XVIII. *Vtrum Religioſus Apoſtata, vel fugitivus poſtquam bonam opinionem recuperaverit, poſſit eligi ad prælaturas ordinis?* ibid.
XIX. *An Prælati Regulares teneantur perquirere Religioſos Apoſtatas, & fugitivos eoſque ad Religionem reducere?* p. 208.
XX. *An Religioſi Apoſtata, & fugitivi debeant puniri ab Inquiſitoribus?* ibid.
XXI. *Recipientes, auxiliantes, favorem, ac Conſilium dantes Apoſtatis, & fugitivis ipſo facto incidunt in excommunicationem Papa reſervatam?* p. 209.

Resolutio XI.

Appellatio, ſeu Appellare.

QUÆST.I. *QVid, & quotuplex ſit appellatio?* p.210.
II. *Explicantur quinque, quæ ſunt neceſſaria ad appellationem?* p.211
III. *In omni appellatione petendi ſunt Apoſtoli.* p.212
IV. *An appellatio licita ſit Regularibus?* ibid.
V. *Ad quæ tribunalia, ac judices liceat Regularibus appellare, ac recurrere?* p.213.
VI. *De tuitivis, ac appellationibus ad judices coronæ ut vulgo dicuntur?* p.214.
VII. *An ſubditus injuſtè gravatus teneatur appellare ad ſuperiorem, & an etiam ſuperior teneatur acceptare talem appellationem?* p.215.
VIII. *Quoſnam effectus producat appellatio?* ibid.
IX. *An appellatio ſuſpendat ſententiam excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti,* p.216.
X. *Explicatur appellatio frivola, quæ etiam non datur, nec à Lege, nec à Iudice?* p.217.

Digitized by Google

Resolutio XII.

Arma.

Quæst.I. *Quinam ſint Religioſi, qui prohibentur arma tenere inter ſepta Monaſterij, & ſub qua pœna;* p.217.

II. *Quid dicendum de Regularibus in ſtatu Mediolanenſi?* p.218.

III. *Utrum Iudex ſecularis, ejuſve Miniſtri poſſint inventum regularem armis prohibitis ſpoliare?* ibid.

IV. *An urgente neceſſitate Eccleſiaſticus, ſeu Regularis poſſit uti armis etiam prohibitis?* p.219.

Resolutio XIII.

Explicantur quædam Axiomata, quæ frequenter veniunt apud Regulares. p.220.

Quæst. I. *In Religione non ſervantur apices Iuris, ſed ſolum quæ ſunt de ſubſtantia Iuris?* ibid.

II. *Ex quibus argumentum ſumendum, ac formandum ſit?* ibid.

III. *Ex quibus præſumptiones efformandæ?* p.221

IV. *Quomodo in dubio habendum ſit?* ibid.

V. *In diſpoſitione, rerum, quomodo agendum ſit?* p.222

Resolutio XIV.

Bannitus.

Quæst I. *Quid, & quotuplex ſit Bannitus?* p.223.

II. *Unicuique licet Bannitum, ſeu proſcriptum occidere quibuſdam conditionibus poſitis?* ibid.

III. *An liceat per inſidias, & ac proditorie occidere bannitum?* ibid.

IV. *An liceat occidere bannitum extra territorium proſcribentis?* p.224.

V. *An liceat Statutum preponens premium pro occidente bannitum.* ibid.

VI. *An Bannitus juſte damnatus ad mortem occidere poſſit ſuum aggreſſorem?* p.225

VII. *An retinere bannitos ſeu decoctores prohibitum ſit Regularibus?* ibid.

VIII. *De conſtitutione Sixti V. in Regno Neapolitano, ac Provincia Aprutij?* ibid.

Resolutio XV.

Beatificatio ſanctorum.

Quæst.I. *Quid ſit beatificatio, & ad quem ſpectat?* p.226

II. *Quæ differentia detur inter Canonizationem, ac beatificationem.* p.227.

III. *An de fide ſit ſummum Pontificem non poſſe errare circa beatificationem ſanctorum?* p.228.

IV. *Quanta certitudine tenendum ſit Pontificem non poſſe errare in beatificatione ſanctorum, & quali cenſura affirmans afficiendus ſit?* p.229

V. *Quæ requirantur ad Beatificationem?* p. 230.

VI. *Quibus datur officium recitare, & Miſſam celebrare de Dei ſervo Beatificato?* p.231.

VII. *Suppoſito quod aliquibus conceditur licentia recitandi officium ac Miſſam celebrandi de aliquo Beato, an poſſint licite omnes alij uti tali conceſſione.* p.233.

VIII. *Explicantur alij cultus, qui poſſunt Beatificato deferri?* p.234.

Resolutio XVI.

Bellum.

Quæst.I *Quid, & quotuplex ſit bellum, nominiſque ethimologia, & quas conditiones requirat?* p.235

II. *Utrum dari poſſit bellum ex utraque parte iuſtum* ibid.

III. *Prælati Eccleſiaſtici ſupremi in temporalibus licite poſſunt indicere bellum?* p. 236.

IV. *Utrum Eccleſiaſtici poſſint bellum iuſtum ſuadere ad illudque conſilium dare?* ibid.

V. *Utrum Eccleſiaſtici poſſint aſſiſtere in bello in eoque pugnare?* p.237

VI. *Utrum liceat Eccleſiaſticis pugnare in bello juſto ſive defenſivo ſive offenſivo?* ibid.

VII. *Explicantur, & proponuntur aliqui caſus in quibus eccleſiaſtici in bello juſto mutilantes, ac occidentes non incurrunt irregularitatem?* p. 238.

VIII. *An Religioſi occidentes, & mutilantes in bello injuſto putato juſto incidant in irregularitatem?* ibid.

IX. *Referuntur aliqui caſus, in quibus milites in bello injuſte excuſantur ab irregularitate?* p.239.

X. *An milites pugnātes in bello injuſto ſecuto uno homicidio, fiant omnes irregulares, ſicut & etiam qui ſarcinas cuſtodiunt,?* ibid.

XI. *An liceat Eccleſiaſticis expoliare adverſarios, & an ipſi Eccleſiaſtici, reſque Eccleſiaſtica poſſint expoliari ab adverſariis.* p. 240

XII. *An Prælati Regulares poſſint diſpenſare in huiuſmodi irregularitate orta ex bello?* p. 241.

XIII. *Quid dicendum ſit de Militantibus in bello?* ibid.

Resolutio XVII.

Benedicere, ſeu Benedictio.

Quæst.I. *Quid, & quotuplex ſit benedictio;* p.241.

II. *Recte, ac ſancte in Eccleſia fiunt benedictiones ad effectus ſupernaturales efficiendos, ac ſignificandos?* p.242.

III. *Quiſnam poteſt benedictionem impendere publice, ac ſolemniter?* ibid

IV. *Quænam res Eccelſiaſtica ſint, quas Prælati Regulares valeant benedicere* p. 243.

Series Reſolutionum,

Resolutio XVIII.

Bigamia.

Quæst. I. *Vtrum Prælati Mendicantium poſſint diſpenſare in Bigamia?* p. 244.

Resolutio XIX.

Bulla Cœnæ.

Quæst. I. *An quando in Iubilæis, vel privilegio conceditur facultas abſolvendi ab omnibus caſibus Bullæ Cœnæ intelligantur occulti?* p. 247

II. *An privilegia ſublata ſint per Bullam Cœnæ?* p. 248.

III. *Vtrum Prælati Regulares virtute ſuorum privilegiorum poſſint abſolvere ſuos ſubditos ab hæreſi occulta.* p. 249

Resolutio XX.

Bulla Cruciata.

Quæst. I. *An Regulares ſine ſuorum Prælatorum licentia poſſint eligere confeſſarium qui virtute Bullæ Cruciatæ, à peccatis, ac cenſuris reſervatis eos valeat abſolvere?* p. 250

II. *An regulares ſaltem virtute bullæ Cruciatæ poſſint abſolvi à mortalibus non reſervatis per confeſſarios à ſuis Prælatis non deſignatos?* p. 252.

III. *An licitum ſit in Eccleſia ſpecialiter interdicta per Bullam Cruciatam mortuum ſepelire?* p. 253.

Resolutio XXI.

Canonizatio Sanctorum.

Quæst. I. *Quid ſit Canonizatio Sanctorum, quantaque illius certitudo & ad quem ſpectat?* p. 254

II. *Ad quem in præſenti ſpectat Canonizatio Sanctorum?* p. 255

III. *Ex quibus deſumantur probationes ad canonizationem?* p. 256

IV. *An poſſit dari Canonizatio alicujus abſque miraculis, & agitur de ſanctis martyribus?* p. 252.

V. *Qui cultus deferendus ſit ſanctis Canonizatis, ac beatificatis?* ibid.

VI. *An de ſanctis, nec Canonizatis, nec beatificatis ſpeciali bulla, ſed longa conſuetudine veneratis faciendum ſit officium?* p. 248

Resolutio XXII.

Clauſura Monialium.

Quæst. I. *An Monialis poſſit exire à Monaſterio abſque morbo contagioſo, ſed tantum qui mortalis judicatur, niſi exeat ad ſalutis remedium?* p. 259

II. *An Mulier adultera fugiens maritum, vel delinquens ad evitandos miniſtros juſtitiæ, violeter ingrediens clauſuram?* p. 260

Resolutio XXIII.

Confeſſarij Regularis approbatio.

Quæst. I. *Confeſſarij Regulares quamvis accipiant juriſdictionem à Papa, indigent approbatione Epiſcopi.* p. 262

II. *An Regulares ſufficientes, & idonei Epiſcopo præſentati, ſi abſque juſta cauſa non fuerunt ab eo admiſſi, ac approbati, licitè, & validè poſſint confeſſiones audire?* ibid.

III. *An poſſit Epiſcopus approbare Regulares cum limitatione temporis, loci, perſonarum, virorum nempe, & non mulierum, vel è contra?* p. 164

IV. *An interveniente juſta cauſa poſſit Epiſcopus limitare approbationem Regularis, quoad tempus, & loca, & agitur, quænam ſit hæc juſta cauſa?* p. 265

V. *Vtrum Epiſcopus poſſit ſimul privare omnes confeſſarios unius, vel plurium conventuum, à facultate audiendi confeſſiones?* ibid.

VI. *An approbatio abſolutè data ab Epiſcopo poſſit licitè abſque cauſa ab eo revocari?* p. 267

VII. *Vtrum approbatio data Regularibus ad bene placitum poſſit ſine cauſa revocari ab Epiſcopo?* p. 268

VIII. *Vnde conſtare poteſt, quod Epiſcopus, quod abſit, ex odio, & malevolentia erga Regulares, eorum licentias revocet, vel cum limitatione temporis, loci aut perſonarum concedit?* ibid.

IX. *Vtrum novus Epiſcopus ſine rationabili cauſa poſſit approbationes datas Religioſis revocare, eoſque iterum ad examen vocare?* ibid.

X. *An approbatus ſemel in una Diæceſi habeatur ubique approbatus?* p. 276

XI. *Vtrum poſſit Epiſcopus punire Regularem qui ab ipſo approbatus cum limitatione temporis, vel perſonarum virtute bullæ, vel Iubilæi audit extra limites?* ibid.

XII. *An ſimpliciter approbatus in uno Epiſcopatu, poſſit per bullam, vel Iubilæum eligi quocunque alio loco, ſicut & illo, qui limitate in uno loco eſt approbatus?* p. 272

XIII. *Vtrum approbatus cum limitatione ex defectu ætatis pro viris, & non fœminis, vel pro uno oppido tantum, ſit ab aliis eligibilis per bullam?* ibid.

XIV. *An confeſſarius qui olim fuit approbatus ab ordinario, ſed modo ſine cauſa ſuſpenſus poſſit audire confeſſiones, ſicut ille, qui limitatæ*

limitato tempore illo tranſacto per Bullam Cruciatam? p.273
XV. An Regularis approbatus ab Epiſcopo, ſine approbatione ſui Prælati, imo cum illius prohibitione valide audiat confeſſiones? p. 274
XVI. In quibus caſibus Epiſcopus Religioſos ſimpliciter, & abſolute approbatos poſſit repellere, ac removere à confeſſionibus audiendis. p.275
XVII. An Capitulum ſede vacante poſſit revocare Regularium licentias? p. 278.
XVIII. An Religioſus degens extra conventum poſſit confiteri cum ſacerdote ſæculari, vel cum Religioſo alterius ordinis? p.279

RESOLUTIO XXIV.

De Conſervatoribus.

QUÆST. I. QVid intelligitur nomine conſervatoris, & à quo, & quibus datur? p. 280
II. Quænam perſonæ eligendæ ſint in conſervatores? ibid.
III. De obligatione, ac poteſtate conſervatoris. p.281

RESOLUTIO XXV.

Declarationes Cardinalium, ac Deciſiones Rotæ.

QUÆST. I. AN declarationes Cardinalium habeant vim legis, & quid ad hoc requiratur?
II. Quam vim habeant Deciſiones Rotæ, ac etiam agitur de ſtilo curiæ? p.284

RESOLUTIO XXVI.

De diſpenſationibus.

QUÆST. I. VTrum ad diſpenſandum validè in lege humana requiratur vera cauſa? p. 284.
II. Vtrum diſpenſatio data à ſuperiore ſine juſta cauſa ſit licita. p.285
III. Qualenam peccatum ſit diſpenſare in lege humana ſine cauſa. p.286
IV. An Prælatus peccet diſpenſando quando dubitat de ſufficientia cauſæ ad diſpenſandum. ibid.
V. Quæ cauſa ſit ſufficiens ad juſte diſpenſandum. ibid.
VI. Vtrum Prælatus poſſit ſecum immediate diſpenſare. p.287
VII. Vtrum valida ſit diſpenſatio facta à Prælato inferiori in lege ſuperioris, cauſa non juſta, quam bona fide exiſtimabat juſtam p. 288.
VIII. Vtrum præcognitio cauſæ neceſſaria ſit ad valide diſpenſandum. p. 290
IX. Vtrum ſubditus petendo, procurando, acceptando, utendo diſpenſatione injuſta peccet. p.291.

RESOLUTIO XXVII.

Poteſtas Eccleſiaſtica ad diſpenſandum.

QUÆST. I. DE his, in quibus ſummus Pontifex valet diſpenſare. p.292
II. De etymologia nominis Archiepiſcopi, Metropolitani, Epiſcopi, & de Archiepiſcopo dum viſitat. p.293
III. De poteſtate Epiſcopali ad diſpenſandum in votis, ac juramentis quibuſdam exceptis. p.294
IV. De poteſtate Epiſcopali ad diſpenſandum quoad irregularitates, & explicatur quid ſit occultum p. 295
V. Poteſtas Epiſcopalis ad diſpenſandum quoad ea quæ pertinent ad matrimonium. p.296
VI. De multis aliis rebus, eſto ſuperveniat dubium in quibus Epiſcopus valet diſpenſare. p.297

RESOLUTIO XXVIII.

Poteſtas Religioſa ad diſpenſandum.

QUÆST. I. QVanam vota ſuorum ſubditorum poſſint Prælati Regulares diſpenſare. p.298
II. Poteſtas Prælatorum quoad vota novitiorum. p.299
III. An Prælatus Regularis poſſit irritare, ſeu diſpenſare in votum Religioſi creati Epiſcopi. p.300
IV. Prælati Regulares habent poteſtatem ad diſpenſandum in irregularitatibus, ſicut & Epiſcopi. ibid.
V. Irregularitas ex defectu animæ triplex, & in qua poteſt Prælatus Regularis diſpenſare. ibid.
VI. Quid poſſint Prælati circa irregularitatem corporis defectus. p.301
VII. An illegitimi in Religione ſint habiles ad ordines; & an cum iis poſſint Prælati diſpenſare ad dignitates. ibid.
VIII. An in foro conſcientiæ Regulares poſſint uti privilegiis antiquis ad ordines ſuſcipiendos ante ætatem deſignatam à Tridentino. p.302.
IX. Explicantur irregularitates ex defectu Sacramenti, id eſt Bigamia, ex defectu lenitatis, libertatis, ac bonorum temporalium p.303.
X. An Prælati Regulares valeant diſpenſare in Irregularitate ex homicidio voluntario, vel mutilatione. ibid.
XI. Quis poteſt diſpenſare in irregularitate provenientε ex rebaptizatione. p.304
XII. Per malam ſuſceptionem, & adminiſtrationem ordinis incurritur irregularitas, & qui in ea diſpenſat. ibid.
XIII. An Epiſcopi, & Prælati Regulares poſſint diſpenſare cum irregularitate ex hæreſi occulta. p.305
XIV. Quid ſit irregularitas ex infamia, & quis in ea valeat diſpenſare? ibid.
XV. Prælatus, in quocunque loco ſit, poteſt diſpenſare.

Digitized by Google

ſpenſare cum ſuo ſubdito etiam à ſe abſenti. p. 306.
XVI. An valeat diſpenſatio à ſuperiori data ſubdito ignoranti, non petenti, & etiam nolenti. ibid.
XVII. An Prælatus non ſolum per tertium, ſed etiam immediate per ſemetipſum poſſit ſecum diſpenſare. p 307
XVIII. An diſpenſatio negata à majori, poſſit concedi à minori, & an diſpenſatus ad majus ſit diſpenſatus ad minus. ibid.
XIX. Vtrum diſpenſatio facta in ſolemni viſitatione non ſolum comprehendat profeſſos, ſed etiam Novitios. ibid.

Resolutio. XXIX.

Explicatur poteſtas, quam habent Confeſſarij Regulares ad diſpenſandum cum ſæcularibus.

Quæst. I. De poteſtate conceſſa Confeſſariis Regularibus ad diſpenſandum in votis, & juramentis. p 308
II. An confeſſarij poſſint diſpenſare in quinque votis Papæ reſervatis, quando ratione neceſſitatis Epiſcopi poſſunt diſpenſare. p.309
III. An Epiſcopi, vel Regulares Confeſſarij, vel quilibet Confeſſarius virtute Iubilæi, vel Bullæ Cruciatæ poſſit commutare juramentum, vel votum juratum. p.310
IV. An Epiſcopi, vel Confeſſarij Regulares, ſeu ſæculares virtute Bullæ, ſeu Iubilæi valeant diſpenſare [illegible] nis p.311
V. In quibus irregularitatibus ſæcularium Confeſſores Regulares poſſint diſpenſare. ibid
VI. Quam poteſtatem habent Confeſſarij Regulares ad diſpenſandum circa debitum conjugale. p.312.

Resolutio XXX.

De Notis Eccleſiæ Dei.

Quæst. I. Eccleſia Chriſti valde excelſa, & ſublimis in omnium oculis. p. 313
II. Eccleſia ſancta Dei una eſt. p.314
III. Eccleſia Dei dicitur ſancta. p.316
IV Rectè ſancta Eccleſia dicitur Catholica. ibid.
V. Optimo jure Eccleſia ſancta dicitur Apoſtolica. p. 317
VI. Optimo jure Eccleſia Dei dicitur Romana. p.318.

Resolutio XXXI.

De Eccleſia materiali, ſeu in particulari ad Sacramenta miniſtranda.

Quæst. I. Quid ſit Eccleſia, & quomodo ædificanda, ac benedicenda, ſeu conſecranda. p.320
II. In quibus caſibus polluitur Eccleſia. p.321
III. Quænam partes ſub nomine Eccleſiæ intelliguntur, ut inde ipſa inviolata intelligatur. p.322.
IV. Quæ notorietas, ſeu publicatio requiratur, ut ex illis caſibus Eccleſia habeatur, ut polluta. p.323
V. Quomodo Eccleſia violata reconcilianda ſit. p.324
VI. An ſi Sacerdos celebret in Eccleſia polluta ipſa maneat reconciliata. p.325
VII. De aliquibus privilegiis, quibus gaudent Eccleſiæ Regularium. ibid.

Resolutio XXXII.

De Eccleſiaſticis quoad eleemoſynam

Quæst. I. Quonam jure teneatur Eccleſiaſticus eleemoſynas facere. p.327
II. De quibus bonis teneantur Eccleſiaſtici eleemoſynas facere. p.328
III. Præbendatus Eccleſiaſticus qualem partem ex beneficio debet ſibi aſſumere ad ſui ſuſtentationem, & qualem tenetur in pauperes erogare. p. 329.
IV. An Penſionarij ſicut & cæteri beneficiarij teneantur ad eleemoſynas. p.331
V. An beneficiarij [illegible] teneantur ad eleemoſynas. ibid.
VI. An Eccleſiaſticus ex ſuperfluis ſui beneficii poſſit [illegible] Hoſpitale, vel Collegium. p.332
VII. An fructus Eccleſiæ expendendi ſint in pauperes illius loci, an etiam poſſint extra illum. ibid.
VIII. An Eccleſiaſtici, ſi eleemoſynas debitas non præbeant, non ſolum mortaliter peccent, ſed etiam ad reſtitutionem teneantur. p.333.
IX. An Religioſus factus Epiſcopus abſolvatur à voto paupertatis, ut prodigè largiens non teneatur ad reſtitutionem. p.334

Resolutio XXXIII.

De Sanctiſſimo Parente Elia.

Quæst. I. An Epiſtolæ, quæ allatæ ſunt ab Elia ad Ioram Regem, ſint miſſæ ab Elia, & poſt ejus raptum. p.335.
II. Elias maximè à nobis venerandus, invocandusque eſt. p.336
III. Carmelitæ quolibet menſe una die, non impedita officio novem lectionum, poſſunt recitare officium de ſancto Elia. p.337
IV. Circa revelationem factam Venerabili Mariæ de Ieſu, quæ vidit Sanctum Parentem Eliam [illegible] Sacram Euchariſtiam recipere è Chriſti manu. p.338

Reſo

Resolutio. XXIV.

Circa celebratiõe cujuſdam Capituli.

Quæst. Vnica. An ejus celebrationem potuerit quidam viſitator impedire. p. 339

Resolutio XXXV.

De Epiſcopis.

Quæst. I. An ex diſpenſatione Pontificis poſſit Epiſcopus conſecrari ab uno ſolo Epiſcopo. p. 342
II. Vtrum Epiſcopi jure divino, vel humano poſſint leges condere in ſua Diœceſi. p. 345.

Resolutio. XXXVI

De Sacramento Euchariſtiæ.

Quæst. I. Suprema, & alta vigilantia tabernaculum Sacræ Euchariſtiæ cuſtodiendum eſt in Eccleſia p. 348
II. Vtrum Regulares valeant exponere publicè abſque Epiſcopi licentia. p. 349
III. Quare in ſymbolo fidei de Euchariſtico Sacramento non ſit expreſſa mentio. pagina 351.
IV. Vtrùm delinquens fugiens à ſatellitibus ad Sacerdotem portantem Sacram Euchariſtiam, vel ad domum, in qua ipſa eſt pro communicando infirmum gaudeat immunitate Eccleſiæ. ibid.
V. Mulier quædam in Sacra Communione ex ore ſuo poſ.iit Sacram Particulam in linteo, poſtea detulit ſuo Confeſſario quid, debuit ille facere p. 352

Resolutio XXXVII

De Excommunicatione.

Quæst. I. Vtrum Religioſi mendicantes, teneantur cenſuris, non expreſſis in jure latis ab Ordinario. p. 353
Ponuntur caſus ex Concilio Tridentino.
Ponuntur duo caſus ex Gregorio XV. ex Clemente X.
II. An Capitulum Sede vacante ſuccedat Epiſcopo, quoad Religioſos, p. 357
III. Duo Eccleſiaſtici, ſe mutuo percuſſerunt in ſecreto, unus ab altero petivit abſolutionem. p. 358

Resolutio XXXVIII.

De Tertiariis.

Quæst. I. Vnde dicantur Tertiarij de pœnitentia. p. 361
II. Tertiarij in quanta ſint differentia, & an eorum vivendi modus poſſit dici Ordo, vel Religio. p. 362
III. Quænam Religiones habeant Tertiarios. p. 363.
IV. Quænam Carmelitæ habent plenariam facultatem Apoſtolicam inſtituendi, ac recipiendi Tertiarios utriuſque ſexus. p. 364
V. De gratiis ac privilegiis, quibus gaudent Tertiarij. p. 366
VI. Qualiſnam ſit modus vivendi Tertiariorum. p. 368.

Resolutio XXXIX.

De Interdicto.

Quæst. Vnica. Vtrùm, quando interdicitur aliqua Parochia, Monaſteria, quæ ſunt in ejus ambitu, interdicto ſubiaceant. p. 369

Resolutio XL.

De Legibus.

Quæst. I. Vtrum non ſolum Canonica, ſed etiam Civilis, ac Regis mandatum obligent in conſcientia p. 373
II. An lex injuſta valeat obligare in conſcientia. p. 374
III. Ex quibus principiis colligendum eſt legem humanam, graviter, vel leviter obligare, p. 376
IV. An quando in particulari ceſſat finis legis, ſeu ejus ratio totalis, ceſſet in particulari ejus obligatio. p. 380
V. Vtrùm in Religione aliquid, quod non ſit contentum in Regula poſſit eſſe materia legis. p. 382
VI. De Religioſo vivente in Religione relaxata p. 385.
VII. Inferuntur multa ex dictis valdè utilia ad varios caſus. p. 386

Resolutio XLI.

De libertate, ſeu immunitate Eccleſiaſtica.

Quæst. I. Immunitas Eccleſiaſtica eſt de jure divino. p. 387
II. Immunitas Eccleſiaſtica in omni Regno eſt de iure Canonico, & ſolvuntur argumenta cujuſdam recentioris. p. 388
III. De lege Portugalliæ circa bona immobilia ab Eccleſia acquirenda. p. 391

Reso

Series Reſolutionum,

Resolutio XLII.

De Miraculis.

Quæst.I. Q*Vid ſit miraculum? & quid ad ejus naturam pertineat.* p.395

II. *Ex multiplici fine miracula à Deo operantur,* p.397.

III. *Quomodo vera miracula agnoſcenda? & diſtinguenda ſint ab his, quæ fiunt virtute, & pacto dæmonis.* p.399.

IV. *De miraculis, quæ fiunt per ſacras imagines, quomodo, ut vera agnoſcenda.* p.401

Resolutio XLIII.

An anima Samuelis verè apparuerit Saüli?

Quæst.I. P*Roponuntur circa hanc rem variæ ſententiæ.* p.402

II. *Reſolvitur ſententia pro parte affirmativa* p.403.

III. *Ponuntur ac ſolvuntur argumenta primæ ſententiæ.* p.405.

IV. *An defunctorum animæ aliquando veniant ad nos ſuperſtites, ac viventes.* p.407

Resolutio XLIV.

An aliquando laudabile ſit, vel licitum propria manu mortem comparare.

Quæst.I. P*Onuntur ea, quæ pro voluntaria morte inflicta, pugnant cum exemplis.* p.408

II. *Veritas Catholica ſtatuitur magno pondere Doctorum, ac utriuſque juris locis.* p. 409

III. *Probatur eadem veritas D. Thomæ rationibus ac aliis etiam magni ponderis.* p.410

IV. *Satisfit argumentis ab exemplis, ac ab auctoritate petitis quæſtione prima.* p.411

V. *Ponuntur, ac ſolvuntur argumenta contra noſtram reſolutionem.* p.412

Resolutio. XLV.

Vita conſervanda.

Quæst.I. V*Ita, etſi multum ſit æſtimabilis, & pro ejus conſervatione laborandum, tamen multa incommoda faciunt, ut ejus finis, & mors deſideretur.* p.413

II. *Verum à lege humana poſſit homo obligari ad exponendam vitam ſuam notabili, ac evidenti periculo ad eam perdendam.* p. 414

III. *Solvuntur exempla, & multi, ac varij caſus appoſiti in argumento.* p.417

Resolutio. XLVI.

Oracula vivæ vocis.

Quæst.I. P*Roponuntur, quæ ſunt certa in hac materia.* p.418

II. *Ponitur ſententia negans privilegia Regularium eſſe annullata, per revocationem oraculorum.* p.420

III. *Ponitur ſententia, vera & affirmans prædicta oracula vivæ vocis, eſſe revocata.* p.421

Resolutio XLVII.

Proceſſiones & præcedentia.

Quæst.I Q*Vis poſſit proceſſiones indicere.* p.422.

II. *Regulares per quos vocandi ſunt, & ſub quibus pœnis.* p.423

III. *Ad Epiſcopum, ſeu ordinarium pertinet componere differentias inter Clericos, ſeu Regulares, quæ exoriuntur proceſſionum occaſione.* p.424.

IV. *An Religioſi obligati ad proceſſiones ſub mortali teneantur accedre, & etiam cantare.* ibid.

V. *Quinam Religioſi ſint obligati accedere ad proceſſiones, tum ex privilegio, tum ex conſuetudine.* p. 425.

VI. *Ad quas proceſſiones tenentur regulares accedere.* p.426

VII. *An Regulares poſſint, facere proceſſiones extra proprium conventum.* ibid.

VIII. *De præcedentia inter Cleros, ac Religioſos, & de ipſiſmet religioſis inter ſee* p.427

Resolutio XLVIII.

De Sepulturis.

Quæst.I. A*N qui inveniuntur mortui in campo veluti duelli valeant excuſari, ut admittantur ad ſepulturam Eccleſiaſticam.* p. 428

II. *An qui moritur ex vulnere accepto in duello, ſit privandus Eccleſiaſtica ſepultura, ſicut & illi, qui inveniantur mortui, in actu de ſe peccaminoſo? & inde multi caſus reſolvuntur.* p.429

III. *An ſepultura unius, poſſit alteri donari, ſive vendi.* p. 436

Resolutio XLIX.

De ſuſpenſione, ac ejus abſolutione.

Quæst.I. A*N qui abſolutus eſt, vel diſpenſatus ab Epiſcopo, cum crimen eſſet occultum, & poſtea factum eſt publicum ac manifeſtum, indigeatne nova abſolutione vel diſpenſatione.* p.431

II. *Vtrum*

II. *Verùm ſuſpenſio poſita à jure, & publicè facta, cum non ſit reſervata tolli poſſit ab Epiſcopo.* p.433

III. *An ſuſpenſus ab Ordine inferiori cenſeatur, & habeatur ſuſpenſus ab Ordine ſuperiori, ut illum exercens incurrat irregularitatem, & mortaliter peccet.* p.434

Resolutio I.

De Teſtibus.

Quæst.I. *Regularium nomina teſtium ſintne manifeſtanda.* p.435

II. *An Prælati Regulares, valeant compellere ſuos ſubditos ad jurandum in cauſis civilibus ſæcularium.* p.436

III. *Ad quid teneatur teſtis falſus, cujus teſtimonio, multa damna ſunt illata Reo.* p.437

IV. *In cauſis Religioſorum procedendum eſt ſine ſtrepitu judiciario, ac non ſervatis apicibus juris; & quid ſint iſti apices juris.* p.438

OPUSCULUM III.

De præclara magni parentis Eliæ præeminentia.

Resolutio I.

De magnis prærogativis magni parentis Eliæ.

Quæst.I. *De magnis meritis, ac virtutibus ſanctiſſimi Eliæ.* p.439

II. *Elias valde præclarus, ac excelſus donis, ac mirabilibus.* p.442

III. *Elias maximè nobilitatur divinis revelationibus, ac cognitione cœleſtium myſteriorum.* Nubecula parva. p.457

IV. *Magnis Elogiis, ac laudibus celebratur Elias in Scriptura, ac Sanctis Patribus.* p.455

Resolutio II.

Quæst.I. *Sanctus Elias Carmelitani Ordinis Fundator, Inſtitutor & Auctor.* p.457

II. *Apertè refutantur aliquæ opiniones contra propoſitam veritatem.* p.461

III. *Satisfit objectionibus cujuſdam Auctoris moderni.* p.463

Traditio Religionis Carmelitanæ vera ac firma eſt. ibid.

Antiqui Carmelitæ multum profecerunt ſub doctrina Apoſtolorum. p.464

IV. *Satisfit quibuſdam modernis, qui dicunt Carmelitas deſcendere ab Elia, non tamen ſecundum ſtatum religioſum.* p.465

V. *Explicatur Confirmatio Religionis Carmelitanæ.* p.466

Confirmatio ab Antiquiſſimis Pattiarchis.

Confirmatio Religionis Carmelitanæ ex dato titulo à Summis Pontificibus. p.468

Approbatio Carmelitana ex Concilio Lateranenſi. ibid.

Approbatio Carmelitana ab Alexandro tertio, Innocentio tertio, Honorio tertio. ibid.

Approbatio Carmelitana facta in Concilio Lugdunenſi. p.469

VI. *Quare Religio Carmelitana cum tam antiqua ſit, tamen inter Mendicantes ponitur, ac ſcribitur in ultimo loco.* p.470

Resolutio III.

Quæst.I. *In lege veteri fuerunt vota non ſolum in magnatibus in illa, ſed etiam in illis, qui erant de communi, ac vulgari populo.* p.472

II. *In lege veteri dabatur caſtitatis votum.* ibid.

III. *In Rechabitis probantur vota obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis quantum pro illa lege antiqua dari poterant.* p.475

IV. *In Eſſenis fuerunt etiam vota obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, qualia potuerunt eſſe pro illa lege imperfecta, & antiqua.* p.476

V. *Supremæ luminaria totius Eccleſiæ Dei, Apoſtoli nempe altiſſima, & conſummata perfectione, ac excellentia fecerunt vota obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis; & unde hæc vota in iis colligantur.* p.478

VI. *Eximia obedientia, paupertas, ac virginitas in Elia.* p.479

VII. *Eximia obedientia, paupertas, & caſtitas in Eliſæo, ac filiis Prophetarum.* p.481

Obedientia filiorum Prophetarum. p.482

Ingens paupertas in Eliſæo. ibid.

Paupertas filiorum Prophetarum. p.483

Eliſæus, & multi filii Prophetarum eximia puritate, ac caſtitate floruerunt. p.484

VIII. *Ex factis colliguntur vota obedientiæ paupertatis, caſtitatis in Elia, ac Eliſæo, & filiis Prophetarum.* ibid.

IX. *Ex aliis fundamentis probantur vota obedientiæ, paupertatis, ac caſtitatis in Elia, Eliſæo, ac filiis Prophetarum.* p.486.

X. *Stabilitur noſtra ſententia auctoritate Sanctorum Patrum, ac graviſſimorum Doctorum.* p.488

XI. *Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex ſublimi dignitate Chriſti, ac Sanctiſſimæ Virginis Mariæ.* p.490

XII. *Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex imperfectione legis veteris.* p.492

XIII. *Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex repugnantia cum lege.* p.495

XIV. *Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex ſumma perfectione legis Evangelicæ, ac ex præclara dignitate Apoſtolorum.* p.496

XV. *Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex auctoritate negativa Scripturæ, & affirmativa D. Thomæ.* p.498

XVI. *Solvitur argumentum, quod fit ex neceſſitate*

ceſſuate regula, clavium, ac approbationis. p.499

XVII. *Solvuntur tria alia argumenta.* p.500

XVIII. *Explicatur differentia interveniens inter Monachatum legis antiquæ, ac legis gratiæ, & differentia inter utriuſque vota.* p.502

XIX. *Oſtenditur perſeverantia votorum in Carmelitano Ordine ab Elia uſque ad præſens tempus per varios ſtatus.* p.503

OPVSCVLVM IV.

De Immaculata Conceptione Virginis Mariæ.

QUÆST. I. *Revelatio facta B. Brigittæ, eſt magna auctoritatis, & maximè honoranda.* p.507

II. *Sancti Ioachimus, & Anna convenerunt ad Conceptionem B. Virginis, non ex carnali concupiſcentia, ſed ex Dei mandato.* p.508

III. *Dum corpus B. Virginis Mariæ in utero ſanctæ Annæ efformatur Angeli præſtant obſequium.* p.509

IV. *Hora in qua concepta fuit Sacratiſſima Virgo rectè dicitur hora aurea, & pretioſa.* p.510

V. *Summam puritatem Virginis Mariæ in ſua Immaculata Conceptione apertiſſimè nobis divinus Spiritus declarat in Scripturis.* p.511

VI. *Sanctiſſima Virgo maximè Dei potentia cuſtodita eſt ab omni peccato originali.* p.513

VII. *Sanctiſſima Maria in primo inſtanti ſuæ Immaculatæ Conceptionis, magna gratia fuit communita, ut nullam maculam peccati originalis contraheret.* p.515

VIII. *Mariana immunitas à primordialis delicti labe ex jure Maternitatis aſtruitur.* p.517

IX. *Immaculata Virginis Deiparæ Conceptio, ab originalis delicti labe ex pura ſimilitudine cum filio Ieſu deducitur.* p.520

X. *Veritas Immaculatæ Conceptionis Virginis demonſtratur ex perpetua traditione Eccleſiæ ex tempore Apoſtolorum.* p.522

XI. *Veritas Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ optimè demonſtratur ex antiquiſſimis feſtivitatibus illius à tempore Apoſtolorum.* p.523

XII. *Veritas Immaculatæ Conceptionis oſtenditur, ex modo loquendi Conciliorum.* pagina 524

XIII. *Veritas Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ declaratur, ac oſtenditur auctoritate multorum Summorum Pontificum.* p.525

XIV. *Veritatem Immaculatæ Conceptionis nobis maximè aperit, & declarat Alexander Septimus, in ſua Conſtitutione, quæ breviter proponitur & explicatur.* p.526

XV. *Veritas Immaculatæ Conceptionis Mariæ comprobatur auctoritate Patrum Græcorum.* p.528

XVI. *Veritas Conceptionis Immaculatæ Deiparæ comprobatur teſtimonio Patrum ex Eccleſia Latina.* p.529

XVII. *Veritas Immaculatæ Conceptionis probatur auctoritate D. Thomæ, qui ſemper fuit firmus in hac ſententia; & explicatur ejus mens,* p.531

XVIII. *Veritas Immaculatæ Conceptionis firmatur à graviſſimis Theologis in ampliſſimo milliario, & à præſtantiſſimis Academiis, Imperatoribus, Regibus, ac Dynaſtis.* p.535

XIX. *Veritas Immaculatæ Conceptionis ſtabilitur à divina Omnipotentia multis revelationibus, ac miraculis.* p.534

XX. *Immaculata Virginis Mariæ Conceptio etiam rationibus firmatur.* p.536

XXI. *Quare à Deo permiſſum eſt, ut aliqui viri Pii de hoc arcano Immaculatæ Conceptionis dubitarent, eorúmque argumenta proponuntur, & ſolvuntur.* ibid.

XXII. *Veritas Immaculatæ Conceptionis habet abundantiſſimè omnia requiſita, ut à Sede Apoſtolica definiatur, inde eſt proximè definibilis.* p.538

INDEX

INDEX

Locorum Sacræ Scripturæ, quæ in his quatuor Opuſculis continentur.

Littera O. indicat Opuſculum, R. Reſolutionem, Q. Quæſtionem, N. Numerum marginalem, P. Paginam.

TESTAMENTVM VETVS.

Ex Libro Geneſis.

CAPVT I.

Num.1. IN principio creavit Deus cœlum & terram. Opuſc.1. Reſ.1. quæſt.8.num.97.p.16. & O.4. q.5. n.25. p.512
3. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. O.4.q.8.n.49.p.519
5. Factum eſt veſpere, & mane dies unus. O.4.q.4.n.18.p.510
11. Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen juxta genus ſuum. O.4.q.5. n.26.p.512
16. Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare majus, ut præeſſet diei, & luminare minus, ut præeſſet nocti. O.3.R.2.q.6.n.67. p.471. & O.4.q.6.n.31.p.513

CAPUT II.

Num.23. NUnc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. O.1. R.2. q.5. n.128. p.21. & O.3.R.3.q.12.n.111.p.494

CAPVT III.

Num.5. ERitis ſicut Dii ſcientes bonum, & malum. O.1.R.1.q.7.n.90.p.15
15. Serpenti dixit: inimicitias ponam inter te, & mulierem, ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo ejus. O.4 q.22.n.177.p.539
16. Mulieri dixit: multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios. O.4 q.21.n.170.p.537
19 Pulvis es, & in pulverem reverteris. O.4. q.21.n.170.ibid.
22. Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum. O.1.R.2.q.5. n.187. p.29
24 Collocavit ante Paradiſum voluptatis, Cherubim, & flammeum gladium. O. 4. q.5.p.511

CAPUT IV.

Num.26. ISte cœpit invocare nomen Domini. O.3.R.3.q.17.n.47.p.505

CAPUT VI.

Num.3. NOn permanebit ſpiritus meus in homine, in æternum, quia caro eſt. O.1.R.3.q.2.n.467.p.71
9. Noë vir juſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulavit. O.3.R.1.q.1.n.3.p.440. & R.3.q.12.n.103. p.493
12. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram. O.1.R.2.q.5.n.187.p.29

CAPUT VIII.

Num.1. ADduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ. O.4. q.8. n.49. p.519
21. Senſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. O.2.R.44.q.3.n.16.p.410

CAPVT IX.

Num.1. BEnedixitque Deus Noë & filiis ejus, & dixit ad eos: creſcite, & multiplicamini, & replete terram. O.3.R.3 q.13.n.118.p.495
27. Dilatet Deus Japheth, & habitet in tabernaculis Sem. O.3.R.3.q.12.n.151.p.494

CAPUT XIV.

Num.14. NUmeravit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo; & perſecutus eſt eos uſque Dan. O.1. R.3 q.4 n.335.p.36

CAPUT XV.

Num.17. CVm ergo occubuiſſet Sol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis. O.1. R.2.q.5.n.189.p.29

Index Locorum

CAPUT XVII.

Num. 1. DOminus dixit ad eum: Ego Deus Omnipotens: Ambula coram me, & eſto perfectus. O.3.R.1.q.1.n.3.p.440

23. Tulit autem Abraham Iſmaëlem filium ſuum, & omnes vernaculos domus ſuæ, & circumcidit carnem præputii eorum ſtatim in ipſa die, ſicut præceperat ei Dominus. O.3.R.5.q.12.n.103.p.493

CAPUT XVIII.

Num. 2. CVm Abraham elevaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum. O.4.q.1.n.12.p.509

CAPUT XIX.

Num. 1. VEnerunt quoque duo Angeli Sodomam veſpere. O.4.q.3.n.14.p.509

33. Et ingreſſa eſt major, dormivitque cum patre ſuo, at ille non ſenſit. O.1.R.4.q.12.n.513.p.77

CAPUT XXI.

Num. 23. JVra mihi per Deum, ne noceas mihi & poſteris meis, ſtirpique meæ. O.4.q.2.n.11 p.509

CAPUT XXII.

Num. 17. ET benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. O.4 q.8.n.45.p.518

CAPUT XXIII.

SVrrexit Abraham, & adoravit populum terræ, filios videlicet Heth. O.2.R.43.q.3.n.26.p.406

CAPVT XXVII.

Num. 1. SEnuit autem Iſaac, & caligaverunt oculi ejus, & videre non poterat, vocavitque filium ſuum Eſau: O.3 R.3.q.14.n.127.p.497

CAPUT XXVIII.

Num. 20. VOvit etiam votum dicens: ſi fuerit Dominus mecum; & cuſtodierit me in via per quam ambulo. O.3.R.3.q.1.n.2.p.472

CAPUT XXIX.

Num. 10. SErvivit ergo Jacob pro Rachele ſeptem annis; & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. O.3.R.1.q.1.n.3.p.440

CAPVT XXXI.

Num. 13. EGo ſum Deus Bethel, ubi unxiſti lapidem, & votum voviſti mihi: Nunc ergo ſurge & egredere de terra hac; revertens in terram nativitatis tuæ. O.1.R.3.q 8 n.111.p.18

32. Hæc dicens, ignorabat quod Rachel furata eſſet idola Patris ſui. O.1.R.3.q.19.n.451.p.54

CAPUT XLI.

Num. 35. QVi jam futuri ſunt, congregat in horrea, & omne frumentum. O.1.R.1.q.8.n.115.p.18

CAPUT XLV.

Num. 8. NOn veſtro conſilio, ſed Dei voluntate, huc miſſus ſum: qui fecit me, quaſi Patrem Pharaonis. O.1.R.3.q.4.n.230.p.35

CAPUT XLVII.

Num 22. PRæter terram Sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis. O.2.R.41.q.1.n.3.p.387

CAPUT XLVIII.

Num. 15. DEus ante cujus conſpectum ambulaverunt Patres mei, Abraham, & Iſaac. O.3.R.1.q.1.n.3.p.440

CAPVT XLIX.

Num. 9. CAtulus Leonis Juda: ad prædam fili mi aſcendiſti. O.4.q.6.n.31.p.313

CAPVT L.

Num. 16. MAndaverunt ei dicentes: Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, ut hæc tibi verbis illius diceremus. O.2.R.33.q.1.n.1.p.333

23. Locutus eſt fratribus ſuis; Poſt mortem meam Deus viſitabit vos Aſportate oſſa mea vobiſcum de terra iſta, in qua mortuus ſum. O.3.R.3.q.12.n.111.p.494

Ex libro Exodi.

CAPUT II.

Num. 11. VIdit afflictionem eorum, & virum Ægyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus ſuis. O.1.R.4.q.11.n.553.p.83

15. Qui fugiens de conſpectu ejus, moratus eſt in terra Madian, & ſedit juxta puteum. O.1.R.5 q.337.p.37

CAPUT III.

Num. 2. APparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quod rubus ardebat, & non comburetur. O.1.R.1.q.8.n.95.p.15. & R.5.q.9 n.109 p.17

6. Abſcondit Moyſes faciem ſuam; non enim audebat aſpicere contra Deum. O.1.R.5.q.7.n 639.p.97

11. Dixit Moyſes ad Deum, quis ſum ego ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſraël de Ægypto. O.3.R.3.q.6.n.44.p.480

CAPUT IV.

Num. 22. HÆc dixit Dominus: Filius meus primogenitus Iſraël: Dixi tibi: dimitte filium meum, ut ſerviat mihi. O.1.R.2.q.1.n.145.p.23

CAPVT VII.

Num. 1. DIxitque Dominus ad Moyſem: ecce conſtitui te Deum Pharaonis. O.2.R.42.q.2.n.10.p.399

22. Ecce

21\. Fecerúntque ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis. O.2.R.44.q.3.n.25. p.411

CAPUT IX.

Num.16. IDcirco poſui te, ut oſtendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. O.1. R.3. q.1. n.195. p.31

CAPUT XII.

Num.11. COmedetis feſtinanter: eſt enim Phaſe, id eſt tranſitus Domini. O.1.R.5.q.13.n.698.p.107.

49\. In una domo comedetur, nec efferetis de carnibus ejus foras, nec os illius confringetis. O.2.R.2.q.3.n.172,p.27

CAPVT XV.

Num.1. TUnc cecinit Moyſes, & filii Iſraël carmen hoc, & dixerunt, Cantemus Domino glorioſè. O.1.R.3.q.15.n.322. p.50

CAPUT XVII.

Num.14. DIxit Dominus ad Moyſem: ſcribe hæc ob monumentum in libro. O.1.R.3 q.4.n.232.p.36

CAPUT XIX.

Num.5. ERitis mihi in peculium de cunctis populis, mea eſt enim omnis terra. O.1.R.1.q.1.n.7.p.2

18\. Totus enim mons fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus ſupra eum in igne. O.1. R.3. q.1. n.204. p.32. & O.3. R.1.q.2.n.58. p.450

19\. Et ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in majus, & prolixius tendebatur. O.1.R.5. q.1.n.578.p.87

CAPUT XX.

Num.1. NOn aſſumes nomen Domini tui in vanum. O.1.R.2.q.4.n.1741 p.28

CAPUT XXIII.

Num.26. NOn erit infœcunda neque ſterilis in domo tua; & numerum dierum tuorum implebo. O.3.R.3.quæſt.13. n,116 p.495

CAPUT XXIV.

Num.18. INgreſsúſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. O.3.R.3.q.14.n.127.p.497

CAPUT XXVIII.

Num.36. FAcies laminam de auro puriſſimo. O.4.q.4.n.17.p.510

CAPUT XXXI.

Num.18. DEdítque Dominus Moyſi duas tabulas teſtimonii lapideas, ſcriptas digito Dei. O.1.R.3.q.1.num.191. & 200. p.31

CAPUT XXXII.

Num.15. REverſus eſt Moyſes de monte, portans duas tabulas teſtimonii in manu ſua, ſcriptas ex utraque parte, & factas opere Dei. O.1.R.3.q.1 n.200.p.31

31\. Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. O.3.R.3.q.14.n.127.p 497

34\. Angelus meus præcedet te. O.4.q.6.n.30. p.513

CAPUT XXXIII.

Num.20. OStende mihi faciem tuam: rurſus ait: non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & vivet. O.1.R.1.q.3.n.35.p.7. & O.4.q.21. n.170. p.537

CAPUT XXXIV.

Num.1. PRæcide, ait, tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum, & ſcribam ſuper eas verba. O.1.R.3.q.1.n.203.p.32

27\. Dixit Dominus ad Moyſem: ſcribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Iſraël pepigi fœdus. O.1.R.3.q.1.n.203.p.32

29\. Cúmque deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonii, & ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua. O.1.R.3.q.1.n.204.p.32

32\. Impletíſque ſermonibus poſuit velamen ſuper faciem ſuam. O.1.R.5.q.1.n.572.p.86

Ex Libro Levitici.

CAPVT XXVII.

Num.1. LOcutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: loquere filiis Iſraël & dices ad eos: Homo qui votum fecerit, & ſpoponderit Deo animam ſuam: ſub æſtimatione dabit pretium. O.3.R.3.q.1.n.1.p.472

Ex Numeris.

CAPUT I.

Num.53. POrro Levitæ per gyrum tabernaculi teſtimonii. O.2.R.36. q.1.n.4.p.349

CAPUT III.

Num.7. EXcubent, & obſervent, quidquid ad cultum pertinet. O.2.R.36. q.1.n.4. ibid.

CAPUT VI.

Num.2. VIr, ſive mulier, cum fecerint votum, ut ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare. O.3. R.3. q.2. n.5. p.47

CAPUT XII.

Num.3. ERat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui habitant in terra. O.1.R.3.q.4.n.234.p.36. & O.3.R.3. q.12.0.10 p.493

Index Locorum

CAPUT XIII.

Num.34. IBi vidimus monſtra quædam filiorum Enac, de genere giganteo; quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur. O.1.R.2.q.5.n.187.p.29

CAPUT XVII.

Num.8. SEquenti die regreſſus Moyſes invenit germinaſſe virgam Aaron, & turgentibus gemmis eruperant flores. O.4.q.8.n.45.p.518

CAPUT XVIII.

Num.4. SInt autem tecum, & excubent in cuſtodiis tabernaculi, & in myſterio altaris. O.2.R.36.q.1.n.3.p.349

CAPUT XX.

Num.10. AUdite rebelles, & increduli: nunquid de Petra hac vobis aquam poterimus ejicere. Cúmque elevaſſet Moyſes manum. O.1. R.5. q.3. n.602. p.91

CAPUT XXI.

Num.9. FEcitque Moyſes ſerpérem æneum, & poſuit eum pro ſigno: quem cum percuſſi aſpicerent ſanabantur. O. 1. R.2. q.1. n.128. p.21

54. Unde dicitur in libro bellorum Domini: ſicut fecit in mari rubro. O.1.R.3.quæſt.4. n.245. p.36

CAPUT XXII.

Num.23 CErnens aſina Angelum ſtantem in via evaginato gladio; avertit ſe de itinere. O.2.R.43.q.3.n.29.p.400

CAPUT XXX.

Num.3. ISte eſt ſermo, quem præcepit Dominus: ſi quis virorum votum Domino voverit, aut ſe conſtrinxerit juramento, non faciet irritum verbum ſuum. O.1. R.3. q.1. n.1. p.30

CAPUT XXXIII.

Num.34. ET de Jetebatha venerunt in Hebrona. O.1.R.3.q.4.n.235.p.36

Ex Deuteronomio.

CAPUT VI.

Num.5. DIliges Dominum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. O.1. R.2. q.4 n.174 p.27

CAPUT VII.

Num.14 BEnedictus eris inter omnes populos: non erit apud te ſterilis utriuſque ſexus. O.3. R.3. q.13. n.115. 116.119. p.495

CAPUT IX.

Num.10. DEdit mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei. O.1. R.3. q.1. n.200. p.35

CAPUT XII.

Num.11. PRimitias manuum veſtrarum: & quidquid præcipuum eſt in muneribus, quæ vovebitis Domino. O. 3. R.3.q.1.n.1.p.472

CAPUT XVII.

Num.8. SI difficile, & ambiguum judicium apud te eſſe perſpexeris: ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniéſque ad Sacerdotes. O.1. R.1.q.7.n.85.p.14. & O.3. R.3.q.16.n.142. p.500

CAPUT XVIII.

Num.15. PRophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ipſum audies. O.1. R. 1.q.8.n.107.p.17. & O.3.R.3.q.12. n.111.p.494

CAPUT XIX.

Num.25. NOn ſtabit teſtis unus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit, ſed in ore duorum, aut trium ſtabit omne verbum. O.1. R.5. q.2.n.597.p.90.

CAPUT XXV.

Num.4. NOn alligabis os bovis terentis in area fruges tuas. O. 1. R. 2. q.4. n.72. p 27

CAPUT XXXI.

Num.9. SCripſit itaque Moyſes legem hanc, & tradidit Sacerdotibus filiis Levi, qui portabant arcam fœderis Domini. O.1. R.5. q.4. n.232. p.36

CAPUT XXXII.

Num.39. EGo occidam, & ego vivere faciam, percutiam, & ego ſanabo, & non eſt qui de manu mea poſſit eruere. O.2. R.44. q.3. n.22. p.411

44. Venit ergo Moyſes, & locutus eſt omnia verba Cantici hujus in auribus populi. O.1. R.3. q.15. n.22. p.50

CAPUT XXXIII.

Num.3. DIlexit populos, omnes ſancti in manu illius ſunt: & qui appropinquant pedibus ejus. O.2.R.43.q.3.n.22. p.406

CAPUT XXXIV.

Num.5. MOrtuus eſt ibi Moyſes ſervus Domini, in terra Moab, jubente Domino. O.1.R.3.q 4.n 233 p.36

6. Et ſepelivit eum in valle terræ Moab, contra Phogor: & non cognovit homo ſepulchrum ejus uſque in præſentem diem. O.1. R.5.q.19.n.768.p.117

10. Non ſurrexit ultra Propheta in Iſraël, ſicut Moyſes, quem noſſet Dominus facie ad faciem. O.1.R.1.q.3.n.32.p.7

Ex

Ex libro Ioſue.

CAPUT IV.

Num.9. ALios quoque duodecim lapides poſuit Joſue in medio Jordanis alveo, ubi ſteterunt ſacerdotes ; & ſunt ibi uſque in præſentem diem. O.1. R.3. q.5. n.545. p.38

CAPUT VII.

Num.20. REſpondens Achaz Joſue, & dixit ei, Verè ego peccavi Domino Deo Iſraël, ſic & ſic feci. O.1. R.3. q.5. n.245. p.38

CAPUT X.

Num.13. NOnne ſcriptum eſt hoc in libro juſtorum : ſtetit itaque ſol in medio cœli, & non feſtinavit occumbere ſpatio unius diei. O.1.R.3.q.5.n.245.p.38. & O.2.R.42.q 1.n.10.p.396

CAPUT XV.

Num.16. DIxitque Caleb, Qui percuſſerit Cariathſepher, & ceperit eam, Dabo ei Axam filiam meam in uxorem. O.1. R.3. q.5. 245. p.38.

CAPUT XXIV.

Num.26. SCripſit quoque omnia verba hæc, in volumine legis Domini : & tulit lapidem grandem. O. 1. R. 3. q.5. 0.245. p.37

29. Poſt hæc mortuus eſt Joſue filius Nun ſervus Domini centum & decem annorum. O.1. R.3. q.5. n.245. p.38

Ex libro Iudicum.

CAPVT I.

Num.34. ARctavitque Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum, ut ad planiora deſcenderet. O.1.R.3. q.5. n.245 p.38

CAPUT III.

Num.15. Aod, qui utraque manu pro dextra utebatur. O.2. R.41. q.2. p.290

CAPUT V.

Num.1. CEcineruntque Debbora, & Barac filius Abinoem in illo die dicentes. O.3. R.3. q.12. n.111. p.494

CAPVT VI.

Num.12. APparuit ei Angelus domini, & dixit ei : Dominus tecum virorum fortiſſime : dixitque ei Gedeon. O.3. q.12. n.111. p.494

37 Ponam hoc vellus lanæ in area : ſi ros in ſolo vellere fuerit & in omni terra ſiccitas, ſciam quod per manum meam, ſicut locutus es, liberabis Iſraël. O.2.R.41 q.2.n.12. p.399

CAPVT IX.

Num.8. IErunt ligna ut facerent ſibi regem, dixeruntque Olivæ : Impera nobis. Quæ reſpondit. O.1. R.2. q.2. n.157. p.25

CAPVT XI.

Num.37. DImitte me ut duobus menſibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum ſodalibus meis. O.3. R.3. q.13. n.116. p.495

39. Expletis duobus menſibus, reverſa eſt ad Patrem ſuum, & fecit ſicut voverat. O.3. R.3. q.1. n.2. p.472

CAPVT XIII.

Num.5. ERit enim Nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex utero matris, & ipſe incipiet liberare Iſraël. O.1.R.3.q.6.n.248. p.38

CAPVT XVIII.

Num.29. VOcato nomine civitatis Dan juxta vocabulum patris ſui, quem genuerat Iſraël. O.1. R.3. q.4. n.235 p.36

Ex libro Ruth.

CAPVT I.

Num.1. IN diebus unius judicis, quando judices præerant facta eſt fames in terra ; abiitque homo de Bethlehem Juda, ut peregrinaretur. O.1.R.3.q.7.n.256.p.34

CAPUT IV.

Num.20. SAlmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Iſai, Iſai genuit David. O.1.R.3.q.7.n.256.p.34

Ex libro primo Regum.

CAPVT I.

Num.11. DEderis ſervæ tuæ ſexum virilem : dabo eum Domino cunctis diebus vitæ ſuæ, & novacula non aſcendet ſuper caput ejus. O.3. R.3. q.1. n.2. p.472

CAPUT II.

Num.26. PUer autem Samuel proficiebat atque creſcebat, & placebat, tam Deo, quam hominibus. O.1.R.3.q 4.n.234. p.36

30. Nunc autem dicit Dominus : quicunque glorificaverit me, glorificabo eum ; qui autem contemnunt me erunt ignobiles. O.2. R.42.q.2.n.23 p.399

35. Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, & animam meam faciet. O.1.R.3.q.4.n.234.p.36

CAPVT III.

Num.19 CRevit autem Samuel, & Deus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram. O.1. R.3. q.4.n.234 p.36

CAPVT VIII.

Num.1. FActum eſt autem cum ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos judices Iſraël. O.3. R.3. q.17. 0.149. p.501

CAPUT XVIII.

Num.18. AIt David ad Saül : quis ſum ego, aut quæ eſt vita mea, aut cognatio Patris mei in Iſraël, ut fiam gener regis. O.3.R.1.q.5.n.4

CAPUT XIX.

Num.20. CUm vidiſſent cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuelem ſtantem ſuper eos, factus eſt etiam ſpiritus Domini in illis, & prophetare cœperunt etiam ipſi. O.3.R.3.q.17.n.147.p.501

CAPUT XXI.

Num.4. NOn habeo laicos panes ad manum, ſed tantum panem ſanctum, ſi mundi ſunt pueri maximè à mulieribus. O.2.R.45.q.2.n.17.p 415

CAPUT XXIV.

Num.9. ET reſpexit Saül poſt ſe : & inclinans ſe David pronus in terram adoravit. O.2.R.43.q.2.n.16.p.404

CAPUT XXV.

Num.24. PRocidit coram Davide ſuper faciem ſuam, & adoravit ſuper terram, & cecidit ad pedes ejus. O.3.R.2.q.3.n.69.p.452

CAPUT XXVI.

Num.9. NE interficias eum: quis enim extendet manum ſuam, in Chriſtum Domini, & innocens erit ? O. 3. R.3. q.14.n.127.p 497.

CAPUT XXVII.

Num.6. PRopter hanc cauſam facta eſt Siceleg Regum Juda uſque in diem hanc. O.1.R.3.q.8.n.x58.p.40

CAPUT XXVIII.

Num.14. VIr ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio, & intellexit Saül, quod Samuel eſſet, & inclinans ſe ſuper faciem, adoravit. O.2.R.43. q. 1.n.1. p.402

15. Quare inquietaſti me, ut ſuſcitarer. ibid.

17. Faciet enim tibi Dominus, ut locutus eſt in manu mea, & ſcindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo David. O.2.R.43.q.2.n.16.p.404

CAPUT XXX.

Num.25. ET factum eſt hoc ex illa die, & deinceps conſtitutum, & præfinitum, & quaſi lex in Iſraël uſque in diem hanc. C.1.R.3.q.8.n.258.p.40

Ex libro ſecundo Regum.

CAPUT I.

Num.23. SAül, & Jonathas amabiles, & decori in vita ſua in morte quoque, non ſunt ſeparati : aquilis velociores, leonibus fortiores. O.1.R.2. q.5. n.187.p.29

CAPUT VII.

Num.12. CUmque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, & ipſe ædificabit domum nomini meo. O.1. R.3.q.15.n.319.p.49

13. Stabiliam thronum regni ejus uſque in ſempiternum. O.1.R.4.q.11.n.676.p.105

14. Et ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium, quod ſi inique aliquid egerit arguam eum. O.1.R.2.q4.n.172.p.27 & R.5. q.11.n.676.p.105

CAPUT XIII.

Num.12. NOli frater mi, noli opprimere me, neque hoc fas eſt in Iſraël. O.1.R.4.q.12.n.553.p.83

CAPUT XIV.

Num.7. ECce conſurgens univerſa cognatio mea adverſum ancillam tuam, & quærunt extinguere ſcintillam meam. O.3. R.3.q.2.n.8.p.473

CAPUT XV.

Num.17. DIxit Abſalon ad Regem David : vadam, & reddam, quæ vovi Domino in Hebron. O.3.R.3.q.1.n.2.p.472

CAPUT XIX.

Num.22. CVr efficimini mihi hodie in ſcandalum ? ergóne hodie interficietur vir in Iſraël ? An ignoro me hodie factum regem ? O.1.R.2.q.6.n.146.p.23

CAPUT XXIII.

Num.2. SPiritus Domini locutus eſt per me : & ſermo ejus per linguam meam. O.1.R.3.q.6.n.66.p.ta

Ex libro tertio Regum.

CAPUT I.

Num.37. QVomodo fuit Dominus cum domino meo Rege, ſic ſit cum Salomone, & ſublimius faciat ſolium ejus. O.1.R.3.q.16.n.331.p.51

Num.32. LOcutus eſt quoque Salomon tria millia parabolas, & fuerunt carmina ejus quinque millia. O.1.R.3.q.10. n.376.p.57. & q.18.n 344.p.53.

CAPUT VIII.

Num.9. IN Arca autem non erat aliud, niſi duæ tabulæ, quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum Iſraël. O.1.R.2.q 4.n.179. p.28. & R.5.q.11.n.674.p.104

CAPUT X.

Num.8. BEati viri tui, & beati ſervi tui, qui ſtant coram te, & audiunt ſapientiam tuam, ſit Dominus Deus tuus benedictus. O.2.R 15.q.t.n.1.p.226

18. Fecit etiam Rex Salomon thronum de ebore:

ebore: & veſtivit eum auro fulvo nimis: & duo leones ſtabant juxta manus ſingulas. O.4.q.6.n.30.31.p.313

CAPUT XI.

Num.30. Apprehendenſque Ahior pallium ſuum novum, quo coopertus erat, ſcidit in duodecim partes. O.1.R.2.q.5.n.192.p.30

CAPUT XV.

Num.15. Intulit ea, quæ ſanctificaverat pater ſuus, & voverat in domum Domini argentum, & aurum, & vaſa. O.3.R.3.q.1.n.2.p.472

CAPUT XVII.

Num.1. Dixit Elias de habitatoribus Galaad ad Achab, vivit Dominus Deus Iſraël in cujus conſpectu ſto, ſi erit ros, & pluvia. O.3.R.1.q.1.n.2.p.439

6. Corvi quoque deferebant & panem & carnes mane, ſimiliter panem & carnes veſperi, & bibebat de torrente. O.3.R 3.q 6.p.480

Expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum. O.2.R.42.q.1.n.8.p.396. O.3.R.1.q.5.n.73.p.453

CAPUT XVIII.

Num.1. Poſt dies multos factum eſt verbum Domini ad Eliam, vade & oſtende te Achab, ut dem pluviam. O. 3. R.3.q.6.n.45.p.480

13. Nunquid non indicatum eſt tibi domino meo, quid fecerim cùm interficeret Jezabel prophetas Domini.O.3.R.3.q.12.n.108.p.494

15. Dixit Elias: vivit Dominus exercituum, ante cujus vultum ſto, quia hodie apparebo ei. O.3.R.1.q.1.n.23.p 439

27. Illudebat illis Elias, dicens: clamate voce majori: Deus enim eſt, & forſitan loquitur,aut in diverſorio eſt aut in itinere. O.1.R.2.q.5.n.187.p.29

39. Quod cum vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, & ait: Dominus ipſe eſt Deus. O.3.R.1.q.3.n.63.p.452

44. In ſeptima autem vice,ecce nubecula parva, quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari. O.3. R.1. q 3. n.64.65.66.67. p.452. O.4.q.5 n.57.p.521.& q.14.n.91.p.527

CAPUT XIX.

Num.3. Timuit Elias, & ſurgens abiit, quocumque eum ferebat voluntas. O.3.R.3.q.6.n.43.p.480

6. Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: ſurge, comede, & reſpexit, ecce ad caput ſuum ſubcinericium panem. O.3.R.1.q.2.n.21.p.444

8. Comedit & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. O.3. R.1.q.2.n.20.p.444

11. Ait ei egredere, & ſta in monte coram Domino: ecce Dominus, tranſit, ſpiritus grandis, & fortis. O.3. R.1. q.2. n.24.p.444

12. Poſt commotionem ignis, non in igne Dominus, & poſt ignem ſibilus auræ tenuis. O.3.R.1.q.3.n.73.p.453

14. Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Iſraël, prophetas tuos occiderunt. O.3.R.1.q.3.n.27,28.p.445. & R.3.q.12.n.108

18. Dereliquam mihi in Iſraël ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt curvata ante Baal. O.3.R.1.q.2.n.28 p.445

19. Profectus inde reperit Eliſæum filium Saphat arantem in duodecim jugis boum. O.3.R.3.q.16.n.143.p.500

20. Oſculer, oro, Patrem meum, & matrem meam; & ſic ſequar te. O.3.R.3.q.7.n.66.p.484

21. Tulit par boum, & mactavit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & ſurgens abiit & ſecutus eſt Eliam. O. 3. R.3.q.7.n.51.p.482

CAPUT XXI.

Num.18. Deſcende in occurſum Achab Regis Iſraël, ecce ad vineam Naboth deſcendet, ut poſſideat eam, & loqueris ad eum. O.3.R.3.q 6.n.43.p.480

21. Demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem. O. 3. R.1.q.2.n.30.p.446

CAPUT XXII.

Num.20. Et ait Dominus: quis decipiet Achab regem Iſraël, & aſcendat, & cadat in Ramoth. O.1. R.3. q.14.n.302. p.46

Ex libro quarto Regum.

CAPUT I.

Num.3. Angelus autem Domini locutus eſt ad Eliam, dicens, ſurge, & aſcende in occurſum nuntiorum Regis Samariæ, & dices ad eos. O. 3. R. 3 q. 6.n.43. p.480

8. At illi dixerunt: vir piloſus & zona pellicea accinctus renibus.Qui ait: Elias Theſbites eſt. O.3.R.3.q.6.n.47 p.481

15. Locutus eſt Angelus Domini ad Eliam, dicens: deſcende cum eo ne timeas. O. 3. R.3.q 6.n.43.p.480

CAPUT II.

Num.2. Dixit Elias ad Eliſæum: ſede hic, quia Dominus miſit me uſque Bethel. O.3.R.1.q.2.n.35.36 p.446

9. Poſtula quod vis ut faciam tibi antequam tollar à te, qui ait: obſecro ut fiat in me Spiritus tuus. O.3.R.1 q.2.n.40.p.447

11. Ecce currus igneus, & equi ignei diviſerunt utrumque, & aſcendit Elias per turbinem in cœlum. O.3.R.1.q.1.n.5.p:440

12. Eliſæus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Iſraël, & auriga ejus. O.3.R.1.q.4.n.85 p.456

15. Videntes autem filii prophetarum, qui erant in Jericho,è contra,dixerunt: requievit Spiritus Eliæ ſuper Eliſæum. O.3.R.3.q.7.n.55.p.482

CAPUT

Index Locorum

CAPUT IV.

Num.1. MUlier autem quædam de uxoribus prophetarum clamabat ad Eliſæum dicens. O.3.R.3 q.17.n.149.p.501

2. Cui Eliſæus dixit: Quid vis ut faciam tibi? dic mihi,quid habes in domo tua. O.3.R.3.q.7.n.60.p.483

23. Vadis ad eum? hodie non ſunt calendæ, neque Sabbathum. O.3.R.1.q.3.n.75.p.454

27. Et ait homo; dimitte illam, anima ejus in amaritudine eſt, Dominus celavit à me,non indicavit mihi. O.1.R.1.q.8.n.95.p.15

38. Dixit Eliſæus uni de pueris ſuis: Pone ollam grandem, & coque pulmentum filiis prophetarum. O.3.R.3.q.7.n.55.p.482

39. Egreſſus eſt unus in agrum, ut colligeret herbas agreſtes: invenitque quaſi vitem ſilveſtrem. O.1.R.3.q.7.n.62.p.483

42. Vir quidam venit de Baalſaliza deferens viro Dei panes primitiarum viginti panes hordeaceos. O.3.R 3.q.7.n.61.p.483

CAPUT V.

Num.27. SEd & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo uſque in ſempiternum: & egreſſus ab eo leproſus quaſi nix. O.3.R.3.q.8.n.71.p.485.& q.17.n.149.p 501

CAPVT VI.

Num.1. ECce locus in quo habitemus coram te, anguſtus eſt nobis. Eamus uſque ad Jordanem, & tollant ſinguli de ſilva materias ſingulas. O.3.R.3.q 7.n.57.p.482

5. Accidit, cum unus materiam ſuccidiſſet, caderet ferrum ſecuris in aquam exclamavit & ille. ibid.

12. Dixitque unus ſervus ejus: nequaquam Domine mi Rex, ſed Eliſæus propheta, indicat Regi Iſraël omnia quæcumque locutus fueris. O.1.R.1.q.8.n.95.p.15

CAPUT XX.

Num.10. AIt Ezechias: facilè eſt umbram creſcere decem lineis: nec hoc volo ut fiat, ſed ut revertatur retrorſum decem gradibus. O.2.R.42.q.2.n.22.p.399

CAPVT XXII.

Num.8. DIxit autem Helcias Pontifex ad Saphan ſcribam: librum legis reperi in domo Domini. O.1.R.1.q.3.n.31.p.7

CAPUT XXV.

Num.9. SUccendit domum Domini, & domum Regis: & domos Jeruſalem, & omnem domum combuſſit igne. O.1.R.1.q.3.n.25.p.6

Ex libro primo Paralip.

CAPUT XXIX.

Num.29. GEſta autem David Regis priora, & noviſſima ſcripta ſunt in libro Samuelis videntis. O.1.R.3.q.8.n.259.p.40

Ex libro ſecundo Paralip.

CAPVT I.

Num.1. COnfortatus eſt ergo Salomon, filius David, in regno ſuo, & Dominus Deus erat cum illo. O.1.R.1.q.3.n.27.p.6

CAPUT V.

Num.9. FUit autem Arca ibi uſque in præcedentem diem. O.1.R.3.q.9.n.266.p.41

CAPVT IX.

Num.29. REliqua autem operum Salomonis priorum, & noviſſimorum ſcripta ſunt in viſione Addo videntis contra Jeroboam. O.1.R.1.q.4.n.47.p 9

CAPVT XXI.

Num.12. ALlatæ ſunt autem ei litteræ, ab Elia propheta; in quibus ſcriptum erat: hoc dicit Dominus. O.2.R.33.q.1.n.1.p.335

CAPUT XXIV.

Num.27. SVmma pecuniæ, quæ adunata fuerat ſub eo, & inſtauratio domus Dei ſcripta ſunt in libro regum. O.1.R.3.q.8.n.262.p.40

CAPUT XXXI.

Num.6. OBtulerunt decimas boum, & ovium, decimaſque ſanctorum, quæ voverant Domino Deo ſuo. O.3.R.3.q.4.n.47.p.481

CAPUT XXXV.

Num.24. QVi ſequebatur eum more Regio, & aſportaverunt eum in Jeruſalem, mortuuſque eſt, & ſepultus in mauſoleo Patrum ſuorum. O.1.R.3.q.21.n.392.p.59

Ex libro primo Eſdræ.

CAPUT I.

Num.2. DOminus Deus cœli, ipſe præcepit mihi, ut ædificarem ei domum in Jeruſalem, quæ eſt in Judæa. O.1.R.1.q.3.n.27.p.6

Ex libro ſecundo Eſdræ.

CAPVT VIII.

Num.1. DIxerunt Eſdræ ſcribæ, ut afferret librum legis Moyſi, quam præceperat Dominus Iſraeli. O.1.R.1.quæſt.3.num.56.p.8

Ex

Ex libro Tobiæ.

CAPUT II.

Num.13. Ut poſteris daretur exemplum patientiæ ejus, ſicut & ſancti Job. O.1.R.3.q.14.n.303.p.47

CAPUT XIV.

Num.12. Nunc ergo filii audite me,& nolite manere hic: ſed quocumque die ſepelieritis matrem veſtram circa meio uno ſepulchro, ex eo dirigite greſſus veſtros, ut exeatis hinc. O. 3. R. 3. q. 12. n.111. p.494

Ex libro Iudith.

CAPUT IV.

Num.5. Sacerdos etiam Eliachim ſcripſit ad univerſos, qui erant contra Eſdron. O.1.R.3.q.12.n.290.p.45

CAPUT VI.

Num.11. In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & Charmi. O.1.R.3.q.12.n.293.p.45

CAPUT X.

Num.3. Impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis jucunditatis ſuæ, induitque ſandalia pedibus ſuis, & aſſumpſit dextraliola. O.1.R.3.q.12.n.553. p.83

CAPUT XV.

Num.9 Joachim Summus Pontifex de Jeruſalem venit in Bethuliam cum univerſis presbyteris ſuis, ut videret Judith. O.1.R.3.q.12.n.288.p.44

Ex libro Eſther.

CAPUT I.

Num.3. Tertio igitur anno imperii ſui fecit grande convivium cunctis principibus, & pueris ſuis. O.1. R.3.q.13. n.301.p.46

CAPUT IX.

Num.20. Scripſit itaque Mardochæus omnia hæc, & literis comprehenſa miſit ad Judæos, qui in omnibus Regis provinciis morabantur.O.1.R.3.q.13.n.299. p.46.

29. Scripſerunt Regina Eſther filia Abihail, & Mardochæus Judæus, etiam ſecundam Epiſtolam. ibid.

CAPUT XII.

Num.4. Rex autem quod geſtum erat, ſcripſit in commentariis, ſed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit. O.1.R.3.q.13.n.299.p.46

CAPUT XV.

Num.12. Ego ſum frater tuus noli metuere, non morieris: non enim pro te, ſed pro omnibus conſtituta eſt hæc lex. O.4.q.21.n.172.p.538

15. Tulit virgam auream & poſuit ſuper collum ejus. O.4.q.4.n.17.p.510

Ex libro Iob.

CAPUT I.

Num.1. Vir erat in terra Hus nomine Job, & erat vir ille ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. O.3.R.3.q.12.n.105.p.493

6. Cum veniſſent filii Dei, ut aſſiſterent coram Domino, adfuit etiam Satan. O. 1. R.3.q.14.n.307.p.46

12. Dixit ergo Dominus ad Satan: ecce univerſa quæ habet in manu tua ſunt. O. 1. R.3.q.14.n.307.p.47

22. In omnibus his non peccavit Job labiis ſuis: neque quid contra Deum locutus eſt. ibid.

CAPUT II.

Num.9. Dixit illi uxor ſua: adhuc tu permanes in ſimplicitate tua benedic Deo, & morere. O.1.R.2.q.5.n.188. p.116. & 15.n.96. p.29

CAPUT III.

Num.3. Pereat nox, in qua dictum eſt conceptus eſt homo. O.4.q.7.n.40. p.116. & q.25.n.96. p.528

CAPUT VIII.

Num.8. Interroga generationem priſtinam, & diligenter inquire Patrum memoriam, & ipſi docebunt te & loquentur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia. O.4.q.15.n.96.p.528

CAPUT X.

Num.7. Et ſcias, quia nihil impium fecerim, cum ſit nemo, qui de manu tua poſſit eruere. O.1.R.3.q.4.n.334.p.36

CAPUT XIX.

Num.23. Quis mihi tribuat, ut ſcribantur ſermones mei: quis mihi det, ut exarentur in libro ſtylo ferreo. O.1.R.2. q.3.n.223.p.34. & q.14.n.304.p.47

25. Scio enim quod redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum. ibid.

CAPUT XXXI.

Num.35. Quis mihi tribuat auditorem, ut deſiderium meum audiat omnipotens: & librum ſcribat ipſe qui judicat. O.1.R.3.q.14.n.303.p.47

CAPUT XLII.

Num.7. Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram me rectum ſicut ſervus meus Job. O.1.R.3.q.14 n.30 p.48

Ex Pſalmis.

PSALM. I.

Num. 3. Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. O.4.q.19.n.151.p.534

Index Locorum

PSALM. II.

Num.6. EGo autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, prædicans præceptum ejus. O.2.R.30. q.30 n.16.p.316

7. Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. O.1.R.2.q.2.num.146. p.23

8. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. O.1.R.2.q.2.n.147.p.23

PSALM. VI.

Num.7. LAboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum; lacrymis meis ſtratum meum rigabo. O.1.R.3.q.4.n.234.p.36

PSALM. VIII.

Num.4. VIdebo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & ſtellas quæ tu fundaſti.O.1.R.3.quæſt.1.n.202.p.31

8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves univerſas, inſuper & pecora campi. O.2.R.44.q.3.n.23.p.411

PSALM. XIII.

Num.2. DOminus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. O.1.R.3. q.1.n.195.p.31

3. Non eſt intelligens, aut requirens Deum omnes declinaverunt, & ſimul inutiles facti ſunt. O.4.q.21.n.169.p.537

PSALM. XV.

Num.8. PRovidebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi ne commovear. O.1.R.3. q.15. n.316. p.49

10. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. O.4.q.21.n.173.p.538

PSALM. XVIII.

Num.5. IN omnem terram exivit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. O.1.R.3.q.1.n.585.p.88

6. In Sole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. O.2.R.30.q.1.n.6.p.314

7. A ſummo cœlo egreſſio ejus. O.4.q.7.n.37. p.515

PSALM. XXI.

Num.16. VOta mea reddam in conſpectu timentium eum. O.3.R.3.q.1. n.1.p.472

PSALM. XXIII.

Num.2 SUper maria fundavit eum, & ſuper flumina præparavit eum. O.2. R.30.q.1.n.2.p.313

PSALM. XXX.

Num.6. IN manus tuas commendo ſpiritum meum: redemiſti me Deus veritatis. O.4.q.21.n.171.p.539

PSALM. XXXI.

Num.1. BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. O.1.R.3.q.15.n.316.p.49

PSALM. XXXII.

Num.7. COngregans ſicut in utre aquas maris: ponens in theſauris abyſſos. O.1.R.1.q.9.n.113.p.18

PSALM. XXXIX.

Num.9. IN capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam Deus. O.2.R.41.q.3.n.41.p.395

9. Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. O.1.R.3.q.4.n.243.p.36

18. Ego autem mendicus ſum, & pauper: Dominus ſollicitus eſt mei. O.3.R.3. q.5. n.31.p.438

PSALM. XLIV.

Num.2. LIngua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis. O.1. R. 1. q. 6. n.65.p.12

14. Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. O.1.R.2.q.1.n.128.p.21

PSALM. XLV.

Num.5. FLuminis impetus lætificat civitatem Dei: ſanctificavit tabernaculum ſuum altiſſimus O.2.R.35.q.3.n.16. p.345. & O.4.q.7.n.37.p.515

PSALM. XLVIII.

Num.4. OS meum loquetur ſapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam. O.1.R.1.q.6.n.67.p.12

6. Iniquitas calcanei mei circumdabit me. O.4.p.21.n.188.p.540

PSALM. L.

Num.7. IN peccatis concepit me mater mea O.4.q.9.n.54 p.521

18. Holocauſtis non delectaberis. O.4. q.2. n.10. p.509

PSALM. LIII.

Num.8. VOluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine. O.3.R.3.q.3.n.21.p.476

PSALM. LV.

Num.12. IN me Deus ſunt vota tua: quæ reddam, laudationes tibi. O.3.R.3. q.13.n.21.p.476

PSALM. LVII.

Num.8. AD nihilum devenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum ſuum. O.2. R.30. q.4. n.20. p.316. & R.31. q.1. n 5.q.320

PSALM. LXX.

Num.15. QUoniam non cognovi litteraturam, introibo potentias Domini, & memorabor juſtitiæ illius ſolius. O.4.q.6.n.26.p.512

Digitized by Google

PSALM. LXXI.

Num.6. DEſcendet ſicut pluvia in vellus, ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. O.4.q.6.n.36.p.515

18. Benedictus Dominus Deus Iſraël qui facit mirabilia ſolus. O.2.R.45.quæſt.1.n.3. p.395

PSALM. LXXIII.

Num.16. TUus eſt dies, & tua eſt nox : Tu fabricatus es auroram, & ſolem. O.3.R.2.q.6.n.67. & O.4.q.7.num.41. p.516

PSALM. LXXV.

Num.2. NOtus in Judæa Deus : in Iſraël magnum nomen ejus. O.1.R.5. q.1. n.584. p.88

55. Vovete, & reddite Domino Deo veſtro, omnes, qui in circuitu ejus affertis munera. O.3.R.3 q.1.num.3.p.472. & q.14.num.126. p.497

PSALM. LXXVII.

Num.14. DEduxit eos in nube diei. O. 4. q.16. n.109. p.559

25. Panem Angelorum manducavit homo: Cibaria miſit eis in abundantia. O. 3. R. 1. q.2. n.50. p.444

69. Ædificavit ſicut unicornium, ſanctificium ſuum quam fundavit in ſæcula. O.4. q.6. n.54. p.514. & q.9. n.53. p.520

PSALM. LXXVIII.

Num.1. DEus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum. O.3. R.2. q.12.n.110. p. 494

PSALM. LXXXV.

Num.10. QUoniam magnus es tu, & faciens mirabilia : tu es Deus ſolus. O.5. R.5. q.1. n.3. p.395

PSALM. LXXXVI.

Num.6. DOminus narrabit in ſcripturis populorum, & Principum eorum, qui fuerunt in ea. O.1. R.1. q.9. n.2. pag. 2

7. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te. O.4.q.7.n.37.p.515

PSALM. LXXXVIII.

Num.11. TU humiliaſti, ſicut vulneratum, ſuperbum in brachio virtutis tuæ. O. 1. R.1. quæſt.5. num.188. pag.29

PSALM. XC.

Num.5. SCuto circumdabit te veritas ejus, non timebis à timore nocturno. O.4. q.1. n.131. p.534

Sylveira Opuſcula.

PSALM. XCII.

Num.5. DOmum tuam decet ſanctitudo Domine in longitudine dierum. O.5.R.30.q.3.n.16.p.316. & O.4.q.9.n.53. p.520

PSALM. XCVI.

Num.3. IGnis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus. O.3.R.1.q.2 n.49.p.448

PSALM. XCVIII.

Num.6. MOyſes & Aaron in Sacerdotibus ejus, & Samuel inter eos qui invocant nomen ejus. O. 1. R. 3 q.15. n.315. p.49.

PSALM. CI.

Num.26. INitio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. O. 1. R. 3. q.1.n.205.p.35

PSALM. CIII.

Num.18. HErodii domus dux eſt eorum montes excelſi cervis : Petra refugium herinaciis. O. 1. R. 4. quæſt. 10. n.559. p.79

PSALM. CV.

Num.5. QUis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus. O.2. R.42. q.2. n.14. p.398

PSALM. CIX.

Num.1. DIxit Dominus Domino meo ſede à dextris meis. O.1. R.3. q.15. n.315. p.49

4. In ſplendoribus Sanctorum genui te. O.4. q.9. n.54. p.550

PSALM. CX.

Num.4. MIſericors, & miſerator Dominus eſcam dedit timentibus ſe. O.1. R.1. q.1. n.8. p.3

PSALM. CXV.

Num.11. EGo dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax. O.4. q.7. n.43. pag.517

PSALM. CXVIII.

Num.1. BEati immaculati, qui ambulant in lege Domini. O. 3. R. 1. q.1 n.8. p.441

62. Medis nocte ſurgebam ad confitendum tibi, ſuper judicia juſtificationis tuæ. O.1. R.3. q.4. n.234. p.36

97. Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea eſt. O. 3. R.3. q.14. n.127. p.497

25. Servus tuus ſum ego : da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua. O. 3. R.3. q.13. n.121. p.496

PSALM. CXXXV.

Num. 4. QUi facit mirabilia magna ſolus. O.2.R.42.q.1.n.3.p.395,& O.4. q.19.n.152.p.534

PSALM. CXLIII.

Num. 10. REdemiſti David ſervum tuum de gladio maligni. O.4.q.21. n.171.p.538

PSALM. CXLVII.

Num. 19. QUi annuntiat verbum ſuum Jacob, juſtitias, & judicia ſua Iſraël, non fecit taliter omni nationi. O.2. R.30. q.1. n.5. p.314

Ex Proverbiis.

CAPVT I.

Num. 8. AUdi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo. O.1.R.3.q.16. n.331. p.51

CAPUT VIII.

Num. 18. MEcum ſunt divitiæ, & gloria, & opes ſuperbæ. O.4. q. 2. n.10.p.509

27. Quando præparabat cœlos aderam; quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos. O.3. R.3. q.3. n.2

34. Beatus homo, qui audit me, & vigilat ad fores meas quotidie, & obſervat ad poſtes oſtii mei. O.4.q.15.n.96.p.528

CAPVT IX.

Num. 1. IMmolavit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam, miſit ancillas ſuas. O. 1. R. 1. q. 1. n.10. p.3

CAPUT XVII.

Num. 6. GLoria filiorum, parentes eorum. O.4.q.20.n.163.p.536

CAPVT XXV.

Num. 1. HÆ quoque parabolæ Salomonis, quas tranſtulerant viri Ezechiæ Regis. O.1.R.3.q.16.n.327.p.50

CAPUT XXVII.

Num. 1. NE glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperventura pariat dies. O.2.R.45.q.1.n.1.p.413

2. Laudet te alienus, & non os tuum extraneus, & non labia tua. O.1.R.5.q.3.n.600 p.91

CAPUT XXX.

Num. 1. VErba congregantis filii vomentis. Viſio, quam locutus eſt vir. O.1. R.3. q.16. n.329. p.51

CAPUT XXXI.

Num. 1. VErba Samuelis Regis. Viſio, qua erudivit eum mater ſua. n.331.

10. Procul & de ultimis finibus pretium ejus. O.4. q.7. n.37. p.515

Ex Eccleſiaſte.

CAPUT I.

Num. 1. VErba Eccleſiaſtæ, filii David regis Jeruſalem. O.1.R.3.q.17. n.333. p.51

2. Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. O.1. R.3. q.17. n.337. p.52

CAPUT II.

Num. 9. SUpergreſſus ſum opibus omnes, qui fuerunt ante me in Jeruſalem. O.1. R.3. q.17. n.328. p.52

CAPUT V.

Num. 3. SI quid voviſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio. O.3. R.3. q.1. n.2. p.472

CAPUT IX.

Num. 4. NEmo eſt qui ſemper vivat, & qui hujus rei habeat fiduciam. O.2. R.45. q.1. n.1. p.413

CAPUT XII.

Num. 9. CUm eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes docuit populum, & enarravit, quæ fecerat, & inveſtigans compoſuit parabolas. O.1.R.3.q.17.n.335.p.52

Ex Canticis.

CAPUT I.

Num. 1. OSculetur me oſculo oris: quia meliora ſunt ubera tua vino. O.1.R.3.q.18.n.340.343.p.52.& R.4.q.12. n.553. p.83

5. Filii matris meæ pugnaverunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodivi. O.1.R.3.q.18.n.340. pag.52

7. Si ignoras te ô pulcherrima mulierum egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum. O.1.R.3.q.18.n.340.p.52

8. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te amica mea. ibid. num.346. p.53. & O.4. q.9. n.58. p.522

10. Murenulas aureas vermiculatas argento faciemus tibi. O.4.q.4.n.17.p.510

11. Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. O.4.q.9.n.55.p.521

14. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es. O.4 q.9 n.51.p.520

15. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectulus noſter floridus. ibid.

CAPUT

CAPUT II.

Num. 1. **E**Go flos campi, & lilium convallium. O.4.q.8.o.45 p.518

4. Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. O.1. R.1.q.1.n.10. pag.3

8. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. O.4.q.6.n.33.p.514

9. Similis eſt dilectus meus Capreæ, hinnuloque cervorum, en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. O.4.q.6.n.33.p.514

CAPUT III.

Num. 6. **Q**Uæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris. O. 4. q. 2. n.9. p.509

7. En lectulum Salomonis Sexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël omnes tenentes gladios. O.1. R.3. q.18. n.341. p.53. & O.4. q.18. n.150. p.534

9. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas. ibid. pag.53

11. Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater ſua. ibid. p.53

CAPUT IV.

Num. 1. **Q**Uam pulchra es amica mea, quam pulchra es; oculi tui columbarum. O. 2. R. 44. quæſt. 4. num. 37. p.412

4. Quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea. O.1. R.1. q.1. n.10. p.3. & O.4. q.19. n.51. p.520

5. Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis. O. 1. R. 1. q.9. n.118. p.19

7. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. O.4.q.5.n.23.p.511. & q.14. n.40. p.516

12. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. O.4. q.6. n.32. p.514. q.19. n.151. p.534. & q.20. n.161. p.536

15. Puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano. O.4. q.20.n.161.p.536

CAPUT V.

Num. 1. **V**Eniat dilectus meus in hortum, & comedat fructum pomorum. O. 4. q. 19. n.151. p.534

2. Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. O.4. q.4. n.21. p.511.& q.5.n.24. p.511. & q.7. n.40. p.516

11. Caput ejus aurum optimum: comæ ejus ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi corvus. O.1. R.1. q.9. n.112. p.18. & O.4. q.5. n.27. p.512

CAPUT VI.

Num. 8. **U**Na eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ. O.4. quæſt.7. num.39. p.516

9. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata. O. 4. q.14. o.82 p. 525. & q. 7. n. 41. p. 516. & q.5. o. 26. p.512

CAPUT VII.

Num. 1. **Q**Uam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis: juncturæ femorum tuorum. O.4. q.5.n.27. p.512

3. Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. O.4.q.13.n.82.p.525

7. Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & ubera tua botris. ibid.

CAPUT VIII.

Num. 1. **Q**Uis mihi det te fratrem meum, ſugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deoſculer te, & jam nemo me deſpiciat. O.4.q.14.n.91.p.527

8. Soror noſtra parva eſt, & ubera non habet. O.4.q.13.n.82.p.525

Ex Sapientia.

CAPUT III.

Num. 1. **J**Uſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. O.2.R.43.q.4.n.31.p.407

14. Spado, qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem, nec cogitavit adverſus Deum nequiſſima; dabitur illi fidei donum electum. O.3.R.3.q.2.n.9.p.473

7. Fulgebunt juſti: & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. O. 1. R.3. quæſt.19. n.350. p.54

CAPUT IV.

Num. 11. **R**Aptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. O. 1. R. 3. q. 19. n.365. p.55

13. Conſummatus in brevi explevit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius. ibid.

17. Videbunt finem ſapientis, & non intelligent, quid cogitaverit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus. ibid.

CAPUT IX.

Num. 13. **Q**Uis hominum poteſt ſcire conſilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus. O. 1. R. 3. q.15. n.350. p.54

CAPUT XI.

Num. 24. **M**Iſereris omnium, qui omnia potes. O.4.q.5.n.28.p.513

CAPUT XII.

Num. 10. **P**Artibus judicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans, quoniam

niam nequam & natio eorum, & naturalis malitia eorum. O.2.R.44.q.3.n.17.p.410

CAPUT XVI.

Num.12. TUus Domine ſermo, qui ſanat omnia: Tu es enim Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem. O.1. R.1. q.1. n.10. p.3.

Ex Eccleſiaſtico.

CAPVT I.

Num.9. IPſe creavit illam in Spiritu ſancto, & vidit, & dinumeravit, & menſus eſt eam. O.4.q.5.n.23.p 512

CAPUT XXIV.

Num.20. SIcut cinnamomum, & balſamum aromatizans dedi ſuavitatem odoris. O.4 q.21.n.166.p.537

45. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino. O. 1. R.3.q.20.n.379.p.57

CAPVT XLIV.

Num.20. NOn eſt inventus ſimilis illi in gloria qui conſervavit legem excelſi, & fuit in teſtamento cum illo. O.1. R.2.q.4.n.181.p.29

CAPUT XLVI.

Num.1. FOrtis in bello Jeſus Nave, ſucceſſor Moyſi in Prophetis, qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum. O.1.R.3. q.20.n.374.p.50

5. An non in iracundia ejus impeditus eſt Sol, & una dies, facta eſt quaſi duo. O.2. R.42. q.1.n.12.p.397

23. Et poſt hoc dormivit, & notum fecit regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ. O.2. R.42. q.1.n.13.p.397

CAPUT XLVIII.

Num.1. SUrrexit Elias Propheta, quaſi ignis, & verbum ſuum, quaſi facula ardebat. O.3.R.1.q.1.n.12.p.442

2. Induxit in populos famem, & irritantes illum, invidia ſua pauci facti ſunt. O.3.R.1. q.2.n.17.p.445

3. Verbo Domini continuit cœlum, & dejecit de cœlo ignem ter. O.2.R.42.q.1.n.12. p.397

4. Sic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis, & quis poterit ſimiliter ſic gloriari tibi. O.3.R.1.q.2.n.15.p.443

6. Qui dejeciſti Reges ad perniciem, & confregiſti facilè potentiam ipſorum, & glorioſos de lectulo ſuo. O.3.R.1.q.2.n.29.30. 31. & 32. p.445

7. Qui audis in Sina judicium, & in Horeb judicia defenſionis. O.3. R.1. q.3. num.74. p.453

8. Qui ungis Reges ad pœnitentiam, & facis Prophetas ſucceſſores poſt te. R.3.q.16. n.143.p.501

9. Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum. O.3. R.1. q.2. n.43. p.500

10. Qui ſcriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini: conciliare cor patris ad filium, & reſtituere tribus Jacob. O.3.R.1. q.1. n.6. p.440

CAPUT L.

Num.29. DOctrinam ſapientiæ, & diſciplinæ ſcripſit, in Codice iſto Jeſus filius Sirach Jeroſolymita, qui renovavit ſapientiam in corde ſuo. O. 1. R. 3. q.20. n.374. p.57

CAPUT LI.

Num.13. EXaltaſti ſuper terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecatus ſum. O. 1. R. 3. q. 20. n.379. p.57

Ex Iſaia.

CAPUT I.

Num.1. VIſio Iſaiæ filii Amos, quam vidit ſuper Judam, & Jeruſalem. O.3.R.1.q.2.n.16.p.443

4. Væ genti, peccatrici populo gravi iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis: dereliquerunt Dominum. O.1.R.2.q.4.n.182. p.29

21. Quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos, quia os Domini locutum eſt. O.1.R.1.q.6.n.63. p.12. & R.2. q.3. n.192. p.30

CAPUT II.

Num.2. ET erit in noviſſimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles. O.1.R.5. q.1.n.584 p.88 & O.2.R.30. q.1. n.2. p.313

CAPUT V.

Num.1. CAntabo dilecto meo Canticum patruelis mei vineæ ſuæ. O. 1. R.3.q.18.n.345.p.53

2. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio Olei, & ſepivit eam. O. 3. R. 1. q.2. n.57. p.450

CAPUT VI.

Num.2. SEraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ uni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant. O. 3. R.1 q 1.n.13.p.442

3. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum. O.1.R.5.q.2.n.595 p.90

5. Et dixi, væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum, & in medio populi polluta labia Sanctis ego habito. O.3.R.3. q.6.n.44 p.480

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT VII.

Num.13. **A**Udite ergo Domus David, nunquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo. O.1.R.3.q.1.n.195.p 31

14. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium & vocabitur nomen ejus Emmanuel, butyrum, & mel comedet, ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum. O. 1. R. 2. q. 4. n.180. p.28. & O.4. q.21. n.170.p.537

CAPUT VIII.

Num.16. **L**Iga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis, & expectabo Dominum. O.1.R.1.q.9.n.114.p.18

CAPUT XI.

Num.9. **Q**Via repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes. O.1.R.5.q.9.n.661.p.102

CAPVT XII.

Num.3. **H**Aurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, & dicetis in die illa. O.1.R.5.q.1.n.567 p.85

CAPUT XIV.

Num.12. **Q**Vomodo cecidiſti de cœlo Lucifer qui mane oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes. O.1.R.2.q.4.n.167.p.26

CAPUT XVIII.

Num.1. **V**Æ terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Æthiopiæ, qui mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas. Ite Angeli veloces ad gentem convulſam, & dilaceratam. O. 2. R.41.q.3.n.27.p.392

CAPUT XIX.

Num.2. **C**Oncurrere faciam Ægyptios adverſus Ægyptios, & pugnabit vir contra fratrem ſuum. O. 2. R.30. q. 2. n.14. p.315

17. Et erit terra Juda Ægypto in pavorem: omnis qui illius fuerit recordabitur, & pavebit à facie Conſilii Domini. O. 1. R. 4. q.10. n.535. p.80

CAPUT XX.

Num.3. **D**Ixit Dominus: Sicut ambulavit ſervus meus Iſaias, nudus, & diſcalceatus. O.1.R.2.q.5.n.192.p.30

CAPUT XXI.

Num.5. **P**One menſam contemplare in ſpecula comedentes, & bibentes: ſurgite Principes arripite clypeum. O. 2. R.36. q 1. n.4. p.349

CAPUT XXX.

Num.2. **O**S meum non interrogaſtis, ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis. O.1.R.3.q.2.n.114.p.18

CAPUT XXXVIII.

Num.10. **E**Go dixi: in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. O.1.R.3.q.22.n.396.p.60

CAPUT XL.

Num.17. **O**Mnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram Deo, & quaſi nihilum, & inane reputatæ ſunt ei. O. 3. R.1.q.2.n.57.p.450

8. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos: verbum autem Domini manet in æternum. O.1.R.1.q.4.n.37.p.8

CAPUT XLI.

Num.23. **A**Nnuntiate nobis quæ ventura ſunt, & ſciemus, quia dii eſtis vos. O.1. R.5. q.20. n.774. p.118

CAPUT XLIV.

Num.28. **Q**Vi dico Cyro: Paſtor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. O.1.R.3.q.4.n.236.p.36

CAPUT L.

Num.4. **D**Ominus dedit mihi linguam eruditam, ut ſciam ſuſtentare eum, qui laſſus eſt verbo. O.1.R.3.quæſt.1. n.194. p.30

CAPVT LVI.

Num.3. **E**T non dicat Eunuchus: ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis. Qui cuſtodierint Sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum. O.3. R.3. q.2. n.7. p.473

CAPVT LX.

Num.16. **S**Vges lac gentium, & mamilla regum lactaberis, quia ego Dominus. O.1. R.1. q.9. n.118. p.19

Ex Ieremia.

CAPVT I.

Num.1. **V**Erba Jeremiæ filii Helciæ, de Sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in terra Benjamin. O.1.R.3.q.22. n.398.p.60. & O.3.R.1.q.2.n.16 p.443

6. Et dixi A, a, a, Domine Deus: ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. O.3.R.3.quæſt.6. n 44. p.480

9. Et dixit Dominus ad me; ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te hodie ſuper gentes. O.1.R.1.q.6.n.66.p.12

13. Quid tu vides? & dixi: Ollam ſuccenſam ego video, & faciem ejus à facie Aquilonis. O.1.R.1.q.8.n.96.p.16

CAPUT VI.

Num.13. A Minore uſque ad majorem, omnes avaritiæ ſtudent. O.4.q.21. n.169.p.537

CAPUT IX.

Num.21. A Scendit mors per feneſtras. O.4. q.6.n.33.p.514

CAPUT XIII.

Num.22. N Ovum fecit Dominus ſuper terram: fœmina circumdabit virum. O.4.q.25.n.170.p.537

CAPUT XV.

Num 1. E T dixit Dominus ad me, ſi ſteterit Moyſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum: ejice illos. O.3.R.1.q.1.n 8 p.440

19. Ante faciem meam ſtabis: & ſi ſeparaveris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. O.1.R.1.q.6.n.68.p 12

CAPUT XVIII.

Num.14. N Unquid deficiet nix de petra Libani. O.4 q.7.n.42.p.517

CAPUT XXXI.

Num.31. E Cce dies venient, dicit Dominus: & feriam domui Iſraël, & domui Juda fœdus novum, & non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum. O.1.R.5.q.1.n.575 p.87

CAPUT XXXII.

Num.10. E T ſcripſi librum, & ſignavi, & habui teſtes, & appendi argentum in ſtatera. O 1.R.3.q.22.n.398.p.60

14. Sume libros iſtos, librum emptionis hunc ſignatum, & librum hunc qui apertus eſt. O.1.R.3.q.22.n.398.p.60

CAPUT XXXV.

Num.6. Q Ui reſponderunt: Non bibemus vinum, quia Jonadab filius Rechab Pater noſter præcepit nobis dicens, non bibetis vinum vos & filii veſtri. O.3. R.3 q.3.n.16. & 18. p.475

CAPUT XXXVI.

Num.33. Q Ui ſcripſit in eo ex ore Jeremiæ omnes ſermones libri, quem combuſſerat Joakim Rex Juda igni. O.1. R.1.q.5.n.58.p.11

Ex Ezechiele.

CAPUT I.

Num.4. E T vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna & ignis involvens. O.1.R.1.q.8.n.93. p.15

5. Et in medio ejus ſimilitudo quatuor animalium: & hic aſpectus eorum ſimilitudo hominis in eis. O.1.R.5.q.2.n.595.p 90

10. Facies autem Aquilæ deſuper ipſorum quatuor. O.1.R.5.q.7.n.638.p.97

16. Aſpectus rotarum, & opus earum quaſi viſio maris, at una ſimilitudo ipſarum quatuor. O.1.R.1.q.1.n.3.p.2

CAPUT XIV.

Num.14. S I fuerint tres viri iſti in medio ejus, Noë, Daniel, Job, ipſi juſtitia ſua liberabunt animas ſuas, ait Dominus exercituum. O.1.R.3.q.14.n.303.p.47

CAPUT XXVIII.

Num.14. T U Cherub extentus, & protegens & poſui te in monte ſancto Dei in medio lapidum ignitorum. O.1.R.2.q 4.n.167.p.27

CAPUT XXXIV.

Num.2. H Æc dicit Dominus, væ paſtoribus Iſraël, qui pæſcedant ſemetipſos: nonne greges a paſtoribus paſcuntur? O.1.R.2.q.4.n.181.p.29

CAPUT XXXVII.

Num.4. V Aticinare de oſſibus iſtis, & dices eis: Oſſa arida audite verbum Domini; hæc dicit Dominus: ecce ego intromittam in vos ſpiritum & vivetis. O.1.R.3.q.22.n.399.p.90

22. Et faciam eos in gentem unam in terra in montibus Iſraël, & Rex unus erit omnibus imperans. O.2.R.30.q.2 n.13.p.315

Ex Daniele.

CAPUT I.

Num.17. D Anieli autem dedit intelligentiam omnium viſionum, & ſomniorum. O.1.R.1.q.8.n.93.p.15

CAPVT IV.

Num.8. M Agna arbor & fortis: & proceritas ejus contingens cœlum: aſpectus illius erat uſque ad terminos univerſæ terræ. O.1.R.1.q.8.n.109.p.17

CAPUT V.

Num.5. I N eadem hora apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ. O.1.R.1.q.8.n.96.p.16

CAPUT VIII.

Num.1. A Nno tertio regni Baltaſſar Regis viſio apparuit mihi, & ego Daniel. O.1.R.3.q.22.n 402.p.61

5. Ecce autem hircus capratum, veniebat ab Occidente ſuper faciem totius terræ, & non tangebat terram, O.1.R.2.q 5.n.192. p.30

CAPUT IX.

Num.1. I N anno primo Darii filii Aſſueri de ſemine Medorum, qui imperavit ſuper regnum Chaldæorum. O.1.R.3.q.22. n.402. p.61

24. Addu

24. Adducatur juſtitia ſempiterna & impleatur viſio & ptophetia, & ungatur Sanctus ſanctorum. O. 2. R. 30. quæſt. 3. num. 17. p. 316. & O. 3. R. 3. quæſt. 14. num. 130. p. 498

CAPUT X.

Num. 13. PRinceps autem Regni Petſarum reſtitit mihi viginti & uno diebus: & ecce Michaël unus de principibus primis. O. 1. R. 3. q. 14. n. 302. p. 46

CAPUT XII.

Num. 3. QUi autem docti fuetint, fulgebunt quaſi ſplendot fitmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos quaſi ſtellæ in petpetuas æternitates. O. 1. R. 5. q. 20 n. 776. p. 118

4. Tu autem Daniel claude ſetmones, & ſigna librum, uſque ad tempus ſtatutum. O. 1. R. 1. q. 9. n. 114. p. 18

CAPUT XIV.

Num. 35. APprehendit eum Angelus Domini in vertice ejus, & portavit eum capillo capitis ſui. O. 3. R. 5. q. 2. n. 44. p. 448

Ex Oſee.

CAPUT I.

Num. 1. IN diebus Jeroboam filii Joas regis Iſtaël. Principium loquendi Domino in Oſee. O. 1. R. 8. q. 23. n. 413. p. 62

2. Dixit Dominus ad Oſee: vade: ſume tibi uxorem fotnicationum: & fac tibi filios furnicationum. O. 2. R. 4. q 12. n. 553. p. 83

CAPUT XI.

Num. 1. QUia puer Iſiaël, & dilexi eum: & ex Ægypto vocavi filium meum. O. 2. R. 2. q. 2. n. 145. p 23

CAPUT XII.

Num. 110. LOcutus ſum ſuper Prophetas, & ego viſionem multiplicavi, & in manu Prophetarum aſſimilatus ſum. O. 1. R. 1. q. 6. n. 68. p. 12. & R. 3. p. 1. n. 194. pag. 30

CAPUT XIII.

Num. 14. ERo mors tua, ô mors, motſus tuus ero inferne: & conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis. O. 1. R. 2. q. 1. n. 132. p. 21

CAPUT XIV.

Num. 10. QUis ſapiens, & intelliget iſta? intelligens, & ſciet hæc? quia rectæ viæ Domini. O. 1. R. 2. q. 8. n. 114. pag. 21

Ex Amos.

CAPUT I.

Num. 1. VErba Amos, qui fuit in paſtoribus de Thecue, quæ vidit ſuper Iſtaël in diebus Oziæ Regis Juda. O. 1. R. 1. q. 6. n. 71. p. 12

CAPUT II.

Num. 9. CUjus altitudo, cedrorum altitudo ejus, & fortis ipſe quaſi quercus, & contrivi fructum ejus deſuper. O. 1. R. 2. q. 5. n. 187. p. 29

Ex Iona.

CAPUT I.

Num. 2. SUrge, & vade in Niniven civitatem grandem, & prædica in ea, quia aſcendit malitia ejus coram me. O. 1. R. 1. q. 8. n. 111. p. 118

CAPUT II.

Num. 2. ET erat Jonas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus, & oravit Jonas ad Dominum Deum. O. 1. R. 2. q. 1. n. 128. p. 11

Ex Zacharia.

CAPUT IV.

Num. 11. QUid ſunt duæ olivæ iſtæ ad dexteram candelabri, & ad ſiniſtram ejus. O. 3. R. 1. q. 2. n. 61. p. 451

14. Iſti ſunt duo filii Olei, qui aſſiſtunt dominatori univerſæ terræ. ibid.

Ex Malachia.

CAPUT II.

Num. 7. LAbia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus: quia Angelus Domini exercituum eſt. O. 3. R 3. q. 16. n. 142. p. 500

CAPUT III.

Num. 1. ECce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, & ſtatim veniet ad templum ſuum. O. 2. R. 3. q. 1. n. 208. p. 32

CAPUT IV.

Num. 5. ECce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & convertat cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum. O. 3. R. 1. q. 1. n. 9 p. 441

Ex libro primo Machabæorum.

CAPUT I.

Num.65. MUlti de populo Iſraël definierunt apud ſe, ut non manducarent immunda, & elegerunt magis mori, quam coinquinari immundis. O. 3. R. 3. q.12. n.109. p.494

CAPUT II.

Num.58. ELias dum zelat zelum legis, receptus eſt in cœlum. O.3. R.1. q.2. n.27. p.445

CAPUT XII.

Num.9. NOs cum nullo eorum indigeremus, habentes ſolatio ſanctos libros. O.1. R.1. q.3. n.28. p.7

Ex libro ſecundo Machabæorum.

CAPUT II.

Num.5. VEniens ibi Jeremias invenit locum ſpeluncæ: & tabernaculum, & arcam & altare incenſi intulit illuc, & oſtium obſtruxit. O.1.R.1.q.3.n.27.p.6

13. Conſtruens Bibliothecam congregavit de Regionibus libros, & Prophetarum & David, & Epiſtolas Regum & de donariis. O.1.R.1.q.3.n.31.p.7

24. Ab Jaſone Cyræneo quinque libris comprehenſa tentavimus nos uno volumine breviare. O.1. R.1. q.7. n.82. p.14. & R.3. q.14. n.419. p.64

27. Et nobis quid ipſis, qui hoc opus breviandi cauſa ſuſcepimus, non facilem laborem, immo vero negotium plenum vigiliarum, ac ſudoris ſuſcepimus. O.1. R.1. q.6. n.74. p.13

CAPUT III.

Num.19. ET virgines, quæ concluſæ erant procurrebant ad Oniam. O. 3. q.2. n.43. p.474

CAPUT VI.

Num.10. DUæ mulieres delatæ ſunt natos ſuos circumcidiſſe: quas infantibus ad ubera ſuſpenſis per muros præcipitaverunt. O.3.R.3.q.12.n.110.p.494

11. Qui cum indicati eſſent Philippo flammis ſuccenſi ſunt. ibid.

18. Eleazarus unus de primoribus ſcribarum, vir ætate provectus, & vultu decorus, aperto ore compellebatur carnem porcinam manducare. ibid.

CAPUT VII.

Num.1. COntigit autem & ſeptem fratres unà cum matre ſuâ apprehenſos, compelli à Rege, edere contra fas carnes porcinas. ibid

CAPUT XV.

Num.14. HIc eſt fratrum amator, & populi Iſraël qui multum orat pro populo, & univerſa civitate iſta Jeremias Propheta O.2.R.33.q.1.n.8.p.336

38. Ex illis temporibus ab Hebræis civitate poſſeſſa; ego quoque in his faciam finem ſermonis. O.1.R.1.q.6.n.72.p.13

TESTAMENTUM NOVUM.

Ex D. Matthæo.

CAPUT I.

Num.20. NOli timere accipere mariam conjugem tuam. O. 4. q. 8. n.44. p.517

CAPUT II.

Num.20. SUrge, accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Iſraël: defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri. O.1.R.3.q.6.n.248.p.38

3. Vt adimpleretur, quod dictum eſt per Prophetam, quoniam Nazaræus vocabitur, O.1. R.1. q.4. n.52. p.10

CAPUT III.

Num.4. IPſe autem Joannes habebat veſtimentum de pilis Camelorum. O.3. R.3. q 8. n.71. p.485

CAPUT IV.

Num.19. VEnite poſt me, faciam vos piſcatores hominum. O.1.R.5 q.6. n.634. p.96

20. At illi continuo relictis retibus ſecuti ſunt eum. O.3. R.3. q 5 n.39 p.479. & q.7. n.58. p.483

21. Et procedens inde vidit alios duos fratres Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum. O.3. R.3. q.7. n.59. p.483

CAPUT V.

Num.2. DOcebat eos dicens: Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. O.1. R.5. q.1. n.577. p.87

17. Iota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. O.1. R.1. q. 4. n.37. p.8

48. Eſtote ergo vos perfecti, ſicut, & Pater veſter perfectus eſt. O. 1. R. 5. q.1. n.567. p.85. O.2.R.15.q.5.n.30.p.230

CAPUT VII.

6. Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos. O. 1. R.4.q.12.n.550.p.82

22. Multi dicent mihi in die illa; Domine nonne in nomine tuo prophetavimus & dæmonia ejecimus.O.2.R.15.q.5.n.33.p.231

CAPUT VIII.

Num.13. DIxit Jeſus Centurioni; vade, & ſicut credidiſti fiat tibi, & ſanatus

ſanatus eſt puer in illa hora. O.1.R.42.q.1. n.22.p.397

20. Dixit eis Jeſus: vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi reclinet caput. O.3.R.3.q.5. n.35.p.478

CAPUT IX.

Num.9. ET cum tranſiſſet inde Jeſus, vidit hominem ſedentem in telonio Matthæum nomine, & ait illi ſequere me. O.3.R.5.q.7.n.59.p.483

CAPUT X.

Num.7. EUntes prædicate, dicentes quia appropinquavit regnum Cælorum, infirmos curate. O.1.R.42.q.2.n.16.p.398

9. Nolite poſſidere aurum, neque argentum neque pecuniam in zonis veſtris. O.3.R.3. q.14.n.128.p.497

CAPUT XI.

Num.5. CÆci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt. O.1.R.42.q.2.n.16. p.398

25. Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ quia abſcondiſti hæc à ſapientibus O.1.R.1.q.10.n.123.p.20

28. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: Tollite jugum meum. O.1.R.5.q.1.n.579.p.88

29. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. O.4.q.21.n.165.p.536

CAPUT XII.

Num.41. VIri Ninivitæ, ſurgent in judicio, cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt. O.2.q.8.n.70

CAPUT XVI.

Num.6. CAvete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum. O.4.q.8.n.55. p.521

18. Et ego dico tibi tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. O.2.R.30.q.2.n.11.p.315

24. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. O.3.R.3.q.5.n.40 p.479

CAPVT XVII.

Num.1. ASſumit Jeſus Petrum, & Jacobum & Joannem fratrem ejus, & ducit illos in montem excelſum. O.3. R.1.q.2.n.28.p.445

4. Domine ſi vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, Eliæ unum. O.3.R.1.q.2.n.56.57.58.p.450

3. Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes. ibid.

6. Et audientes diſcipuli timuerunt valde & ceciderunt in facies ſuas. O.1.R.5.q.7. n.70.p.98

11. At ille reſpondens ait: Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia. O.3.R.1. q.1.n.10.p.441

23. Acceſſerunt ad Petrum, & dixerunt ei Magiſter veſter non ſolvit didrachma. O.2. R.41.q.1.n.3.p.387

26. Aperto ore ejus invenies ſtaterem: illum ſumens da eis pro me & te. O.3.R.3.q.5. n.35.p.478

CAPUT XVIII.

Num.1. QUis putas major eſt in regno cœlorum. O.4.q.21.n.165.p.536

8. Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te: abſcinde eum,& projice abs te: Bonum tibi eſt, &c. O.1.R.2.q.2.n.157.p.25

18. Quæcunque ligaveritis ſuper terram ligata erunt in cœlo, & quæcumque ſolveritis ſuper terram, ſoluta erunt & in cœlo. O.2.R.35.q.2.n.24.p.346

CAPVT XIX.

Num.12. SUnt eunuchi, qui de matris utero nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus. O.2.R.3.q.2. n.7.p.143

21. Ait illi Jeſus, ſi vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus. O.1. R.2.q.4.n.174.p.28

27. Dixit Petrus ad Jeſum: ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis. O.3.R.3.q.5.n.39 p.479

29. Omnis, qui reliquerit domum vel fratres, aut ſorores, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. O.3.R.3.q.5. p.478

CAPUT XX.

Num.22. NEſcitis quid petatis: poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? dicunt ei poſſumus. O.1. R.5.q.7.n.643.p.98

CAPUT XXII.

Num.37. AIt illi Jeſus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. O.1.R.2.q.4.n.174.p.28

43. Quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens. O.1.R.3.q.15.n.317. p.49

CAPUT XXIII.

Num.35. UT veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel juſti uſque ad ſanguinem Zachariæ. O.1.R.3.q.13. n.413.p.63

37. Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. O.3.R.3.q.12.n.107.p.494

Digitized by Google

Index Locorum

CAPUT XXIV.

Num.16. TUnc qui in Judæa ſunt fugiant ad montes, & qui in tecto non deſcendat tollere tunicam ſuam. O.3. R.1.q.2.n.28

35. Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. O. 1.R. 1.q. 4. n.37. p.8

45 Fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore. O. 4. q. 13. n. 82. p. 525

CAPUT XXV.

Num.34. VEnite benedicti Patris mei poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. O.1.R.5.q.1.n.581. p.88. & R. 1. q.1. n.8. p.3

CAPUT XXVI.

Num.36. TUnc venit Jeſus cum illis in villam quæ dicitur Gethſemani. O.4.q.8. n.50.p.519

39. Pater mi, ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte, veruntamen, non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. O.1R.2.q.2.n.149.p.24

26. Hoc eſt corpus meum. O. 1. R. 1. q. 9. n.118. p.19. & O. 4. q.14. n.95. p.527

CAPUT XXVII.

Num.28. PRopter hoc vocatus eſt ager ille Haceldama, hoc eſt ager ſanguinis, uſque in hodiernum diem. O. 1. R.5. q.13. n.698. p.107

46. Eli, Eli Lamma Sabacthani, hoc eſt Deus meus, Deus meus, ut quod dereliquiſti me. O.1. R.5. q.13. n.698. p.107

51. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo uſque deorſum. O.1.R.5. q.1. n.572. p.86

CAPUT XXVIII.

Num.19. EUntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. O. 1. R. 5. q. 1. n.584. p.88. & R.2. q.4. n.174. p.18

20 Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. O. 1. R. 5. q.6. n. 586. p. 89. & O. 2. R.36. q.3. n.22. p.351

Ex D. Marco.

CAPVT IV.

Num.11. ILlis autem, qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt, ut videntes videant, & non videant. O. 1. R.4. q.12. n.550. p 82

34 Sine parabolis non loquebatur eis, ſeorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia. O.1. R.1. q.9. n.115. p.18

CAPUT VI.

Num.8. PRæcepit eis ne quid portarent in via niſi virgam. O. 4. q 5. n.22. p.511

CAPUT VIII.

Num.14. CAvete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum. O.4.q.8.n.50. p 519

24. Et aſpiciens, ait : video homines ſicuti arbores ambulantes. O. 2. R.42. q.1. n.8. p.396

29. Reſpondens Petrus, ait ei : Tu es Chriſtus. Et comminatus eſt eis, ne cui dicerent de illo. O.1.R.5.q.5.n.622.p.94

CAPUT XIV.

Num.47. UNus autem quidam de circumſtantibus educens gladium percuſſit ſervum ſummi ſacerdotis : & amputavit illi auriculam. O. 1. R. 5. q. 5. n. 622. p. 95

71. Ille autem cœpit anathematizare, & jurare, quia neſcio hominem iſtum quem dicitis. O.1. R 5. q.5. n.622. p.95

CAPUT XV.

Num.40. INter quas erat Maria Magdalena & Maria Jacobi Minoris, & Joſeph Mater, & Salome. O. 1. R. 5. q. 16. n.721. p.111. & q.19. n.763. p.116

CAPUT XVI.

Num.15. EUntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ. O.1. R.5. q.1. n.584.p.88. & O.2. R.30.q.1.n.5.p.314

6. Jeſum quæritis Nazaræum crucifixum : ſurrexit non eſt hic, ecce locus ubi poſuerunt eum. O.1.R.1.q.5.n.188.p.29

16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit ; qui vero non crediderit condemnabitur. O.1.R.1. q.9. n.118. p.19. & R.2. q.3. n.163. p.16

Ex D. Luca.

CAPUT I.

Num.2. SIcut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt & miniſtri fuerunt ſermonis. O. 1. R. 5. q. 6. n. 632. p. 96

5. Fuit in diebus Herodis Regis Judeæ ſacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abiæ. O. 1.R.5.q 6.n.632.p.96

19. Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum : & miſſus ſum loqui ad te & hæc tibi Evangelizare. O.3.R.1.q.1.n.3 p.440

28. Ingreſſus Angelus ad eam dixit, Ave gratia plena. O.4.q.4.n.20 p.510

34. Dixit autem Maria ad Angelum quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco. O.3. R.3. q.11. n.95. p.491

35. Quod

35. Quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. O.4.q.9.n.55.p.520
49. Fecit mihi magua qui potens eſt: & miſericotdia ejus a progenie, in progenies. O.4.q.5.n.28.p.513
70. Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt, prophetarum ejus. O.1.R.1.q.8.n.94.p.15. & R.3.q.1.n.114.p.50

CAPUT II.

Num.10. ECce Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie ſalvator, qui eſt Chriſtus Dominus. O.1, R.3.q.23.n.413. p.63
49. Quid eſt, quod me quætebatis? neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſuot oportet me eſſe. O.1.R.1.q.9.n.115.p.18

CAPUT III.

Num.23. JEſus erat incipiens, quaſi annorum triginta, qui putabatur filius Joſeph. O.4.q.8.n.46.p.518

CAPVT VII.

Num.15. ET reſedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ. O.2.R.42.q.1.n.7.p.396
38 Stans retro ſecus pedes ejus lachrimis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes ejus. O.1.R.5.q.2.n.593.p.90

CAPUT VIII.

Num.10. VObis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. O.1.R.4.q.12.n.550.p.82

CAPUT IX.

Num.30 ECce duo viri loquebantur cum illo, erant autem Moyſes & Elias viſi in majeſtate, & dicebant exceſſum quem completurus erat in Jeruſalem O.3. R.1. q.2. n.56. 57. p.450

CAPUT X.

Num.65. MEſſis quidem multa operarii autem paoci, Rogate Dominum meſſis, ut mittat operarios. O.3. R,2. q.6.n.68. p.471

CAPUT XI.

Num.18. SI autem Satanas in ſeipſum diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus. O.2.R.42.q.2.n.20.p.398

CAPUT XII.

Num.41. VT det illis in tempore tritici menſuram.O.4.q.13.n.31.p.513

CAPUT XIV.

Num.26. SI quis venit ad me, & non odit Patrem ſuum, & matrem, & uxorem, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. O.3.R.3.q.5.n.39.p.479

CAPUT XV.

Num.10. DIco vobis quod ita erit gaudium in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. O.4.q.4.n.19.p.510

CAPUT XVIII.

Num.1. DIcebat autem parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, & nunquam deficere. O.3. R.3.q.14.n.127.p.497

CAPVT XXI.

Num.19. CApillus de capite veſtro non peribit: in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. O.3. R.3.q.14.n.128.p.49
28. His autem fieri incipientibus, reſpicite, & levate capita veſtra quoniam appropinquat redemptio veſtra. O.3.R.1.q.1.n.9.p.441

CAPUT XXII.

Num.1. APpropinquabit autem dies feſtus Azimorum, qui dicitur paſcha, O.2.R.35.q.1.n.13.p.344. & O.4.q.8.n.51.p.520

CAPUT XXIII.

Num.29. QUoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ ſteriles, & ventres, qui non genuerunt, & ubera, quæ non lactaverunt. O.2.R.15.q.5.n.1.p.226

CAPUT XXIV.

Num.18. REſpondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei tu ſolus peregrinus. O.1 R.5.q.6.n.630.p.96
44. Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt de me in lege Moyſi & Prophetis & Pſalmis. O.1.R.1.q.2.n.16.p.5. & R.3.q.15.n.311.p.48
45. Aperuit illis ſenſum ut intelligerent ſcripturas, & dixit eis: quooiam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die. O.1.R.1.q.9.n.115.p.18.& R.4.p.12.n.550.p.82

Ex D. Ioanne.

CAPUT I.

Num.7. HIc venit ut teſtimonium perhiberet de lumine. O.4.q.14.n.9.p.509
14. Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. O.1.R.2.q.4.n.180.p.28
14. Et vidimus gloriam ejus, quaſi unigeniti à Patre. O.2.R.30.q.2.n.9.p.315

17. Lex

Digitized by Google

17. Lex per Moyſem data eſt, gratia,& veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. O.1.R.5. q.5. n.570. p.86
18. Deum nemo vidit unquam: unigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris ipſe enarravit. O.1 R.5.q.5.n.571.p.86. & O.4.q.21.n.170. p.537
28. Hæc in Bethania facta ſunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans. O.1.R.5. q.11. n.674. p.107
47. Vidit Jeſus Nathanaël venientem ad ſe, & dicit de eo : ecce verè Iſraëlita in quo dolus non eſt. O. 1. R. 2. quæſt. 4. n.181. p. 28

CAPUT II.

Num.11. HOc fecit initium ſignorum ſuorum Jeſus in Cana Galilææ, & manifeſtavit gloriam ſuam. O. 2. R. 42. q.1.n.3. p.395
19. Reſpondit Jeſus, & dixit eis : Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. O.1.R.1.q.9.n.115.p.18

CAPUT III.

Num.2. NEmo poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. O.2. R.42 q.1.n.3. p.395

CAPUT V.

Num.31. SI ego Teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum. O.1.R.5.quæſt.3.num.500. pag.91
35. Erat lucerna lucens, & ardens. O.4. q.4. n.9. p.509
36. Ego autem habeo teſtimonium majus Joanne : opera, quæ ego facio teſtimonium perhibent de me. O.2. R.42.q.1.n.3. p.395
39. Scrutamini Scripturas, & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. O. 1. R. 4. q.2. n.455. p.69

CAPUT VI.

Num.27. QUi permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc pater ſignavit Deus. O. 2. R.42. q.1. n.3. p.395
39. Qui manducat hunc panem vivet in æternum. O.4. q.8. n.50. p.519

CAPUT VIII.

Num.6. JEſus autem inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terra. O. 1. R.5. q.3. n.599. p.191
13. Dicebant Phariſæi : Tu de te ipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum. O.1.R.5.quæſt.3.num.600. pag.91
25. Principium, qui & loquor vobis. O. 4. q.5. n.25. p.512

CAPUT IX.

Num.6. HÆc cum dixiſſet expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos ejus. O. 2. R. 42. q. 2. n. 8. p. 396

CAPUT X.

Num. 10. EGo veni, ut vitam habeant,& ut abundantius habeant. O.3.R.3. q.12. n.115. p.495
22. Facta ſunt encœnia in Jeroſolymis, & hyems erat, & ambulabat Jeſus in templo in porticu Salomonis. O. 1. R. 5. q. 11. n. 674. p. 104
30. Ego & Pater unum ſumus ; ſuſtulerunt ergo lapides Judæi. O.1.R.2.q.3.num.163. pag. 26
36. Quem Pater ſanctificavit, & miſit in mundum. O. 4. q. 9. n.53. p. 520

CAPUT XIII.

Num.23. ERat ergo recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu Jeſus, quem diligebat Jeſus. O.1.R.5.q.3.n.600.p.91.

CAPUT XIV.

Num.1. CRedítis in Deum, & in me credite. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. O.1.R.2.q.4.n.174.p.38
28. Quia vado ad Patrem, quia Pater major me eſt. O.1. R.2. q.3. n.163. p.26

CAPUT XXV.

Num.13. MAjorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. O.3. R.3. q.9. n. 79. p. 487
15. Jam non dicam vos ſervos, quia ſervus neſcit, quid faciat Dominus ejus ; vos autem dixi amicos. O.1.R.5.q.9.num.659. p.101
22. Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent : nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. O. 2. R. 42. q. 2. n. 16. p. 398

CAPUT XVI.

Num.12. ADhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. O.1. R.1. q.10. num. 121. p. 19. & O. 4. q. 13. n. 81. p. 525
13. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. O.2. R.20. q.1. n.5. p. 251

CAPUT XVII.

11. Pater Sancte ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unum, ſicut & nos. O,2.R.30.q.2.n.12.p.315

CAPUT XIX.

Num.25. STabant juxta crucem Jeſu, mater ejus, & Maria Cleophæ. O. 4. q. 21. n.170. p.537

26. Cum

26. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem, & diſcipulum ſtantem, qoem diligebat:dicit Matri ſuæ:Mulier ecce filius tuus.O.2.R.5.q.7.n.641.p.98

34. Vnus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit ſanguis & aqua. O. 3. R.1.q.2.n.54.p. 449

CAPUT XX.

Num.21. DIxit eis iterom: Pax vobis ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos. O.2.R.35.q.2.n.24.p.346

CAPUT XXI.

Num.25. SVnt autem, & alia multa, quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſum mundum arbitror capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros. O.1.R.1.q.5.n.60.p.11.

Ex Actis Apoſtolorum.

CAPUT I.

Num.8. ERitis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & uſque ad ultimum terræ. O. 1. R. 5. q.8.n.648.p.100.

9. Et cum hæc dixiſſet videntibus illis elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. O. 3. R.1.q.2.n.57.p. 450

16. Viri fratres oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus per os David de Iuda. O.1.R.3.quæſt. 15. num.316. p.49

20. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum, fiat commoratio eorum deſerta, & non ſit qui habitet in ea. O.1.R.2.q.15. n.311.p.49

CAPUT II.

Num.3. ET apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſuper ſingulos eorum.O.2.R.30.q.1.n.4.p.314

4. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. O. 1. R.4. q.12. n.564.p.84

5. Erant autem in Ieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt. O. 3. R. 30. q.1. num.8. p.314

25. David dicit in eum: Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi ne commoveat.O. 1.R.3. q.15.n.316 p.49.

CAPUT IV.

Nu.12. NOn eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in qoo nos oporteat ſalvos fieri.O.1.R 5.q 1.n.568. p 85.

26. Conferebaur ad invicem; quid faciemus de hominibus iſtis. O.4. q.21.num.164 p. 536

32. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una. O. 2. R. 30. quæſt.2. n.12.p.315

CAPUT V.

Num.6. AVdiens autem Ananias hæc verba cecidit, & expiravit. O.3.R.3.q.8,n.72.p. 486.& q. 17. num.151. p.502

CAPUT VII.

Num.22. ET erat eruditus Moyſes in omni ſapientia Ægyptiorum, & erat potens in verbis, & operibus.O.1.R.3 q.3.n.222.p.34.

30. Expletis annis quadraginta, apparuit illi Angelus in deſerto montis Sina in igne flammæ rubi. O.1. R.3.q.14.n.306.p. 47

52. Quem Prophetarum non ſunt perſecuti Patres veſtri; & occiderunt eos, qui prænuntiabant de adventu juſti.O.3. R. 3. q. 9. n.79. p.487

53. Qui accepiſtis legem in diſpoſitionem Angelorum, & non cuſtodiſtis.O.1.R.5. q.3. n.602.p 91

CAPUT VIII.

Num.32. LOcus autem Scripturæ, quem legebat, erat hic: tanquam ovis ad occiſionem ductus eſt. O.1.R.1. q.1 n.2.p.2

CAPUT IX.

Num.1. SAulus autem adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini acceſſit ad Principem Sacerdotum: & petiit ab eo epiſtolas.O. 1. R.5.quæſt. 10. n.664.p.102

CAPUT X.

Num.38. QVi pertranſiit benefaciendo, & ſanando, omnes oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. O.1. R 5.q.1 n.578. p.87

40. Dedit eum Deus manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo. O.3.R.1.q.2.n.57.p.450

CAPUT XII.

Num.12. COnſiderànſque venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus eſt Marcus, ubi erant multi congregati.O.1.R.5.q.18.n.753.p.115.

17. Narravit; quomodo Dominus eduxiſſet eum de carcere, dixitque nuntiate Jacobo, & fratribus meis hæc.O.1.R.5.q.16.n. 279. p.112

CAPUT XXII.

Num.27. HVnc ignorantes, & voces Prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur, O.2.R.1.q.1.num. 28. p.7.

33. Quoniam Deus adimplevit filiis noſtris

ũ reſuſci

reſuſcitans Jeſum, ſicut in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt. O.1. R.2. quæſt.2. num.147. pag.23

CAPUT XV.

Num.10. NUnc ergo quid tentatis Deum imponere jugum ſuper cervices diſcipulorum, quod nec patres noſtri, nec nos portare potuimus. O.1.R.5.n.579. p. 88

CAPUT XX.

Num.10. AD quem cum deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum: & complexus dixit: nolite turbari, anima ipſius in ipſo eſt. O.2.R.42.quæſt.1.num.8. pag. 396

28. Attendite vobis, & univerſo gregi in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei. O. 2. R.30. q. 1. n.8. p. 314

32. Qui potens eſt ædificare, & dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus. O.1.R.1. q.1.n.8. p.3

CAPUT XXI.

Num.9. HUic autem erant quatuor filiæ Virgines prophetantes. O. 3. R.3.q.5.n.37. p.478

27. Cum vidiſſent eum in templo concitaverunt omnem populum, & injecerunt ei manus. O. 1. R. 5. quæſt. 7. num. 729. p.112

CAPUT XXVIII.

Num.30. MAnſit autem biennio toto in ſuo conducto: & ſuſcipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum. O. 1. R.5. q.8. n.651. p.100

Ex Epiſtola B. Pauli ad Romanos.

CAPUT I.

Num.16. NOn enim erubeſco Evangelium; virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti, Judæo primum & Græco. O.1. R.5. q.1. n.574. p.86. & q.13. n.692. p.107

CAPUT II.

Num.17. UBi eſt ergo gloriatio tua? excluſa eſt: per quam legem? factorum? non: ſed per legem fidei. O.1. R.5. q.1. n.575. p.87

CAPUT IV.

Num.3. QUid enim dicit Scriptura: credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam. O.1. R.1. q.1. n.2. p.2. & q.8. n.105. p.17

6. Sicut & David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert juſtitiam ſine operibus.

16. Sed ei, qui ex fide eſt Abrahæ, qui Pater eſt omnium noſtrum, ſicut Scriptura eſt. O.3. R.3. q.12. n.204. p.493

CAPUT V.

Num.5. QUia Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. O. 1. R. 5. q.1. n.575. p.87

12. Sicut per unum hominem peccatum introivit in mundum, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertranſivit. O.4. q.21. n.168. p.537

CAPUT VI.

Num.3. QUicunque baptizati ſumus in Chriſto Jeſu in morte ipſius baptizati ſumus. O.1.R.1.q.1.n.7.p.2

CAPUT VII.

Num.12. LEx quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & juſtum, & bonum. O.1.R.5. q.1. n.575. p.87

CAPUT VIII.

Num. 15. NOn enim accepiſtis Spiritum ſervitutis iterum in timore, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum. O. 1. R.5. q. 3. n. 602. p. 91

CAPUT IX.

Num.17. DIcit enim Scriptura Pharaoni, quia in hoc ipſo excitavi te, ut oſtendam in te virtutem meam. O. 1. R.3.q.1.n.195. p.31

28. Verbum enim conſumans, & abbrevians in æquitate: quia verbum breviatum faciet Dominus ſuper terram. O.1.R.5.q.1.n.580. p.88. & q.9. n.661. p.102

CAPUT X.

Num.4. FInis legis Chriſtus ad juſtitiam omni credenti. O.1.R.5.quæſt.1 n.574. p.86

5. Moyſes enim ſcripſit, quoniam juſtitiam, quæ ex lege eſt, qui fecerit homo vivet in ea. O.1.R.[illegible].q.4.n.132.p.36

12. Non enim eſt diſtinctio Judæi, & Græci, nam idem Dominus, dives in omnes. O.2. R.31. q.4. n.21.

18. Et quidem in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. 1. R.5. q. 10. n. 663. p.102

CAPUT XI.

Num.34. QUis cognovit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius ejus fuit? Aut quis prior dedit illi. O. 1. R. 3. q. 19. n.350. p.54. & O.3.R.1.q.2.n.56.p.450

CAPUT XV.

Num.12. IN illa die erit radix Jeſſe qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur. O.4. q.8. num.44. pag.517

CAPUT XVI.

Num.22. Saluto vos ego tertius qui ſcripſi epiſtolam in Domino. O.1.R.5. q.13. n.691. p.105

23. Salutat vos Caius hoſpes meus, & univerſa Eccleſia. O.1.R.5.quæſt.18.num.760. p.116

Ex prima ad Corinthios.

CAPUT I.

Num.2. Cum omnibus, qui invocant nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti. O.1. R.5. q.15. n.711. p.109

14. Gratias ago Deo, quod neminem veſtrum baptizavi. O.1.R 5.quæſt.18.n.760. p.116

18. Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt, iis autem qui ſalvi ſunt, id eſt nobis, Dei virtus. O. 1. R. 5. quæſt.1. num.583. p.88

23. Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam. O.2.R.42.quæſt.2. num.17. p.398

CAPUT II.

Num.9. Sicut ſcriptum: quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum. O.3.R.3.q.4. n.74

14. Animalis autem homo, non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. O. 1. R. 1. quæſt.9. n.119. p.19

CAPUT III.

Num.16. Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis. O.2.R.21.q.1.n.4 p.255

CAPUT IV.

Num.9. Puto, quod Deus nos Apoſtolos noviſſimos oſtendit, tanquam morti deſtinatos. O.3.R.1.q.2.num.50.51. p.449

15. In Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui. O.3. R.3. q.17. n.112

CAPUT V.

Num.9. Scripſi vobis in epiſtola: Ne commiſcemini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi. O.1.R.5. q.14. n.705. p.109

CAPUT VII.

Num.12. Nam cæteris ego dico, non Dominus, ſi quis habet uxorem infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam. O.1.R.1.quæſt 6. n.78. p.11

25. De virginibus autem præceptum Domini non habeo: conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à Domino. O.3. R.3.q.14. n.128.

CAPUT X.

Num.11. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram. O.3.R.3. q.17. n.116. & R.2. n.128.

11. Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſæculorum devenerunt. O.1.R.5.q.1.n.173.p.86

CAPUT XII.

Num.10. Alii operatio virtutum, alii Prophetia, alii diſcretio ſpirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio ſermonis. O.1.R.4.q.10 n.534.p.80

13. Etenim in uno ſpiritu omnes, non in unum corpus baptizati ſumus. O. 2. R. 3. quæſt.2. num.12.

CAPUT XIII.

Num.8 Charitas nunquam excidit: ſive Prophetiæ evacuabuntur, ſive linguæ ceſſabunt. O.1.R.1.q.8.n.101.p.16. & O.2.R.33.q.1.n.8.p.336

CAPUT XIV.

Num.6. Nunc autem fratres ſi venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero. O.1.R.2.q.1.n.131.p.21

14. Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt. O.1. R.4. q.11. n.565. p.84

8. Etenim ſi incertam vocem det tuba quis parabit ſe ad bellum. O.1.R.3.q 12.n.559. p.83

CAPUT XV.

Num.22. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur. O.4.q.21.n.168.p.537

51. Ecce myſterium vobis dico: omnes quidem reſurgemus. O.4. q.21. n.171. p.538

Ex ſecunda ad Corinthios.

CAPUT III.

Num.6. Non littera, ſed ſpiritu: littera enim occidit, ſpiritus autem vivificat. O.1. R.5.q.1. n.575.p.87. & R.2. q.2. n.157. p.25

CAPUT IV.

Num.3. Quod ſi etiam opertum eſt Evangelium noſtrum, in iis, qui pereunt, eſt opertum. O.1.R.1.q.9.n.119. pag.19

6. Deus qui facis de tenebris lucem ſplendeſcere. O.4.q.21.n.166.p.537

CAPVT V.

Num. 13. SIve mente excedimus Deo: ſive ſobrii ſumus vobis. Charitas enim Chriſti urget nos. O.1.

14. Chriſtus mortuus eſt pro omnibus, ergo omnes mortui ſunt. O.4. quæſt.21. n.168. p.537

CAPUT VIII.

Num. 10. COnſilium in hoc do: hoc enim vobis utile eſt, qui non ſolum facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore. O.1. R.3. q.12. n.681. p.105

18. Miſimus etiam cum illo fratrem, cujus laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias. O.1. R.5. q.6. n.731. p.96

CAPUT X.

Num. 10. QUoniam quidem Epiſtolæ graves ſunt, & fortes, præſentia autem corporis infirma. O.1. R.5. quæſt.10. n.666. p.103

CAPUT XI.

Num. 6. NAm etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia. O.1. R.5. quæſt.6. n.590. p.89

28. Præter illa, quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana. O.1. R.5. q.15. n.711. p.109

CAPVT XII.

Num. 3. SCio hujuſmodi hominem raptum in Paradiſum, & audivit verba, quæ non licet homini. O.1. R.5. q.3. n.600. p.91

11. Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis: ego enim à vobis debui commendari. O.1. R.5. q.3. n.600. p.91

12. Signa enim Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia, in ſignis, & prodigiis, & virtutibus. O.2. R.42. q.2. n.16. p.398

CAPUT XIII.

Num. 3. AN experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Chriſtus. O.1. R.3. q.1. n.194. p.30

Ex Epiſtola ad Galatas.

CAPUT I.

Num. 8. LIcet aut Angelus de cœlo evangelixet vobis, præterquam quod evangelizatum eſt à me, anathema ſit. O.1. R.3 q.1. n.208. p.32

16. Ut revelaret filium ſuum in me, & evangelizarem illuo in gentibus: continuo non acquievi carni, & ſanguini. O.1. R.5. q.11. n.673. p.104

19. Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Jacobum fratrem Domini. O.1. R.5. q.16. n.721. p.111

CAPUT II.

Num. 19. EGo autem per legem legi mortuus ſum, ut Deo vivam. O.1. R.5. q.1. n.585. p.89

9. Qui videbantur eſſe Columnæ. O.1. R.5. q.16. n.729. p.112

CAPUT III.

Num. 19. QUid igitur lex? Propter tranſgreſſores poſita eſt, donec veniret ſemen, cui promiſerat, ordinata per Angelos. O.1. R.3. q.1. n.197. p.31

24. Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide juſtificemur. O.2. R.30. q.2. n.10. p.315

28. Non eſt Judæus, neque Græcus, nec ſervus, nec liber. O.3. R.5. q.8. n.750. p.116.

CAPVT IV.

Num. 3. ITa & nos cum eſſemus parvuli, elementis mundi eramus ſervientes.

4. Ubi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere factum ſub lege. O.1. R.5. q.10. n.663. p.102

22. Quoniam Abraham duos filios habuit: unum de ancilla, & unum de libera. O.1. R.5. q.1. n.677. p.87

Ex Epiſtola ad Epheſios.

CAPUT I.

Num. 10. IN diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlo, & quæ in terra ſunt. O.3. R.1. q.1. n.10. p.441

CAPUT II.

Num. 20. SUperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum ipſo Summo Angulari lapide Chriſto Jeſu. O.2. R.30. q.2. n.11. p.315

CAPUT III.

Num. 8. MIhi omnium Sanctorum minimo data eſt gratia hæc, in gentibus evangelixare inveſtigabiles divitias Chriſti. O.1. R.5. q.11. n.673. p.105

CAPUT IV.

Num. 1. OBſecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis. O.2. R.30. q.2. n.12. p.315

CAPUT V.

Num. 2. AMbulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis. O.2. R.3. q.2. n.15

27. Semetipſum tradidit pro ea, ut ſibi exhiberet Eccleſiam glorioſam, non habentem maculam, neque rugam, ſed ut ſit ſancta & immaculata. O.4. q.5. n.23. p.511

32. Sacra

Digitized by Google

32. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia. O. 1. R. 2. q. 1. n. 128. p. 21

Ex Epiſtol. ad Philip.

CAPUT I.

Num. 25. ET hoc confidens ſcio, quia manebo, & permanebo omnibus vobis ett profectum veſtrum, & gaudium veſtrum. O. 1. R. 5. q. 12. n. 686. p. 106

CAPUT II.

Num. 6. QVi cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo. O. 4. q. 9. n. 56. p. 521

21. Omnes quærunt quæ ſua ſunt, non ea quæ ſunt Ieſu Chriſti. O. 4. q. 21. n. 169. pag. 537

Ex Epiſtola ad Coloſſenſes.

CAPUT I.

Num. 1. PAulus Apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timotheus frater. O. 1. R. 5. q. 12. num. 687 p. 106

16. Omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt. O. 4. q. 5. 0. 21. p. 511

CAPUT IV.

Num. 18. MEmores eſtote vinculorum meorum. Gratia vobiſcum amen. O. 1. R. 5. q. 12. n. 687. p. 106

Ex Epiſtola prima ad Theſſalonicẽſes.

CAPVT V.

Num. 5. VOs filij lucis eſtis, & non tenebrarum. O. 4. q. 7. 0. 40. p. 516

Ex Epiſtola Secunda ad Theſſalonicenſes.

CAPUT II.

Num. 14 TEnete traditiones, quas didiciſtis, ſive per Sermonem, ſive per Epiſtolam. O. 4. q. 10. n. 59. p. 522

Ex prima ad Timotheum.

CAPUT I.

Num. 3. ROgavi te, ut remaneres Epheſi cum irem in Macedoniam. O. 1. R. 5. q. 12. n. 679 p. 105

CAPUT III.

Num. 16. MAgnum eſt pietatis Sacramentum, quod maniſ. ſtatum eſt in carne, juſtificatum eſt in ſpiritu. O. 1. R. 1. q. 1. n. 571. p. 86.

CAPUT V.

Num. 12. HAbentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt. O. 3. R. 3. q. 4. n. 30. p. 477

18 Dicit enim ſcriptura: non alligabis os bovi trituranti, & dignus eſt operarius mercede ſua. O. 1. R. 2. q. 4. n. 172. p. 27

22. Manus cito nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis. O. 2. R. 35. q. 1. n. 11. p. 344

CAPUT VI.

Num. 20. O Timothee depoſitum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis. O. 1. R. 1. q 4. n. 38. p. 8

Ex ſecunda ad Thimoth.

CAPUT III.

Num. 15. QUia ab infantia ſacras literas noſti quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem. O. 1. R. 5. q. 9. n. 660. p. 102

16. Omnis ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum. O. 1. R. 3. q. 1. n. 394. pag. 50

CAPUT IV.

Num. 11. LUcas eſt mecum ſolus; Marcum aſſume, & educ tecum. O. 1. R. 5. q. 18. n. 753. p. 115

21 Feſtina ante hyemem venire. Salutant te Eubulus & Pudens. O. 1. R. 5. q. 12. n. 686. p. 106

Ex Epiſtola ad Titum.

CAPVT I.

Num. 12. CRetenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri, teſtimonium hoc verum eſt. O. 1. R. 1. q. 7. n. 89. p. 14. & R. 5. q. 19. n. 770. p. 118

Ex Epiſtola ad Hebræos.

CAPUT I.

Num. 1. MUltifariam, multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis: noviſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. O. 1. R. 5. q. 5. n. 570. p. 86

3. Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ ejus, portans omnium verbo virtutis ſuæ. O. 1. R. 5. quæſt. 7. num. 639. pag 97

5. Cui aliquando Angelorum dixit filius meus es tu, ego hodie genui te? O. 1. R. 2. q. 1. n. 146. p. 23

7. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. O. 3. R. 1. q. 2. n. 46. pag. 448

Index Locorum

CAPUT III.

Num.1. UNde fratres ſancti conſiderate Apoſtolum, & Pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum. O.1. R.5.q.10.n.67. p.104

CAPVT IV.

Num.7. ITerum, terminat diem quendam Hodie David, dicendo, poſt tantum tempus ſicut ſupra dictum eſt. O. 1. R.3. q.16. n.315. p.49

CAPUT V.

Num.5. CHriſtus non ſemetipſum clarificavit ut pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum: filius meus es tu, ego hodie genui te. O.1. R.2. q.2. n.148. p.23

CAPUT VII.

Num.5. MElchiſedech, Rex ſalem, ſacerdos Dei ſummi, qui interpretatur Rex juſtitiæ. O.1. R.5. q.13. n 698. p.107

6. Decimas ſumpſit ab Abraham, & hunc, qui habebat repromiſſiones benedixit. O.1. R.1. q.1. n.2. p.2

19. Nihil ad perfectum adduxit lex. O.3.R.3. q.12. n.111. p.494

19. Introductio vero melioris ſpei per quam proximamus ad Deum. O.1.R.5.q.1.n.581. pag.88

12. Tranſlato enim ſacerdotio neceſſe eſt, ut legis tranſlatio fiat. O.1. R.5.q.5.num.573. pag.86

CAPUT VIII.

Num.6. QUanto, & meliora teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt. O. 1. R.3. q.1. n.581. p.88

CAPUT IX.

Num.4. HAbens tabernaculum, & arcam teſtamenti, circumtectam ex omni parte auro, in qua urna antea habens manna. O.1.R.5.q.21.n.674.p.104

12. Neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introivit in ſancta. O.1.R.3.q.5.n.573.p.86

15. Ut repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. O.1. R.1. q.5.n.5. pag.2

16. Ubi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatus eſt. O.1. R.1.q.1.n.6. pag.2

CAPUT X.

Num.5. INgrediens mundum dicit: hoſtiam, & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi. O. 2. R.41. q.3. n. 41. p.395

CAPUT XI.

Num.4. TEſtimonium perhibente muneribus ejus Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. O. 1.R. 3. q. 16. n.327. p.51

32. Et quidem adhuc dicam. Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sanſon. O.1.R.3 q.6.n.547.p.38

37. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. O.3. R.3.q.6. n.48. p.481

CAPVT XII.

Num.16. NE quis fornicator, aut profanus ut Eſau: qui propter unam eſcam vendidit primitiva ſua. O.1. R.5. q.11. n.675. p.104

18. Non acceſſiſtis ad terribilem montem, & accenſibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam. O.1. R.5. q.1.n.578. p.77. & O.3. R.1. q.2. n.48. p.448

CAPUT XIII.

Num.20. DEus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ovium in ſanguine teſtamenti æterni. O. 1. R.5. q.1. n.586. p.89

21. Rogo vos fratres, ut ſufferatis verbum ſolatii: etenim per paucis ſcripſi vobis. O.1. R.5. q.11. n.673. p.104

Ex epiſtola D. Iacobi.

CAPUT I.

Num.17. OMne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum. O.2.R.42.q.4.n.32.p.401. & O.4.q.3.n.28. p.513

CAPUT II.

Num.17. SIc & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. O. 1. R.12.q.3.n.164.p.16

23. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam, & amicus Dei eſt appellatus. O.1. R.1. q.8. n.105. p.17

CAPUT V.

Num.10. SUfferentiam Job audiſtis, finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors eſt Deus, & miſerator. O.1. R.3. q.14. n.303. p.47

Ex Epiſtola prima B. Petri.

CAPUT I.

Num.6. PEtrus Apoſtolus Jeſu Chriſti, electis advenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Capadociæ. O. 1. R. 5. q. 11. n.671. p.104

19.Pretioſo

Digitized by Google

19. Pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati, & incontaminati O. 1. R. 1. q. 1. n.6.p.2.

CAPUT II.

Num.10. QVi aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non conſequuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſequuti.O.1.R. 5. q. 17.n. 736. p. 113.

24. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. O.1. R.2.q.2.n.152. pag.24.

CAPUT III.

Num.20 QVando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cum fabricaretur arca: in qua pauci, id eſt octo animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam. O. 1. R.2.q.1.n.128. p.21. & quæſt. 3. num.172. pag.27

CAPUT V.

Num.31. SAlutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone ſelecta, & Marcus filius meus. O. 1. R.5. quæſt.5. num. 617. pag.94

Ex Secunda D. Petri.

CAPUT I.

Num.1. SImon Petrus, ſervus,& Apoſtolus Ieſu Chriſti iis, qui æqualem nobiſcum fortiti ſunt fidem in juſtitia Dei noſtri. O.1.R.5.q.17.n.741.p. 113

10. Fratres magis ſatagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem faciatis. O.1.R.2.q.10.n.164.p.26

20. Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit.O.1. R. 1. quæſt.1.num. 1. pag.1.

21. Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.O. 1.R.1.q.5.n.66.p.12.& q.8.n.94.p.15.

CAPVT III.

Num.1. HAnc ecce vobis, chariſſimi, ſecundam ſcribo Epiſtolam, in quibus veſtram ſinceram excito mentem. O.1.R.5.q.17.n.741.p.113.

15. Sicut & chariſſimus Frater noſter Paulus, ſecundum datam ſapientiam ſcripſit vobis. O.1.R.5.q 11.n.671.p.104. & q. 17.n. 741. p.113.

Ex Prima D. Ioannis.

CAPUT I.

Num.1. QVod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus. O. 1. R. 5. q. 18. n.749.p.114

CAPUT II.

Num.1. SI quis peccaverit advocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum juſtum, & ipſe eſt propitiatio noſtra pro peccatis noſtris. O. 1. R.1. q.18. 0.749.p.114.& O.3.R.1.q.1.n.9.p. 441.

18. Filioli, noviſſima hora eſt, & ſicut audiſtis quia noviſſima hora eſt. O.1. R.5.q.1. n.574.p.87

CAPUT V.

Num.7. TRes ſunt, qui teſtimonium perhibent in cœlo, Pater, verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt. O.1. R.2. q. 3. n.164.p.26

17. Hic eſt verus Deus. & vita æterna filioli cuſtodite vos à ſimulachris. O. 1. R.5. quæſt. 17.

Ex Iuda Apoſtolo.

Num.14. PRophetavit autem de his ſeptimus ab Adamo Enoch. O. 3. R.3.q.12.n.111.p 494

Ex Apocalypſi Ioan. Apoſtoli.

CAPUT I.

Num.1. APocalypſis Ieſu Chriſti, quem dedit illi Deus palam facere ſervis ſuis. R.1.q.10.n.115 p.20

4. Ioannes ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia. O.2.R.30.q.2.n.15.p.315.

4. Gratia vobis, & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt & à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni ejus ſunt. O.3. R. 1.q.1.n.3.p.440

CAPUT II.

Num.10. ESto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. O.1. R.2.q.4.n.179 pag.28.

CAPUT IV.

Num.3. ET qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis jaſpidis, & ſardinis, & iris erat in circuitu ſedis. O. 1.R.5. q.60.n.878.p.119

6. Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo: & in medio ſedis, & circuitu ſedis quatuor animalia. O. 1. R.5.q.6.n.632.p.96. & q.7.n.638.p.97

CAPVT V.

Num.1. VIdi in dextra ſedentis librum ſcriptum intus, & foris ſignatum ſigillis ſeptem. O.1.R.1.q.1.n. 128. pag.21

3. Et nemo poterat aperire librum, nec reſpicere illum. O.1.R.1.q. 1. n.114.p.18

5. Et dixit mihi unus de ſenioribus; ne fleveris,ecce vicit leo de tribu Iuda. O. 1 R.1.q.10.n.122.p.20

CAPUT

CAPUT VII.

Num.2. Vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei vivi, & clamavit voce magna.
4. O.1.R.1.q.4.n.85.p.14.
Et audivi numerum ſignatorum centum quadraginta quatuor millia ſignati, ex omni tribu filiorum Iſraël. O.3.R.3.quæſt. 14. n.124.p.496
9. Et poſt hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis. O. 2. R. 30. q.4.n.21.p.317.

CAPUT X.

Num.11. Oportet te iterum prophetare gentibus & populis, & linguis, & regibus multis. O. 1. R.5.q.7.n.495 pag.99.

CAPUT XI.

Num.4. Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes, & ſi quis voluerit nocere eos, ignis exiet de ore eorum. O.1. R.2. q.4.n.181.p.29.& O.5.R.1.q.1.n. 4. p. 440.
12. Et aſcenderunt in cœlum in nube & viderunt illos inimici eorum. O.3. R.5. q. 2. n.59.p.450.

CAPUT XII.

Num.13. Et fecit ſigna magna, ut etiam ignem faceret de cœlo deſcendere in terram in conſpectu hominum. O.2 R.42.q 33. n.25.p.400.& O.3.R.1.q.2.0.19 p.444.

OPUSCVLUM PRIMUM.
PRÆLUDIUM AD SACRAM SCRIPTVRAM.

De libris Canonicis, eorum ſenſibus Auctoribus, ac Verſionibus, in quibus omnibus inſigniter ſupereminet Evangelica Doctrina.

PRÆFACIVMCVLA.

De dignitate, ac excellentiâ, majeſtate, & utilitate ſacræ Scripturæ, multa diſſerunt docent & explicant Sancti Patres, ac Doctores moderni, pro quo ſatis eſt audire Apoſtolum Paulũ. 2. Timot. 3. num. 16. ubi ait; Omnis Scriptura divinitùs inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, aderudiendum in juſtitia, ùt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. 2. Tim. 3.
Quibus verbis Apoſtolus explicat quatuor divinæ Scripturæ fructus, quibus anima ſuaviſſimè alitur, tam in intellectu, quàm in voluntate, ſcilicet quantum ad ſpeculationem; Docere, *veritatem ſcilicet.* Arguere *facilitatem nempe; quantũ verò ad cognitionem practicam* corripiendo, *ut eripiat à malo* erudiendo, *ut inducat in bonum, quorum finis eſt, ut explicat Apoſtolus,* ut ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus; *& de eius excellentia aliqua quæſtione ſequenti.*

RESOLUTIO I.

De libris Canonicis, ſeu ſacra Scriptura.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid ſit ſacra Scriptura, & quibus nominibus dicatur, & ſignificetur?

SVMMARIVM.

1 *Definitio ſacræ Scripturæ.*
2. *Dicitur Biblia, & Scriptura.*
3 *Ab ipſa omnis ſcientia.*
4 *Dicitur Teſtamentum.*
5 *Teſtamentum ſignificat pactum, ſeu fœdus.*
6. *Pactum antiquitus celebrabatur cum morte, & ſanguine.*
7 *Ad validitatem Teſtamenti mors in utroque Teſtamento novo, & veteri intervenit.*
8. *Rectè Scriptura dicitur Teſtamentum, quia in ea Deus, teſtatur amorem erga nos filios ſuos.*
9. *Duodecim nomina metaphorica ſacræ Scripturæ, & n. 10*

Definitio

Ita definitur Scriptura juxta mentem Sanctorum Patrum, D. Ambroſ. in explicatione prœmij D. Lucæ. D. Gregorij in Prologo Moral cap. 1. D. Auguſt. lib. 1. de Geneſi ad litteram, & aliorum Patrum, & ſic ſe habet, *Scriptura ſacra eſt, cuius Deus eſt proximus Auctor, ſive quia ipſe eam immediatè ſcripſit, ſive mediatè, quia alicujus miniſterio ad eam ſcribendam uſus eſt, ad idque eum impulit, ipſiuſque mentem in ſingulis ſententiis direxit, ſingulàque verba dictavit.* Scriptura ponitur loco generis, cætera loco differentiæ. Dicitur *mediatè, vel immediatè*, quia grandis quæſtio eſt, an Deus non ſolùm per manum creaturæ, hominis, vel Angeli, ſed

1. D Ambroſ. D. Auguſt. D. Gregor.

Google

Index Locorum

Ex libro primo Machabæorum.

CAPUT I.

Num.65. Multi de populo Iſraël definierunt apud ſe, ut non manducarent immunda, & elegerunt magis mori, quam coinquinari immundis. O. 3. R. 3. q.12. n.109. p.494

CAPUT II.

Num.58. Elias dum zelat zelum legis, receptus eſt in cœlum. O.3.R.1. q.2. n.27. p.445

CAPUT XII.

Num.9. Nos cum nullo eorum indigetemus, habentes ſolatio ſanctos libros. O.1.R.1.q.3.n.28.p.7

Ex libro ſecundo Machabæorum.

CAPUT II.

Num.5. Veniens ibi Jeremias invenit locum ſpeluncæ:& tabernaculum, & arcam & altare incenſi intulit illuc, & oſtium obſtruxit. O.1.R.1.q.3.n.27.p.6

13. Conſtruens Bibliothecam congregavit de Regionibus libros, & Prophetarum & David, & Epiſtolas Regum & de donariis. O.1.R.1.q.3.n.31.p.7

24. Ab Jaſone Cyrœneo quinque libris comprehenſa tentavimus nos uno volumine breviare. O.1. R.1. q.7. n.82. p.14.& R.3. q.54. n.419. p.64

27. Et nobis quid ipſis, qui hoc opus breviandi cauſa ſuſcepimus, non facilem laborem, immo vero negotium plenum vigiliarum, ac ſudoris ſuſcepimus. O.1. R.1. q.6. n.74. p.13

CAPUT III.

Num.19. Et virgines, quæ concluſæ erant procurrebant ad Oniam. O. 3. q.2. n.13. p.474

CAPUT VI.

Num.10. Duæ mulieres delatæ ſunt natos ſuos circumcidiſſe: quas infantibus ad ubera ſuſpenſis per muros præcipitaverunt. O.3.R.3.q.12.n.110.p.494

11. Qui eum indicati eſſent Philippo flammis ſuccenſi ſunt. ibid.

18. Eleazarus unus de primoribus ſeribarum, vir ætate provectus, & vultu decorus, aperto ore compellebatur carnem porcinam manducare. ibid.

CAPUT VII.

Num.1. Contigit autem & ſeptem fratres unà cum matre ſuâ apprehenſos, compelli à Rege, edere contra fas carnes porcinas. ibid

CAPUT XV.

Num.14. Hic eſt fratrum amator, & populi Iſraël qui multum orat pro populo, & univerſa civitate iſta Jeremias Propheta O.2.R.33.q.1.n.8.p.336

38. Ex illis temporibus ab Hebræis civitate poſſeſſa; ego quoque in his faciam finem ſermonis. O.1.R.1.q.6.n.72.p.13

TESTAMENTUM NOVUM.

Ex D. Matthæo.

CAPUT I.

Num.20. Noli timere accipere mariam conjugem tuam. O. 4. q. 8. n.44. p.517

CAPUT II.

Num.20. Surge, accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Iſraël: defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri. O.1.R.3.q.6.n.248.p.38

3. Ut adimpleretur, quod dictum eſt per Prophetam, quoniam Nazaræus vocabitur, O.1. R.1. q.4. n.52. p.10

CAPUT III.

Num.4. Ipſe autem Joannes habebat veſtimentum de pilis Camelorum. O.3. R.3. q 8. n.71. p.485

CAPUT IV.

Num.19. Venite poſt me,faciam vos piſcatores hominum. O.1. R. 5 q.6. n.634. p.96

20. At illi continuo relictis retibus ſecuti ſunt eum. O.3. R.3. q 5 n.39 p.479.& q.7. n.58. p.483

21. Et procedens inde vidit alios duos fratres Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum. O.3. R.3. q.7. n.59. p.483

CAPUT V.

Num.2. Docebat eos dicens: Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. O.1. R.5. q.1. n.577. p.87

17. Iota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. O.1. R.1. q. 4. n.37. p.8

48. Eſtote ergo vos perfecti, ſicut, & Pater veſter perfectus eſt. O. 1. R. 5. q.1. n.567. p.85. O.2.R.15.q.5.n.30.p.230

CAPUT VII.

6. Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos. O. 1. R.4.q.12.n.550.p.82

22. Multi dicent mihi in die illa; Domine nonne in nomine tuo prophetavimus & dæmonia ejecimus.O.2.R.15.q.5.n.33.p.231

CAPUT VIII.

Num.13. Dixit Jeſus Centurioni; vade, & ſicut credidiſti fiat tibi, & ſanatus

ſanatus eſt puer in illa hora. O.2.R.42.q.1. n.22.p.397

20. Dixit eis Jeſus: vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis, non habet ubi reclinet caput. O.3. R.3.q.5. n.35. p.478

CAPUT IX.

Num.9. ET cum tranſiſſet inde Jeſus, vidit hominem ſedentem in telonio Matthæum nomine, & ait illi ſequere me. O.3.R.3.q.7.0.59. p.483

CAPUT X.

Num.7. EUntes prædicate, dicentes quia appropinquavit regnum Cælorum, infirmos curate. O.2.R.42.q.2.n.16.p.398

9. Nolite poſſidere aurum, neque argentum neque pecuniam in zonis veſtris. O.3.R.3. q.14. n.128. p.497

CAPUT XI.

Num.5. CÆci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt. O.2.R.42.q.2.n.16. p.398

25. Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ quia abſcondiſti hæc à ſapientibus O.1.R.1.q.10.n.123.p.20

28. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: Tollite jugum meum. O.1.R.5.q.1.n.579.p.88

29. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. O.4.q.21.n.165 p.536

CAPUT XII.

Num.41. VIri Ninivitæ, ſurgent in judicio, cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt. O.2.q.8.n.70

CAPUT XVI.

Num.6. CAvete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum. O.4.q.8.n.55. p.521

18. Et ego dico tibi tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. O.2.R.30.q.2.n.11.p.315

24. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. O.3.R.3.q.5.n.40 p.479

CAPUT XVII.

Num.1. ASſumit Jeſus Petrum, & Jacobum & Joannem fratrem ejus, & ducit illos in montem excelſum. O. 3. R.1. q.2. n.28. p.445

4. Domine ſi vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, Eliæ unum. O.3.R.1.q.2. n.56.57.58.p.450

3. Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes. ibid.

6. Et audientes diſcipuli timuerunt valde & ceciderunt in facies ſuas. O. 1. R.5. q.7. n.70. p.98

11. At ille reſpondens ait: Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia. O.3.R.1. q.1. n.10. p.441

23. Acceſſerunt ad Petrum, & dixerunt ei Magiſter veſter non ſolvit didrachma. O.2. R.41. q.1. n.3. p.387

26. Aperto ore ejus invenies ſtaterem: illum ſumens da eis pro me & te. O.3. R.3. q.5. n.35. p.478

CAPUT XVIII.

Num.1. QUis putas major eſt in regno cœlorum. O. 4. q.21. n.165. p.536

8. Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te: abſcinde eum, & projice abs te: Bonum tibi eſt, &c. O.1.R.2.q.2.n.157.p.25

18. Quæcumque ligaveritis ſuper terram ligata erunt in cœlo, & quæcumque ſolveritis ſuper terram, ſoluta erunt & in cœlo. O.2. R.35. q.2. n.24. p.346

CAPUT XIX.

Num.12. SUnt eunuchi, qui de matris utero nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus. O. 2. R.3.q 2. n.7.p.143

21. Ait illi Jeſus, ſi vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus. O. 1. R.2. q.4. n.174. p.28

27. Dixit Petrus ad Jeſum: ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis. O.3.R.3.q.5.n.39 p.479

29. Omnis, qui reliquerit domum vel fratres, aut ſorores, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. O.3.R.3.q.5. p.478

CAPUT XX.

Num.22. NEſcitis quid petatis: poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? dicunt ei poſſumus. O. 1. R.5. q.7. n.643. p.98

CAPUT XXII.

Num.37. AIt illi Jeſus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. O.1. R.2. q.4. n.174. p.28

43. Quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens. O.1.R 3.q.15.n.317. p.49

CAPUT XXIII.

Num.35. UT veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel juſti uſque ad ſanguinem Zachariæ. O.1.R.3.q.13. n 413. p.63

37. Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. O.3. R.3. q.12. n.107. p.494

CAPUT

Index Locorum

CAPUT XXIV.

Num.16. TUnc qui in Judæa ſunt fugiant ad montes, & qui in tecto non deſcendat tollere tunicam ſuam. O.3. R.1.q.2.n.28

35. Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. O. 1. R. 1. q. 4. n.37. p.8

45. Fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore. O. 4. q. 33. n. 82. p.525

CAPUT XXV.

Num.34. VEnite benedicti Patris mei poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. O.1.R.5.q.1.n.581. p.88. & R.1. q.1. n.8. p.3

CAPUT XXVI.

Num.36. TUnc venit Jeſus cum illis in villam quæ dicitur Gethſemani. O.4.q.8. n.50.p.519

39. Pater mi, ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte, veruntamen, non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. O.1.R.2.q.2.n.149.p.24

26. Hoc eſt corpus meum. O. 1. R. 1. q. 9. n.118. p.19. & O. 4. q.14. n.95. p.527

CAPUT XXVII.

Num.28. PRopter hoc vocatus eſt ager ille Haceldama, hoc eſt ager ſanguinis, uſque in hodiernum diem. O. 1. R.5. q.13. n.698. p.107

46. Eli, Eli Lamma Sabacthani, hoc eſt Deus meus, Deus meus, ut quod dereliquiſti me. O.1. R.5. q.13. n.698. p.107

51. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo uſque deorſum. O.1.R.5. q.1. n.572. p.86

CAPUT XXVIII.

Num.19. EUntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. O. 1. R. 5. q. 1. n.584. p.88. & R.2. q.4. n.174. p.28

20 Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. O. 1. R. 5. q.6. n.586. p. 89. & O. 2. R.36. q.3. n.22. p.351

Ex D. Marco.

CAPUT IV.

Num.11. ILlis autem, qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt, ut videntes videant, & non videant. O. 1. R.4. q.12. n.550. p 82

34 Sine parabolis non loquebatur eis, ſeorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia. O. 1. R.1. q.9. n.115. p.18

CAPUT VI.

Num.8. PRæcepit eis ne quid portarent in via niſi virgam. O. 4. q.5. n.22. p.511

CAPUT VIII.

Num.14. CAvete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum. O.4.q.8.n.50. p 519

24. Et aſpiciens, ait : video homines ſicuti arbores ambulantes. O. 2. R.42. q.1. n 8. p.396

29. Reſpondens Petrus, ait ei : Tu es Chriſtus. Et comminatus eſt eis, ne cui dicerent de illo. O.1.R.5.q.5.n.622.p.94

CAPUT XIV.

Num.47. UNus autem quidam de circumſtantibus educens gladium percuſſit ſervum ſummi ſacerdotis : & amputavit illi auriculam. O. 1. R. 5. q. 5. n. 622. p. 95

71. Ille autem cœpit anathematizare, & jurare, quia neſcio hominem iſtum quem dicitis. O.1. R 5. q. 5. n.622. p.95

CAPUT XV.

Num.40. INter quas erat Maria Magdalena & Maria Jacobi Minoris, & Joſeph Mater, & Salome. O. 1. R. 5. q. 16. n.721. p.111. & q.19. n.763. p.116

CAPUT XVI.

Num.15. EUntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ. O. 1. R.5. q.1. n.584.p.88. & O.2. R.30.q.1.n.5.p.314

6. Jeſum quæritis Nazarænum crucifixum : ſurrexit non eſt hic, ecce locus ubi poſuerunt eum. O.1.R.2.q.5.n.188.p.29

16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit; qui vero non crediderit condemnabitur. O.1. R.1. q.9. n.118. p.19. & R.2. q.3. n.163. p.26

Ex D. Luca.

CAPUT I.

Num.2. SIcut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt & miniſtri fuerunt ſermonis. O. 1. R. 5. q. 6. n. 632. p. 96

5. Fuit in diebus Herodis Regis Judeæ ſacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abiæ. O. 1.R.5.q 6.n.632.p.96

19. Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum : & miſſus ſum loqui ad te & hæc tibi Evangelizare. O.3.R.1.q.1.n.3 p.440

28. Ingreſſus Angelus ad eam dixit, Ave gratia plena. O.4.q.4.n.2n p.510

34. Dixit autem Maria ad Angelum quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco. O.3. R.3. q.11. n.95. p.491

35. Quod

35. Quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. O.4.q.9.n.53.p.520
49. Fecit mihi magna qui potens eſt: & miſericordia ejus a progenie, in progenies. O. 4.q.5.n.28.p.513
70. Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt, prophetarum ejus. O.1. R.1. q.8.n.94.p.15. & R.3.q.1.n.114.p.50

CAPUT II.

Num.10. ECce Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie ſalvator, qui eſt Chriſtus Dominus. O.1. R.3.q.13. n.413. p.63
49. Quid eſt, quod me quærebatis? neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe. O.1.R.1.q.9.n.115.p.18

CAPUT III.

Num.23. JEſus erat incipiens, quaſi annorum triginta, qui putabatur filius Joſeph. O.4.q.8.n.46.p.518

CAPVT VII.

Num.15. ET reſedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ. O.2.R.42.q.1.n.7.p.396
38 Stans retro ſecus pedes ejus lachrimis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes ejus. O. 1. R.5.q.2. n.593. p.90

CAPUT VIII.

Num.10. VObis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. O.1.R.4.q.12.n.550.p.82

CAPUT IX.

Num.30. ECce duo viri loquebantur cum illo, erant autem Moyſes & Elias viſi in majeſtate, & dicebant exceſſum quem completurus erat in Jeruſalem O.3. R.1. q.2. n.56. 57. p.450

CAPUT X.

Num.65. MEſſis quidem multa operarii autem pauci, Rogate Dominum meſſis, ut mittat operarios. O. 3. R.2. q.6. n.68. p.471

CAPUT XI.

Num.18. SI autem Satanas in ſeipſum diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus. O.2.R.42.q.2.n.20.p.398

CAPUT XII.

Num.42. VT det illis in tempore tritici menſuram. O.4 q.13.n.31.p.513

CAPUT XIV.

Num.26. SI quis venit ad me, & non odit Patrem ſuum, & matrem, & uxorem, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. O. 3. R.3. q.5. n.39. p.479

CAPUT XV.

Num.10. DIco vobis quod ita erit gaudium in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. O.4. q.4. n.19. p.510

CAPUT XVIII.

Num.1. DIcebat autem parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, & nunquam deficere. O.3. R.3. q.14. n.127. p.497

CAPVT XXI.

Num.19. CApillus de capite veſtro non peribit: in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. O. 3. R. 3. q. 14. n.128. p. 49
28. His autem fieri incipientibus, reſpicite, & levate capita veſtra quoniam appropinquat redemptio veſtra. O. 3. R. 1. q. 1. n.9. p.441

CAPUT XXII.

Num.1. APpropinquabit autem dies feſtus Azimorum, qui dicitur paſcha. O.2.R.35.q.1. n.13.p.344. & O.4.q.8.n.51. p.520

CAPUT XXIII.

Num.29. QUoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ ſteriles, & ventres, qui non genuerunt, & ubera, quæ non lactaverunt. O. 2. R.15. q.1. n.1. p. 226

CAPUT XXIV.

Num.18. REſpondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei tu ſolus peregrinus. O.1 R.5.q.6.n.630.p.96
44. Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt de me in lege Moyſi & Prophetis & Pſalmis. O.1. R.1. q.2. n.16. p.5. & R.3.q.15. n.311. p.48
45. Aperuit illis ſenſum ut intelligerent ſcripturas, & dixit eis: quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die. O. 1. R.1. q.9. n.115. p.18. & R.4. q.12. n.550. p.82

Ex D. Ioanne.

CAPUT I.

Num.7. HIc venit ut teſtimonium perhiberet de lumine. O. 4. q.14. n.9. p.509
14. Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. O.1.R.2.q.4.n.180.p.28
14. Et vidimus gloriam ejus, quaſi unigeniti à Patre. O.2.R.30.q.2.n.9.p.315

17. Lex per Moyſem data eſt, gratia, & veritas per Jeſnm Chriſtum facta eſt. O.1.R.5. q.5. n.570. p.86

18. Deum nemo vidit unquam: unigenitns filins, qui eſt in ſinu Patris ipſe enarravit. O.1 R.5.q.5.n.571.p.86. & O.4.q.21.n.170. p.537

28. Hæc in Bethania facta ſunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans. O.1.R.5. q.11. n.674. p.107

47. Vidit Jeſus Nathanaël venientem ad ſe, & dicit de eo: ecce verè Iſraëlita in quo dolus non eſt. O. 1. R. 2. quæſt. 4. n.181. p. 28

CAPUT II.

Num.11. HOc fecit initium ſignorum ſuorum Jeſus in Cana Galilææ, & manifeſtavit gloriam ſuam. O. 2. R. 42. q.1.o.3. p.395

19. Reſpoodit Jeſus, & dixit eis: Solvite templum hoc, & in tribns diebus excitabo illud. O.1.R.1. q.9. n.115.p.18

CAPUT III.

Num.2. NEmo poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. O.2. R.42 q.1.n.3. p.395

CAPUT V.

Num.31. SI ego Teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum. O.1.R.5.quæſt.3.num.500. pag.91

33. Erat lucerna lucens, & ardens. O.4. q.4. n.9. p.509

36. Ego autem habeo teſtimonium majus Joanne: opera, quæ ego facio teſtimonium perhibent de me. O.2. R.42.q.1.n.3. p.395

39. Scrutamini Scripturas, & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. O. 1. R. 4. q.2. n.455. p.69

CAPUT VI.

Num.27 QUi permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc pater ſignavit Deus. O. 2. R.42. q.1. n.3. p.395

39. Qui manducat hunc panem vivet in æternum. O.4. q.8. n.50. p.519

CAPUT VIII.

Num.6. JEſus autem inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terra. O. 1. R.5. q.3. n.599. p.191

13. Dicebant Phariſæi: Tu de te ipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum. O.1.R.5.quæſt.3.num.600. pag.91

25. Principium, qui & loquor vobis. O. 4. q.5. n.25. p.512

CAPUT IX.

Num.6. HÆc cum dixiſſet expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos ejus. O. 2. R. 42. q. 2. n. 8. p. 396

CAPUT X.

Num.10. EGo veni, ut vitam habeant, & ut abundantius habeant. O.3.R.3. q.12. n.115. p.495

22. Facta ſunt encœnia in Jeroſolymis, & hyems erat, & ambulabat Jeſus in templo in porticu Salomonis. O. 1. R. 5. q. 11. n. 674. p. 104

30. Ego & Pater unum ſumus; ſuſtulerunt ergo lapides Judæi. O.1.R.2.q.3.num.163. pag. 26

36. Quem Pater ſanctificavit, & miſit in mundum. O. 4. q. 9. n.53. p. 520

CAPUT XIII.

Num.23. ERat ergo recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſino Jeſus, quem diligebat Jeſus. O.1.R.5.q.3.n.600.p.91.

CAPUT XIV.

Num.1. CReditis in Deum, & in me credite. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. O.1.R.2.q.4.n.174.p.38

28. Quia vado ad Patrem, quia Pater major me eſt. O.1. R.2. q.3. n.163. p.26

CAPUT XXV.

Num.13. MAjorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. O.3. R.3. q.9. n. 79. p. 487

15. Jam non dicam vos ſervos, quia ſervus neſcit, quid faciat Dominus ejus; vos autem dixi amicos. O.1.R.5.q.9.num.659. p.101

22. Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. O. 2. R. 42. q. 2. n. 16. p. 398

CAPUT XVI.

Num.12. ADhuc multa habeo vobis dicecere, ſed non poreſtis portare modo. O.1. R.1. q.10. num. 121. p. 19. & O. 4. q. 13. n. 81. p. 525

13. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. O.2. R. 20. q.1. n.5. p. 251

CAPUT XVII.

11. Pater Sancte ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unum, ſicut & nos. O.2.R.30.q.2.n.12.p.315

CAPUT XIX.

Num.25. STabant juxta crucem Jeſu, mater ejus, & Maria Cleophæ. O. 4. q. 21. o.170. p.537

26. Cum

26. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem, & diſcipulum ſtantem, quem diligebat:dicit Matri ſuæ:Mulier ecce filius tuus.O.2.R.5.q.7. n.641.p.98

34. Vnus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit ſanguis & aqua. O. 3. R.1.q.2.n.54.p. 449

CAPUT XX.

Num.21. DIxit eis iterum: Pax vobis ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos. O.2.R.35.q.2.n.24.p.346

CAPUT XXI.

Num.25. SVnt autem,& alia multa,quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcriberentur per ſingula,nec ipſum mundum arbitror capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros. O.1.R.1.q.5.n.60.p.11.

Ex Actis Apoſtolorum.

CAPUT I.

Num.8. ERitis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & uſque ad ultimum terræ. O. 1. R. 5. q.8.n.648.p.100.

9. Et cum hæc dixiſſet videntibus illis elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. O. 3. R.1.q.2.n.57.p.450

16. Viri fratres oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus per os David de Iuda. O.1.R.3.quæſt. 15. num.316. p.49.

20. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum, fiat commoratio eorum deſerta, & non ſit qui habitet in ea. O.1.R.2.q.15. n.311.p.49

CAPUT II.

Num.3. ET apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſuper ſingulos eorum.O.2.R.30.q 1.n.4.p.314

4. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto,& cœperunt loqui variis linguis prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. O. 1. R.4.q.12. n.564.p.84

5. Erant autem in Ieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt. O. 3. R. 30. q.1. num.8. p.314

25. David dicit in eum: Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper:quoniam à dextris eſt mihi ne commovear.O. 1.R.3. q.15.n.316 p.49.

CAPUT IV.

Num.12. NOn eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo nos oporteat ſalvos fieri.O.1.R 5.q 1.n.568. p 85.

16. Conferebant ad invicem; quid faciemus de hominibus iſtis. O.4. q.21.num.164 p. 536

32. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una. O. 2. R. 30. quæſt.2. n.12.p.315

CAPUT V.

Num.6. AVdiens autem Ananias hæc verba cecidit, & expiravit. O.3.R.3.q.8.n.72.p. 486.&q. 17. num.151. p.502

CAPUT VII.

Num.22. ET erat eruditus Moyſes in omni ſapientia Ægyptiorum, & erat potens in verbis, & operibus.O.1 .R.3 q.3.n.222.p.34.

30. Expletis annis quadraginta, apparuit illi Angelus in deſerto montis Sina in igne flammæ rubi. O. 1. R. 3.q.14.n.306.p. 47

51. Quem Prophetarum non ſunt perſecuti Patres veſtri; & occiderunt eos, qui prænuntiabant de adventu juſti.O.3. R 3. q.9. n.79. p.487

53. Qui accepiſtis legem in diſpoſitionem Angelorum,& non cuſtodiſtis.O.1.R.5. q.3. n.602.p 91

CAPUT VIII.

Num.32. LOcus autem Scripturæ, quem legebat, erat hic: tanquam ovis ad occiſionem ductus eſt. O.1.R.1. q.1 n.2.p.2

CAPUT IX.

Num.1. SAulus autem adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini acceſſit ad Principem Sacerdotum: & petiit ab eo epiſtolas.O. 1. R. 5.quæſt. 10. n.664.p.102

CAPUT X.

Num.38. QVi pertranſiit benefaciendo, & ſanando, omnes oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. O.1. R 5.q.1.n.578. p.87

40.Dedit eum Dieus manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo. O.3.R.1.q.2.n.57.p.450

CAPUT XII.

Num.12. COnſiderânſque venit ad domum Mariæ matris Ionnis, qui cognominatus eſt Marcus, ubi erant multi congregati.O.1.R.5.q.18.n.753.p.115.

17. Narravit; quomodo Dominus eduxiſſet eum de carcere, dixitque nuntiate Jacobo, & fratribus meis hæc.O.1.R.5.q.16. n. 279. p.112

CAPUT XXII.

Num.27. HVnc ignorantes, & voces Prophetarum,quæ per omne Sabbatum leguntur.O.2.R.1.q.1.num. 28. p.7.

33. Quoniam Deus adimplevit filiis noſtris

ũ refuſci

Digitized by Google

reſuſcitans Jeſum, ſicut in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt. O.1.R.2. quæſt.2. num.147. pag.23

CAPVT XV.

Num.10. NUnc ergo quid tentatis Deum imponere jugum ſuper cervices diſcipulorum, quod nec patres noſtri, nec nos portare potuimus. O.1.R.5.n.579. p. 88

CAPUT XX.

Num.10. AD quem cum deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum: & complexus dixit: nolite turbari, anima ipſius in ipſo eſt. O.2.R.42.quæſt.1.num.8. pag. 596

28. Attendite vobis, & univerſo gregi in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eeelcſiam Dei. O. 2. R.30. q. 1. n.8. p. 314

32. Qui potens eſt ædificare, & dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus. O.1.R.1. q.1. n.8. p.3

CAPUT XXI.

Num.9. HUic autem erant quatuor filiæ Virgines prophetantes. O. 3. R.3.q.5.n.37. p.478

27. Cum vidiſſent eum in templo concitaverunt omnem populum, & injecerunt ei manus. O. 5. R. 5. quæſt. 7. num. 729. p.112

CAPUT XXVIII.

Num.30. MAnſit autem biennio toto in ſuo conducto: & ſuſcipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum. O. 1. R.5. q.8. n.651. p.100

Ex Epiſtola B. Pauli ad Romanos.

CAPUT I.

Num.16. NOn enim erubeſco Evangelium; virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti, Judæo primum & Græco. O.1. R.5. q.1. n.574.p.86. & q.13. n.692. p.107

CAPUT II.

Num.17. UBi eſt ergo gloriatio tua? excluſa eſt: per quam legem? factorum? non: ſed per legem fidei. O.1. R.5. q.1.n.575. p.87

CAPUT IV.

Num.3. QUid enim dicit Scriptura: credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam. O.1. R.1. q.1. n.2. p.2. & q.8. n.105. p.17

6. Sicut & David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert juſtitiam ſine operibus.

16. Sed ei, qui ex fide eſt Abrahæ, qui Pater eſt omnium noſtrum, ſicut Scriptura eſt. O.3. R.3. q.12. n.104. p.493

CAPUT V.

Num.5. QUia Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. O. 1. R. 5. q.1. n.575. p.87

12. Sicut per unum hominem peccatum introivit in mundum, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertranſivit. O.4. q.21. n.168. p.537

CAPUT VI.

Num.3. QUicunque baptizati ſumus in Chriſto Jeſu in morte ipſius baptizati ſumus. O.1.R.1.q.1.n.7.p.2

CAPVT VII.

Num.12. LEx quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & juſtum, & bonum. O.1.R.5. q.1. n.575. p.87

CAPUT VIII.

Num.15. NOn enim accepiſtis Spiritum ſervitutis iterum in timore, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum. O. 1. R.5. q. 3. n. 602. p. 91

CAPUT IX.

Num.17. DIcit enim Scriptura Pharaoni, quia in hoc ipſo excitavi te, ut oſtendam in te virtutem meam. O. 1. R.3. q.1. n.195. p.31

28. Verbum enim conſumans, & abbrevians in æquitate: quia verbum breviatum faciet Dominus ſuper terram. O. 1.R.5.q.1.n.580. p.88. & q.9. n.661. p.102

CAPUT X.

Num.4. FInis legis Chriſtus ad juſtitiam omni credenti. O.1.R.5.quæſt.1 n.574. p.86

5. Moyſes enim ſcripſit, quoniam juſtitiam, quæ ex lege eſt, qui fecerit homo vivet in ea. O.1.R.[illegible]q.4.n.232.p.36

12. Non enim eſt diſtinctio Judæi, & Græci, nam idem Dominus, dives in omnes. O.2. R.31. q.4. n.21.

18. Et quidem in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. 1. R.5. q. 10. n. 663. p.102

CAPUT XI.

Num.34. QUis cognovit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius ejus fuit? Aut quis prior dedit illi. O. 1. R. 3. q. 19. n.350. p.54. & O.3.R.1.q.2.n.56.p.450

CAPUT XV.

Num.12. IN illa die erit radix Jeſſe qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur. O.4. q.8. num.44. pag.517

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Num.22. Saluto vos ego tertius qui ſcripſi epiſtolam in Domino. O.1.R.5. q.13.n.691.p.105

23. Salutat vos Caius hoſpes meus, & univerſa Eccleſia. O.1.R.5.quæſt.18.num.760. p.116

Ex prima ad Corinthios.

CAPUT I.

Num.2. Cum omnibus, qui invocant nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti. O.1.R.5.q.15.n.711.p.109

14. Gratias ago Deo, quod neminem veſtrum baptizavi. O.1.R 5.quæſt.18.n.760. p.116

18. Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt, iis autem qui ſalvi fiunt, id eſt nobis, Dei virtus. O.1.R.5.quæſt.1. num.583. p.88

23. Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam. O.2.R.41.quæſt.2. num.17. p.398

CAPUT II.

Num.9. Sicut ſcriptum: quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum. O.3.R.3.q.4. n.74

14. Animalis autem homo, non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. O.1.R.1.quæſt.9. n.119. p.19

CAPUT III.

Num.16. Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis. O.2.R.21.q.1.n.4 p.255

CAPUT IV.

Num.9. Puto, quod Deus nos Apoſtolos noviſſimos oſtendit, tanquam morti deſtinatos. O.3.R.1.q.2.num.50.51. p.449

15. In Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui. O.3.R.3.q.17.n.112

CAPUT V.

Num.9. Scripſi vobis in epiſtola: Ne commiſcemini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi. O.1.R.5. q.14.n.705.p.109

CAPUT VII.

Num.12. Nam cæteris ego dico, non Dominus, ſi quis habet uxorem infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam. O.1.R.1.quæſt 6. n.78.p.11

25. De virginibus autem præceptum Domini non habeo: conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à Domino. O.3. R.3.q.14.n.128.

CAPUT X.

Num.11. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram. O.3.R.3. q.17.n.116. & R.2.n.128.

11. Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſæculorum devenerunt. O.1.R.5.q.1.n.173.p.86

CAPUT XII.

Num.10. Alii operatio virtutum, alii Prophetia, alii diſcretio ſpirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio ſermonis. O.1.R.4.q.10 n.534.p.80

13. Etenim in uno ſpiritu omnes, non in unum corpus baptizati ſumus. O.2.R.3. quæſt.2.num.12.

CAPUT XIII.

Num.8 Charitas nunquam excidit: ſive Prophetiæ evacuabuntur, ſive linguæ ceſſabunt. O.2.R.1.q.8.n.101.p.16. & O.2.R.33.q.1.n.8.p.336

CAPUT XIV.

Num.6. Nunc autem fratres ſi venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero. O.1.R.2.q.1.n.13 1.p.21

14. Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt. O.1.R.4. q.11.n.565.p.84

8. Etenim ſi incertam vocem det tuba quis parabit ſe ad bellum. O.1.R.3.q 12.n.559. p.83

CAPUT XV.

Num.22. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur. O.4.q.21.n.168.p.537

51. Ecce myſterium vobis dico: omnes quidem reſurgemus. O.4.q.21.n.171.p.538

Ex ſecunda ad Corinthios.

CAPUT III.

Num.6. Non littera, ſed ſpiritu: littera enim occidit, ſpiritus autem vivificat. O.1.R.5.q.1.n.575.p.87.& R.2. q.2.n.157.p.25

CAPUT IV.

Num.3. Quod ſi etiam opertum eſt Evangelium noſtrum, in iis, qui pereunt, eſt opertum. O.1.R.1.q.9.n.119. pag.19

6. Deus qui facis de tenebris lucem ſpleneſcere. O.4.q.21.n.166.p.537

CAPUT V.

Num.13. Sive mente excedimus Deo: ſive ſobrii ſumus vobis. Charitas enim Chriſti urget nos. O.1.

14. Chriſtus mortuus eſt pro omnibus, ergo omnes mortui ſunt. O.4. quæſt.21. n.168. p.537

CAPUT VIII.

Num.10. Conſilium in hoc do: hoc enim vobis utile eſt, qui non ſolum facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore. O.1. R.5. q.12. n.681. p.105

18. Miſimus etiam cum illo fratrem, cujus laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias. O.1. R.5. q.6. n.731. p.96

CAPUT X.

Num.10. Quoniam quidem Epiſtolæ graves ſunt, & fortes, præſentia autem corporis infirma. O.1. R.5.quæſt.10. n.666. p.103

CAPUT XI.

Num.6. Nam etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia. O.1.R.5.quæſt.6. n.590.p.89

28. Præter illa, quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana. O.1. R.5. q.15.n.711. p.109

CAPUT XII.

Num.3. Scio hujuſmodi hominem raptum in Paradiſum, & audivit verba, quæ non licet homini. O.1.R.5.q.3.n.600. p.91

11. Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis: ego enim à vobis debui commendari. O.1. R.5.q.3.n.600.p.91

12. Signa enim Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia, in ſignis, & prodigiis, & virtutibus. O.2.R.42.q.1.n.16. p.398

CAPUT XIII.

Num.3. An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Chriſtus. O.1. R.3. q.1. n.194. p.30

Ex Epiſtola ad Galatas.

CAPUT I.

Num.8. Licet aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizatum eſt à me, anathema ſit. O.1. R.3 q.1.n.108.p.32

16. Ut revelaret filium ſuum in me, & evangelizarem illum in gentibus: continuo non acquievi carni, & ſanguini. O.1. R 5. q.11.n.673.p.104

19. Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Jacobum fratrem Domini. O.1. R.5. q.16. n.721. p.111

CAPUT II.

Num.19. Ego autem per legem legi mortuus ſum, ut Deo vivam. O.1. R.5. q.1. n.585. p.89

9. Qui videbantur eſſe Columnæ. O.1.R.5. q.16. n.729. p.112

CAPUT III.

Num.19. Quid igitur lex? Propter tranſgreſſores poſita eſt, donec veniret ſemen, cui promiſerat, ordinata per Angelos. O.1.R.3.q.1.n.197.p.31

24. Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide juſtificemur. O.2.R.30.q.2.n.10. p.315

28. Non eſt Judæus, neque Græcus, nec ſervus, nec liber. O.3.R.5.q.8.n.750.p.116.

CAPUT IV.

Num.3. Ita & nos cum eſſemus parvuli, elementis mundi eramus ſervientes.

4. Ubi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere factum ſub lege. O.1.R.5.q.10.n.665.p.102

22. Quoniam Abraham duos filios habuit: unum de ancilla, & unum de libera. O.1. R.5. q.1. n.677. p.87

Ex Epiſtola ad Epheſios.

CAPUT I.

Num.10. In diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlo, & quæ in terra ſunt. O.3.R.1.q.1.n.10.p.441

CAPUT II.

Num.20. Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum ipſo Summo Angulari lapide Chriſto Jeſu. O.2.R.30.q.2.n.11.p.315

CAPUT III.

Num.8. Mihi omnium Sanctorum minimo data eſt gratia hæc, in gentibus evangelizare inveſtigabiles divitias Chriſti. O.1.R.5.q.11.n.673.p.105

CAPUT IV.

Num.1. Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis. O.2.R.30.q.2. n.12. p.315

CAPUT V.

Num.2. Ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis. O. 2. R. 3. q. 2. n.15

27. Semetipſum tradidit pro ea, ut ſibi exhiberet Eccleſiam glorioſam, non habentem maculam, neque rugam, ſed ut ſit ſancta & immaculata. O.4.q.5.n.23.p.511

31.Sacra

Digitized by Google

32. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia. O. 1. R. 2. q. 1. n. 128. p. 21

Ex Epiſtol. ad Philip.

CAPUT I.

Num. 25. ET hoc confidens ſcio, quia manebo, & permanebo omnibus vobis ert profectum veſtrum, & gaudium veſtrum. O. 1. R. 5. q. 12. n. 686. p. 106

CAPUT II.

Num. 6. QUi cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo. O. 4. q. 9. n. 56. p. 521

21. Omnes quærunt quæ ſua ſunt, non ea quæ ſunt Ieſu Chriſti. O. 4. q. 21. n. 169. pag. 537

Ex Epiſtola ad Coloſſenſes.

CAPUT I.

Num. 1. PAulus Apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timotheus frater. O. 1. R. 5. q. 12. num. 687 p. 106

16. Omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt. O. 4. q. 5. n. 21. p. 511

CAPUT IV.

Num. 18. MEmores eſtote vinculorum meorum. Gratia vobiſcum amen. O. 1. R. 5. q. 12. n. 687. p. 106

Ex Epiſtola prima ad Theſſalonicẽſes.

CAPVT V.

Num. 5. VOs filij lucis eſtis, & non tenebrarum. O. 4. q. 7. n. 40. p. 516

Ex Epiſtola Secunda ad Theſſalonicenſes.

CAPUT II.

Num. 14 TEnete traditiones, quas didiciſtis, ſive per Sermonem, ſive per Epiſtolam. O. 4. q. 10. n. 59. p. 522

Ex prima ad Timotheum.

CAPUT I.

Num. 3. ROgavi te, ut remaneres Epheſi cum irem in Macedoniam. O. 1. R. 5. q. 12. n. 679 p. 105

CAPUT III.

Num. 26. MAgnum eſt pietatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, juſtificatum eſt in ſpiritu. O. 1. R. 1. q. 1. n. 571. p. 86.

CAPUT V.

Num. 12. HAbentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt. O. 3. R. 3. q. 4. n. 30. p. 477

18 Dicit enim ſcriptura: non alligabis os bovi trituranti, & dignus eſt operarius mercede ſua. O. 1. R. 2. q. 4. n. 172. p. 27

22. Manus cito nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis. O. 2. R. 35. q. 1. n. 11. p. 344

CAPUT VI.

Num. 20. O Timothee depoſitum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis. O. 1. R. 1. q. 4. n. 58. p. 8

Ex ſecunda ad Thimoth.

CAPUT III.

Num. 15. QUia ab infantia ſacras literas noſti quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem. O. 1. R. 5. q. 9. n. 660. p. 102

16. Omnis ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum. O. 1. R. 3. q. 1. n. 194. pag. 30

CAPUT IV.

Num. 11. LUcas eſt mecum ſolus; Marcum aſſume, & educ tecum. O. 1. R. 5. q. 18. n. 753. p. 115

21 Feſtina ante hyemem venire. Salutant te Eubulus & Pudens. O. 1. R. 5. q. 12. n. 686. p. 106

Ex Epiſtola ad Titum.

CAPVT I.

Num. 12. CRetenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri, teſtimonium hoc verum eſt. O. 1. R. 1. q. 7. n. 89. p. 14. & R. 5. q. 19. n. 770. p. 118

Ex Epiſtola ad Hebræos.

CAPUT I.

Num. 1. MUltifariam, multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis: noviſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. O. 1. R. 5. q. 5. n. 570. p. 86

3. Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ ejus, portans omnium verbo virtutis ſuæ. O. 1. R. 5. quæſt. 7. num. 639. pag 97

5. Cui aliquando Angelorum dixit filius meus es tu, ego hodie genui te? O. 1. R. 2. q. 1. n. 146. p. 23

7. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. O. 3. R. 1. q. 2. n. 46. pag. 448

CAPUT III.

Num. 1. UNde fratres ſancti conſiderate Apoſtolum, & Pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum. O.1.R.5.q.10.n.67. p.104

CAPUT IV.

Num. 7. ITerum, terminat diem quendam Hodie David, dicendo, poſt tantum tempus ſicut ſupra dictum eſt. O. 1. R.3. q.16. n.315. p.49

CAPUT V.

Num. 5. CHriſtus non ſemetipſum clarificavit ut pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum: filius meus es tu, ego hodie genui te. O.1.R.2. q.2. n.148. p.23

CAPUT VII.

Num. 5. MElchiſedech, Rex ſalem, ſacerdos Dei ſummi, qui interpretatur Rex juſtitiæ. O.1.R.5. q.13. n 698. p.207

6. Decimas ſumpſit ab Abraham, & hunc, qui habebat repromiſſiones benedixit. O.1. R.1. q.1. n.2. p.2

19. Nihil ad perfectum adduxit lex. O.3.R.5. q.12. n.111. p.494

19. Introductio vero melioris ſpei per quam proximamus ad Deum. O.1.R.5.q.1.n.581. pag.88

12. Tranſlato enim ſacerdotio neceſſe eſt, ut legis tranſlatio fiat. O.1. R.5.q.5.num.573. pag.86

CAPUT VIII.

Num. 6. QUanto, & melioris teſtamenti mediatór eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt. O. 1. R.3. q.1. n.581. p.88

CAPUT IX.

Num. 4. HAbens tabernaculum, & arcam teſtamenti, circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna. O.1.R.5.q.21. n.674. p.104

12. Neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introivit in ſancta. O.1.R.3.q.5.n.573.p.86

15. Ut repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. O.1.R.1.q.5.n.5. pag.2

16. Ubi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt. O.1.R.1.q.1.n.6. pag.2

CAPUT X.

Num. 5. INgrediens mundum dicit: hoſtiam, & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi. O.2.R.41.q.3.n.41. p.395

CAPUT XI.

Num. 4. TEſtimonium perhibente muneribus ejus Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. O.1.R.3.q.16. n.327. p.51

32. Et quidem adhuc dicam. Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sanſon. O.1.R.3.q.6.n.247.p.38

37. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. O.3. R.3.q.6. n.48. p.481

CAPUT XII.

Num. 16. NE quis fornicator, aut profanus ut Eſau: qui propter unam eſcam vendidit primitiva ſua. O.1. R.5. q.11. n.675. p.104

18. Non acceſſiſtis ad terribilem montem, & accenſibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam. O.1. R.5. q.1.n.578. p.77. & O.3. R.1. q.2. n.48. p.448

CAPUT XIII.

Num. 20. DEus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ovium in ſanguine teſtamenti æterni. O. 1. R.5. q.1. n.586. p.89

22. Rogo vos fratres, ut ſufferatis verbum ſolatii: etenim per paucis ſcripſi vobis. O.1. R.5. q.11. n.673. p.104

Ex epiſtola D. Iacobi.

CAPUT I.

Num. 17. OMne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum. O.2.R.41.q.4.n.32.p.401. & O.4.q.3.n.28. p.513

CAPUT II.

Num. 17. SIc & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. O. 1. R.12.q.3.n.164.p.16

23. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam, & amicus Dei eſt appellatus. O.1. R.1. q.8. n.105. p.17

CAPUT V.

Num. 10. SUfferentiam Job audiſtis, finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors eſt Deus, & miſerator. O.1. R.3. q.14. n.303. p.47

Ex Epiſtola prima B. Petri.

CAPUT I.

Num. 6. PEtrus Apoſtolus Jeſu Chriſti, electis advenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Capadociæ. O. 1. R. 3. q. 11. n.671. p.164

19. Pretioſo

19. Pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati, & incoutaminati O. 1. R. 1. q. 1. n.6.p.2.

CAPUT II.

Num.10. QVi aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non conſequuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſequuti. O.1.R. 5. q. 17.n. 736. p. 113.

24. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. O.1. R.2.q.2.n.152. pag.24.

CAPUT III.

Num.20. QVando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cum fabricaretur arca: in qua pauci, id eſt octo animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam. O. 1. R.2.q.1.n.128. p.21. & quæſt. 3. num.172. pag.27

CAPUT V.

Num.31. SAlutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone ſelecta, & Marcus filius meus. O. 1. R.5. quæſt.5. num. 617. pag.94

Ex Secunda D. Petri.

CAPUT I.

Num.1. SImon Petrus, ſervus,& Apoſtolus Ieſu Chriſti iis, qui æqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem in iuſtitia Dei noſtri. O.1.R.5.q.17.n.741.p. 113

10. Fratres magis ſatagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem faciatis. O.1.R.2.q.10.n.164.p.26

20. Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit. O.1 R. 1. quæſt.1.num. 1. pag.1.

21. Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines. O. 1.R.1.q.5.n.66.p.12.& q.8.n.94.p.15.

CAPUT III.

Num.1. HAnc ecce vobis, chariſſimi, ſecundam ſcribo Epiſtolam, in quibus veſtram ſinceram excito mentem. O.1.R.5.q.17.n.741.p.113.

15. Sicut & chariſſimus Frater noſter Paulus, ſecundum datam ſapientiam ſcripſit vobis. O.1.R.5.q 11.n.671.p.104. & q. 17.n. 741. p.113.

Ex Prima D. Ioannis.

CAPUT I.

Num.1. QVod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus. O. 1. R. 5. q. 18. n.749.p.114

CAPUT II.

Num.1. SI quis peccaverit advocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio noſtra pro peccatis noſtris. O. 1. R.1. q.18. n.749.p.114.& O.3.R.1.q.1.n.9.p. 441.

18. Filioli, noviſſima hora eſt, & ſicut audiſtis quia noviſſima hora eſt. O.1. R.5.q.1. n.574.p.87

CAPUT V.

Num.7. TRes ſunt, qui teſtimonium perhibent in cœlo, Pater, verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt. O.1. R.2. q. 3. n.164.p.26

17. Hic eſt verus Deus. & vita æterna filioli cuſtodite vos à ſimulachris. O. 1. R.5. quæſt. 17.

Ex Iuda Apoſtolo.

Num.14. PRopetavit autem de his ſeptimus ab Adamo Enoch. O. 3. R.3.q.12.n.111.p 494

Ex Apocalypſi Ioan. Apoſtoli.

CAPUT I.

Num.1. APocalypſis Ieſu Chriſti, quem dedit illi Deus palam facere ſervis ſuis. R.1.q.10.n.125 p.20

4. Ioannes ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia. O.2.R.30.q.2.n.15.p.315.

4. Gratia vobis, & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt & à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni ejus ſunt. O.3. R.1.q.1.0.3.p.440

CAPUT II.

Num.10. ESto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. O.1. R.1.q.4.n.179 pag.28.

CAPUT IV.

Num.3. ET qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis jaſpidis, & ſardinis, & iris erat in circuitu ſedis. O. 1.R.5. q.60.n.878.p.119

6. Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo: & in medio ſedis, & circuitu ſedis quatuor animalia. O. 1. R.5.q.6.n.632.p.96. & q.7.n.638.p.97

CAPUT V.

Num.1. VIdi in dextra ſedentis librum ſcriptum intus, & foris ſignatum ſigillis ſeptem. O.1 R.1.q.1.n. 128. pag.21

3. Et nemo poterat aperire librum, nec reſpicere illum. O.1.R.1.q. 1. n.114.p.18

5. Et dixit mihi unus de ſenioribus; ne fleveris, ecce vicit leo de tribu Iuda. O. 1 R.1.q.10.n.122.p.20

CAPUT

CAPUT VII.

Num.2. Vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei vivi, & clamavit voce magna. O.1.R.1.q.4.n.85.p.14.
4. Et audivi numerum ſignatorum centum quadraginta quatuor millia ſignati, ex omni tribu filiorum Iſraël. O.3.R.3.quæſt. 14. n.124.p.496
9. Et poſt hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis. O. 2. R. 30. q.4.n.21.p.317.

CAPUT X.

Num.11. Oportet te iterum prophetare gentibus & populis, & linguis, & regibus multis. O. 1. R.5.q.7.n.495 pag.99.

CAPUT XI.

Num.4. Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes, & ſi quis voluerit nocere eos, ignis exiet de ore eorum. O.1. R.2. q.4.n.181.p.29. & O.5.R.1.q.1.n. 4. p. 440.
12. Et aſcenderunt in cœlum in nube & viderunt illos inimici eorum. O.3. R.5. q. 2. n.59.p.450.

CAPUT XII.

Num.13. Et fecit ſigna magna, ut etiam ignem faceret de cœlo deſcendere in terram in conſpectu hominum O.2 R.42.q 33. n.25.p.400. & O.3.R.1.q.2.n.19 p.444.

OPUSCULA

Digitized by Google

OPUSCVLUM PRIMUM.

PRÆLUDIUM AD SACRAM SCRIPTVRAM.

De libris Canonicis, eorum ſenſibus Auctoribus, ac Verſionibus, in quibus omnibus inſigniter ſupereminet Evangelica Doctrina.

PRÆFACIVMCVLA.

DE dignitate, ac excellentiâ, majeſtate, & utilitate ſacræ Scripturæ, multa diſſerunt docent & explicant Sancti Patres, ac Doctores moderni, pro quo ſatis eſt audire Apoſtolum Paulũ. 2. Timot. 3. 2. Tim. 3.
num. 16. ubi ait; Omnis Scriptura divinitùs inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, aderudiendum in juſtitia, ùt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. *Quibus verbis Apoſtolus explicat quatuor divinæ Scripturæ fructus, quibus anima ſuaviſſimè alitur, tam in intellectu, quam in voluntate, ſcilicet quantum ad ſpeculationem;* Docere, *veritatem ſcilicet.* Arguere *facilitatem nempe; quantũ verò ad cognitionem practicam* corripiendo, *ut eripiat à malo* erudiendo, *ut inducat in bonum, quorum finis eſt, ut explicat Apoſtolus,* ut ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus; *& de eius excellentia aliqua quaſtione ſequenti.*

RESOLUTIO I.

De libris Canonicis, ſeu ſacra Scriptura.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid ſit ſacra Scriptura, & quibus nominibus dicatur, & ſignificetur?

SVMMARIVM.

1 *Definitio ſacra Scriptura.*
2. *Dicitur Biblia, & Scriptura.*
3 *Ab ipſa omnis ſcientia.*
4 *Dicitur Teſtamentum.*
5 *Teſtamentum ſignificat pactum, ſeu fœdus.*
6. *Pactum antiquitus celebrabatur cum morte, & ſanguine.*
7 *Ad validitatem Teſtamenti mors in utroque Teſtamento novo, & veteri intervenit.*
8. *Rectè Scriptura dicitur Teſtamentum, quia in ea Deus teſtatur amorem erga nos filios ſuos.*
9. *Duodecim nomina metaphorica ſacra Scripturæ, & n. 10*

Definitio

ITA definitur Scriptura juxta mentem Sanctorum Patrum, D. Ambroſ. in explicatione proœmij D. Lucæ. D. Gregorij in Prologo Moral cap. 1. D. Auguſt. lib. 1. de Geneſi ad litteram, & aliorum Patrum, & ſic ſe habet, *Scriptura ſacra eſt, cuius Deus eſt proximus Auctor, ſive quia ipſe eam immediatè ſcripſit, ſive mediatè, quia alicujus miniſterio ad eam ſcribendam uſus eſt, ad idque eum impulit, ipſiuſque mentem in ſingulis ſententiis direxit, ſingulàque verba dictavit.* Scriptura ponitur loco generis, cætera loco differentiæ. Dicitur *mediatè, vel immediatè*, quia grandis quæſtio eſt, an Deus non ſolùm per manum creaturæ, hominis, vel Angeli, ſed

1. D. Ambro. D. Auguſt. D. Gregor.

etiam per ſe ipſum immediatè aliqui ſcripſe-
rit, de quo dicam Reſolut. 3. q. 1. *In ſingulis*
ſententiis, *ac verbis*, quia ad rationem ſcriptu-
ræ pertinet, ut non ſolùm Spiritus ſanctus di-
ctaverit ſenſum, ſed etiam verba, ac eorum or-
dinem, ut explicabo infra q. 6. à num. 64. Tota
definitio ſupra citata deſumitur ex 2. Petr. 1.
2. Petr. 1. num. 20. *Hoc primum intelligentes, quod omnis*
Prophetia Scripturæ propria interpretatione non
fit, non enim voluntate humana allata eſt ali-
quando Prophetia: ſed Spiritu ſancto inſpirati
loquuti ſunt ſancti Dei homines. Ad nomina
ſacræ Paginæ veniamus, ex quibus multa ejus
excellentia innoteſcit, ac declaratur.

Biblia, *& Scriptura.*

Sacra pagina dicitur *Biblia Bibliorum* in
2. Calepin. plurali generis neutri, ut teſtantur Calepinus,
Theſaur. ac Theſaurus linguæ Latinæ; alij etiam cum
Baronio dicunt in genere fœminino *Biblia*
Bibliæ, & ſemper ſignificat libros, & rectè per
antonomaſiam, ac excellentiam, *Pagina ſacra*
dicitur *Biblia*, quia ipſa eſt liber omniũ libro-
rum abipsáque omnis vera, ac recta doctrina,
ſapientia, & diſciplina contenta in omnibus
aliis libris, tanquam à fonte, ac origine deri-
Actor. 8. vatur, ac dimanat, ſic & ſimpliciter ipſa dici-
Rom. 4. tur Scriptura Actor. 8. num. 32. *Locus Scriptu-*
Matth. 21. *ræ, quem legebat.* Roman. 4. num. 3. *Quid enim*
Pſalm. 86. *dicit Scriptura.* Matth. 21. num. 42. ait Chriſtus
Dominus. *Nunquid legiſtis in Scripturis.* Pſ. 86.
num. 6. *Dominus narrabit in Scripturis*, quia
ipſa ſacra Pagina eſt principium, unde om-
nis Scriptura in vera ſapientia, ac doctrina
naſcitur, & ideo per excellentiam nuncu-
patur Scriptura, & etiam ob ſummam ejus
dignitatem dicitur Biblia ſacra, Scriptura
Rom. 1. ſacra, ſic appellat D. Paulus Roman. 1. num. 2.
Quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in
Scripturis ſacris.

3. Ille admirabilis currus Ezechielis admira-
bili ordine diſpoſitus dicitur, quod una tota
erat in medio Rotæ, & ſubdit ipſe propheta
Ezech. 1. Ezechiel 1. num. 16. *Aſpectus rotarum & opus*
earum, quaſi viſio maris. Per unam rotam in
altera incluſam, utrumque teſtamentum in-
D. Gregor. telligit D. Gregorius; novum enim in veteri
contentum, *Nam in Teſtamenti veteris li-*
tera, Teſtamentum novum latuit per allegoriam.
Sed cur utrumque Teſtamentum, in quo tota
Scriptura continetur, cum mari comparatur,
quaſi viſio maris? ex mari exeunt flumina, à
marique hauriunt aquas, quibus abundat; in-
de rectè ſacra Scriptura cum mari compara-
tur, quia ab ipſa, tanquam à mari, omnia ſcien-
tiarum flumina participant aquas veræ do-
ctrinæ, ſapientiæ, ac diſciplinæ. Inde rectè
Caſſiodor. Caſſiodorus in Prologo Scripturæ, ipſam
comparat cum ſemine, à quo fructus aliarum
ſcientiarum naſcuntur. Sic ait ipſe, *Conſtat in*
origine Scriptura ſacra, aut diſciplinarum, aut
artium liberalium initia, ſeu indicia fuiſſe ſemi-
nata, quæ poſtea Doctores ſæcularium literarum
ad ſuas literas prudentiſſimè tranſtulerunt.

Teſtamentum.

Hanc quæſtionem ſatis latè, ac diſtinctè
4. tractavi tom. 5. in Evangelia lib. 7. cap. 7. q. 35.
& 36. quæ videnda. Ex ibi dictis breviter ſacra
Scriptura ſecundùm utramque Paginam no-
vam, & veterem dicitur Teſtamentum, ut pa-
tet ex Apoſtolo ad Hebræos 9. num. 16. & ait:
Et ideo novi Teſtamenti mediator eſt, ut morte Hebr. 9.
intercedente in redemptionem earum prævarica-
tionum, quæ erant ſub priori Teſtamento, ubi
expreſsè agnoſcit duplex Teſtamentũ, novum,
& prius, ſeu antiquum; & ita communiter
loquuntur Patres. Tertullian. *lib.* 4. *contra* Tertullian.
Marcio. D. Hier. *in Præfatione Evangeliſtarum* D. Hieron.
ad Damaſum. D. Auguſtin. *epiſt.* 83. Ruffinus D. Auguſt. Ruffin.
lib. 2. *in tradition.* Caſſian. *collat.* 4. *cap.* 10. Caſſian.
Teſtamentũ derivatur ex voce Hebraica *Be-* 5.
rioth, quod propriè ſignificat fœdus, ſeu pactũ D. Hieron.
D. Hieron. *in cap. 2. Malachiæ*, ait, *Notandum*
quod Berioth verbum Hebraicũ, *Aquila*, teſta-
mentũ, id eſt pactum, interpretatur. Et Septua-
ginta ſemper Teſtamentum; & in pleriſque
Scripturarum locis, teſtamentum, non volun-
tatem defunctorum ſolum ſonare, ſed pactum
viventium. Duplex autem fœdus in ſacris
literis, Dei cum hominibus invenitur: unum
cum populo antiquo per Moyſem, in quo ob-
ſervantibus legem promittebatur multa abun-
dantia temporalium bonorum, *Bona terræ co-* Exod. 19.
medetis, à cap. Exod. 19. uſque 24 n. 7. & multis
aliis in locis. Alterum fœdus, ſeu pactum Ierem. 31.
novum à Prophetis prædictum. Ierem. 31. n. 31
Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam do-
mui Iſraël, & domui Iuda, fœdus novum. Paulus
Hebræor. 8. num. 8. & Septuaginta legunt, Hebr. 8.
Teſtamentum novum. Hoc novum Teſtamen- Septuag.
tum nobis inſtituit Chriſtus Ieſus Dei Filius
in lege gratiæ promittens ſuis fidelibus æter-
nam vitam; *qui manducat hunc panem, vi-*
vet in æternum. Ioan. 6. numero 59. *Vt re-*
promiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æter- Ioan. 6.
næ hæreditati. Hebræor. 9. num. 19. Ex quo Hebr. 9.
Innocentius III. *cap. cum Marthæ de cele-*
brat. Miſſar. colligit excellentiam legis gra-
tiæ ſuper veterem: nam hæc promittebat
bona terrena; illa verò promittit cœleſtia, &
æterna.

Et quia ſolemnis, ac celebris erat conſue- 6.
tudo, ut fœdera, morte, ac ſanguine celebra-
rentur, ad indicandum quod illud fœdus tan-
diu duraturum erat, quandiu duratura foret
mors animalium occiſorum, ſic & novi Te-
ſtamenti fœdus ſancitur pretioſo ſanguine 1. Petr. 1.
Chriſti Ieſu, 1. Petri 1. num. 9. Apoc. 1. n. 5. ſic Apoc. 1.
& Teſtamentum vetus ſanguine firmatum eſt. Hebr. 9.
Ait Paulus: *Nec primum quidem ſine ſanguine*
dicatum eſt. Hebræor. 9. num. 18. Et ſtatim
ſubdit Apoſtolus, quòd *Moyſes accipiens ſan-*
guinem vitulorum, aſpergens populum dixit:
Hic eſt ſanguis teſtamenti, quod mandavit ad
vos Deus.

Ad validitatem Teſtamenti requiritur mors 7.
teſtatoris, ut docet Apoſtolus Hebræor. 9. n. 16 Hebr. 9.
Vbi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat
teſtatoris: Teſtamentum enim in mortuis confir-
matum eſt. Novum autem teſtamentum morte
Chriſti teſtatoris confirmatum eſt, ut ait
Apoſtolus citato loco: *Novi Teſtamenti me-*
diator effectus eſt, ut morte intercedente in re- Rom. 6.
demptionẽ earum prævaricationũ, &c. & Rom. 6.
num. 3. *In morte ipſius ſalvati, & baptizati ſu-*
mus. Et etiam vetus Teſtamentum morte
firmatum eſt; & quia Deum qui teſtator erat,
impoſſibile

impoſſibile erat mori, qui eſſentialiter eſt ipſa vita, ideo illud antiquum teſtamentum firmatum eſt morte victimarum, ac vitulorum, quæ Chriſti mortem præfigurabant. Et ſicut gratia data eſt Patribus Antiquis ex prævitis meritis Chriſti, ita eorum teſtamentum eſt confirmatum morte præfigurata, ac prævisa Chriſti.

8. Rectè pactum, quod Deus inivit cum hominibus, & quo promiſit ſua cœleſtia dona, dicitur teſtamentum; nam ſicut per illud pater teſtatur ſuum peculiarem affectum erga filios ſuos, quos conſtituit ſui hæredes; ſic Deus ſuas ſcripturas, quibus nobis promittit tanta dona, teſtamentum voluit dici, per ipſas nobis teſtatus ſuum eximium amorem, quo
Rom. 8. nos ut filios conſtituit ſuos hæredes. Rom. 8.
Actor. 20. n. 16. *Si filij, & heredes.* Actor. 20. num. 32.
Pſal. 110. *Dare hereditatem in ſanctificatis omnibus?* Pſal. 110. n. 4. *Eſcam dedit timentibus ſe, ut det illis*
Matth. 25. *hereditatem.* Matth. 25. n. 34. ait Chriſtus ſuis electis: *Poſſidete vobis regnum.* Græcus legit, *Hereditate poſſidete.* Vide ſupra citatum locum.

Duodecim nomina metaphorica Scripturæ.

9 *Primò*, Dei Epiſtolam appellant Patres, D.
D. Gregor. Gregor. *lib. 4. epiſt.* 84. naturam ſacræ Scripturæ indagans ait; *Quid eſt Scriptura ſacra niſi quadam Epiſtola omnipotentis Dei ad creaturam ſuam?* Similiter D. Auguſt. in Pſalm. 90. ait; *De illa civitate, unde peregrinamur, litera nobis venerant ipſa ſunt ſcriptura, qua nos hortantur, ut bene vivamus.* Eandem doctrinam inculcat *ſerm.* 16. ad Fratres in Eremo: *Scriptura divina*, ait, *quaſi litera de patria ad nos tranſmiſſa.*
D. Chryſ. Eodem modo loquitur D. Chryſoſtomus *homil.* 3. *in* 2. *ad Theſſalon.* & multi alij Patres.
Tertullian. *Secundò*, Tertull. *lib.* 4. *contra Marcio.* D. Au-
D. Auguſt. guſtinus *epiſt.* 83. D. Hieron. *in Præfat. Evang.*
D. Hieron. appellant Scripturam *inſtrumentum Dei.* Per inſtrumentum operatur artifex, Deus per Scripturam illuminando operatur noſtram juſtificationem. *Tertiò:* Tanta eſt excellentia Scripturæ, ut dicatur *cor & anima Dei*, tanquam ab effectu per ipſam cognoſcimus conſilia ipſius animæ, & cordis Dei, ait Deus. *Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui juxta cor*
1. Reg. 2. *meum, & animam meam faciat.* 1. Reg. 2. n. 35.
D. Chald. Chaldæus vertit, *juxta dictum meum faciat.* Cor & anima Dei, dicitur ejus dictum, hoc eſt
D. Greg. ejus ſcriptura, D. Gregorius ibi. *Quid cor, & anima Dei, niſi ſacram ejus ſcripturam accipimus, quia ergo in ſacro eloquio conſilia omnipotentis Dei cognoſcimus; ibique amorem, quo humanum genus dilexit, invenimus: ipſum eloquium,* cor, & anima ejus rationabiliter deſignant.
D. Hieron. *Quartò*, Hieron. *in cap.* 47. *Ezechielis, n.* 12. ſacram Scripturam appellat lignum vitæ.
Lytan. *Quintò*, Litanus ad cap. Eccleſiaſt. 24. n. 32. ubi eſt ſermo de libro vitæ, dicit eſſe ſacram Scripturam, quæ nos inſtruit, ac ducit ad vitam
Didym. veram. *Sextò*, Didymus *in Pſal.* 68. ſicut & Pe-
Cellenſ. trus Cellenſ. *de myſtico Tabernaculo*, ſacram Scripturam menſam appellant ſpiritualem ad omni cœleſti pabulo reficiendas animas.
10. *Septimò*, Tenera virgo in cant. introduci-
Cant. 3. tur, *in cellam vinariam* Chaldæus, *in domum*

gymnaſij doctrinæ, ibi D. Gregorius ait ut ſua- Chaldæus.
viſſimo divinæ Scripturæ vino inebrietur, ut D. Greg.
ſolùm cœleſtia quærat. *Octavo*, D. Ambroſ. D. Ambroſ.
lib. 6. Epiſtol. 41. Rupertus Abbas *lib.* 1. *in* Rupert.
Geneſim, appellant ſacram Scripturam paradiſum, quem Deus plantavit, quo inſpiravit in homine ſpiritum vitæ cæleſtis, & inde exeunt quatuor flumina divinæ doctrinæ ad
irrigandas quatuor orbis partes. *Nonò*, Didy- Didymus.
mus *in Pſalm* 68. Petrus Bleſenſis *epiſt.* 76. En- Bleſenſis.
chirius *de dedicat. Eccleſia*, ſcripturam dicunt Enchir.
menſam quam propoſuit divina Sapientia,
Proverb. 9. *n.* 1: Omnium rationabilium cibo- Proverb. 9.
rum, intelligentiæ, cognitionis, ac contemplationis. *Decimò*, D. Hieron. D. Paſchaſ. Ori- D. Hieron.
genes, D. Thomas, ſcripturam interpretantur D. Paſchaſ. Origenes.
theſaurum abſconditum, *Luc.* 13. *num.* 44. in D. Thom.
agro Eccleſiæ omnium cœleſtium myſteriorum. Luc. 13.
Undecimò, Scriptura omnium infirmitatum medicamen, juxta illud Sapient. 16. n. 12. Sap. 16.
Tuus Domine ſermo ſanat omnia. D. Baſilius D. Baſil.
epiſt. 1. ad Greg. ait, *Ab ſcriptura unuſquiſque tanquam ab officina medicinæ, appoſitum ſuæ infirmitati medicamentum invenire poterit.* Tandem, *Duodecimò*, Scriptura, ut interpretatur
Rupertus *lib.* 3. *de victo. verbi, cap.* 3. eſt turris Rupert.
David, quæ ædificata eſt cum propugnaculis.
Mille clypei pendent ex ea, Cant. 4. *n.* 4. Turris Cantic. 4.
cum propugnaculis ad noſtram defenſionem, ac tutamen; cum clypeis, qui cuſtodiunt caput, ac mentem ab omni iniqua cogitatione, & ita Scriptura nos defendit ab omni adverſario viſibili, & inviſibili.

QUÆSTIO II.

Qui Libri ſint Canonici?

SUMMARIUM.

11 *Quid ſit Canon, & multa derivationes ex eo.*
12 *Dupliciter conſideratur liber Canonicus, in actu primo, & ſecundo.*
13 *Libri Canonici dividuntur in Canonem ſynagoga, & Eccleſia.*
14 *Libri Canonici dividuntur in duas claſſes.*
15 *Varia computatio circa Canonem antiquum, & num. 16.*
17 *Ex D. Hieronymo quomodo antiquitus dividebantur libri.*
18 *Circa quam diviſionem tria maximè notanda, & n. 19.*
20 *Falſum eſt dicere, quòd ſolùm libri ex veteri Teſtamento, qui citantur in novo ſint canonici.*
21 *Canon Eccleſia Catholica à Concilio Tridentino.*
22 *Hic Canon determinatus à multis Conciliis antiquis.*
23 *Et libri ſunt Canonici cum omnibus ſuis partibus:*

Quid Canon, à quo derivantur multa.

A Nomine incipiamus, *Canon* nomen eſt 11.
Græcum, & idem valet, ac regula, teſte
D. Iſidor. *lib.* 6. *c.* 16. proindéque *Canon* in du- D. Iſidor.

plici differentia poteſt conſiderari. Primò pro regula, ſeu norma, quæ in omnibus artibus, ac diſciplinis, datur. Hinc *Sacra* in divino Miſſæ ſacrificio dicitur Canon, quia in eo obſervatur exactè, ac perfectiſſimè tota regula Evangelica, Apoſtolica, & Eccleſiaſtica. Ita Gabriel Biel *in Canonem Miſſæ.* Tuſchus verb. *Canon* 23. Maranta *in* 3. *p. praxis, n.*23. Sumitur ſecundo *Canon* pro certo numero, ac Catalogo, & inde Clerici, qui in majori Eccleſia ſerviunt, dicuntur *Canonici*, ut pote adſcripti in determinato illo numero, ut patet *ex Concilio Laodicenſi cap.* 24. Hinc etiam, qui in beatorum relati ſunt albo dicuntur *Canonizati*, Ex utroque capite liber dicitur Canonicus. Primò, quia in eo datur regula eorum, quæ credenda, agenda, ac docenda ſunt. Secundò, quia talis liber adſcriptus eſt in Catalogo librorum, quos Eccleſia ſancta tenet, ac recipit, ut Canonicus.

Gabriel. Tuſchus. Maranta, Concil. Laodic.

12. Pro quo notandum, quòd dupliciter poteſt eſſe liber Canonicus. Primò quoad ſe, & in actu primo. Secundò quoad nos, & in actu ſecundo. Ad illud primum ſufficit, quod Deus ſit illius ſpecialis Auctor. Ad ſecundum ultrà requiritur, quòd ab Eccleſia proponatur, ut à Deo dictus, & inſpiratus. Eccleſia eſt organum, per quod Deus loquitur, & manifeſtat, quæ credenda; & tenenda ſunt. Ita D. Irenæus *lib.*3. *contra hæreſ. à cap.* 2. *uſque ad* 4. D. Auguſtin. *lib.* 13. *contra Fauſtum, cap.*4. *& lib.*18. *cap.*7. *& lib. unico contra Epiſtol. fundam. cap* 5. ubi eſt illa ejus vox celebris. *Ego Evangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoveret auctoritas.* Idem docent D. Cyrillus, Origen. D. Epiphan. Euchirius *in Enchiridio cap.* 1. Driedo, Canus, & alii multi Patres, & Doctores, quos citant, ac ſequuntur Medina *de recta fide in Deum c.*11. Covarruvias *lib.*4. *var. cap.*11. Hîc nomine Eccleſiæ intelligimus ejus univerſale caput, Romanum nempe Pontificem.

D. Irenæus. D. Auguſt. D. Cyrillus Origenes. D. Epiphan. Euchirius. Driedo. Canus. Medina. Covarru.

Diviſio Canonis Librorum Sacrorum.

13. Inter multas Canonis diviſiones, valde celebre eſt apud ſanctos Patres. D. Auguſt. *lib.* 17. *de Civitate cap.* 20. *& lib.* 18. *cap.* 36. D. Epiphan. *lib. de ponderibus.* D. Hieronym. *in prologo Galeato*, & Auctores ſtatim citandos, quod Canon Librorum Sacrorum dividitur in Canonem Hebræorum, & Chriſtianorum, ſeu ſynagogæ, & Eccleſiæ Chriſtianæ. Loquimur hîc de Canone Hebræorum uſque ad adventum Chriſti incluſivè; nam poſteà multæ hæreticæ ſynagogæ multis erroribus pullularunt, ut teſtantur Tertullian. Origenes, D. Epiphanius, Beda, & alii Patres, quos referunt, ac ſequuntur Marius *in Prologo q.* 4. *ſect.* 1. Serarius *lib.* 1. *Tribæ. cap.* 21. *& lib.* 4. *Minerval. cap.*14. Sixtus Senenſ. *lib.*1. *Bibliotheca ſtatim à princip* Bellarm. *lib.*1. *controverſ* 1. *cap.* 4. Nam Sadducæi Pentateuchum recipiebant, omnes alios libros repudiabant; è contra Nazaræni, ſolos libros Moyſis auferebant; & nunc Judæi multa cæcitate involuti, ac detenti omnes ſacros libros pro ſua malitia, ac nequitia, multis erroribus, falſitatibus, ac depravationibus habent corruptos, ut nihil apud eos ſit verum, & ſincerum, omnia enim mala ſuper mala innundaverunt ſuper eos.

D. Auguſt. D. Epiphan. D. Hieron. Tertullian, Origenes. D. Epiphan. Beda. Marius. Serarius. Sixtus. Bellarm.

Celebris eſt etiam inter Patres, & Doctores diviſio in libros *Protocanonicos*, *& Deuteronomicos.* Illi libri dicuntur *Protocanonici*, qui primò, & ab exordio Eccleſiæ fuerunt recepti, ut quinque libri Moyſis, & cæteri veteris Teſtamenti, quibuſdam receptis, de quibus ſtatim, & in novo Teſtamento, quatuor Evangelia, & alii ſimiles. Secundò ſunt libri, quos Catholici vocamus *Deuteronomicos*, id eſt ſecundi ordinis qui primum ſub Apoſtolorum temporibus non ſtatim, inter Canonicos fuerunt recepti, ſed poſteà Eccleſia approbante, ut ex communi ſententia notat Lahay *in Prolog. ſect.* 12. *cap.* 2. §. *Canonici*, tales ſunt, ex veteri Teſtamento libri Eſther, Judith, Tobiæ, Baruch, Epiſtola Ieremiæ, Sapientia Salomonis, Eccleſiaſticus, Oratio Azariæ, Hymnus trium puerorum, Suſannæ hiſtoria, Machabæorum Liber primus, & ſecundus, ex novo Teſtamento Epiſtola Iacobi, & Petri Epiſtola prima, & ſecunda, ac Ioannis prima, ſecunda, & tertia, & Acta Apoſtolorum; & Apocalypſis, quos omnes Antiquæ Eccleſiæ, non ut Canonicos habuerunt, etſi multæ auctoritatis, & ad eorum lectionem tantùm admittebant Cathecumenos, ut Canonicæ lectionis nondum capaces, ut teſtatur D. Athanaſius *in Synopſi*; poſteà verò ad omnium lectionem fuerunt admiſſi Cathecumeni, ut refert Ruffinus *in Symbolo.* Modò verò omnes iſti libri ſunt de fide Canonici: ut definitum eſt in multis Conciliis, ut infra dicam *in hac quæſt. n.*21. & latiùs reſolutione tertia, dum de unoquoque in peculiari fuerit ſermo. 14.

Lahay. D. Athanaſ. Ruffinus.

Canon antiquus veteris legis.

Conveniunt omnes ſancti Patres, & Doctores Catholici apud Hebræos antiquos uſque ad adventum Chriſti incluſivè fuiſſe Canonem librorum Canonicorum approbâte ſummo ſacerdote. Et in computando numero horum librorum maxima varietas eſt apud ſanctos Patres. Primò Amileto Sardenſis antiquiſſimus Auctor apud Euſebium *lib.* 4. *c.*26. Viginti quatuor libros numerat in Canone antiquo Iudæorum. Secundò D. Epiphanius *lib.* 56. *hæreſ.*8. cui adhæret D. Damaſcenus *l.*4. *cap.*18. numerant viginti ſeptem libros. Tertiò, D. Gregorius Nazianz. *in lib. ſuorum Carminum*, viginti duos libros numerat, & inter eos de libro Eſther nullam facit mentionem, ſicut & Amileto citatus, imò ſanctus Athanaſius in ſinopſi expreſsè non computat inter Canonicos librum Eſther, 15.

Amileto. Euſebius. D. Epiphan. D. Damaſc. Nazian. D. Hieron.

Communior, & magis recepta ſententia D. Hieron. qui viginti duos libros numerat juxta literas Alphabeti Hebraïci, ſic ait ſanctus Doctor in Prologo Galeato: *Quomodo viginti duo elementa ſunt, per quæ ſcribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur, ita viginti duo volumina ſupputantur, quibus quaſi literis, & exordiis in Dei doctrina tenera adhuc, & lactens viri juſti nutritur infantia.* Valde enim congruum fuit quod ſicut ſunt viginti duæ literæ, quibus omne, quod diſcimus, comprehenditur, ita eſſent totidem libri, ſub quibus omnia, quæ 16.

de

de Deo ſciri oportebat, continerent. Hanc D. Hieronymi ſupputationem omnes communiter admittunt Origenes, D. Athanaſius, D. Damaſcenus, D. Iſidorus, Rabbanus, quos citant, ac ſequuntur Sixtus Senenſis *lib.* 1. *Biblioth.* Scalante *lib.* 5. *Clypei*, *c.* 1. Galazar *lib.* 4. *cap.* 1. Antonius à Matre Dei *preludio* 1. *dub.* 8. *n.* 145. & multi alii. Et ita dividunt in tres claſſes, legalium, Prophetarum, ac Agiographorum, id eſt tertii ordinis, quam partitionem tanquam tunc communem indicavit Chriſtus Dominus. *Luc.* 24. *n.* 44. dicens: *Oportet implere omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſis, Prophetis, & Pſalmis de me.* Ubi Dominus ponit tria membra, legem, Prophetas, Pſalmos, quia ſub illis tribus membris tota Scriptura continebatur, & ſub Pſalmis tanquam principaliori parte intelligit libros Agiographos, id eſt tertii Ordinis.

Origenes. D. Athan. D. Damaſc. D. Iſidor. Rabbanus. Senenſis. Scalante.

Luc. 24.

17. D. Hieron. Conſtat ex D. Hieron. citato cum cæteris Auctoribus, quod Hebræi antiqui dividebant libros in tres partes, hoc eſt in legem, Prophetas, & Agiographos, id eſt tertii Ordinis. In prima parte ſub lege includebant quinque libros Moyſis. In ſecunda parte ſub Prophetis octò, 1. Joſue 2. Judices, cum Ruth, in diebus Judicum ejus facta memoratur hiſtoria. 3. Samuelem, id eſt primum, & ſecundum Regum. 4. Tertium, & quartum Regum. 5. Iſaiam. 6. Jeremiam cum lamentationibus. 7. Ezechielem. 8. Duodecim libros Prophetarum. In tertia claſſe, ſeu ſub Agiographia reponebāt novem. 1. Job 2. Pſalterium Davidis. 3. Proverbia Salomonis. 4. Eccleſiaſten. 5. Cantica Canticorū. 6. Danielem. Exceptis, oratione Azariæ, & Cantico trium puerorum, quæ ſunt in noſtra vulgata cap. 3. & hiſtoriis Suſannæ, Belis, & Draconis. 7. Paralipomen. 8. Eſdram. 9. Eſther. Et ita apud Hebræos antiquos viginti duo libri Canonici reputabantur juxta viginti duas literas Alphabeticas.

18. Circa hunc diviſionem aliqua notanda ſunt, quòd aliqui libri, quamvis fuerint in multa veneratione apud Hebræos, non ſunt in hac computatione, quales ſunt Tobias, Judith, Baruch, Epiſtola Jeremiæ, quæ habetur e. ejus 6. Sapientia, Eccleſiaſticus. Primus, & Secundus Machabæor. quibus Medina *de recta in Deum fide, lib.* 6. *cap.* 2. & Rua *controv.* 1. *poſit. dub.* 8. addunt Orationem Salomonis, quæ in aliquibus Codicibus habetur ad finem Eccleſiaſtici. *ex* 3. *Regum* 8. de quo latè agit Lorca 2. 2. *lib.* 1. *de locis diſp.* 3. *membr.* 1. *n.* 7. Genebrardus tamen in Chronologia *ad annum* 3860. *n.* 10. cenſet & probabile exiſtimat. Serarius in Prologomio *cap.* 8. *q.* 17. In alio Canone autem Hebræorum fuerunt repoſiti libri Tobiæ, Judith, & Machabæorum.

Medina. Rua.

Lorca. Genebrard.

19. Secundò notandum, quòd ſub Prophetis computabāt libros Hiſtoricos, ut Joſuë, Judices: & libros Regum, Hugo de Sancto Victore, quia à Prophetis fuerunt conſcripti. Vel dic quòd inter Hebræos ſumma erat auctoritas Prophetarum, & ideo ad reconciliandam auctoritatem his libris, inter Propheticos numerabant. Tertiò, quid in hac computatione, Job, Daniel, liber Pſalmorum non computantur inter Prophetas? Reſpondent citati Scalante *cap.* 3. & Antonius à Matre Dei, *n.* 150. quia quamvis iſti ſint Prophetæ, tamen non mutunt uſitato modo loquendi Prophetico, qui erat. *Hæc dicit Dominus Deus*, & Chriſtus librum Pſalmorum diſtinguit à Prophetis Luc. 24. n. 44. *Quæ ſcripta ſunt in lege, Prophetis, & Pſalmis.* Deinde adverte quòd de hoc Canone Hebræorum, parum erat agendum, quia forſitan ordinatus fuit à Rabbinis antiquis, quorum opiniones paſſim rejicimus, & damnamus; ſed quia Sancti Patres multa de hoc Canone agunt, ideo de illo à nobis fuit agendum.

Hugo.

Adverte ultimò falſum eſſe dicere ſolos illos libros veteris Teſtamenti eſſe Canonicos, qui à Chriſto Domino, vel Apoſtolis citantur in novo Teſtamento, ut dixerunt Hæretici, quia hoc dato, nec liber Judith, nec Eſther, nec Eccleſiaſtes, nec Cantica Canticorum, Abdias, & Sophonias, & alii erunt Canonici, cùm eorum teſtimonio, nec Chriſtus, nec Apoſtoli unquam uſi fuerint, ac proinde dicere illos tantùm libros eſſe Canonicos, qui in novo Teſtamento citantur, & eſt falſum, & hæreticum, contra Eccleſiæ definitionem. 20.

Canon Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ.

Canonem ſacrorum librorum ſigillatim præfixo, ac determinato numero nobis propoſuit Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 4. & ſunt eo ordine, ut habentur in Biblia, & ſunt infraſcripti. Veteris Teſtamenti quinque Moyſis, id eſt Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Joſue, Judicum, Ruth, Quatuor Regum, duo Paralipomenon, Eſdræ primus, & ſecundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Judith, Eſther, Job, Pſalterium Davidicum centum quinquaginta Pſalmorum, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Iſaias. Hieremias, cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, id eſt Oſea, Joël, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Abacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, Primus, & Secundus. Teſtamenti novi quatuor Evangelia, ſecundùm Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem. Actus Apoſtolorum à Luca Evangeliſta conſcripti. Quatuordecim epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duæ ad Theſſalonicenſes, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. Petri epiſtolæ duæ, Ioannis Apoſtoli tres, Iacobi Apoſtoli una, Iudæ Apoſtoli una; Apocalypſis Ioannis Apoſtoli. 21. Trident.

Hic autem Canon ſacrorum Librorum non primū à Concilio Tridentino eſt factus, ſed ab antiquiſſimo tempore habetur in Eccleſia Dei, & traditur ab antiquiſſimo Concilio Laodicenſi *c.* 59. ſub ſancto Sylveſtro Papa anno Domini 314. ab Innocentio I. *epiſt.* 3. *ad Exuperium*, *cap.* 7. anno Domini 408. & à Concilio Carthaginenſi, quod vocatur tertium anno Domini 419. in quo interfuit D. Auguſtinus, & ipſe eundem Canonem indicat *epiſt.* 235. & Gelaſius Papa *in cap. ſancta Romana Eccleſia dict.* 15. & alii multi, quos citant, ac ſequuntur Covarruvias *tom.* 2. *variar. lib.* 4. *cap.* 14. Lorca 2. 2. *tract. de locis Catholicis*, *diſp.* 3. *membr.* 1. ubi multos Patres antiquos 22.

Cōc. Laod. Innoc. I. Carthag. D. Auguſt. Covar. Lorca.

Athan. ſ. Nazianz. tiquos adducunt. Unde ſi Divus Athanaſius, & Naxianzenus librum Eſther inter libtos Canonicos oon computaot, forté eſt, quia eorum tempore de ejus auctoritate dubitabatur, quod modo non habet locum ob definitionem Eccleſiæ, pro qua ſtandum eſt.

2. Advertendum tamen eſt Concilium Tridentinum citatos libros non quomodocunque declarare Canonicos, ſed ut ibi exprimitur, integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt. Adverte, ſecundum modum loquendi, librum Canonicum dici authenticum; tamen authenticum latiùs patet, quia una Scriptura confecta à Notario dicitur authentica, non tamen eſt Canonica.

QUÆSTIO III.

Vtrùm omnes Libri ſacri, veteris Teſtamenti perierint, & ab Eſdra fuerint recuperati?

SUMMARIUM.

24 *Prima ſententia, & affirmativa.*

25 *Primum, & ſecundum fundamentum hujus ſententiæ.*

26 *Secunda ſententia, & vera negativa,*

27 *Ponuntur illius fundamenta, & n.* 28.

29 *Codices, quos ſacri Scriptores ſuis manibus ſcripſerunt, non extant.*

30 *Non eſt neceſſe ut tales Codices extent, abundanter ſufficiunt approbati ab Eccleſia.*

31 *Nehemias ex variis regionibus ſacros libros congregavit.*

32 *Eſdras prædictos ſacros Codices correxit, & emendavit.*

33 *Eſdras prædictos libros ſcripſit, non antiquis literis Hebraicis, ſed aliis denuò à ſe inventis, & n.* 34.

35 *Solvuntur argumenta contraria, & explicantur Patres, & n.* 36.

24. Sabellicus. Salmeiron. Senenſ. Feverden. D.Irenæus. Abulenſ. Lyra. Sanchez. Tertull. Clemens. Caſtro. Baron.

PRima ſententia, & affirmativa. Pugnant pro ea Antonius Sabellicus *Anedor.* 3. Salmeiron *tom.* 1. *Prolog.* 9. *Quinquag.* 1. *Can.* 4. Sixtus Senenſ. *lib.* 1. *Biblioth. verb. Eſdras*, & *lib.* 2. *eodem verb.* Feverdenti. *Annot.* 7. *ſuper cap.* 25. *lib* 3. D.Irenæus, Abulenſ. *ad c.* 22. *lib* 4. *Reg. quæſ.* 12. & Præfat. *ad libros Paralip. quæſt.* 5. Lyra *ſupra Eſdram lib.* 1. *cap.* 7. Gaſpar Sanchez *ad cap.* 40. *Ezechielis*, *n.* 10. citantur pro hac ſententia Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Euſebius, D.Hieron. Theodoret. D.Baſilius, D.Iſidorus, quorum verba videri poſſunt apud Caſtrum *Præfatione in Iſaiam c.* 23. Baron. *anno Chriſti* 180. *n.* 11. Salianus *anno mundi* 3447. *n.* 10. & alii.

25. 4.Reg. 25. Probatur primò ex 4. Reg. 25. num. 9. & 10. ubi dicitur Nabuzardan ſuccendit domum Dei. & domum Regis, & domos Jeruſalem, omnéſque domos combuſſit igne; ergo exinde veriſimile deducitur quod combuſſit libros. Et confirmatur ex Eſdra lib. 4. cap. 14. n. 20. ubi dicitur: *Poſitum eſt ergo ſæculum in tenebris, & qui habitabant in eo ſine lumine, quoniam lex tua incenſa eſt, propter quod nemo ſcit, quæ à te facta ſunt.* Secundò argumentantur, quia ſaltem tempore Antiochi Epiphani Regis Ægypti omnes libros combuſtos eſſe conſtat, & vehementi rigore conquerebantur, ut patet ex 1. Machab. 1. num. 59. ubi dicitur: *Et libros legis Dei combuſſerunt igni, ſcindentes eos, & apud quem inveniebantur libri Teſtamenti Domini, ſecundum edictum Regis trucidabant eum.*

Secunda ſententia omnino oppoſita negat omne libtos totaliter periiſſe. Eam tenet Abulenſ. ad 2. lib. Paralip. cap. 9. & cap. 25. & licet pro contraria ſententia citetur, tamen hic explicat ſuam mentem, dicens ſe locutum fuiſſe referens aliquorum opinionem; & ſubdit ſolos libros exiſtentes in Templo combuſtos fuiſſe. Pereira Præfatione *in Gen. n.* 7. Bonfrerius *in Proloquiis ad ſacram Scripturam, c.* 6. *ſect.* 8. Torniellus ad annum 3447. Salianus eodem, *& etiam anno* 3621. Nieremberg. *de Orig ſacra Scriptura, lib.* 9. *c.* 28. Bacanus in Analog. *c.* 1. *q.* 4. Leonardus Marius *in Prologom. q.* 3 *ſect.* 1. Serarius *in Prolog. cap.* 12. *q.* 1. Tena *lib.* 1. *Iſagoge diff.* 3 *ſect.* 7. Scalante *lib.* 5. *Clypei, cap.* 23. Joſephus Epiſcopus Oriolanus *ad cap.* 1. *lib.* 1. *Machab. num.* 59. Lahay *Prologom. in Geneſ.* Bellarm. *lib.* 2. *de Verbo Dei*: & ait oppoſitam ſententiam eſſe omnino improbabilem, & Baronius ſtatim citandus eſt in hac ſententia. 26.

Pereira. Bonfrerius. Torniel. Salian. Nieremb. Bacan. Marius. Seratius. Tena. Scalante. Oriolan. Lahay. Bellarm.

Probatur, quia Codices ſacri nec perierunt tempore Nabuchodonoſoris Regis Babyloniæ, quando Nabuzardan in Jeruſalem omnia devaſtavit; nec tempore Antiochi Regis; ergo nunquam perierunt. Probatur antecedens quo ad primam partem. In primis quando Nabuzardan, omnia, quæ erant in Jeruſalem, flammis tradiderit, nulla tunc fit mentio de inflammatione ſacrorum librorum, deinde Jeremias eripuit ab incendio, arcam, & tabernaculum 2. *Machab.* 2. *num.* 5. & etiam Jeremias in ſuis Threnis, valdè minutim deplorans miſeram conditionem Jeruſalem, illius devaſtationem cum ſuis muris, ac portis deſolatis, ſuiſque viis deſertis, deplorátque ſqualorem Virginum, puerorum lamentum, matrúmque afflictionem, ſi libri combuſti fuiſſent, hoc maximè deploraret. Ezechiel, & Daniel, ſi vidiſſent, quòd Sanctis libris aliquod periculum imminebat, eos ſine dubio abſcondiſſent, & Daniel poſitus in captivitate *cap.* 9. *num.* 2. facit mentionem de libris Jeremiæ, *& eodem cap. num.* 13. de Deuteronomio loquitur. Tandem cùm populus eſſet in ipſa captivitate & Regi Cyro, & ei oſtenſus fuiſſet liber Iſaiæ, qui *cap.* 45 *n.* 1. multa prædixit de ipſo Cyro, ducentis & decem annis, ante ipſius nativitatem, inde libertatem dedit populo cum plenaria poteſtate ædificandi Templum, cum aliis donis. Eſdras 1. *cap.* 1. *à n.* 1. & Joſephus *lib.* 11. *Antiq. c.* 1. & Baron. *tom.* 2. *anno Chriſti* 180. teſtatur nullum Auctorem antiquum reperiri, qui dicat omnes Codices ſacros periiſſe. 27.

Jerem. 2.Mach. 2. Daniel. 9. Eſdras 1. Joſephus. Baronius.

Secunda pars probatur, quòd ſub Antiocho, omnes Codices ſacri non perierunt. Nam 1. *Machab. c.* 3. *n.* 46. dicitur Judæos in Maſpha conveniſſe, & jejunaſſe, libróſque legis ibi expandiſſe; 28.

1. Mach 3.

pandiſſe; tum etiam *cap.* 12. *num.* 9. Ionathas 1.Mach.12 ad Spartiatas ſcribens, ait, *Nos cum nullo indigeremus, habentes ſolatio ſanctos libros.* Tum etiam, quia ante Adventum Chriſti verba legis, & Prophetarum per omne ſabbathum legebantur, ut patet Luc 4. Actor. 13. *Luc.* 4. *num.* 16. & *Actor.* 13 *num.* 27 Deinde Iudæi erant diſperſi per totum orbem, ut ait Philo. Philo de legatis ad Caium, & in Hiſpania erant duodecim Tribus, & multæ Coloniæ Iudæorum, ut latè ex multis probat Vivarius. Vivarius in Commentario, au Flavum deſtruxit *ad ann. Chriſti.* 37. & in uno quoque vico, & oppido erant ſynagogæ, in quibus per ſabbatha legebantur libri legis, & Prophetarum, qui libri erant apud Iudæos in magna æſtimatione, & eos ſemper ſecum aſportabant, ut latè probat Baron. Baronius ſupra citatus, & libros ſacros ſuper ſecum aſportabant, ut ſua officia digne poſſent præſtare, ut probat Raſa *controverſ.* 2. *propoſit. dub.* 1. In certa ab incertis ſeparemus, claritatis gratia ſequentes concluſiones ſtatuo.

29. Dico primò. Sacrorum voluminum auctographa, ſive Archetypos, id eſt, exemplaria, quæ ſacri Scriptores propriis manibus exararunt, modò in Eccleſia Catholica non extare, ita Bannes. Bannes 1. *part. quæſt.* 2. *art.* 8. *dub.* 4. & inde probatur, quia non aſſignabitur locus, ubi talia originalia extent. Nec contra hoc obſtat quod referunt Armacan. Armacanus *lib* 2. *de quæſtionibus Armanorum cap*, 11. & Senenſis *lib.* 2. *Biblioth. verb. Eſdra.* Pentateuchus, qui dicunt Eſdræ Pentateuchum unica, & oblonga membrana ipſius Eſdræ manu, ut Hebræi credunt, conſcriptum Bononiæ in Prædicatorum Cænobio, magna veneratione ſervari; ſed hoc tantùm dicitur, ut Hebræi credunt; deinde hoc dato, illud non eſt originale manu Moyſis conſcriptum, ſed manu Eſdræ.

30. Dico ſecundò, non fuiſſe neceſſarium primos Codices in Eccleſia ſervari Et probatur, nam eandē auctoritatem habent modo tranſumpta approbata ab Eccleſia, quæ regitur Spiritu ſancto, imò ſi ipſi originales Codices apud nos extarent ſine approbatione Eccleſia, non haberent aliquam auctoritatem, D.Auguſt. ad res fidei credendas, ut ait D. Auguſtinus contra Fauſtum. Deinde quia omnes Doctores non poterant eos ad manus habere, & literas Hebraicas, maximè vetuſtate corroſas legere, ac intelligere.

31. Dico tertio Eſdras, Sacerdotes, & ſacros Codices, ac libros ex variis regionibus congregavit, qui à perſecutionis flamma evaſerunt 2.Mach. 2. Ita expreſſè habetur 2. *Machab.* 2 *num.* 13. ubi de Nehemia ſcribitur: *Conſtruens Bibliothecam congregavit de regionibus libros, & Prophetarum, & David.* Imò in ipſa captivitate Iudæi aliqua legis volumina habuerunt. Sic dicitur citato *cap.* 2. *num.* 2. Quòd Ieremias dedit transmigrantibus *legem, ne obliviſcerentur præcepta Domini.* Quòd explicans Cornelius Cornelius. à Lapide ibi ait: *Dedit illis legem, puta exemplar Deuteronomij, in quo tota lex à Moyſe repetita continetur; vel exemplar totius Pentateuchi, ut illud aſſiduè in Babylone captivi legerent.* Et ait Textus *Ne obliviſcerentur præcepta Domini.* Confirmatur hæc ſententia, idem quod poſt captivitatem fecit Nehemias, fecit & Iudas poſt bellum Antiochi, congregare ſcilicet libros, qui per bellum perierant.

Dico quartò. Quod Eſdras in lege peritiſſimus prædictos ſacros Codices collectos contulit inter ſe, & ex gravioribus exemplaribus, 32. & maximè ex illis, quæ data fuerant à Ieremia, aliena quæ irrepſerant emendavit, ac expunxit, & ad vera ac ſolida exemplaria reduxit omnia, ut in ſua primæva puritate Nieremb. remanerent ita benè colligitur ex citato Machabæorum, & ita tenent multi, quos citant, ac ſequuntur Nieremb. *lib.* 4. *de orig. ſacra* A Matre Dei. *Scripturæ, c.* 9. Fr. Anton à Matre Dei *in Iſagogem Scripturæ Prælud.* 1. *dub.* 6. §. 4. *num.* 114. Beda. Qui etiam cum Beda *in lib.* 1. *Eſdræ cap.* 7. ac aliis tenet, quod non ſolùm Eſdras ad Marginem, ſed etiam in ipſo Textu, divino Spiritu aſſlante, aliqua addidit, ut illa verba Deuteron 24. num. 10. *Non ſurrexit ultra Propheta Moyſes* Hæc enim verba non Deuter. 24. potuerunt dici niſi ab illo, qui multo poſt Moyſem vixit, de quo infra.

Dico quintò. Quod Eſdras Codices ſacros 33. à ſe correctos, ac emendatos magno conſilio doctiſſimorum virorum approbavit, ac ſcriptum tradidit, non antiquis Hebraicis characteribus, quibus à Moyſe fuerant cōſcripti, ſed aliis novis à ſe inventis. Ita D. Hieron. *in* D. Hieron. *cap.* 9. *Ezechiel.* & in Prologo Galeato. Beda Beda. *in libr. Eſdra c.* 7. Laurentius Beyerlinch. *Theatro vitæ humanæ littera I.* Rua Gretſerus, quos Theatrum vitæ. adducit citatus Fr. Antonius à Matre Dei, Rua. *num.* 113. Ioan. de Lahay *tom.* 1. *Biblia. Maxim.* Anton. *in Prolog. ſect.* 7 *cap.* 4. De qua re aliquas ra- Lahay. tiones adducit, quas rejicit, ac impugnat: cujus rei ea communis eſt ratio, ut Iudæi omnibus modis á Samaritanis Hæreticis, ac Schiſmaticis ſe pararentur, ſicut enim diſpari cultu, diſparibúſque moribus diſſociabantur, ſic etiam eſſent diviſi literis, ac characteribus: nam Samaritani utebantur à Moyſe appoſitis, & traditis, ut habent citati Auctores.

D. Hieronymus ad citatum *c.* 9. *Ezechielis* hoc probat, quia *Tau* ultima littera in Al- 34. D. Hieron. phabeto Hebraico antiquo, quouſque ad Hieronymi tempora Samaritani utebantur, magnam cum noſtra ſalutifera cruce habet ſimilitudinem; & ideo à Chaldæorum gladio liberandi, ſigno *Tau* in fronte impreſſo ſignabantur ad Ezechielem citato c. 9. num. 4. *Tau* autē littera, quæ poſtea in uſu fuit apud Hebræos, nullum habet cum figura crucis commercium, ut ex illo Alphabeto patet, ut notant proximi citati Auctores.

Ad Argumenta.

Ad primum reſpondetur, quod citato lo- 35. co *cap.* 25. *Regum.* 4. nulla fit mentio de combuſtione librorum; ergo non ſunt combuſti, ut benè probant fundamenta ſecundæ ſentē- Genebrard. tiæ; & ut refert Genebrardus *lib.* 1. *Chronolog. anno* 2670. Moyſes antequam moreretur tredecim Pentateuchi exemplaria tranſcripſit à primo uſque ad ultimum elementum; & ſingulis Tribubus ſingula dedit, tertium verò decimum Leviticis tradidit, & cum multa veneratione repoſitum fuit in Templo, & tabernaculo, & regnantibus peſſimis Achab, & Manaſſes, qui ut licentioſiùs viverent, omnes ſacros Codices perire, maximè intendebant; & ideo Levitæ volumen ſibi à Moy-

ſe traditum, altè, & profunde abſconderunt in Templo, quod poſtea inventum eſt *anno* 18. 4.Reg 22. Regis Ioſiæ, 4.*Reg.* 22.*à num.*8. quæ inventio tanquam miraculoſa eſt habita; & valde grata fuit Regi, & per illud volumen inventum emendari ſiuot multi Codices corrupti, qui circumferebantur, ut laxatum haberent modum vivendi homines.

36. Ad confirmationem, ex Eſdra, in qua dicitur ſæculum poſitum in tenebris, quia lex Domini incenſa, quia contemnebatur, & non cuſtodiebatur, vel quia multis, & variis depravationibus corrumpebatur, ac profanabatur; & quòd omnes libri non perirent, patet 2. Eſdr.8. ex ipſo Eſdra *lib.*2. *cap.*8. *num.* 1. ubi dicitur, *Dixerunt Eſdræ ſcribæ, afferre librum legis Moyſis: attulit ergo Eſdras Sacerdotes legem coram multitudine: & legit in eo apertè, &c.* ſi nullus extabat liber, quomodo jubetur afferri librum? Et ſi omnes perierant, unde cum habuit? Si librum attulit, aperuit, & legit, non ex memoria hæc protulit, ſed ex libro in manibus habito; ergo non omnes perierunt, ſed aliqui ſalvi facti ſunt. Ad multas auctoritates D.Athanaſ. Patrum D.Athanaſii, D.Hilar. Hilarii, D.Chryſoſtomi, D.Chryſ. Theodoret. Theodoreti Præfatione in Pſalm. qui dicunt, *Scripturam veterem depravatam tempore captivitatis ab Eſdra fuiſſe reſtitutam*; quæ ſolùm probant, quod Eſdras divino auxilio ſuffultus, ac humana diligentia Codices ſacros diſperſos collegit, & à multis depravationibus expurgavit, ac ad ſuam primævam puritatem reduxit, ac recto ordine inter ſe ordinavit.

QUÆSTIO IV.

An aliqui libri ſacri fuerunt antiquitùs qui perierint, & modo non extent?

37 *Prima ſententia, & negativa.*
38 *Secundum argumentum ex ſacramentis.*
39 *Tertium argumentum ex reſtauratione per Eſdram.*
40 *Quartum, ac quintum argumentum ex libris citatis, ac experientia.*
41 *Secunda ſententia, & communis.*
42 *Libri Canonici in duplici poſſunt conſiderari differentia.*
43 *In veteri Teſtamento multi libri perierunt in actu primo, & in actu ſecundo: in Eccleſia Chriſti nullus periuit in actu ſecundo.*
44 *Prima pars concluſionis eſt communis Sanctorum Patrum.*
45 *Liber Henoch fuit literis traditus.*
46 *Catalogus librorum qui perierint in veteri Teſtamento.*
47 *Multi auctores prædictorum librorum dicuntur Prophetæ, ac videntes.*
48 *Pars aliqua illorum librorum apud nos eſt Canonica.*
49 *Solvuntur argumenta oppoſita, & num.*50. 51. 52. & 53.

37. Stapleton. SEntentiam negativam tenent Stapletonius lib. contra Vvitakerum, & Salmeiron *tom.*1. *prolog.*9. *Can.*4. Salmeiron. Probatur. Primò, quia Chriſtus Dominus, ait Matth. 24. num. 35. Matth.24. *Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt*, & Matth.5. n.18. Matth.5. ait ipſemet Dominus Chriſtus: *Iota unum, aut unus apex non præteribit à lege*, & Iſai. 40. num. 8. Iſai.40. ait: *Verbum Domini manet in æternum*; ergo verba Dei, quæ perierunt, non erant Dei, ſed hominum.

38. Secundò. Ad Eccleſiæ dignitatem, ac majeſtatem pertinet, Scripturarum depoſitũ ſibi à Deo datum fideliter, & integerrimè cuſtodire, ac ſervare juxta illud 1. ad Timoth. 6. 1.Tim.6. num.20. *O Timothee depoſitum cuſtodi.* Et ſicut Eccleſia non eſſet fidelis cuſtos, ſi unum ex ſeptem Sacramentis, quibus initiatur, & ſanctificatur, jacturam fieri permitteret: ita etiam ſi unum ex libris Canonicis, quibus inſtruitur, regitur, ac gubernatur, amitti ſineret. Tertiò, quia Eſdras divino afflatu ſacros Codices reſtauravit, ut dictum eſt ſuperiori quæſtione n.30. ergo cum de illis libris, quos infra referemus, n.46. nihil reſtituit, ſignum eſt eos ſemper habitos fuiſſe pro Apocryphis, & nunquam ut Canonicos.

39. Quartò. Nihil ex iſtis libris citatur ab Apoſtolis, ac Evangeliſtis in novo Teſtamento, cùm ex aliis libris, quos ut Canonicos habemus, multa citentur, quod argumentum eſt eos nunquam fuiſſe Canonicos. Confirmatur: quoniam libri Canonici veteris Teſtamenti habentur juxta numerum *Alphabeti Hebraici*, id eſt viginti duo; atqui ſi libri infra numerandi in Canone fuiſſent, quadrageſimum numerum excederent.

40. Quintò. Ex larga experientia conſtat, quòd libri, qui ab Eccleſia ut Canonici venerantur, inter multas perſecutionum flammas, ac clades, ſemper incolumes, & integri ſalvi facti ſunt, & inde eſſe canonicos optimè probatur, ut ſuperiori quæſtione diximus; ergo à contrario ſenſu ex defectu hujus permanentiæ benè colligitur libros deperditos non fuiſſe canonicos. Quod confirmari poteſt ex his, quæ docet D. Auguſtinus *lib.* 18. *de Civitate cap.*38. D.Auguſt. dum ait, quòd aliquando Prophetæ, ut homines hiſtorica diligentia ſcripſerunt, aliquando divina inſpiratione literis mandarunt; ergo conjecturari poteſt, quòd illa, quæ ut homines ſcripſerunt, perierint, non verò ea, quæ ut divino ſpiritu afflati.

41. Oppoſita ſententia, quòd aliqui libri ſacri perierint, eſt certa, & communis, eam tenet Abulenſ. *Exod.* 17. *quæſt.* 7. Abulenſ. loquens de libro juſtorum, & de libro Henoch, & 2.*Reg.* 1.*q.*13. & 3.*Reg.*4. *q.*8. & multis aliis in locis. Rabanus 2.*Reg. cap.*1. Rabanus. Lorca 2.2.*de locis Catholicis, diſp.* 3. Lorca. Sanch. 1.*Reg.* 10. *n.*57. & 59. Sanchez. Bellarm. *tom.*1. *controv.*1.*lib.*4. *c.*4. Bellarm. Gretſerus ejus propugnator *ibi*, § Probat deinde Medina de recta Medina. in Deum fide cap.5. Sixtus Senenſ. multis in locis *lib.*2. *Biblioth.* Rua *tom.*1.*controv.*1.*dub.*7. Rua. Serarius *in Prologom.cap.*8.*q.*14.& 15. Serarius. Galatza Galatza. *lib.*4.*Inſtitut.cap.*6.& 7. Lahay *tom.*1.*in Bibliam* Lahay. *Maxim. in prolog. ſect.*14. *cap.*1. Fr. Anton. à Anton. Matre Dei *in Iſagoge ſcrip. Prelud.*1.*dub.*8.§.2. *num.*121.

42. Pro hujus rei intelligentia ſciendum eſt libros Canonicos in duplici differentia poſſe conſiderari; Primò quoad ſe, & in actu primo;

mo;alio verò modo,in actu ſecundo, & quoad nos; illi ſunt Canonici in actu primo, & quoad ſe, qui habent auctoritatem divinam, cum ſint dicti à Deo revelante, & apti ſunt, ut reponantur in Canone; illi autem ſunt Canooici in actu ſecundo, & quoad nos, qui non ſolùm habent auctoritatem divinam, ſed etiam repoſiti ſunt in Canone ab Eccleſia, quæ eſt organum, per quod Spiritus ſanctus nobis loquitur, & tunc per ipſam Eccleſiam nobis certo conſtat de auctoritate divina ipſorum librorum. Hoc poſito.

43. Dico, quòd multi libri ſacri, & Canonici in actu primo,& etiam in actu ſecundo, qui erant nempe repoſiti in Canone Hebræorum, D. Auguſt. qui ſervabatur io Templo, ut docet D. Auguſtin. *lib*,15,*de Civit.cap.*23. perierunt, ut docent Auctores ſecundæ ſententiæ. Quantum verò ad Eccleſiam Ieſu Chriſti, fieri poterat, ut aliqua Scriptura Canonica, nempe aliqua Epiſtola ex Apoſtolis, ut dicam infra ad quartum argumentum, *num.*51. quæ erat in actu ptimo Canonica, periret; at verò libri Canonici in actu ſecundo, poſtquam recepti ſunt ab Eccleſia ipſa Catholica, & in Canone repoſiti, facta omni diligentia, totis meis viribus nullum potui invenire, qui perierit, ſed omnes divina protegente gratia ſalvi,& integri conſiſtunt, quo oſtenditur ſumma protectio, cuſtodia, ac tutela,quam Chriſtus habet D.Paſchaſ. erga ſuam Eccleſiam. D. Paſchaſius *lib.* 12. *in Matth.* ait: *Capillus de capite veſtro non peribit, ut certum faciat, quod nec minimum quidem ſuorum diſcipulorum, ac Sponſa ſua Eccleſia peribit.*

44. Reſtat, ut probetur ptima pars concluſionis, & eſt expreſſa D. Auguſt. D Auguſt. *lib.*15.*de Civitate Dei,cap.* 23. & ait; *Scripſiſſe quidem nonnulla divina Henoch illum ſeptimum ab Adam, negare non poſſumus, cum hoc in Epiſtola Canonica Iudas Apoſtolus dicat.* D.Athan. Idem habet *lib.* 18: D Chryſ. c.38. D.Athanaſius in fine ſyoopſis. Origenes. D. Chriſoſtomus, *homil.9.in Matth. & homil.7.in* 1, Tertull. *ad Corinth.* Origeo. *homil.* 1. *in Cantic.* D.Hieron. Tertullianus *in Apolog. cap.* 22.*& lib. de Idol.cap.* 4. D.Hieronymus *in Epiſt.Cathol.Iuda.*

45. Medina. Nec contra hoc obſtat id, quod Medina *lib.*5.*de recta in Deum fide .cap.*24 ait;Prophetiam Henoch non fuiſſe literis traditam, ſed traditione habitam, quia Gelaſius Papa, Gelaſius. *in cap.ſancta Romana*, *diſtinct.* 15. recenſens libros apocryphos, nullam libri Henoch facit mentionem. Sed contra ſtat ſententia omoium Patrum aſſerentium Henoch librum ſcripſiſſe, ac proinde pro eorum ſententia eſt ſtandum. Gelaſius autem Papa non omnium librorum, qui tunc erant apocryphi meminit.

Probatur ſecundo,quia multi libri in ſacris voluminibus citantur, qui nunc non extant, quorum

46. 1 Liber bellorum Domini, Numeror. 21. num.14.
2 Liber Iuſtorum Ioſuë 10. num. 13. & 2 Reg.1.num.18.
3 Liber Verborum, ſeu rerum geſtarum Salomonis.3. Reg.11.num.14.
4 Liber Verborum Regum Iuda.3.Reg. 14. num.29.
5. Liber Verborum Regum Iſraël, ibidem num.19.
6 Liber Samuelis videntis,1.Paralip. ultim num.29.
7 Liber ejuſdem Samuelis,1.Reg.10.n. 25
8 Liber Nathan Prophetæ, 1. Paralip. ult num.29.
9. Liber Gaad videntis,1.Paralip 29. n. 25
10. Liber Athiæ Silonitis,2. Paralip. 9.n.29
11. Liber Addonis Prophetæ videntis, ibid.
12. Liber Iehu, 2.Paralip. 20.num. 35.
13. Liber Hozai.2. Paralip.33.num.19.
14. Liber Salomonis tria millia Parabolarum, 3.Reg.4.num.32.
15. Liber Salomonis quinque millia carminum, ſeu Canticorum,ibid.
16. Liber Henoch Epiſtola Iudæ,n.14.
17 Epiſtola ſanctiſſimi Parentis Eliæ miſſa ad Regem Ioram,2.Paralip 21.n.12.
18 Ieremiæ deſcriptiones,2 Machab.2.n.1.
19. Ioanois Hircani liber dierum,1.Machab. cap.ult.num.24.
20. Hiſtoria Oziæ Regis Iuda, quam ſcripſit Iſaias Propheta; 2. Paralip.26.num.22.quibus addendi ſunt, *liber Eldab,& Medab*, & teſtamentum *Moyſis*, & Pſalmus *unus ultra centum ,& quinquaginta*, de quibus facit mentionem D.Athanaſius *in ſynopſi*; & tamen negari non poteſt, quòd multi ex his libris fuiſſent Canonici; ergo aliqui libri olim fuerunt in Canone Hebræorum, qui modò non extant. D.Athan.

Minor ex multis probatur, quia multi ex his, qui in prædictis libris citaotur, dicuntur, *Propheta videntes*,& ſcripta eorũ dicuntur *viſiones*. In viſione Addo videntis; 2.*Paralip.*9. *num.*29.quod ſignum eſt eos ſpiritu prophetico, ac Domino inſpirante, ac maniſtante ſcripſiſſe ea, quæ videbant; nam verba illa *Prephetæ videntes viſiones*, cum ſint ſcripturæ in proprio ſenſu ſuus intelligenda,cum alionde nullum ſequatur inconveniens. 47 2. Paral. 3

48. Secundò probatur eadem minor. Quia aliqua pars iſtorum librorum,quæ ad nos pervenit, ut Cantica Canticorum eſt Canonica, cur etiam non erit Canonica alia pars ipſorum Canticorum, quæ periit, ſi eam haberemus. Tertiò. Cum ſacra Scriptura nos remittit ad alios libros,ut juſtorum bellorum Domini, ac Regum, nempe ut illarum hiſtoriarum habeamus pleniorem notitiam, ergo eo ipſo iodicat eſſe tales, ut integra fides illis ſit danda, ac proinde divinam in eis ineſſe auctoritatem ſupponit.

49. Ad primum argumentum, quod verba Dei nou præteribunt, non eſt ſermo de ipſo Verbo Dei materialiter ſumpto ſcripto in papyro, vel libro, ſed de verbo formaliter pro ſuo ſignificato, quod nempe illius ſignificatum, adimplebitur uſque ad ultimum iota, aut apicem. Ad illud Iſaiæ, *Verbum Dei manet in æternum*, Sermo eſt de Verbo Dei ſubſtantiali, quod in æternum permanet.

50. Ad Secundum dicimus, quod ſemper Eccleſia fideliſſimè cuſtodivit depoſitum ſibi à Deo datum. Quod ſi aliquis liber ex Canonicis periit, oon fuit ex negligentia Eccleſiæ, ſed ob altos fines divinæ Providentiæ, de quo aliqua quæſtione ſequenti. Nec eſt eadem ratio de Sacramentis, ac libris: nam ille modus, ac regula vivendi, quæ continetur in uno libro per alium ſuppletur, at unumquodque Sacramentum

Digitized by Google

mentum habet ſuum pecoliarem effectum.
Baptiſmus dat primam gratiam, & delet pec-
catum originale. *Confirmatio* corroborat in
fide ad vincendas tentationes contra illam.
Pœnitentia ad delenda peccata actualia. &c. &
ſi Deus vellet tollere aliquod Sacramentum,
utique tollendum eſſet, ſicut abſtulit Sacra-
menta legis veteris, quæ altiſſimè ſupplevit
per Sacramenta novæ legis.

Ad tertium dicimus Eſdram reſtituiſſe li-
bros,quos colligere poterat,qui ex perſecutio-
51. nis flamma evaſerant, & eos expurgavit, emē-
davit,ac correxit, ut dixi *ſuperiori quæſt.n* 30.
vel illi libri jam erant deperditi ante Eſdram,
vel poſt ipſum Eſdram deperditi ſunt: nam
*lib.4. Eſdræ.c.*14 *n.*44. dicuntur libri ſcripti ab
4.Eſdr.14. eo ducenti quatuor, qui numerus incompara-
biliter Excedit libros,qui nunc apud nos extāt.

Ad quartum, negatur antecedens:nam Iu-
das Apoſtolus in ſua Canonica n. 14.citat li-
52. brum Henoc. Et Apoſtolus Paulus ad Co-
Coloſſ 4. loſſenſes 4.n.16.citat Epiſtolam ſuam ad Lao-
dicenſes,quæ apud nos non habetur.D.Mat. 2.
Math. 1. num.23.de Chriſto Domino ait: *Quod dictum
eſt per Prophetas, quoniam Nazaræus vocabi-
tur* D. Chryſoſtom.*homil.* 9. *in Matth.*Euthy-
D. Chryſ. mius,Theophylactus,Carthuſianus, quos re-
Euthym. tuli *tom.*1. *in Evang lib.*2. *cap.*9.*q.*9.*num.*33.&
Theophyl. exiſtimant locum deſumptum ex libris Pro-
Carthuſ. phetarum, qui perierunt. Secundò reſponde-
tur,etiamſi antecedens admittatur, nihil inde
probari,quia ex Canticis Canticorum, ex Ec-
cleſiaſte, ex Eccleſiaſtico, ex libris Tobiæ,
Iudith, ac Machabæorum nihil citatur in
novoteſtamento, & tamen non ideo à Ca-
none excluduntur. Ad confirmationem dicen-
dum,quod illi libri perierunt ante talem com-
putationem Alphabeti Hebraïci; vel dic
quia illa computatio fit,quia ad illum nume-
rum reducuntur: nam ſi libri veteris Teſta-
menti ſigillatim numerentur,excedunt nume-
rum quadragenarium.

Ad quintum dicimus ex conſervatis libris
53. bene infertur ſignum Divinitatis in eis con-
tentæ, ergo illi, qui perierunt, ſignum eſt
non habere talem divinitatem. Non valet
conſequentia,ſicut Deus liberavit tres pueros
à camino ignis, ut oſtenderent eos eſſe verè
Dei ſervos,ſi autem eos noluiſſet liberare,ut
noluit liberare Beatam Apolloniam, inde de-
ducebatur eos non eſſe verè Dei ſervos, non
valet conſequentia,ſunt res pertinentes ad di-
vinam Providentiam, quæ excedunt captum
noſtræ mentis. Ad Auguſtinum reſpondetur
D. Auguſt. illa dixiſſe non affirmando, ſed dubitando:
nam eodem capite abſolutè priùs dixit: *Cujus
rei cauſa fateor me latet*, & lib. 15. de Civitate,
cap. 23.ſcripſiſſe aliqua divina Henoch negare
non poſſumus.

QUÆSTIO V.

Quare Deus voluit, ſeu permiſit prædictos libros perire?

SUMMARIUM.

54 *Multi ex prædictis libris, qui perierunt, erant Canonici.*
55 *Cur autem tales libri perierunt, cauſa maximè latet, ait D. Auguſtinus.*
56 *Tres opiniones referuntur, ac reprobantur.*
57 *Opinio Origenis etiam reprobatur.*
58 *Opinio D. Chryſoſtomi ſuas patitur difficultates.*
59 *Perierunt primo peccato Iudæorum.*
60 *Perierunt quia libri, qui extant abundanter ſufficiunt ad doctrinam, & eruditionem.*

SUppono cum communi ſententia prædi- 54.
ctos libros, de quibus egi ſuperiori quæ-
ſtione ex magna parte fuiſſe Canonicos, ut
tenent Serarius *in Prologom.* 8.*cap.*14.Bonfre- Serarius.
rius in Præludio ad Scripturam ſacram,*c.*6. Bonfrerius
*ſect.*2.*&* 5.Et probatur ex his,quæ dixi ſupe-
riori *quæſt.num.*47.48. Nam eorum Auctores
dicuntur *Propheta videntes*, & aliqui dicuntur
libri viſionum; ergo ſignum eſt, quòd quæ in
eis ſunt fuiſſent a Deo accepta ſpiritu prophe-
tico, ipſo revelante, ac manifeſtante.Deinde,
qui multi ex prædictis libris citantur in ſacra
Scriptura, in confirmationem eorum,quæ di-
cuntur;ergo prædicti libri erant Canonici;nō
enim fieri poteſt,ut ſcriptor Canonicus afferr-
ret in confirmationem ſuorum verborum ea,
quæ erant inferioris conditionis,auctoritatis
nempe humanæ.

Hoc poſito. præſens quæſtio inquirit, cur 55.
Deus permiſit hos libros perire? Cauſam hu-
jus rei aſſignare, pertinet ad divinam Pro-
videntiam. Unde ait Divus Auguſtinus cita-
tus ad calcem ſuperioris quæſtionis,*Cujus rei* D. Auguſt.
cauſa, fateor me latet. Quia tamen ſancti Pa-
tres, ac Doctores hujus rei aliquas rationes,
& congruentias aſſignant, eas in medium re-
feram, & quid probabilius dicam.

Primò.Aliqui dixerunt,quòd hi libri mul- 56.
ta ſupra humanam intelligentiam, & captum
continebant. Sed hæc ratio eſt infirma; quia
multæ Scripturæ, ut Prophetiæ Apocalypſis
Joannis plenæ ſunt myſteriis, & rebus ſupra Glicas.
humanam intelligentiam, & captum.Secun-
dò Glicas in Annalibus ex Euſebio, cauſam
aſſignat, quia quædam curioſa tractabant;&
hæc etiam ratio non ſubſiſtit, quia Deus,quæ
curioſa propriè dicuntur, hoc eſt ita inutilia
ut obſint potiùs, quàm proſint, nec dicit,
nec loquitur, Tertiò, Abulenſis, 1. *Paralip.* Abulenſ.
*cap. ultimo, quæſt.*32. ait:Ideo hoc permiſſum
quia juxta hiſtoricorum prophanorum mo-
rem, homines aliquos nimium laudat; ſed ta-
les adulationes Dei verbo adſcribere, valde
turpe eſt,& alienum à veritate.

Quartò, Origenes *Prologom.in Cantic.Can-* 57.
tic. ait, quod placuit Spiritui ſancto tales li- Origenes.
bros de medio auferri, quia in eis multa fue-
runt permixta apocrypha, & vix, ac difficili-
ter poterant diſcerni, ac diſtingui, quæ erant
vera,vel falſa.Sed ſicut Eſdras ut dixi *quæſt.*3. Eſdras.
*num.*30.ſacros Codices collegit, & ex proba-
tiſſimis exemplaribus,omnes correxit, emen-
davit,& divino auxilio adjutus,omnes ad ſuā
primævam puritatem reduxit ita fieri poterat
de his codicibus deperditis.

Quintò,D. Chryſoſtomus *homil.* 7.*in* 1. *ad* 58.
*Corinth.& homil.*9.*in Matth.* Hoc factum eſſe D.Chryſoſt.
tum ob negligentiam Iudæorum, tum etiam
ob eorum impietatem, ac prophanitatem,ob
eorum negligentiam, præ multa deſidia ſua
ſacros

ſacros Codices ſinebant perire; & eos nec
quærebant, nec inquirebant, unde caſu mul-
ta de foſſa terra librum Deuteronomij reper-
tum eſt in Templo, regnante Joſia Rege, 4.
4. Reg. 22. Reg. 22. n. 8. Tum etiam ob eorum impieta-
tem, qua ſacros libros deſtruebant, & com-
Jerem. 36. burebant, ut conſtat *ex Ieremia* 36. *n.* 23.

59. Pro noſtra tenuitate duas conjecturas de
hac re poſſumus efformare. Prima. Hoc fa-
ctum eſt, ut Judæi tantis libris ſpoliarentur
ob ſua peccata in Deum, ideo ipſe Arcam fœ-
deris Domini è Templo ſuſtulit, & tabulas
digito ſuo conſcriptas à Moyſe confringi vo-
luit. Quid ergo mirum, ſi libros aliquos,
quos ipſe dictaverat, eadem de cauſa perire
permiſerit? nec ad ejus providentiam perti-
nuit impedire ne perirent, ſed ut conſerva-
rentur.

60. Secundò. Permiſit Deus libros illos perire,
quia hi, qui modò extant abundanter ſuffi-
ciunt, ut cognoſcamus ſuprema Dei opera, al-
tiſſimas ejus diſpoſitiones, & pleniſſimè
abundant ad ea, quæ requiruntur ad noſtram
eruditionem, ac doctrinam, ſicut Chriſtus
Dominus multa alia dixit, & fecit, quæ non
ſunt ſcripta in libro hoc Joan. ultimo nu. 25.
Joan. 21. Sed tantùm illa ſunt literis mandata, quæ
apertiſſimè nos manifeſtant ejus ſublimia, ac
altiſſima facta, ejus ſacratiſſima myſteria pro
noſtra redemptione, & quæ abundantiſſimè
nos inſtruunt in omni via juſtitiæ, ac ſancti-
tatis: multa, & illuſtriſſima ſunt geſta ſacro-
rum Apoſtolorum Petri, Pauli, & aliorum;
& tamen non omnia ſunt literis exarata, &
ſi per ſingula ſcriberentur, multum nobis
poterant proficere, non tamen fuit neceſſe ut
omnia ſcriberentur, ſed illa tantum ſunt
ſcripta, quæ abundanter nos docent, in-
ſtruunt, ac illuminant; & ſicut non pertinuit
ad altiſſimam Dei providentiam, ut omnia
Chriſti geſta, ac ſacrorum Apoſtolorum ſcri-
berentur, ſic non pertinuit, ut omnes illi
libri cuſtodirentur, ac ſalvi conſiſterent. Ita
Lahay. Lahay *ſect.* 10. *cap.* 2. *ad finem.*

Quæstio VI.

Utrum Spiritus S. Scriptori Canonico non ſolùm ſenſum, ſed etiam verba, eorúmque ordinem dictaverit?

SUMMARIUM.

61 *Impia ſententia Eraſmi rejicitur.*
62 *Explicatur ſtatus quæſtionis.*
63 *Prima ſententia negativa.*
64 *Secunda, & vera affirmativa.*
65 *Probatur primò ex Pſalm.* 44.
66 *Probatur ſecundò ex variis locis Scripturæ,*
67 *Probatur tertiò, & quartò, ex variis locis Scripturæ.*
98 *Primum argumentum, quod Paulus ſe dicit imperitum ſermone, loquitur ut dicebant ejus obtrectatores, & n.* 69 70. *&* 71.
72 *Secundum argumentum, quod ſcriptor poſtulat veniam, hoc eſt de ſtylo non multùm compoſito, & n.* 73.
74 *Tertium argumentum ſcriptores adhibent diligentiam, veluti diſpoſitionem, & n.* 75.
76 *Quartum argumentum, quia Evangeliſtæ, & Apoſtoli in citandis locis veteris Teſtamenti non obſervant eadem verba, ut magis veritas pateat, & n.* 77.
78 *Quintum argumentum ex Paulo: dico ego ut conſulens, & non Dominus ut præcipiens, & n.* 79.
80 *Sextum argumentum Dominus præcipiens procuratori eſt cauſa moralis, Deus loquens per Scriptorem ſacrum, cauſa phyſica, & realis.*

Omiſſa impia ſententia Eraſmi *annot.* 2. 61.
in cap. 2. *Math.* Et aliorum, qui impiè
aſſerebant ſcriptores ſacros in ſacra Scriptu-
ra, multa falſa permiſcuiſſe, quia hoc dato
tota auctoritas, & fides ſcripturæ perit; nam
ſi falſum in una parte habetur, totum falſum
reputabitur, *l. ſi ex falſis, C. de tranſact.* Vide
Barboſam ad citatam legem. Barboſ.

Fides tamen Catholica tenet, omnia con- 62.
tenta in ſcriptura eſſe indubitatæ veritatis,
utpotè immediatè dictata, ac inſpirata ab
Spiritu ſancto. Quæſtio tamen eſt, an Spiri-
tus ſanctus in ſcriptore Canonico non ſo-
lùm dictaverit ſenſum, ſed etiam verba, ac
ordinem illorum, & cum quærimus, an Spi-
ritus ſanctus dictaverit verba, eſt ſermo de
illo idiomate Hebraico, vel Græco, in quo
ſcriptor Canonicus ſcripſit, non verò de il-
lo idiomate, in quo ab Interprete, vel tran-
ſcribente habetur ex Hebraico, vel Græco.
De variis tranſlationibus, ac de noſtra vul-
gata infra dicam.

Prima ſententia affirmat, quòd ex eo ſcri- 63.
pturæ dicuntur ſacræ, quia Spiritus ſanctus
aſſiſtit ſuis ſcriptoribus, ſubminiſtrans illis res,
& ſententias ſcribendas, vel ea revelando, ſi
ſcriptori erant ignotæ, vel eorum animos di-
rigendo, ne in aliquem falſum ſenſum prola-
berentur. Ita Sanchez *lib.* 2. *Machab. cap. ulti-* Sanchez.
mo, num. 14. Tyrinus *ibi, cap.* 1. *n.* 27 Bonfret. Tirinus.
in Prolog. cap. 8. *ſect.* 3. Scalante *lib. Clypei, c.* 4. Bonfrerius.
concluſ. 2. Cantaperrenſis *lib.* 8. *hypoth. cap.* 4. Scalante.
fine, Suarius, quamvis teneat contrariam ſen- Cantaperr.
tentiam *tom. de fide, diſp.* 5. *ſect.* 3. *num.* 4. *in fine*, Suar.
tamen *num.* 5. ſubdit, quòd dupliciter poteſt
intelligi. Primò, per ſpecialem motionem an-
tecedentem, qua verba, nomina, & eorum
ſenſum per ſpecialem ſpeciem Spiritus ſan-
ctus infundit. Secundò per aſſiſtentiam, &
cuſtodiam, qua Divinus Spiritus impedit, ne
ſcriptor aliqua verba, quæ non licent, appo-
nat, in reliquis tamen permittit, ut ſcriptor
ſua memoria, diligentia, ac ſpeciebus utatur;
aſſeritque ſufficere, ut uno, vel altero modo
verba ſint ab Spiritu ſancto.

Secunda ſententia omnino vera, docet Spi- 64.
ritum ſanctum ſacro Scriptori dictaſſe, ac in-
ſpiraſſe omnia, ſenſum nempe, & ſententiam,
verba ſingula, illorum ſeriem, ac ordinem,
uſque ad ultimum apicem. Ita docent com-
muniter Sancti Patres. Divus Ambroſius D. Ambroſ.
Proœmio in Lucam ait: *Matthæus, Marcus,*
Lucas, Ioannes non conati ſunt; ſed divino Spi-
ritu ubertatem dictorum, rerúmque omnium mi-
niſtrante, ſine ullo molimine cœpta compleverunt.
D. Gregor. in *Proœmio Moralium*, ait, quod D. Gregor.
parum ſit curandum de Scriptore illius libri,

& ſubdit : *Quia auctor illius libri Spiritus ſan-*
D.Auguſt. *ctus eſt.* Favet D. Auguſt. *lib.* 7. *Conſ. cap. ul-*
timo, *& ſermone de Nativitate Domini.* D.
D Chryſ. Chryſoſt. *homil.* 29. *in Geneſ.* Theodoret. *ad*
Theodor. *initium Pſal.* Canus *lib.*2.*de locis cap.*18. Bañes
Canus. 1.*p q.* 1. *art.*8. *dub.*3. *concluſ.*2. Salmeiton.*Pro-*
Bañes. *log.* 26. Tena *lib.* 1. *Iſagoge ſacræ Scripturæ*,
Salmeiton. *diſſ.*1. *ſect.*3. Noſter Andreas *à Cruce* 1. *part*,
Tena. *q.*1. *art.* 10. Valentia *tom.* 3. *q.*1. *punct.*7. Seba-
Andreas. ſtianus Peres Epiſcop. Oxomenſis *in regulis*
Valentia. *ſacræ Scripturæ, regul.*2. Joan. D.Thom.22.*d.*9.
Peres. *art.* 1. *pag.*251. Baſilius Legion.1. *part.variar.*
Joa ad Th. *part.*4. *expoſit. cap.*1. Lorca ſuprà citatus 1.2.
Legionen. *tract.de gratia, diſp.*21. §. *Poteſt.*3.*&* 2.2.*tract.*
Lorca. 1. *de locis diſp.* 1. *n.*8.& alij multi, quos citat,
ac ſequitur Noſter Fr. Antonius à Matre Dei
Fr.Anton. *in Iſagoge Scripturæ Prælud.* 1. *dub.* 2. *n.*31. &
tam conſtanter adhærent multi Auctores
Bañes. huic ſententiæ, ut dicat Bañes citatus oppo-
Azor. ſitam non eſſe tutam, & Azor. *tom.*1. *Inſtit.*
*lib.*1. *c.* 1. *quæſito* 11. contrariam ſententiam
Griſald. non poſſe tuto defendi. Et Paulus Griſaldus
libro deciſ.fidei, §. *verba Scripturæ ſacræ*, oppo-
ſitam ſeotentiam damnat.

65. Probatur primò hæc ſententia, ex Pſal.44.
Pſalm.44. num. 22. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter*
ſcribentis. Ait quòd lingua ſua ſit tanquam ca-
lamus, qui regitur, ac dirigitur ab ſcribente,
calamus non ex ſe, ſed ab ſcribente uſque ad
ultimum apicem accipit, quæ literis mandat.
Theodor. Theodoretus ait io Davidis perſona; *Nihil*
proprium loquor, nec meæ mentis partus effero,
aliùs efficacia lingua miniſtra eſt, & ipſa quidem
calamum imitatur : gratia verò ſpiritus velocem
ſcribam, per hanc, quæ vult, ſcribens. Quòd de
omni ſcriptore Canonico dicunt,& interpre-
D.Thom. tantur ſancti Patres in præſenti, & D. Tho-
mas proœmio in Iſaiam.

66. Probatur ſecundò. Chriſtus Dominus,
Math.10. Matthæi 10. *num.*20.ait ſuis Diſcipulis : *Non*
enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris
2. Petr. 1. *veſtri, qui loquitur in vobis*, & Petrus *epiſt.* 2.
cap. 1. *num.* 21. ait ; *Spiritu ſancto inſpirati lo-*
2.Reg 23. *cuti ſunt ſancti Dei homines*, & 2. Reg. cap.23.
num. 2. ait David : *Spiritus Domini locutus eſt*
per me, & ſermo ejus per linguam meam, &
Jerem.1. Dominus ad Jeremiam 1. num. 9. ait : *Ecce*
Dei verba mea in ore tuo. Qui modus loquendi
indicat, non ſolùm ſenſum, ſed etiam verba,
eorumque diſpoſitionem eſſe à Deo dictante
inſpiratam, ac directam; de ratione enim
verbi eſt, ut procedat ab illo, cujus eſt ver-
bum, tanquam à dicente, ad eumque dicat
relationem originis, ut præclarè notat D.
D.Thom. Thomas *in diſtinct.*27. *quæſt.*1. *art.*2.*& de ve-*
*ritate, quæſt.*4.*art.*1. *&* 4.*contra Gentes, cap.*11.
Ergo quidquid eſt in ſcriptura, eſt dictum ab
ipſo Deo, ad eumque dicit relationem, tan-
quam ad ſuum principium, ac originem.

67. Probatur tertiò. Regius Vates ait Pſal.481.
Pſalm. 48. num.4. *Os meum loquetur ſapientiam, & medi-*
tatio cordis mei prudentiam. Et ſtatim ſubdit,
num. 5. *Inclinabo in parabolam aurem meam.*
D.Chryſ. Ad quem locum meritò D. Chyſoſt. addubi-
tat, quo pacto ſibi Propheta conſtet; nam ſi
os ad loquendum præparaverat, quomodo
nunc aures applicat ad audiendum? ſi Docto-
rem promiſerat : *Os meum loquetur ſapientiam*,
quomodo nunc ſe exhibet auditorem. Ap-
tiſſimè in noſtram ſententiam reſpondet ipſe
Chryſoſtomus & ait : *Valde prudenter hoc fe-*
cit, ne quis exiſtimaret, eſſe humanum, quod di-
citur, & ne haberet ſuſpectam ejus inventionem.
Similiter Theodoretus reſpondet, & ait : Theodor.
Vult dicere ſe nihil loqui proprium, ſed Divinæ
gratiæ inſtrumentum eſſe.

Quartò, ait Deus per Oſeam 12. num.10. 68.
Ego loquutus ſum ſuper Prophetas, & ego viſio- Oſee 12.
nem multiplicavi, & in manu Prophetarum aſſi-
milatus ſum. Illud verbum *ſuper Prophetas*, le-
gunt Septuaginta, Tigurina, Vatablus,& alij Septuag.
per Prophetas. Et ſubdit : *Et in manu Prophe-* Tigurina.
tarum aſſimilatus ſum, id eſt ut explicant No- Vatablus.
ſter D.Cyrillus Alexandr. Procopius, Corne- D. Cyrill.
lius, ac ſi dicat Deus per os, ac manum Pro- Cornel.
phetarum, tanquam per meum organum, ac
inſtrumentum multa ſum loquutus,ac opera-
tus multis ſimilitudinibus, ſignis, ac modis:
In quibus omnibus Deus erat principalis
motor, & agens; ipſi verò Prophetæ ut or-
gana, ac inſtrumenta, quæ ab alio moveban-
tur. Hinc ora Prophetarum dicebantur Dei
ora. *Os Domini loquutum eſt.* Iſaiæ 1. *quaſi os* Iſai. 5.
meum eris. Jerem. 15. Vide quæ ſuprà dixi, Jerem.15.
quæſt. 1. *num.*2. *& quæſt.* 1.

Arguunt primò adverſarij, ex 2.*Corinth.*11. 69.
*n.*6. Ubi Paulus ſe dicit imperitum eſſe ſer- 1. Cor. 5.
mone Domini, quòd explicans D. Hieron. D.Hieron.
epiſt. 151. *ad Algar. quæſt.*10. ait, quòd Apo-
ſtolus hoc dicebat, utpote non multum peri-
tus Græco ſermone, quòd non diceret, ſi
Deus illi verba miniſtraſſet. Et confirmatur,
quia ut ait Gloſſa ad Hebræos 1. *Non eſt mi-* Gloſſa.
randum quòd Epiſtola ad Hebræos majori eluceat
facundia, quam aliæ, cum naturale ſit unicuique
plus in ſua lingua, quàm in alia valere. Cæteras
enim Epiſtolas Apoſtolus peregrino (ideſt Græco)
ſermone compoſuit : Hanc autem ſcripſit Hebrai-
ca lingua. Ergo in eis verba non erant à Deo,
ſed à proprio ſpiritu.

Reſpondetur ad argumentum cum D.Chry- 70.
ſoſtomo Apoſtolum loqui, non ex ſua,ſed ex D.Chryſ.
obtrectatorum ſententia, ut latè probat D. D. Auguſt.
Auguſt. *lib.*4. *de doctrina*, *cap.* 7. & ait : *Fac*
me imperitũ eſſe ſermone, ut mei obtrectatores pu-
tant : at ſcientia non ſum imperitus. Nam Græci
multa verborum phraſi, ac facundia, multó-
que chalamiſtro compoſito ſermone uteban-
tur; inde ſimplicia Apoſtoli verba contemne-
bant,& ideo eum tamquam imperitũ ſermo-
ne putabant, unde ait Apoſtolus, *& ſi impe-*
ritus ſermone, ſed non ſcientia;& inde Apoſtolus
ſua altiſſima ſcientia, & charitate, profectum
quærebat animarum, non verò verborum
ornatum D. Auguſt. *in ſentent. n.*266. ait : *Bo-* D. Auguſt.
norum ingeniorum clara indoles eſt, in verbis
diſcernentium, verum amare, non verba.

Ad confirmationem reſpondetur, aliquos 71.
Scriptores meliùs fuiſſe locutos propria lin-
gua,quàm aliena; Deus enim omnia ſuaviter
diſponit, & maximè ſe attemperat ſcribentiũ
conditioni,& ſuggerit verba prout unicuique
maximè ſunt familiaria, ſecundùm ſuum in-
genium, ac conditionem,ut notat D.Hieron. D. Hieron.
*lib.*1.*adverſus Ruffin.cap.*4.& inde Iſaias ut vir
nobilis educatus in Curia ſublimi,alto utitur
ſermone. Amos 1. ut de paſtoribus Thecue Amos 1.
ruſticanis verbis : eadem manua diverſos ef-
format characteres calamo obtuſo, ac calamo
acuto, juxta diſpoſitionem calami exprimit
characteres;

characteres; ſic & divinus Spiritus diverſo ſtylo libros conſcripſit, accommodans ſe unicuique ingenio, proindéque pro diverſitate miniſtrorum, diverſa verba ſuggerit, pro quo

D. Thom. videndus eſt D. Thom. 2.2. *q.* 169. *a.* 1. *ad* 1.

72. Arguunt Secundò. Si Deus cuncta verba dictaſſet in Scriptura, ſcriptor in ſuis libris non poſtularet veniam, atqui Scriptor aliquando poſtulat veniam, tanquam ſi minus

2. Mach. ult. aliquod dixiſſet, ut patet 2. *Machab. cap. ult. n.* 39. ubi Scriptor poſtulat veniam, dicens: *In his finem faciens ſermonis: & ſi quidem bene, & ut hiſtoriæ competit, hoc & ipſe velim, ſi autem minus bene concedendum eſt mihi.* Quam veniam etiam poſtulat Auctor Eccleſiaſtici in Prologo circa medium.

73. Reſpondetur ad argumentum, negando majorem; nam Scriptor poſtulat veniam, non alicujus lapſus, erroris, ſeu mendacij, quod abſit à ſacro Scriptore, qui regebatur, ac dirigebatur ab Spiritu ſancto; poſtulat tamen veniam de ſtylo, ac phraſi, ſi non fuerit multa verborum copia ornata: nam Spiritus ſanctus ſic aſſiſtebat ſuis Scriptoribus, eiſque dictabat ſenſum, & verba, ut accommodaret ſe eorum ingenio, ac conditioni, eóſque ſinebat ſuis verbis, ſtylo, ac phraſi conſcribere, & ideo pulchrior, ac elegantior eſt ſtylus Iſaiæ, quam Amos, ac aliorum Prophetarum, ut dixi in ſolutione ad primum argumentum.

74. Arguunt Tertiò. Scriptores ſacri in ſuis libris ſcribendis, adhibent ſuam diligentiam, laborem, ac curam; ergo omnia non ſunt illis inſpirata, ſed ex ſua induſtria comparata. Conſequentia bene infert; antecedens probatur. Primò ex Proœmio D. Luc. Secundò ex

2. Mach. 2. Prologo Eccleſiaſtici. Tertiò ex 2. *Machab. c.* 2. *n.* 27. ubi illius Auctor ait: *Et nobis quidem ipſis, qui hoc opus breviandi cauſa ſuſcepimus, non facilem laborem, imò verò negotium plenum vigiliarum, & ſudoris aſſumpſimus.*

75. Reſpondetur, admittendo ſacros Scriptores ſaltem in hiſtoriis, ac rebus naturalibus à ſenſu remotis ſcribendis, aliquem laborem, curam, ac diligentiam impendere ad ipſam ſcriptionem, tunc enim uberior gratia fructificat, ac redundat, cum induſtria noſtra otioſa non jacet. At verò cum manus adhibent ad

D. Ambroſ. ſcribendum ſingula verba divinus Spiritus inſpirat. D. Ambroſ. ſuprà citatus *n.* 64. ſine ullo molimine cœpta complent. In particulari ad loca adducta in argumento. *Ad D. Luc. Proœmium*, ex illo ut notat D. Ambroſ. oppoſitum colligitur, quòd nempe nullus labor fuiſſet impenſus. At id, quod dicitur de Prologo Eccleſiaſtici, ac ex loco adducto ex 2. *Machab.* dicimus, quòd in illis libris componendis, Deus permiſit, ut ille labor ac diligentia impenderetur, tanquam diſpoſitio antecedens, ut per illam mererentur ab Spiritu ſancto illuminari, ac moveri ad ſcribendum.

76.

D. Hieron. Arguunt Quartò. Quia ut notat D. Hieron. *epiſt.* 101. quod ſacri Apoſtoli, ac Evangeliſtæ in referendis teſtimoniis ex veteri Teſtamento non ſemper obſervarunt ordinem verborum, ſed ſenſum; atqui ſi Spiritus ſanctus verba dictaret, in utroque loco eiſdem verbis uterentur; cum ergo ita non fiat, ſignum eſt Deum ſacro Scriptori ſolùm ſenſum, & non verba inſpiraſſe.

Reſpondetur totum eſſe factum alto, & divino inſtinctu: nam ut ait D. Aug. in Pſal. 46. 77. D. Auguſt.
Una, eadémque res interdum multis modis dicitur, ut mos ipſe dicendi propter faſtidium varietur, & propter concordiam fides teneatur. Alto, & divino conſilio ſic factum eſt, ut videatur integra, & pura fides Scripturæ, quòd quamvis variis modis dicatur, ſemper in illis eſt una, eadémque fides. Deinde valde frequenter Auctor referens ſuam ſententiam, non ſemper eiſdem verbis utitur, ſed variata verborum phraſi idem ſenſus retinetur, & dum res dicitur variis, ac diverſis verbis faciliùs, ac magis intelligitur, & capitur.

Arguunt Quintò, quia non ſemper videtur requiri inſpiratio divina, ad hoc ut Scri- 78.
ptura ſit ſacra; ergo multo minus requiruntur verba inſpirata. Antecedens probatur ex illo Pauli 1. Corinth. 7. num. 12. *Cæteris ego* 1. Cor. 7.
dico, non Dominus; ergo illa verba non erant Domini, ſed ipſius Pauli.

Reſpondetur, negando antecedens; & ad lo- 79.
cum Pauli reſpondet Petrus Montoya *de con-* Montoya.
cordia ſacrar. editionum lib. 1. *contr.* 5. omnia illa verba eſſe Dei, dicit Apoſtolus, *De cæteris ego dico, non Dominus*: id eſt ego conſulo, Dominus non præcipit, ut interpretatur D. Thom. Et al- D. Thom.
terius, eſt explicandum. Dixerat ſupra Apoſtolus *n.* 10. de matrimonio conjunctis: *Præcipio non ego, ſed Dominus uxorem à viro non diſcedere.* Et poſteà ſubdit: *De cæteris autem*, id eſt, non conjugatis, *Dico ego non Dominus*; id eſt conſulo ego, ut ſic ſemper permaneant, ſed Dominus non præcipit, ſicut infra ait, n. 25. *De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do.* Apponit Apoſtolus in præſenti innuptos cum his, qui matrimonio ſunt conjuncti: nam uxoratis ait, præcipit Dominus, non ego. At de non conjunctis matrimonio ait, conſulo ego, Dominus non præcipit, *De cæteris dico ego, non Dominus.*

Arguunt Sextò. Ad hoc ut Deus dicatur 80.
loqui *per os Prophetarum ſat eſt*, quod eis inſpiret rei ſententiam, & ſenſum. Nam Petrus dicitur moraliter loqui per ſuum procuratorem, ei ſi mandatur talis rei executio, quamvis in particulari non determinet verba. Ad argumentum reſpondetur negando antecedens, quia Petrus agit in ſuum procuratorem moraliter per commiſſionem, & mandatum illi commiſſum; at Deus cum Scriptore Canonico ſe habet phyſicè, & realiter per ſpeciem, vel alio modo, per quam illi manifeſtat ſuum conceptum, & homo ſolum eſt inſtrumentum, ſeu calamus, quo mediante Deus loquitur nobis, & ad hoc non ſufficit tantùm ſententias inſpiraſſe, ſed etiam ulteriùs requiritur ſingula verba dictaſſe.

QUÆSTIO VII.

An, ut aliqua Scriptura ſit, & dicatur divina ſufficit, quod poſtquam illa eſt ſcripta humano ſpiritu, Deus illam approbet?

SUMMARIUM.

81 *Prima ſententia affirmat.*

82 *Proponuntur tria fundamenta hujus ſententia, & n.83.*
84 *Secunda ſententia, & vera negat.*
85 *Sententia Sacerdotum approbata à Deo non ſunt Scriptura.*
86 *Scriptura intrinſecè, & eſſentialiter, cum ſit Verbum Dei, debet procedere ab ipſo, ad illúmque dicere relationem originis*
87 *Ex eo quod Deus approbet ſcripta D. Thome, non inde ſunt Scriptura.*
88 *Ex eo quod cenſor approbet librum, non inde dicitur illius Auctor.*
89 *Dicta Philoſophorum prout ab ipſis ſunt dicta, nullam habent auctoritatem; prout referuntur ab Scriptore Canonico multam, & num.90.*
91 *Scriptura approbata à Deo eſt certiſſima veritatis, tamen Deus non poteſt dici illius Author.*

81. Bonfrerius. Nieremb. PArtem affirmantem tenent Bonfrerectus *in Prologo c.8. ſect. 3.* Niceremberg. *de orig. ſcript.* Et probant primò hanc ſuam ſententiam. Quia valdè celebris eſt illa Epimenidis
Ad Tit. ſententia, quæ habetur ad Titum 1. num. 12.
Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Et ſimilia, quæ dicta ſunt ab Auctoribus prophanis, & tamen modò habentur, ut Scriptura ſacra, ac Verbum Dei, ex eo quia per Apoſtolum Paulum, tanquam per ſuum ſcribam, ac organum illas approbavit, ac veras eſſe teſtatur Deus.

82. Secundò. Liber ſecundus Machabæorum, abſque dubio Scriptura ſacra, ac Verbum Dei eſt, & tamen ſecundus liber Machabæorum breviori ſtylo deſumptus eſt ex quinque libris
2 Mach. 2. Jaſonis Cirinei, ut dicitur eodem *lib. 2. Mach. c. 2. n. 24.* Et tamen Jaſon Cirineus, ut Auctor Canonicus, ac ſacer non fuit, ea tamen, quæ ex ejus libris in hoc ſecundo Machabæorum breviata ſunt, Deus approbavit, ſuntque jam abſque dubio Verbum Dei, & Scriptura ſacra; ergo ſufficit ipſa approbatio Dei.

83. Probatur. Tertiò. Quia hæc Scriptura à Deo approbata, tam eſſet infallibilis veritatis, ac ſi ab Spiritu ſancto fuiſſet dictata, ac cōſcripta, ſicut ſi ille, qui à ſecretis Regis eſt, ex propria mente epiſtolam aliquam ſcribat, talis epiſtola Regis erit, ac dicetur, ſi illam Rex poſteà approbet, & ſubſcribat; & ejuſdem auctoritatis erit, ac ſi Rex illam proprio marte dictaret, ac ſcriberet.

Secunda, & vera ſententia negativa tenet,
84. quòd non ſufficit, ut aliqua Scriptura propriè, & intrinſecè dicatur ſacra, ac divina, & Verbum Dei; quòd cùm ſit ſcripta, & effecta ſpiritu humano, Deus poſteà illam approbet, & nihil in ea eſſe falſum dicat. Ita ex-
Peres. preſsè ducent Antonius Peres *in Pentat. fidei*
Seratius. *volum. 3. dub. 12. cap. 7.* Seratius *in Prolog.*
Lorca. *c. 4. q. 15.* Lorca *2. 2. tract. 1. de locis diſp. 1. n. 8.*
A Cruce. Ex noſtris Andreas à Cruce *1. p. q. 1. art. 10.*
A Matre Dei. *num. 238.* Antonius à Matre Dei *in Iſagogem Scripturæ Prælud. lib. 3. num. 40:* in hac ſententia ſunt omnes Sancti Patres, ac Doctores, quos citavi ſuperiori *quæſt. num. 64.* Qui aſſerunt de ratione divinæ Scripturæ eſſe eſſe quòd Deus Scriptori ſacro non ſolùm ſententias, ſed etiam ſingula verba, ac eorum ordinem inſpiret, & dictet.

Probatur hæc ſententia. Primò. In cauſa 85.
dubia mandat Deus, ut judicia, ac ſententiæ Sacerdotum requirantur, & pro illis ſtandum, minimèque ab illis recedendum. Sic ait Deus.
Deuter. 17. num. 9. *Veniéſque ad Sacerdotes, &* Deuter. 17.
facies quodcunque dixerint, ſequeriſque ſententias eorum, nec declinabis ad dexteram, nec ad ſiniſtram. Et inſuper mandat Dominus, qui ipſorum judicio obedire noluerit, morte puniatur, & quamvis Sacerdotum ſententiæ tam rigidè, ac ſublimè ſint à Deo approbatæ; nullus dicet tales ſententias eſſe Dei, ſed tantùm Sacerdotum; ergo ſola approbatio non ſufficit, ut tales ſententiæ Dei dicantur, ac illius eſſe verbum, cùm illud non concepetit, ac protulerit Deus immediatè.

Probatur Secundò. De eſſentiali verbi ra- 86.
tione eſt, ut intrinſecè, & propriè procedat ab eo, cujus eſt verbum, ad eúmque tanquam à dicente dicat relationem originis, ut ad ſuum principium, à quo manat, ut docet
Divus Thomas *in 1. diſtinct. 27. quæſt. 2. art. 2.* D. Thom.
Sed per hoc, quòd Deus approbet aliquam Scripturam propriè, & intrinſecè, non ſunt Dei Verbum, neque Scriptura ſacra, & divina eſt dicenda, neque Deus illius Auctor eſt dicendus, cum talis Scriptura non ſit ab ipſo ut dicente.

Probatur Tertiò, ex eo quòd Deus ſcripta 87.
Angelici Doctoris approbaverit: *Bene ſcri-*
pſiſti de me Thoma. Quæ revelatio maximè eſt D. Thom.
approbata ab Eccleſia, & habetur in Brevia- Eccleſia.
rio; & tamen nullus dicet ſcripta Angelici Doctoris eſſe Verbum Dei, ac Scripturam ſacram; ergo non ſufficit ſola Dei approbatio, ad hoc ut aliqua Scriptura dicatur, ac ſit ſacra, ac Verbum Dei.

Quartò. Cum cenſor alicujus approbat li- 88.
brum, teſtatur ipſum eſſe legitimæ, & veræ doctrinæ, in eóque nihil eſſe alienum à fide, veritate, ac bonis moribus, non inde talis liber dicitur cenſoris, aut ipſius verba cenſori attribuuntur, ſed ſemper liber, ipſiuſque verba ſunt ſui primi Scriptoris, ac Auctoris; ſed ſolùm per approbationem conciliatur libro majus robur, ac auctoritas, quod in eo inoffenſo pede omnia ſint conſona fidei, ac bonis moribus; ergo ex eo quòd Deus Scripturam humano ſpiritu confectam approbat, ſolum corroborat, ac confirmat, in ea nihil diſſonum haberi, tamen ex vi hujus approbationis, non dicitur ipſius Auctor, ſed ſemper talis Scriptura illius eſt, qui pro ſua induſtria illam ſcripſit, ſuóſque exprimit mentis conceptus, ac partus.

Ad primum argumentum ex Apoſtolo 89.
Paulo ad Titum. Illud dictum, *Cretenſes ſem-*
per mendaces, &c. eſſe proloquium Epimeni- Epimenid.
dis Poëtæ, ac proinde ut dictum eſt ab ipſo Gentili, nullam habet auctoritatem, at verò prout refertur, & ſcribitur ab Apoſtolo illuminato ab Spiritu ſancto, qui ejus mentem, & calamum dirigebat, & gubernabat, non ſolùm quoad ſenſum, ſed etiam quoad verba, eorúmque ordinem, & diſpoſitionem, eſt Scriptura ſacra Canonica, ac Dei Verbum, utpote ab ipſo dictante, & ideo immediatè ſubdit Apoſtolus, poſtquam dixit *Malæ beſtiæ,*
ventres pigri, addit: *Hoc teſtimonium verum* Ad Tit. 1.
eſt. Sic idem Apoſtolus ait Actor. 4. num. 28. Actor. 17.
Sicut

ſicut quidam veſtrorum Poëtarum dixerunt,
ipſius enim genus ſumus, prout illud fuit di-
ctum ab Arata Poëta, nullam habebat aucto-
ritatem, prout verò refertur ab Apoſtolo, ei
Sanch. Serarius. Bellarm. Cornelius tribuit auctoritatem Canonicam, utpote di-
ctum à Poëtis. Ita Sanchez, Serarius, Bellarm.
Cornel. *ad* 2. *Machab.* ſtatim citandi.

90. Ad ſecundum patet reſponſio ex proximè
dictis ad primum. Quanquam ille liber Jaſo-
nis Cyrinei, nullam habeat auctoritatẽ Cano-
nicam, tamen illa, quæ ex eo Iudas Auctor ſe-
cundi libri Machabæorum deſumpſit Spiritu
S. illuminante, ac dirigente ejus mentem, &
calamum uſque ad ultimum apicem, vera, ſa-
cra ac Canonica ſunt, non prout ſunt dicta à
Iaſone Cyrineo, ſed prout ſunt inſpirata, ac
ſcripta ab Spiritu ſancto, per ejus ſcribam, ac
miniſtrum, ſicut cùm introducitur ſerpens lo-
Geneſ. quẽs mulieri: *Eritis ſicut Dij.* Gen. 2. prout dicta
ſunt à ſerpente nullam, habent ſacram aucto-
ritatem, maximè verò prout ſunt ſcripta ab
Auctore Canonico, regente, ac dirigente ejus
manum Spiritu Sancto. Et quamvis demus,
quòd ille liber Iaſonis Cyrinei habuerit ali-
qua falſa, tamen ea, quæ Auctor ſecundi libri
Machabæorum de eo deſumpſit, ſunt veriſſi-
ma, ac certiſſima, ſicut liber Henoc eſt apo-
cryphus, tamen ea, quæ Apoſtolus Iudas *in ſua*
Iud. Apoſt. *Canonica, n.* 14. de eo refert, ſunt infallibilis, ac
certiſſimæ veritatis.

Ad tertium reſpondetur concedendo ante-
91. cedens, quia ille liber, ſeu illa Scriptura pro-
bata Deo, continet infallibilem, & certiſſi-
mam veritatem, quia Deus non poteſt appro-
bare, id, quod eſt falſum, & alienum à verita-
te, tamẽ talis Scripturam non erit divina, & ſa-
cra, quia ad Scriptura ſanè duo requiruntur,
infallibilis veritas, & ut Deus ſit illius Au-
ctor dictans, & inſpirans non ſolùm ipſum
verũ ſenſum, & verbũ uſque ad ultimũ apicẽ
Id quod dicitur de illa Epiſtola, verũ eſt quod
habebit auctoritatem regiam, & dicetur ſub-
ſcripta à Rege, non tamen ſubſcripta ab ipſo.

Quæstio VIII.

De cognitione prophetica varia dubia reſolvuntur.

SUMMARIUM.

92 *Etymologia nominis Prophetiæ.*
93 *Quid ſit Prophetia.*
94 *Quod ſit ejus objectum formale, & materiale.*
95 *Quæ comprehendantur ſub Prophetia.*
96 *Tripliciter res manifeſtantur ſub Prophetia.*
97 *Lumen propheticum, & fidei diſtinguuntur, non accidentaliter, ſed eſſentialiter, & n. 98. 99.*
100 *Ponuntur aliqua diſcrimina inter Fidem, & Prophetiam.*
101 *In quibus conveniant Fides, & Prophetia.*
102 *De ratione Prophetæ eſt, ut intelligat, & cognoſcat ea, quæ vaticinatur.*
103 *Ordinariè loquendo non requiritur, ut intelligat ſecundum omnem ſenſum.*
104 *Revelationes propheticæ poterant eſſe abſtractæ, & obſcuræ, ita de facto ordinariè, & n. 105. 106.*

107 *Aliquando etiam poterant eſſe claræ, & evidentes, & n. 108.*
109 *Quod fieri poteſt triplici modo, & n. 110.*
111 *Prophetæ poſt ſuas revelationes de illis recordabantur.*

Circa Etymologiam nominis Prophetiæ, 92.
variæ hujus nominis ſunt derivationes,
ut videre eſt apud Suar. *tom.* 1. *de fide tr.* 1. *diſp.*
8. *ſect.* 3. *n.* 1. Illa tamen aptior videtur, quæ fa-
cit derivationem à verbo Græco, quod eſt *præ-*
dicere, ac proinde Propheta eſt ille, qui futura
prædicit; hanc derivationem tenent, & appro- D. Greg.
bant D. Gregor. *homil.* 1. *in Ezechiel* D. Iræneus D. Iren.
lib. 4. *cap.* 37. & cum hac coincidit alia etymo- D. Iſidor.
logia, quam ex Iſidoro *lib.* 7. *etymolog. cap.* 8. D. Thom.
tradit D. Thom. 2. 2. *q.* 171. *art.* 1. à verbo Græco
Pro, id eſt, *Procul videns.*

Prophetia juxta D. Thom. proximè citata
q. 171. *art.* 1. eſt cognitio quædam ſupernatura- 93. D. Thom.
lis in divina revelatione fundata rerum, quæ
procul diſtant ab hominum notitia. Dicitur
cognitio ſic frequenter apud Prophetas Iſai. 1. Iſai. 1.
Viſio Iſaiæ, quam vidit. Ezech. 1. n. 4. *Et vidi, ec-* Ezech. 1.
ce ventus. Dan. 1. n. 17. *Dedit autem Deus Da-* Daniel. 1.
nieli intelligentiam omnium viſionum. Et hæc
cognitio eſt certa, & infallibilis, quæ reddit
intellectum certiſſimum de re revelata. Ita D. D. Thom.
Th. *q.* 174. *n.* 3. D. Iren. *l.* 4. *c.* 42. 43. & ideo ſæpè D. Iren.
Prophetæ loquuntur de re futura, tanquam de
præterita, ut notant D. Epiph. *hæreſ.* 79. D. Aug. D. Epiph.
epiſt. 57. & talis cognitio non ſolùm reddit in- D. Auguſt.
tellectum certum de re revelata, ſed etiam de
ipſo revelante, quòd ſit Deus, ut docet D. Th. D. Thom.
citata q. 171. *art* 5. & apertè ſequitur ex antece-
denti. Quia non poteſt eſſe judicium certum,
& infallibile rei revelatæ, niſi eadem certi-
tudine judicetur Deum eſſe revelantem.

Quòd autem hæc cognitio ſit ſupernatura-
lis, patet; quia objectum formale propheticæ 94.
cognitionis, eſt *Deus revelans*, ſeu auctoritas
Dei revelantis. Ita D. Th. 2. 2. *q.* 171. *art.* 3. *ad* 3. D. Thom.
concluſio eſt de fide, addit Suar. citata *diſp.* 3. Suar.
ſect. 3. *n.* 10. Patet. Luc. 1. *Locutus eſt Deus per* Luc 1.
os Sanctorum qui à ſæculo ſunt, Prophetarum ejus. 2. Petr. 1.
2. Petr. 1. *Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſan-*
cti Dei homines. Et ex multis aliis, quæ adduxi
quæſt. 1. *num.* 1. & *quæſt.* 2. *in principio.* objectum
autem materiale eſt ipſa res revelata.

Sub Prophetiæ objecto non ſolùm cadunt
futura, ſed etiam ea quorum notitia naturaliter 95.
haberi non poteſt, ut ſunt ſecreta cordium
præterita, & à loco diſtantia: nam licet hæc
objecta naturalia reſpectu aliquorum, nempe
reſpectu illorum, quibus illa ſunt præſentia,
tamen reſpectu aliorum, quibus illa ſunt re-
mota, & abſcondita, ſunt objecta Prophetiæ
ſecreta Cordium, ſunt præſentia habentibus
illa; & quæ in India fiunt modò, & ante mille
annos facta ſunt præſentia ſunt exiſtentibus
in India, vel illis, qui in tali ſæculo vixerunt;
at verò reſpectu eorum, qui maximè diſtant,
v.g. in Hiſpania habitant, vel in hoc ſæculo
degunt, ſunt objectum Propheticæ cognitio-
nis, ſic Moyſes ſpiritu prophetico ſcripſit to-
tum librum Geneſeos, cujus geſta multa mil-
lia annorum floruerunt ante eum. Sic & Eli-
ſeus agnoſcebat ſecreta Conſiliorum Regis 4. Reg. 6.
Syriæ. 4. *Reg.* 6. *n.* 12.

Varij modi quibus objecta Prophetiæ proponuntur.

96. D. Thom. Tripliciter Deus manifeſtat objectum Prophetiæ, ut explicat D.Thom.2.2.*q.*174.Tripliciter. Primò. *Intelligibiliter*, ut cùm Deus in intellectu infundit novas ſpecies intelligibiles, vel priſtinas coordinat ad novam veritatem exprimendam. Secundò. *Imaginariè*, infundendo in phantaſiam nova phantaſmata, aut antiqua coordinando ad novam veritatem repræſentandam. Tertiò. *Senſibiliter* producendo ſenſibiles ſpecies ab ipſo ordinatas, ad aliquam veritatem ſignificandam; ut cum per flammā rubi manifeſtavit ſe Moiſi *Exod* 3. Per ollam ſuccenſam revelavit Ieremiæ 1. Civitatis incendium. Per campum mortuorum oſſibus plenum, quæ ad verba Ezechiel. 37. revixerūt, ſignificavit Deus, Spiritum, quem erat ipſe daturus Populo ſuo. Per Scripturam in pariete exaratam, manifeſtavit. Daniel 5. amiſſionem Regni, & mortem Regis Baltaſſar. Fiebant autem hujuſmodi ſenſibiles, & imaginariæ apparitiones miniſterio Angelorum, ut docet D. Thomas 2.2. *q.* 172. *art.*2. & colligitur ex *Actorum cap.*7. ubi dicitur, quod Angelus apparuit Moiſi in rubo.

Exod. 3. Jerem. 1. Ezech. 37 D.Thom. Act. 7.

In quo Prophetia differat, & conveniat cum fide.

Ex dictis patet Prophetiam non diſcriminari à Fide, neque quoad objectum formale ſaltem principale, quod eſt prima veritas revelans; neque quoad materiale, v.g *In principio creavit Deus cœlum, & terram*; quoad Scriptorem Canonicum, & quoad nos, niſi tantùm in modo proponendi, quia objectum materiale fidei de lege ordinaria proponitur ab Eccleſia credendum, objectum Prophetiæ ab ipſo Deo miniſterio Angelorum; ſolùm ergo diſcrimen eſt penes lumen, an unus differat eſſentialiter ab alio.

97. Gen. 1.

98. Suar. Vaſq. Abul. Suarez *tom.*1. *ad* 3.*p. diſp.*21.*ſect.*1. & 1. *de fide diſp.*8 *ſect.*5 & Vaſq.3.*p.q.*7.D.Thom. *art.* 8. docent diſcrimen eſſe accidentale. Ita Abulenſ. *in cap.*11.*Numer.q.*64. qui ob hanc cauſam Prophetiam in Chriſto eſſe negavit, quia putavit de ratione ejus eſſe obſcuritatem. At è contra Cajetanus 2.2.*q.*171.*art.*5. Bañes *ibi q.* 1. *art.*1.*dub.*4. Petrus Hurtado de Incarnat. *diſp.*51. Amicus *tom.*4.*diſp.*12. *de fide n.*27. dicunt diſcrimen eſſe eſſentiale; & hæc ſententia videtur probabilior.

Caiet. Bañes. Hurt. Amicus.

99. Primò. Quia in Chriſto fuit lumen propheticum, in quo non fuit lumen fidei; ergo unum eſt ſeperabile ab alio. Secundò. Lumen fidei ſolùm inclinat intellectum ad aſſentiendum objecto revelato propter teſtimonium Dei revelantis. At lumen Prophetiæ reddit etiam certum intellectum de ipſo objecto revelato, ac de illius ſignificatione, intelligentia, ac cognitione, ut ſtatim dicam, & inſuper quod talis revelatio ſit à Deo. Atqui lumen, quod natura ſua non ſolùm inclinat intellectum ad aſſentiendum revelatæ veritati, propter auctoritatem revelantis, ſed etiam illum certificat, tum de revelatione Dei, tum etiam de ſignificato ipſius rei, eſſentialiter diſtinguitur ab eo lumine, qui ſolum reddit intellectum certum de teſtimonio, & auctoritate dicentis; ergo utrumque lumen eſſentialiter differunt: nam utrumque lumen habet differentias inter ſe eſſentialiter diſtinctas.

Sunt etiam alia diſcrimina inter fidem, & Prophetiam. Primò. Fides dirigitur ad juſtificationem propriam credentis; Prophetia ad utilitatem, ac emendationem aliorum. Secundò Lumen fidei non ſolùm eſt actuale, ſed etiā habituale, Propheticum verò in homine puro eſt tantùm actuale, nō quod habituale implicet, ut videtur ſentire Caietan. 2.2.*q.*171.*art.*2 & cum eo Amicus citatus *n.* 31. alioquin nec in Chriſto potuiſſet eſſe habituale, ſed quia ordinariè loquendo non ita expedit. Hinc fit, ut non ſemper ſit in poteſtate Prophetæ occulta prædicere; ſed quando Deus illi ea revelat, & ideo Eliſæus dixit ad puerum ſuū Giezi 4.*Reg* 4. *Dominus celavit à me, & non indicavit mihi.* Tertiò. Actus fidei eſt liber: propheticus ſaltem quoad apprehenſionem veritatis ſignificatæ, & atteſtationis Dei loquentis, eſt neceſſarius; tamen judicium, ſeu intelligentia de re revelata, ſi ea evidenter non revelerur, poteſt eſſe liber, ſaltem quoad exercitium. Quartò. Ut docet D. Thom. 2.2.*q.*173, *art.*4. Deus inclinat, & movet mentem Prophetæ, non ſolùm ad apprehendendam veritatem revelatam, eíque certò aſſentiendum, ſed etiam ad illam loquendam, & manifeſtandam aliis, vel ad aliquid faciendum, juxta diſpoſitionem divinam; at movet, & inclinat Deus mentem credentis, ſolùm ad aſſentiendum veritati ſufficienter propoſitæ. 100. Caiet. Amic. 4.Reg 4. D.Thom.

Conveniunt autem fides, & Prophetia. Primò, quia neutri poteſt ſubeſſe falſum; utraque nititur auctoritati divinæ, cui omnino eſt impoſſibile aliquid falſum ſubeſſe. Secundò, fides, & Prophetia habent æqualem certitudinem, quidquid in contrarium dicant *Caietan. Bañes, Hurtado.* Utraque enim fundatur in auctoritate Dei revelantis, & eſto aliqua Prophetia innitatur in clara Dei viſione, illa clara viſio, ac cognitio in actu Prophetæ non auget certitudinē ſupra certitudinem fidei, quia Deus tam verax eſt, & teſtificans, ac ſe manifeſtans; tamen ut notat Suarez *citata diſp.* 8. *ſect.*5.*n.*18. Illa Prophetia, quæ fundatur in evidentia in ratione entis perfectior erit fide, ſuperat enim ipſam in evidentia. Tertiò. Utraque eſt actus naturalem vim excedens, & tam fides, quàm Prophetia ſupernaturalis eſt ratione objecti, ut eſt dictum. Quartò. Quia utraque ceſſat in patria, juxta illud 1.Corinth.13. *Prophetia evacuabuntur*; tum quia utraque cognitio, ſaltem de lege ordinaria, & in puro homine, aliquid habet obſcuritatis, quæ in patria ceſſat. Tum maximè, quia ut docet Divus Thomas 2. 2. *quæſt.*174. *art.*5. Prophetia eſt cognitio eorum, quæ procul ſunt à ſtatu cognoſcentis. In patria autem nulla veritas erit procul à ſtatu beati; videnti enim eſſentiam divinam, nulla veritas eſt procul, ſed præſens beato; unde ibidem *ad* 3, docet Divus Thomas, in Chriſto fuiſſe Prophetiam, non qua erat comprehenſor, quia ſic nulla veritas erat ei procul, ſed ut erat viator. Quintò. Quod per utramque debet homo intelligere, quæ credit, vel vaticinatur: unde

101. Caiet. Bañes. Suar. 1.Cor.13. D.Thom.

Digitized by Google

onde inquirendum eſt quam cognitionem habeat Propheta de re vaticinata.

De cognitione Prophetica.

102. Hanc quæſtionem jam tractavi Opuſculo primo *q.1. à n.75.76.*& deinceps, ubi cum D. Thom.22. *q.173. art.4.*ac communi ſententia Theologorum dixi de ratione Prophetæ eſſe, ut cognoſcat, ac intelligat ea, quæ dicit, vel facit, & ideo ait S. Doctor, quòd nec Balaam, nec Caïphas, nec milites nolentes dividere veſtimenta Chriſti fuerint Prophetæ, cùm non intelligerent myſteria, quæ ſub verbis, vel factis continebantur; & ideò Prophetæ communiter appellabantur. D.Thom.

103. Tota difficultas eſt; an ad rationem Prophetiæ pertineat, ut rem à ſe vaticinatam intelligat ſecundùm omnem ſui ſenſum, cùm Scripturæ ſenſus multiplex ſit? Multi Doctores partem affirmantem tenent. Communis ſententia negat; non enim requiritur, ut intelligat ſecundùm omnem ſui ſenſum, ſed ſecundùm aliquem, prout Spiritus ſanctus illuminaverat. At verò in Prophetis majoribus major debet admitti cognitio in multiplici ſenſu, prout eorum dignitas poſtulaverat. Vide dicta citato loco *n.77.78.79.* & hoc etiam tenet Lahay *Prol. in Bibliam Maximam ſect.10. cap.7. §. Inquires ſecundo.* Lahay.

104. Difficultas verò eſt, an in Prophetis talis cognitio eſſet intuitiva, vel abſtractiva. Pro quo. Primò Dico, quod revelationes Propheticæ poterant eſſe obſcuræ, & abſtractivæ, & ita de facto ordinariè loquendo ſæpè contigiſſe. Ita Suar. *de fide diſp.8. ſect.5. n.2. & 3.* Prima pars concluſionis probatur. Quia Prophetæ potuerunt habere à Deo revelationem hujus veritatis, *Antichriſtus erit*, ſicut & nos habemus revelationem ejuſdem propoſitionis per fidem, ſed noſtra cognitio eſt obſcura, cum ſit ex fide ita etiam & illorum. Suar.

105. Probatur ſecunda pars, quia promiſſiones factæ Abrahamo *Gen. 15.17. & 18* fuerunt & revelationes Propheticæ, utpote de futuro eventu, ut docet D.Tho.2.2.*q.171.a 5.* & tamen Abrahamus dans illis fidem, magnum habuit meritum. *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam.*Rom.4.n.11.Heb.11.n.8. Jacobi 2.n.120 ergo tales revelationes, cùm inſervirent ad meritum, fuerunt obſcuræ; & idem dicendum de aliis revelationibus, quæ fuerunt factæ aliis Patribus. Idem etiam dicendum de revelatione facta Beatiſſ. Virgini Mariæ per Angelum de Conceptione Sacratiſſimi filij ſui, quæ non fuit cum evidentia: nam conſenſus, quem Beatiſſima Virgo præſtitit, fuit maximè meritorius, & plus in eo meruit, quàm omnes Sancti, omnibus ſuis actibus, ac meritis, ut ex D. Bernardino dixi *tom.1.in Evang lib.1.cap.5.q.57.n.164.* Geneſ. 15. D.Thom. Geneſ. 15. & 17. Rom. 4. Hebr. 11. Jacobi 2.

106. Pro quo nota cum D.Chryſ. in exordio concertationis in Iſaiam, ut jam dixi, Prophetas dici videntes, non quia ſemper clarè viderint, ſed quia tanta certitudine audiebant, ac ſi viderēt, & D.Hier. *in* c.1. *Iſaiæ*, & in Abdiam Prophetam, explicans vocabula illa Prophetarum *viſionis, videndi*, ait uti illis verbis propter certitudinem, non propter claritatem, eò quòd ſenſus viſus omnium certiſſimus conſiſtit. D.Chryſ. D.Hieron.

107. Dico 2. Revelationes propheticas potuiſſe eſſe claras, & ita aliquando de facto fuiſſe. Ita Suar *ſect.5.n 5. & 6.* & citat Scot. Capreol. Majorem, & in eadē ſententia eſt Arriaga *de fide diſp.10. ſect. 2. à n. 37.* Probatur prima pars. Chriſtus D. fuit verus Propheta Deut.18. *Prophetam ſuſcitabit Dominus de fratribus veſtris*; quod de Chriſto D. interpretatur. S. Steph. *Actor.* 7. & Chriſtus D. *Math.* 18. ſe ipſum Prophetam appellat: *Non eſt Propheta cum honore in patria ſua.* Nec poteſt dici hoc fuiſſe in Chriſto per viſionem beatificam, quia ut docet D.Th.3. *p.q.4. art.*8. Chriſtum ut Prophetam ejus cognitionem non fuiſſe per viſionem beatificam. Confirmatur, quia nulla aſſignabitur repugnantia, ob quam Deus de myſteriis ſupernaturalibus puro viatori poſſit communicare evidentem notitiam extra viſionem beatam; hoc enim nec repugnat ex parte Dei, nec ex parte potentiæ, talis viſio poteſt fieri intellectualiter, & totum maximè corroboratur in ſcientia infuſa animæ Chriſti Domini. Suarius. Arriaga. Deuter. 18. Actor. 7. Math. 18.

108. Probatur ſecunda pars concluſionis ex variis modis, quibus hæc cognitio prophetica poteſt contingere explicatis ſupra num. 96. Primò, quando intellectus ſic illuſtratur, & elevatur, ut ſine operatione Phantaſiæ, rem cognoſcat per ſpecies infuſas, quod valdè rarum eſt, & conceſſum videtur D. Paulo, quando raptus eſt in tertium cœlum, & audivit arcana verba, quæ non liceat homini loqui 2. *Cor.* 12. *n.* 2. Hunc etiam modum conceſſum fuiſſe B. Virgini poſt verbi Incarnationem, ut myſterium ipſum clarè per intellectum cognoverit, & viderit, tenet Suar.3.*p q.30. art.4. diſp.9. ſect.*2 & ego ipſe *tom.6. in Evang.* 2. Cor. 12. Suar.

109. Secundus modus eſt, quando phantaſia intellectui cooperatur, non quòd intellectus moveatur à phantaſia, ſed quòd ipſa phantaſia moveatur, & applicetur ab intellectu, ut ſecū operetur, & concurrat ad intellectionem, & viſionem propheticam. Talis fuit viſio Iſaiæ c.6. ut docet ibid. D.Hier. & Corn. *Proœmium in Prophetas n.*11. Ibi enim vidit tres Perſonas Divinas in una eſſentia, ut ibi communiter docent Doctores, & ſi quæ fuerint ei ſimiles, & æquè ſublimes. Hic autem modus non fit ab Angelo, ſed ſolùm à Deo; ſolus enim Deus illabi poteſt menti, ac intellectui, eique immediatè lumen, & ſpecies infundere. D. Hieron. Cornel.

110. Tertius modus per ſpecies coordinatas in phantaſia ab Angelo, vel alias denuo infuſas, & adjuta divinitus ipſa phantaſia, ut dixi de viſione facta Joanni in Apocalypſi *tom. 1. in ejus proœmio, q.* 7. quo poſito apertiſſimè, ac clariſſimè Prophetæ res videbant, tanquam ſi per figuras externas repræſentarentur res. Sic Jeremias 1. *Vidit ollam ſuccenſam, virgam vigilantem.* Sic. Ezech. 1. *Vidit currum, & quatuor animalia.* Dan. 2. & 4. *Regis ſomnium, & arborem.* Vel per ſpecies externas exterioribus ſenſibus objectas, ut Moyſes vidit rubum ardentem, qui nō comburebatur. *Exod.* 3 & Balthaſſar vidit manum hominis ſcribentem literas in pariet., quas interpretatur *Dan.*5. & quamvis hujuſmodi ſpecies poſſint immediate infundi, ac excitari à Deo, hoc communiter non fit, niſi miniſterio Angelorum, ut docuit D. Dion. *de cœleſti Hierarch.c.4.* D.Aug. *lib.3. de* Jerem. Ezech. 1. Daniel. 2. & 4. Exod. 3. Daniel. 5. D. Dion. D.August.

D. Damaſc. *Trinit. c. ult.* Damaſc. *lib. 2. de fide*, & per has
ſpecies in phantaſia fiebant apparitiones no-
ſtris Sanctis Tereſiæ, & Magdalenæ de Paz-
zi, dum vidit Angelum cor tranſverberan-
tem, & Chriſtum in manibus clavum dan-
tem, & ſic in ſimilibus.

111. Quæres, an Prophetæ recordarentur de re-
velationibus ſibi factis, ordinariè? Reſpon-
detur affirmativè, quia de talibus revelatio-
nibus, poterant in memoria ſpecies rememo-
rativæ permanere. Sic Jacob recordabatur de
revelatione ſibi facta revertendi in terram
Geneſ. 31. ſuæ nativitatis. *Gen. 31. n. 13.* Joſeph etiam
optimè recordabatur revelationis circa ſig-
gnificationem vaccarum, & faciebat provi-
Geneſ. 42. ſionem in futurum. *Geneſ. 42. n. 48.* Sic & Jo-
nas in navi recordabatur ſibi eſſe dictum à
Joan. 1. Deo ut iret in Ninive *cap. 1. n. 10.*

QUÆSTIO IX.

Sacra Scriptura valdè difficilis, & clauſa.

SUMMARIUM.

112 *Sacra Scriptura ob ſui obſcuritatem corvo comparatur.*
113 *Dicitur abyſſus myſteriorum Dei.*
114 *Ob ſui profunditatem dicitur clauſa, & ſignata.*
115 *Et ob hanc difficultatem Diſcipuli rogabant Chriſtum, ut eis diceret, & explicaret parabolas.*
Inde pro magno dono poſt reſurrectionem eis Chriſtus aperuit ſenſum ut Scripturas intelligerent. Ibid.
116 *Patres magnam difficultatem agnoſcunt.*
117 *Argumentum, quia Patres multoties Scripturas dicunt claras.*
118 *Deus in Scripturis contemperavit obſcura claris.*
119 *Scriptura ſanctis Patribus ob ſuum magnum Spiritum claras, aliis verò obſcuras, & clauſas.*

112. SAcra Scriptura, valdè profunda, & obſcu-
ra eſt. De ſuo dilecto ait divina ſponſa
Cant. 5. Cantic. 5. n. 11. *Coma capitis ejus ſicut elata pal-
marum, nigra quaſi corvus*: per comas capitis
Rupert. intelligit ſacras Scripturas. Rupertus ibi in
rem noſtrã ait: *Sunt autem nigra, quaſi corvus,
quia tenebroſa aqua in nubibus aëris, id eſt, occul-
ta ſcientia in Prophetis, atque legalibus Scriptu-
ris.* Ita ut *veraciter dicas, nigredo magna ut cor-
vus, capitis dilecti.* Rectè ſacræ literæ compa-
rantur cum corvo; nam ille recenter natus
albeſcit, temporis proceſſu niger evadit, ut tra-
dunt naturalium Scriptores, ſic ſacræ Scriptu-
ræ primo intuitu dum recenter accipis, vi-
dentur albeſcere, abſque ulla nigredinis diffi-
cultate, ſed ſi paulatim in illarum ſtudio in-
cumbas, obſcuriores ſenties, & multas diffi-
cultates, ac obſcuritates invenies. *Ita veraciter
dicas, nigredo magna, ut corvus capitis dilecti.*

113. Hanc ſummam profunditatem Scriptura-
Pſalm. 41. rum, nobis proponit Regius Vates Pſal. 32.
num. 7. *Ponit in theſauris abyſſos.* Deus in Scri-
pturarum theſauris ponit abyſſos multæ pro-
funditatis, ac obſcuritatis ſacrorum myſte- D. Laurent.
riorum. D. Laurent. Juſtin. *in prædictum Pſal-* Juſtin.
mum, ut habetur in Ambroſiana Bibliotheca,
& ait: *Theſauros ſapientiæ, & ſcientiæ ponit
abyſſos, id eſt, in Scripturis profundas altitudines
ponit, ut quis eas pietatis ſtudio inquirat.*

Ipſa Scriptura, ob ſuam profunditatem, ac 114.
obſcuritatem vocatur: *Liber ſignatus ſigillis
ſeptem, quem nemo poterat, neque in cœlo, nec in
terra, neque ſubtus terram legere, aut illum reſpi-
cere, ſed vincit Leo de Tribu Iuda aperire librum,
& ſolvere ſeptem ſignacula ejus.* Apoc. 5. nu. 3. Apoc. 5.
ſic & Iſaias 8. nu. 16. ait, *Liga teſtimonium, ſig-* Iſai. 8.
*na legem in diſcipulis meis, expectabo Dominum,
qui abſcondit faciem ſuam à domo Iacob.* Qui-
bus verbis inſinuare videtur Scripturas eſſe
ſignatas, illis quibus Deus ſe abſcondit, nec
eos lumine intelligentiæ perfundit. Sic &
Danieli præcipitur cap. 12. num. 4. *Tu autem* Daniel. 12.
*Daniel claude ſermones, & ſigna librum uſque
ad tempus ſtatutum; plurimi pertranſibunt, &
multiplex erit ſcientia.* Id eſt multi pertranſi-
bunt, uſque nempe ad Antichriſtum non in-
telligentes, quorum multiplex erit ſcientia,
ſeu interpretatio, ob ejus difficultatem. Sic
& Oſeas terminat ſuam Prophetiam 14. Oſe. 14.
num. 10. *Quis ſapiens intelliget iſta? Intelligens
& ſciet hæc.* D. Hieron. *Proœmio in Oſeam* di- D. Hieron.
citur non ut de re impoſſibili, ſed tanquam
de re nimis difficili, quis intelliget.

Hoc etiam paſſim invenitur in novo Te- 115.
ſtamento, cùm Chriſtus Dominus dixiſſet: *Sol-
vite templum hoc, & in tribus diebus excitabo il-
lud.* Joan. 2. num. 19. Judæi inde arripuerunt Joan. 2.
anſam ad eum accuſandum de blaſphemia, &
diſcipuli verbum non intellexerunt, niſi poſt
reſurrectionem, ibid. n. 22. invento Jeſu in
templo, ait ad circunſtantes. *Quid eſt, quod me
quærebatis, neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei
ſunt oportet me eſſe.* Luc. 2. n. 49. & ſtatim ad- Luc. 2.
jungit Evangeliſta de circunſtantibus; *At
ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt
ad eos.* Sic cùm Chriſtus Dominus loquere-
tur frequenter in parabolis, dicebant ei Diſ-
cipuli ejus, *Ediſſere nobis parabolam.* Matth. 13. Matth. 13.
num. 36. & Matth. 5. num. 15. Marc. 4. n. 34. Matth. 5. Marc. 4.
Luc. 8. n. 9. & inde pro magno, ac ſingulari Luc. 8.
beneficio poſt reſurrectionem Chriſtus Do-
minus ſuis Diſcipulis aperuit ſenſum, ut in-
telligerent Scripturas. *Luc. 24. num. 45.* quia Luc. 24.
aliàs eas non intelligerent.

Pro qua re audiendus eſt Magnus Augu- 116. D. Auguſt.
ſtinus epiſtol. ad Januar. cap. 6. ubi ait: *In
ipſis ſanctis Scripturis, multò neſcio plura, quam
ſcio.* Et D. Hieronymus in cap. 4. ad Epheſios, D. Hieron.
ait: *Quò plus in Scripturis procedit quis, eò ma-
jores ei occurrunt difficultates.* Et ideo frequen-
ter Sancti Patres ad intelligenda multa loca
ſacræ Scripturæ, non ſolùm ſtudium, ſed
etiam orationes, ac multas vigilias adhibe-
bant, ut D. Hieronym. D. Thomas, D. Bona- D. Thom. D. Bonav.
ventura, & alij.

Dices. Frequenter ſancti Patres ſacras Scri- 117.
pturas dicunt claras, manifeſtas, & evidentes.
Ita D. Chryſoſt. *homil. 3. de Lazaro.* Noſter D. Chryſ.
D. Cyrillus *lib. 7. contra Iulianum.* D. Fulgen- D. Cyril. D. Fulgent.
tius *ſerm. de Confeſſoribus.* D. Baſilius *in Defi-* D. Baſil.
nitionibus contractioribus, quæſt. 45. Origenes Origenes.
contra Celſum. Ubi videtur dicere Scripturas
divinitùs conſcriptas, ut ab omnibus utiliter
legi

S.Iuſt. legi poſſint. Sic Iuſtin. *in Dialogo cum Try-*
Theod. *phone.* Theodorus Abbas apud Caſſianum
D.Aug. *lib.5. Inſtitut. c.34* D. Auguſt. *lib de opere Mo-*
nachor.cap.9.

118. Reſpondeo. Primò, quod Deus altiſſima ſa-
pientia omnia diſponit, obſcuritatem Scri-
pturæ temperavit etiam in aliquibus locis
cum multa claritate, ad nos illuminandos, ac
Ioan 1. erudiendos in fidei myſteriis. Ut de Incarna-
Matth.26. tione, *Verbum caro factum.* Ioan.1. De ſacra
Gelaſ. Euchariſtia, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt calix*
Marc. 16. *ſanguinis mei.* Quo verbo ait Gelaſius Papa,
alibi à me datus, *Omnes hæreticos interfecit*
Chriſtus Dominus. Eadem claritate docet ea,
quæ pertinent ad ſalutem. *Qui crediderit, &*
baptizatus fuerit, ſalvus erit. Et de his loquun-
tur Sancti Patres. Alia dedit Deus in Scriptu-
ra, valdè abdita, & recondita, quia omnes non
Iſai 60. poſſunt illa portare, ac capere. Iſaias 60.n.16.
ad fideles: *Mammilla regum lactaberis*, de
doctrina, qua Deus nutrit ſuum populum
Interlin. loquitur Propheta, ut interpretatur interli-
nealis; ſed cur non ait in plurali mammillis,
cum ſint duo ubera tua? *Cantic.4. num. 5.*
Cant. 4. quia divina Sapientia habet duas mammillas
ad lactandos ſuos fideles, unam publicam, &
manifeſtam, quam exprimit, ut lac præbeat
popularibus, ac ſæcularibus quorum capita
ſunt Reges; aliam mammillam, ſecretam, &
occultam, quam ſubjacet, ut pabulum exhi-
beat majoribus virtute, probitate, ac ſtudio
quo exercitio, ac diligentia, ex claris, ad obſcu-
ra, & impervia aſcendant.

119. Secundò reſpondeo ſacras Scripturas dici
à Patribus elatas, quia ipſi ſancti Patres ſua
eximia virtute, ſapientia, ac illuſtratione Spi-
ritus ſancti dignabantur eas intelligere, quod
verò non militat quo ad nos ac alios. Sic di-
2.Cor.4. cebat Apoſtolus Paulus 2. Corinth. 4. nu.3.
Quod ſi opertum eſt Evangelium noſtrum, in iis,
qui pereunt, eſt opertum. Quod ibi explicant
D Chryſ. D. Chryſoſt. D. Thomas, Evangelium bonis,
D.Thom. & fidelibus eſt manifeſtum, aliis verò oper-
tum, & occultum; & 1.Corinth.2. num.14.
1.Cor.2. *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiri-*
tus Dei: ſpiritualis autem judicat omnia. Dici-
tur *Animalis homo*, qui humanis ſenſibus, ac
D.Bern. humanæ ſcientiæ nititur, ut exponit D. Ber-
nard. *de vita ſolitaria*; ſpiritualis autem, qui
divina fide, ac illuſtratione, directione Divi-
D.Chryſ. ni ſpiritus regitur ac gubernatur. Ita D. Chry-
D.Amb. ſoſt. D.Ambroſ. D.Anſelmus, *Iudicat omnia,*
D.Anſelm. omnia intelligit, ac penetrat.

QUÆSTIO X.

Quare Divinus Spiritus diſpoſuit ſacras Scripturas eſſe adeò abditas, & obſcuras?

SUMMARIUM.

120 *Primò, ut ipſæ Divinæ literæ dent odorem incomprehenſibilitatis, ac infinitatis Dei.*

121 *Secundò, ſi intellectus humanus multa terreſtria non capit, quomodo poterit capere altiſſima myſteria?*

122 *Tertiò, ut furor iniquorum evitetur, & boni ad opem Dei implorandum exci-tentur.*

123 *Quartò, quod arrogantes non capiunt, humiles percipiunt.*

124 *Quintò tanta difficultas ut noſtrum ingenium ſtudium exerceatur.*

125 *Sextò, ut auctoritas Scripturæ in multa veneratione habeatur.*

PRimò reſpondeo, ut oſtendatur Deum 120.
eſſe ſapientiſſimum, & omnem noſtram
ſcientiam traſcendere, qui per Scripturas no-
bis loquitur; cum enim ipſe in ſe ſit infinitus,
& incomprehenſæ perfectionis, & Sapientiæ,
voluit verba ſua, quæ in ſacris Libris conti-
nentur, eſſe arcanis plena, quæ minimè va-
leant comprehendi, ac evacuari à noſtro in-
tellectu D Chryſoſt *homil.18. in Geneſim*, ait: D.Chryſ.
qualibet ſyllaba, & apiculus unicus reconditum
habet myſteriorum theſaurum. Ut ita reddere-
mur certi noſtro intellectu non poſſe illam
immenſam Sapientiam comprehendi, &
quòd etiam ipſa ſacra Scriptura quendam Di-
vinitatis, ac infinitatis odorem, ac rationem
exhalaret. Huc advoco, quod præclarè dixit
Tertullian. *in Apolog.cap.20.* ait: *Idoneum opinor* Tertull.
teſtimonium divinitatis, veritas divinationis. Ipſa
veritas Prophetiæ, omnino incorrupta, ut po-
te veritas Scripturæ à divina auctoritate, qua
nititur, quandam divinitatem ſortitur, & teſti-
monium divinitatis præbet.

Secundò. Multa dantur in humanis, ac 121.
terrenis, quæ humani intellectus capacitatem
non tranſcendunt, & tamen noſter intellectus,
nec illa capit, nec intelligit, tum ob defectum
ſcientiæ, tum etiam experientiæ, quantò magis
id locum habebit, in rebus altiſſimis, quæ
etiam beatorum, qui eas vident, poſſident, ac
fruuntur, capacitatem excedunt; hinc ait
Chriſtus Dominus Nicodemo Magiſtro, ac
Doctori in Iſraël *Si terrena dixi vobis, & non* Ioan. 3.
creditis (id eſt non intelligitis) *Quomodo ſi*
dixero vobis cæleſtia credetis Ad quæ ſcilicet
humana intelligentia non aſcendit, tanta my-
ſteriorum altitudo omnem ſuperat humani in-
tellectus facultatem, quale eſt myſterium San-
ctiſſimæ Trinitatis, generationis Verbi divi-
ni, Proceſſionis Spiritus ſancti, incarnationis,
Prædicationis, ſacræ Euchariſtiæ, & aliorum,
quorum ſingula animum ſuſpenſum, ac atto-
nitum reddunt, quid faciet tanta myſteriorum
magnitudo? Unde dicebat Apoſtolus 2. Co- 2.Cor.12.
rinth.12. num.4. *Audiſſe ſe arcana verba, quæ*
non licet homini loqui. Quæ non ſunt humanæ
intelligentiæ, ſed divini Spiritus illuſtratio-
nis. Sic dicebat Chriſtus Dominus ſuis diſ-
cipulis. *Multa habeo vobis dicere, ſed non po-*
teſtis portare modo; cum autem venerit ille Spi-
ritus veritatis, ille docebit vos omnem veritatem. Ioan.16.
Ioan. 16 num.12. cùm ergo tanta myſteria di-
vina in Scriptura contineantur, altiſſimâ pro-
videntiâ fuerunt abſcondenda humanæ intel-
ligentiæ, cùm ſola divini Spiritus luce va- Philo.
leant penetrari. Præclarè Philo Hebræus *l. de*
præmiis & pœnis, ait, *Solem hunc viſibilem, alia*
re, quam Sole ipſo aditi cernimus? Quid Stellas?
An non ſola Stellarum ope aſpicimus? Lucis
aſpectum, nonne luci debemus? Ad eundem ſa-
ne modum, etiam Deus per ſe ipſum illuſtrat
ad ſui notitiam cooperante nomine.

122. Tertiò, in ſcriptura continentur multæ futurorum prædictiones, quæ valdè convenientiſſimum fuit, figuris, parabolis, ac verbis obſcuris occultari, ut iniquorum furor evitaretur, & bonorum animus excitaretur ad divinam opem pro intelligentia implorandam. Si enim Prophetæ patenter, & clarè prædixiſſent, quod Iudæi ſuum deſideratiſſimum Meſſiam non erant recepturi, & lapidibus, ac blaſphemiis contra eum inſurrecturi, imò cruci, ac morti tradituri, ut de facto fecerunt; ſi Prophetæ clarè prædixiſſent, quòd eorum Civitas erat igni tradenda, templum deſolandũ, ut non permaneret lapis ſuper lapidem, ſuique Reges occidendi, ſine dubio contra ipſos Prophetas tyrannicè, ac crudeliter inſurgerent, & inde variæ perturbationes, commotiones, ac diſſenſiones pullularent in populis, & ideò pro his declinandis fuerunt tales vaticinationes, verbis, ac figuris occultandæ, & liber convenientiſſimè eſt clauſus, & obſignatus, ut dixi ſupra num. 114. *Vt videntes non videant; intelligentes, non intelligant*, & inde etiam boni exorent ad intelligenda tanta myſteria, cùm Ioannes in ſua Apocalypſi vidiſſet librum obſignatum ſigillis ſeptem, flebat multum, quia nemo inveniebatur, qui poſſet aperire librum, & dixit, *Illi unus de ſenioribus* Cap. 5. Ansbert. *dignus eſt Agnus aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus*, cap. 5. num. 5. Ansbertus ſuo fletu, ac oratione, ait *Promeruit doceri de apertione libri*, ut ejus myſteria fierent perſpicua, ac manifeſta.

123. Quartò. Hac obſcuritate ſacræ Scripturæ, voluit Deus noſtram arrogantiam, ac nimiam fiduciam de noſtro intellectu deprimere, quia id quod ſapientes ſua ſcientia inflati non aſſequuntur, parvuli ſua humilitate penetrant. Sic ait Chriſtus gratias agens ſuo æterno Parenti: *Confiteor tibi Pater, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & revelaſti ea* Math. 11. *parvulis.* Math. 11. n. 25.

124. Quintò. Spiritus ſanctus tantam obſcuritatem, ac difficultatem voluit ineſſe in ſacra Scriptura, ut hominibus honeſtam ſtudij occupationem, & ingeniorum exercitium, in diſputando, inquirendo, ſcribendo, commentando præberet. In claris, & apertis multa eſt negligentia, in obſcuris, & abditis multus labor exigitur ad verum, & genuinum ſenſum comparandum. In obſcuris enim multiplex, D.Aug. & varius eſt ſenſus. D. Auguſt. lib. 11. de Civitate Dei, cap. 19. ait: *Divini Sermonis obſcuritas ad hoc utilis eſt, quòd plures ſententias veritatis pariat, & in lucem notitiæ perducit, dum alius ſic, alius ſic intelligit* D. Gregor. Magnus, D.Gregor. homil. 10. in Ezech. inquit: *Plerumque in ſacro eloquio, ideò obſcurè aliquid dicitur, ut diſpenſante multipliciter Deo, multipliciter exponatur.*

225. Sextò. Voluit Deus in Scriptura alta myſteria recondere, & tantis figuris abſcondere ut ſuprema auctoritas, ac Scripturæ honos, in multa veneratione remaneret; quæ facilia ſunt apud nos vileſcere ſolent, cùm omnibus ſint communia, ac expoſita; quæ autem recondita, & abdita ſunt, & paucis pervia, inde in multa, veneratione, ac pretio habentur. Intonat Ioannes, *Apocalypſis Ieſu Chriſti mittens per An-* Apoc. 1. *gelum ſuum ſervo ſuo Ioanni*, cap. 1. num. 1. Ex quo D. Laurent. Iuſtin. *ſerm. de S. Ioanne Evan-* D.Laur.Iuſt *geliſta*, & Petrus Damian. *ſerm. 2. de eodem*, mirificè extollunt altam Ioannis dignitatem, quia ei inter omnes Apoſtolos datum eſt, ut non ſolùm præſentem ſtatum Eccleſiæ agnoſceret, ſed omnia illius arcana in finem mundi. Sic ait Damianus. Damian. *Conſideremus dilectiſſimi, quanta gloria vir iſte eſt credendus, ut non ſolùm ei Dominus ſtatum præſentis Eccleſiæ oſtenderit, ſed etiam quod futurum eſſet uſque in perpetuum revelaret.* Ex quo rectè D. Anſelmus colligit ſupremam, ac præ- D.Anſelm. claram dignitatem Apocalypſcos, cujus tam alta, & ſublimia ſunt myſteria, ut uni tantùm manifeſtarentur, qui præ cæteris excellentior habebatur. D. Anſelmus. *Meritò Chriſtus Ioanni tanta revelavit, qui præcellebat omnibus privilegio caſtitatis.*

RESOLUTIO II.

De ſenſibus ſacræ Scripturæ.

QUÆSTIO PRIMA.

An ſenſus ſacræ Scripturæ adæquatè dividantur per quatuor, literalem, allegoricum, moralem, & anagogicum, & omnes intentos ab Spiritu ſancto.

SUMMARIUM.

126 *Quid in præſenti, nomine ſenſus intelligatur?*

127 *Multiplex eſt ſenſus ſacræ Scripturæ, & intentus ab Spiritu ſancto.*

128 *Hæc veritas multis exemplis fit manifeſta.*

129 *Quatuor ſunt ſenſus ſacræ Scripturæ.*

130 *Explicantur voces, Hiſtoria, Allegoria, Moralis, ſeu Tropologia, Anagogia.*

131 *Multis, & variis exemplis in Scriptura: tota ſuperiùs doctrina data, explicatur, ac oſtenditur, & nu 132. 133.*

134 *Ponitur argumentum ex auctoritate Patrum qui pauciores ſenſus agnoſcunt.*

135 *Solvitur argumentum, quia Patres tanta diſtinctione non utuntur, & ſub ſenſu myſtico omnes alios ſenſus comprehendunt.*

SEnſus nomine non intelligitur hîc potentia ſenſitiva, aut illius operatio; ut dicitur Sapient. 7. n. 7. *Optavi, & datus eſt mihi ſenſus*, id eſt intelligentia; ſed ſumitur hîc paſſivè pro ſignificato, in quo relucet auctoris mens, illiúſque genuinus conceptus, ac germana intentio. Ita communiter omnes Sancti Patres, & auctores Catholici D. Hieron *epiſt. 150. ad Ediliam q. 9.* D. Auguſt. *lib. de utilitate credendi, c. 3.* Origenes *l. 4. Periarchon, cap. 2.* Divus Thomas *quodlibeto 7. quæſt. 6. artic. 14. & 15.* & innumeri alij Auctores. 116. Sap. 7. D.Hieron. D.Auguſt. Orig. D. Th.

Multiplex autem ſenſus Scripturæ ſacræ, 127.

ut

D. Thom. Cyrillus. Bañes. Zumel. Gonzales. Rua. Scalante. Antonius.

ut docet D.Thom. 1.*part. q.* 1. *art.*10. & *quodlibeto 7.quæſt.*14.*&* 15.& ante illum Origenes, Clemens Alexandr. Baſilius, Hieron. D. Auguſt.Noſter Cyrillus, Nazianz. Ambroſ. & ſic omnes Patres ; & Doctores Catholici. Imo Molina, Gonzales , Banes, Valentia.Zumel, quos citant Rua *tom.* 2. *controverſ.* 9. *dub.* 2. Scalante *in Clypeo,lib.*1.*cap.* 14. Sherlogius *in Cantica Antelog.* 9 Antonius à Matre Dei *in Iſagog.Scriptura.Prelad.* 3. *dub.* 2. *n.*8. rectè dicunt hanc concluſionem eſſe de fide , quod breviter oſtendo.

Ion.1. Matth 11. Numer.21. Ioan.3. Geneſ.2. Epheſ.5. Geneſ.6. 1.Petr.3. Geneſ.16. Geneſ.21. Galat.14. 1.Cor.10. Apoc.5. D.Hieron. D.Gregor. Rupert.

128. Eccleſia ſemper hos duos ſenſus, literalem & ſpiritualem agnovit, ut intentos ab Spiritu ſancto , quod multis declaratur. Literalem hiſtoriam de Iona tribus diebus,& tribus noctibus in ventre ceti exiſtente , *cap.* 2. *num*.... de ſe ipſo per allegoriam exponit Chriſtus Dominus *Matth.*11.*num* 39. Serpentem æneum à Moyſe in deſertu exaltatum *Num.* 21. *n.* 9. de ſe ipſo in cruce elevato interpretatur Chriſtus Dominus *Ioan.* 3. *n.* 14. Verba Adami ad Evam literalia *Nunc os ex oſſibus meis.* Gen. 2. num. 24. de Chriſto cum Eccleſia exponit Paulus *Epheſ.*5.*num.*34, ea, quæ *Geneſ.* 6. *n.* 14. deſcribuntur de Arca fabricata à Noë literaliter. D.Petrus 1 *epiſt.cap.*3. *num.* 20. De Baptiſmo myſticè exponit id , quod dicitur *Geneſ.*16.*num.*15.*&* *cap.*21. *num.* 2. De duobus filiis Abrahæ literaliter ; in ſenſu myſtico de duobus teſtamentis exponit Apoſtolus *ad Galatas* 4. *num.* 22. ſic & idem Apoſtolus 1. *Corinth.*10.*à num.* 1. allatis multis figuris de veteri Teſtamento. De nube, Mari,eſca,potu,petra; ſubdit n.6. *Hæc autem in figura facta ſunt noſtri.* Liber ille Apocalypſ.5.num. 2. *Scriptus erat intus,& foris.* Quod pulchrè interpretatur D.Hieron. *in cap.* 2. *Ezechiel.* & ait : *Scriptus foris in hiſtoria litera , intus in allogoria ſpirituali , de qua Pſalmiſta , Omnis gloria filia Regis ab intus.* Ita etiam exponunt D. Gregor. *homil.*9.*in Ezechiel.* & Rupertus ad citat. locum Apocalypſ.

129. Senſus ergo ſacræ Scripturæ in genere dividitur in literalem,& myſticum. De ſenſu literali dicam *quæſt.ſequenti.* Myſticus , ſeu ſpiritualis in tres ſpecies. Prima eſt *Allegorica.* Secunda. *Moralis*, ſeu *Apologica.* Tertia *Anagogica.* Nam quæ in Scriptura deſignantur, vel ſignificant fidei myſteria credenda,& eſt ſenſus *Allegoricus* ; vel ſecundò denotantur res, agendæ , ac operandæ , & eſt ſenſus moralis ſeu *Tropologicus* , vel tertio ſunt res ſpei , ac ſperandæ in ſublimi, & eſt ſenſus *Anagogicus.* Res de quibus Scriptura agit , vel pertinent ad Eccleſiam militantem, vel triumphantem. Si ſunt res credendæ,vel operandæ pertinent ad Eccleſiam militantem , & ſunt duo priores ſenſus : ſi ſunt res ſperandæ , ad Eccleſiam triumphantem ſpectant , & eſt ſenſus Anagogicus, quod duo hi verſiculi non contemnendi indicant.

Litera geſta docet, quid credas allegoria:
Moralis quid agas , quo tendas Anagogia.

130. Vt melius hæc percipias , explico has , voces. *Litera* indicat factum, aut ſenſum hiſtoricum. *Allegoria* tunc datur , quando ſub verbis, quæ dicuntur, aliud ſignificatur, ſeu per figuram , quæ unum oſtendit oculis , & aliud denotat, *Moralis* ,ſeu *Tropologicus* eruditio ad mores emendandos. *Angogica*, ut explicat Theſaurus linguæ Latinæ , eſt cum ſenſus ad altiora elevatur , ſive per orationem , ſive ſpem.

Magis explicatur doctrina tradita *Ieroſolyma* ad literam eſt terrena illa Civitas valdè celebris Iudæorum : juxta allegoriam *Eccleſia militans.* Tropologicè *anima hominis fidelis* , juxta anagogiam *Cæleſtis Civitas patria noſtra.* Totam hanc doctrinam ante mille annos docuit Caſſianus *collat.* 14. *cap.* 4. dicens una , & eadem Ieruſalem quadrifariam poteſt intelligi , ſecundùm hyſtoriam *Civitas Iudæorum* , ſecundùm allegoriam *Eccleſia Chriſti*, ſecundùm anagogem *Civitas illa cæleſtis* , quæ eſt mater omnium noſtrûm , ſecundùm Tropologiam, *anima hominis* quæ frequenter hoc nomine , aut increpatur , aut laudatur. Hos quatuor ſenſus breviter comprehendit Apoſtolus Paulus 1.*Corinth.*14.*num.*6. dicens: *Nunc autem fratres , ſi venero ad vos , linguis loquens, quid vobis prodero , niſi vobis loquar, aut in revelatione , aut in ſententia, aut in Prophetia , aut in doctrina.* Hæc apoſtolus , tribuens poſteà revelationem allegorico ſenſui, ſcientiam Tropologico , Prophetiam verò anagogico , doctrinam hiſtorico. 131. Caſſian. 1.Cor.14.

Sit alterum exemplum. Occiſio Gigantis Goliath eodem ſuo enſe per puerum Davidem. In litera vera extitit hiſtoria. In allegoria ſignificatur Chriſtus vincens Dæmonem , eadem cruce , quam illi Dæmon paravit ; in Tropologia , bellum juſtorum contra Dæmonem , qui eos carne, ac mundò tentat ; ipſi verò mundo contempto, & carne compreſſa, atque édomita, caput ejus abſcindunt. In Anagogia verò , Chriſti victoria in die judicij, quando noviſſimè inimica mors per Chriſti reſurrectionem deſtruetur , & dicetur , *ubi eſt mors victoria tua* & per mortem Chriſto inflictam, mors ipſa deſtructa eſt , *Ero mors tua ô mors*, Oſe.13.n.14. 132. Oſe. 13.

Aliud exemplum nobis dat Apoſtolus ad Galatas 4.n.22. de quo jam ſuprà egi, cum ait: *Abraham duos habuit filios , unum de ancilla, alterum de libera.* Hoc eſt ad literam, & facit ſenſum literalem,& ſubdit, *Quæ ſunt per allegoriã dicta, hæc enim ſunt duo teſtamenta.* Illi duo filij per allegoriam, ſeu figurã, ut exponũt D. Hier. D.Chryſoſt. Theodoret , ſignificabant duo teſtamenta, ſeu ut habetur ex Græco, duo pacta, duo fœdera; unum cum populo Hebraico , alterum , cum Chriſto, ac Chriſtianis ſubjungit Apoſtolus , *Sed quomodo tunc is , qui ſecundum carnem natus fuerat perſequebatur eum , qui ſecundum ſpiritum , ita & nunc.* Ecce ſenſus moralis ; ſeu tropologicus erudiens nos moribus , quòd nempe caro adverſatur ſpiritui , proindèque ſemper ſpiritus debet eſſe promptus , & vigilans ad reſtituendum. Deinde advertit Apoſtolus. *Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalem , libera eſt , quæ eſt mater noſtra.* Et ad anagogicum pertinet ſenſum. Nam his Doctor gentium mentem noſtram elevat ad cœleſtem patriam , ut ad illam totis viribus , ac animo intendamus. 133. Galat.4. D.Hieron. D.Chryſ. Theod. Græcus.

Argues quia à Sanctis Patribus pauciores ſenſus memorantur , ut à S. Hieron *epiſt.* 150. ad Hedibiam , qui tantùm interpretationem refert ſecundùm tropologiam , & intelligentiam, 134. D.Hieron.

Digitized by Google

tiam, quam appellavit ſpiritualem. Et *lib. 5. in Ezechielem cap.* 16. ait Scripturas ſacras tripliciter exponendas. Primò juxta literam. Secundo modo per tropologiam, ſeu moralem ſenſum. Tertiò ſublimiùs, aut myſticè.
D.Bern. D.Bernardus *ſerm*, 23. *in Cantica*, ait. In Scri-
pturis tantùm videtur agnoſcere tres ſenſus
D.Aug. D.Auguſtin. *lib. unico de Geneſi ad literam*, in
D. Dion. Scripturis agnoſcit, Hiſtoriam tantùm, & Al-
legoriam. Quomodo D. Dionyſius de cœleſti
D.Cyrill. Hierarchia. Noſter D. Cyrillus Alexandr.
lib. 5. in Levitic. ſolùm conſtituit Hiſtoriam,
Hugo. Moralem, & Myſticum. Hugo Victorin. *in*
Prolog. in libros ſacræ Scripturæ, tres tantùm
ſenſus numerat. Hyſtoricum, Allegoricum, &
Tropologicum.

135. Reſpondetur, quod illa diſtinctio in quatuor membra aſſignata, eſt valdè veritati conſona, & multa commendatione digna, atque valde apta ad diſcernendos myſticos ſenſus Scripturæ; & quamvis ſub his nominibus, ac præciſo numero, ignota eſſet multis Patribus, qui frequenter ſolida veritate rem tractabant & non multa diſtinctione adhibita, & inde promiſcuè, & ſine diſcrimine, ſub ſenſu myſtico omnes alios ſenſus comprehendebant, & frequenter ſub uno nomine duos ſenſus dicebant, quos poſtea Theologi maximè rem extricantes, ac explicantes diviſerunt, quibus veluti metaphyſicis diſtinctionibus, Patres non utuntur.

Quæstio II.

Explicatur ſenſus literalis, & multa, quæ ad ipſum pertinent.

SVMMARIVM.

136 *Definitio ſenſus literalis.*
137 *Dividitur in ſenſum proprium, & metaphoricum.*
138 *Quid ſit metaphoricus ſenſus, & n. 139.*
140 *Aliæ diviſiones ad has reducuntur, & num. 141.*
142 *Sententia negans, quod ſub eadem litera multiplex ſenſus contineatur.*
143 *Vera ſententia affirmat, & multis exemplis probatur, n. 144. uſque ad 150*
151 *Reſpondetur ad argumentum contrariorum, & n. 152. 153.*
154 *In eodem Textu datur ſenſus literalis cum metaphorico.*
155 *Omnis locus ſacræ Scripturæ habet aliquem ſenſum literalem, & n. 156.*
157 *Proponuntur oppoſita ſententia cum ſuis argumentis.*
158 *Reſpondetur ad argumenta, & ad illius confirmationem, & n. 159.*
160 *Multiplex ſenſus literalis provenit ex infinita ſapientia Dei.*
161 *Et ex verbis Hebraicis, ac eorum punctis, & n. 162.*
163 *Varietas in Textu Hebraico, & Septuaginta, quomodo habenda.*
164 *Provenit etiam ex variis disjunctionibus.*

Definitio ſenſus literalis.

VAriæ definitiones circa ſenſum litera- 136.
lem circumferuntur, quibus omiſſis illa
tenenda eſt, quæ colligitur ex D. Hieronymo D.Hieron.
Epiſt. 150, *ad Edibiam, quæſt* 9. D. Auguſt. *lib. de* D.Auguſt.
utilitate credendi, cap. 3. Origene *lib.* 5. *Periar-* Origenes
chon. cap. 2. D. Thoma *quodlibeto* 7. *quæſt.* 6. D. Th.
art. 14. & 15. & 1 *part. quæſt.* 5. *art.* 10. ibi omnes ejus expoſitores, & interpretes, & talis eſt *Senſus Scripturæ literalis eſt, qui per verba ſcripta; ſive in acceptione propria, ſive in metaphorica ſumpta ex intentione Spiritus ſancti immediatè ſignificatur.* Illa particula, *qui per verba ſcripta ſignificatur*, ponitur tanquam loco generis ad ſenſum literalem, & ſpiritualem, *ex intentione Spiritus ſancti*, diſcriminatur ab humana Scriptura, quæ ſpiritu humano eſt introducta. Cùm dicitur, *immediatè* ponitur diſtinctio ab ſpirituali ſenſu, qui non immediatè ex verbis, ſed mediantibus rebus per verba, aut voces ſignificatis deſumitur.

Diviſio ſenſus literalis.

Dicitur etiam *in acceptione propria, ſive me-* 137.
taphorica. Propria eſt illa, quæ verba per ſe, & immediatè in proprio ſenſu ſignificant. Sive *Metaphorica*: non ſolùm in literis humanis, ſed etiam frequenter in divinis proponuntur metaphoræ, figuræ, & parabolæ, & id, quod ex
primaria, ac principali intentione in eis ſi- D.Auguſt.
gnificatur, & ſenſus literalis eſt. Ita D. Auguſt.
lib. contra Mendacium, cap. 10. & *lib.* 3. *de doctri-*
na Chriſtiana, cap. 5 & *lib.* 10. *de Civit. cap.* 14. D.Th.
D. Thomas 1. *part. quæſt.* 1. *art.* 9. ibi Caietan. Caietan.
Bellarm. *lib.* 3. *cap.* 3. & alij communiter, & Bellarm.
ideo eorum frequens eſt uſus ut myſteria divina ſæpè abſcondantur, & ut ea, quæ ſuperbis ſunt abſcondita, revelentur parvulis, & ut ex humanis magis explicentur divina, quia ea, quæ per parabolas, & figuras dicuntur, altiùs remanent in memoria impreſſa, & quià hæc frequenter inſerviunt ad majorem ele-
gantiam, decentiam, ac delectabilitatem. 138.
D. Bernardus. D.Aug.

Generali nomine omnes tropi, metaphoræ appellantur. Metaphora ita definitur à Divo Auguſtino *lib.* 2 *contra Mendacium*, *cap.* 20.
tom. 4. *Eſt de re propria ad rem non propriam,*
verbi alicujus uſurpata tranſlatio. Ac proinde Cic.
ab omni re poteſt deduci metaphora, ut docet Cicero *lib.* 3. *de Oratione*, & tot erunt tranſlationis modi; quot res, à quibus fieri poteſt tranſlatio, ac proinde metaphora communiter datur, *Cùm unum dicitur verbis, & aliud ſub illis intelligitur.*

Probatur concluſio, quia in omni Scriptu- 139.
ra, verba, ſeu eorum contextus, ad id quod
primariò, & immediatè ſignificandum inſti- Ap. 4.
tuitur, quia niſi id, quod ſub tali metaphora, vel figura ſubintelligitur, aſſumatur, multa ſequentur abſurda. Sic dicitur Chriſtus Dominus *Leo*; *Agnus*, *Vitis*, *Lapis fundamentum*, quod eſt dictum ad explicanda multa Domini attributa. Dicitur *Leo* ob generoſitatem, ac fortitudinem; *Agnus* ob humilitatem, ac manſuetudinem, *Vitis* ob fœcunditatem, *Fundamentum*

damentum

damentum, quia in ipſo innititur totum ædificium ſpirituale.

540. Ao præter hanc diviſionem in propriam,& metaphoricam acceptionem, dentur aliæ di-
D.Auguſt. viſiones, videtur ſignificare.D.Auguſt. *lib. de utilitate credendi*, *cap.3. tom.* 6. Ut ſenſus literalis io hiſtoricam, Ethiologicum, & Analogicum. *Hiſtoricus* eſt (ſumpto Hiſtorici nomine, non in illa amplitudine, ſecundùm quam omnis literalis ſenſus hiſtoricus dicitur; ſed preſſiùs) qui ſimpliciter quid factum dictum-vè ſit, enarrat, verbi gratia. *In principio creavit*
Geneſ. 1. *Deus cœlum, terram*, Gen.1. num.1. Senſus eſt *Æthiologicus*, qui rationem reddit dicti, vel
Matth. 1. facti, ut cum Matth. num.21. dicitur: *Vocabis nomen ejus Ieſus.* Et ſtatim Angelus apponit cauſam, *Ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Tertius verò ſenſus *Analogicus* eſt, qui utriuſque teſtamenti conve-
Matth. 2. nientiam oſtendit, ut cùm Matth. 2. *num.* 17. Innocentium neces enarrantur, & ſtatim convenientia cum dictis veteris teſtamenti apponitur: *Tunc adimpletum eſt, quod dictum per Ieremiam Prophetam.*

541. Hæ tamen omnes diviſiones ſolùm accidentaliter variantur,& unum tantum efficiũt ſenſum literalem. Nec aliud voluit D.Auguſt.
D.Thom. ut exponit D Thom. *quodlibet.7, art.10. in ſolutione ad* 2. Deinde illa ſubdiviſio non ſolùm pertinet ad ſenſum proprium literalem, ſed etiam facilè poteſt dari in ſenſu metaphori-
Galarza. co, ſeu figurato, ut obſervant Galarza *lib.* 2.
Rua. *Inſtitut. cap.* 3. Rua *tom.* 2. *controverſ.9. dub.*2.
A Matre Dei. Fr.Anton. à Matre Dei *Præl.3. dub.5. n.31.*

An ſub eiſdem verbis ſacræ Scripturæ multiplex ſit ſenſus literalis?

142. Negantem ſententiam tenent Michaël de
Medina. Payva. Medina *lib.1. de recta in Deum fide*, Payva *lib.* 1. *c.*4. Fundantur in eo, quia ſi multiplex datur ſenſus literalis, tota firmitas ſcripturæ peribit. Nec obſtat; quòd Apoſtoli,& Evangeliſtæ eundem locum veteris teſtamenti adducant ad varias concluſiones,& veritates probandas; nam frequentes ſcriptorea ſacri in rebus graviſſimis, non ſolùm ex ſenſu literali, ſed etiam ex myſtico, ſua argumenta, &
Vaſquez. rationea nectunt, Vaſquez verò 1. *p. quæſt.* 1. *art.*10 *diſp.17. cap.*3. ait, aliquando ſub eadem litera plures literalea ſenſus contineri, quorica probabile eſt ſcriptorem ſecundarium omnes intellexiſſe, quia ponere multitudinem ſenſuum ei non arridet.

543. Vera, & communiſſima ſententia eſt, ſub eiſdem ſcripturæ verbis plures ſenſus ſæpè
D.Auguſt. literales reperiri. Ita D. Auguſtinus expreſsè *lib.12. confeſſionum, cap.18.19.& 20. lib.11. de Civit. c.9. lib. 3. de Doctrina Chriſtiana*, c.27.
D.Thom. D.Thom. 1.*part. quæſt.1. art.10. & quodlibet.7. art.16. & de potentia, quæſt.4. art.1.* Ita etiam
Abulenſ. D.Anton. Bañes. Zumel. Peſſanti. Molina. Valentia. Andreas. Abulenſ. D.Anton. Bañez, Zumel, Peſſanti. Molina, Valentia, Andreas à Cruce, Philippus à ſanctiſſima Trinitate, Azor, Bellarm. & innumeri alij, quos citant, ac ſequuntur Franciſcus *à Ieſu Maria de ſenſibus ſacræ Scripturæ*, Payva *in Doctrinali ſacræ Scripturæ, tom. 5. lib.1. cap.3. num.6.*

544. Probatur ratione, quia ad dignitatem ſacræ Scripturæ, maximè pertinet, ut ſub una litera multi ſenſus contineantur; ergo ita de facto illos continet. Antecedens eſt D.Thomæ D.Thom.
quæſt.4. de potentia; Præclariſſima eſt dignitas Scripturæ, dum uno verbo multas ſententiaa dicit, ac comprehendit, & ita ſcriptura maximè oſtenditur fœcundiſſima myſteriorum. Confirmatur, quia in hoc maximè manifeſtatur immenſa Dei potentia, ac ſapientia, quæ uno verbo ſuo multa, & alta arcana declarat, ac revelat; nam Deus unico verbo ſuo æterno ſe totum, & omnia dicit, ita poterit uno verbo ſuo ſcripto multa, & abdita aperire, ut docet D. Auguſtinus *lib. de Doctrina Chriſtiana, c.27.* ergo ita factum eſt, ut ma- D.Auguſt.
ximè Divina Majeſtas eluceſcat.

Quòd multis exemplis fit manifeſtum: Primò, Iſaias 53. *num. 8. de Chriſti generatione*, 545. Iſai. 53.
ait; *Generationem ejus quis enarrabit?* Quòd de Generatione æterna exponunt D. Hieron. D Hieron.
D. Auguſt. D. Chryſoſt. D. Cyrill. Jeroſoly. D. Auguſt.
D.Thom. & alij. E contra alij graviſſimi Patres, ut D Leo, D.Epiphan. D.Bernard. D.Juſtin. Martyr, D. Paſchaſ. Carthuſian. imò & etiam D. Auguſtin. D. Hieron. ad literam de Generatione temporali interpretantur, quos D.Chryſ. D. Cyrill. D. Bern. D.Iuſtin. D.Paſchaſ. Carthuſ.
omnes citavi *tom. 1. in Evangel lib.1. cap. 2. num.10.& 11.* Sicut & illud Oſeæ 11. num. 1. Oſe. 11.
Ex Ægypto vocavi filium meum, quod ad literam dicitur de Iſraël, qui dicebatur Dei filius: *Filius meus primogenitus Iſraël*. Et iterum. *Dimitte filium meum, ut ſerviat mihi.* Exod. 4. n.22. Exod. 4.
Et tamen in ſenſu ſublimiori, & altiori à D. Matth. 2. n.15. interpretatur de Chriſto Domino. Ita D. Chryſoſt. D. Hieron. Euthym. Paſchaſ. & alij multi, quos citavi *tom. 1. in Evang. lib.2. cap. 7. quæſt.14. n.58. & 59.* Matth. 2. D. Chryſ. D. Hieron. Euthym.

Veniat celebris locus in hac re, ex Pſalm. 2. 146.
n. 7. *Dominus dixit ad me Filius meus es tu, ego* Pſalm. 2.
hodie genui te. Quod de Generatione æterna exponit Apoſtolus Hebræor. 1. num. 5. *Cui* Hebr. 1.
Angelorum dixit, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et pulchrè verbo præterito *Genui*, adjungitur adverbium præſentis *hodie*, quia in illa generatione æterna, Pater ſemper generavit, ac de præſenti generat.

Secundò. De reſurrectione Chriſti explicat 147.
idem Apoſtolus, Actor. 13. n.33. *Reſuſcitans* Actor. 13.
Ieſus ſicut in Pſalmo ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Cùm enim ab Inſtanti periculo liberati ſumus, rectè dicere ſolemus: *Ego hodie natus ſum*; & qui tali liberationi operam dedit, optimè dicere poterit: *Fili, ego hodie genui te.* Sic David cum regnum penè amiſſum, morte Abſalonis, ſtabilivit, dixit 2.
Regum 19. n.22. *An ignoro hodie me factum* 2.Reg 19.
regem ſuper Iſraël? Et huic expoſitioni; *Ego hodie genui te*, ſtatim adjungitur in Pſalmo: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Quod Chriſtus poſt reſurrectionem prædicatione ſuorum Apoſtolorum eſt conſecutus.

Tertiò. De Chriſti ſacerdotio interpretatur 148.
idem Paulus ad Hebræos 5. nu.5. Chriſtum à Hebr. 5.
Patre conſtitutum fuiſſe ſacerdotem, dicens: *Chriſtus non ſemetipſum clarificavit, ut Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, dicens, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Pro cujus intelligentia advertendum, quòd ſecundùm legem ſacerdotium ad primogenitos ſpectabat; indè optimè infert Apoſtolus, ex eo quòd

Chriſtus

Digitized by Google

Chriſtus ſit à Deo genitus, & primogenitus, quòd ſit verus ſacerdos, & quòd ſacerdotium ad ipſum ſpectet, & ut idem Apoſtolus in alio loco ex Davide probat *Tu es Sacerdos in æternùm ſecundum ordinem Melchiſedech*; quo functus eſt in cœna, dum panem, & vinum Deo libavit.

149. Eccleſia. Quartò. De generatione temporali, hanc expoſitionem tenet Eccleſia ſancta; nam in prima Miſſa Nativitatis, ejus introitus eſt: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Nam Chriſtus, qua homo Spiritus ſancti opera, & ab Spiritu ſancto conceptus eſt, & in hoc ſenſu dici poteſt genitus à Deo; & ſic frequenter ipſi Deum Patrem ſuum dicebat: *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* Math. 26. Ita ex multorum ſententia docet Theophylact. *ad cap. 1. Math.* & ait: *Neque obſtat*, illud hodie ſiquidem Angelus dixit: *Evangelizo vobis gaudium magnum quia natus eſt vobis hodie ſalvator mundi.*
Math 26. Theoph.

150. Alius locus ſit ex cap. 53. Iſaiæ num. 4. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & livore ejus ſanati ſumus.* Quod de corporis morbis intelligit D. Math. cap. 8. num. 16. dicens; *Ejiciebat ſpiritus verbo; & omnes malè habentes curavit, ut adimpleretur quòd dictum eſt per Iſaiam Prophetam, &c.* Et de animi languoribus interpretantur D. Petrus in ſua Epiſt 1. cap. 2. n. 24. *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: Cujus livore ſanati eſtis.* Et Apoſtolus 1. Corinth. 15. num. 3.
Iſai. 53. Math. 8. 1. Petr. 2. 1. Cor. 15.

151. Ad argumentum adverſariorum dicimus per multiplicem ſenſum literalem non tolli firmitatem ſcripturæ, non enim dicimus ſub disjunctione, verbigratia, Spiritus ſanctus voluit denotare hoc, aut illud, vel aliquid tertium, & tunc talis disjunctio tollit firmitatem, & unus ſenſus reddit infirmum alium & ideo ſyllogizandi ratio à disjunctiva, apud dialectos, eſt valde infirma. Sed aſſerimus Spiritum ſanctum in tali loco iſtum, & illum ſenſum, tertium, & quartum immediatè voluiſſe intelligi à nobis, ita ut quilibet ſenſus ſit verus, certus, & determinatus, & eſt argumentum, & copulativa propoſitioncad quamlibet ejus partem.

153. Ad confirmationem dicimus, quod in ſcriptura, multa ſunt loca, quæ multiplicem habent ſenſum literalem, juxta mentem ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Evangeliſtarum, ac ſanctorum Patrum, ut ſatis eſt dictum, quod ex ipſa ſerie contextus bene diſcernitur ex antecedentibus, & ſubſequentibus.

An verò aliquando ſenſus literalis proprius cum literali metaphorico ſub eadem litera reperiatur?

154. Abulenſ. Cornelius. Philip. Fr. Anton. Affirmativè reſpondeo, cum Abulenſi *q. 28. ad c. 13. D. Math* Cornelio à Lapide *in Procœmio ſuper Prophetas majores, canon. 5.* Philippus à ſanctiſſima Trinitate *1. part quæſt. 1.* Antonio à Matre Dei *in Iſagoge ſcripturæ, præludio 3. dub. 11. §. 2. num. 102.* Et probatur ex diffinitione ſenſus literalis: nam hic eſt, qui immediatè ſignificatur per verba in acceptione propria, vel metaphoricè ſumpta, obſervata ſerie textus, ſed hac benè obſervata, poteſt aliquid in eodem loco ſignificari ſumendo verba in acceptione propria, & ſimul in metaphora; ergo poterunt ſimul illi duo ſenſus proprius, & metaphoricus reperiri. Minor, in qua eſt tota difficultas oſtenditur ex proximè citato loco Pſalmi: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Pſalm. 2. Senſus proprius litteralis intelligitur de generatione æterna, ac temporali; at cum ab Apoſtolo aſſumitur ad probandam Chriſti reſurrectionem, videtur ſenſus metaphoricus, cùm reſurrectio, ſeu liberatio à morte per generationem explicatur; Generatio enim ſignificat primam hominis productionem, cùm ergo per illam explicatur reſurrectio, ſermo metaphoricus eſt.

An detur aliquis locus in ſcriptura, in quo non ſit ſenſus literalis, ſed tantùm ſpiritualis?

155. Dicendum eſt quòd in omni loco ſacræ Scripturæ datur ſenſus literalis, & ſuper ipſum ſenſum literalem, tanquam fundamentum, erigimus, & conſtruimus ſenſum ſpiritualem. Ita D. Hieron. in illud Abdiæ, n. 2. *Parvulum dedi te.* Sic ait Sanctus Doctor: *In interpretatione Prophetica debemus ordinem noſtrum ſequi, ut primùm hiſtoriæ fundamenta jaciamus; deinde, ſi poſſimus, excelſas turres, & tectorum culmina ſuberigamus.* Idem habet *lib. 1. in Iſaiam, & lib. 5.* in eundem Prophetam ad illud, *cap. 13. num. 19. erit Babylon.* & ſuper, *cap. 40. Ezechielis*, & D. Gregor. *in Prolog. 1. in Iobum, cap. 3.* ait: *Primùm fundamentum hiſtoriæ ponimus, deinde per ſignificationem typicam, in arcem fidei fabricam mentis erigimus.* Et idem habet *homil. 2. in Ezechielem.* Similiter D. Auguſtinus *tom. 3. lib. 8. de Geneſi ad literam, cap. 7.* D. Thomas *1. part. quæſt. 102 art. 1.* & *quæſt. 6. de potentia, art. 7. & quodlibet. 3. art 5.* & alij multi Patres, & Doctores, quos citant, ac ſequuntur Rua *tom. 2. controverſ. 9. dub. 3.* Payva *lib. 1. cap. 4.* Lahay *Prolog. in Bibliam Maxim. ſect. 11. cap. 2. § circa alteram.* Noſtri Benavides de Methodo exponendi Sacram Scripturam *diſp 9. dub. 4.* Andræas à Cruce *1. part. quæſt. 1. num. 242.*
D. Hieron. D. Gregor. D. Auguſt. D. Thom. Rua. Payva Lahay. Benavides. Andreas à Cruce.

156. Et omiſſis multis rationibus, hac unica probatur concluſio; ſenſus literalis, ut patet ex ejus diffinitione ſupra *num. 136.* deſumitur ex immediata ſignificatione verborum, ſive in propria, ſive metaphorica, ſeu figurata acceptione, ex Spiritus ſancti intentione; ſed nullus aſſignabitur locus ſacræ Scripturæ, cujus verba non ſignificent aliquid immediatè aliquo ex prædictis modis ſcilicet vel propriè, vel metaphoricè; ergo nullus eſt locus, qui non habeat ſenſum literalem. Confirmatur, quia ex oppoſita ſententia ſequitur magnum abſurdum, multa loca ſacræ Scripturæ carere omni ſenſu, ac proinde eſſe inutilia. Probatur, quia juxta ſanctos Patres proximè citatos, totum fundamentum ſenſus ſpiritualis eſt ſenſus litteralis; ergo ſi talis ſenſus, ſeu fundamentum non datur, nec dabitur ſenſus ſpiritualis; & ſic erunt multa loca abſque ullo ſenſu, & prorſus inutilia.

157. Oppoſitam ſententiam, quòd detur locus

in

Lyran. Zumel. Origenes D.Hieron. Math.18. Iudic.9. 1.Cor.3.

in ſacra Scriptura, quod nullum habeat ſenſum literalem, tenet Lyranus *Prolog.* 3. ad ſuam poſtillam. Zumel. 1.*p.q.*1 *art.*7.*q.*7. & ait: *ubi litera omnino nobis diſſonat, ſemper ſenſus literalis, ſpiritualis eſt.* In hac ſententia videtur fuiſſe Origenes *homil.* 2. *in Geneſin*, parum ante finem. Argumentantur, quia multi Patres, ut Divus Hieronymus *Epiſtol.* 2. *ad Nepotianum*, & alij Patres videntur docere in figuratis locutionibus Scripturæ, non litteræ, ſed ſpiritui eſſe inſiſtendum, & in illis myſticum ſenſum eſſe inquirendum. Quod confirmant primò ex illo Matth. 18. num. 8. *Si manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum*, &c. ubi nec pes, nec manus præcipitur abſcindi à Chriſto. Deinde in Apologiis, valdè abſurdum videtur quærere in illis ſenſum literalem, ut illo Iudic. 9. num. 8. *Ierunt ligna ut ungerent ſuper ſe regem.* Et confirmatur ſecundò, quia Apoſtolus 2 *Cor.* 3. *num.* 6 ait *Literam occidere*; ergo ſi in omnibus literalis ſenſus quærendus eſt, ruinæ, & occiſionis cauſa dabitur.

D.Hieron. D August. D.Hilar. D.Paſchaſ. Lyran. Abulenſ. Carthuſ.

158. Reſpondetur, quòd quando Patres docent in figuratis locutionibus non eſſe literæ, ſed ſpiritui inſiſtendum, nō eſt eorum mens, quòd in his figuris non ſit ſenſus literalis, ſed tantùm volunt docere, quòd in talibus figuris nō ſit inhærendum in cortice literæ, nec tantùm in voce, ac ſignificatione grammaticali, ſed inquirendus eſt ſenſus abſconditus, & abſtruſus, & talis ſenſus, qui ſub figuris, ac metaphoris latet, eſt ſenſus literalis, ut jam explicavi *ſuprà num.* 138. cùm Chriſtus dicitur Leo, Agnus, &c. & ideo ad teſtimonia Scripturæ allata, dicimus quòd per manum, vel pedem vel intelligunt cum D. Hieronym. animi affectus, qui nos ducunt huc, & illuc; vel cum Divo Auguſtino, Divo Hilario, Divo Paſchaſio & aliis, amici, conſanguinei, qui nobis inſerviunt, tanquam manus, & oculi quos citavi *tom.* 2. *in Evang. cap.* 13 *quæſt.* 3. ubi de hac re dedi ſeptem expoſitiones. Id quod dicitur de rege conſtituto à lignis, eſt elegantiſſimus, ac antiquiſſimus apologus, quo Ioatham arguit Sichimitas, quod iniquè, & impiè geſſerint, cùm tyrannum Abimelech in regem crearunt Cæſis 70. fratribus ſuis. Ita Lyran. Abulenſ. Carthuſian.

D.Chryſ. D.Ambroſ. D.Remig. D.Thomas D.Auguſt. D. Anſelm. Lyran. Cornel.

159. Ad confirmationem dicimus, quòd cùm Apoſtolus ait: *Littera occidit, ſpiritus vivificat.* Per literam non intelligit ſenſum literalem, nullus enim Sanctorum Patrum talia dixit. Per literam intelligit legem veterem, ut docent ibi D. Chryſ. D. Ambroſ. D Remig D. Thomas, D. Auguſtinus *lib.* 3. *de Doctrina Chriſtiana, cap.* 4. Nam Moyſes cum legem dedit, literam tantùm dedit. At Chriſtus cum lege dedit ſpiritum; & dicitur litera, ſeu lex ſcripta *occidit*, quia cùm Apoſtolus hæc ſcribebat, lex erat mortua, & mortifera, & occidebat. Vel etiam per reſpectum ad ſuum tempus antiquum dicitur, *litera occidit*, quia ut exponunt D. Auguſtin. D. Anſelm. Lyran. Cornelius: occaſionaliter nempe, nam lex magnam multitudinem præceptorum inducebat, & inde concupiſcentia, & peccatum excitabatur, quod occidit animam.

Ex qua ratione multiplex literalis ſenſus provenit?

D.Hieron. Pſalm.2. Incognit. Lorin.

160. Primò ex ſuprema, & infinita ſapientia Dei, quæ uno verbo multa comprehendit, dicit, ac ſignificat, ut jam dixi *ſupra num* 142. *&* 143. Secundò ex vocibus Hebraicis, quæ ſunt valdè ambiguæ, & multiplicem reddunt ſenſum, ut communiter notant Interpretes cum D. Hier. *lib.* 1. *Apologiæ*, contra Rufinum *cap.* 5. ubi ait, *Quæ res diverſæ interpretationis materiam præbuit, dum unuſquiſque inter dubia, quod ſibi conſequentius videtur, hoc transfert.* Quod probat ex illo Pſalmo 2. *Apprehendite diſciplinam*, quod ob ambiguitatem vocis *Naſcubar*, quadrupliciter explicatur, ut ibi Interpretes, Incognitus Noſter, Lorin. & alij.

D.Hieron. D.Auguſt. D. Hieron. Lahay. Anton à Matre Dei.

161. Tertiò deſumitur ex variis punctis Hebræorum, in ſuis literis, quæ varias ſignificationes efficiunt, ut notat idem Hieronym. *epiſt.* 125. *ad Damaſum.* Quartò. Si contingat in Textu Hæbræo haberi unum ſenſum, & editionem Septuaginta alium diverſum continere, maximè conſiderandum an in aliquo illorum textus ſit corruptus, ſi verò evidentibus, & probabilibus rationibus invenitur utrumque textum eſſe legitimum; tunc ſub eadem littera credendum eſt, quòd multiplex ſit ſenſus intentus ab Spiritu ſancto, ut docet Divus. Auguſtinus *lib.* 2. *de Doctrina Chriſtiana, cap.* 15. *tom.* 3. & *lib.* 18. *de Civitate, cap.* 43. *tom.* 5. Et hoc fecit, & nos ſuos exemplo docuit facere D. Hieronym. qui in tranſlatione Scripturæ multa deſumpſit ex Textu Hæbræo, multa ex lectione Septuaginta tanquam ex oraculo divino, ut obſervant Lahay *tom.* 1. *Prologom.* In Biblia Max. *ſect.* 11. *cap.* 7. *n.* 7. Fr. Antonius à Matre Dei *Prælud.* 3. *dub.* 10 *n.* 98. §. *ſi contingat.* Et hoc maximè in Pſalmis, ac Prophetis.

Ioan.1. D.Chryſ. D. Hieron. D. Nazian. D. Iren. D. Auguſt. D. Hilar. D. Cyrill. D. Thomas Tertullian.

162. Quintò, ex diverſa diſiunctione, ac poſitione punctorum, valdè diverſus ſenſus deſumitur, verbi gratiâ. Illud *Ioan.* 1 *num.* 5. ſi legatur: *Omnia per ipſum facta, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt.* Et poſito puncto dicitur, *in ipſo vita erat.* Senſus eſt, omnia ab ipſo verbo eſſe facta, & nihil eſſe quod à verbo non ſit factum. Ita Divus Chryſoſtomus, Divus Hieronymus, D. Nazianzenus, Divus Irenæus, & alij multi Patres, quos citavi *tom.* 1. *in Evangel. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 47. E contra alij graviſſimi Patres aliter legunt; *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*; & puncto interpoſito, *Quod factum eſt, in ipſo vita erat.* Ita D. Aug. D. Hilar. D. Cyrill. D. Thom. Tertullian. & alij, quos *citato loco num.* 46. adduxi, ac ſic dicatur, quod eſt factum in ordine ad ſalutem generis humani, ut Incarnatio Verbi divini, Mors, Paſſio, Reſurrectio, ac ſanctificatio noſtra, in ipſo Filio Dei factum eſt, qui eſt omnium vita, & ſalus. Ac ſi dicat Evangeliſta, in prima periodo egi de rebus in ordine ad eſſe naturale, in ſecunda verò in ordine ad eſſe ſupernaturale, ac ſalutem noſtram. Vide quæ dixi *eodem cap,* 1. *citato. n.* 55. *&* 6.

Quæstio III.

Quando idem locus videtur habere duos ſenſus contrarios, & incompatibiles quomodo exponendus?

SUMMARIUM.

163 *Primà regula ex ſenſu recepto ab Eccleſia.*
164 *Secunda regula ex cohærentia cum altero loco Scripturæ.*
165 *Tertia regula ex mente, & interpretatione Sanctorum.*
Vel etiam ex interpretatione, quæ cohæret cum alio loco Scripturæ, vel cum doctrina alibi data à Sanctis Patribus. Ibidem.
166 *Quarta regula, ſi expoſitio non poteſt haberi, nec ex alio loco Scripturæ, nec ex Eccleſiæ explicatione, nec ex Sanctis Patribus, illa tenenda, quæ magis fuerit conformis rectæ rationi.*

163. Solutio ad quæſtionem propoſitam, deſumenda ex ſequentibus regulis. Prima eſt; ille ſolus verus ſenſus eſt, qui à tota Eccleſia receptus, cujus eſt de vero ſenſu ſacræ Scrip-
Trident. turæ judicare, ut habet Conciliũ Tridentinum *ſeſſ.* 4. in Decreto, de editione librorum, ac eo-
Ioan. 14. rum uſu. Ut in illo *Ioan.* 14. *n.* 28. ubi Chriſtus dicit: *Pater maior me eſt.* Arrius impiè, univerſaliter locum interpretabatur, itant Pater abſolutè in omnibus eſſet filio major. At alius eſt verus ſenſus, quem Sancta Eccleſia Catholica Romana tenet, non in omnibus, ſed ſolùm ſecundum humanitatem, filium eſſe Patre minorem, ſic & hæretici noſtri tem-
Marc. 16. poris. Illud Marc. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit.* Quod hæretici de ſola fide intelligunt, Eccleſia Catholica in vero ſenſu, de fide cum operibus: nam ſine illis fides eſt mortua.

164. Secunda regula. Ille ſenſus præferendus, qui magis cohæret, & conformis eſt cum alio loco Scripturæ, proindéque optima eſt expoſitio Eccleſiæ Catholicæ in illo proximè citato Ioannis loco, cũ cohæreat cum aliis locis
Ioan. 10. ejuſdem Evangeliſtæ *Ioan.* 10. *n.* 30. ubi Chriſtus ait: *Ego, & Pater unum ſumus.* Ubi æqualitas ſumma inter utramque perſonam demonſtratur; ſicut & inter tres Trinitatis
1. Ioan 5. Perſonas ex 1. Ioan. 5. n. 7. *Tres ſunt, qui teſtimonium perhibent in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt.* Id au-
Iacob 2. tem, quod dicitur de fide, exponendum eſt
2. Petr. 1. juxta alium locum Iacobi 2. num. 20. *Fides ſine operibus mortua eſt*, & juxta 2. Petri 1. num. 1. *Fratres magis ſatagite, ut per bona opera, certam veſtram vocationem, & electionem faciatis.* Quem ſenſum tenet Sancta Mater Eccleſia Catholica.

165. Tertia regula, ſi unus ſenſus ſit Sanctorum Patrum, & alter illi contrarius, & novus, nec in Sanctis Patribus inventus, Concilium
Trident. Tridentinum, citato proximè loco, & etiam ipſa ratio naturalis docent illum ſenſum Sanctorum Patrum eſſe tenendum, & non alterũ, maximè Patribus repugnantem. At verò ſi detur interpretatio alicujus loci diverſa, quæ datur ibi à Patribus; tamen ſi talis interpretatio cohæret cum doctrina Scripturæ in alio loco data, & cum doctrina Patrum alibi tra- Bañes.
dita; tunc talis expoſitio recipienda eſt. Ita Azor.
Bañes 1. *p. q.* 1. *art.* 10. *d.* 6. Azor. *part.* 1. *inſtitution.* Vaſquez.
Moral, lib. lib. 8. *cap.* 2. *quæſt.* 3. Vaſquez 1. *part* Becanus.
diſp. 3. *cap.* 2. Becanus *in tract. de fide c.* 3. *quæſt.* D. Auguſt.
6. & dicunt eſſe de mente D. Auguſtini *lib.* 1.
de Geneſi ad literam, cap. 18. ſit exemplum: ait Iſai. 53.
Iſaias c. 53. n. 8. *Generationem ejus quis enarrabit* Quod communiter à Sanctis Patribus de generatione divina, à Patre Deo, vel de generatione temporali à Matre Virgine exponitur. At verò ſi quis exponat de generatione ſpirituali, qua per fidem, & baptiſmum, multi in Chriſtum credituri ſunt, in ipſoque regenerandi, quæ erit tam ampla, & copioſa multitudo, ut eam nemo dinumerare poſſit *Apoc.* 7. *n.* 9. quamvis hæc expoſitio non ſit data à Sanctis Patribus ad citatum locum Iſaiæ; cohæret tamen tum cum doctrina Scripturæ, tum etiam cum ea, quæ, data eſt à Patribus aliis in locis de multitudine credentium.

Quarta regula, quando uterque ſenſus nequeunt inter ſe conſiſtere, & non poteſt cognoſci, quis fuerit intentus ab Spiritu ſancto, nec ex alio Scripturæ loco, neque ex Eccleſiæ explicatione, neque ex Patribus hoc conſtat, ille præferendus, qui magis rationi naturali 266.
fuerit conformior. Quæ regula aſſignatur *in* Decretum.
c. Decretales diſt. 20. ubi dicitur: *Quo enim quiſque magis ratione nititur, eo majoris auctoritatis ejus verba eſſe videntur.*

Quæstio IV.

De ſenſu myſtico, ſpirituali, accomodatitio ac figuratis locutionibus.

SUMMARIUM.

167 *Senſus myſticus deſumitur ex rebus per voces ſignificatis.*
168 *Communiter ſenſus ſpiritualis idem eſt, ac myſticus, & moralis.*
169 *Ex ſenſu myſtico ſumitur efficax argumentum ad probandas res fidei, & n.* 170. 171. *&* 172.
173 *Reſpondetur ad argumentum adverſariorum.*
174 *Quilibet locus Scripturæ, præter ſenſum literalem, non habet illos tres ſenſus myſticos; ſeu allegoricos, & n.* 175.
176 *Quæſtio, an ſenſus myſticus excellentior ſit litterali.*
177 *Senſus literalis nobilior.*
178 *Proponuntur adverſariorum fundamenta, ac ſolvuntur, & n.* 179. 180.
181 *Senſus accommodatitius eſt admittendus, ad virtutem exhortandam, ad virtutes laudandas, ac vitia vituperanda, & n.* 182.
283 *In hac re tria obſervanda, & n.* 184.

Senſus Myſticus,

167. SEnſus myſticus eſt, qui nec propriè, nec metaphoricè ex vocibus proxime deſumitur, ſed ex rebus per voces quaſi ſub umbra, & figura habetur, ut omnes ferè Patres, ac Doctores, quale fuerit peccatum Luciferi, & caſus ejus de cœlo, declarant, & confirmant ex illo
Iſai. 14. *Iſaia.* 14. *n.* 11. qui loquitur de ſuperbia, & ruina Nabucodonoſor: *Quomodo cecidiſti de cœ-*
Ezech. 28. *lo Lucifer, qui mane oriebaris?* & Ezechiel 28. n. 14. ubi agitur de ejus gloria; & quamvis in his non agatur literaliter de peccato, & caſu primi Angeli, tamen conſenſus communis Doctorum ſub illo lege myſticè, & typicè concludit repræſentari præcipitationem Luciferi de cœlo: nam in toto veteri Teſtamento alium locum non invenimus, qui de caſu Luciferi nos doceat, ac proinde iſte ſenſus inde dicitur myſticus, ac ſi veluti deſumatur ex vocibus, & rebus. Hæc dixi de ſenſu myſtico rigoroſo: nam communiter pro eodem habentur ſenſus myſticus, ac moralis, & ſpiritualis.

Senſus ſpiritualis, ſeu moralis.

168. Hodie communiter ſenſus myſticus, moralis, & ſpiritualis pro eodem habentur, tamen iam ſuprà explicavimus ſenſum myſticum præcisè ſumptum, nunc & explicemus ſenſum moralem, ſeu ſpiritualem, qui ita à multis definitur, & eſt ille, *quem verba ſacra literis conſignata, ex intentione Spiritus ſancti ſignificant, mediis rebus priùs per illa in ſenſu literali ſignificatis.* Nam licèt ſenſus literalis multoties ſit de rebus ſpiritualibus; tamen in hoc diſtinguitur, quòd literalis immediatè ſignificatur per verba, ſpiritualis autem mediis rebus priùs per verba ſignificatis. Senſus autem ſpiritualis dividitur in allegoricum, tropologicum, & anagogicum, quos latè explicavi *q.* 1. *n.* 129. 130 131. *&* 132.

Vtrum ex ſenſu myſtico, & ſpirituali ſumatur efficax argumentum ad probandas res fidei contra hæreticos.

169. Negantem partem tenent Seraphinus à
Porreta. Porreta 1. *p. q.* 1. *art.* 10. Molina ibidem *diſp.* 5.
Molina. Salmeiron *Prologom.* 19. Fundantur in eo, quia
Salmairon. D. Iren. *lib.* 1. *cap.* 1. D. Epiphanius *tom.* 2. *hæreſi* 31. irrident Valentinianos, & hæreticos, quia ex ſenſu myſtico probabant ſua dogmata, ſimiliter & alij Patres.
170. Oppoſita ſententia eſt communis, & vera, & affirmat, quod ex ſenſu ſpirituali, ſeu myſtico optimè deſumitur efficax argumentum ad probandam quamlibet veritatem, ſicut ex
Bañes. ſenſu literali. Ita ad 1. *p.* D. Thomæ *q* 1. *art* 10.
Gonzales. ibid Bañes *dubio ult. concluſ.* 2. Gonzales *ſect* 5.
Vaſquez. Vaſquez *diſ.* 16. *cap.* 5. Valentia *punct.* 5. *q.* 2.
Valentia. §. *Ex his.* Gilius *tract.* 7. *cap.* 5. *num.* 4. Faſſolius
Gilius. *dub.* 6 Machim *diſput.* 8. *ſect* 5. *concluſ.* 3. Zu-
Faſſolius. mel *quæſt.* 9. *artic.* 2. Atrubal *diſput.* 8. *cap.* 14.
Machim. Noſtri Salmantic. *tract.* 7. *diſp.* 10. *dub.* 1.
Zumel. & præter hos, viginti tres Doctores pro hac
Atrubal. ſententia citat. Fr. Antonius à Matre Dei *Præ-*
Salmantic. *lud.* 3. *dub.* 4. §. 3. *n.* 121.
Ant. à Matre Dei.

Et miſſis multis, hac unica ratione proba- 171.
tur: Ex ſenſu literali optimum fit argumentum, ex eo quòd intentus eſt ab Spiritu ſancto, qui nec poteſt falli, nec fallere; ſed etiam eodem modo ſenſus ſpiritualis eſt intentus ab Spiritu ſancto, ut dixi ſupra *q.* 1. *n.* 127. *&* 128. ergo ſicut ex uno poteſt deſumi argumentum efficax, ita ex alio.

Minor probatur multis exemplis Deute- 172.
ron. 25. num. 4. Præcipit Deus, *Non alligabis* Deuter. 26.
os bovi trituranti. Et tamen Apoſtolus 1. *Co-* 1. Cor. 9.
rinth. 9. *num* 9. & 1. *ad Timoth.* 5. *num* 8. Inde
probat miniſtris Evangelij ſtipendia, deberi. 1. Tim 5.
Illud, quod dicitur de Salamone 2. Reg. 7. 2. Reg. 7.
n. 14. *Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in*
filium, Myſticè applicat Apoſtulus *Hebræor.* 1. Hebr. 1.
n. 5. ut inde probet Chriſtum eſſe filium Dei, majoremque Angelis. Illud, quod dicitur de
eſu Agni Paſchalis Exod. 12. n. 46. *Os illius non* Exod. 12.
confringetis, Allegoricè in Chriſto completum eſſe, docet Ioan. 19 *n* 39 Legalium ceſſatio-
nem, ac Synagogā repudiatā probat Apoſto- Ioan. 19.
lus *Galat.* 4. *n.* 30. allegoria duorum filiorum Abrahæ: *Ejice ancillam, & filium ejus: non enim*
hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Sic & Galat. 4.
Apoſtolus Petrus 1. *epiſt. cap.* 3. *num.* 20. docet Geneſ. 4.
eos, qui in Arca Noë ſervati ſunt. *Geneſ.* 6.
num. 14. ſignificare ſpiritualiter eos, qui in 1. Petr. 3.
Eccleſia ſalvi fiunt per baptiſmum? *quod &* Geneſ. 6.
vos nunc ſimilis formæ ſalvos fecit baptiſma. Et multis aliis in locis & hunc ſenſum recipit, & tenet Sancta Eccleſia Catholica, dum illæ-
ſam virginitatem Beatiſſimæ Virginis Mariæ Eccleſia.
ſpiritualiter præſignatam fuiſſe in Rubo Moyſis, dum canit: *Rubum, quem viderat Moyſes incombuſtum, conſervatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem.* Et talem viſionem de virginitate Sanctæ Mariæ intelligunt
communiter Sancti Patres, Theodoretus, Theodor.
Rupertus, Hugo, Carthuſ. *ad c.* 3. *Exod.* D. Ber- Rupertu
nard. *ſem.* 2. *ſuper Miſſus eſt.* D. Gregor. Nyſ- Hugo.
ſen. *Orat. de Chriſti Nativitate.* D. German. Carthuſ.
Archiep. oratione in Nativitate, & latè Galatin D Bernard.
lib. 7. *de Arcanis fidei, cap.* 15. D. Nyſſen.
D. German.
Ad argumentum Adverſariorum dicimus 173.
Sanctos Patres non denotare ſenſum myſticum, & ſpiritualem, ſed depravatos ſenſus hæreticorum, quos confingunt ad ſuas iniquas falſitates comprobandas, & ſic ait Sanctus
Irenæus citatus contra Valentinianos. *Sed* Irenæus.
quia adaptare cupiunt ea, quæ bene dicta ſunt, iis quæ malè ab ipſis adinventa ſunt.

An quilibet locus ſacræ Scripturæ, præter ſenſum literalem, habeat tres illos ſenſus myſticos?

Negativè reſpondet D. Auguſt. *q.* 2. *ſuper* 174. D August.
Geneſim, ubi ait: in quibuſdam locis, ſolus ſenſus literalis quærendus: ergo non in omnibus; ſunt enim multa loca, quæ ſolùm habent ſenſum literalem, ut duo præcepta charitatis: *In*
quibus tota lex pendet, & Prophetæ, ut dicitur Math 22.
Math. 22. num. 37. *Diliges Dominum Deum*
tuum, ex toto corde tuo, & proximum tuum, ſicut Deuter. 6.
te ipſum iuxta id, quod dicitur *Deuteron.* 6 *n.* 5. Et quamvis dicantur in prædicto loco Math. expoſitione digniſſima, ut dixi *tom.* 4. *in Evangel. cap.* 46. *quæſt.* 16. *n.* 26. Omnia tamen

pertinent ſecundũ ſenſum literalem ad objectum charitatis, tam quoad actum, quam quoad ordinem;& idem dicendum eſt de Exod 20. cæteris præceptis Decalogi, Exod. 20. à n. 2. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.* Et iterum: *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* Sicut & Ioan. 10. illud Ioan. 14. n. 1. *Creditis in Deum, & in me* Math. 28. *credite.* Ita & ſicut habetur apud Matth. 28. n. 19. ait. Chriſtus, *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Sive hoc ſit per modum conſilij Math. 19. Matth. 19. num. 21. *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Quæ omnia verba, non ad ſenſus ſpirituales, ſed prout ſonant, accipienda ſunt in ſenſu literali.

175 Hæc doctrina, quòd non ſemper in omni loco Scripturæ quærendus ſit ſenſus ſpiritualis, & allegoricus, eſt de mente Sanctorum Patrum. D. Auguſt. Sic habet D. Auguſtinus *lib. 17. de Civitate Dei, cap. 3.* Et inquit. *Mihi autem, ſicut multum videntur errare, qui nullas res geſtas in eo genere literarum, aliquid aliud, præter id, quod eo modo geſtæ ſunt, ſignificare arbitrantur; ita multum audere; qui prorſus ſibi omnia ſignificationibus allegoricis, involuta eſſe contendunt.* D. Hieron. Et paſſim D. Hieronymus in ſuis damnat Origenem, qui omnia dicebat allegoriis plena, & etiam eundem Origenẽ hac de cauſa Epheſ. 5. reprehendit D. Epiphanius *lib. 2. hæreſi 61. epiſtol. ad Ioan. Ieroſolymit.* & ait: *Non omnia habent verba divina opus allegoria, ſed prout ſe habent, accipienda ſunt.* Ergo licèt frequenter in multis locis ſacræ Scripturæ detur ſenſus myſticus, non tamen in omnibus quærendus eſt, ut iam dixi ex D. Auguſtino.

An ſenſus myſticus ſit excellentior literali?

176. Theologi. Conveniunt omnes Theologi 1. *p. q. 1 art. 1.* quòd uterque ſenſus eſt nobiliſſimus ex parte materiæ, uterque enim agit de Deo, & creaturis de Chriſto, & membris ejus, de Eccleſiaque militante, ac triamphante, proindéque pro nobilitate utrinſque ſunt variæ rationes. Nam unus ſenſus in aliquibus excedit, alius in aliis præeminet. Tota quæſtio eſt, quiſnam abſolutè, & ſimpliciter ſit excellentior: Multi pugnant pro ſenſu myſtico, & ſpirituali, quorum fundamenta poſteà apponam,

177. Vaſquez. Lahay. Tamen, quòd ſenſus literalis ſit excellentior, mihi magis arridet. Ita Vaſquez 1. *part. diſp. 16. cap. 4.* Lahay *in Prolog. ad Bibliam Maximam, ſect. 10. cap. 8.* Probatur primò. Quia ſenſus literalis ordine generationis præcedit, & eſt fundamentum ſenſus ſpiritualis, ut ſupra dixi *quæſt. 12. num. 155.* Deinde ſenſus ſpiritualis à literali ſumit ſuam bonitatem: nam ſi cohæret cum literali admittendus, ſi ab illo diſcrepat, ac diſcordat, rejiciendus eſt; à fundamento enim deſumitur totum eſſe rei. Sic Chriſtus Dominus dicitur Eccleſiæ fundamentum, quia in ipſo tota Eccleſia cnititur, & ab illo habet ſuum eſſe. Secundò ex univerſalitate. Quia in omnibus locis Scripturæ datur ſenſus literalis, non verò ſenſus myſticus, ut dixi ſuperiori *quæſt. n. 155. 156.* Tertiò, Quia in vocibus illud eſt præſtantius, & excellentius, quod immediatè, ac proximè per ipſas voces ſignificatur; ſed in ſacra Scriptura ſenſus literalis immediatè ſignificatur per ipſas voces, ſenſus ſpiritualis remoti, ergo ſenſus literalis nobilior eſt. Minor, in qua eſt difficultas, Probatur, quia ſignificatio primaria vocis eſt præcipua, & principalior.

Opponunt adverſarij Primò. Finis nobilior 178. eſt, quam ea, quæ ordinantur ad finem; atqui ſenſus literalis ordinatur ad ſpiritualem, ut ad finem; ergo iſte nobilior. Negatur major; nunc ſenſus literalis non ordinatus ad ſpiritualem, ut, ad finem, ſed ad ſuum literalem, ad aperienda altiſſima fidei myſteria, ac ea quæ ad ſalutem pertinent. *Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Apoc. 2. 3. Apoc. 2.

Opponunt Secundò. Patres laudantes ſen- 179. ſum ſpiritualem, literalem dicunt corticem, ſpiritualem nucleum, ſeu medullam, & librum Apocalyp. 5. ſcriptum intùs ſenſu ſpirituali, Apoc. 5. foris ſenſu literali; & ſicut in naturalibus interiora ſunt nobiliora, ut cor, & anima, ita & in ſpiritualibus: & ita arca fœderis erat in Sancta Sanctorum maximè recondita. 3. *Reg* 8. *n. 6.* 3. Reg. 8.

180. Reſpondetur, quod Sancti Patres appellant ſenſum literalem corticem, quia eſt primus, & immediatus ſenſus verborum, in illo tamen non cognoſcunt nudam corticem, ſed etiam ſupremam, & altam medullam, ut in illis verbis Iſai. 7. num. 14. *Ecce Virgo concipiet,* Iſai 7. *& pariet filium.* Luc. 1. *Conceptus de Spiritu ſan-* Luc. 1. *cto.* Sicut de Incarnatione Verbi divini in utero Virginis. Ioan. 1. *Verbum caro factum eſt.* Ioan. 1. Et de Myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis Mat. 28. Matth. 28. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* In ſono horum Verborum apertus, & clarus eſt ſenſus literalis, tamen ibi altiſſima medulla tantorum myſteriorum recondita eſt, quæ ſuperat omnem intellectum. Ille autem liber Apocalypſeos dicitur ſcriptus intùs, & foris tam per ſenſum literalem, per quem nobis valdè abdita, ac intima nobis traduntur, & etiam pertinentia ad ipſum ſenſum myſticum, qui ex ipſo literali, deducitur. Ad confirmationem, de rebus abditis, illud erit verum quoad res phyſicas, non tamen quoad objectum cognoſcitivum: nam quantò majorem præbet ſui cognitionem, tantò illuſtriori, ac meliori modo habetur, ut patet in viſione beata, in qua Deus per cognitionem intuitivam meliori modo participatur, quam cognitione obſcura per fidem.

An ſenſus per accommodationem ſit admittendus?

Senſus accommodativus datur per quãdam 181. extenſionem, conſecutionem, ac ſimilitudinem maximè retinendus, ac approbandus eſt, vel ad virtutem exhortandam; ideò Eccleſia in matutino nobis ſemper præponit geſta Sanctorum, quia ut ait D. Ambr. lib. de Ioſeph cap. 1. *San-* D. Ambr. *ctorum vita cæteris norma vivendi eſt, ut tramitem eorum virtute reſeratum imitantibus veſtigiis proſequamur.* Vel ad virtutem alicujus laudandam, ut Eccleſia pro celebranda virtute alicuius Sancti Confeſſoris utitur verbis illis, quæ Chriſtus Dominus dixit de Nathanaële. Ioan. 1. num. 47. *Ecce verè* Ioan. 1. *Iſraëlita, in quo dolus non eſt.* Sic & Eccleſia

Sancto.

Sancto Pontifici adaptar illa verba : *Non eſt*
Eccleſ.44. *inventus ſimilis illi.* Eccleſiaſt. 44. num. 20.
quæ dicta ſunt de Abrahamo. Sic & Eccle-
ſia in feſtivitate Sanctorum Martyrum Ioan-
nis, & Pauli decantat illa verba : *Hi ſunt duo*
olivæ, & duo candelabra lucentia ante Domi-
Apoc.11 *num.* Apoc.11. num. 4. quæ dicta ſunt de Elia,
& Henoch.

Vel etiam componuntur ad arguenda pec-
182. cata. Vt illud Iſai.1.n.4. *Va genti peccatrici, po-*
Iſa. 1. *pulo gravi.* Et ad increpandos flagitioſos Præ-
latos. Ezech.34. n. 2. *Va paſtoribus, qui diſper-*
Ezech. 34. *gunt gregem meum.* Et ſic in multis aliis.

Tamen hîc tria notanda ſunt. Primò quòd
183. verba ſacræ Scripturæ nullo modo accommo-
dentur ad facetias, vel ſpurcitias, vel propha-
na. Hoc ſub rigidis pœnis prohibet Concil.
Trid *ſeſſ.*4. in Decreto de Editione librorum,
Trident. ac eorum uſu, & facit injuriam divinis verbis
ut docet D.Thom.2.2.*q.* 168. *art.* 2. *ad* 1. ubi
D.Thom. Caietan. Cajetanus docet peccare prædicatores, ſi ali-
quid ridiculum prædicationi Evangelicæ ad-
miſceant, & Azor.*tom.*1. *lib.*8.*c.*2.*dub.*4. ait ne-
Azor. fas eſſe, Scripturarum ſacrarum verba ad pro-
fanam, & vanam interpretationem converte-
re, & rigidè prædicatores de hac re puniendi
ſunt, tum ex hoc Decreto, tum ex Concilio
Lateran. Barboſa. Lateranenſi *ſeſſ.*11. de quo multa habet Barbo-
ſa *de poteſt. Epiſcop.p.*3. *Alleg.*76.*n.* 48.

Secundò requiritur, ut ſenſus accomoda-
184. tivus non introducatur, ac aſtruatur, ut ſenſus
literalis, quod maximè reprehendit D.Hieron.
D.Hieron. *epiſt. ad Paulinum.* Tertiò, ne verba ſacra in
ſenſu impio accommodentur, ut Michael Ser-
vetus, Lutherus, & Calvinus fecerunt, qui illud
Apoc. 12.n.17. *Michael, & Angeli ejus,* ſibi ipſi
iniquè, ac turpiter adſcribebant.

Quæstio V.

De figuratis locutionibus, ac figuris imaginariis Prophetarum.

SVMMARIVM.

185 *Figura definitio ex Qintiliano.*
186 *Deus loquitur nobiſcum more humano, ac proinde per figuras.*
187 *Explicatur multis exemplis figuras dari in ſacra Scriptura, & n.*188.
189 *Figura in ſacra Scriptura aliquando ſiunt per res imaginarias, aliquãdo per veras res.*
190 *Senſus literalis in hujuſmodi figuris eſt id, quod per eas ſignificatur, & n.* 191.
192 *Quod etiam reperitur in figuris, quæ ſiunt per veras res.*

Figurata locutio.

185. Figura, quam Græci *Schema* dicunt, ſic defi-
Græcus. Quintil. nitur à Quintiliano lib.9.c.1. *Eſt conforma-*
tio quadam orationis remota à communi, & pri-
mum ſe efferente ratione. Ponitur *Conformatio*
loco generis ; nam datur conformatio rei ad
rem, nominis ad nomen : Cætera ponuntur
loco differentiæ, & dicitur *remota à communi,*
ratione, ſeu ſimplici modo loquendi, cum vir-
ture deflectitur juxta materiam ſubjectam, &
Sylveira Opuſcula.

loquentis perſonam ; ad majorem efficaciam,
ac energiam, v. g. ut Apoſtolus loquitur per
interrogationem. *Quis nos ſeparabit à cha-*
ritate Chriſti ? an tribulatio, an anguſtia, &c. 1.Cor.3.
1.Corinth.13.num... ac aliis figuris, & tropis
explicandis.

Et abſque dubio hujuſmodi figuratæ locu- 186.
tiones, ſunt in ſacra Pagina, ut notat D. Aug. D.Auguſt.
*lib.*1.*c.*12. Et ratio fundamentalis eſt, quia Deus
loquitur nobis hominibus per ſacram Scri-
pturam, tanquam per inſtrumentum vivum
more humano, atque more humano in omni
idiomate, ſive Hebraico ; Græco, & Latino
harum figurarum *Ironia, Hyperbole ; Synecdo-*
che Antonomaſia, Antiphraſis, eſt frequens
uſus, ſine veritatis, aut decentiæ præjudicio,
imò cum magna utilitate, jucunditate, ac ele-
gantia juxta frequentiſſimum hominum uſum
ergo, &c.

Quod facilè demonſtratur per ſingula : *Iro-* 187.
nia eſt, qua contrarium ejus, quod dicitur, vo-
lumus pronuntiare, ac oſtendere, ut Gen.3.n.22 Geneſ. 3.
Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens
bonum, & malum. Sic & Elias ad Prophetas
Baal cum ironia dicebat. 3.*Reg.* 18.*n.*27. Illude- 3.Reg 18.
bat illis Elias dicens : *Clamate voce majori.*
Deus enim eſt : & forſitan loquitur, aut in diverſo-
rio, aut in itinere, aut certè dormit, ut excite-
tur. Secundo. *Hyperbole,* eſt dictio quædam, fi-
dem excedens, augendi, minuendive cauſa. Sic
David de Saule, & Ionatha dicebat. 2. Reg. 1. 2.Reg.1.
num.23. *Aquilis velociores, leonibus fortiores.*
Amos.2.n.9. Altitudo Amorrhæi, *altitudo Cedri*
dicitur, & Numer.13.num.24. *Vidimus menſtra*
quadam filiorum Enac, quibus comparati, quaſi
locuſtæ videbamur.

Tertiò *Sinecdoche* datur, cùm totum ponitur 188.
pro parte Marc. 16. n. 6. *Ieſum quæritis Naza-* Marc. 16.
renum, id eſt corpus Ieſus. Vel ſecundò ponitur
pars pro toto Sap. 14. n. 1. *Per feros fluctus iter* Sap. 14.
facere incipiens, ligno portante ſe, fragilius lignum
invocat. Ponitur lignum pro navi. Geneſ. 6. Geneſ. 6.
num.12. *Omnis caro corruperat viam ſuam.*
Quartò. *Antonomaſia*, quæ ſic definitur à
Beda, *eſt ſignificatio, vice nominis poſita* ; cum Beda.
ex aliquibus accidentibus ſignificatur perſo-
na, vel motibus ejus. Pſalm.88 num.11. *Proje*
ciſti ſicut vulneratum, ſuperbum. Vbi ſuper- Pſalm. 88.
bi nomen, quod eſt commune pluribus, pro
Lucifero, qui in ſuperbia eminet, ponitur ; ſic
frequenter vir crudelis dicitur Nero, vel Do-
mitianus. Quintò *Antiphraſis,* quæ ſuis verbis
contrarium ſignificat, & per hanc figuram di-
citur lucus, quod minimè luceat, bellum, quod
nihil in eo ſit bellum ; benedicere, pro male-
dicere uſurpatur, ut illud uxoris Iob ad
eum.2.num.9 *Benedic Deo, & morere.* In quo Iob. 2.
loco pro reverentia Deo debita, in modo lo-
quendi, verbum benedicere pro maledicere
ſumitur.

Quiſnam ſit ſenſus literalis in viſionibus imaginariis, ac rebus figurativis?

Pro hujus rei intelligentia notandum, 189.
quod res, quæ aliquid ſignificant in ſacra
Scriptura, ſint in duplici differentia ; quæ-
dam enim ſunt imaginariæ, quæ mentibus

Prophtarum objiciuntur, ad aliqnid ſignificandum; aliæ ſunt veræ res, quæ aſſumuntur, ac proponuntur ad aliquod indicandum. Hoc poſito

190. Sit prima concluſio: Senſus literalis deſumitur ex rebus imaginariis per ipſas ſignificatis, quæ mentibus Prophetarum objiciebantur, eas contemplantibua ſive in ſomnis, ſive in vigiliis. Abrahamo gravi ſomno de-
Geneſ.15. tento, ut dicitur Geneſ. 15. num. 17. *Cùm occubuiſſet Sol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas tranſiens inter diviſiones illas.* Significabat *Clibanus* populi ſui ſervitutem Ægyptiacam in luto, & latere, quem in ſuis furnis coquebant Hebræi. *Lampas tranſiens* ſignificabat Deum, cujus imago eſt lampas, iſta tranſiens
Lyran. Abulenſ. per diviſiones, more antiquo fœdera pangentium: nam ut notant ibi Lyranus, Abulenſis, & alij, olim iniens pactum, vel fœdus firmum cum alio, inter partes animalis occiſi tranſibat.

191. Daniel.8. Sit & aliud exemplum. Propheta *Daniel.8. num.3.* vidit hircum caprarum venientem ab Occidente, & percuſſiſſe arietem, ac conculcaſſe illum. *Hircus* denotabat Alexandrum Magnum, ſicut & *Aries* Darium Regem, qui ab Alexandro victus, & occiſus eſt. Sic
Ierem.1. & Ieremias 1. num. 13. *Vidit ollam ſuccenſam;* quæ ſignificabat Ieruſalem ſuccenſam à Nabucodonoſore; & tamen in his viſionibus, nec clibanus, nec lampas, hircus, vel Aries, & olla ſuccenſa, ſumuntur pro ſuo ſignificato materiali, ſed ſignificata per hæc, eſt eorum ſenſus literalis. Et probatur, quia hæc verbi gratiâ, clibanus, lampas, &c. ſignificabant aliquid, vel non: hoc ſecundum dici non poteſt, quia illa ſunt inſtituta à Deo ad ſignificandum; ergo dicendum eſt primum; atqui illa non ſunt oſtenſa pro eorum ſignificato præcisè, pro hirco, vel ariete, verbi gratiâ, ſed pro his, quæ denotabant; ergo ipſa denotata eſt eorum ſenſus literalis.

192. Secunda concluſio. Senſus literalis aliquando ſignificatur per res veras, & reales. Sciſſuræ decem, quas ex Dei imperio Achias Silonites tradidit Ieroboam, ex novo pallio,
3.Reg.11. quo opertus erat. 3.*Reg.*11.*num.* 31. literaliter ſignificabat Salomonis regnum ſcindendum eſſe, & decem ejus partes, id eſt decem Tribus, tradendas eſſe, Ieroboam. Iſaias diſcalceatus incedens ex mandato. 20. *num.* 2. per compita Civitatis ad literam ſignificabat Ægyptios, & Æthiopes nudos, & diſcalceatos, ſeu ab omnibus ſuis rebus expoliatos, in captivitatem ducendos eſſe per Regem Aſſyriorum.

193. Oppones Senſus literalis eſt ille, qui ſignificatur per voces, ſpiritualis autem per res; ergo ſenſus literalis non coaleſcit ex rebus, ſive veris, ſive imaginariis Reſpondetur, quòd illa deſcriptio ſenſus literalis, ita eſt intelligenda, quòd ſenſus literalis deſumitur ex vocibus, & rebus, cum res proponuntur loco verborum, tunc res ſive veræ, ſive imaginariæ ſignificant tanquam verba, & inſerviunt ad ſenſum literalem.

RESOLUTIO III.

De Auctoribus Canonicis ſacræ Scripturæ.

QUÆSTIO PRIMA.

Deus ſupremus Scripturæ Auctor, an etiam per ſe immediatè aliquid ſcripſerit.

SVMMARIVM.

194 *Deus totius Scripturæ Auctor.*
195 *Quæ ab Scriptura dicũtur, dici dicũtur à Deo*
196 *An Deus aliquid per ſe immediatè ſcripſerit, prima ſententia negativa.*
197 *Ponuntur illius fundamenta.*
198 *Secunda ſententia oppoſita affirmat.*
199 *Tertia, & probabilior media via incedit.*
200 *Probatur prima pars triplici fundamento, & n.201.202.& 203.*
204 *Probatur ſecunda pars.*
205 *Reſpondetur ad primum fundamentum, & num.206.*
207 *Ad ſecundum probabilis ſententia, quòd Deus aliquando per ſe ipſum locutus fuiſſet cum Patribus antiquis, ſaltem in aliquo raro caſu.*

AUCTOR totius Scripturæ Deus eſt. 194.
Sic ait Paulus 2. Timoth. 3. num. 16. 2. Tim.3.
Omnis Scriptura divinitùs inſpirata utilis eſt. Oſee 12. num. 10. in perſona Dei ait: Oſe. 12.
Locutus ſum ſuper Prophetas, & ego viſionem multiplicavi, & in manu Prophetarum aſſimilatus ſum. Et eodem modo ipſe Chriſtus Domi-
nus verus filius Dei, ait per Iſaiam 52. n. 6. *Ego* Iſai.52.
ipſe, qui loquebar, ecce adſum. His concinit
Paulus Hebræ. 1. num. 1. *Olim Deus loquens Pa-* Hebr.1.
tribus in Prophetis, noviſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. Sic Zacharias canit de
Deo Luc. 1. num. 70. *Sicut locutus eſt per os* Luc.1.
Sanctorum, qui à ſæculo ſunt, Prophetarum eius. Iſai. 50.
Confirmatur ex his, quæ ſcribit Iſaias 50. num. 4. *Dominus dedit mihi linguam eruditam.* Et ſtatim ſubdit: *Erigit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam quaſi magiſtrum*, ac ſi linguam eruditam habere non poſſet ad divina myſteria evulganda, niſi priùs ad auſcultandum promptam autem accommodaret, & ut denotaretur, quod ea, quæ ſcribebat, non erant ex ſuo ingenio excogitata, ſed à divino Spiritu afflata, ac inſpirata. Sic loquitur
D. Chryſoſt. in Pſalm. 48. & ait: *Scriptor Ca-* D. Chryſ.
nonicus à divino Spiritu accipit, quod in populum eructat. De qua re non eſſe dubitandum,
ſignificat D. Paulus, an experimentum quæ- 2.Cor.13.
ritis ejus, quæ in me loquitur Chriſtus 2. *Corinth.* 13. *n.* 3.

Confirmatur, quia cùm Deus ſit Auctor 195.
Scripturæ, quæ dicuntur, dici à Deo, dicuntur dici ab Scriptura, ait Deus per Moyſem ad
Pharaonem Exod. 9. num. 16. *Idcirco poſui te* Exod.9.
ut

ut oſtendam in te fortitudinem meam. Quem locum referens Apoſtolus ait Rom. 9. n. 17. (Rom. 9.) Dicit enim ſcriptura Pharaonis, quia in hoc ipſo excitavi te: ut oſtendam in te virtutem meam. Cùm Deus ſit Auctor ſcripturæ, idem eſt, quod Deus dicat, ac quod ſcripturæ dicat, Iſaias 7. (Iſai. 7.) n. 13. reprehendens populum, quòd verbis Dei fidem non adhiberet, ait: Audite domus David; nunquid parum eſt vobis, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo? (Chaldæus.) Chaldæus. Quia moleſti eſtis verbis Dei mei? Pſal. (Pſal. 114.) 114. n. 3. Vt videat, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. (Chald.) Chald. Vt videat, num ſit intelligens, qui quærat doctrinam à conſpectu Dei. Ubi vides Deum ut Auctorem ab ipſa ſcriptura non ſejungi, ſed pro illa poni.

196. Hoc tamen poſito grandis inſurgit, quæſtio, an Deus ita per ſe ipſum ſcripſerit, ut nec hominis, nec Angeli miniſteriũ mediaverit? Prima ſententia, & negativa affirmat; quòd quamvis Deus ſit principalis Auctor ſcripturæ, hoc tamen factum eſt miniſterio hominis, vel Angeli. (Abulenſ.) Ita Abulenſ. in Exod. cap. 31. n. 18. & cap. 34. quæſt. 3. (Bañes.) Bañes 1. part. quæſt. 1. art 8. dub. 4. §. in hujus quæſt. (Perez.) Anton. Perez in Pentateuc. fidei vol. 3. dub. 10. n. 18. (Lorinus.) Lorin. Deuteron. 9. n. 10. (Lorca.) Lorca 2. 2. diſp. 1. de locis, n. 3. & de legibus, diſp. 30. (Salian.) Salian. ad annum mundi bis milleſimam quinquageſ. quadrageſ. quartam, n. 706. (Salian.) Suar. lib. 9. de legibus, cap. 5. num. 6. (Carthuſ.) Carthuſian. ad cap. 31. & 32. Exod. Mag. Fr. Didacus (Benavid.) Benavides de Arte, & Methodo exponendi ſacram Scripturam, diſp 2. dub. 6.

197. Probatur. Primò, ait D Stephanus Actor. 7. (Actor. 7.) num. 53. Iudæos accepiſſe legem in diſpoſitione Angelorum. Quod etiam ait D. Paulus Galat. 3. (Galat. 3.) n. 19. ubi ait, legem ordinatam fuiſſe per Angelos, quòd idem eſt, ac ſi diceret legem apertam, ac ſcriptam, & digeſtam fuiſſe miniſterio Angelorum, ut ad citatum locum Pauli expo- (D. Anſelm.) nit D. Anſelm. dicens: Lex eſt ordinata per Angelos, quia non per ſe ipſum Deus, ſed per Angelum Moyſi loquebatur, & præcepta legis diſponebat. Secundò. Omnes apparitiones in veteri teſtamento hominibus factæ, miniſterio Angelorum effectæ ſunt, ut docet D. Thomas (D. Thom.) in d. 2. diſtinct. 8. art. 6. quod deſumpſit ex D. (D. Dion.) Dionyſ. & ex D. Auguſt. (D. Auguſt.) lib. 2. de Trinit. cap. 10. & 11. & lib 3. cap. 4. ubi ait: Si quis à me quærat, quomodo facta ſunt ſenſibiles formæ ante Incarnationem Verbi Dei, quæ hoc futurum præfigurarunt? Per Angelos ea Deum operatum eſſe reſpondeo. Ergo & ſcriptura, ſicut & cætera opera per Angelos intelligitur facta.

198. Secunda ſententia, & appoſita affirmat, Deum immediatè per ſe ipſum ſcripſiſſe primas legis tabulas, quas Moyſi dedit Exod. 32. (Rupert.) Ita apertè Rupert. lib. 3. de victoria Verbi Dei, cap. 21. & 22. ubi ait: Ipſe Deus literas ipſas, elementorum figuras primus per ſemetipſum conſcripſit, & ei qui primus ex omnibus hominibus ſcribere meruit, ſcilicet Moyſi ſcriptas tradidit. (Sixt. Senen.) Idem habet Sixtus Senenſis lib. 1. Biblioth. verb. Deus, (Lyran.) Lyran. ad cap. 31. Exod. (Caietan.) Caietan. ibi, ait: Tabulæ legis ſcriptæ dicuntur digito ſummi legiſlatoris, tanquam manu propria non ſubſcripſerit, ſed ſcripſerit ipſe ſummus judex hæc decem præcepta. (Oleaſter.) Oleaſter ad mores, cap. 31. (Cornel.) Cornelius à Lapide ibid. (Nietemb.) Nietemberg de orig. ſacra Scripturæ, lib. 4. cap. 4.

199. Tertia ſententia media via incedit, & diſtinctione utitur, ait quòd primas legis tabulas Deus ſua virtute per ſeipſum ſcripſerit, ſecundas verò manu Moyſi factas eſſe. Hæc ſententia eſt de mente D. Auguſt. (D. Auguſt.) quæſt. 166. ſuper Exod. & quæſt. 15. ſuper Deuteron, tom 4. ubi ait: Priores tabulas & Deus fecit, & Deus ſcripſit. Et poſt pauca ſubdit agens de primis tabulis, ait: In primis ſolius opus Dei commemoratur. (Rabbam.) Rabbanus lib. 4 in Exod. cap. 20. & lib. 1. in Deuteron. cap. 15. (Hugo.) Cardinalis Hugo c. 9. Deuteron. exponens verſ. 10. ait: Quòd dicitur hîc, intelligitur de primis tabulis, de quibus non eſt dubium, quin Deus ſcripſerit eas. Gloſſa illa ſuper Exodum loquitur de ſecundis tabulis, quas Moyſes Domino dictante per Angelum ſcripſit. Et poſt pauca ſubdit: Primas tabulas Dominus ſolus ſcripſit, ſecundas Dominus, & Moyſes: Dominus ut Magiſter dictans: Moyſes ut miniſter notans: (Labayſ.) In hac ſententia eſt, Labay Exod. 31. conception. 37. (Celada.) Celada de Benedicti. Patriarch. §. 305. n. 3. (Caſtillo.) Caſtillo de ornatu Aaronis, verſ. 37. n. 97. (Ant. a Matre Dei.) Mag. Antonin. à Matre Dei in Iſagogicam ſcriptur. Præ lud. 1. digreſſione 1. ſect. 3. n. 3. Et hæc ſententia mihi probabilior, videtur.

200. Probatur prima pars, quòd primæ tabulæ fuerint immediatè conſcriptæ à Deo, ac ejus Divina virtute, & non per Angelum, ne videatur violentiam inferri textui, dicitur Exod. 31. (Exod. 31.) n. 18. Deditque Dominus Moyſi duas tabulas teſtimonij lapideas, ſcriptas digito Dei. Et Exod. (Exod. 32.) 32. num. 15. Reverſus eſt Moyſes de monte portans duas tabulas teſtimonij in manu ſua ſcriptas ex utraque parte, & factas opere Dei; & ſcriptura Dei erat ſculpta in tabulis, Deuteron. 9. (Deuter. 9.) num. 10. ait Moyſes. Dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei. Ducor in hanc ſententiam, quia dum dicuntur tabulæ ſcriptæ digito Dei, videtur denotari aliquid ampliùs quàm juſſione Dei; nam etſi Rex dicatur ſcribere, vel facere, cum mandat per miniſtros ſuos ſcribere, vel facere; tamen tunc non dicitur ſcribere, vel facere manu ſua, vel proprio digito ſuo; ergo cum hæ tabulæ non ſolum dicantur ſcriptæ, vel factæ à Deo, ſed opere Dei, digito Dei, videtur aliquid magis particulare, ac peculiare hîc indicari.

201. Probatur ſecundò, juxta communem regulam D. Auguſtini, ac ſanctorum Patrum, quia verba ſcripturæ cum proprietate ſermonis accipienda ſunt, cum inde nullum abſurdum ſequitur; Atqui nullum inde ſequitur, ex eo quòd dicamus, Deum immediatè per ſuam virtutem has tabulas ſcripſiſſe, ergo ita intelligendum eſt, & proprietas verborum ad hos nos maximè inducit.

202. Probatur, Tertiò. Quia eodem modo dicitur Deus ſcripſiſſe has tabulas digito ſuo, ac dicuntur cæli opera digitorum Dei, Pſalm. 8. (Pſalm. 8.) n. 4. & ex eo quòd cæli dicuntur opera digitorum Dei, inde benè probant interpretes, ut habetur apud Lorin. (Lorin.) ibi, cœlos, & cæteras, res viſibiles non eſſe miniſterio Angelorum factas, ſed immediatè à Deo per ſuam virtutem; ergo & ſimiliter ex eadem phraſi loquendi, debemus colligere illas primas tabulas, non eſſe miniſterio Angelorum conſcriptas. Idem etiam probari poteſt ex illo Pſal. (Pſalm. 101.) 101. num. 26. Initio tu Domine terram fun-

daſti, opera manuum tuarum ſunt cæli.

Poſterior pars concluſionis probatur. 203. Clarè, ut benè colligitur ex textu poſteriores tabulas à Moyſe fuiſſe conſcriptas, ut habetur ex illis verbis: Præcepit Deus Moyſi, Exod. 24 Exod 34. num. 1. *Præcidi tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum, & verſ.* 27. dicitur: *Dixit Dominus ad Moyſem: Scribe tibi verba hæc.* Et ſubditur ſtatim num. 28. *Et ſcripſit in tabulis verba fœderis Domini*, ſcilicet ipſe Moyſes, de quo immediatè ante agitur in textu.

204. Ad primum argumentum, legem dici à D. Stephano, ac D. Paulo acceptam diſpoſitione, & ordinatione Angelorum, quia Angeli diſpoſuerunt, ac ordinaverunt omnia, quæ pertinebant ad pompam, apparatum, ac dignitatem ipſius legis accipiendæ, ut docent D. Chryſ. Theoph. Suar. D. Chryſoſt. Theophylactus, apud Suarium *lib. 6. de Angelis, cap. 20. num.* 34. quod etiam Caietan. tenet. Caietan, & diſpoſuerunt omnia antecedenter, concomitanter, ac ſubſequenter ad ipſam legem. Antecedenter; Angeli imperarunt populo, ut ſe præpararet ad accipiendam legem per purificationem, ac ſanctificationem idest lotionem veſtium, & abſtinentiam ab uxoribus, Moiſique mandarunt, ut aſcenderet in Sina montem, feceruntque Angeli concomitanter, ut cùm Dominus daret legem, ignis appareret, mons fumaret, fulgura coruſcarent, tonitrua reſonarent, & buccinarum clangor perſtreperet, & nubes denſiſſima montem operiret, ut totum habes *cap. 19. Exodi à num.* 15. Et conſequenter poſt datam legem Angeli fe- Exod. 19. cerunt, ut facies Moyſis cornuta, ac reſplendens appareret, *Exod. 24. num.* 39. Quod totum Exod. 34. divinâ providentiâ factum eſt, ait Cornelius *ad citatum locum. Actor.* 7. Vt populus ille rudis induceretur ad cognoſcendam dignitatem legis, ut illam terrore, ac potentia obſervaret, & audiret.

Exod. 20 Exod. 21. Exod. 22. Exod 25. Deinde ſub nomine legis tria continentur: lex naturalis, quæ habetur *in Decalog. Exod.* 20 leges judiciales *cap.* 21. 22. & leges cæremoniales *cap.* 25. quia primo miniſterio Angelorum imperatum eſt Moyſi, ut in ſecundis tabulis ſcriberet decalogum, & ideò rectè dicitur Iudæis, *Accepiſtis legem per diſpoſitionem Angelorum.* Nam ſecundas tabulas, quas Moyſes miniſterio Angelorũ nomine Dei ſcripſit, tenuerunt Judæi, accepcrũt, ac habuerunt apud ſe, nam primæ tabulæ ſcriptæ digito Dei, confractæ ſunt, & perierunt, & has non acceperunt; Præcepta autem judicialia, ac cæremonialia, miniſterio Angelorum datæ ſunt.

Ad ſecundum dicimus, quòd licèt commu- 206. niter loquendo, apparitiones in veteri teſtamento fiebant interventu Angelorum, & aliquando factæ ſunt immediatè à Deo per ſe ipſum. Ita Euſebius *lib.* 1. *de demonſtr. cap.* 3. Euſeb. & *lib. 5. cap.* 10 *&* 28. & *lib. 1. Hiſtor. c.* 2. ubi ait: *Verbum divinum interdum per Angelos, interdum per ſe ipſum appariuiſſe.* D. Chryſoſtomus *homil. 16. in Acta*, interpretatur apparitionem D. Chryſ. factam Moyſi per Angelum, non ſubſtantiam creatam; *Sed per ipſummet filium Dei Magni* Nicephor. *Conſilii Angelum.* Nicephorus *lib. 1. hiſt cap.* 2. D Theoph. Theophylact. *Actor.* 7. Theodor. *quæſt.* 5. *in* Theodor. *Exod.* Tertul. *lib. contra Iudæos, cap.* 9. D. Am- Tertull D. Ambroſ. broſ. *in illud ad Coloſſen.* 1. *Qui eſt imago Dei* Clem Rom. *inviſibilis*, Clemens Romanus 5. *Conſtit. ultim* Clemens Alexandrin *lib.* 1. *ſtromat* expreſſè Clem. Alex. Fernandez *de viſionibus, viſion. 6. ſect. 1. fol.* 179. Fernandez. & alij relati à Lorca *tract. de leg. diſp.* 3. à Salas Lorca. *ibi. diſp. 22. ſect. 2. num.* 16 & à Barrad. *tom. 1. in* Salas. *Evangelia, lib. 1. cap.* 15. Barradas.

Secundò reſpondetur, quòd communior ſit 207. ſententia Patrum, quod apparitiones in veteri teſtamento factæ ſunt miniſterio Angelorum; Dicimus, quòd ita verum eſt, ordinariè loquendo; tamen non inde ſequitur, quòd Deus in aliquo peculiari caſu ad manifeſtationem ſuæ bonitatis, ac amoris, in hoc communi modo diſpenſet; ſicut Deus, & ſi myſteria fidei revelat mediantibus Angelis, & Angeli ſuperiores revelent mediantibus inferioribus ut ait D. Thomas 1. *part. quæſt.* 112. & ſubdit: *Non tamen debet eſſe dubium, quin Deus immediatè hominibus aliqua revelare poſſet, non mediantibus Angelis, & ſuperiores Angeli non mediantibus inferioribus.* Sic etiam idem D. Thom. docet. 1. *part. quæſt. 12. art.* 11. D. Thom. Quòd ſecundùm legem ordinariam, nullus purus homo unquam vidit Deum, & tamen facit expoſitionem à Moyſe, & Apoſtolo Paulo.

Si verò aliquis inſtabit, *ex Actor. 7. num.* 38. 208. ubi conſtat, quod Moyſes loquebatur cum Actor. 7. Angelo in Monte Sina, Reſpondetur, quòd *ibi* eſt ſermo de ſecunda vice, quando poſteriores tabulæ datæ ſunt ei, & per quadraginta dies, ac noctes, nec comedit panem, nec bibit aquam, *Exod. 34. num.* 28. nam ſecundæ tabulæ perſeveraverunt, primæ verò ſunt confractæ, & abolitæ. Deinde, juxta phraſim ſcripturæ, qui aliquid annuntiat, & revelat, dicitur Angelus. Sic Ioannes Baptiſta *Malach.* 3. *num* 1. *Matth. 11. num.* 9. ſic & prædicatores, Paul. *Galat.* 1. *num.* 8. ſic & Verbum Divinum Malach. 3. Incarnatum dicitur Magni Conſilij Ange- Matth. 11. lus, *Iſai.* 9 juxta Septuaginta, & in hoc ſenſu Galat. 1. loquitur D. Iſidorus *de ſummo bono, c.* 10. & ait: *Vbicumque in Scripturis ſanctis pro Deo Angelus ponitur; non Pater, non Spiritus ſanctus, ſed* D. Iſidorus *pro Incarnationis diſpenſatione ſolus Filius intelligitur.* In eadem ſententia eſt Beda *lib. va-* Beda *riar. quæſt.* 99. ſavet D. Cyprianus *lib. 2. Teſti-* D. Cyprian. *mon. contra Iudæos, cap.* 5.

QUÆSTIO II.

Scriptores Canonici locuti ſunt Spiritu ſancto inſpirante, & agitur, an Chriſtus Dominus, & B. Virgo aliquid ſcripſerint?

SVMMARIVM.

209 *Spiritu ſancto inſpirante locuti ſunt ſancti Dei homines.*

210 *Non fuit conveniens, quod Chriſtus Dominus ſcriberet? Hoc fecit per ſuos Apoſtolos.*

211 *Chriſtus aliquid ſcripſit, ut patet ex hiſtoria adulteræ.*

212 *Scripſit Epiſtolam ad Abgarum regem, ad quem etiam, ut aliqui teſtantur, miſit effigiem vultus ſui, n.* 213. 214. 215. 216. 217 218. *San*

218 *Sanctiſſima Virgo ſcripſit Epiſtolam ad Ignatium & etiam ad unum, vel alte- terum.*

239 *Cur huiuſmodi Epiſtolæ non ſint Canonicæ nec inter Canonicas numerentur?*

Scriptores Canonici.

214. TRia quæro in hac quæſtione. Et primò
de Scriptoribus Canonicis, & certum
de fide eſt, eos fuiſſe locutos Spiritu Sancto
1.Petr.1. afflante, ac illuminante; ſic ait D.Petr. *epi-*
ſtol. 2. cap. 1. num. 21. Spiritu ſancto inſpirati
locuti ſunt ſancti Dei homines, & ideo olim
Iſai. 1. Prophetæ os Domini dicebantur: *Os Domini*
Iſai. 30. *locutum eſt*, Iſai.1. num. 20. *Os meum non in-*
terrogaſtis. Iſai. 30.num. 2. *quaſi os meum eris*,
Ierem. 15. Ierem.15.num.14.Hinc Zacharias canit: *Lo-*
Luc. 1. *cutus eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt, Pro-*
phetarum eius, Luc.1.num. 70. Et tam propriè,
ac genuinè Prophetæ erāt os Dei, ac Dei ore
loquebantur, ut non ſolùm eorum dicta Deo
tanquam loquenti, ſed etiam ſcripta tanquam
præcipuè ſcribenti referantur. Hunc David
canit Pſalm. 44. num. 2. *Lingua mea calamus*
ſcribæ velociter ſcribentis. Et ut benè D. Baſi-
Pſalm.44. lius ait; *Lingua juſti cordibus credentium ver-*
ba inſcribit vitæ æternæ, tincta quidem non atra-
mento, ſed ſpiritu Dei viventis.

Chriſtus Dominus.

215. Multis probat D.Thomas 3. *part. queſt.* 42
D.Thom. *art.* 4. quòd non fuit conveniens, quòd Chri-
ſtus Dominus immediatè per ſe aliquid ſcri-
beret; cum ipſe proprio verbo ſuo ſuos Diſci-
pulos docuerit, qui verbo, & ſcripto omnes
D.Auguſt. gentes docuerunt; quod etiam docet D. Au-
guſtin. *lib. de conſenſu Evangeliſtarum*, *cap.* 35.
ait: *Cùm illi, ſcilicet Apoſtoli, ſcripſerunt, quæ*
ille oſtendit, & dixit; nequaquam dicendum
eſt; quod ille non ſcripſerit, quandoquidem mem-
bra ejus id operata ſunt, quod dictante capite
cognoverunt. Quidquid enim ille de ſuis factis,
ac dictis, nos legere voluit, hoc ſcribendum illis
tanquam ſuis membris imperavit. Et ſtatim mo-
net; quòd nemo aliter accipiat *Quod narran-*
tibus diſcipulis Chriſti, in Evangelio legerit,
quàm ſi ipſam manum Domini, quam in proprio
corpore geſtabat, ſcribentem conſpexerit.

216 Et quamquam, regulariter loquendo, hæc
vera ſint, & quòd Chriſtus nihil ſcripſiſſet,
quod ad nos perveniſſet, tamen negandum
Ioan. 8. non eſt, quòd aliquando ſcripſerit, ut patet
in hiſtoria Adulteræ in qua ſcribit Ioan.8.n.6.
Maldonat. & 8. *Ieſus autem inclinans ſe deorſum, digito*
ſcribebat in terra. Et quamquam Maldonatus
exiſtimet fuiſſe characteres incertos nihil ſi-
D.Hieron. gnificantes, tamen fuiſſe veras literas verum
D.Ambroſ. ſignificatum habentes, eſt communis doctri-
D.Thom. na Patrum D.Hieron. D.Ambroſ. D. Thomæ,
D.Anton. Gloſſæ Interlineal. D. Bonavent. D. Antonij
D.Bonau. Vlyſſipponenſ. Alberti Magni, Carthuſiani,
Gloſſa. Lyrani, Hugoni, Ravyami, quos retuli, ac
Alber.Mag. citavi *tom.4. in Evang.cap.*15. *queſt.* 7. ubi cir-
Carthuſ. ca ſignificatum hujus ſcripturæ Chriſti, ſex
Lyran. ſententias retuli. Communis eſt, quòd ſcribe-
Hugo. bebat propria eorum peccata accuſantium,
Ravyami. itaut divina virtute unicuique repræſentaren-
tur ſua peccata, per quæ judicandus erat, &
unuſquiſque ſua peccata propria legeret, &
non alterius, ſicut vox Apoſtolorum, quæ licèt
fuiſſet Hebraica, tamen ſecundùm quod pro-
ferebatur, ab unoquoque etiam diverſæ na-
tionis, ac linguæ audiebatur, ut citato loco
explicavi.

Fieri etiam potuit, ut ratione urbanitatis 217
Chriſtus Dominus aliquid ſcripſerit, ut refer-
tur de ejus epiſtola reſpondentis Abgaro, ſeu D.Auguſt.
Abagaro Regi Edeſſæ Civitatis, ultra Euphra-
tem; quæ licèt à Gelaſio inter apocrypha com-
putetur, tamen non omnino cōtemnenda, quia Ephrem.
graviſſimi Auctores eam ut ſcriptam à Chri- Theodor.
ſto venerantur, ut conſtat *ex epiſt.* D. Auguſt.
263. *quæ eſt Darij Comitis ad ipſum Auguſti-* Baron.
num: & ex Ephrem *in ſuo teſtamento*. Theodo- Lyræus.
rus ſtudita *epiſt. ad Paſchaſ. Papam*, quos re- Niceph.
ferunt Baronius *tom.* 1. *an* 31. *num.* 58. & *tom.*7. Evagrius.
anno 545. Lyræus *in Triſagio lib.* 2. *num.* 26. Senenſis
Nicephorus *lib.*2.*cap.*7. Evagrius *lib.*4. *cap.* 27. Damaſc.
Senenſis *lib.* 2. *Biblioth. verb. Ieſus Chriſti*. Et
videndus eſt Damaſcen. *lib. de fide orthodoxa*,
cap. 17. Vbi ait Chriſtum Dominum vultus
ſui effigiem huic Abagaro miſiſſe, & Evagrius Ser Nicen.
proximè citatus narrat Edeſſam Vrbem, hujus Euſebius.
ſacræ imaginis virtute ab oppugnatione Per-
ſarum, & à flammarum incendio ab ipſis ex-
citato mirabiliter fuiſſe liberatam; quod etiam
refertur in Actis. Secundi Concilij Niceni.
Euſebius *lib.*1.*hiſtor.cap.* 25. refert ſe in publi-
cis Edeſſenæ Vrbis Archivis, reperiſſe Epiſto-
lam noſtri Redemptoris reſpondentis Abaga-
ro Regi, ejuſdem civitatis Regi.

Beatiſſima Virgo Maria.

218
Quod ipſa ſcripſiſſet Epiſtolam ad B. Igna- Dexter.
tium, teſtantur Flavius Dexter *ad annum* 86. Barn.
num. 11. & *ad annum*, 116. *num.* 4. & *ad an-* Vivarius
num. 340. *ibi* Vivarius, Bernardus *in Pſalm* 90. Bernard.
*ſerm.*7. Mateus Michaël Presbyter Cortonen- Marc Mich
ſis *lib. de viris Illuſtribus*, Sixtus Senenſis *lib.* 2. Sixt.Senen.
Bibliotheca, Carthuſian. Marian. Victorinus, Carthuſ.
Symphorianus, Clamperius apud Petrum Ca- Mariana.
niſium *lib.* 5. *de Deipara*, *cap.* 1. & apud Fran- Victorin.
ciſcum Vivarium *in Commentario ad Lucium* Symphor.
Dexterum anno 86. & 116. quod etiam teſtan- Clamper.
tur Franciſcus Arias *lib. de imita. Virg.* & Bar- Arias.
tholom. de Los Rios *lib.* 2. *de Hierarchia Ma-* Barthol.
riana, *cap.* 33. ubi etiam refert aliam Epiſto-
lam ejuſdem ſanctiſſimæ Virginis ſcriptam ad
Meſſanenſes, in cujus confirmationem clamat Metrop.
Eccleſia Metropolitana Meſſanenſis, quæ in
memoriam tanti beneficij nuncupatur *la Ma-*
dona del Atrio de Epiſtola, quæ illic reveren-
ter aſſervari dicitur. Citatus Bartholomæus Caniſius
de Los Rios, aliam ejuſdem Epiſtolā ad Flo- Hier. Ferr.
rentinos refert, de quibus videndus eſt Cani-
ſius *lib.* 5. *de Deipara*, *cap.* 1. & Hieronymus
Ferrarienſis in Concione Florentiæ habita 25
Octobris anni 1495. 219

Inquires, cur hujuſmodi Epiſtolæ tam Chri-
ſti Domini, quàm Beatiſſimæ Virginis non
habeantur inter Canonicas? Reſpondeo, quia
non conſtat de infallibili certitudine exem-
plaris ipſarum epiſtolarum; ſicut Concilium
Francofordienſe, ex antiquiſſimis Auctoribus
conſtet, quòd fuiſſet, quia tamen non conſtat
de infallibili certitudine exemplaris (Vnde
Suarius illud deſumpſit) ac eſſet ex aliqua
parte

parte corruptum, inde contenta in illo ut de
fide certa oon recipiunt graves Theologi,
Medina 3.*p. quæſt.*23. *art.*2. *dub* 3. Suar.*tom.* 1.
Medina. *ad* 3. *p. diſp.*49. *ſect.*3.§. *ſed nihilominus.* Lorca
Suarius. *ad* 3. *diſp.* 84. *membr.*2. *ann.*15. Raguſa *tom.*2.
Lorca. Raguſa. *ad* 3.*part.diſp.*30.§. *His argumentis.*

Quæſtio III.

De literarum inventione, ac uſu ſcribendi.

SUMMARIUM.

220 *Variæ ſententiæ circa inventores literarum, & num.*221.

222 *Nec Abrahamus, nec Moyſes, & alij ſupradicti, inventores ſunt literarum, & n.*223. *&* 224.

225 *Deus cum cæteris ſcientiis infudit Adamo uſum literarum, ac ſcribendi.*

226 *Quod confirmatur variis monumentis, ac hiſtoriis.*

227 *Prima litera Hebraica, ex quibus derivantur alia.*

228 *Qualia fuerint in exordio prima ſcribendi inſtrumenta.*

220. SAtis multi Auctores tam ſcripturarij,
quàm humaniſtæ hanc quæſtionem tractant. Breviter ab illa me expediam. In magno numero ſunt Auctores, qui dicunt Moyſem fuiſſe primum inventorem literarum. Ita
D.Cyrill. D.Cyrill.*lib.*7. *contra Iulianum,* Rupert. *lib.*3.
Rupert. *de victoria verbi, c.*21.22.*&* 23. Eupolomeus,
Eupolom. Artapanus, Petrus Crinitus, Cornelius
Crinit. Agtippa. Agrippa, Ioannes Textor, & alij multi, quos
Textor. citant, ac ſequuntur Majolus *colloq.*21.*fol.*422.
Majolus. Nietemberg. *in lib. de origine ſacra Scripturæ;*
Nieremb. quibus adde Marianam *in Præfat. in Geneſim,*
Maria. Lahay. & Lahay *in Prolog.ſect.*15. *cap.*1. & inde inferunt Pentateuchum fuiſſe primum librum totius orbis.

221. Philo Hebræus Abrahamum exiſtimat pri-
Philo. mum earum inventorum, in libro de ipſo
Auguſtod. Abrahamo, Honorius Auguſtodunenſis *lib.* 3.
de Imagine Mundi, Henoch inveniſſe literas,
Plinius. & ſcripſiſſe libros primum putat. Plinius *lib.*7.
naturalis hiſtoriæ, cap. 56. Aſſyriorum inventum credit: *Sed alij,* inquit, *apud Ægyptios à Mercurio; Alij apud Syros inventas volunt.*
Alij alios Auctores aſſignant; imò multi cum
Caſſiodor. Caſſiodoro *lib.*8.*variar.epiſt.*12. Quod Grues
aves ſuo volatu indicarunt hominibus mo-
D.Hieron dum literarum, cui favet D. Hieron. *epiſt.ad*
Ruſticum, ubi ait: *Grues viam ſequendi ordine*
Lucan. *literario.* Quòd eleganter canit ſuis verſibus,
*Lucanus, lib.*5.

222. Dico primò. Nec Abrahamos, nec Moyſes,
nec Mercurius, nec alius ex aſſignatis fuerunt
inventores literarum, ac uſus ſcribendi, ita
Auctores citandi *in* 2. *concluſ.* Et probatur de
Actor.7. Moyſe, de quo ait D.Stephanus Actor.7.n.22.
Eruditus erat in omni ſapientia Ægyptiorum;
ergo ipſe literas non docuit, ſed didicit; nam
talis ſapientia debebat tradi, non tantùm ex
D.Aug. memoria, ſed per aliquod literarum monu-
mentum, ut notat D.Auguſt.*lib.*18.*de Civitate*
Dei, cap. 39.& ait: *Quis dicere audebit Ægyptios mirabilium diſciplinarum peritiſſimos fuiſſe, atque literas noſſe.*

Probatur ſecundò Quia juxta Chronolo- 223.
gias, de quo Bolduc *ad cap.* 1. *Iob.*§.3. Iob natus eſt, 143. annos ante Moyſem, & tamen facit ipſe mentionem de uſu literarum, ac ſcribendi, in ſatis obdurato, & firmo inſtrumen-
to, cap.19 num.23 dicens: *Quis mihi hoc tri-* Iob.19.
buat, ut ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro, ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice? Deinde multa monumenta antiquiora Moyſe ſcripta referuntur, ut Beli Regis ſepulchrum, columnæ Herculis cum inſcriptione *Non plus ultra,*
apud Ælianum *lib.*13.*cap.*3 Xenophon *in lib.* Ælian.
de æquivocis. Zoroaſter Rex Bactrianorum Xenoph.
antiquior Moyſe multos libros ſcripſit, ut te-
ſtantur Euſebius *lib.* 1. *Præparat.cap.ult.* Cle- Euſeb.
mens Alexandrin.*lib.*1.*Stromatum.* Alexand.

224.
Deinde quoad omnes partes Henoch ſepti-
mus nepos ab Adam ſcripſit librum prophe- Iud. Apoſt.
ticum, de quo facit mentionem Apoſtolus
Iudas in ſua Canonica *num.* 14. qui fuit ante
diluvium, ac proinde antiquior Abrahamo.
Moyſe, & aliis, & literarum uſum fuiſſe ante
diluvium affirmant Polidorus Virgilius *lib.*1.
*cap.*6. Toletanus. *lib.* 15. *Reipublicæ, cap.*1. & Toloſan.
Ioſephus *lib.*1. *Antiquit.* refert filios Seth, qui Ioſeph.
fuit filius Adæ Syderalem diſciplinam in duabus columnis ſcripſiſſe, in qua ſententia eſt
Claudius, Marius Victorinus *lib.*3. Id autem, Mar.Vict.
quod dicitur de Mercurio, Homero, ac aliis,
fuerunt multo tempore poſteriores non ſolùm
Moyſe, & etiam Abrahamo, ut patet ex Chro-
oologiis.

Dico ſecundò, quòd Deus, cum omnibos 225.
artibus, ac ſcientiis infudit, ac communicavit
Adamo literas, ac ſcribendi uſum, & ipſe hæc
omnia docuit filios ſuos. Ita D. Auguſtinus D.Auguſt.
quæſt. 69. *in Exodum, & lib.* 18 *de Civitate,*
*cap.*39. Ita citatis multis Auctoribus, Torniel- Torniel.
lius *anno Mundi* 1931. *numero* 14 Salianus Salian.
anno Mundi 875. *numero* 5. *& anno* 2470. Ludovic.
num. 30. Ludovicus Vives *ad cap.*39.*lib.*18.*de* Theat.vitæ
Civit. Theatrum vitæ humanæ, *verb. literarum* Opinerius.
inventores Opmerius *fol.* 16. *ſui Chronic.* Lu- Marius.
dovicus Marius *in Prologo ad ſacram Script.*
*quæſt.*5.*ſect.*3. Bonfrer. *ad cap.* 11. *Gen num.*1. Bonfrer.
Lypſius *tom.* 3. *Syntagmate de Biblioth. cap.*1. Lypſius.
Anton. à Matre Dei *Prælud.*2.*dub.*2 § 3.*n.*23. Fr. Anton.
Et probatur, quia Deus infudit Adamo juxta
ſanctos Patres, & Doctores, omnes artes, &
ſcientias; ergo etiam ei infudit ſcientiam literarum, ac earum uſum; nam talis uſus maximè neceſſarius eſt ad ſcientias, ac ad earum communicationem, omnia enim non poſſunt memoria retineri. Secundò, talis modus literarum maximè neceſſarius erat ad cognitionem, ad reminiſcentiam rerum fidei, ac ſalutis, ad recognitionem beneficiorum Dei, & ad communem uſum inter homines.

Tertiò confirmatur ex variis monumentis. 226.
refert Angelus Rocca *ex Camerino Commen-* Aug.Aocca
tario in. Biblioth. Vaticana verb. Adamus, quòd
ibi in dicta Vaticana ſervatur eius imago depicta, ſupra cujus caput literæ antiquæ Hebraicæ extant, ad cujus pedes inſcriptio latinè dicit: *Adam divinitus edoctus, primus ſcientiarum, & literarum inventor.* Secundùm mo-

numentum

Genebrard. Lyræus. numentum hujus rei, ut referunt Ioannes Genebrardus *lib. 3 t. Chronol. cap. 26.* Adrianus Lyræus *lib. 1. Triſagij Mariani ſono 35.* referunt quod anno. 374. juſſu Sybillæ Reginæ Húgarorum in Valle Ioſaphan, altè defoſſa terra, repertum fuit in tumulo cadaver integrum cum barba prolixa, in cujus caput erat grandis lapis, in quo cavatis literis, hæc verba Hebraicè legebantur: *Ego Seth tertio genitus filius Adæ, credo in Ieſum Chriſtum filium Dei & in Mariam Matrem ejus, de lumbis meis venturos*, & ad hoc pertinet quod dixi ſuprà, *num. 224.*

227. Ex quo, & aliis multis monumentis, tenent omnes Antiqui Hebræi, Græci: & Latini, primas literas totius orbis fuiſſe Hebraicas ab eiſque omnes litteras alias derivatas. Ita Ioſeph *lib. 1. Antiquit. cap. 4.* Eupolomeus apud Clementem Alexandrin *lib. 1. Stromat.* D. Auguſt. *lib. 18. de Civit. Dei, cap. 39* Euſebius *de preparat. Evangelica, lib. 9 cap. 4 & lib. 10. cap. 2.* Salian. *anno* 871. Bellarm. *de Inſtit. Hebra.*

Ioſeph. Eupolom. Clem. Alex. D. Auguſt. Euſeb. Salian. Bellarm.

Inſtumenta ſcribendi.

228. Scilicet ſtylo ferreo, æreo, oſſeo, calamo arundineo, vel argenteo, vel ex pennis avium effecto, vel penicillo, aut acu, vel aliis, de quo videri poſſunt Hermanus Hugo *tract. de origine ſcribendi*, Petrus Gregorius *lib. 16. de Republica, cap. 3* De materia, in qua litteræ excipiebantur; ſcilicet in lapidibus, lateribus, arborum corticibus, & foliis præcipuè papyri, palmæ, tiliæ, & lauri, ficorum, ex quibus primi parentes fecerunt ſibi veſtimenta *Gen. 3.* Vel etiam ligneis tabellis, laminis, argenteis, plumbeis, vel etiam in pellibus animalium, vel etiam membraneis, pergamenis, vel in alia materia, ut cera, vel aliis, de quibus Plinius *lib. 13. cap. 11.* Iſidor. *lib. 6. cap. 13.* Raderus *in notis ad Martialem*, Polydorus *lib. 2. c. 8. de Invent.* Alexander ab Alexandro *lib. 2. c. 3.* Petrus Gregorius, Hermanus Hugo citati, qui etiam agunt de atramento nigro, vel etiam ex cruore conchili compoſito.

Herman. Petr. Greg. Plinius. Iſidorus. Raderus. Polydorus. Alexand. Petrus. Herman.

QUÆSTIO IV.

Moiſes ſcripſit Pentateucum.

SUMMARIUM.

229 *Quid ſignificet Pentateucum, ac nomina quinque librorum.*
230 *Argumentum totius operis.*
231 *Tempus, quo fuit populus in Egypto.*
232 *Moyſes ſcripſit librum Pentateucos.*
233 *Primum in contrarium eſt argumentum, quia in Deuteronomio fit mentio de morte Moyſis.*
234 *Secundum argumentum deſumitur ex modeſtia Moyſis.*
235 *Tertium argumentum ex aliquibus civitatibus, quæ poſt mortem Moyſis habuerunt talia nomina & n. 236.*
237 *Vnde Moyſes habuit ſcientiam ad ſcribendum Geneſin.*
238 *De tempore, ac loco, quo ſcripſit.*

Nomina.

Totum hoc opus ab Hebræïs dicitur *Thora*, hoc eſt lex. A Græcis verò dicitur *Pentateucos*, hoc eſt *Quinquagenarius, ſeu volumen quinque librorum*, & Hebræi de more ſuo libros dicebant, ac nominabant, à ſuo principio, ac exordio, ut notat Hieronym. *quæſtionib. in Geneſin*, & etiam Lyranus, Abulenſ. Pereira, & alij. 219.

Hæbreus. Græcus. D. Hieron. Lyran. Abulenſ. Pereira.

I. Dicebatur *Bereſith*, id eſt, *in principio, cap. 1. num. 1.* Græcè dicitur *Geneſis*, quia in eo continentur *Generationes ſæculi.*

II. *Veeleſemoth*, Hebraicè, *hæc ſunt nomina, cap. 1. num. 1.* à Græcis *Exodum*, quia in eo referitur egreſſus, ſeu exitus filiorum Iſraël de Ægypto.

III. Hebraicè *Vaicar*, id eſt *vocavit, c. 1. num. 1.* Hunc Græci dixerunt *Leviticum*, quia de Levitarum miniſterio, ac ordine diſſerit.

IV. Hebraicè *Vajedabber*, id eſt, *locutus eſt, cap. 1. num. 1.* à Græcis dicitur *numerus*, eò quòd in hoc libro multæ computationes, & numerationes populi recenſeantur, ac ejus manſiones.

V. Hebraicè *Hadebarim*, id eſt, *hæc ſunt verba. cap. 1. num. 1.* Græcè dicitur *Deuteronomium*, id eſt legis iteratio, ſeu repetitio, non quia contineat aliam legem diſtinctam ab ea, quæ antea data fuit in Monte Sina, ſed quia hîc fit repetitio ipſius legis, ac eorum, quæ in tribus ſuperioribus libris Exodi, Levitici, Numerorum continentur. Ita D. Auguſtinus *quæſt. 49.* Theodoretus *hîc quæſt. 1.* D. Athanaſius *in Synopſi ſcripturæ.* D. Hieronymus *in Prologo Galeato*, & communiter omnes interpretes.

D. Auguſt. Theodor. D. Athan. D. Hieron.

Argumentum hujus libri.

230. In *Geneſi* deſcribit Moyſes creationem mundi, geſta Adami, Evæ, Noë cum facto diluvio, geſta etiam Abrahami, Iſaac, Iacobi, uſque ad mortem Ioſeph, quæ contigit anno à creatione mundi 2310. ſequitur *Exodus*, in quo deſcribitur perſecutio Pharaonis, captivitas populi, illiuſque egreſſus in manu Dei forti. Tertio ponitur *Leviticus*, in quo deſcribuntur ſacrificia, cæremoniæ, & alij ritus. Quartò in *Numeris* numeratur populus, ſimulque Principes, Levitæ, ac Tribus, & quadraginta duæ Hebræorum manſiones, egreſſæque ſquæ in deſerto, & prophetia al Baam. Quintò loco *Deuteronomium*, repetitur ſecundò lex, jam inculcata antes in Exodo, Levitico, & Numeris.

231. Pro quo nota, quòd Populus habitavit in Ægypto non 430. annos, ut aliqui volunt, ſed juxta meliorem, ac veriorem computationem 215. anni numerantur. Nam populus deſcendit in Ægyptum anno ætatis Iacob 130. Ætatis verò Ioſeph 39. Ioſeph autem vixit ad annum 110. ab ejus morte uſque nativitatem Moyſis fluxerunt anni 64. Moyſes verò anno ætatis ſuæ 80. eduxit populum de Ægypto, ita efficiunt 215. nam poſt deſcenſum populi in Ægyptum vixit Ioſeph 71. uſque ad nativitatem Moyſis fuerunt 64. quibus adde 80. Moyſis, & invenies ducentos quindecim annos, qui fluxerunt à deſcenſu uſque ad exitum, qui

contigit

Digitized by Google

D. Auguſt. D. Athan. Euſebius. Ropert. Abulenſ. Caietan. Menoch. Tyrin. Cornelius.

contigit anno à creatione mundi 2454. à diluvio anno 797. Hæc omnia ex multis, & variis locis Scripturæ docent D. Aug. *quæſt.* 47. *in Exod.* D. Athanaſius, ſeu Anaſtaſius *in ſynopſi ſacræ Scripturæ in Exod.* Euſebius *in Cronic.* Salian. *lib.* 1. *Antiximmeon.* Rupert. Abulenſ. Caietan. Menoch. Tyrin. Lahay *in Exod. cap.* 12. *num.* 40. & *ibi* Cornelius; ac etiam Argumento *in Exod.* §. *Pro qua re.*

Auctor Pentateuchi.

232. Communiſſima eſt ſententia non ſolùm antiquorum Hebræorum, ſed etiam eam tenent omnes ferè Patres, ac Doctores, tam Græci, quàm Latini, Moyſem fuiſſe totius Pentateuchi ſcriptorem; ita conſtat ex multis locis Scripturæ, *Exod.* 17. *n.* 14. *Exod.* 24. *nu.* 5. Deuter. 31. *num* 9. & etiam ex novo teſtamento, ex verbis Philipp. ad Nathanaëlem, Ioan. 1. *n.* 45. & Ioan. 5. *n.* 47. Matc. 11. *n.* 17. Rom. 10. *n.* 5. *&* 1. *Corinth.* 9. *n* 9.

Exod 17. Exod. 24. Deuter. 31. Ioan. 1. Ioan. 5. Matc. 1. Rom. 10.

233. Oppones primò, quia videtur, quod totus hic liber ſecundum omnes ſuas partes, non fuerit compoſitus à Moyſe; nam Deuter. *cap. ultim.* referunt ipſius Moyſis mors, quæ ab ipſo non potuit ſcribi. Reſpondent multi Auctores communiter, quod illa pars ultima Deuteronomij de morte Moyſis fuerit addita à Ioſue, vel ab alio, quem aliqui dicunt Eſdram, ſicut mors Ioſue ab alio addita eſt in fine ejus libri. Alij aliter reſpondent, quòd Moyſes ſpiritu prophetico cognovit mortem ſuam, & inde eam ſcripſit. Sic Philo *in fine, lib.* 3. *de vita Moyſis*, & ait: *Vivens adhuc prophetavit de ſe ipſo, tanquam mortuo, ante obitum narrans, ſe mortuum, ſepultumque inſpectante nemine, videlicet manibus non mortalium ſed virtutum immortalium.* Ioſephus verò *lib.* 4. *Antiquit. cap. ultimò ad finem*, ait: *In ſacris voluminibus ſcripſit ſe mortuum, veritus ne propter excellentem ejus virtutem à Deo raptum prædicarent.* Nam inter mortem Moyſis, ac Ioſue, & aliorum eſt magnum diſcrimen; nam mors Ioſue extitit valde nota omnibus; at mors Moyſis fuit valde ſecreta, & occulta; ipſe enim ſolus aſcendit in montem Nebo, & *ibi*, ut dicitur Deuter. 24. num. 5. *mortuus eſt jubente Domino*, ſeu, ut alij legunt, *in oſculo Domini*, & ſubditur, *& ſepelivit eum in valle terra Moab contra Phogor.* Quæ omnia non poterant agnoſci ab alio, niſi ex Divina revelatione, & ita hæc revelatio potuit fieri ipſi à Deo.

Philo.

Ioſeph.

Deuter. 34. Alia lectio.

234. Oppones ſecundò, in his libris multæ Moyſis virtutes referuntur. Dicitur de eo Num. 12. num. 3. *Erat Moyſes vir meritiſſimus, ſuper omnes homines, qui morabantur in terra.* Videtur hoc alienum à Moyſis modeſtia; ergo ipſe talem librum non ſcripſit. Argumentum nullius eſt momenti; nam ſæpè ſæpius ſancti ſuperna Dei diſpoſitione dicunt, & ſcribunt ſuas virtutes ad majorem gloriam Dei, & ædificationem aliorum, Iob. 10 num. 7. teſtatur de ſe *quod impietatem ipſe non fecerit*; & David Pſalm. 6. num. 7. *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo*, & Pſalm. 118. num. 62. *Media nocte ſurgebam ad confitendum nomini tuo*, Pſalm. 39. n. 9. *Legem tuam in medio cordis mei.* Hæc ut rectè ait D. Cyprian. *epiſt.* ad Donatum dicuntur non ut jactantia, ſed ut Dei beneficentia, ac gratia prædicetur. Et hæc non ſunt notanda in Scriptore Canonico, ut optimè advertunt D. Gregor. *in præfat. Moralium, cap.* 1. D. Auguſtin. *lib. de conſenſu Evangeliſt. cap.* 12. nam Scriptor Canonicus non ſcribebat ex ſuo marte, ac ingenio, ſed ex Spiritu ſancto dictante, ac afflante, & ſic frequenter loquuntur de ſe tanquam de alio, ut notant citati Patres. Sic Ioannes paſſim de ſe in Evangelio, *Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus.* Sic Samuel de ſe ſcribit 1. Reg. 2. *Puer autem Samuel proficiebat, atque creſcebat tam Deo, quam hominibus.* Et cap. 3. num. 19. *Crevit Samuel, & Dominus erat cum illo.* Sic Moyſes tanquam de alio ſcribit. *Moyſes vir mitiſſimus omnium.*

Numer. 12.

Iob. 10.

Pſalm. 6.

Pſalm. 118. Pſalm. 39.

D. Cyprian.

D. Gregor. D. Auguſt. Ioan. 13.

1. Reg. 1. & 2.

235. Oppones tertiò, ſæpè in his libris facit Moyſes mentionem civitatis Hebronis *Numer.* 33. *num.* 34. *&* 35. & tamen civitas hoc nomen obtinuit multo tempore poſt mortem Moyſis, ab Hebrone Calebi filio, ut multorum eſt opinio. Deinde multoties in his libris fit mentio de Civitate Dan, 1. *Geneſ.* 14. *n.* 14. & aliis multis in locis; & tamen hoc nomen non obtinuit, niſi multo tempore poſt mortem Moyſis, ut expreſsè dicitur Iudic. 18. num. 29. *Vocato nomine Civitatis Dan, juxta vocabulum Patris ſui, quem genuit Iſraël.* Et confirmatur, Quia *Numer* 21. *num.* 14. fit mentio de libro Bellorum Domini, qui liber videtur ſcriptus poſt Moyſem; ergo ipſe, non eſt ejus Scriptor.

Numer. 34. Geneſ. 14. Iudic. 18.

236. Ad argumentum reſpondent communiter Auctores in præfatione ad Geneſim, ut Abulenſ. Hugo, Pereira, & alij, qui dicunt, quòd nihil vetat aſſerere, & hæc, & alias hujus generis parvulas ſententias, poſteà ab Eſdra, vel ab aliis Hagiographis Scriptoribus ſuis locis additas fuiſſe, cum tamen totum corpus horum librorum exceptis his paucilis nominibus fuiſſe ſcriptum à Moyſe. Tamen apud me tanta eſt veneratio ſacrorum librorum, quòd in eis juxta doctrinam ſacrorum Conciliorum, ac Patrum, ut nec una ſyllaba, vel apex ſit addendus, vel detrahendus, ac proinde quamvis illa nomina poſt Moyſen fuiſſent impoſita illis civitatibus, anteà tamen fuerunt revelata Moyſi, ſicut nomine Cyri Regis, multa ſæcula ante ejus nativitatem revelatum fuit *Iſaiæ* 44. *num.* 28. ubi exprimit ipſum nomen Cyri, & ſicut Moyſi fuerunt revelata ea, quæ in lib. Geneſis continentur de creatione mundi, ac primis parentibus, ac aliis. Cur ergo negandum eſt, quòd etiam fuerint revelata illa nomina. Ad id, quod dicitur de libro Bellorum Domini dicimus, ut eſt valdè commune, & ſtatim dicam, apud Hebræos, & etiam in Ægypto erant annales rerum antiquarum, qui ſæpè citantur in Scriptura, ubi latiùs, ac exactiùs res referebantur, ex quibus multi perierunt, ut iam dixi *Reſol* 1. *q.* 4.

Abulenſ. Hugo. Pereira.

Iſai 44.

De cognitione, ac tempore, quo hæc ſcripta ſunt.

237. Quantum ad ſcientiam, & cognitionem, quoad libros Exodi, Levitici, Numerorum, ac Deuteronomij res eſt clara, quia illa facta ſunt vidente Moyſe, ac per manus ejus. Tota difficultas

cultas eſt quo ad Geneſin, ac ad ea, quæ ſpectant ad creationem mundi, ad primos parentes, ac ad diluvium, &c. Dicimus cum communi ſententia, quòd illa accipit Moyſes per revelationem, vel immediatè illuminante Spiritu ſancto, vel dictante, ac aſſiſtente Angelo, ut inſinuat Divus Auguſtinus *lib. 1. de Geneſi ad literam*, vel etiam ut aliqui dicunt, quod Hebræi illa per communem traditionem habebant accepta à ſuis majoribus, vel etiam quia in aliquibus annalibus conſervabantur, ex quibus deprompſit Moyſes; tamen hoc dato dicendum, quòd ille ſcripſit, Spiritu ſancto dirigente, ac gubernante calamum, ut omnia ſcriberentur in integra, pura, ac ſincera veritate.

D. Auguſt.

238. Quantum ad tempus, quo Moyſes ſcripſit Geneſin exiſtimat Pereira, cum exul eſſet in terra Madian *Exod. 2. num. 15.* idque feciſſet ad conſolationem Hebræorum, qui in Ægypto à Pharaone dira ſervitute opprimebantur, tamen probabilior videtur ſententia contraria, quam tradunt Theodoret. Beda, Abulenſ. quibus conſentit Euſebius *lib. 7. de præparatione, cap. 2.* ſi eius verba rectè expendantur, ſcilicet tam Geneſin, quàm quatuor libros ſequentes, ſcriptos fuiſſe à Moyſe, poſt egreſſum populum ex ægypto, cum ipſe in deſerto verſaretur, tanquam populi Dux, Propheta, Legiſlator, & Doctor, populum inſtrueret in lege Dei, dirigeret in viam ſalutis, ac illuminaret, doceretque in recognitione tot, ac tantorum beneficiorum, quæ à manu Dei fuerant accepta.

Exod. 2. Theodor. Beda. Abulenſ. Euſebius.

QUÆSTIO V.

Quiſnam ſit Scriptor Libri Ioſue?

SUMMARIUM.

239 *Sæpè libri habent nomen à materia, de qua tractant.*
240 *Hic liber Ioſuë Canonicus, & in magna ſemper auctoritate apud omnes.*
241 *Circa Auctorem huius libri variæ ſententiæ.*
242 *Communis, & vera ſententia liber ſcriptus eſt à Ioſuë.*
243 *Duplici fundamento probatur, & n. 244.*
245 *Ponuntur tria fundamenta contraria.*
246 *Solvuntur omnia prædicta fundamenta.*

239. HEbræi non ſolùm libros nominabant, ac dicebant à primo nomine, ac voce ipſius, ut jam notavi ſuperiori *quæſt. num.* 229. ſed etiam ut advertunt D. Hieronym. *epiſt.* 140. Origenes *cap. 1. in Ioſue*, à materia ipſius libri, de qua tractat. Sic dicitur liber Iob, Regum, Machabæorum, ac Iudith. Materia ergo de ſtrenuiſſimo, ac fortiſſimo Duce Ioſue huic libro nomen dedit. Nam & ſi mortuus ſit, tamen adhuc in paginis huius libri, ac in ſuis facinoribus vivit.

D. Hieron. Origen.

240. Hic liber Canonicus eſt, ut patet ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 4.* & ex multis aliis Conciliis, ut dixi *Reſol. 1. q. 1. n. 21. & 22.* & hic liber ſemper fuit in multa veneratione, tanquam afflatu divini Spiritus conſcriptus, tam ab antiquis Hebræis, qui inter libros propheticos eum enumerabant, ut dixi ſupra *Reſol. 1. q. 2. n. 19.* multis elogiis celebratur à Sanctis Patribus, à D. Nazian. *Orat. 26. de laudibus D. Baſilij*, à Divo Hieronymo *in Prologo Galeato*, à Lympiodoro *in cap. 38.* à Chryſoſtomo *in Iob. in principio*; Abulenſi *q. 1. in Prologum Galeatum*, & ab aliis multis, qui omnes dicunt, quod meritò hic liber ſecundum locum habet poſt Pentateuchum, quia alios excellit antiquitate, ac dignitate, ex quo optimo iure damnandi ſunt Samaritani, qui ut notat D. Hier. *in cap. 16. Iſaiæ*, cum ſolum Pentateuchum admitterent, hunc librum Ioſue per contumeliam, *Sanguinarium* appellabant, quod de ſuo more impiè dicebant Hæretici, cum liber ſit maximè venerandus, utpote à Deo datus, & admirabilis doctrinæ.

Trident. D. Nazian. D. Hieron. Lympiod. D. Chry. Abulenſ. D. Hieron.

Circa Auctorem huius libri, multorum eſt ſententia, quod hic liber non fuit ſcriptus à Ioſue. Theod. *q. 13.* Abul. *q. 3.* Andreas Marius, & Caſtolius *in Ioſue*, proindéque dicunt, hunc librum poſt mortem Ioſue ex antiquis diariis, & annalibus, ab aliquo divino Spiritu afflante fuiſſe conſcriptum, vel ab aliquo Propheta collectum, utpote à Samuele, ut vult Abulenſ. ab Eſdra, ut ſentit Maſius. Video etiam citari aliquos aſſerentes fuiſſe ſcriptum ab Iſaia. Catholicus, quamvis non certò aſſignet Auctorem, tamen ait indiſſolubili argumento convinci, non fuiſſe librum ſcriptum à Ioſuë: ſed certè argumentum non eſt nodus Gordius, ne Alexandri induſtria indigeat; fundamenta poſteà ponam, & ſolvam. 241.

Theodor. Abulenſ. Marius. Caſtolius.

Contraria ſententia, & communis eſt, quòd Ioſue fuerit Auctor, ac Scriptor iſtius libri. Ita D. Dorotheus *in Synopſi*. Origenes *in cap. 1. huius libri, & de partibus Divinæ legis, cap. 8.* D. Iſidorus *lib. 6.* Origen. *cap. 2.* Magiſter Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Driedo *lib. 1. cap. 2.* Vatablus *in Scholiis ad cap. 1.* Dionyſius Carthuſ. *in proœmio*. Sixtus Senenſ. *lib. 1. Bibliothec.* & antiqui Hebræi, ut teſtantur, & habent Serarius *lib. 2. in Ioſue, cap. x.* Lahay *in Prolog ad Bibliam Maxim. ſect. 15. cap. 3.* & in proœmio Ioſue, Cornelius, & M. Emmanuel Nazara. 242.

Dorotheus Origenes. D. Iſidor. Magiſter. Driedo. Vatablus. Carthuſ. Senenſ. Salianus. Lahay. Nazara.

Probatur, quia in ultimo capite *n. 26.* dicitur tanquam in fine totius libri, cùm de ipſo Ioſuë ſit ſermo. *Scripſit omnia verba hæc in volumine legis Domini.* In Hebræo, & Græco nomen Ioſuë exprimitur, *ſcripſit Ioſue verba hæc*, &c. & ne quis contendat ibi ſolùm eſſe ſermonem de verbis fœderis, explicatiùs legit Chaldæus manuſcriptus, ſe habere teſtatur Maſius *fol. 114.* & ita locum iſtum vertit. *Scripſit Ioſue verba iſta in libro, & appoſuit libro legis.* Ex quibus bene infertur, quod Ioſuë non ſolum ſcripſit verba fœderis, ſed etiam librum diſtinctum, illúmque libro legis, hoc eſt Pentateucho adiunxit; ſicut enim Moyſes ſua geſta ſcripſit in Pentateucho; ſic & Ioſue diſcipulus Moyſis, & eius ſucceſſor ſua facta hîc deſcribit. 243

Ioſue 4. Hebr. Græcus. Chald.

Confirmatur ex Eccleſiaſt. *c. 26. n. 1.* ubi dicitur: *Fortis in bello Ieſus Nave ſucceſſor Moyſi in Prophetis.* Græci legunt, *in Prophetiis*, non ſolùm, quibus Deus Moyſis, & Ioſue mentes illuſtravit, ſed quas ad alios verbis, literiſque proferebant, 244.

Eccleſ. 26. Græci.

ferebant, ſacras namque hiſtorias prophetias
appellati conſtat ex 2.*Petri c.1.num.19.*& inde
Hebræi antiqui ſacras hiſtorias inter libros
prophetales computabant, ut jam dixi ſuprà
Reſol.1.q.2.n.19. Tandem hæc ſententia eſt de
mente Sanctorum, ac proinde maximè veneranda,
ac tenenda.

245. Opponunt primò adverſarij, quia ut dicitur
Ioſue 10. infra in hoc libro Ioſuë c.10. n.13. *Sicut ſcriptum
eſt hoc in libro iuſtorum.* Qui liber videtur
ſcriptus poſt mortem Ioſuë. Secundò, poſtquã
Iordanis deſcribitur ſiccatus ad tranſitũ filiorum
Iſraël, & poſt narratam lapidum in monumentũ
erectionem ſubjungitur, *ſunt ibi uſque*
Ioſue 4. *in præſentem diem*, c.4.n.9. quod videtur notare,
multum tempus poſt mortem Ioſuë. Tertiò,
quia multa narrantur in hoc libro Ioſuë, quæ
ab ipſo non potuerunt ſcribi, ut ejus mors
Ioſoe 14. parentatio, funus *c 24 n.29.* ſicut etiam aliqua
Ioſue 15. *c.15.n.16.* de Axa Calebi filia; & *c.19.n.47.* fit
Ioſue 19. mentio de expeditione filiorum Dan contra
Leſsé, quæ poſt eius mortẽ accidit. *Iudic.1.n.15.*
Iudic.1.
246. Hæc argumenta nullius ſunt roboris: Ad
primum in illo citato loco refertur, quomodo
ad vocem Ioſue factum eſt illud magnum prodigium,
quòd Sol, & Luna ſteterunt, quod ſtrictim,
ac breviter, in hoc libro deſcribitur; latiùs
verò in libro iuſtorum, non inde bene
infertur, quòd talis liber fuiſſet ſcriptus poſt
mortem Ioſue, ſed potiùs in eius vita, ipſo referente.
Ad 2. de monumento lapidum, juxta
veriorem Chronologiam Saliani, & aliorum,
poſt mortem Moyſis Ioſue obtinuit principatum
popul. 18. & in primo anno poſuit lapides
ac in illis ſeptem prioribus debellavit, ac ſu-
Salianus. bjugavit Chananæum, & poſteà vixit undecim
annis, ad cujus finem ſcripſit librum, & inde
rectè ait, quod lapides permanebant uſque ad
illum diem, nempe 14. vel 15. annis poſtquam
politi fuerant, ipſe enim mortuus eſt, cum eſſet
110. annorum, ut patet ex Textu *c.24.n.29.* Ad
ultimum, id quod dicitur de eius morte, de
Axa filia Celab, ac filiis Dan, dicimus, quòd
illa incerta ſunt ab Eſdra, vel ab alio Propheta,
ſeu compilatore ad completam, & exactam
hiſtoriæ notitiam, ut multi dicunt in Pentateucho,
ut vidimus ſuperiori *quæſt.*

Quæstio VI.

Quis Scriptor Libri Iudicum?

SUMMARIUM.

247 *Hic liber Canonicus, & multæ auctoritatis.*
148 *Prima ſententia circa Auctorem libri, refertur, ac refellitur.*
249 *Aliæ quatuor ſententiæ referuntur.*
250 *Aliquibus prænotatis vera ſententia ponitur, ac ſtabilitur.*
251 *Catalogus Iudicum, & cur de Heli, ac Samuele in hoc libro nulla fit mentio.*

247. Hic liber Iudicum eſt Canonicus, & patet
Trident. ex Conc. Trid. *ſeſſ.4.* & Apoſtolus Paulus
ſtrictim multa exempla de fide agens de eo
Hebr. 11. adducit *ad Hebr, 11.n.32.* dicens, *Deficit me tempus
enarrantem de Gedeon, Barac. Sanſon, Iephte;*
& hic liber, ut patet ex D. Hieron *in Prologo
Galeato*, , in ſecundo ordine Canonis inter libros
prophetales collocabatur. Dicitur autem
liber Iudicum, quia de Iudicibus ait, ſicut liber
Ioſue, quia de ipſo.

Circa Auctorem huius libri magna eſt controverſia. 248.
Prima ſententia eſt eorum, qui dixerunt
hunc librum non fuiſſe compoſitum ab
uno Propheta, ſed à multis. Auctores huius
ſententiæ ſuppreſſo nomine referunt Maldonatus Maldonat.
in cap. 2. Matth. ad illa verba ſtatim
citanda. *Quoniam Nazaræus vocabitur.* Et Pineda Pineda.
in Iob, quia cum Evangeliſta referat teſtimonium
de Chriſto, *Quoniam Nazaræus vocabitur*,
quod de Sanſone dictum eſt in libro
Iudic.13.n.9. In Chriſto Domino, cuius figura Iudic.13.
erat Sanſon, Evangeliſta citato *cap.2.n.23.* dicit Matth.2.
adimpletum in Chriſto Domino, & ait. *Ut
adimpleretur, quod dictum eſt per Prophetas, quoniam
Nazaræus vocabitur.* Non ait Evangeliſta
per Prophetam, ſed *per Prophetas*, quia ille
liber Iudicum non ab uno Propheta, ſed à
multis eſt ſcriptus. Fundamentum eſt valde
frivolum, quia id quod de uno Propheta intelligitur,
ut à multis dicitur dictum, ut patet
in multis exempl. *Matth.26.num.56.Ioan.6.
n.45.* & in eodem *2.c.Matth.* patet exemplum, Matth.26.
dicitur ibi n. 20. *Defuncti ſunt, qui quærebant* Ioan.2.
animam pueri. Et tamen unus ſolus Herodes Matth.2.
erat defunctus.

Secunda ſententia eſt D. Dorothei *in libro* 249. Dorotheus
de Prophetis, qui hunc librum tradit, à quibuſdam
Scribis, qui in tabernaculo verſabantur,
ſcriptum. Tertia eſt aliquorum, ut referunt
Driedo *lib.1. de Eccleſiaſticis Dogmatibus cap.3.* Driedo.
p.1. Sixtus Senenſis *lib.1.Bibliot.* Rua *controv.4.* Senenſis.
poſitiva de libris ſacris veteris Teſtamenti, & Rua. Auct. Hiſt.
Auctor Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ dicentium
Ezechiam fuiſſe Auctorem huius libri. Quarta
ſententia eſt Maſij in Ioſue aſſerentis hunc Maſius.
librum compoſitum fuiſſe ab Eſdra; & hanc
ſententiam etiam fuiſſe aliorum Auctorum,
teſtatur Rua citatus. Quintò Abulenſ. *quæſt.4.* Abulenſ.
Præfationis in Indices, qui refert, omnes Iudices
in libro hoc concinnando partem habuiſſe:
nam quilibet, ait ipſe, ſui temporis geſta
in Commentarios, vel per ſe, vel per alium
redegit.

Sexta, & veriſimilior ſententia eſt hunc librum 250.
fuiſſe compilatum, & compoſitum à Samuele.
Ita D. Iſidorus *lib.6.Etymologiar. cap.1.* D Iſidorus.
Rua citatus, Villaræl, & amicus meus Mag. Rua. Villaraël.
Ioannes Freyre, uterque Præfatione in Iudices, Freyre.
& Abulenſis *citata q.4.* hanc dicit magis Abulenſ.
rationabilem. Pro ſtabilienda hac ſententia
notandum eſt ex ipſo Abulenſi, quòd quilibet
Iudex geſta ſui temporis in Commentarios
ad perpetuam memoriam redigebat. Quod
confirmatur ex his, quæ dixi *tom.1. in Evang.
lib.1.cap.2.q.34.n.9.* juxta communem ſententiam
Sanctorum Patrum, ac Doctorum, &
conſtat ex multis locis Scripturæ, ut ibi dixi,
in templo erant Scribæ, qui res geſtas temporum,
ac genealogias uniuſcuiuſque Tribus
ſcribebant. Hoc poſito, cùm tot Iudices præceſſiſſent,
& tandem regimine, ac iudicatura
populi clavem teneret Samuel, qui multum
omnibus, prudentia, ſapientia, ac ſanctitate
eminebat, ne Commentaria Iudicum eſſent
per tot tractatus diſperſa, in unum collegit
librum.

Pro

251. Pro huius rei maiori intelligentia; quòd Iudices Iſraël fuerunt quindecim; qui iuxta Salian. s. Cornelius. computum Saliani, ac aliorum, per 360 annos imperarunt. Primus Iudex fuit Othoniel, qui imperavit annis 40. Secundus Aod annis 80. Tertius Samgar per paucos menſes. Quartus Barac cum Debora annis 40. Quintus Gedeon pariter 40 Sextus Abimelech annos tres Septimus Thola annis 23. Octavus Iair annis 22. Nonus Iephte annis ſex. Decimus Abeſan annis 7. Vndecimus Alvala annis 10. Duodecimus Abdon annis 8. Decimustertius Samſon annis 20. Decimusquartus Heli annis 40. Decimus quintus Samuel annis 22 & fuit ultimus Iudex. De his duobus ultimis, Heli ſcilicet, & Samuele non fit mentio in hoc libro Iudicum, quia cum eorum filij non rectè agerent. 1. *Regum* 2. *num.* 16. & *cap.* 8. *num* 4. inde deſumpta eſt occaſio ut populus peteret Regem, & ideo ſolùm de tredecim prioribus Iudicibus fit mentio in hoc libro Iudicum. 1. Reg. 2.

Quæstio VII.

Scriptor Libri Ruth.

Svmmarivm.

252 *Iſte liber Canonicus, quamvis ejus Scriptor non exprimatur.*
253 *Variæ ſententiæ circa Scriptorem huius libri.*
254 *Verior affirmat Samuelem Auctorem.*
255 *Quo tempore hæc hiſtoria accidit.*
256 *Quo tempore ſcripſit Samuel.*

252. Tudent. Iſte liber eſt Canonicus, ut conſtat ex Decreto Concilij Tridentini *ſeſſ.* 4. & etiam omnes antiqui Hæretici, qui teſtamentum vetus recipiebant, hunc librum Ruth, ut eius partem agnoſcebant, de qua re agit D. Auguſtinus *lib. contra Fauſtum Manichæum.* Nec cum his pugnat id quod inquiunt D. Auguſtinus *lib.* 15. *de Civit. cap.* 23. & Gelaſius Papa diſt. 15. cap. *Sancta Romana Eccleſia*, ubi ait, *Eccleſia Romana multa non legit, quia eorum, qui ſcripſerunt, nomina penitus ignorantur.* At ſi hoc opponatur, contra librum Ruth, hoc etiam militat contra librum *Ioſue, Iudices, Iob, Iudith, Eſther*, in his omnibus libris, ut notat Sapientiſſimus Mag. Didacus Celada *Prolog. in Ruth, num.* 4. non ignoratur, ſed certè ſcitur, & agnoſcitur eorum principalis Auctor, qui eſt Spiritus ſanctus: nam ex eo quod libri iſti reponantur ab Eccleſia in Catalogo librorum Canonicorum, ibi maniſeſtè declaratur, quod eorum principalis Auctor ſit Spiritus ſanctus, & inde parum refert, quòd de eorum Scriptore, ſeu Amanuenſi, ſeu ſecundario Auctore dubitetur, ac liber ſine tali nomine ſcribatur. D. Auguſt. Gelaſius. Celada.

253. Caietan. Iunilius. Petr. Com. Abulenſ. Ezechias. Circa Scriptorem huius libri. Doctiſſimus Caietanus ait ſe neſcire. Iunilius Africanus *lib.* 1. *de partibus Divinæ legis*, *cap.* 8. Petrus Comeſtor in hiſtoria Scholaſtica huius libri Scriptore putant Regem Ezechiam, qui ut refert Abulenſis *quæſt.* 4. *in Præfatione Iudicum*, prædictus Rex Ezechias in unum volumen redegit quatuor libros Regum, ac Parabolas Salomonis. Ab alijs putatur Auctor libri Eſdras, cui multi alij ſacræ Scripturæ libri univerſatim tribuuntur, de quo dixi ſupra *Reſ.* 1. *q.*

Tamen veroſimilius videtur *Samuelem* huius libri fuiſſe Auctorem. Ita ſentiebant antiqui Rabbini apud Serarium ſtatim citandum. Hanc ſententiam tenent Divus Iſidorus *de officiis Eccleſiaſticis.* Abulenſis *ad cap.* 4. *huius libri quæſt.* 8. Eugubinus apud eundem Serarium, Arias Montanus *in Iſai. cap.* 5. Genebrardus *lib* 1. *Chronol.* Driedo *lib.* 1. *de Catal. ſacræ Scripturæ, cap.* 3. Sixtus Senenſis *lib.* 1. *Biblioth.* Bellarm. *lib. de ſcript. Eccleſiaſtic. verb. Samuel.* Serarius hic *in Prologom. quæſt.* 4. Sanchez hic *in Prolegom.* Euſebius Nierembergius vir præclarus eruditione, & pietate *lib.* 9. *de origine ſacræ Scripturæ, cap.* 14. Probatur, quia Samuel, ut omnes fatentur ſcripſit priorem partem libri Regum, ut *quæſtione ſequenti*, inde valde conſequens fit, quòd hunc librum ſcripſerit, ut generationem Regis Davidis maximè narraret, ac explicaret, ut fit *cap.* 4. *n.* 18. 19. Et confirmatur, quia iſte liber Ruth partim pertinet ad librum Iudicum, quia hæc hiſtoria Ruth ſub tempore Iudicum contigit, ut dicitur cap. 1. num. 1. *In diebus unius Iudicis*, &c. partim etiam pertinet ad librum Regum, cum Regis Davidis genealogiam narret: Atqui Samuel exiſtimatur Auctor libri Iudicum, & etiam prioris partis libri Regum; ergo etiam hunc librum inter medium utriuſque partim ſcripſit. 254. D Iſidor. Abulenſ. Eugubin. Arias. Genebrard. Driedo. Sixtus. Bellarm. Serarius. Niéremb. Ruth. 1. Ruth 4.

Circa tempus duo inquirenda ſunt, Primò de tempore, quo hæc hiſtoria Ruth contigit. Manifeſtum eſt, quòd fuerit ſub tempore Iudicum; dicitur enim primo *cap.* num. 1. *In diebus unius Iudicis*, *quando Iudices præerant.* Quinam eſſet hic Iudex? Salianus præclariſſimus in computandis annis exiſtimat, quod fames, de qua facit mentionem Scriptura. Ruth. 1. num. 1. *facta eſt fames in terra*; quod talis fames incepit ſub Iudice Abimelech filio Gedeonis anno à creatione mundi 2801. *num.* 27. ac proinde ibi incepit peregrinatio Ruth, coniugium verò Booz cum Ruth ſub Thola Iudice ſucceſſore Abimelech anno mundi 2810 *num* 55. apud Salianum. 255. Ruth. 1. Salian.

Circa verò tempus, quo Samuel hunc librum Ruth ſcripſit, nulla eſt certa coniectura ad aliquid affirmandum. Mag. Calada *Prolog. in Ruth. & Mag.* Lahay *Prolog. in Bibliam Maxim. ſect.* 15. *cap.* 4. 5. *Quo autem*, dicunt quòd Samuel ſcripſit librum, poſtquam David factus eſt Rex: nam *cap.* 4. *huius libri num.* 20. Dum ſcribitur David, Genealogia: Obed genuit Iſai Iſai genuit Davidem Regem. Sed illa additiuncula potuit addi ab aliquo deſumente ex *Matth.* 1. *num.* 6. Sed talis particula *Rex* in noſtra Biblia correcta expuncta eſt, & ideo alij probabiliter dicunt, quod hic liber ſcriptus eſt à Samuele, poſtquam ſcripſit librum Iudicum; cuius hic liber Ruth eſt veluti appendicula. 256. Celada. Lahay. Ruth. 4.

Quæſtio VIII.

Quiſnam ſit Scriptor Librorum Regum.

SUMMARIUM.

257 *Cur primus, & ſecundus dicantur libri Samuelis.*
258 *Primus liber ſcriptus eſt partim à Samuele, partim juxta aliquos à Davide.*
259 *Verior ſententia tenet eſſe ſcriptum à Nathan, & Gad Prophetis.*
260 *Circa tertium, & quartum referuntur variæ ſententiæ.*
261 *Valde probabilis, quod fuerit ſcriptus à Ieremia.*
262 *Reges Iſrael de ſuis factis habebant Commentarios.*
263 *Ex his fit etiã probabilis, quod Iſaias quoad aliquam eorum partem fuerit Scriptor.*

Primus, & ſecundus Liber.

257 Trident. QVatuor libri Regum ſunt Canonici ut
patet ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 4 & ex
multis aliis antiquioribus Conciliis, primus, &
ſecundus liber dicuntur Samuelis, ut patet ex
noſtra vulgata in præfixo titulo in fronte, ubi
dicitur: *Primus, & ſecundus Samuelis*; eos enim
ſic vocabant antiqui Hebræi. Nam in utroque
aliquid eſt, quod ad Samuelis nomen, opúſque
pertineat. Nam in primo agitur de Sacerdote
Heli, in cuius locum ipſe Samuel electus eſt, &
de Saul, quem ipſe unxit in regem, & in ſecũ-
do, de Davide, quem ipſe unxit in regem, cuius
fidelitatẽ in Domino ſerviendo ipſe prædixit.
Latini verò eos appellant *Libros Regum* à ma-
teria, de qua agunt, à geſtis nempe Regum.

258. Quoad Scriptorem libri primi Regum,
Euchirius. convenjunt omnes, quòd ſcriptus fuerit à Sa-
D. Gregor. muele uſque ad ejus mortem, quæ narratur *l.* 1
Theodor. *cap.* 25. *n.* 1. Ita cenſent Enchirius, D. Gregor.
Procop. Theodoret. Procopius, Lyranus, Hugo, Abu-
Lyran. lenſes. Caietanus, Vatablus, Serarius, & alij.
Hugo. Tota dubitatio eſt, quiſnam fuiſſet Scriptor
Abulenſ. mortis ipſius, ac geſtorum uſque ad finem ſe-
D. Iſidor. cundi libri D. Iſidor. *lib.* 6. & Origenes *c.* 2. exi-
1. Reg. 27. ſtimant illa ſcripta eſſe à Davide Rege. Sed
1. Reg. 30. hoc impugnat Abulenſ. *hic in Præfat. q.* 4. &
c. 17. libri Iudicum, ex eo quia *c.* 27. *n.* 6. cum
Achis dederit David civitatem Siceleg addi-
tur *facta eſt Siceleg Regum Iuda uſque ad diem
hanc* Et idem dicitur *c.* 29. n. 24. *Quaſi lex in
Iſraël uſque in diem hanc*. Sed hæc parum, ur-
gent: nam hæc dicta ſunt antequam David ad
regni clavum aſſumeretur, ipſe autem regnavit
quadraginta annis, in quorum fine hæc ſcri-
bens, benè poterat dicere *uſque in diem hanc*.
Abulenſ. Abulenſis citatus exiſtimat hos libros ſcri-
ptos fuiſſe ab Iſaia, vel Ieremia, de quo ſtatim.

259 Aliter rem explicant Sixtus Senenſis *lib.* 1.
Sixtus. *ſua Bibliotheca.* Cardin. Bellar. *de Scriptoribus
Bellarm. Eccleſiaſt.* horum librorum Auctores eſſe Na-
than, & Gad uſque nempe ad librum 2. quod
inde probatur, quia *lib.* 1. *Paral c. ult. n.* 29. di-
1. Par. 29 citur. *Geſta autẽ Davidis Regis prima, & noviſ-
ſima ſcripta ſunt in lib. Samuelis videntis; & in
libro Nathan Prophetæ, & in volumine Gad vi-
dentis.* Expende Textum, agitur in eo de prio-
ribus, novissimis geſtis Davidis; priora di-
cuntur à Samuele in primo libro, quomodo
nempe unctus ipſe eſt in regem, quomodo de-
vicerit, ac interfecerit Goliath, de perſecutio-
nibus, quas ſubſtinuit Saülis, ſic & noviſſima
illius, nempe eius geſta in regno ſcripta ſũt in
libro Nathan, & Gad, hoc eſt in ſecundo Re-
gum, cum primo Capitulo Tertij Regum, ergo
ſicut illa priora ſcripta ſunt in libro Samuelis
hoc eſt, primo Regum, ſic & poſteriora in li-
ſtro Nathan, & Gad, hoc eſt ſecundo Regum;
proindéque Nathan, & Gad Prophetæ, qui Da-
vidis erant à ſecretis, & Commentariis, ut ſci-
licet eius acta per ſingulos dies, quaſi Diaria, &
Chronica, ſive Ephemerides conſcriberent.
Hæc ſententia videtur mihi probabilior.

Tertius, & quartus liber Regum?

Circa hos duos ultimos libros maior eſt dif- 260.
ficultas, & opinionum varietas: nam ab Eſdra
eos fuiſſe cõſcriptos, tenet Mag. *Hiſtoria Eccle-* Mag Hiſt.
ſiaſtica. Dion. Carthuſ. Driedo, cum his tamen Carthuſ.
pugnat, quòd à primo regni anno Salomonis, Driedo.
ſcilicet a mundi *creatione* 3020. uſque ad Eſ-
dram, qui vixit anno 3595. ut videre eſt apud
Salianum citatum, & per tot curricula tempo-
rum non videtur vero ſimile, quòd tot Regum Salianus.
geſta fuerint in ſilẽtio, & ideo alij è cõtra opi-
nãtur ſcriptos eſſe ab Iſaia. Cõjectura pro hac
ſententia eſt, quia tria Capitula *lib.* 4. *Regum,* 4. Reg 18.
ſcilicet 18. 19 *&* 20. ſunt deſumpta ex quatuor
Capitulis Iſaiæ, nempe *à c.* 36. *uſque ad* 39 Hãc Iſai. 39.
ſententiam impugnat Abulenſ. *in Prologo Ga-* Abulenſ.
leato q. 19. quia Iſaias diu ante poſteriorum
Regum tempora ac captivitatem Babyloni-
cam, quæ ibi deſcribuntur, mortuus eſt.

Eſt alia ſententia, quam tenent D. Hier. *in* 261.
Prolog. Galeato. D. Iſid. Procop. & multi Rab- D. Hieron.
bini, quos citat, ac ſequitur Sixtus Senenſ. *lib.* 1 D. Iſidor.
Biblioth. Abulenſ. citatus, & multi alij aſſeren- Procop.
tes hos libros compoſitos fuiſſe ab Ieremia Sixtus.
Propheta; Fundamentum eſſe, quia Ieremias
vidit illa poſteriora tempora, & captivitatem,
& quia ultimum caput *libri.* 4. *Regum*, cum
poſtremo capite libri Ieremiæ, ſtylo, verbis, ac
narratione convenit, ac cohæret, ac proinde
ex libris dierum Iſrael, Ieremias collegit hunc
tertium, & quartum Regum, & ex aliquibus
fragmentis Iſaiæ Prophetæ.

Pro huius rei majori intelligentia nota, quòd 262.
ſinguli Reges habebant ſuos ſcribas à Cũmen-
tariis, qui eorum geſta, ſeu acta, ac Diaria ſcri-
berent, ut de filiis Ioas dicitur 2. Paralip. 24.
n. 27. *Summa pecunia, quæ adunata fuerat ſub eo,* 2. Par 24.
& inſtauratio domus Dei ſcripta ſunt diligentiùs 2 Paral. 9.
in libro Regum Sic Salomonis facta ſcripſ. rũt 3. Reg 11.
Nathan Propheta, & Ahias Silonites, & Addo Theodor.
Propheta. 2. *Par.* 9. *n.* 29. & habẽt 3 *Reg.* 11. *n.* 41. Abulenſ.
& hic eſt liber verborum, ſeu factorum Salo- Caietanus.
monis, ut notant Theodoret. & Abulenſ. Cor- 2 Par. 12.
nelius, ſic & geſta Roboam Salomonis filij, ac & 13.
etiam Abiæ Regis filij Roboam, ſcripſerũt Se-
meias Propheta, & Addo, ut refertur 2. *Par.* 12
n. 15. & *c.* 13. *n.* 22. facta Ioſaphat Regis ſcripſit
Hamaanius, qui digeſſit in libros facta Regum 2. Par. 22.
Iſrael 2. *Paralip.* 22. *num.* 34. facta Regis Oziæ 2. Par. 26.
ſcripſit Iſaias 2. *Paralip.* 26. *num.* 2. ſicut 2. Par. 32.
& geſta Regis Ezechiæ ſcripſit idem Iſaias
2. *Paral.*

2. *Paral* 32.*n*.32. Ex quibus, & quia aliqua capitula Iſaiæ cohæreant cum alus ex 4. *Regum* ut iam dixi exiſtimant IſaiamRegum geſta ex eorum Diariis collegiſſe uſque ad Manaſſem
Salianus. regem, à quo Iſaias interfectus eſt anno mundi 3340.*n*.28 apud Salianum. Reliqua verò uſque ad captivitatem Babylnnicam anno mundi 3447.*n*.41. pertexit Ieremias. Hæ duæ ultimæ ſententiæ probabiliores ſont. Certum tamen
D.Hieron. eſt, quod tam Tertius, quàm Quartus liber Regum fuit ſcriptus ab aliquo Propheta, & eum inter Prophetales computat D.Hieron. *in Prologo Galeato*.

Quæstio IX.

Quis Paralipomenon Auctor?

SVMMARIVM.

263 *Quid ſignificet Paralipomenon, & quid in eo agitur.*
264 *Prima ſententia affirmat hos libros ſcriptos à Ieremia.*
265 *Secunda, & probabilior ab Eſdra.*
266 *Ponitur quædam obiectio, & ſolvitur cum Abulenſi.*

263. PAralipomena, ſic vocata, & dicta à Sept. Interpretibus, quod Græcè idem valet, ac additamenta ad ea, quæ prætermiſſa, ac derelicta fuerunt in libris Regum, *Libri ſunt duo*, & uterque Canonicus eſt, ut conſtat ex Con-
Trident. cilio Tridentino *ſeſſ*. 4. In primo libro Scriptor, ſeu recapitulator incipit agere de prima mundi ætate, ac generatione à primis Parentibus, per quinque libros Moyſis uſque *ad c.9. incluſivè, à c*.10. incipit agere de rege Saule, ac cæteris regibus Iſraël uſque ad Ioachaz filium Ioſiæ ultimum Regem Iſraël, ac captivitatem Babylonicam; de quibus agitur *cap. vltimo, in ſecundo libro*, & in his duobus Paralipomenon Auctor ex antiquis commentariis, ac monumentis, ſeu Diariis Regum, colligit hanc hiſtoriam, omittens leviora, & quæ jam erant ſcripta in quatuor libris Regum præteriens, addens verò, quæ notatu digna omiſſa fuerant, & facit ſupplementum ad hiſtoriam Regum; unde in his libris Paralip. referuntur *libri verborum, ac geſtorum Regum*, ut vidimus ſuperiori numero, & ideo
D.Hieron. D. Hieron. *epiſtola ad Damaſum*, vocat eos *præteritorum ſupplementum*.

Circa Auctorem horum librorum non le-
264. vis eſt dubitatio. Quidam dixerunt *Ieremiam*. Sed hoc videtur non poſſe conſiſtere, quia in ultimo capite horum librorum agitur de
2.Par.36. Rege Cyro, ac libertate à captivitate Babylonica, quæ contigerunt multo tempore poſt mortem Ieremiæ, niſi aliquis velit dicere, quod illa ſuppleta fuerint ab aliquo Scriptore, ſicut dicitur in Deuteronomio de morte Moyſis.

265. Communior ſententia eſt, quod hi duo li-
Lyran. bri Paralipomenon fuerint ſcripti ab Eſdra.
Abulenſ. Ita Lyranus, Abulenſ. Carthuſ. Driedo *lib*.1. *de*
Carthuſ. *Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Sixtus Senenſis *lib*.1.
Driedo. *Biblioth.* qui Eſdras vidit libertatem populi,
Sixtus. *Sylveira Opuſcula*.
& cum Rege Cyro de ea egit, ac multa cum eo tractavit, quæ ad populi negotia ſpectabant Et coniectura huius rei habetur, quia idem eſt finis ultimi Capituli libri ſecundi Paralipomenon, ac initium, & exordium primi libri Eſdræ, ut legenti patebit.

Obiicies 2. *Paralip*. 5 *n*. 9. dicitur: *Fuit arca* 266.
ibi (ſcilicet in Templo, ſeu Sanctuario) *uſque in* 2.Paral. 5.
præſentem diem Hoc tamen de tempore Eſdræ non poteſt verificari; nam antequam populus captivus duceretur in Babyloniam, Ieremias arcam abſcondit in loco valdè ignoto 2. *Ma-* 2.Mach 5.
chab.2.*n*.5. Reſpondet Abulenſis quòd citato Abulenſ.
loco Paralipomen. agitur quomodo Salomon adduxit arcam Domini, & poſuit in Templo, ac Sanctuario, quod inter res geſtas Salomonis narrant ejus Chroniſtæ Nathan Propheta, Ado, & Ahias, ac proinde iſti in ſuis Commentariis habebant; quomodo arca fuit ibi poſita uſque in præſentem diem. Eſdras ſcribens res geſtas Salomonis eadem verba à ſuis Chroniſtis reaſſumit, ac refert.

Quæstio X.

De libris Eſdræ, & Nehemiæ.

SUMMARIUM.

267 *Eſdras, & Nehemias viri diſtincti.*
268 *Eſdras ex genere Sacerdotali multa ſcripſit.*
269 *Nehemias vir doctiſſimus, & in magno pretio habitus.*
270 *Primus, & ſecundus Canonicus, & diverſo modo computatur à Græcis, & Latinis, & n*.271.
272 *Duo ultimi non ſunt Canonici.*
273 *A Sanctis Patribus citantur, & de alluſione ad Apocalyſ. & n*.274.

ESdras, & Nehemias diſtinctæ ſunt perſo- 267.
næ, quamvis ambo Viri Eminentiſſimi. Nam Eſdras ſcripſit reverſionem à Babylonia in Ieruſalem, anno ſexto, vel ſeptimo Artaxerxis Longimani ſecundum Euſebium, Salia-
num, Tornielum. Nehemias eundem adven- Euſebius.
tum in Ieroſolymam ſcripſit ſub anno eiuſ- Salian.
dē Artaxerxis Longimani trigeſimo ſecundo, Torniel.
nec citò abſolvit ſuam ſcriptionem Nehemias, ſed tantummodò poſt duodecim annos, quibus reædificatio urbis facta eſt, & quæ deerant in Templo adiecta ſunt; quæ perfecta refert Nehemias in ſuo libro.

Eſdras ex genere Sacerdotali fuit, & vir 268
Doctiſſimus, & etiam ut tenent multi Hebræi D.Hieron.
antiqui apud D. Hieronymum *in Tradit*. & *in lib. Paralyp*. & Sixtus Senenſis *lib*. 1. *Biblioth*.
in Eſdra ipſum eundem eſſe eum Ioſedech. Senenſ.
(habuiſſe nempe duo nomina) idcoque fuiſſe Pontificem, unde *libro* 3. *Eſdræ cap. ultimo*, pleno, & abſoluto jure Pontificio utitur in dirimendis cauſis matrimonialibus. Multos libros ſacræ Scripturæ, qui ex multa parte erant deperditi, & flammis dati erant, ab inimicis ex multis regionibus congregavit, à multis erroribus repurgavit, ac emendavit, & ad ſuam primævam veritatem, ac ſinceritatem reduxit, ut communiter docent Sancti

Patres,ot dixi ſuprà *Reſol.1. quæſt.3.per totam*, eúmque ſcripſiſſe primùm,& ſecundùm Paralipomenon ex communi ſeotentia dixi ſuperiori *quæſt.* eúmque fuiſſe auctorem libri Eſther tenent multi Auctores, de quo infrà *quæſt.* *eúmque* ſcripſiſſe bonam partem ultimi capitis Deuteronomij, ſicut & ultimam partem *cap. ultimi Ioſuë*, ſunt qui affirmant, ut ſuprà vidimus,ſicut & ipſum eſſe Malachiam Prophetam, unum ex minoribus, ut refert (D.Hieron.) D. Hieron. *Prolog. in Malach.* à qua ſententia non multum videtur diſtare ſanctus Pater, (Rupert.) ſicut & Rupertus ibi; quam ſeotentiam impugnant omnes commentatores in Malach. tam antiqui, quàm moderni.

269\. (D. Iſidor. Sixtus.) Nehemiam fuiſſe ex Tribu Juda tradunt D. Iſidor.*de vita & morte Sanctorum*, *cap.* 62. Sixtus Senenſis in Nehemia, & Severus Sulpitius. Tameo illum fuiſſe Sacerdotem, apertè conſtat ex 2. *Machabæor. cap.* 2. *n.*21. Fuit Socius Eſdræ, vir valdè virtutibus, ac moribus conſpicuus; & ideo in magno pretio habitus à Rege Artaxerxe, & apud eum cauſas civium egit, & facultatem obtinuit, ut Jeruſalem reædificaret, eámque muniret, ac ab hoſtibus defenderet.

Liber Primus, & Secundus.

270 (Trident.) Uterque eſt Scriptura Canonica, ut eſt de fide certum ex Concilio Tridentino *ſeſſ.*4. & habetur in Textu Hebraïco, ac in Canone Hebræorum Antiquorum, ac in Textu Græco ex Septuaginta. Auctor primi libri eſt Eſdras, ſecundi verò Nehemias, ut patet ex utriuſque titulo affixo in fronte,& Secundus incipit *Verba Nehemiæ filij Helchiæ.* Dicitur autem iſte *liber Nehemiæ.* Secundus Eſdræ, partim quia in eo referuntur ea, quæ ſimul ab Eſdra, & Nehemia geſta ſunt; partim etiam, quia antiquitùs, tam apud Hæbræos, & Græcos Eſdras, & Nehemias unus tantùm liber erat, & in uno tantùm libro habebantur. Ita (D.Hieron.) D.Hieronym. *epiſt.ad Paulinum.* (Senenſ.) Sixtus Senenſis, (Bellarm.) & Bellarm. de Scriptoribus *Eccleſiaſticis verb. Nehemi.* (Lyran.) Lyran. (Carthuſ.) Carthuſianus, (Sanchez.) Sanchez, & alij *Prologom. in Eſdram.*

271\. (Græci. Latini.) In his libris Eſdræ computandis diſſident inter ſe Patres Græci, & Latini, quia quem nos librum tertium Eſdræ ſcribimus, & inter apocrypha ſcripta numeramus, Græci in ſacro Canone collocant, & priorem in ordine librorum Eſdræ ſtatuunt ex eo, quia quæ in eo narrantur, geſta ſunt ante ea, quæ in libris Eſdræ, & Nehemiæ ſcribuntur, & ex primo, & ſecundo libro Eſdræ apud nos, illi ſcilicet Græci unum faciebant, & ſic apud Græcos Liber Primus Eſdræ, (3. Eſdra.) habet initium, ſicut apud nos Liber Tertius: ſcilicet; *Fecit Ioſias Paſcha*, &c. & Liber Secundus Eſdræ apud Græcos habet initium, ſicut apud nos Liber Primus, *In anno primo Cyri Regis*, &c.

Liber Tertius, & Quartus.

272\. (Tex.Hebr.) Hi duo libri Eſdræ non ſunt Canonici, nec Eccleſia Sancta Catholica ſpiritu gubernante eos inter libros Canonicos enumerat: nam hi duo libri non habentur in Textu Hebraïco, etiam antiquiſſimo, nec in Textu Græco ex Septuaginta; unde efficio validum argumentum. (Septuag.) Septuaginta anno mundi 3773. & ante Chriſtum natum anno 278. juxta Tornielium ibidem, (Tornielius. Salianus.) & Salianum ibidem etiam *num.*17. & 18. ipſum Textum antiquiſſimum Hebraïcum, traduxerunt in Græcum; & tameo hos duos libros non traduxerunt; ergo inde apertè convincitur, quòd non erant in illo Textu Hebraïco antiquiſſimo. Confirmatur, quia de his duobus libris non faciunt mentionem Auctores antiquiſſimi, ut (Philo. Joſephus. Genebrard.) Philo Hebræus, Joſephus, & Genebrardus in ſua Chronologia *pagina* 50.

273\. Iſte liber Tertius & quartus, quamvis non ſint Canonici, ſunt boni, & ſanæ doctrinæ, & ideo multoties à Sanctis Patribus citantur. (Origen.) Origenes *homil.*9. *in Ioſuë ſub finem.* S. Athanaſ. *tract.* 3. *contra Arrianos*, (Alexand.) Clemens Alexandrin. *lib.* 1. *Stromat. part.* 64. (Cyprian.) Cyprian. *epiſt. ad Pomp.* (Imperfect.) Auctor operis Imperfecti *homil.*1. *in Matth.* (D.Ambroſ.) D.Ambroſ. *lib.* 2. *in Lucam*, & *lib.de bono mortis*,*cap.*10. *epiſt.*21 *ad Horontianum*, ubi ex *libro* 3. probat animæ immortalitatem. (D. Baſil.) S.Baſil. *epiſtol. ad Chilonem.* (D Hieron.) S Hieron. *contra Heluid.* (D. Iren.) Irenæus *lib.*3. *cap* 25. (Tertull.) Tertullian. *lib de habitu mulierum.* (D.Iſidor.) D.Iſidor. *lib.*6. *Etymolog.* (Eccleſia.) & quod magis Eccleſia Catholica utitur ex *libro* 4. *in Introitu Miſſæ feria tertia poſt Pentecoſten*, dicens: *Accipite jucunditatem gloriæ veſtræ, gratias agentes Deo, qui vos ad cæleſtia regna vocavit*; & modo coronantur, & accipiunt palam.

274\. (Alcazar.) Circa antiquitatem, & Auctorem horum librorum, Alcazar *in cap.*7. *Apocalyp. pag.*489 *littera A.* ſuſpicatur Librum Quartum Eſdræ ſcriptum poſt Apocalypſim, ſed ipſius ſeriem, & contextum non probe tenuiſſe, ac proinde conſeqoenter tenet hunc librum non fuiſſe ſcriptum ab Eſdra, ſed ab aliquo alio poſt Apocalypſim. (Cornel.) Econtra Cornelius à Lapide poſt librum ſecundum Eſdræ, & Nehemiæ. §.*Dico ergo*, tenet Apocalypſim multum alludere ad 4. librum Eſdræ, ut patebit conferenti *cap.* 6. *Apocal. Cum hic cap.*4. *n.*33. 36. & *cap.*15.*cum cap.*8.& *cap.*12. *Apocal*, *cum cap* 9. *hic num.*30. *& ſequenti*, & *cap.*7. *Apocal. cum cap.*2.*hic verſ.*38. & 42. Ac proinde tenet librum eſſe antiquiorem Apocalypſi. Sed ſemper manet eadem quæſtio, ac dubitatio, quis fuerit prior, ac poſterior, & quod poſterior fecerit alluſionem ad priorem. Non video efficax argumentum ad hoc, vel illud aſſerendum; & ideò rem diffinite non audeo.

Quæstio XI.

De Tobiæ Libro.

SUMMARIUM.

275 *Videntur aliqui Patres dicere non eſſe Canonicum, pro quo pugnant Hæretici, & num* 276.

277 *De fide certum eſt eſſe Canonicum.*

278 *Vterque Tobias Auctor hujus libri, & probatur hæc ſententia, & n.*279.

280 *Componuntur variæ verſiones circa hanc rem.*

281 *Rejici*

181 *Rejicitur ſententia contraria aliquorum.*
182 *Apertè conſtat ſcriptum fuiſſe ſermone Chaldaico*
183 *Solnitur objectio in contrarium.*
184 *Computantur anni ætatis utriuſque Tobiæ.*

An ſit Canonicus?

275. D.Hieron. D.Athan. Origenes. Ruffin. Lyran. Abulenſ. Caietan. HUnc librum Tobiæ non eſſe Canoni-
cum, renuerunt olim multi Patres, D.
Hieron, *in Prolog. Galeato*, D. Athanaſius *in*
ſynopſi, Origenes apud Euſebium *lib.6.cap.25.*
Ruffinus *in expoſit. Symbol.* Lyran. *ſuper To-*
*bium,& 1.Reg.1.26.*Abulenſis *quæſt.46.* Cajet.
in fine, Commentatior. in hiſtoria veteris te-
ſtamenti, eò quòd ut teſtatur D.Hieronymus
in Tobiam, hic liber non habebatur in Cano-
ne antiquo Hebræorum,& res non erat tunc
multùm declarata,nec examinata ab Eccleſia,
ut modo.

276. Hæretici. Lutherus. Ionas. Hæretici hac noſtra tempeſtate,inter apo-
cryphos numerant, ut Lutherus in Sympo-
ſiacis,& Ionas eius ſummiſta,ac abbreuiator,
dicunt in hoc libro multa eſſe ridicula, &
Phaſius. fatua, Paulus Phaſius, & alij modeſtiùs lo-
quuntur, dicentes non eſſe aliud,quàm Dra-
ma, ſeu comœdiam, qua boni Patris,& filij
idea imitanda proponitur. Quos errores latè
impugnant Bellarmin. & eius propugnator,
lib.1.de Verbo Dei,cap.7.& 10.

277. C.Carth. Florent. Trident. Innoc.I. Gelaſius. Caliſtus. Tamen certum de fide eſt,hunc librum To-
biæ eſſe Canonicum ſicut & cæteros, qui ha-
bentur in corpore. Bibliæ. Ita definivit Con-
cilium Carthaginenſe 2.*Canon.*47.Concilium
Florentinum, & Tridentinum *ſeſſ.*4.Innocen-
tius I.*in Epiſtol. ad Exuperium, num.7.* Cela-
ſius I *in Decreto de libris Canonicis*, Caliſtus I.
*in Epiſt.*2. S.Irenæus, S. Chryſoſt.D. Auguſt.
D. Cyprian. D.Ambroſ. D.Baſilius, Clemens
Sixt.Senen. Bellarm. Serarius. Anton. Alexandrin, Rabbanus,Caſſiodorus,D.Iſido-
rus, & alij, quos citant Sixtus Senenſis *lib.8.*
Biblioth. hæreſi 11 Bellarm.*lib. 1. de Verbo Dei,*
*cap.*11.Serarius *hic Prolog.*5.Fr. Anton.à Ma-
tre Dei *in Iſagoge ſcript. Præl. 1. dub.* 10.§.2.
*num.*209.

Scriptor hujus libri.

278. Senenſis. Salian. Recepta ſententia eſt, quòd uterque To-
bias fuerit ſcriptor hujus libri. Ita Sixtus Se-
nenſis *lib.1. Biblioth.* Iacobus Salianus *ad an-*
Bellarm. *num mundi 3335. num.65.*circa quem annum
hanc hiſtoriam contigiſſe affirmat Bellarmi-
nus *lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis in Tobia,*
Serarius. Sà. Tirinus Monoch. Gordon. Euſeb. Celada. Lahay. Serarius *Prol.2,in Tobiam,*Sà,Tyrin. Menoch.
Gordonus *Præfat. in Tobiam*, Euſebius Nie-
rembergius *de origine ſacra Scripturæ, lib. 10.*
cap. 11. Celada *in Tobiam,in Prolog.§.12.n.1.*
Lahay *in Prolog. ad Bibliam Max. ſect. 15. c.8.*
Et in hoc conveniunt omnes ferè, quòd To-
bias Senior ſcripſit uſque *ad cap.13.*totum in-
cluſivè:Tobias autem iunior ſcripſit *ab exor-*
dio, cap. 14. uſque ad verſum 16 ubi de morte
ipſius Tobiæ iunioris; clauſula verò libri, &
capituli ſcripta eſt ab alio, ut fit in multis li-
bris ſcripturæ.

279. Tob.12. Græcus. Probatur hæc ſententia *ex cap.12. num.20.*
ubi Angelus loquens cum utroque Tobia,ait
illis: *Vos autem benedicite Deum, & narrate*
*omnia mirabilia eius.*Græcus legit, *ſcribite om-*
nia, quæ conſummata ſunt in libro. Syrus legit,
ſcribite hæc in libro, teſte Serario cum Syro Syrus.
conſonat Hebræus Textus: Illa verba Ange- Hebræus.
li, *Narrate omnia mirabilia ejus,*non indicant
neceſſitatem, ſed magnam convenientiam,ac
congruentiam.Ut tam uberior Dei providen-
tia erga ſuos,& tam eximiæ beneficentiæ di-
vinæ argumentum cunctis innoteſceret, &
ideò maximè credibile eſt Tobiam ſcripſiſſe
me hanc,no ſolùm ad fratres Hebræos,ſed ad
alios etiam ſibi familiares, & notos, apud
quos exulabant,quibus Tobias ſenior charus,
& gratus fuiſſe perhibetur, quo Dei provi-
dentia in ſuos maximè agnoſceretur, & ei
omnes gloriam darent, & inde concaptivi
fratres multam hauriant conſolationem, &
& ſpem de libertate à captivitate,in qua erant
in illa civitate ſub Salmanazar Rege,& juxta
aliam lectionem Angelus mandat; *Scribite*
omnia,quæ conſummata ſunt in libro.

Quòd uterque Tobias exactiſſimè, & ad 280.
unguem implevit,ex quo componet ſatis dif-
ficilem quæſtionem circa verſiones huius li- Chaldaica.
bri. Nam Chaldaica ſcriptio cohærens cum
noſtra Vulgata, ac Arabica, loquuntur de Vulgata.
Tobia in tertia perſona; At Hebraica, Græ- Arabica.
ca, & Syriaca loquitur de Tobia in prima Hebraica.
perſona. Quod ita intellige Tobias ſenior, & Græca. Syriaca.
iunior ambo publicarunt, & ſcripſerunt mi-
rabilia Dei; Lectio Hebraica, Græca, & Sy-
riaca referunt verba,quæ ſenior Tobias dixe-
rat; & ſcripſerat de ſe; proindéque in prima
perſona, ut de ſe agens loquitur. At ſcriptio
Chaldaica cui conſonat Latina, & Arabica
narrat hiſtoriam per tertiam perſonam, tan-
quam referens epiſtolas à iuniori Tobia ſcri-
ptas,& ideò cùm res geſtas ſui Parentis com-
memorat de eo, ut de alio,per tertiam perſo-
nam loquitur.

Circa Auctorem hujus libri Tobiæ mul- 281.
tùm dubitant, & cenſent eſſe valdè ambi-
guum,Salmeiron *tom.1.Prolog 9.can.3* Sanch. Salmeiron. Sanchez.
*hic Prolog.*1.& ait, non multùm ei diſplicere,
qui aſſeruerit hunc librum fuiſſe compoſitum
ab Eſdra; Maximè quia in Codice Græco ci-
tatur Ieremias,qui multo tempore, multáque
ætate anteceſſit utrumque Tobiam Facilè re-
ſpondetur, quòd illa allegatio Ieremiæ nec
habetur in noſtro textu Latino, nec Chal- Text.Græc
daico, nec Hebraico; in Codice autem Græ-
co fortè alicuius incuria Ieremiæ nomen ex
margine irrepſit in Textum.

Qua lingua hic liber ſcriptus eſt?

Apertè,& clarè docet D.Hieron.*Epiſt.*100. 282.
ad Chromatium, & Heliodorum, ſe hunc li- D.Hieron.
brum ex Chaldaico idiomate in Hebræum
tranſtuliſſe, & ex Hebræo, verbo ad verbum
in Latinum, id eſt in noſtram vulgatam. Et
advertit Serarius ex Iuſtino *ſupplem 9.* quòd Serarius. Iuſtini.
præter lectionem Hebræam, ac Græcam,quæ
noſtræ lectioni Latinæ correſpondet, datur
etiam alia lectio tam Hebraica, quàm Latina
aliquantulùm diffuſior extat;ſed noſtra lectio
eſt vera, cùm ſit deducta ex originali Chal-
daico, & approbata à Concilio Tridentino,
ac Florentino.

Fixum eſt ergo,librum hunc primitùs idio- 283.
mate, non Hebraico, ſed Chaldæo juxta

D.Hieron. D.Hieronymum fuiſſe conſcriptum,ex eoque
tanquam à fonte,variæ tranſlationes tam Hebraicæ, quàm Græcæ, Syriacæ,Arabicæ, ac
Latinæ emanarunt, ut hic notat Serarius *Prologom*.4.

284. Dices. Non videtur veroſimile Tobiam hominem Hebræum Chaldaico idiomate ſcripſiſſe Hebræis. Reſpondemus tamen, quòd
cum Tobias ſenior, & cæteri Hebræi vixiſſent in captivitate 63.annis,ut ſtatim dicam,
jam Hebræi per tot annos multum debebant
intelligere de lingua Chaldaica. Inde Tobias
lingua Chaldaica ſcripſit, ut Dei mirabilia,
ac magnifica opera cunctis fierent manifeſta
tam Hebræis, quam Chaldaicis; vel dic, ut
dixi ſuprà, Senior Tobias ſcripſit Hebraico
ſermone,& ideò de ſe loquitur in prima perſona. Iunior Tobias eandem hiſtoriam ſcripſit Chaldaico ſermone mittens per epiſtolas
ſuas ad Chaldæos, ac proinde ex his epiſtolis idiomate Chaldaico deſumpta eſt tranſla-
D Hieron. tio noſtræ vulgatæ Latinæ juxta Divum Hieronymum.

Pro huius rei majori intelligentia nota,
quòd Senior Tobias ſub Salmanaſar Rege
ductus eſt captivus cùm ageret annum æta-
Serarius. Salian. tis 39. ut ex Textu Hebræo colligunt Serarius, Salianus, vixit in captivitate annos 63.
vixit in univerſum annos 102. vixit cæcus
annis quatuor. Ita juxta noſtram vulgatam,
quæ tenenda,& ſequenda eſt *c*.14.*n*.1. Iunior
Tob.14. Tobias,cum eſſet duorum annorum juxta Serarium ad finem libri,ductus eſt captivus cum
patre; duxit uxorem anno ætatis 23. vel 24.
Tob.14. vixit cum vivo parente annos 65.vel 66.vixit
poſt parentis mortem 19. hoc eſt in univerſum annis 164. vel 165. & poſt mortem patris 99. De quibus facit mentionem noſtra
vulgata *cap*.14.*n*.16.

Quæstio XII.

De Libro Iudith.

SUMMARIUM.

285 *Hæretici impie loquuntur de hoc libro.*
286 *Liber eſt Canonicus.*
287 *Magna dubitatio circa Auctorem huius libri.*
288 *Ioachimus Auctor huius libri,& probatur,& n*.289.290.
291 *Liber idiomate Hebraico ſcriptus.*
292 *Aliqui graves Auctores tenent hiſtoriam contigiſſe ante captivitatem.*
293 *Probabilior ſententia poſt reditum à captivitate.*

285. Anabapt. Senenſ. SUo maligno ore multum venenum contra
hunc librum evomunt Hæretici Anabaptiſtæ apud Sixtum Senenſem *lib*. 8. *Biblioth.
hæreſ*. 11. Iudith librum à Canone rejicit Lutherus *in Sympoſiacis c*. 59. ait non eſſe hiſtoriam veram,ſed commentum, ſeu figmentum
poëticum,Homerico, vel Virgiliano non abſimile.Idémque tenet,ac repetit in confeſſione Germanica, ubi ait librum Iudith ſibi videre eſſe quandam Tragœdiam.

De fide certum eſt apud omnes Chriſtianos 286.
hunc librum Iudith eſſe Canonicum, ac omnia,quæ in eo narrantur, eſſe de fide certiſſima.Hunc librum,ut Canonicum recepit Nyſ- Nyſſ. Syn.
ſena Synodus,ut teſtatur D.Hieronymus præ- D.Hieron.
fat. in Iudith; & in Catalogo ſacror. Volu- Carthag. Florent.
minum,eum numerat Concil.Carthag.3.*c*.47. Trident.
Concil. Florent. & Trident. *ſeſſ*. 4. & ideò Tertull.
illum communiter citant Sancti Patres, Ter- Alexand.
tullian. Clemens Alexandr. D. Cyrillus Ale- Cyrillus. D.Ambroſ.
xandrin.D.Ambroſ.Peluſiota,Petrus Damian. Peluſiot.
D Auguſt.Rupertus,& multi alij, quos citant D.Auguſt.
Bellarminus *lib*.1.*de Verbo Dei, cap*.12.Fr. An- Rupertus
toninus à Matre Dei *in Iſagog.ſcrip. prælud*.1. Anton.
dub.11 §.2.244.

Auctor Libri.

Circa Auctorem hujus libri magna eſt du- 287.
bitatio:nam D. Iſidorus *lib*.6. *cap*.2.ait,*Iudith*, D Iſidorus.
Tobias,ſive Machabæorum libri,à quibus Auctoribus ſcripti ſunt, minime conſtat; id eſt liquidè
non conſtat. Sed res eſt dubia; & in hæc
ſententia eſt Gaſpar Sanchez *Prolog. in Iudith* Sanchez.
primo, quia in hac re nullum eſt certum, &
firmum fundamentum ad aliquid determinatè
affirmandum.

E contra multi antiqui Rabbini, quos ci- 288.
tat,& ſequitur Sixtus Senenſis *lib*.8. *hæreſ*.11. Senenſ.
quod etiam tradit Annianus Philo *lib*. 2. *de* Philo.
temporibus, & ſequuntur communiter Recentiores, Euſebius Nierembergius *lib*.10. *de ori-* Euſebius.
gine ſacræ Scripturæ, cap. 13. Lucas Veloſus *in* Veloſus.
Prolog.Iudith.diſquiſition.1.Lahay *ſect*.15.*cap*.9. Lahay.
Cornelius, Menochius.Tyrinus, & alij aſſe- Cornel. Menoch.
rentes Scriptorem hujus libri Iudith fuiſſe Tyrin.
Ioachim Summum Pontificem, de quo fit
mentio hoc libro Iudith.*cap*.15. *n*.9. qui alio Iudith.15.
nomine dicitur Eliachim *cap*.4.*n*.5.& 7.utroque nomine dicebatur.

Quæ ſententia cum proximis Auctoribus 289.
mihi maximè placet. Sed cùm non habeamus aliquod firmum fundamentum ad hoc
aſſerendum,nec liberè hoc videatur dictum,
mihi eſt conjectura; quia antiquitùs valdè
ſolemnis conſuetudo erat,tam apud Latinos,
quàm Hebræos, ut rerum geſtarum annales,
Sacerdorum Principes conficerent.De Latinis
teſtes prodo Livium Decada 1. *lib*. 5. & 6. Livius.
Macrobium *lib*.3.*Saturnal.c*.2. qui à Cicerone Macrobius.
id excepere *lib*.2.*de Oration. Ab initio*, ait,re- Cicero.
rum Romanarum uſque ad P. Mutium Pontif. Max. res omnes ſingulorum annorum
mandabat literis Pont. Max.de quo plura ha- Alexand.
bes apud Alexand Neapolit.*lib*.2.*c*.8. Neapol.

Quòd autem ad Annales gentis Iudaicæ,
nullum eſt dubium hoc ſemper fuiſſe opus
Propheticæ, vel Pontificiæ dignitatis, quod
Ioſephus tradit *lib*. 1. *contra Apiam*, & ait: Ioſephus.
Eandem in rerum conſcriptionibus habuere ſollicitudinem, Pontificibus,& Prophetis hoc imperantes,&c. De Prophetis Textus eſt multiplex
ex 1.*Paralip. cap*.29. *num*.29. ex 3. *Paralip*.9. 1.Par.29.
num.28.ex *cap*.12.*num*.15. *cap*.20.*num* 34. ex 1.Paral.2.
cap. 27. *num*. 7. De Sacerd. argumentum ſit, & cap.12. & cap.3.
Samuel, qui ſcripſit libros Iudicum, Ruth,
& magnam partem libri primi Regum, ut
ſuprà vidimus. Sit etiam Eſdras, qui non ſolùm fuit Sacerdos,ſed etiam juxta multorum
ſententiam fuit Pontifex,& ſcripſit nõ ſolùm
ſuum

ſuum librum, ſed etiam primum, & ſecundum Paralip. *& juxta aliquos tertium, & quartum; & librum Eſther.* Sic juxta hunc morem Sacerdos Ioachim, ſeu Eliachim; ut Pontifex
Iudith. 4. ſcripſit annales ſui temporis, ac hunc librum Iudith. Et ſicut ipſe Pontifex Ioachimus *c. 4. num. 5.* ſcripſit ad omnes, apud quos viæ tranſitus eſſe poterant, ut obtinerent aſcenſus montium, ad impediendam viam hoſtibus, ſic & ipſe ſcripſit hanc hiſtoriam.

In quo idiomate hic liber ſcriptus eſt.

291. Cùm ergo Ioachimus fuiſſet Pontifex Hebræus, indubitatum eſt, quòd ſcripſerit Hebraicè, quamvis exemplaria Hebraica non extent; licèt quidam aſſerat Conſtantinopoli
D. Hieron. haberi, ſed hucuſque talia non apparuerunt, S. Hieronymus, ut ipſe teſtatur *Epiſtol.* 111. Chaldaicis exēplaribus uſus eſt. Græcè etiam
Salmeiron. fertur hîc liber. An ſit deductus ab exemplari Septuaginta, Quidam affirmant; alij multum dubitant, Salmeiron *in ſua Epiſtola ad Tucium exiſtimat*, Textum Græcum Iudith approbatum fuiſſe à Nyſſæna Synodo? an verò fuerit Septuaginta interpretum, aut etiam illud quod habemus? non audet definire, nec determinare.

De tempore.

292. Salmeiron. Bellarm. Greſſerus. Pereira. Gordon. Cano. Caſtro. Salian. Multi, & graves Doctores, Salmeiron *Epiſtola* proximè *citata*, Bellarm. *lib. de Verbo Dei, cap.* 12. & Gretſerus *in ejus loci defenſione*, Pereira *lib.* 1. *in Daniel.* Gordonius *in Chronologia ad annum.* 330. Cano *de locis lib.* 11 Genebrardus *in Chronic.* Caſtro *in Oſee* 2. *num.* 20. Salian. *anno Mundi* 3344. ante Chriſtum 710. *num.* 2. quo tempore exiſtimat hanc hiſtoriam Iudith accidiſſe, probabiliter tenent hanc hiſtoriam Iudith accidiſſe ante captivitatem Babylonicam ſub Manaſſe Rege, poſtquàm nempe ipſe Manaſſes; cùm Iudæis è carcere Babylonico miſſus eſt in Ieruſalem, & rediit ad ſuum regnum.

293. Lyran. Dioniſ. Hugo. Euſebius. Beda. Beroſius. Chr. Alex. Suidas. Ribeira. Torniel. Sanchez. D. Auguſt. Alij è contra, ut Lyranus, Dionyſius, Hugo, Euſebius *in Chron. ad annum Mundi* 4674. Beda ſexta ætate mundi, Beroſus, Annianus, & communiter Hebræi, ut refert *Chron.* Alexandr. Suidas *verb. Holofernes*, Ribeira *in c.* 2. *Nahum*, Torniel. *anno Mundi* 3572. *num.* 5. in quo anno ponit hanc hiſtoriam, Sanchez *in Iudith. Prolog.* 4. & quòd magis eſt, D. Auguſtinus *lib.* 18. *de Civit. cap.* 26. qui omnes, & alij tenent hanc hiſtoriam Iudith poſt reditum Iudæorum è captivitate Babilonica. Fundantur in multis, & variis rationibus, quia ſi tunc Reſpublica eſſet ſub Rege Manaſſe, vel ſub quocumque alio Rege, in tam duro, & acerbo bello cum Holopherne, de ipſo Rege fieret mentio, & cum eo ageretur de his, quæ per-
Iudith. 6. tinebant ad bellum, & non cum Sacerdote Eliachim, *cap.* 4. *num.* 5. Deinde in hac occaſione Iudæi non dicuntur habere Reges, ſed Duces Oziam, & Carmi. *cap.* 6. *num.* 11.

QUÆSTIO XII.

De Libro Eſter.

SUMMARIUM.

294 *Aliqui dixerunt librum Eſther non eſſe Canonicum ſecundùm poſteriora capita.*
295 *De fide liber eſt Canonicus ſecundum omnes ſuas partes, & n.* 296.
297 *Liber ſcriptus eſt charactere Hebraico, & quomodo ſe habuit D. Hieron. in eius tranſlatione.*
298 *Aliqui dicunt Auctorem libri Eſdram, vera ſententia Mardochæum fuiſſe, & num.* 299.
300 *De tempore, quo hæc hiſtoria contigit, & num.* 301.

HVnc librum eſſe Canonicum tenent Hebræi Antiqui, & conveniunt cum eis, 294.
Græci, & Latini; extat autem Hebraicè in Canone Hebræorum antiquorum, ſaltem uſque *ad cap.* 10. Bellarm. *lib.* 1. *de verbo Dei, cap.* 7. videndus de hac re, proindéque librum Bellarm.
eſſe Canonicum uſque *ad cap.* 10. conveniunt omnes; & ideò ſunt aliqui, qui extrema capita cum in Hebraico volumine non habeantur, nullo modo ut Canonica, ſed ut apocrypha reputant. Inter quos primus eſt, Divus D. Hieron.
Hieronymus, ut colligitur ex præfatione ejus in hunc librum, ſequuti ſunt etiam ante Con- Lyran.
cil. Trident. Lyranus, Carthuſianus, Hugo, Carthuſ. Hugo.
Caietanus, & quod magis poſt Concilium Caiet.
Trident. Sixtus Senenſis *lib.* 1. *&* 8. Biblioth. Senenſis.
Oſina *lib.* 1. *de Auct. ſacr. Scripturæ, cap.* 3. Oſina.

Aſſertum de fide Catholica eſt, totum librum Eſther ſecundùm omnia ſua capita, tam 295.
priora quam poſteriora, eſſe Canonicum, & dogma fidei. Sic definitum eſt in Concil. Tridentino *ſeſſ.* 4. ubi dicitur: *Si quis libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in veteri vulgata editione habentur, pro ſacris non ſuſceperit, anathema ſit.* Atqui omnia ipſa capita tam priora, quam poſteriora ſunt partes ipſius libri, quæ ſemper in Eccleſia legi conſueverunt, & habentur in vulgata editione antiqua? ergo ſunt approbata à Concilio, & omnia ad fidei dogma pertinent. Et ita multi Patres, quos adducunt Bellarminus, Bonfretius, Bellarm. Bonfretius.
Lorca, Scalante, totum librum abſque diſtinctione approbant, ut ſuis temporibus erat in Lorca. Scalante.
uſu in Eccleſia. Probant etiam Patres Antiqui, quos ſuppreſſo nomine citat D. Athanaſius *in ſinopſi.* D. Athan.

Confirmatur, quia ex his ultimis capitibus multa legi in Eccleſia conſtat: nam offer- 296 *Offertorium Dominum.* Eſther 13. & 14.
torium, Dominicæ 22. poſt Pentecoſten deſūptum eſt, *ex cap* 14. & Epiſtol. feriæ quartæ poſt Dominicam ſecundam quadrageſimæ, & Miſſa contra Paganos eſt, *ex cap.* 13. & ideò jure optimo Expurgatorium ſanctæ Inquiſi- *Expurgator.*
tionis tam Hiſpanicum, quàm Luſitanum, ſententiam Sixti Senenſis deleri mandant.

Pro maiori hujus rei intelligentia nota, 297.
quòd hic liber primitùs Hebraico charactere ſcriptus

D. Hieron. ſcriptus eſt; & inde D. Hieronymus ex Hebræo cum in Latinum tranſtulit; & Septuaginta in Græcum traduxerunt, Sanctus autem Hieronymus ea, quæ non erant in Hebræo, nempe *à cap.* 11. à cæteris ſegregavit, & in fine libri repoſuit; quæ antea ordine temporis, ac hiſtoriæ in vulgata Latina erant ſuis locis collocata; & eadem eodem ordine Græcè habentur apud Septuaginta, ex quibus exemplaribus Græcis in Latinum convertit D. Hieron. & ad finem libri repoſuit, quaſi lacinias (ut ipſe ſanctus Doctor vocat) Textus Hebraici, ex quo ipſe cætera uſque nempe *ad cap.* 10. tranſtulerat.

Auctor huius libri.

298. Eusèb. D. Auguſt. Iſidorus. Origenes. Aliqui apud Euſebium *in Chron. anno Mundi* 4734. Eſdram eſſe putant. Quæ ſententia placuit Magn. Auguſt. *lib.* 18. *de Civit. cap.* 36. D. Iſidoro *lib.* 6. *Orig. cap.* 2. & citantur pro hac ſententia multi Hebræi Antiqui. Et ſi auctoritas tot Patrum ſit magni ponderis, tamen interpretes veroſimilius exiſtimant poſt ætatem Eſdræ hanc hiſtoriam contigiſſe. Inde eſt altera ſententia multorum Hebræorum antiquorum hunc librum fuiſſe ſcriptum à Iudæis ex Epiſtolis Merdochæi.

299. Tertia ſententia, & vera, eſt hunc librum fuiſſe ſcriptum à Mardochæo, ut ex ipſomet
Esther 9. libro Eſtheris colligitur. Nam *ex cap.* 9. *n.* 20.
Esther. 12. Ipſe Mardochæus Auctor libri conſtituitur, *ibi* dicitur: *Scripſit itaque Mardochæus omnia hæc, & literis comprehenſa miſit ad Iudæos*; & iterum cap. 12. n. 4. *Rex autem quod geſtum erat ſcripſit in Commentariis: ſed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit.* Itaque Mardochæus res geſtas, quibus ipſe interfuerat, & quorum pars magna ipſe fuerat, ſcripſit ad Iudæos. Communicata etiam re cum Eſther, ut apertè
Esther. 9. conſtat *ex cap.* 9. *num.* 29. ubi dicitur: *Scripſerunt Eſther Regina filia Abihail, & Mardochæus Iudæus, etiam ſecundam epiſtolam.* Et ita hanc ſententiam ad exordium libri Eſther tenent Vatabl. Lyran. Carthuſian. Ioan. Druſius, M. Celada, Gordonius, Sanctius, Bellarm. *lib.* 1. *de Verbo Dei, cap.* 7. Sixtus Senenſis *lib.* 1. *Biblioth.* Leander *Prælud.* 2. Salian. *anno Mundi.* 3601. *num.* 7. Quo anno exiſtimat hanc hiſtoriam contigiſſe.

Vatabl. Carthuſ. Lyran. Druſius. Celada. Gordon. Sanctius. Bellarm. Salian.

De tempore huius hiſtoriæ.

300. Quæres tamen pro exacta huius rei intelligentia, quo anno hæc hiſtoria acciderit, & quis fuerit iſte Aſſuerus maritus Eſther? In hac re quinque ſunt opiniones. Probabiliores
Ioſeph. Niceph. Caietan. Salian. Bellarm. Sanchius. duas apponam. Et primum tenet Ioſeph. *lib.* 11. *cap.* 6. Nicephorus *in Chron.* Caietan. Bellarm. Salianus Sanctius proximè citato anno, & multi alij, qui tenent Aſſuerum fuiſſe Artaxerxem Longimanum, illius Xerſis filium, qui Eſdram & Nehemiam remiſit in Ieruſalem data facultate, ut eam reædificarent, de cuius benignitate, ac clementia multa narrat Plutarchus *in Apophteg.*

301. Anianus. Lyran. Teuardead. Cornelius. Secunda ſententia, quam valdè probabiliter tenent cum multis Rabbinis Annianus, Lyranus, Tevardeadius, Cornel. à Lapid. *præfat. in Eſther*, qui dicunt Aſſuerum virum Eſtheris fuiſſe Darium Hyſtaſpis, qui regnavit Eſther. 1.
circa annum mundi 3532. Pro qua re multæ adducuntur conjecturæ. Unam apponam; nam hic dicitur *cap.* 1. *verſ.* 1. quòd Aſſuerus per amplum, ac ſolemne convivium facit ſuis optimatibus, & quòd præerat 127. provinciis, & idem expreſsè refertur de Dario Hyſtaſpis, *lib.* 3. *Eſdræ, cap.* 3. *num.* 1. & 2. ubi ſic habetur
Rex Darius fecit cœnam magnam omnibus Eſther. 3.
vernaculis ſuis, & omnibus Magiſtratibus Mediæ, & perſidis, & omnibus purpuratis, & prætoribus; & Conſulibus, & præfectis ſub illo ab India uſque ad Æthiopiam centum viginti ſeptem provinciis. Quæ verbo maximè cohærent, & penè eadem ſunt, quæ de Aſſuero dicuntur; ergo Aſſuerus fuit Darius Hyſtaſpis Hic etiam Indios ſubingavit, ut teſtatur Herodotus *lib.* 4. Herodot.
pag. 114. quod etiam de Aſſuero hic narratur *cap.* 1. *n.* 1.

Quæstio XIV.

De Auctore libri Iob.

SVMMARIVM.

302 *Hæretici aliqui dixerunt, non eſſe veram hiſtoriam, ſed parabolam.*
303 *Lutherus, eſſe, ait, argumentum totius fabulæ, & ibi oſtenditur veritas hiſtoriæ; Liber eſt Canonicus de fide.*
304 *Magna diverſitas circa Auctorem hujus libri.*
305 *Verior ſententia, quòd fuerit Moyſes.*
306 *Iob; & Moyſes contemporanei eodem ſæculo.*
307 *Aliqua ex primo capite Moyſes non potuit ſcire niſi ex divina revelatione.*
308 *Moyſes ſcripſit cùm eſſet in terra Madian.*
309 *Scripſit Hebraicè, & partim proſa.*
310 *Iob Idumæus ex genere Eſau, Rex, Iuſtus, & Innocens, & Propheta, & Sacerdos.*

Fidei veritas de hiſtoria.

HÆretici Talmuriſtæ antiquitùs dixerunt 302.
narrata *in libro Iob*, non eſſe veram hi- Iob 1.
ſtoriam, ſed parabolam; nam quid inſulſius videtur dici *c.* 1. Quòd Deus præfuit in Concilio cum Angelis, in quo interfuit Satanas. Sed hæreſis eſt valde inſulſa, & fatua, quia valde frequentiſſimum eſt in Scriptura, quòd Angelus in perſona Dei loquatur. Sic etiam frequentiſſimum eſt in Scriptura, quòd Angeli boni habeant congreſſus, & altercationes cum Angelis malis. Sic Michaël Archangelus diſputat cum Diabolo circa Moyſis corpus,
Apoſtolus Iudas *in ſua Canonica, num.* 9. ſic Iud. Apoſt.
cùm Dominus ſtaret in Concilio, & dixiſſet;
Quis exiet, & decipiat Achab? Unus dixit, 3. Reg. 22.
ego decipiam, 3. Reg. 22. num. 20. & multis
oſtendunt ſcripturarij, *ad cap.* 10. Daniel. *n.* 13. Dan. 10.
De contentione Angeli Iſraëlis cum Angelo Perſarum.

Hæretici Anabaptiſtæ, & maximè noſtri 303. Hæretici.
temporis dicunt hanc hiſtoriam Iob eſſe fa-
bulam; & Lutherus inquit eſſe argumentum Lutherus.
totius fabellæ. Impius hæreticus ſua pravitate

non

non potuit intelligere tantam animi ſublimi-
tatem. Dicam ego potiùs hanc hiſtoriam eſſe
argumentum, & exemplar omnium virtutum
quæ omnes rapiunt in magnam ſui admiratio-
Iob. 31. nem. Quod bene intellexit ipſe Iob, dum c. 31.
num. 35. cum ait: *Quis mihi tribuat audito-*
Hebræus. *rem, ut deſiderium meum audiat omnipotens,*
& librum ſcribat ipſe, qui judicat. Hebræus ſic
legit: *ut deſiderium meum audiat omnipotens,*
& ſcriptionem ſuam teſtificetur Deus. Id eſt, ut
Deus huic hiſtoriæ ſuam ſubſcriptionem ap-
ponat, ut indubitatam fidem habeat apud om-
nes; & Deus deſiderium Job audivit, dum
tota hæc hiſtoria ut Canonica à Deo inſpira-
C. Carthag. ta, & teſtificata definitur ab Eccleſia de fide
Florent. in Concilio *Carthagin.* 3. Florentino, & Tri-
Conc. Trid dentino *ſeſſ.* 3. & omnes Patres ut talem eam
recipiunt, & venerantur, & veritatem hujus
hiſtoriæ Deus in ſuis Scripturis voluit teſtifi-
Tobiæ 2. cari Tobiæ 2. *num.* 13. Patientia ſancti Iobi
Ezech 14. adducitur in exemplum; ſic ejus veneranda
merita proponuntur ab Ezechiele 14. num. 14
Si fuerint tres viri iſti in medio ejus, Noë, Da-
Iacob. 5. *niel, & Iob, ipſi juſtitia ſua liberabunt animas*
ſuas, Iacob. 5. num. 11. *Patientiam Iob audiſtis,*
finem Domini audiſtis.

Auctor hujus libri.

304. Magna diverſitas opinionum eſt in hac re.
D. Iſidor. Quidam, ut refert D. Iſidorus *lib.* 6. *Etimol.*
cap. 11. exiſtimant librum ſcriptum ab aliquo
Propheta, illum tamen non nominat. Alij exi-
ſtimaot ſcriptum à Salomone, quod videtur
ſentire. D. Nazianzenus Oratione ad Iulia-
num, tributorum exactorem; ſed hoc non vi-
D. Hieron. detur poſſe ſubſiſtere, quia in hoc libro Iob,
ut teſtatur D. Hieronymus, ſunt multa verba
Syriaca, ac Arabica, quæ ſunt aliena à Salo-
mone. Alij putant ſcriptum ab amicis Job,
poſtquam reprehenſi ſunt à Deo, his enim
laudibus voluerunt compenſare injurias illa-
Iob 19. tas in ipſum Iob, & ut ipſi deſiderium amici
ſui Iobi adimplerent, qui ait cap. 19. num. 23.
Quis mihi tribuat ut ſcribantur ſermones mei?
Quis mihi det ut exarentur in libro ſtylo ferreo,
Suidas. *& plumbi lamina, vel celte inſculpantur, in*
Alb. Mag. *ſilice.* Alij, ut Suidas, Albertus Magnus, Ioan-
Arboreus. nes Arboreus, cum quibus eſt Pineda *Præfat.*
Pineda. *in Iob, cap.* 3. *num.* 3. Qui dicunt Iob ipſum
fuiſſe ſcriptorem huius libri, nam ſemper Prin-
cipes, ac Magnates conſueverunt antiquitùs
res ſuas ſcribere, ut Moyſes, Ioſue, Samuel,
Eſdras, Mardochæus.

305. Alij multi, ut Origenes, D. Iſidorus *lib.* 1.
D. Iſidor. *de Officiis*, Philippus Abulenſis *initio in Gene-*
Philipp. *ſim*, Bellarm. Serarius, Lahay *ſect.* 15. *cap.* 10.
Abulenſ Moyſem fuiſſe ſcriptorem huius libri; nam
Bellarm. hic liber ſcriptus eſt Hebraicè, ut ait D. Hie-
Serarius. ron. quamvis habeat aliqua vocabula Arabi-
Lahay. ca, ut notat idem D. Doctor. Quomodo ergo
fieri poteſt, ut Iob homo Idumæus non ſcribe-
ret lingua ſua Arabica, vel Syriaca, ſed alie-
no idiomate, Hebraicè nempe?

306. Pro hujus rei majori intelligentia, nota,
quòd Job, & Moyſes fuerunt contemporanei,
& in eodem ſæculo. Nam Moyſes fugit in
terram Madian *anno Mundi* 2503. *Salian.* 16.
num. 20. quæ idem eſt ac Arabia, ut in con-
feſſo eſt apud omnes, & *ibi* commoratus
eſt quadraginta annis, ut teſtatur D. Stepha-
nus Actor. 7. *num.* 29. Hiſtoria autem Iob ac-
cidit *anno Mundi* 2527. ut tenet Salianus *ibi*
num. 1. Veniens autem Moyſes de Madian, ſeu Actor. 7.
Arabia eduxit inter tres, vel quatuor menſes
populum Iſraël de Ægypto, *anno Mundi* 2544
apud Salianum *eodem anno num.* 138. & Tor- Salian.
nielium *num.* 16. ergò pluſquam viginti an- Torniel.
nis Moyſes commoratus eſt in Madian, ſeu
Arabia, vivente Iob, & quando ejus hiſtoria
contigit. Et cùm Moyſes apud Madianitas
fuiſſet in magno honore, ut teſtatur Joſephus
lib. 2. *Antiq. cap.* 7. benè debuit ſcire, & agno- Joſephus.
ſcere totam hiſtoriam Iobi, vel ex multorum Actor. 7.
narratione, vel ex aliquibus monumentis ſcri-
ptis, à Iobo, ſeu ejus amicis. Nec obſtat, quòd
in ipſo Textu Hebraico, ut ait D. Hierony-
mus, ſint aliqua verba Arabica; quia cùm D. Hieron.
Moyſes per quadraginta annos degeret apud
Arabicos, & ipſe eſſet magni genij præditus
Actor. 7. Multa verba Arabica debebat ſcire,
& ponunciare, & ideò aliqua interpoſuit in
Textu Hebraico.

Quomodo fieri potuit, ut homo tam ma- 307.
gnus, ac præclarus in Arabia exiſtens ignora-
ret ea, quæ in Arabia debebant eſſe valdè
communia, & vulgaria? ac proinde Spiritu
ſancto calamum dirigente totam hanc hiſto- Iob.
riam ſcripſit Moyſes. Tamen ſemper dicen-
dum eſt, ut notat Origenes, quòd colloquium
Domini cum Satana, ac conceſſa facultas in
omnia bona illius, excepta vita, ut habetur
cap. primo, quòd ipſe accepit ex revelatione
Divina, ſicut accepit ea, quæ ſcripſit in libro
Geneſis de creatione Mundi.

De tempore hæc ſcripta.

Origenem ſequuntur cæteri recentiores, 308.
Bellarminus, Sanchez, Lahay, quòd hæc Origenes.
Moyſes ſcripſit, cum eſſet in terra Madian Bellarm.
per quadraginta annos, quia tunc dabatur Sanchez.
tempus, & multus erat locus ad hanc hiſto- Lahay.
riam texcodam; quod poſtea commode fieri
non poterat in Ægypto, multùm occupatus
in faciendis prodigiis, in emollienda Pharao-
nis duritie, & multùm occupatus in inſtru-
ctione populi, ac illius libertate: ſicut & in
deſerto in illius regimine, ac gubernatione.
Deinde etiam hæc ſcripſit, ut fratres ſuos He-
bræos conſolaretur de dura vexatione, qua ſub
tyrannide Pharaonis opprimebantur, quòd
Deus quoque illis daret finem, ſicut & dedit
Iob in tot calamitatibus, & afflictionibus.

De lingua, ac ſtylo Libri

Hic liber, ut jam dixi, ſcriptus eſt Hebrai- 309.
co idiomate, intermiſſis aliquibus ſermonibus D. Hieron.
Arabicis, ac Syriacis, ut teſtatur D. Hiero-
nymus, qui, ut ait, ex Textu Hebraico illum
tradixit in Latinum. A principio voluminis
uſque ad finem ſecundi capituli ſoluta pro-
greditur oratione; & etiam ad calcem capi-
tis 42. proſa liber concluditur; ab initio au-
tem Tertij *capitis uſque ad medium ultimi ca-*
pitis 44 hexametris verſibus concluditur, quod
notavit D. Hieronymus *Epiſtola ad Paulinum,*
& ait: *Iob exemplar patientiæ, quæ non myſte-*
ria ſuo ſermone complectitur? Proſa incipit, ver-

ſu

ſn labit ur;pedeſtri ſermone finitur. Et idem habet *Præfatione in Iob.* Si tamen quæras, cur Iob, Pſalmi, Cantica, & Ieremiæ lamentationes numeroſo, ac poëtico methodo ſcribuntur? Apertam rationem inveſtigare non potui, forſitan ut altiùs in memoria fixa remanerent; nam quæ verſu dicuntur altiùs in mente imprimuntur, & ut tot labores, ac dolores dulci methodo ſuaviùs legerentur.

Quis, & qualis fuerit Job?

310. Iob fuit Idumæus, in terra, ſeu provincia Hus, quæ eſt una de regionibus Idumææ, ſeu Arabiæ. Ad hanc terram loquitur Ieremias Thren. 4 num. 21. *Lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus.* A quonam genus traheret? magnum dubium. A Machot fratre Abrahami dicunt Hebræi, quibus adhærent D. Hie-
D Hieron. Bellarm., Septuag. Origen. D.Chryſ. D.Auguſt. D. Gregor. ronym. & Bellarm. Alij dicunt fuiſſe ex genere Eſau, quibus favent Septuaginta, Origen. *in præfat.* D. Chriſoſt *homil.* 2. *de patientia Iob*, D Auguſtin *lib.* 18. *de Civit. cap* 47. D Gregor. *lib. Moral. cap.* 3. Et fuit Rex, ut Reges olim dicebantur, qui uni, vel alteri civitati præerant, ut hodie ſunt Duces, Marchiones, Comites, ut latè probat Sanchez *Prologom.* 4. ab
Sanchez. omnibus Patribus, ut magnus, juſtus, ſanctus
Iob.1. ac innocens prædicatur, cap. 1. n. 22. *In omnibus his non peccavit Iob labiis ſuis, nec ſtultum quid contra Deum locutus eſt*, & cap. 42. n. 7. ait Deus amicis Iob: *Non eſtis locuti coram me*
Iob.42. *rectum, ſicut ſervus meus Iob.* Fuit etiam eximius Propheta, D. Auguſtinus *tom.* 10. *ſerm.* 2.
D.Auguſt. *de Nativitate*, ait: *Iob eximius Prophetarum prædicat; & in carne mea videbo Deum, quod de illo tempore prophetavit, quando Chriſti Deitas habitu noſtræ carnis induta eſt.* D. Hieron. ad Pammachium, cùm adduxiſſet illud Iob. 19.
D.Hieron. Iob 19. *Scio enim quòd Redemptor meus vivit & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Quem viſurus ſum ego ipſe, & non alius*; ſtatim ſubdit: *Quid hac prophetia manifeſtius? Nullus tam apertè poſt Chriſtum, quam iſte ante Chriſtum de reſurrectione loqui-*
D.Gregor. *tur*; ſic & D. Gregorius *lib.* 17. *Moral. cap.* 1. *& lib.* 14. *c.* 16 ſic & communiter ſancti Patres Fuit etiam Sacerdos, ut colligunt Sancti Patres, & Doctores, ex illo, quod dicitur *cap.* 1. *num.* 5. quòd Iob ſanctificabat filios ſuos:
Iob.1. *Conſurgenſque diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis.*

QUÆSTIO XV.

An ſolus David ſit Auctor Pſalmorum, vel etiam alij?

SUMMARIUM.

311 *Auctoritas, & dignitas Pſalmorum.*
312 *Prima ſententia multos agnoſcit Pſalmorum Auctores.*
313 *Vera ſententia ſolus David Auctor Pſalmorum.*
314 *Prima regula aſſignata à Patribus non eſt firma, & n. 315.*
316 *Regula aſſignata à D. Athanaſio non eſt firma.*
317 *Nec Moyſes, nec Abrahamus, nec Salomon ſunt auctores Pſalmor, & n. 318. 319.*
320 *Primum argumentum debile, quia non ſemper Auctores librorum nominantur.*
421 *Secundum fundamentum rejicitur, quia frequenter ponuntur in titulo Cantores Pſalm. & n. 322.*
324 *Tertium argumentum non procedit, quia David ſpiritu prophetico prævidit, quòd illi Pſalmi erant decantandi à Ieremia, Ezechiele, Aggæo, & n. 325.*

HÆc quæſtio graviſſima eſt, magnis, ac graviſſimis difficultatibus implicata, quæ 311.
Deo dante ſunt à nobis extricanda, & non eſt quæſtio de principali Auctore Pſalmorum; nam iſte eſt Divinus Spiritus abſque ullo du- 2.Petr.
bio, ut ait Apoſtolus Petrus in ſua Canonica: *Spiritu ſancto inſpirante locuti ſunt ſancti Dei homines.* Et omitto hîc quæſtionem de excellentia, ac auctoritate Pſalmorum, quia hæc valde nota eſt, ut etiam hæretici contra Pſalmos non audeant mutire, & Chriſtus Dominus agens de ipſa ſcriptura peculiariter Luc.24.
facit mentionem de Pſalmis, Luc. 24. n. 44. Luc.20.
Quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, Prophetiis, & Actor.1.
Pſalmis, Luc. 20 n. 42. Actor. 1. n. 20.

Prima ſententia ad noſtrã quæſtionem te- 312.
net, non omnes Pſalmos fuiſſe compoſitos à Davide. Ita Origenes, D. Hieron. S. Hilarius, D Hilar.
D. Athanaſ. *in ſynopſi* Euſebius *in Prol. tract.* 1. D Athan.
Lyran. Sixtus Senenſ. *in Biblioth.* & doctiſſi- Origen.
mi recentiores Bonfrerius, Lahay *ſect.* 15. *n.* 12. D.Hieron.
Eorum tamen magna eſt varietas. Nam Divus Euſebius.
Hieron. & Lyranus aſſignant decem Aucto- Lyran.
res Pſalmorum, ſcilicet *Davidem, Moyſem,* Senenſis.
Salomonem, tres filios Coreh, & Aſaph, Etham, Lahay.
Heman, & Idithun. Et notant etiam quod in D. Hieron.
multis Pſalmis, nec eſt Titulus, nec nomen Auctoris. Sixtus Senenſis octo numerat Auctores, ſcilicet *Davidem, Moyſem, Salomonem, Aſaph. Ethan, Exrahitam, Eman, Idithun, & filios Core.* Et Davidi ſolùm tribuit Septuaginta tres; alios verò diverſis Auctoribus. Bonfrer.
Bonfrerius ſolùm quinque agnoſcit Pſalmographos, *Davidem, Moyſem, Aſaph. Eman, Exrabitam, & Etham, Exrabitam.* Eorum fundamenta poſtea apponam.

Solus David Pſalmorum Auctor.

313.
Secunda ſententia, & mihi vera affirmat
Davidem eſſe Auctorem omnium centum D.Auguſt.
quinquaginta Pſalmorum. Ita D. Auguſtin. D.Ambroſ.
lib. 10. *de Civit cap.* 14. D Ambroſ. *in Pſal.* 43 D Baſil.
& 47. D. Baſilius, D. Chryſoſt. Theodoret. D.Chryſ.
D. Thomas, Jacobus de Valentia, & intendit Theodor.
explicare D. Hieronymum, ut dicentem ex D. Thom.
aliorum ſententia; & etiam Lorinus *in præfa-* Valent.
tione cap. 2. quia ut rectè ratiocinatur Chry- Lorin.
ſoſtom *Proœmio primo in Pſalmos*, neque Chri- Caſſiodor.
ſtus Dominus, neque Apoſtoli, neque aliqui Patres Antiqui citandi alios nominant Auctorem, quam Davidem, & ut etiam notat Caſſiodorus, nec Eccleſia alium Pſalmorum agnoſcit Auctorem, niſi Davidem: & ſi aliqui præferuntur Pſalmi, alterius nomine, vel alteri tribuuntur, quam Davd, vel in ipſis Pſalmis

Pſalmis ſunt affixi varij tituli, hoc eſt ob va-
rias cauſas tam habitas ab ipſo Davide, quàm
ab aliis, v. g. Septuaginta, etiamſi David om-
nes ſcripſerit, vel certè dictavit, & aliis ſcribi
Caietan. imperavit, vel ut placet Caietano ab aliis
propoſitam materiam digeſſit in Pſalmos, vel
aliis tradidit, ut concentum, & modulationem
Cantapſer. componerent, de quo latè Cantapretenſis 4.
Hypori cap. ultimo, quæ omnia magis explico.

Refutantur alij Pſalmographi.

314. Origenes, & D. Hieron. *epiſtol. ad Cypria-*
Origenes. *num*, maximè contendunt, Pſalmos omnes,
D. Hieron. quibus nullum eſt Auctoris nomen inſcri-
ptum, illi Auctori tribuendi, qui in antece-
denti Pſalmo prænotatus fuit, quòd verò ſi
plures ſint Pſalmi ſine titulo, eos omnes eſſe
illius Auctoris, cui poſtremo, ac ultimo Pſal-
mo eius nomen in titulo poſitum eſt. Ex quo
Senenſis. infert Sixtus Senenſis *lib.* 1. Moyſem non tan-
tum eſſe Auctorem *Pſalmi* 89. ſed etiam reli-
quorum uſque *ad* 99. *eiuſdem eſſe Moyſis.*

315. At regula iſta aſſignata a tam magnis Pa-
tribus, nec eſt firma, nec poteſt ſubſiſtere: nam
Pſalm. 2. primus, & ſecundus Pſalmus nullum habent
titulum; cui ergo ſunt adſcribendi, cum nul-
lius nomen præceſſerit. Pſalmus ſecundus
nullum habet titulum; & tamen Petrus Apo-
ſtolus David dicit illius Auctorem: *Qui per*
os patris noſtri David pueri tui dixiſti; Quare
fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt ina-
Actor. 4. *nia.* Actor. 4. n. 25. Et ſi Pſalmus 89. habeat pro
titulo, *Oratio Moyſis hominis Dei*, non tamen
Pſalm. 89. inde bene ſequitur, quod omnes Pſalmi uſ-
que *ad* 99. *ipſi Moyſi*, ſint tribuendi. Nam
Pſalm. 94. Pſalm. 94. num. 8. *Hodie ſi vocem eius audieri-*
Hebr. 4. *tis*, &c. citans Apoſtolus ad Hæbræos 4. num. 7
ipſum Pſalmum Davidi tribuit, dicens:
Iterum diem terminavit, quemadmodum,
Pſalm 90. *Hodie David dicendo eſt tantum temporis.*
Deinde in Pſalm. 90. ponitur hæc inſcriptio
expreſſa: *Laus Cantici David ipſi.* Et ita ha-
betur non ſolùm in Latino Textu, ſed etiam
Pſalm. 98. Græco. Deinde *Pſalm.* 98. *n.* 6. ponitur nomen
Samuelis, cum dicitur: *Moyſes, & Aaron in Sa-*
cerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui invo-
cant nomen eius, Samuel autem poſt Moyſem
multis ſæculis vixit.

316. D. Athanaſius *in Synopſi* ponit hanc diſtin-
D. Athan. ctionem, quod David habendus eſt Auctor
in illis Pſalmis, in quibus eſt ſuſcriptio,
Pſalmus Davidis in genitivo, at verò cum
inſcribitur *pſalmus Davidi* in dativo, ipſe
non eſt eius Auctor, ſed alij reputandi, qui
tales Pſalmos Davidi offerebant, & in eius
gratiam componebant. Hanc tamen regulam
Bonfrer. meritò impugnat Bonfrerius; nam Pſalm. 15.
Pſal. 15. eius titulus inſcribitur *ipſi David*; & tamen
Apoſtolus Petrus David dicit eius Auctorem,
Actor. 2. Actor. 2. n. 25. *David dicit in eum. Providebam*
Pſalm. 31. *Dominum in conſpectu meo ſemper.* Pſalm. 31.
In cuius titulo eſt *David ipſi intellectus.* Pau-
lus Roman. 4. num. 6. *Sicut David dicit Bea-*
Rom. 4. *ti, quorum remiſſa ſunt iniquitates.* ubi ipſum
David dicit illius Auctorem. Similiter *Pſal.* 68.
Pſalm. 68. in titulo eſt *Davidi*, ut clariùs patet ex He-
bræo, & Græco, & tamen Petrus Apoſto-
lus Davidem dicit illius Auctorem, Actor. 1.
Actor. 1. num. 16. *Prædixit Spiritus ſanctus per os Da-*
vid. Nam ſicut David Pſalmos à ſe compo-
ſitos, ad modulandum dabat ſuis Canto-
tibus Aſaph, & Idithun, filiis Core, ut
ſtatim dicam, ita ipſemet David compone-
bat Pſalmos, quos ſibi ad decantandum ad-
ſcribebat.

Rabbi Salomon Gallus decem Aucto- 317.
res Pſalmorum numerat, & cum multis Rab-
binis inter eos ponit Abraham, qui di- Pſalm. 109.
cunt ipſum Abrahamum eſſe Auctorem Pſal-
mi 109. *Dixit Dominus Domino meo.* Sed hoc Matth. 22.
eſt apertè falſum: nam Chriſtus Dominus
Matth. 22. *num.* 43. expreſsè dixit Davidem
eſſe illius Auctorem. *Quomodo ergo David*
in ſpiritu vocet eum Dominum, dicens, Dixit
Dominus Domino meo. Dicunt etiam Abraham
fuiſſe Auctorem Pſalm. 88. Sed hoc eſt fal- Pſalm. 88.
ſum: nam frequenter in ipſo Pſalmo fit
mentio de David, nec ſuſcriptio Pſalmi
Intellectus Ethan, Ezrahitæ, favet Hebræis,
quòd Ethan ponitur pro Abrahamo: nam
Ethan ſignificat Orientem, à qua plaga ve-
nit Abrahamus: at hoc eſt fictitium com-
mentum: nam *Ethan* erat unus ex præcipuis
Cantoribus Davidis, ut ſtatim dicam.

Nec *Pſalmus* 89. quamvis habeat pro ti- 318.
tulo *Oratio Moiſis hominis Dei*, non inde ſe- Pſalm. 89.
quitur, quòd Moyſis ſit illius Auctor, ut
ait D. Hieronymus cum aliis, ſed communis
eſt ſententia, quòd David ſit illius Auctor. Ita D. Auguſt.
D. Auguſtinus, Chryſoſtomus, Remigius, Bru- D. Chryſ.
no, Carthuſ. Euthym. Caietan & multi alij, & D. Remig.
etiam D. Athanaſius, quorum maiór pars ſic D. Brun.
explicat teſte Lorino, quod Pſalmus inititula- Carthuſ.
tur *Oratio Moyſis*, quia David illum cõpoſuit
ex his, quæ Moyſes frequenter orare conſue-
verat, quod David agnovit, vel ex aliorum re-
latione, vel ex divina revelatione.

Sixtus Senenſis exiſtimat, quod *Pſalmus* 71 319.
compoſitus ſit à Salomone: nam in titulo Senenſ.
habetur *Pſalmus in Salomonem*, non dicitur Pſalm. 71.
Salomonis, ſed in Salomonem, ut habent
omnes Codices, ut teſtatur Lorinus, & Eu- Lorinus.
thymius, Nicephorus, Ruffinus, Remigius; Euthym.
Arnobius, Haymon, Bruno, Carthuſianus, Niceph.
Hugo, Gloſſa legunt *Pſalmus Davidis in Sa-* Ruffinus.
lomonem, hoc eſt in profectum, & bonum Sa- Remig.
lomonis, & quòd David fuerit eius Auctor, ut Arnobius.
notant Valentia, Caietanus, Placidus Parmen- Haymon.
ſis, Ianſenius, apertè conſtat ex fine ipſius *Pſal-* Bruno.
mi n. 20, ubi dicitur; *Defecerunt laudes David* Carthuſ.
filij Ieſſe. Euſebius, Nieremb. *de origine ſacra* Hugo.
Scripturæ, cum Origene, & Sancto Athanaſio Valentia.
contendit *Pſalm.* 126. qui habet pro tittulo, Caietan.
Canticum graduum Salomonis, ab ipſo eſſe Nieremb.
compoſitum, ſicut & cæteros Pſalmos Gra- Pſalm. 126
duales: Communis tamen ſententia eſt, quod
compoſitus fuerit à Davide, qui ſpiritu pro-
phetico prævidit templum ædificandum à fi-
lio ſuo, ſicut ei promiſſum fuerat à Deo. 2. *Re-* 2. Reg 7.
gum. 7. *n.* 12. Et valdè mirabile eſt, quòd 3. *Re-* 3. Reg 4.
gum 4. *n.* 32. fiat Catalogus eorum, quæ Salo-
mon ſcripſit, & quod locutus ſit, triginta mil-
lia parabolarum, quinque millia carminum, &
diſputaverit de lignis, herbis, iumentis, ac
volucribus, & quòd de Pſalmis ab illo com-
poſitis, nulla fiat mentio; ergo nullum com-
poſuit.

Ponuntur, & ſolvuntur argumenta adverſariorum.

Arguunt primò, quia in fronte libri Pſal-
320. morum, non ponitur nomen alicuius Auctoris
ſed ſimpliciter *Liber Pſalmorum*, ergo ſi hic li-
ber eſſet compoſitus totus à Davide, ſcribere-
tur, *Liber Pſalmorum Davidis.* Ratio autem eſt
valde infirma, quia multi libri ſacræ Scriptu-
ræ non habent in fronte præfixum nomen ſui
Auctoris. Sic & Pentateuchus cum ſuis quin-
que libris Geneſis, Exodi, Levitici, Numero-
rum, ac Deuteronomij, Sic etiam Libri Iudi-
cum, Ruth, & Tertij, & Quarti Regum, ac duo-
rum Paralipomenon, in initio non ſcribuntur
nomina ſuorum Auctorum. Quid ergo mirum,
ſi nec in libro Pſalmorum?

321. Arguunt Secundò, & non leviter. Multi ſunt
Pſalmi, qui in titulo alia nomina præferunt, ut
Pſalm. 34. *Idithun.* Pſalm. 34. & 61. & nomen *Aſaph* in ti-
tulo Pſalm. 49. & 72. uſque ad 82. Alij verò
Pſalm. 49. Pſalmi in titulo habent duo nomina, ut
Pſalm. 3. *Idithun, & David*, nempe Pſalmi 38. & 61.
Pſalm. 76. & alius Pſalm 76. nempe habet in titulo hæc
duo nomina *Idithun*, & *Aſaph*; ergo diverſi
ſunt Auctores Pſalmorum. Et confirmatur,
Pſalm. 41. quia multi Pſalmi habent pro titulo, *Filius*
Sixtus Senenſ. *Core*, Pſalm. 41. 43. & multi deinceps; ergo
Haymon. etiam iſti fuerunt Pſalmographi. Et ita tenent
Sixtus Senenſis, Haymon, & alij.

322. Reſpondetur, quòd David componebat
Pſalmos, & eos dabat ſuis Cantoribus ad
canendum, vel ipſe cum eis illos canebat.
Nam *Aſaph* erat Magiſter Muſicæ, ſeu prin-
1. Par. 16. ceps Cantorum David, ut dicitur 1. Paralip. 16
& cap 25. num 5. & cap. 25. num. 1. & *Idithun*, quamvis
aliqui velint, quòd ſit inſtrumentum muſi-
1. Paral. 16. cum, tamen apertè conſtat ex 1. *Paralipom.*
cap. 16 quòd erat unus ex Cantoribus dici-
tur ibi num. 42. *Heman quoque, & Idithun*
canentes tuba. Et valdè frequens eſt in Canti-
cis, ut unus incipiat, & alij proſequantur.
Sic poſt tranſitum maris rubri incepit Moy-
ſes intonare: *Cantemus Domino: glorioſè*
Exod. 15. *etenim magnificatus eſt.* Exod. 15. num. 1. &
totus populus proſequutus eſt *num.* 20. Sic
poſt dictum illum Canticum magnum, *Au-*
dite cæli, quæ loquor; ad finem illius dicitur
Deuter. 32. Deuteron. 32. n. 44. *Venit ergo Moyſes, & locu-*
tus eſt omnia verba Cantici huius in auribus
populi, ipſe, & Ioſue filius Nun. Nam cum Moy-
ſes eſſet ſenex, vox eius non poterat audiri à
toto populo, & inde, ut inquiunt Marzilla,
Caietanus, Lorinus, quæ Moyſes dicebat, re-
Marzil. Caietanus Lorin. Menoch. petebat Ioſuë, ut audiretur à toto populo, &
ita ait Menochius: *Moyſes in canendo ſocium*
habuit Ioſue.

Ad confirmationem reſpondetur, quòd ti-
323. tulus Pſalmorum, non eſt Pſalmus filiorum
Core, ſeu Pſalmus filiis Core, ſed pro filiis
Core, nempe ad canendum. Nam iſti filij Core
1. Par. 20. erant Levitæ, & Cantores, ut patet ex 2. *Pa-*
ralip, cap. 29. *num.* 19. Ac proinde David com-
ponebat tales Pſalmos, ut ab ipſis filiis Core
peculiariter canerentur.

324. Arguunt tertiò. In quibuſdam Pſalmis, ex
titulo videtur non eſſe compoſitos à Davide.
Pſalm 64. Nam *Pſalmus* 64. habet titulum, *Canonicum*
Ieremiæ, & Ezechielis pro populo tranſmigra-
tionis: ergo hic Pſalmus videtur compoſi-
tus à Ieremia, vel Ezechiele ſub tempore
tranſmigrationis. Item *Pſalmus.* 70. habet ti- Pſalm. 70.
tulum *Filiorum Ionadab, & priorum captivo-*
rum. Et *Pſalmus* 136. habet in titulo *Ieremiæ.* Pſalm. 136.
Pſalmus 111. In eius titulo legitur *Alleluia* Pſalm. 111.
reverſionis Aggæi, & Zachariæ, & *Pſalmus* 145.
Sic *Alleluia Aggæi, & Zachariæ*, ergo iſti Pro-
phetæ, ut Pſalmographi numerandi ſunt, &
non ſolus David.

Reſpondetur primò, quòd in Textu He- 325.
braïco tales tituli non habentur; unde fit ma-
nifeſtum, quòd à Septuaginta ſunt appoſiti,
tanquam talibus occaſionibus, ac eventibus
maximè proportionatis, vel etiam quia ſpiritu
prophetico illa prædixit David, & ideò maxi-
mè *Pſalm.* 64. & 111. & 146. illa decantat ad Pſalm. 64.
conſolationem captivorum, & ut ſpem con-
ciperent melioris fortunæ, ac reverſionis, &
ſimiliter quod tales Pſalmi ab ipſis Pro-
phetis Ieremia, Zacharia, ac Aggæo, erant
in illis occaſionibus decantandi, quæ omnia
David ſuo ſpiritu prophetico prævidit, ut
ad citatos Pſalmos notant Sancti Patres Au- D. Auguſt.
guſtin. Chryſoſtom. Ambroſ. Remig. No- D. Chryſ.
ſter Incognitus, ſicut & David multa futura D. Ambroſ.
prævidit, ac prædixit circa Chriſtum Domi- Remig.
num, ſtatum Eccleſiæ, ac futurum judicium. Incognit.

QUÆSTIO XVI.

Quis ſit Auctor Proverbiorum?

SUMMARIUM.

326 *Proverbia, liber Canonicus, illius argumen-*
tum, virtutum inſtructio.
327. *Totus liber à Salomone eſt compoſitus.*
328 *Illa additiuncula cap.* 25. *eſt Canonica.*
329 *Opponũtur dicta in c.* 31. *&* 32. *& ſolvũtur*
330 *Agur eſt nomen appellativum Salomonis,*
id eſt congregare.
331 *Lamuel etiam eſt nomen appellativum Sa-*
lomonis, & idem valet, ac cum illo Deus,
quod dicitur de Salomone, utpote Chriſti
figura.

PRoverbia, ſeu Parabolæ Salomonis liber
eſt Canonicus, ut eſt de fide certum ex 326.
Concilio Trid. *ſeſſ.* 4. proindéque in eo con- Trident.
tenta certa ſunt de fide; & inde quòd Salomõ
ſit eius Auctor; in quo conveniunt omnes Pa-
tres tam Græci, quàm Latini, & ſtatim in pri- Græci.
mo limine dicitur, *Parabolæ Salomonis filij* Latini.
David Regis Iſraël; ac proinde cùm hoc con-
tineatur in corpore ipſius libri, de fide certum
eſt Salomonem eſſe illius Auctorem. Totius li-
bri argumentum eſt perſuadere ad mores ho-
minum formandos, ac reformandos, unde ex
Græco hic, liber poteſt dici *virtutum præceptor*,
& ſic in Arabico Titulus libri eſt, *Proverbia*
Salomonis ſapientis, id eſt conciones eius, qui
regnavit in Iſrael.

Tamen difficultas eſt, an Salomon totum
hunc integrum librum compoſuerit: nam *c.* 25 327.
num. 1. dicitur: *Hæ quoque parabolæ Salomo-* Prov. 25.
nis, quas tranſtulerunt viri Ezechiæ regis
Iuda: ergo non ſolùm Salomon, ſed etiam
aliqui

aliqui alij in hunc librum aliqui tranſtulerunt, id eſt addiderunt parabolas. Argumentum tamen nullam habet vim, nam omnes parabolæ, quæ ſunt in toto corpore huius libri, ſunt Salomonis, & ita expreſsè, Lyran. ut bene advertit Lyranus, denotatur in præſenti, cùm dicitur: *Hæc quoque parabola Salomonis*, quæ per varias ſchedulas ferebantur diſperſæ, ne omnino perirent, viri pij, & docti ex mandato Ezechiæ Regis collegerunt in uno libro, ac volumine, expurgatis multis erroribus, & ideò *tranſtulerunt*, non ſignificat ex una in alteram linguam, ſed ex variis ſchedulis ſparſim tranſtulerunt in unum librum, Hebræus. & verbum illud. *Tranſtulerunt*, ex Hebræo legitur, *fortificaverunt imponendo uno libro authentico.*

328. Salazar. Cornelius. Adverte tamen cum Salazar, & Cornelio, quòd hæc epigraphe, ſeu additiuncula facta a viris Ezechiæ, habet auctoritatem Canonicam, quia extat in Hebræo, Græco, Chaldæo, Syro, & Latino, ac communi calculo comprobata eſt, tam ab antiquis Hebræis, quam ab Eccleſia Chriſtianorum, & ideò in textu eſt in corpore libri tanquam titulus unius partis.

329. Cap. 30. Deinde etiam opponitur alia difficultas, quia *cap. 30. n. 1.* dicitur: *Verba congregantis filij vomentis.* Ex Hebræo legitur, *verba Agur* Cap. 31. *filij Iake.* Sicut cap. 31. num. 1. *Verba Lamuelis Regis.* Ergo hæc duo ultima capita non ſunt Salomonis; ſed eorum Auctores ſunt Agur, & Lamuel, ac proinde totus liber integer non eſt à Salomone.

330. Lyra. Beda. Hugo. Peltar. Reſpondent quòd illa duo nomina Agur, & Lamuel non ſunt nomina propria aliquorum hominum, ſed ſunt nomina appellativa Salomonis ipſum ſignificantia, ut docent Lyra, Beda, Hugo, Arboreus, Peltarius, & alij: ſolent enim ſæpè viri ſapientes, ut Plato *in Dialogis*, & Plutarch. *in Sympoſiis* ſub aliorum nominibus, ac perſonis ſe ipſos introducere loquentes. *Agur* vox Hebræa, idem eſt ac *congregans*, & reſpondet noſtræ vulgatæ, *verba congregantis.* Salomon autem dicitur congregans, quia totam ſuam Sapientiam congregavit in paucis libris, & quia totam mentem ſuam collegit in Deum, ut ei ædificaret magnificentiſſimum templum, ut inde à Deo repleretur magno Sapientiæ ſpiritu, ut in Caietanus. aliorum eruditionem evomeret. Et in hac conſideratione optimè legit Caietanus præfatum Textum verba collecti filij vomentis, Chaldæus. *prophetia* dictum viri, per meum *El.* Id eſt per Deum, & Chald. *Qui ſuſcepit Prophetiam.* Nec obſtat id, quod dicitur ſtatim *verſ. 2.* Salomon dicat de ſe, ſtultiſſimus ſum virorum, quia hoc dicit modeſtiæ cauſa, & quia de ſe ſecluſo Dei dono ſtultiſſimus erat, ut inde magis recognoſceret divinam bonitatem erga ſe; vel loquitur de ſe prout in tot, ac tanta peccata inciderat.

331. Ad id, quod dicitur ex cap. 31. num. 1. *Verba Lamuelis Regis viſio, quia erudivit eum* Proverb. 31. *mater ſua.* Sicut ſuperiori. *cap. 30.* elegantiæ cauſa introducit ſe loquentem ſub nomine Aguri, ſic & hic in præſenti ſub nomine Beda. Lyran. Carthuſ. *Lamuelis*: Lamuel, ex radice Hebraica, idem eſt ac *cum illo Deus.* Ita Beda, Lyranus, Carthuſianus. Sic & prædixit Nathan Propheta Patri eius Davidi, *Quomodo fuit Dominus cum Domino meo Rege, ſic ſit cum Salomone.* 3. Reg 1. num. 37. & ſic dicitur Salomon, quia 3. Reg. 1. fuit figura Chriſti Domini qui dicitur Emmanuel eſt, id, *nobiſcum Deus.* Iſai. 7. num. 14. Deinde Salomon priùs dicitur *Agur*, id eſt congregans, quia ipſe nempe congregavit, ac collegit mentem ſuam ut ædificaret magnificum Dei templum. Inde dicitur *Lamuel*, quia cum illo fuit Deus, ut eum erudiret, ac illuminaret. Et ſubditur: *Viſio, quia erudivit eum mater ſua*: dicitur viſio, id eſt doctrina per revelationem accepta, *quia erudivit eum mater ſua.* Vt oſtendat Salomon, quòd ſervavit in ſe, quod alios docuerat ſervare. *Audi fili diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.* Proverb. 1. n. 8. Proverb. 1.

QUÆSTIO XVII.

Quiſnam ſit Auctor libri, qui dicitur Eccleſiaſtes?

SVMMARIVM.

332 *Liber Canonicus*

333 *Ex multiplici ratione Salomon dicitur Eccleſiaſtes.*

334. *Vna ſententia affirmat, quòd Salomon ſententias non dictavit, ſed colligavit in uno libro.*

335 *Altera ſententia, & vera, Salomon utrumque fecit.*

336 *Argumentum libri elevare mentem à terrenis.*

337 *Vna ſententia affirmat librum ab eo compoſitum poſt lapſum.*

338 *Vera ſententia ante lapſum, & peccata.*

Hic liber Canonicus, ut de fide certum eſt, & ſic habetur definitum in Canone 332. Apoſtolorum, ac in Conc. Laodic. *Carthag.* 3. Trident. Florent. ac Trident. *ſeſſ.* 4 ſic tenent omnes D. Auguſt. Sancti Patres D. Athanaſ. D. Auguſt. D. Hier. D. Hieron. *in Prologo Galeato.* Innoc. I. Gelaſius, & cæteri Innocent. I. Patres, qui Catalogum librorum Canonicorum texuere; & Hæretici hanc auctoritatem non audent huic libro denegare: niſi tantùm illi majori ex parte, ipſum librum negant, & non admittunt.

Hic liber dicitur Eccleſiaſtes. Sic ſe ipſum 333. nominat Salomon in prima fronte libri: *Ver-* Eccleſ. 1. *ba Eccleſiaſtæ filii David Regis.* Dicitur Eccleſiaſtes Hebraicè, *Cohelet*, id eſt congregatoris, collectoris, concionatoris. Cur autem Salomon in hoc libro dicatur collector, ſeu congregator, quæres. Reſpondet primò Iacobus Chriſtopolus præfatione in Cantica, Chriſtopol. quia omnes ſententias Patris ſui David, Patriarcharum, ac Prophetarum collegit, ac coacervavit in hoc uno libro. Secúndò, Arias Mon- Arias. Caietan. tanus, Caietanus, quia ſingulas res mundi, ac omnes illius ſpecies, in hoc uno eas coacervavit, ac collegit, tanquam in Epilogo, ac Ciphra, *vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Tertio, Divus Nyſſenus, & alij tanquam gratus D. Nyſſen. Salomon omnes ſcientias congregatas ſibi à Deo eſſe datas. Quartò, & magis genuinè,

quòd omnem hominum multitudinem in
unam Congregationem, ſeu Eccleſiam ordi-
natam colligebat, ut per Sapientiam ſibi da-
tam eos doceret, ac erudiret ad veritatem. Ita
D.Gregor. D. Gregor. *lib 4 Dialog.* 4. ait : *Hic liber concio-
nator dicitur. In concione verò ſententia proponi-
tur, per quam tumultuoſa turba ſententia compri-
matur, ſed concionator verax quaſi extenſa ma-
nu tumultum omnium ſedat, eoſque ad unam ſen-
tentiam revocat, cùm in ejuſdem libri termino
ait : Finem loquendi pariter omnes audiamus.
Deum time, & mandata eius obſerva: hoc eſt enim
omnis homo.*

334. Vt apertè patet ex ipſa fronte libri, Salomon
eſt illius Auctor. *Verba Eccleſiaſtæ filij David
Regis* Et in hoc conveniunt omnes, & agnoſ-
cunt Salomonem illius Auctorem. Tamen ma-
ximè dubitatur Suppoſito quòd Salomon ſit
Auctor, & dictator ſententiarum, quæ in hoc
libro continentur, quæritur an ipſe has ſen-
tentias collegerit, ac cōpoſuerit in uno libro,
vel ſententias ab ipſo dictas, alius eas colle-
gerit, & adunaverit in uno volumine? Hoc ſe-
cundum affirmant multi Rabbini Thalmudi-
Euſeb. ci, quos citat, & ſequitur Eugub. *in c.* 1. *Geneſ.*
Canus. quos etiam citat Canus *lib.* 2. *de locis c.* 11. qui
dicunt Salomonem has ſententias protuliſſe,
ab Iſaia verò fuiſſe collectas, & in uno libro
ordinatas. Sed ut verum fatear, nullum video
Hugo. fundamentum in hac ſententia; pro qua etiam
Carthuſ. citantur Hugo, & Dionyſ. Carthuſ.

335. Simpliter dicendum eſt, quòd Salomon
has ſententias dictavit, compoſuit, ac aduna-
vit in uno libro. Hæc ſententia conſtat ex hoc
libro c. 12 n. 9. *Cúmque eſſet Sapientiſſimus Ec-*
Eccleſ. 12. *cleſiaſtes, docuit populum, & narravit quæ
fecerat, & inveſtigans compoſuit parabolas multas,
& quæſivit verba utilia, & conſcripſit ſermones
rectiſſimos.* Cùm ipſe de ſe dicat, quòd compo-
ſuit, & conſcripſit, quid clarius, & quid am-
pliùs quæreri dam? Nec obſtat id, quod dicitur,
quòd in his ſententiis proferendis, nec ſerva-
tur ordo, nec nexus; hoc enim viſitur in Pro-
phetis, & in reliquis Scriptoribus Canonicis,
qui non ſcribunt ex ſuo marte, ſed prout Spi-
ritus ſanctus dabat eloqui illis; & quia multo-
ties ipſa ſublimitas, & altitudo myſteriorum
non capitur à nobis

336. Totum argumentum huius libri eſt, ut ho-
mines traducat à ſenſibilibus, ad ſupernac levet
contemptis omnibus terrenis Sic D. Gregor.
Thaumat. Taumaturgus in initio huius Paraphraſis, &
ait : *Oſtendit, quam vana, & inutilia ſunt omnia
hominum negotia, & ſtudia, quæ in humanis rebus
D Nyſſen. ſuſcipiuntur.* Similiter D. Nyſſen. *in præfatione
D. Bern. huius libri.* D. Bernard. *ſerm.* 1. *in Cant.* D. Chryſ.
D. Chry. *homil.* 3. *ad populum.* De quo latiùs dicam ad
finem quæſtionis ſequentis.

337. Quæritur hîc etiam, quo tempore Salomon
D. Hieron. hunc librum ſcripſerit? Hebræi, teſte D Hiero-
nymo, quos multi Recentiores ſequuntur, di-
cunt hunc librum compoſitum à Salomone
poſt pœnitentiam, factam de ſua luxuria, ac
Eccleſ. idololatria, indeque clamat, *Vanitas vanita-
tum ac omnia vanitas,* quam oſtentavit in tan-
to rerum apparatu, habens trecentas concubi-
nas, & uxores 70.

338. Bellarm. *lib.* 1. *de Verbo Dei, cap.* 5. quem alij
ſequuntur, exiſtimant librum ab eo ſcriptum
ante ſuorum peccatorum lapſum. Et Primò,
quia ſuorum peccatorum nullam mentionem
facit in hoc libro, imò contrarium indicat,
dum ait c. 2. n 9. *Supergreſſus ſum opibus omnes,* Eccleſ. 2.
*qui fuerunt ante me in Ieruſalem, ſapientia quo-
que perſeveravit mecum.* Quomodo poteſt dici,
quòd in tot, & tam graviſſimis peccatis perſe-
veraverit in eo Sapientia, cùm potiùs fuerit in
eo error, & ſtultitia? Secundò, quamvis ipſe in
hoc libro rerum deteſtetur vanitates, *vanitas
vanitatum,* quam ipſe per ſuas ſpecies explicat
in opibus, deliciis, honoribus, palatiis, canti-
bus, ampla menſa cum poculis, nullam men-
tionem facit de Idololatria, quæ ut graviſſi-
mum peccatum maximè erat deteſtandum, &
abominandum, maximè cùm ipſe omnium
Regum Iſraëlis primus introduxit idola in Iu-
dæam, quæ proinde in ea perſeveraverunt per
trecentos annos uſque ad Iſaiam Regem.

Quæstio XVIII.

Quis ſit Libri Canticorum Auctor?

SUMMARIUM.

339 *Contra Hæreticos ſtatuitur librum eſſe Canonicum, & de fide, & n.* 340.
341 *Auctor huius libri Salomon.*
342 *Ponitur primum argumentum, cum ſua confirmatione, & ſolvitur, & n.* 343.
344 *Ponitur ſecundum argumentum, & ſolvitur, & n.* 345.
346 *Argumentum operis*
347 *Valdè ordinatè Salomon procedit in his tribus libris.*
348 *In Proverbiis docet incipientes, in Eccleſiaſte proficientes, in Canticis perfectos.*
349 *De tempore, quo ſcripſit Salomon.*

FVerunt Hæretici, quos referunt Philaſtrius
lib. de Hæreſi, cap. 133. & Iacobus Chriſto- 339.
politan. *præfat. in Cantica,* qui dixerunt hunc Philaſtr.
librum non eſſe Canonicum, ne ſpiritu Dei, Chriſtopol
ſed cupidinis ſcriptum; & hunc errorem Ca-
ſtalionus *præfatione in Ioſuë*, tribuit in hac
hac ætate Bezæ. Caſtalion.

Certum de fide eſt librum eſſe Canonicum 340.
ſuperno, & alto Dei amore ſcriptum. Sic
definitum eſt in Concilio *Carthag.* 111. Flo-
rentino, & Tridentino, ſequuntur omnes Pa-
tres, qui in magna veneratione habent hunc Carthag.
librum Origenes, D. Gregor. Nyſſen. Theodo- Florent.
ret. D. Ambroſ. D Bernard. Beda, D. Anſelmus, Tridene.
& omnes alij; & evidenter patet, hanc ſpon- Origenes.
ſam eſſe ſpiritualem, non corporalem, cique Nyſſen.
dat Epitheta, quæ corporalem decorant, ſpi- Theodor.
ritualem exornant : nam ei tribuit caput in- D Ambr.
ſtar Carmeli, oculos inſtar piſcinæ, naſum D. Bernard
inſtar turris, dentes inſtar gregum detonſa- D. Anſelm
rum, ubera veluti hinnulos; & denique eam
totam nigram dicit, *Sicut tabernacula Cedar.*
Denique modò eam dicit ſponſam; modò
ſororem, modò Reginam, ac filiam Princi-
pis, modò ruſticanam cap. 1. *Vineam meam* Cantic. 1.
non cuſtodivi, & cap. 5. *Abi poſt veſtigia* Cantic. 5.
gregum tuarum, & paſce hædos tuos.

Cantic. 1.

Auctor

Auctor Libri.

341. Titulus. Auctor iſtius libri eſt Salomon. Et ſic in
noſtra vulgata præfigitur Titulua, *Canticum
Canticorum Salomonis.* In Textu Hebraico ha-
betur *Canticum Canticorum, quod eſt Salomo-
nis.* Et paſſim Salomon in hoc libro de ſe
Cantic. 3. loquitur cap. 3. n. 7. *En lectulum Salomonis ſexa-
ginta fortes ambiunt. n. 9 Ferculum fecit ſibi Rex
Salomon,* & n. 11. *Videte filia Sion Regem Salo-
monem in Diademate.* Et ita ſentiunt, & tenent
omnes Patres, & Doctores Catholici.

342. Sed contra obiicies. Primò Septuaginta le-
gunt *Canticum Canticorum Salomoni* in Da-
tivo; ergo hic liber non videtur compoſi-
tus à Salomone, ſed ab alio dedicatus, ac con-
ſecratus ipſi Salomoni; quod inde deſumitur:
nam duobus libris antecedentibus Prover-
biorum, ac Eccleſiaſtes Salomon ſe Aucto-
rem nominat in fronte; ergo ſi eſſet Auctor
huius libri, etiam ſuum nomen exprimeret.
Chryſopol Reſpondet Epiſcopus Cryſopolitanus, quòd
Rex Salomon ita ſcripſit ſuum librum, quia
eum dedicauit, ac conſecrauit vero Regi paci-
fico Salomoni, Chriſto Ieſu, ſub cuius nomi-
ne ſpiritualiter loquebatur, & quem ſpiritua-
liter intelligebat, & ad quem ſermonem diri-
gebat. Magis genuinè dic, quòd frequenter
Hebræi, & Græci vtuntur genitivo pro da-
tivo, & dativo pro genitivo, ut obſervant
Senenſ. Sixtus Senenſis *in Biblioth. lib 2. verb. Chi-*
Lorin. Cornelius. *rograph.* Lorin. *præfatione in Pſalm. cap. 2. § Sed
& nil refert.* Cornelius *Proleg. in Cantic. c. 2.*
Pſalm. 15. & 31. nam *in Pſalm.* 15. & *Pſalm.* 31. & *Pſalm.* 68.
& tamen in eorum titulo eſt Pſalmus Davi-
di in dativo, pro Pſalmus Davidis, nam
ipſi Pſalmi à Davide fuerunt compoſiti, ut
patet ex aliis locis Scripturæ, ut dixi ſuprà
Hebraic. Græcus. Origen. *q. 15. num.* 41. proindéque more Hebraico, vel
Græco idem eſt, quod dicitur Salomoni, vel
Salomonis, ut rectè notavit Origenes, & ait,
*Salomon, vel Salomoni, oſtendit hoc opus tan-
tum eſſe Salomonis.*

343. Ad confirmationem dicimus, quòd nullam
vim habet: nam ex eo, quod Salomon poſuit
nomen ſuum in duobus prioribus libris Pro-
verb. & Eccleſiaſtea, inde non ſequitur, quòd
debebat ponere nomen ſuum in omnibus ſuis
libris, ſicut non poſuit in libro Sapientiæ, ut
dicam *quæſtione ſequenti*; & Eſdras licèt po-
ſuerit ſuum nomen in libro à ſe compoſito,
non tamen poſuit in libris Paralip. & aliis
D. Bern. Deinde ut ait D. Bernardus *ſerm. 1. in Cantic.*
ait quòd Salomon ſub metaphora ponit ſuum
nomen in principio: nam Salomon, id eſt *Rex
pacificus*, & hic liber incipit per oſcula, quæ
ſunt ſigna pacis: *Oſculetur me oſculo oris ſui.*
Cant. 1. Cant. 1.

344. 3. Reg. 4. Objicies ſecundò, Scriptura faciens men-
tionem de operibus Salomonis. 3. *Regum 4.
num.* 32. ait, *Locutus eſt Salomon tria millia
parabolarum, & fuerunt carmina eius, quin-
que, millia.* Sub hac autem phraſi non ve-
niunt Cantica; ergo Salomon non compo-
ſuit Cantica; nam ſi hæc componeret, etiam
hoc diceret Scriptura.

345. Reſpondetur. Canticum Canticorum ſub
generali carminum narrativa continetur, eſt
enim quoddam carmen, & nuptialis poëſis. Ita
Sylaveira Opuſcula.

rem explicant Origenes, D. Gregor. Nazianz. Origenes.
& cæteri aſſerentes hoc Canticum eſſe Dra- D Nazian.
ma ſponſale, ſive nuptiale carmen. Vnde D. Baſil.
Divus Baſilius Magnus in illud Iſai. 5. *Can-* Iſa. 5.
tabo dilecto meo Canticum dilecti mei, ait San-
chez Doctor: *Canticum Canticorum nuptiale
eſt carmen dramatico opere textum.* Drama eſt
rei repræſentatio actus Comœdiarum per va-
rias perſonas inter ſe loquentes miro carmi-
nis artificio. Ex quo Sixtus Senenſis *verb. Sa-* Senenſ.
lomon, ſic ait, *Compoſuit & Salomon carmina
quinque millia, ex quibus liber, qui inſcribitur
Canticum Canticorum, ſolus inſcribitur, ſeu
ſervatur cæteris Ieroſolymorum abſumptis in-
cendio.*

Argumentum operis, ac ordo in cæteris libris Salomnis.

Salomon hoc Canticum Canticorum com-
poſuit, occaſione nuptiarum cum filia Pharao- 346.
nis. Cantic. 1. num. 9. *Equitatui meo in curribus
Pharaonis, aſſimilavi te.* Et ita in tantum eam Galat. 1.
dilexit, ut à nomine ſuo eam Salomoni,
vel Sulamiti diceret, quamvis hæc gramma-
ticaliter intenderit Salomon. Tamen di-
uinus Spiritus mentem eius elevauit, ut alta,
& ſuprema myſteria eructaret, ac denota-
ret. Cùm Salomon ſit Chriſti figura in his
declarat Chriſtus ſuam eximiam charitatem,
curam, ac ſollicitudinem erga ſuam ſponſam
dilectam Eccleſiam, & inde ex ſuo nomine
Chriſtianam appellat, filióſque eius Chri-
ſtianos dicit, & hic etiam declaratur eximius
amoris effectus ipſius Eccleſiæ cum filiis ſuis
erga ſuum dilectũ ſponſum Chriſtum Ieſum-
qui ob ipſum quærendum pertulerunt vulne-
ra, & perſecutiones à malis cuſtodibus, & do-
minis civitatum.

Hinc valde ordinatè Salomon in his tri-
bus libris procedet: nam in Proverbiis tra-
ctat Ethicam, in Eccleſiaſte Phyſicam, in 347.
Canticis Theologiam, ut docent Origenes
Prologo in Cantica. D. Baſilius *homil. 1 in Pro-* Origen.
verbiis. D. Ambroſ. *in Pſalm.* 36. D. Hieron. D Baſil.
epiſtol. ad Paulin. & ait. *Salomon pacificus; &* D. Ambroſ.
amabilis Domino, mores corrigit (nempe in Pro- D. Hieron.
verbiis) *naturam docet* (in Eccleſiaſte) *Eccle-
ſiam iungit, & Chriſtum* (in Canticis nempe)
*Sanctarumque nuptiarum dulce canit epithala-
mium.* Hoc eſt carmen in thalamo, ſeu nu-
ptiis: & magna diſpoſitione Salomon proce-
dit in his libris. Nam in Proverbiis fideles
inſtruit in lege Dei, ac virtutum tramite. *In
Eccleſiaſte* vanitatem mundi oſtendit ipſum-
que cum omnibus ſuis rebus contemnendum.
In Canticis verò omnes à terrenis avulſos ad
arctiſſimum charitatis vinculum cum Deo
iungit, & traducit.

Vnde *in Proverbiis* docet incipientes, ac in-
gredientes viam, iuſtitiæ, ac veritatis *In Eccle-* 348.
ſiaſte proficientes, & iam ad altiorem virtutis
gradum tendentes Auctor Catenæ Græcæ ad Auctor Cat Græc.
initium Proverbiorum ait, *Proverbia*, ait, *ſpe-
ctant ad hominem ſpiritualis vitæ viam primum
ingreſſum; Eccleſiaſtes ad animam aliquatenus
in virtutum ſtudio progreſſam, Cantica ad ani-
mã virtutibus iam conſummata ſtatum.* Simili- D. Bern.
ter D. Bernardus *in Cantic.*

Digitized by Google

De tempore.

349. Quo hic liber ſcriptus ſit, dicunt aliqui,
quòd ſcripſit hunc librum poſtquam de ſuis
peccatis egit pœnitentiam. Sed oppoſita ſen-
tentia videtur probabilior, quia Salomon in
hoc Cantico Canticorum introducitur ſub
nomine *Dilecti* juxta id, quod de eo dicitur
2.Reg.12.n.25 *Vocavit eum amabilis Domino, eò*
quòd diligeret illum Dominus. Quod maximè vi-
detur denotare tempus ſuæ juſtitiæ, ac virtu-
tis; & favet maximè Auctor Eccleſiaſt. c.47.
*n.*17. De Salomone loquens ait: *Ad inſulas*
longè divulgatum eſt nomen tuum, & dilectus es in
pace tua; tempus autem pacis regni Salomo-
nis fuit tempus quando ipſe vixit in Dei dile-
ctione, ubi à dilectione ceſſavit, illicò & pax
ceſſavit: nam poſt numerata eius peccata, ſtatim
ſubditur. 3.Reg. 11. n. 14. *Suſcitavit Dominus*
adverſarium Salomoni Ada Idumæum. Et Iero-
boam, tunc ab illo diſceſſit. 3. *Reg* 11. *n.* 26.
*vide ſuper q.*17.*n.*437.438.

Quæstio XIX.

Quis ſit Auctor libri Sapientiæ?

SUMMARIUM.

350 *Contra Hæreticos liber Sapientiæ eſt Canoni-*
cus, & n. 351.
352 *Multis contendunt Salomonem non eſſe Au-*
ctorem libri.
353 *Eius Auctor non eſt Philo Hebræus, nec*
*alius Senior, & n.*354.355.356 357.
358 *Eius Auctor non eſt eius filius Sirach.*
356 *Nec eſt eius Auctor unus ex Septuagint.*
360 *Eius Auctor Salomon, & n.*361.362 363.
364 *Refellitur Reſponſio adverſariorum & n* 365.
366.
367 *Solvuntur argumenta contraria, & n.*368.
369 *Argumentum libri, & de acceptione Sa-*
pientiæ.

350. DE fide certum eſt, quòd hic liber ſit Ca-
nonicus. Ita definivit Gelaſius Primus in
Conc. Rom. Concil. Roman. *Carthag.*3. Florentin. ac Tri-
Carthag. dentino. Et maximè confirmatur hæc veritas,
Florent. quia Apoſtoli, ac eorum Magiſter Chriſtus
Trident. Dominus ſæpè de hoc libro ſumunt teſtimo-
Math. 13. nia, ut de aliis factis. *Math.*13.*num.*43. ex hoc
lib cap 3.*num.*7. imitantur illa verba *fulgebunt*
Rom. 11. *iuſti.* ſic & Paulus *Roman* 11. *num.*34. *ex hoc*
libro cap. 9. *num.* 13. *Quis hominum poteſt ſcire*
Epheſ. 3. *conſilium*: Sic *ad Epheſios* 3.*n.*6. & multis aliis
in locis.
351. Contra hanc Catholicam veritatem ſe op-
ponunt Hæretici non ſolùm antiqui, ut qui
reliquiæ Pelagianorum dicebantur, ut teſta-
Senenſis. tur Sixtus Senenſis *lib.* 8. *hæreſ.* 9. Sed etiam
Calvinus. Hæretici moderni, ut Calvinus, qui impu-
dicè dicebat ſe inveniſſe mendacium in hoc
Sap. 14. libro: nam *cap.*14.*n.*15. dicitur, quòd Auctor
idololatriæ fuerit pater lugens filium imma-
tura ſibi morte ereptum; quod falſum eſſe
inde probat, quia, ait ipſe, longè antiquior eſt
Geneſ 31. idolorum origo. Nam Rachel *Geneſ.*31.*n.*19.
furata eſt idola patris ſui, quæ multo tempore
præceſſit illum patrem filium lugentem. Sed
omnino fallitur Hæreticus: nam Syrophanes
erexit idolum pro filio iuxta Salianum anno
mundi 239.*n.*301. Rachel furata eſt idola pa-
tris ſui juxta Salianum anno mundi 505. *n.*3. Salianus.
Ac proinde ille pater idololatra filij præceſſit
ante *Rachel* 266.

Auctor huius Libri.

Valdè intricata eſt hæc quæſtio, & multis 352.
difficultatibus plena eſt. Prima ſententia tenet
Salomonem non eſſe Auctorem huius libri.
Ita Lyran. Hugo, Dionyſ. Ianſenius, Abulenſ. Lyran. Hugo.
A Caſtro, Canus, Medina, Curiel, Palatius, Dionyſ.
& alij, quos citat, ac ſequitur Cornelius à Lap. Ianſen.
Arg. *in lib. Sap.* § *Quarto.* Et fundantur primò, Abulenſ.
quia hic liber non eſt Hebraicè, ſed Græcè, A Caſtro. Canus.
Scriptus, & nunquam Hebraico idiomate vi- Medina.
ſus eſt; ſi autem eſſet Scriptus à Salomone, Curiel.
eſſet in ſua lingua Hebræa, & non in alia. Cornelius.
Secundò, quia hic liber alludit ad multas fa-
bulas Poëtarum, qui omnes Salomone fue-
runt poſteriores Tertiò. Ponunt fundamentum
ex auctoritate D. Auguſtini *lib* 2. *de Doctrina* D Auguſt.
Chriſtiana & D Hieron. *de viris Illuſtribus*, ubi D. Hieron.
numerans Salomonis opera, nullam facit men-
tionem de libro Sapientiæ. Similiter & Euſe- Euſebius.
bius *lib.*2. *de Eccleſiaſtica hiſtoria, cap.*18.
Maximè tamen hi Doctores laborant in 353.
aſſignando Auctorem hujus libri; unde in
varias ſententias abierunt, nam Lyranus, Lyran.
Dionyſius, Galatin. *lib.*1. *de Arcan. fidei, cap.*4. Dionyſ. Galatin.
Ludovicus Vives *in cap.* 29. *lib.* 18. dicunt Vives.
Philum Hebræum, qui ad Caium Caligulam
Miſſus eſt legatus, fuiſſe Auctorem huius
libri, quem ille ſcripſit ad conſolationem Iu-
dæorum.
Hæc ſententia non poteſt conſiſtere, nam 354.
iſte Philo fuit poſt tempora Chriſti, & infide-
lis & in Iudaiſmo pertinax permanſit, &
mortuus eſt. Quis credat hominem infidelem
alienum à Chriſto, fuiſſe tam ſublimè illumi-
natum à Spiritu ſancto, ut librum Canoni-
cum, & fidelem ſcriberet? Secundò. Liber Sa-
pientiæ à tota Eccleſia, ac omnibus Patribus
numeratur inter libros veteris Teſtamenti;
Philo autem vixit poſt Chriſtum, ergo ſi Philo
eſt illius Auctor numerandus erat liber in no-
vo Teſtamento. Tertiò, hic liber Sapientiæ ci-
tatur à Chriſto Domino, ac Apoſtolis, ut jam
notavi; Philo autem extitit poſt Chriſtum, &
Apoſtolos; ergo non fuit Auctor huius libri.
Secunda ſententia tenet librum fuiſſe con- 355.
ſcriptum à Philone, non illo, qui vixit poſt
Chriſtum, ſed ab alio Seniore; qui vixit 160.
ante Chriſtum ſub Onia Pontifice. Ita cenſent
Curiel *controverſ.* 2. Michael Medina *lib.* 6 *de* Curiel.
*Recta in Deum fide, cap.*12. Driedo *lib.* 1. *de Ec-* Medina.
cleſiaſticis Dogmat. cap 4. *ad* 5. *difficult.* Canus Driedo. Canus.
*lib.*2 *de locis cap.*11. *ad* 5.
Hæc ſententia non poteſt ſubſiſtere. nam 356
talis Philonis Senioris nulla eſt mentio apud
Auctores antiquos, nec apud Ioſephum, nec
Euſebium, ac alios, ſed ſolùm refertur quidam
Philo Byblius ex Byblo civitate Phœniciæ, 357.
homo Gentilis, & idololatra, & non Hebræus:
Sic ideo ſcribit Euſebius *lib.* 1. *Præparati.* Eugubin.
*Evangel. cap.*6. *& lib.*8. ait, quòd ipſe ſcripſe-
rit

rit hiſtoriam Chaldæorum, Syrorum, ac Phænicum; quòd autem homo Gentilis & Idololatra ſcripſerit librum Canonicum, tam ſublimis, & altæ doctrinæ non eſt credibile.

358\. D. Auguſt. D. Iſidor. Theodoret. Lippom. Tertia ſententia, quæ fuit S. Auguſt. *lib.* 2. de Doctrina Chriſtiana. *cap.* 8. *& lib.* 17. *de Civit. cap.* 20. tenet Auctorem libri Sapientiæ, ac etiam Eccleſiaſtici fuiſſe eundem Ieſum filium Sirach; & in hac ſententia videtur eſſe D. Iſidorus, Theodoret. apud Lippoman. *in cap.* 16. *Exod.* & hanc ſententiam, cùm nullum pro ſe habeat fundamentum, retractat ipſe Magnus Auguſtinus *lib.* 2. *retract. cap.* 4. ſic ait: *De auctore libri, quem plures vocant Sapientiam Salomonis, quod etiam ipſum, ſicut Eccleſiaſticum Ieſus filius Sirach ſcripſerit, non ita conſtare, ſicut à me dictum eſt, poſtea dedici, & omnino probabilius comperi, non eſſe ejus libri Auctorem.*

359\. Ioſephus. Euſebius. D. Hieron. Iuſtin. Bellarm. Baron. Salmeir. Senenſ. Salian. Quarta ſententia eſt Cornelij à Lapide argumento in Sapiẽtia §. *videtur ergo*, &. aliorum aſſerentium hunc librum ſapientiæ ſcriptum fuiſſe ab uno ex Septuaginta interpretibus, & nullum aliud aſſignatur fundamentum, niſi quædam conjectura valde frivola, quia Septuaginta fuerunt viri docti in lingua Hebraica, & Græca. Tamen Auctores antiqui, ut Ioſephus, Euſebius, D. Hieron. & etiam magis Moderni Auguſtin. Iuſtinianus Opuſculo de Septuaginta Interpr. Baron. *tom.* 12. *Annal. anno Chriſti.* 231. Salmeir. *tract.* 1. *Commentar. Prolog.* 1. Bellarm. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. *&* 6. Sixtus *lib.* 8. *Bibliot. hæreſi* 13. Salian. *anno Mundi* 3775. *à num.* 5. Iſti omnes, qui ex profeſſo tractant de Septuaginta, ſolùm eos cognoſcunt Interpretes, & nullum ex eis auctorem alicujus libri; ergo frivolum eſt, & ſine fundamento dicere, aliquem ex eis fuiſſe auctorem libri Sapientiæ.

Verior Sententia.

In re valde dubia, & ardua probabilior

360\. Tertullian. D. Cyprian. D. Ambroſ. D. Hilar. D. Damaſc. D. Epiph. D. Baſil. D. Athan. Carthag. Driedo. Canus. Lahay. videtur ſententia, quæ affirmat Salomonem eſſe Auctorem huius libri. Hæc eſt communis ſanctorum Patrum, valde conformis cum ipſo Textu, & maximè cum Græco, & cum his, quæ Eccleſia Catholica canit. Eſt valde communis Patrum, Tertullian. *de præſcript. cap.* 7. D. Cyprian. *lib.* 3. *Teſtim cap.* 15. *&* 52. D. Ambroſ. *lib. de Parad. cap.* 7. D. Hilar. *in Pſal.* 127. D. Damaſcen. *lib.* 4. *de fide, cap.* 18. D. Epiphan. *hæreſ.* 76. D. Baſil. *lib.* 5. *contra Eunom. cap. penult.* D. Athanaſ. *in ſynopſi ſacræ Scripturæ*, D. Nazianz. *orat.* 49. Origen. Concil. Carthag. III. Innocentius primus, Evariſtus *in ſua Epiſtola*, Felix Papa primus, & alij multi Patres, quos citant, ac ſequuntur Moderniores Driedo *lib.* 2. *de Eccleſ. Dogmatibus in ſolut.* 5. *differ.* Canus *lib.* 2. *de locis, cap.* 11. *in ſolut.* 5. *arg.* Sixtus Senenſ. *lib.* 1. *Bibl. cap. de Sapientia Salom.* & clariùs *lib.* 8. *hæreſ.* 9. Lahay *in Prolog. Bibl. Max. ſect.* 15. *cap.* 16. & Lyran. in Gloſſa, & malè citatus pro contraria ſententia.

361\. Nec ſufficienter reſpondent adverſarij ad tot, & tantos Patres, quia ex eo eum dicunt librum Salomonis, quia in eo ſunt multæ ſententiæ prolatæ à Salomone. At ſancti Patres cùm dicunt ſapientiam eſſe Salomonis, abſolutè intelligunt totum librum eſſe à Salomone Auctore, aliàs diceretur etiam, hunc librum eſſe compoſitum à Davide, vel Iſaia, quia in eo multa referuntur loca ex Pſalmis, ac Iſaia. Deinde ut refert Euſebius *lib.* 4. *Hiſtor. cap.* 22. (Euſebius) inquiens: *Egeſippus, & Ireneus, & omnium antiquorum chorus, librum, qui adintitulatur Sapientia Salomonis eſſe dixerunt, ſicut & Proverbia* Atque iuxta omnes Salomon eſt Auctor Proverbiorum; ergo ita etiam, juxta omnem antiquorum chorum, Salomon eſt Auctor ſapientiæ.

Probatur ſecundò; quia Textus Græcus eſt magnæ auctoritatis, Titulus huius libri in Textu Græco ita habet: *Sapientia Salomonis.* Deinde Eccleſia in ſolemniſſimo Officio hebdomadæ ſanctæ in Paraſceve ad matutinum, utitur lectionibus D. Aug. *ex tract. in Pſal.* 73. de iniquis loquens ait: *Verbum ipſorum agnoſcimus in Sapientia Salomonis, &c.* ergo hæc ſententia eſt D. Auguſtini, licèt malè citetur pro contraria ſententia, & noſtram reſolutionem videtur Eccleſia approbare, dum talia decantat. 362. Græcus. D. Auguſt. Eccleſia.

Probatur tertiò, & fortiter ex ipſo Textu; ex hoc libro Sapientiæ 9. *num.* 7. ſic ait Salomon de ſe ipſo. *Tu autem Domine elegiſti me Regem populo tuo, & judicem filiorum tuorum, & filiarum, & dixiſti me ædificare templum in monte ſancto tuo, & in civitate habitationis tuæ altare ad ſimilitudinem tabernaculi tui, quòd præparaſti ab initio.* Quæ verba nec poſſunt convenire Syrach, nec cuilibet Philoni, nec alicui ex interpretibus, ſed tantùm Salomoni; nam ipſe fuit conſtitutus à Deo Rex in Ieruſalem, cui Deus dedit multam ſapientiam ad judicandum, ac ut ædificaret ipſe Deo magnificum templum, altare, & tabernaculum, *lib.* 3. *Reg. cap.* 3. 363. Sap. 9.

Reſpondent adverſarij, quòd ſæpè in actione aliqua perſona valde eminens in aliqua facultate introducitur loquens tanquam in propria perſona, quamvis non ſit ipſamet perſona, ut ſæpe ſæpius facit Plato in ſuis dialogis; ſic & ipſe Salomon hîc introducitur loquens, quamvis non ſit ipſemet Auctor libri. 3 Reg. 3. 364. Plato.

Sed contra hanc reſponſionem primò. Verba ſcripturæ debent accipi in proprio ſenſu, ac genuino, ſi aliunde non ſequitur aliquod abſurdum, aut aliquid contra veram, & ſanam doctrinam, aliàs ſi verba non accipienda ſunt in proprio, ſed in ſenſu improprio nulla eſt veritas certa in Scripturis; atqui quòd in præſenti Salomon propriè in ſua perſona propria intelligatur loquens, nullum inde ſequitur abſurdum contra veritatem, aut fidem; ergo ita eſt tenendum. Secundò, ſæpè in hoc libro ſapientiæ introducuntur loquentes, impij, & juſti, & non in prima perſona, ſed in tertia, tanquam, quòd Auctor huius libri, eorum dicta, ac ſententias referat, cap. 2. n. 1. *Dixerunt impii cogitantes apud ſe non rectè*; & iterum num. 21. *Hæc cogitaverunt, & erraverunt*, & cap. 3. num. 10. *Impij autem ſecundùm quæ cogitaverunt*, & cap. 4. num. 17. *Videbunt finem ſapientis*; ſic & de juſtis, cap. 4. num. 11. *Raptus eſt ne malitia*; & n. 13. *Conſummatus in brevi explevit tempora multa.* Cum ergo in hac actione de his non loquitur in prima perſona, ſed in tertia, tanquam eorum dicta, ac facta referens, & ſolùm de Salomone agitur in prima 365. Sap. 2. Sap. 3. Sap. 4.

perſona. Quænam huius diſcriminis ratio? Quia Salomon loquitur de ſe in propria perſona, ut Auctor libri, & rem ſcribens.

Ad Argumenta.

366. Ad primum argumentum dicimus, quòd hic liber ſcriptus eſt à Salomone Hebraico idiomate, & licèt modo non habeatur Hebraico idiomate, nec à multis Patribus fuerit
D.Iſidor. habitus, tamen D.Iſidorus vir magnus ſapientia, & virtute, *lib. 1. de Officiis Eccleſiaſticis, cap.* 12. teſtatur Hebraicè ſcriptum à ſe viſum
Cornel. fuiſſe? quod etiam fatetur Coſnelius contrariæ ſententiæ ſuprà citatus, §. *verùm longè.* Secundò dicimus, quòd ipſe Codex Hebraicus iniuria temporis periit, ſicut perierunt viginti libri ſacræ Scripturæ, ut retuli ſuprà, *reſol. 1. quæſt. 4. num.* 46. Deinde ſunt graves Auctores, qui dicunt, quòd Hebræi non antiqui, ſed moderni, hunc librum Sapientiæ ſuppreſſerunt, quia in eo maximè arguitur, & condemnatur Iudæorum nequitia, ac malitia, qua conſpiraverunt contra Chriſtum Dominum, ut patet *ex cap. 2. num.* 17. & multis aliis locis.

Argumentum ſecundum deſumitur ex au-
397. D.Hieron ctoritate D. Hieroymi. *Epiſt. ad Chromantium*, ubi ait *Stylus libri ſapientiæ, qui Salomonis inſcribitur, Græcam redolet eloquentiam.*
D.Auguſt. Idem videtur dicese D. Auguſt. *lib. 2. de Doctrina, cap.* 8. *& lib. 17. de Civit. cap.* 10. & confirmat D.Hieron. *lib. de viris Illuſtribus*, facit Catalogum de operibus Salomonis, intra quæ nullam facit mentionem de libro Sapientiæ; ergo juxta D.Hieron. ſapientia non eſt opus
Euſebius. Salomonis, quod idem videtur teneſe Euſeb. *lib. de Hiſtor. Eccleſ. cap.* 18.

368. Reſpondetur, quòd ille Codex Sapientiæ, quem D. Hieronymus habuit præ manibus, erat Codex Græcus, ut ipſemet ſanctus Doctor fatetur, qui Codex ex Hebræo traductus fuit ab aliquo viro Græco multa eloquentia in
D. Hieron. idiomate Græco, inde rectè ait D. Hieronymus, quod ſedolet Græcam eloquentiam. Similiter dicendum eſt ad Auguſtin. Ad confirmationem dic, quòd D.Hieronym inter opera Salomonis non computat librum Sapientiæ; tùm quia liber non erat Canonicus, & quia Hebraicè non reperiebatur. His rationibus adductus magnus ſanctus Doctor non eſt auſus in hac re aliquid affirmare, vel negare. Cur autem Hebraicè non reperiebatur iam modò in primo argumento ſupra dixi. Ad id autem quod dicitur de fabulis Poëtarum nullius momenti eſt, nam multi Poëtæ Græci, ut Homerus, & alij fuerunt ante Salomonem, ad quoſum carmina, & dicta potuit ipſe alludere.

Operis argumentum.

369. Ipſum nomen Sapientiæ, in titulo libri appoſitum argumentum operis optimè declarat; nam, ut ait D. Iſidorus *lib. 3. etymolog. ſapientia*
D.Iſidor. *eſt ſapida ſcientia*, hoc eſt magna, & præclara ſcientia, & ſapientia tripliciter conſiderari poteſt, ut advertit Lorinus. Primò latè, prout unuſquique in ſua arte peritus, ac bene inſtructus dicitur ſapiens. Secundò, expreſsè pro dono Spiritus ſancti. Tertiò, ut in præſenti, pro ſecto, & compoſito, cum vera cognitione, ac timore Dei, ac reverentia eius maieſtatis, à quo ſecundùm opera, unuſquiſque recipit retributionem ſecundùm ſua merita, vel demerita, ut dicitur infra in hoc libro Sapientiæ, *cap. 6. numer* 18. & Eccleſiaſt. 15. Proverb. 11. & Deuteron. 4. *&c.* 5. & latè diſſerit Lactant. *lib. 3. de vera ſapient. cap. 11. & lib. 4. cap.* 3. Sap 6. Eccleſ. 15. Proverb. 11 Lactantius.

Quæstio XX.

Quis ſit Auctor libri Eccleſiaſtici.

SVMMARIVM.

370 *De nomine libri, eiuſque auctoritate Canonica.*
371 *Prologus an ſit Canonicus, & n.* 372.
373 *Multi dixerunt librum eſſe compoſitum à Salomone.*
374 *Compoſitus eſt à Ieſu Sirach, & n.* 375.
376 *Non obſtat quòd à multis Patribus dicatur compoſitus à Salomone.*
377 *Compoſitus eſt liber lingua Hebraica.*
378 *Explicatur quis eſſet iſte Ieſus Siracides Auctor libri.*

Hic liber dicitur Eccleſiaſticus juxta Iſidorum Clarum, quia utiliſſimus eſt univerſæ Eccleſiæ Dei. Contra auctoritatem hu- 370.
ius libri oblatrant Heretici, Lutherus *tom. 1. colloquiorum de libris veteris teſtamenti.* Calvin. Calvin.
in antidoto. Relicta Hæreticorum impietate certum de fide eſt librum Eccleſiaſtici, eſſe Canonicum, ut definitum eſt in Concilio Trident. *ſeſſ.* 4. in Florent. *in inſtruct. Armenorum*, in Charthag. 3. *can.* 43. & Gelaſius Papa in Concilio Romano, anno Chriſti 494. & inter libros Canonicos illum ponit, ac annumerat, illúmque ut Canonicum patres tam Græci, quam Latini, maximè venerantur, & citant, quos larga manu citat, ac refert Cornel. à Lapide in Prologo huius libri cap. 1. Trident. Florent. Cathag. Gelaſius.

Tota controverſia in hac materia eſt, an Prologus huius libri, qui incipit? *Multorum* 371.
nobis, &c. ſit etiam ſcriptura Canonica: In qua re maximè decipitur Abulenſ. *Præfat in* 1.
Paralip. *cap.* 17. qui aſſerit eundem eſſe Auctorem Prologi, & libri Eccleſiaſtici, ſcilicet Ieſum iuniorem, & contrarium expreſſè conſtat ex ipſomet Prologo, in quo hìc iunior teſtatur, quòd à ſuo avo acceperit. Abulenſ.

An iſte Prologus ſit Canonicus? eſt quæ- 372.
ſtio. Dubitant Ianſenius apud Seraſium citandum, & Pina in Eccleſia, itaut nihil audeant affirmare. Tamen affirmant Gretſerus *tom.* 1. *defenſ.* Bellarm. *cap.* Bonartius, Tirinus *in Eccleſiaſtic.* Bonfrerius *in Prolog. cap.* 4. *ſect.* 4. Serarius *in Prolog. cap.* 8. *quæſt.* 17. Fr. Anton. à Matre Dei *citat. num.* 199. §. *ſed Canon.* Altera ſententia, quæ probabilior videtur, negat eſſe Canonicum. Ita Scalante *lib.* 4. *Clypei. cap.* 43. & Cornelius *in Prolog.* Et ratio eſt, quia Jeſus iunior, qui compoſuit prologum, non fuit Auctor, ſed interpres libri, ut ipſemet explicat in prologo, & interpres non condit ſcripturam, ſed interpretatur. Deinde Eccleſia approbat ipſum librum Eccleſiaſtici, prologus autē eſt Ianſen. Pina. Gretſerus. Bonart. Tyrin. Fr. Anton. Scalante. Cornel.

extra

extra corpus libri, maximè quando eſt ab alio Auctore diverſo. Nec obſtat, quòd Prologus ſit in ipſa Biblia, ad quod reſpondendum *quæſt. ſequenti.*

Auctor libri.

373. Hugo. Circa auctorem huius libri multa olim varietas opinionum, Cardinalis Hugo *in Præfatione huius libri*, ait incertum eſſe Auctorem. Tamen graviſſimi Patres, tenuerunt hunc librum fuiſſe ſcriptum à Salamone. Ita Anacletus Pontifex *epiſt.* 2. D Baſilius *in Regulis diſp. reſp.* 17. D. Chryſoſt. *in Pſalm* 134. S. Maxim. *homil.* 2. *de Paſch.* D Leo *ſerm.* 1. *de Quadrageſ. cap.* 3. D. Gregor. *homil.* 1. *in Ezechielem*, Caſſiodorus *in Pſalm.* 55.

Anaclet. D Baſil D. Chryſ. D. Max. D. Leo. D. Gregor. Caſſiodor.

374. Tamen certiſſima, & vera ſententia abſque ullo dubio eſt Auctorem huius libri Eccleſiaſtici non eſſe Salomonem, ſed Ieſum Sirach Ieroſolymitanum. Sic tenet univerſa Eccleſia, & ſic apertè dicitur non ſolùm in Prologo huius libri, ſed etiam *cap.* 50. *num.* 29. dicitur *Doctrinam ſapientiæ, & diſciplinæ ſcripſit in Codice iſto Ieſus filius Sirach Ieroſolymita*, Sicut ergo contenta in hoc libro Eccleſiaſtico ſunt Canonica, & de fide credenda, utpote dictata ab Spiritu ſancto, ſic de fide credenda, quæ in hoc *cap.* 50. continentur, ac proinde, quòd Ieſus filius Sirach in Codice iſto ſcripſit hæc. Confirmatur, quia in ultimo ſuorum Canonum articulo jubent adoleſcentes Chriſtianos addiſcere Sirach ſapientiam. Ita ſancti Patres, D. Auguſt. *lib.* 2. *de Doctrina Chriſtiana, cap.* 8 D. Hieron. *in cap.* 9. *Danielis*. ſequuntur Euſebius *lib* 8. *de præparat, cap.* 2. D. Athanaſ. *in ſynopſ. de Eccleſiaſtico*, Procopius Gazæus *Præfatione in Geneſi*, D. Epiphan. *lib.* 2. *hæreſi* 8.

Eccleſ. 50. D. Auguſt. D Hieron. Euſebius. D. Athan. Procop. D. Epiphan.

375. Et quamvis tot, & præclariſſima teſtimonia deeſſent, ipſa veritas luce meridiana clarior appareret; nã Auctor huius libri Salomonis facit mentionem, & aliorum Regum, qui poſt Salomonem floruerunt, nempe Roboam, Ezechiæ, Ioſiæ; tum etiam meminit Prophetarum, qui multo tempore elapſo poſt Salomonem reſplenduerunt, ut Parentis Eliæ, & Eliſæi, ac Simonis filij Oniæ.

376. Nec contra hoc militat. quia multi Patres, ut ſuperiùs vidimus, appellant hunc librum Salomonis, quod ex multiplici cauſa factum eſt, ut ait D. Athanaſius citatus, quia Eccleſiaſticus habet multas morales ſententias, in quibus videtur imitari Salomonem. Secundò ut tradunt Driedus *lib.* 1. *de ſcriptura Eccleſiaſt. cap.* 3. & poſt eum Bellarm. *lib.* 1. *de verbo Dei, cap.* 14. & prior omnium noſter inſignis Vualdenſ. *lib.* 1. *Doctrinalis fidei, art.* 2. *cap.* 20. quia ideò dicitur hic liber Salomonis, quia hic liber depromptus eſt ex Salomone, partim ex his, quæ erant edita ab eo, partim ex his, quæ ut Salomonis per omnia ora verſabantur; nam Salomon multa, dixit, ac dictavit, quæ non ſunt ſcripta 3. Reg. 6. *n.* 32. Tunc Siracides illa Salomonis ſparſa aliquibus abditis hunc librum compoſuit Tertiò Paulus de Palacio ait, quod Ieſus filius Sirach ob ſuam eximiam ſapientiam vulgariter appellatus eſt Salomon, & inde liber ſcriptus vulgariter liber Salomonis appellabatur.

Driedus. Bellarm. Vvalden. 3. Reg 4.

Quæres, in qua lingua hic liber ſcriptus ſit Reſpondeo Hebræo idiomate; utpote lingua patria, & quia ſuis compatriotis naturalibus Siracides hunc librum ſcribebat; ergo in eorum lingua ut ab eis intelligeretur, D. Epiphan. *lib. de Ponderibus*, ſic ait; *Ieſus, qui ſapientiam illam ſcripſit Hebraicè, ita ut nepos eius eam ſit interpretatus Græcè.* Quòd etiam Docet D. Hieron. *in Præfatione ad hunc librum* à D. tamen Hieronymo non eſt in latinum redditus, ſed ab alio antiquiore, nam eadem verba, quæ in noſtra vulgata Latinè habentur, citantur à Patribus D. Hieronymo, antiquioribus, ut ſunt Clemens I. *epiſt.* 5. Evariſtus *epiſt.* 1 adducens verba illa Eccleſiaſt. 14. *Gyrum cœli circuivi ſola, &c.* Alexand. I. *epiſt.* 3. Calliſtus I, *epiſt.* 1. 377.

D. Epiphan D. Hieron. D Hieron. Clemens Evariſt. Alexand. Clemens

Quæres tamen, quis ſit iſte Ieſus filius Sirach? Reſpondeo, quòd Sirach extitit civis Ieroſolymita, ut conſtat *ex cap* 50. *n* 29. Eius proſapia eſt in hunc modum. Syrach valde antiquus, & veluti caput totius generationis genuit Jeſum, qui dicitur ſenior, & hic eſt, qui compoſuit hunc librum Eccleſiaſticum. Hic Ieſus ſenior genuit Sirach iuniorem, cui pater moriens Eccleſiaſticum à ſe compoſitum reliquit. Iſte Sirach genuit Ieſum iuniorem, qui Eccleſiaſticum, ab avo ſcriptum, ut ipſemet teſtatur in Prologo, ex Hebræo in Græcum idioma traduxit. 378.

Eccleſ. 10. Prolog.

Iſte Ieſus ſenior, Auctor Eccleſiaſtici, fuit vir valde præclarus ſapientia, & maximè prædoctus in ſcriptura, ut patet ex ipſo Prologo, *& ex cap.* 51. *n.* 18. Vnde à multis vocabatur Salomon, ut iam dixi. Fuit valde magnus, & princeps habitus, ut ipſemet teſtatur cap. 51. num. 13. *Exaltaſti ſuper terram habitationem meam.* Fuit etiam Propheta. Sic enim appellant S. Anaclet. *epiſt* 2. S. Evariſt. *epiſt.* 1. S. Chryſoſtom. *in cap* 6. *Geneſ* Optatus Milevit. *lib.* 4. *contra Donatiſt.* Cæſarius Arelatenſis *homil.* 15. & communiter alij Patres, ut patet *ex cap* 44 *num.* 16. & *cap.* 48. *n* 10. ubi vaticinatur adventum Eliæ, & Enoch in fine mundi, & Chriſti Domini deſcenſum ad inferos *cap.* 24. *num.* 45. Per varias regiones peregrinavit, & deſcendit in Ægyptum, ut patet ex Prologo, ubi Eccleſiaſticum compoſuit, tempore Ptolomæi Philadelphi, qui Septuaginta duos interpretes congregavit, ex quibus unum hunc Ieſum ſeniorem fuiſſe tradunt Genebrard. *in Chronolog. lib.* 2. Ariſtas in Hiſtoria 72. 379.

Eccleſ. 51. S. Anaclet. S. Evariſt. S. Chryſoſt. Optatus Eccleſ 44. Eccleſ. 24. Genebrard Ariſtas.

QUÆSTIO XXI.

De Threnis Ieremiæ, ac ejus præfatiuncula an ſit Canonica Scriptura.

SUMMARIUM.

380 *Threni Ieremiæ ſunt Canonici.*
381 *Quod Præfaciuncula ſit Canonica affirmat prima ſententia cum ſuis fundamentis, & num.* 382.
383 *Secunda, & vera ſententia negat, n.* 384. 385.
386 *Reſpondetur ad primum, ſecundum, & tertium argumentum, & n.* 387. 388.

389 *Miro*

389 *Miro artificio per literas alphabeticas diſpoſuit Propheta.*

390 *Cur quadruplici alphabeto per quatuor capita diſponuntur Threni.*

391 *Una ſententia affirmat, quòd Ieremias compoſuit lamentationes tempore Regis Ioachim.*

392 *Vera ſententia in morte Regis Ioſiæ.*

Deplorat mortem Ioſiæ Regis, excidium Ieruſalem, ſublimius, & altiùs Chriſti mortem.

380. THrenus ex ſua ſignificatione iuxta radicē nominis Hebraici & Græci, idē eſt ac fictus, ſeu lamentatio, & cùm totus Textus Ieremiæ, ſeu eius libri Propheciæ cum Threnis ſit Canonicus, & de fide ut certum eſt apud omnes, quod etiam hæretici fatentur, maximè tamen dubitatur, an præfatiuncula, quæ affigitur ante ipſum primum caput, & incipit: *Factum eſt autem, &c.* ſit Canonica.

381. Bonart. Gretſerus. Delrius. A Coſta. Tirinus. Prima ſententia in hac re affirmat eſſe Canonicam, ita tenet Bonartius *in Eccleſiaſtic. cap 49. num.* 2. Gretſerus *lib.* 1. *defenſori Bell. cap.* 14. §. *eaſdem ob cauſas*, Delrius, à Coſta, Tirinus *ſuper Trenos. probant.* Primò, quia in Bibliis correctis ex mandato Sixti V. Clemētis VIII. in præfatione ad Lectorem, ex mente, & voluntate Pontificis dicitur: *In hac editione, nihil nō Canonicum, nihil adſcriptitium, nihil erroneum apponere viſum eſt.* Et hac de cauſa à corpore Bibliæ excluditur tertius, & quartus libri Eſdræ, oratio Manaſſes; in copore autem Bibliæ hæc præfatiuncula ponitur; ergo eſt Canonica, ut cætera contenta in Biblia.

382. D. Hieron. Secundò, quia Tituli, & Præfationes Divi Hieronymi, in hac nova editione, extra ordinem ſacrorum librorum ponuntur, quia non ſunt Canonica: ergo cum hæc præfatiuncula, de qua loquimur, remaneat in ipſo corpore Bibliæ, pro Canonica reputanda eſt. Tertiò, quia quæ ſunt in corpore Bibliæ, ut Canonica habentur ab omnibus, & ideò hac de cauſa ut Canonica recipiuntur *Prologus Eccleſiaſtici* Præfatio Ieremiæ Epiſtolæ, quæ eſt, Baruch. 1. *in cap.* 6. Baruch, & præfationes D. Lucæ, tam quæ habetur in capite primo ipſius Evangelij quam quæ habetur in exordio capitis primi actuum Apoſtolorum.

383. Oppoſita ſententia eſt communior, & verior, quòd nempe talis præfatiuncula non ſit D Bonav. Lyran. Franc. Luc. Carthuſ. Agellus. Sanchez. Cornelius. Senenſis. Salian. Bonfretius. Lorca. F. Anton. Canonica. Et pro hac ſtant multi, & graviſſimi Auctores, D. Bonavent. Lyran. Franciſcus Lucas, Carthuſian. Agellus, Sanchez, Chriſtophorus à Caſtro, Cornel. à Lapide Sixtus Senenſ. *lib.* 1. *Biblioth.* §. *de ſcripturis apocryphis*, Salian. *anno mundi* 3447. *num.* 43 Bonfretius *in proloquiis, c.* 5. *ſect.* 7. Lorca *lib.* 1. *de locis*, Galarza *lib.* 4. *Inſtit. cap.* 8. ex noſtris Joannes à Jeſu Maria *Canone* 2. *ad lamentationum intellectum*, Fr. Anton. à Matre Dei *in Iſagoge ſcript. Prælud.* 1. *dub.* 8. *diſgreſſ.* 3. *ſectione* 3. *num.* 1.

384. Hebræus. Syrus. Chaldæus. Arabicus. D. Hieron. Theodor. Euſebius. Paſchaſ. Rabban. Rupert. Probatur, primò. Quoniam hæc præfatiuncula in Hebræo, Syro, Chaldæo, & in Arabico Textu non habetur, nec illius mentionem faciunt antiquioris ſæculi Patres, ut D. Hieron. Theodoret. imò Euſebius eam expreſſè reiicit, ut teſtatur Agellus, nec medij ſæculi Patres, ut Paſchaſius, Rabbanus, Rupertus, Hugo de ſancto Victore; ſed tantùm in verſiòne apud Septuaginta extat. Unde ab illis videtur addita; illi autem interpretes dumtaxat fuerunt, non ſcriptores Canonici.

Probatur ſecundò. Quia Hebræi communiter libros nominant à prima eorum voce, ut 385. Hebræus. ſuprà dixi *quæſt.* 4. *num.* 129. Atqui Trenorum liber ab ipſis vocatur *Echa*, id eſt *quomodo*, quæ eſt prima vox primi capitis; ergo præfatiuncula, quæ eſt ante illud primum caput, non eſt pars illius libri Canonici; & ideò Eccleſia. Eccleſia feria quarta maioris hebdomadæ, cum Threnos legit ſic ait, *Incipit lamentatio Ieremiæ Prophetæ. Aleph. Quomodo ſedet.* Trident. Cum ergo Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 4. præcipiat libros Canonicos recipi, prout in Eccleſia legi conſueverunt; hæc autem præfatiuncula nunquam in Eccleſia lecta eſt; ergo Canonica non eſt. Confirmatur; quia in ipſa præfatiuncula dicitur: *Factum eſt poſtquam in captivitatem reductus eſt Iſrael, & Ieruſalem deſerta eſt.* Atqui has lamentationes compoſuit Ieremias ante captivitatem populi, & deſtructionem Ieruſalem, juxta communem ſententiam, ut dicam in hac.

Reſpondetur ad primum; quòd ſi in præfatione Bibliæ dicitur: *In hac editione nihil non Canonicum, apponere viſum eſt*, dicimus, 386. quòd illud *ibi* ſic ſcriptum habetur, factum eſt ab aliquo Doctore, vel Doctoribus, qui tali emendationi præfuerunt, ut advertit Serarius Serarius. *in Prologo, cap.* 19. *quæſt.* 16. Inde infert, quòd falſum eſt dicere illud factum fuiſſe ex mente ac voluntate Pontificis. Ne inde inferas, quod ſaltem ex mente illorum Doctorum illa Præfatiuncula erit Canonica; non inferas hoc, quia illud *In hac editione nihil non Canonicum apponere viſum eſt*, reſtringendum ad ipſam literam Textus; nam in Biblia eſt diviſio Capitulorum verbi gratia hoc eſt caput primum, hoc eſt caput ſecundum, & tamen ut bene notat noſter Fr. Anton. à Matre Dei *citatus* Fr. Anton. *num.* 197. ait, quòd ſine controverſia illa diviſio Capitulorum non eſt Canonica, & quòd ſi detur liber ſine tali diviſione erit Canonicus, ſicut Geneſis dicitur in Biblia, quod Geneſis. Hebraicè dicitur *Bereſith.* & tamen ſi detur Biblia ſine tali tranſlatione verbi gratia Liber Geneſis, Liber Exodi, talis liber erit canonicus, ac proinde cum dicitur, *nihil non Canonicum apponere viſum eſt*, hoc eſt in ipſo corpore Textus.

Ad ſecundum reſpondetur, quod Præfationes D. Hieronymi in hac emendata editione excluſæ, quia erant novæ, ac recentes, & 387. extraneæ, & non valdè antiquæ, & ab antiquo tempore in ipſa Biblia, ut iſta Præfatiuncula, quæ antiquiſſima eſt, utpote à Septuaginta facta, quæ iam tot ſæculorum tempore præceſſit, & ab auctoritate ſeptuaginta, quæ valde magna eſt, tanquam appendicula poſita eſt in ſcriptura.

Ad tertium dicimus, quòd Prologus Eccleſiaſti, de quo dixi ſuperiori quæſtione, 388. *num.* 371. iuxta multos non eſt Canonicus, & eſto quod admittatur iuxta alios, in illo Prologo loquitur Siracides in propria perſona, indicans rationem, quomodo illum librum acceperit ab Avo ſuo, quod multum conducit ad auctoritatem eius, at in hac Præfatiuncula loquitur de Ieremia per tertiam

perſonam

perſonam *ſedit Ieremias, & planxit.* In quo oſtenditur, Præfatiunculam eſſe ab alio ſcriptam, & non ab ipſo Propheta. Ad id autem, quod *dicitur de Præfat. Epiſtol. Ieremiæ, in* Baruch. 6. *Cap. 6.* Baruch, & de Præfatione apud D. Lucam tam in Evangelio, quam in actis eſt multum diſpar ratio, nam iſtæ præfationes ſunt in corpore Textus, poſt ipſum Caput, verbi gratia apud Lucam in Evangel. dicitur Luc. 1. Actor. 1. *cap. primum*; tunc dicitur. *Quoniam quidem multi conati ſunt.* Et ſic in actis Apoſtolorum, & ſic apud Baruch, poſtquam dicitur caput ſextum, ponitur illa Præfatiuncula; At verò hic epigraphe præfigitur ante primum caput Threnorum, utpote extra illud.

Artificium.

389. Miro artificio procedit Propheta in his lamentationibus per literas alphabeticas ſuo ordine, *Aleph, Beth, Gimel*, & unaquæque in principio cuiuſlibet verſus affigitur. Quæres tamen, quænam ratio fuit Prophetæ, ut D. Thom. Rupertus. Hugo. Lyranus. Vatablus. tali methodo ſcriberet? S. Thomas, Rupertus, Hugo, dicunt aliquid myſterij in hoc contineri, quod nos latet. Lyranus, Vatablus dicunt, quod in his literis Hebraicis nullum aliud myſterium latet, niſi in ipſiſmet literis, ac ſi eorum etyma velis interpretari, quibus D. Hieron. accedere videtur D. Hieronymus Epiſtol. 15. ad Paul. Vrbicam. Rupertus ait quod nos, ac Iudæi tanquam pueri voluit Propheta, ut inſtrueremur ad cordis compunctionem, vitæ emendationem. Dicendum exiſtimo, quod ut res magnæ in memoria retineantur, aliqua exteriora ſigna dantur, ut recordemur: Sic & Chriſtus D. dedit Petro in ſignum ſuæ futuræ negationis galli cantum, ut audita voce Matth. 26. *Matth 26.* de Chriſti prædictione recordaretur; cùm ergo quæ in his Threnis aguntur, maximè expediant, & neceſſaria ſint, ut nunquam è memoria excidant, per notas alphabeticas diſpoſuit Propheta, ut illis viſis ad illorum memoriam inducerentur homines, ut nunquam in oblivionem abirent.

390. Maximè notandum, quòd Propheta quadruplici alphabeto iuxta quatuor capita ordinat Threnos. Et cur tot alphabetica ponit Ieremias in his ſuis lamentationibus: Sunt qui Cornelius. dicant cum Cornelio, ut denotetur quòd Ieremias non ſolùm hìc deplorabat peccata Iudæorum, ſed etiam quatuor plagas orbis, ac totius mundi. Dicam etiam, quòd quadruplici alphabeto deplorat propheta cauſam ruinæ Iudæorum, ac omnium regnorum mundi, quæ naſcitur ex defectu quatuor Cardinalium virtutum, quia nempe in Iudæis non erat fortitudo, ac conſtantia, ut perſeverarent in obſequio veri Dei, ſed *abierunt poſt Deos alienos.* Quia in eis non erat juſtitia, & hæc eſt cauſa deſolationis omnium Regnorum; Iuſtitia *habitavit in ea*; Alij *dormivit in ea.* Et quia non erat in eis temperantia, ſed tanquam *equi effrani unuſquiſque abiret poſt voluntatem carnis.* Et quia in eis non erat prudentia ad rectè agendum, ac operandum, *Fugit ab eis mens, & conſilium.* Hunc quadruplicem virtutum defectum, omnium Regnorum ruinam quadruplici alphabeto deplorat Ieremias.

Tempus, quo Ieremias has lamentationes compoſuit.

Multæ, & variæ ſunt ſententiæ de hac re, 391. ut videre eſt apud Leonem Caſtrenſem. Quas Caſtro. probabiliores referam. Prima affirmat, quod decem, & octo annis, nempe quarto anno Regni Ioachim, antequam Jeroſolyma eſſet à Ierem. 36. Chaldæis devaſtata, Ieremias ſpiritu prophetico prævidens talem deſolationem, eam his lamentationibus deplorat hoc libro, quem librum dicunt Commentatores à Ioachim rege fuiſſe combuſtum. *Ierem. 36. num. 23.* & ſtatim iuſſu Dei ab eodem Propheta reparatum Rabbani. eſſe. *Ierem. ibidem. 32.* Ita multi Rabbini, Salmeir. quos ex Catholicis ſequuntur Salmeir. *Prolog 9* Vatablus. *Can 4.* Petrus Figreiro apud Acoſtam, Scholia Vatabli. Sanchez. Falſitatem huius ſententiæ ex multis intendit colligere Sanchez *ex cap. 36. Ieremiæ.*

Communis, ac vera ſententia eſt, hos Thre- 392. nos compoſitos fuiſſe à Ieremia in morte Regis Ioſiæ, ut patet ex Divo Hieronymo ſuper D. Hieron. *cap. 12. Zachariæ num. 11.* & ſic ait: *Ioſias Rex juſtus à Pharaone cognomento Nechao vulneratus eſt, ſuper quo lamentationes ſcripſit Ieremias, quæ leguntur in Eccleſia, & ſcripſiſſe eum Paralipomenon,* dicitur *lib. 2. cap. 35.* Ioſephus Ioſephus. *lib. 10. Antiquit. cap. 6. de Ioſia*, ſic inquit, *Sed & Ieremias Propheta pro morte eius carmen lamentabili modulatione compoſuit, quod hactenus noſcitur permanere.* Sequuntur hanc ſen- Chaldæus. tentiam antiqui Hebræi, Paraphraſtes Chal- D. Hieron. dæus: ex Patribus D. Hieronym. D. Thom. D. Thom. D. Bonav. Hugo Rabbanus, Carthuſianus *in* D. Bonav. Hugo. *Threnos*, & ibi Recentiores Malveda, Maria- Rabbanus. na, Maldonat. Abulenſ. *Præfat. in lib. Reg. q. 14.* Carthuſ. *& in 4. Reg. 23. quæſt. 2.* & probant ex *Paral. 2.* Abulenſ. *cap. 35. num. 24.* ubi de Joſia ſic dicitur. *Sepul-* 2. Par. 35. *tus in Mauſoleo Patrum ſuorum, & univerſus Iuda & Ieruſalem planxerunt eum, Ieremias maximè, cuius omnes cantores, atque Cantatrices, uſque in præſentem diem lamentationes ſuper Ioſiam replicant, & quaſi lex obtinuit in Iſraël, ecce ſcriptum eſt in lamentationibus*, illis ſcilicet, quas Ieremias compoſuit. Ecce quantum deviatur à veritate, dum contra communem ferè omnium ſententiam, dicitur in Præfatiuncula, quòd Ieremias compoſuit has lamentationes, *Poſtquam in captivitatem ductus eſt Iſraël.*

Dicendum eſt ergo Ieremiam compoſuiſſe 393. hos Threnos in morte Regis Ioſiæ, *viginti duobus annis*, ante Ieroſolymæ deſolationem, ac populi captivitatem in Babyloniam, quam ſpiritu prophetico prævidit Ieremias, & inde maximè eam deplorat, & ſublimiùs, & altiùs elevavit Propheta mentem ſuam ad Chriſti mortem, quam ſuper omnia magno lachrymarum imbre, ac intimo dolore deplorat, ac deflet, ut nunquam deficiant lachrymæ ab oculis eius.

QUÆ

Digitized by Google

Quæstio XXII.

De quatuor Prophetis maioribus cum Baruch.

SUMMARIUM.

394 *Quatuor Propheta maiores Canonici ſunt*
395 *Iſaias Propheta Evangelicus Martyr occubuit.*
396 *Scripſit ſuum librum; Canticum, autem eſt Ezechia Regis.*
397 *Ieremias moritur lapidatus.*
398 *Auctor ſui libri, & aliorum, qui non extant.*
399 *Ezechiel non eſt Pythagoras, ſed vir Sanctus, & Martyr.*
400 *Scripſit ſuum librum, & alterum, quem non habemus.*
401 *Daniel vir Sanctus, & Martyr habitus.*
402 *Scriptor ſui libri, & hiſtoria Draconis, & n.403.*
404 *Baruch Auctor Canonicus, & num. 405. 406.& 407.*
408 *Auctor ſui libri Baruch,& n. 409.*

394. QVatuor ſunt Prophetæ Majores, ſcilicet Iſaias Ierémias, Exechiel, & Daniel, quorum libros eſſe Canonicos definitum eſt in multis Conciliis, Carthaginenſi, Tridentino, Florentino; quod etiam Hæretici fatentur, & multi, ut Lutherus, Calvinus, & alij commentantur ut Iſaiam, Ieremiam, & alios

Trident. Florent.

Iſaias.

395. Cum Iſaias valdè ſublimè, & altè, ac ad vivum explicat omnia Chriſti myſteria, dictus eſt Propheta Evangelicus; unde ait D. Hieronymus in Prologo, *Qui Iſaiam legerit, verſari ſe putet in Evangelio* Floruit circa annum Mundi 3137. ante Chriſtum natum pene 813. ſub Manaſſe Rege; ſerra diſſectus eſt à Capite, ut tradunt D. Dorotheus, D. Epiphanius, D.Iſidorus in vita Iſaiæ. D. Hieronymus lib.15. in Iſaiam. D.Chryſoſtom. epiſtol. ad Cyriacum, & de eo ſic habet Martyrolog. Romanum. 6. die Iulij: *In Iudæa ſancti Iſaia prophetæ, qui ſub Manaſſe Rege ſectus in duas partes occubuit.* & D. Iuſtinus in Dialog. contra Tryphonem, & Tertullian. lib. 3. contra Marcion. Serram fuiſſe ligneam, ut tormentum eſſet prolixius, & crudelius, dicunt.

D Hieron. Salianus. D. Doroth. D.Epiphan. D.Iſidor. D.Hieron. D.Chryſ. Martyrol. Romanum. D.Iuſtin. Tertullian.

396. Auctor eſt ſui libri ſeu Prophetiæ, ut initium ipſius libri demonſtrat, dicens: *viſio Iſaia Prophetæ filij Amos*, & Maximè dubitatur an Canticum illud, quod habetur cap. 38. *Ego dixi in dimidio dierum meorum*, decantatum pro ſanitate Regis Ezechiæ, cum convaluiſſet: An pronuntiatum fuerit ab ipſomet Rege, velut aliqui volunt, an ab ipſo Iſaia, in perſonna tamen Regis? Primum mihi videtur probabilius, tum ex ſtylo, tum Titulo in ipſo *cap.* 38. *n.* 9. ubi dicitur, *Scriptura Ezechia Regis cum ægrotaſſet, & convaluiſſet ab infirmitate ſua*; & inde Arias Montanus arbitratur, iuſſu Ezechiæ huius Cantici varia exemplaria miſſa fuiſſe per varias regiones, ut notitia, ac memoria tanti beneficij ad omnes perveniſſet: Cumque Iſaias Regis mortem, ac ſalutem denunciaſſet, inde Propheta narrans hanc hiſtoriam, ejus Canticum inter ſua ſcripta apponit.

Iſai. 38. Titulus. Cantici. Arias.

Ieremias.

Præclariſſimus Propheta, in utero materno ſanctificatus, de quo ait D. Hieronym. in Prologo, *Virginitate ſua Evangelicum virum Chriſti Eccleſia dedicans.* Cùm in Ægyptum eſſet delatus, & prædixiſſet Regem Ægypti Pharaonem, qui dictus eſt *Ephree*, vel *Vaphre*, à ſuis lapidatus, ut communiter teſtantur Sancti Patres, D. Hieronymus, Tertullianus, Dorothæus, D.Epiphanius, & alij: & teſtatur Martyrol. Roman. 1. die Maij: *In Ægypto Sancti Ieremia Prophetæ, qui à populo lapidibus obrutus apud Taphnas occubuit.* Quod contigit anno mundi 3448. ante Chriſtum natum 605. apud Salianum *ibi.n.* 15. 397.

Ierem.38. D.Hieron. Tertull. Doroth. D.Epiphan. Mart.Rom. Salian.

Ieremias ſcripſit librum ſuæ Prophetiæ, ut patet ex eius exordio, *Verba Ieremia filij Helcia, &c.* Quem librum ipſo Ieremia dictante ſcripſit Baruch eius Amanuenſis, ut patet *ex cap.*32. *num.* 4 Aliud volumen ſcripſit Ieremias, quem per Sariam miſit in Babyloniam, dicens ei, ut librum legeret in Babylonia. *Cumque compleveris legere librum iſtum, ligabis ad eum lapidem, & projicies illum in medium Euphratem, & dices: ſic ſubmergetur Babylon, & non conſurget*, cap.51. num. 63. Et ut notat Sanchez, *ibi*, quamvis non habeamus expreſsè ea, quæ in illo libro continebantur, tamen erat de ruina, ac devaſtatione Babylonis, quæ habentur *cap.* 51. & 52. Fecit etiam libros de emptione cujuſdam agri, ad quo iuxta multos alludit D. Matth. 27. *n.*9. & præcepit Baruch: *Sume libros iſtos, & pones eos in vaſe fictili, ut permanere poſſint diebus multis*, Ierem. cap.32. n. 14. Et quamvis ſciamus materiam libri, quæ erat de emptione, ſtylum, & formam ignoramus. Compoſuit ſuper mortem Ioſiæ multas lamentiones, 2. Paral. 35. *n.* 25. quas Threnos eſſe diximus ſuprà. Tertium aliud volumen Ieremiæ, de abſcondito igne, tabernaculo, & arca, & præceptis, quæ dedit tranſmigrantibus in Babylonem, tantum habemus notitiam ex his, quæ ſcripta ſunt, 2.Machab. *cap.* 2. *num.* 1. 398.

Ierem.32. Ierem. 51. Sanchez. Matth.27. Ierem, 32. 2 par 35. 2.Macha.2

Ezechiel.

Fuit vir præclariſſimus, & relicta fabella eorum, qui dixerunt Ezechielem fuiſſe Pythagoram, ut refert Clemens Alexandr. *lib.*1. *ſtromatum*, quòd eſt pluſquàm falſum. Nam Ezechiel erat ex Iudæis Iſraëlita? Pythagoras ex Samo Inſula prodit, & Græcus erat; Deinde docuit tranſmigtationem animarum de uno corpore in aliud, non ſolùm hominis, ſed etiã beſtiarum, quòd expreſſè repugnat cum his, quæ Exechiel ex divino oraculo clamat de anima ad ſua oſſa ad carnem redeunte, *cap.*37 Exechiel fuit vir ſanctiſſimus, ac glorioſus Martyr, de eo ait Martyrolog. Romanum die 10. Aprilis: *Ezechielis Prophetæ, qui à iudice populi Iſrael, quod eum de cultu idolorum argueret,* 399

Clemens. Ezech. 37. Martyrol. Roman.

argueret, apud Babyloniam interfectus eſt. Quod
contigit ad annum mundi 3462. ante Chriſtum
natum 695.

400. Auctor fuit libri, qui ſub eius nomine fer-
tur. Unde id, quod aliqui dixerunt, inter quos
D. Iſidor. eſt D. Iſidorus *lib. 1. etymolog. cap. 6. & 1. de of-
ficiis*, partem huius libri ſcripſiſſe viros do-
ctos ex Synagoga, nullum habet, nec ad hoc
aſſignatur fundamentum, præter hunc librum,
quem præ manibus habemus. De alio illius
Tertull. libro teſtatur Tertullianus *lib. de carne Chriſti*,
cap. 33. contra Valentianos, *Legimus*, inquit,
*apud Ezechielem, de vacca illa, quæ peperit,
& non peperit.* Quod ſi talis liber verus eſt,
D. Epiph. & de B. Virgine loquitur, iuxta D. Epipha-
nium *lib. 1. contra hereſim Ebionitarum*, ac
Clementem Alexandrinum *lib. 7. Stromatum.*
Peperit verum filium Chriſtum Ieſum noſtrum
Salvatorem: *non Peperit* ut aliæ mulieres, ex
virili ſemine, ac cum dolore.

Daniel.

410. Pinto. Pereira. Vir magnus, & præclarus, quem commu-
niter Expoſitores Pinto, Benedictus Pereira,
Martyrem dicunt, & appellant, qui ob cul-
tum, & Dei venerationem bis miſſus eſt
vivus, integro, ac generoſo animo in lacum
leonum, ut ab ipſis devoraretur, *cap. 6. n. 16.*
& *cap. 14. num.* 30. & tamen divina virtute
liber evaſit; ſicut Ioannes Evangeliſta Ro-
mæ miſſus eſt in ferventis olei dolium, à quo
Dei gratia illæſus exivit, & tamen ut verus
Martyr ab Eccleſia veneratur, quia ſi Marty-
rium defuit, voluntas non defuit, quod eodem
modo poſſumus dicere de Daniele. Ipſe floruit
anno mundi 3472. ante Chriſtum natum 581.
Salianus. iuxta Salianum *n. 17.*

402. Conveniunt omnes Catholici, quòd Da-
niel Propheta ſit Auctor ſui libri, ut ex-
Cap. 8. preſsè patet ex multis locis *cap. 8. numero* 1.
ait *anno tertio Regis Balthaſar, viſio appa-
Cap. 9. ruit mihi.* Et rurſus cap. 9. numero 2. *Anno
uno Regni eius, ego Daniel intellexi in li-
bris numerum annorum.* Nec obſtat id, quod
Porphyr. obiicit Porphyrius, qui poſt Anabaptiſtas,
negat hunc librum eſſe à Daniele Prophe-
ta Sancto, ſed ab alio eius nominis: nam
Ezech. 14. Ezechiel. 14. numero 14. *Quod ſi fuerint tres
viri iſti, Noë, Daniel, & Iob, ipſi iuſtitia ſua
liberabunt animas ſuas, filios autem, & filias
ſuas non liberabunt.* Atqui Daniel Propheta
fuit Virgo, & Eunuchus, & non habuit filios;
ergo alius eſt diverſus ab iſto. Facilè reſpon-
detur: *Non liberabunt filios; & filias*, eſto eos
habuiſſent.

403. Difficultas tamen eſt de hiſtoria Belis *c.* 14.
Euſeb. Nam Euſebius, & Apollinarius iunior vo-
Apollinar. lunt eſſe partem cujuſdam hiſtoriæ, ſeu Pro-
phetiæ, quam de alio quodam Sacerdote
filio Abda, Abacuc filius Iuda, de Tribu
Levi deſumpſerat. Quod confirmatur ex ti-
Septuag. tulo in hiſtoria Belis apud Septuaginta, qui
ita habet, *Prophetia Abacchum filij Iuda, & de
Tribu Levi.* Et poſt libri titulum hiſtoria ſic
incipit: *Homo quidam fuit Sacerdos, nomine
Daniel, filius Abda, conviva Regis Babylonis.*
Atqui Daniel Propheta, nec fuit filius Abda,
nec Sacerdos; ergo Auctor, ſeu Scriptor illius
hiſtoriæ eſt alius.

Reſpondetur. Primò, quòd ille titulus in no- 404.
ſtris Bibliis non habetur, & licet admittantur
verba Septuaginta, optimè congruunt omnia
Danieli: nam dicere poſſumus Patrem Danielis
duo nomina habuiſſe pro more multorum He-
bræorum. Deinde non obſtat, quod Daniel di-
catur Sacerdos, quia ipſe princeps fuit in aula
Regis, & invenimus multoties in Scriptura,
aulicos, & principes Sacerdotes vocari. 2. Re- 2. Reg. 8.
gum 8. n. 18. *Filij David Sacerdotes erant*, cum
tamen eſſent ex Tribu Iuda; dicebantur tamen
Sacerdotes, non quia ſacra cõficerent, ſed quia
principes, ac præcipui in aula erant 2. *Reg.* 20. 2. Reg. 20.
n. 26. dicitur: *Ira autem Iairites erat Sacerdos
David.* Chaldæus vertit erat princeps.

Baruch.

De Baruch, eius librum cum epiſtola Ie- 405.
remiæ *cap.* 6. negant eſſe Canonicum Calvi- Calvinus.
nus, Kemnitius, & alij novatores, & etiam
Catholici, Driedo *lib. 1. de ſcriptur. cap. vlti-* Driedo.
mo, videntur in hanc ſententiam inclinare
Lyranus, & Carthuſianus. Probant primò, Lyran.
quia D. Hieron. *in Prologo Galeato.* D. Gregor. Carthag.
Nazianz. *in Carm.* D. Damaſcen. *lib. 4. de fi-* D. Hieron.
de, cap. 18. Recenſentes libros Canonicos. Ba- Damaſcen.
ruch omittunt. Secundò, quia non habetur
in Canone Hebræorum. Tertiò, Hebraicè
non invenitur ſcriptus, ut teſtatur D. Hiero- D. Hieron.
nym. phraſis ipſa Græca eſt. Quartò, quia
cap. 6. num. 2. dicitur: *Eritis ibi ſeptem gene-* Baruch. 6.
rationes, hoc eſt, ut communiter locus in-
terpretatur Septuaginta annis iuxta vatici-
nium Ieremiæ *cap. 25 num.* 11. valdè alienum Ierem 25.
eſt à phraſi Hebræa, ut generationis nomen
pro decem annis ſumatur.

Dicendum eſt librum Baruch, & epiſto- 406.
lam Ieremiæ, quæ huius eſt libri pars, eſſe
Canonicum. Et talis à Conciliis, ac ſanctis
Patribus recipitur, ac veneratur: à Laodice-
no Concilio *Canon.* 60. iuxta tranſlationem
Herveti, & à Florentino, Tridentino *ſeſſ.* 4. Trident.
Patres communiter, D. Cyprian. D. Hilar. Hervet.
D. Cyrill. Alexandr. Gregor. Nazianz. & D. Cyprian
Nyſſenus, D. Ambroſ. & alij multi, quos ci- D. Hilar.
tat, & maximè laudat Bellarm. *lib. 1. de Ver-* D. Cyrill.
bo Dei, cap. 8. D. Athanaſ. diſertis verbis D. Nazian.
Baruch inter Canonicos reponendum probat Bellarm.
Grethſerus *lib. 1. defenſ. cap.* 8. §. *quarto reſpon-* D. Athanaſ.
deo, Videndus eſt Coccius *tom. 2. Theſauri Ca-* Gretſerus.
tholici, lib. 6. art. 11. Coccius.

Nec argumenta oppoſita vim aliquam ha- 407.
bent. Patres recenſentes libros Canonicos,
Baruch omittunt, quia eum ſub nomine Ie-
remiæ comprehendunt; & ſæpè Patres re-
ferentes teſtimonia ex Baruch, ea Ieremiæ
nomine allegant, ut videre eſt in multis
locis adductis, ac allegatis à Cano *lib. 2.* Cano.
de locis cap. 11 *ad primum.* Ad ſecundum
argumentum dicimus, multos libros eſſe in
Canone Chriſtianorum, qui non fuerunt
in Canone Hebræorum, ut ſunt libri *Ma-* Hebraicus.
chabæorum, Tobiæ, Iudith, Eccleſiaſtici, Sa-
pientia. Baruch autem, ut teſtatur D. Hie- D. Hieron.
ronymus in *Prologo in Ieremiam*, liber autem
Baruch Hebraicè ſcriptus, licet originale
interciderit, & eius phraſis methodum, ac
modum loquendi Hebraicè redolet. Ad ter-
tium dicimus, quòd ſi aliquid probat, pro-
bat etiam, quòd liber nec Græcè fuerit ſcri-

ptus, quia tam apud Hebræos, quàm Græcos, generatio non ſumitur pro ſpatio decem annorum; dicimus, quòd generationis nomine intelligitur longum temporis ſpatium, ut ex multis probant Villalpandus *tom. 3. in 1. de urbe lib. 3. cap. 1.* Fr. Anton. à Matre Dei *in Iſagoge Prœludio 1. dub. 12 n. 254.* (Villalp. and. Fr. Anton.)

408. (Ioſeph. Ierem. 32.) Baruch fuit vir nobilis, ac nobiliſſimæ familiæ, ut teſtatur Joſephus *lib. 10. Antiq. cap. 11.* Fuit ſocius, ac Amanuenſis Jeremiæ, ut patet ex *Ierem. 32. num. 12. & 13.* ex quo omnes Patres colligunt Sapientiam, virtutem, patientiam, ac probitatem Baruch. Fuit etiam Propheta, utpote Auctor ſui libri, ut ſtatim dicam. Floruit ad annum mundi 3430. ante Chriſtum natum 623.

409. (Baruch.) Graves Patres tenent Baruch non eſſe Auctorem libri, ſed tantùm Scriptorem, qui ſcripſit ea, quæ Jeremias dictavit. Et probant, quia alij Prophetæ incipiunt *viſio Iſaiæ*, aut alio modo, *verba Ieremiæ.* At aliter Baruch, *Et hæc verba libri, quæ ſcripſit Baruch*, ergo ipſe non eſt Auctor libri, ſed tantùm Scriptor. Tamen quòd ipſe ſit Auctor libri docent Divus Athanaſius *quæſt. 36. ad Antioch.* & etiam in Concilio Epheſino, (D. Athan.) D. Hieronym. D. Cyrillus Alexandrinus, & (D. Hieron.) alij plures, & hoc indicat Titulus appoſitus (D. Cyrill.) in Biblia, *Liber Baruch*: quo nomine inter libros Canonicos recenſetur à Concilio Tridentino, & Florentino, quòd autem ita (Trident.) inceperit, *Hæc verba, quæ ſcripſit Baruch*, Optimè Euſebius Nieremberg hoc refert ad humilitatem Baruch, qui noluit dice- (Nierember.) re ſibi viſionem factam; & ideò non ait, à quo illa ſcripta acceperit, ſicut exprimit de epiſtola Miſſa à Jeremia, quæ refertur toto *cap. 6.* unde omnia ibi contenta ſunt ex Ieremia. (Baruch 6.)

Quæstio XXIII.

Quiſnam Auctor Prophetarum minorum ſit?

SUMMARIUM.

410 *Magna auctoritas Prophetarum minorum.*

411 *Dicuntur minores in brevitate ſcribendi, cùm ſint æquales in magnitudine revelationum.*

412 *Omnes ab antiquis repoſiti ſunt in uno volumine.*

413 *Catalogus duodecim Prophetarum Minorum, notatis aliquibus circa unumquemque in particulari.*

414 *An hi prophetæ Minores aliquid ampliùs ſcripſerint, præter ſuas prophetias.*

415 *De tempore, ac ordine, quo ſcripſerunt.*

410. Circa præclaram auctoritatem Prophetarum Minorum duo maximè notanda ſunt. Tanta eſt eorum auctoritas, ut nullum viderim, aut legerim Scriptorem, etiam ex Hæreticis, qui eorum Canonicam auctoritatem deneget, vel etiam qui eorum libros aliis Auctoribus adſcribat, niſi tantum ipſiſmet Prophetis, prout ſua præfixa nomina habentur in Biblia.

Dicuntur Minores duodecim Prophetæ, 411.
minores per reſpectum ad quatuor; & hi dicuntur minores ob ſermonis brevitatem, & quia pauciora, ac strictiùs ſcripſerunt; non tamen minores in gravitate ſententiarum, excellentia myſteriorum, ac magnitudine revelationum; ut notarunt D. Augu- (D. Auguſt.) ſtinus *lib. 18. de Civitate Dei, cap. 19.* Ruffi- (Ruffin.) nus *Præfatione in Oſeam.* D. Cyrillus Allexan- (D. Cyrill.) drinus, Theodoretus, Rupertus *in Præfatione* (Theodoret.) *ad ipſos*: ex quo ait D. Hieronymus *Proœmio* (Rupert.) *in epiſtol. ad Philem. Si brevitas habetur con-* (D. Hieron.) *temptui: contemnatur Abdias, Nahum, Sophonias, & alij duodecim Prophetæ, in quibus tam mira, & grandia ſunt, quæ feruntur, ut neſcias utrùm brevitatem ſermonum in illis demirari debeas, an magnitudinem ſenſuum.*

Et quamvis unuſquiſque ex his duodecim 412.
Prophetis ſingillatim, ac ſeparatim ſua vaticinia ſcripſerint; tamen antiqui Hebræi Auctore Eſdra ſub Artaxerxe Longimano, ut refert Genebrardus *in ſua Chronologia ini-* (Genebrard.) *tio ſuæ ætatis*, duodecim Prophetarum vaticinia in uno volumine comprehenderunt, quos ſequutus eſt Jeſus Siracides *Eccleſ. 49.* (Eccleſ. 49.) *num. 12.* dum omnes duodecim Prophetas ſub uno commendat elogio dicens: *Duodecim Prophetarum oſſa pullulant de loco ſuo.* (Ianſen.) Quamvis mortui, ut explicant Janſenius, & alij Commentatores, eorum oſſa, ſeu oſſicula pullulant, & clamant adventum Chriſti Jeſu veri Meſſiæ, ac filij Dei, clamant, & prædicant eorum eximiam virtutem, ac ſanctitatem, qua meruerunt à Deo, tot, & tantis revelationibus illuſtrari, ut ait D. Dorotheus in vita Prophetarum.

Primus *Oſeas*, Iſaiæ coævus, cuius illa 413.
magna eſt laus, quòd ipſe ante Iſaiam, ac alios Prophetas, vaticinatus eſt, ſuaque vaticinia ſcriptis dedit. Sic ipſe ait cap. 1. num. 2. (Oſee. 1.) *Principium loquendi Domino in Oſee*; id eſt, Dominus primo ante alios Prophetas, locutus eſt ipſi Oſee. Ita explicant D. Hieron. Rupert. (D. Hieron.) Haymo, Vatabl. Albert. Magn. Cardinalis Hu- (Rupert.) go, D. Baſilius, & Ruffin, *in cap. 1. Iſaiæ.* Oſeas (Aymon.) ex radice Hebræa, ut notant Interpretes, idem (Vatabl.) eſt, ac *Salvator.* Ipſum inter Sanctos adſcribit (Albert.) Martyrol Rom. die 4. Iulij. Floruit anno mun- (Martyrol.) di 3227. ante Chriſtum natum 826.

Secundus *Ioel*, qui prophetavit tempore Oſee, & ex radice Hebraica, ut notat Sanchez, (Sanchez.) Idem eſt, ac *latitudo Dei*, ſeu *Deus aperiens*, quia *cap. 3.* prophetat ſecundum Chriſti in Valle Ioſaphat adventum in ultima die judicij proferens ſententiam damnationis in reprobos, & electionis ad gloriam in bonos; & eum inter Sanctos numerat Martyrol. Roman. die 13. (Martyrol.) Julij. Floruit cum Oſea anno mundi 3227. ante Chriſtum 826.

Tertius *Amos*, id eſt oneratus, de cuius Martyrio facit mentionem Martyrol. Rom. (Roman.) die 31. Martij, de quo teſtantur D. Iſidorus (D. Iſidor.) *lib. de vita, & obitu Sanctorum, cap. 43.* D. Epi- (D. Epiph.) phanius *lib. de vita, & interitu Prophetarum, cap. 12.* Divus Dorotheus *in Synopſi, cap. 2.* (D. Doroth.) & Divus Cyrillus *in Præfatione* ſub Amaſia (D. Cyril.) Rege contritos eſſe Prophetæ dentes, *augeret*,

apud

tes, & tam edentulus Dei laudes prædicabat Cœpit vaticinare anno mundi 3248. ante Chriſtum 805.

D Iſidot. Manytol.

Quattus *Abdias*, quem Divus Dorothæus, D. Epiphan. citati dicunt fuiſſe diſcipulum Eliæ. Uno tantum capite ſuum vaticinium comprehendit, quocirca de eo ait Divus Iſidorus libro Allegoric. ſacræ Scripturæ *Abdias, id eſt ſervus Domini, inter omnes prophetas brevior numero verborum, ſed gratia myſteriorum æqualis.* De eo facit mentionem Martytol. Romanum die 14. Iunij, & 19. Novembris Floruit anno mundi 3555. ante Chriſtum 798.

Matth. 12. D. Auguſt.

Quintus *Ionas*, cuius hæc eſt præclara excellentia, quòd inter omnes Prophetas ipſe ſingulariter fuerit figura, ac umbra Chriſti Domini ex ore eius dicentis: *Sicut fuit Ionas in ventre Cæti, tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus*, Matth. 12. num. 40. unde ait Divus Auguſtinus lib. 18. de Civitate Dei, cap. 30 *Ionas non tantùm ſermone, quàm ſua quadam paſſione prophetavit, profectò apertiùs, quàm ſi eius mortem, & reſurrectionem voce clamaret.* De quo multa dixi *tom. 3. cap. 24. quæſtione* 12. 13. 14. Inter Sanctos inſcribitur à Martyrologio Romano die 13. Iulij. Eius hiſtoria, ac prædicatio refertur ad annum 5512. ante Chriſtum 841.

Martyrol. D. Epiphan.

Sextus *Michæas*, cuius Martyrium teſtatur Martyrolog. Roman. die 15. Ianuarij, in quo ita legitur: *In Iudæa Sanctorum Habacuc, & Michææ prophetarum, quorum corpora ſub Theodoſio ſeniore divina revelatione.* Quod etiam habet Menologium Græcorum; de qua revelatione faciunt mentionem Sozomenus Caſſiodorus, & alij relati à Baronio in notis ad Martyrolog. Divus Epiphanius *de vita Prophetarum*, quòd cùm Michæas argueret Regem Achab de ſua idololatria à filio eius Iotam ex alto loco præcipitatus, occubuit. Theophilus inquit, quòd gladio occiſus, anno mundi 3290. ante Chriſtum 767. Salian *n.* 5.

D Epiph. Martyrol. Ioſeph. D. Epiph. D. Doroth.

Septimus *Nahum*, cuius nomen, teſte Divo Hieronymo interpretatur *Conſolator*, dat conſolationem populo de captivitate in Aſſyriis. De eo ſcribit Martyrol. Roman. 1. die Uecembris: *Nahum Propheta in Begabar quieſcentis*, quæ reputatur patria ſua. De eo multa ſcribunt Ioſeph. *de Antiquitate lib.* 9. *cap.* 11. D. Epiphanius *de vita Prophet. cap.* 17. D. Hieronym. *Proœmio in Nahum*. D. Doroth. *in Synopſi*, circa annum mundi 3315. ante Chriſtum 738. Salian. *n* 19. & 50.

D. Hieron.

Octavus eſt *Habacuc*, cuius nomen ex radice Hebraica, idem eſt ac *luctator*, ſeu *amplexator*; de quo pro magna eius laude ait Divus Hieronymus in Prologo Galeato. *Habacuc luctator fortis, & rigidus, ſuper cuſtodiam ſuam, & figit gradum ſuper munitionem ſuam, ut Chriſtum in cruce contempletur: operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra: Splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius; ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* Et quamvis aliqui dicant, quòd eſt ille, qui detulit panes ad Danialem in lacum, alius tamen eſt diverſus ab eo, licèt eiuſdem nominis, ut tenent Genebrardus in *Chronolog.* Ribeira, Sanchez, Cornelius *in Proœmio in Habacuc*; de eius glorioſa morte facit mentionem Martyrolog. Roman. ſimul cum Michæa Propheta die 15. Ianuarij, ut dixi ſuprà Menolog. Græcorum eos dividit. Habacuc celebrat die 2. Novembris; Michæam die 24. Ianuatij. Floruit anno mundi 3327. ante Chriſtum 757.

Genebrard. Ribeira. Sanchez, Cornelius. Martyrol.

D. Hieron.

Nonus *Sophonias*, de quo ait Divus Hieronymus in Prologo. *Nomen Sophoniæ alij ſpeculum, alij arcanum Domini tranſtulerunt. Sive ſpecula igitur, ſive abſconditum Domini interpretetur, utrumque Prophetæ convenit*, Ipſe ergo Propheta, qui erat in ſpecula, & in ſublimibus conſtitutus non erat Domini myſteria. De eo multa ſcribunt D. Epiphanius D. Dorothæus, Divus Iſidorus *in vita Sophoniæ.* Prophetauit tempore Hieremiæ; deſtruxit excelſa, & idola; Ieruſalem reduxit ad adorationem, & cultum veri Dei, eumque Sanctorum Catalogo aſcribit Martyrolog. Roman. die 3. Decembris, & eodem die habetur in Menologio Græcorum anno mundi 3395. ante Chriſtum 659. Salianus *num.* 4.

D Epiph. D. Doroth. D. Iſidot. Martyrol.

Decimus eſt *Aggæus*, de quo ſic ſcribit Divus Hieronymus ad Paulinum. *Aggæus feſtivus, & lætus, qui ſeminavit in lacrymis, ut in gaudio meteret, deſtructum templum ædificat, Deum Patrem induceit loquentem, adhuc modicum, & commovebo cælum, & terram, mare, & aridam, & movebo omnes, & veniet deſideratus cunctis gentibus*; nempe Chriſtus Ieſus verus Meſſias natus ex Maria Virgine, qui ſuo ſacratiſſimo adventu, magnum diem feſtivum dedit, ac intulit univerſo mundo. Inde Angelus Paſtoribus decantavit: *Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis Salvator.* Aggæum Prophetam eum annumerat Martyrologium Romanum inter Sanctos die 4 Iulij. Prophetavit anno mundi 3431. ante Chriſtum natum 519.

Luc. 2. Martyrol.

D. Hieron. D. Epiph. D Doroth. D. Iſidor.

Vndecimus eſt *Zacharias*, & iuxta Divum Hieronymum, Epiphanium, Dorothæum, Iſidorum rectè docetur, quòd Zacharias optimo iure memoria Domini dicitur, quia omnia mirabilia, quæ Deus per Prophetas ſparſim prædixerat, in hoc uno utpote penultimo Prophetarum, tanquam memoriam ſibi fecit, ac recapitulauit, ut notum fiat hominibus, quòd Deus ſibi ipſi memoria eſt ſuorum mirabilium. An verò iſte ſit Zacharias, de quo Chriſtus loquitur *in Evangel.* 23. *Matth. num.* 35. ex multis rationibus pars nagativa eſt probabilior, utpote communior apud Sanctos Patres, ut dixi *tom. 4. cap 4. d. 9. per totum.* De eo facit mentionem Martyrologium Romanum die 6. Septembris. Aggæus, & Zacharias cœperunt prophetare anno mundi 3431. ante Chriſti nativitatem 519.

Matth. 23. Martyrol.

Duodecimus *Malachias*, & quiſnam eſſet? longa quæſtio. Origenes exiſtimat eſſe Angelum corpore humano, quod apertè refutat Divus Hieronymus. Alij dixerunt eſſe Eſdram, quod ex computatione temporum claræ reijciunt Commentatores. Fuit ergo quædam perſona humana, & ultimus Propheta-

D.Epiphan. rum De eo ſic ſcribit Divus Epiphanius libro de vita Prophetarum : *Malachias ab ineunte ætate , dumque iuvenis eſſet , vitam inculpabilem egiſſe fertur , cùmque populus univerſus eum ut virum , non minore Sanctimonia , quam manſuetudine præditum coleret , indiderunt illi nomen* , Malachi , id eſt Angelus : *Erat quippe forma oppido quam præſlanti.* Et ita iuxta ſuum nomen , quod eſt Angelus , frequenter cum Angelis , & de Angelis loquitur *cap.2.num.7.* Sacerdotem vocat Angelum. Et *cap.* 3. Chriſtum , & Baptiſtam Angelos dicit : *Ecce ego mitto Angelum meum* : ſcilicet Baptiſtam ; *Et ſtatim veniet ad templum ſuum Dominator , quem vos quæritis , & Angelus teſtamenti* , ſcilicet novi , qui eſt Chriſtus Dominus. De Malachia Propheta legitur in Martyrologio Romano die 14. Januarij Floruit circa annum mundi 3573. ſeptimo anno Artaxerxis ante Chriſtum 489.

414. Inquires tamen , an hi Prophetæ , præter ſuas Prophetias , quas habemus in Biblia , aliquid ampliùs prophetaverint ? nam in multis Pſalmis legimus præfixos hos titulos , Aggæi , & Zachariæ , ut in Pſalmo 137. 145. 147. & 148. & in Pſalm. 145. inſcriptum legitur *Allelnia Aggæi , & Zachariæ.* Ad hanc difficultatem jam reſpondi ſuprà *quæſt.* 15. *num.* 425. quòd nempe David illos Pſalmos compoſuit , prævidens ſpiritu prophetico, quod illi Pſalmi ab illis Prophetis pro reditu à captivitate erant decantandi , ut dixi citato loco.

Pſalm.137. Pſalm.145.

415. Quæres ſecundò. Quo tempore , & ordinee ſcripſerunt ? Maximè à me veneratur ordo appoſitus in Biblia. Quod etiam patet ex eorum annis prænotatis juxta computum Saliani , quem ſecutus ſum. Solùm Jonas præcedit tempore Abdiam ferè quadraginta annis ; quia in principio omnium Prophetarum ponitur Oſeas ; incipit enim ipſe *principium loquendi Domino in Oſee.* Et Joël , Abdiaſve fuerunt contenporanei cum ipſo Oſea , ut teſtatur D. Hieronymus *in cap.* 1. *Oſee.* Et ideo fortè , quia contemporanei ſimul appoſiti ſunt Septuaginta in Codice Vaticano. 1. Oſeas. 2. Amos. 3. Michæas. 4. Joël. 5. Abdias. 6. Jonas. 7. Nahun. 8. Abacuc. 9. Sophonias. 10. Aggæus. 11. Zacharias. 12. Malachias.

Salian. D.Hieron. Septuag.

QUÆSTIO XXIV.

Quis eſt Auctor librorum Machabæorum.

SUMMARIUM

416 *Iſti libri duo , contra Hæreticos , tenendum eſt eſſe Canonicos.*
417 *Horum librorum octo Auctores aſſignantur.*
418 *Vera ſententia de Auctore primi libri.*
419 *Secundus liber eſt epitome ex libris Iaſonis Cyrinæi.*
420 *Valdè difficile cognoſcere eius collectorem.*
421 *Videtur quod fuerit Iudas Eſſenus.*
422 *Hebraicè ſcripti ſunt libri.*
423 *De tempore hujus hiſtoriæ, ac nomine Machabæorum.*

HOs libros non eſſe Canonicos tenent Hæretici, Lutherus, Anabaptiſtæ , prout familiare eſt , illis libris quibus ſua dogmata convelluntur divinam auctoritatem denegare. Tamen certum de fide eſt hos duos libros eſſe Canonicos. Ita definitum eſt in 3. Concil. Carthag. *Can.*4. Trident. *ſeſſ.*4. Innocent. I. *epiſt.* 3. *ad Exuperium.* Gelaſius I *in Decreto de libris Canonicis.* Et quamvis hi duo libri non fuerint in Antiquo Hebræorum Canone compoſito ab Eſdra ; cum hæc hiſtoria Machabæorũ poſt ipſum Eſdram contigerit , poſiti ſunt in alio Canone Hæbræorum, ut colligitur ex Joſeph in calce libri , quem de Machabæis ſcripſit, & tenent Genebrardus *lib.* 2. *Chronologia ad annum.* 3860 *num.* 10. videndus eſt Bellarm. *lib. de Verbo Dei, cap.* 5. Sixtus Senenſ. *lib.*8. *Biblioth.* Serarius *hic in Machab.* 416.

Carthag. Trident. Innocent. Ioſephus Genebrard. Bellarm. Sixtus. Serarius.

Quis Auctor librorum ?

Quæſtio longa, & ſatis difficilis, itaut à diverſis Auctoribus octo Scriptores horum librorum referantur, ſcilicet Joſephus Flavius, Philo Alex. Joannes Hircanus, Judas Eſſenus, Simon Machabæus ; Jaſon Cyrenenſis, Judas Machabæus, Senatus Jeroſolymitanus : & conveniunt ferè omnes, quòd non utriuſque libri idem eſt Auctor : nam primus liber ſcriptus eſt per modum hiſtoriæ, ſecundus per modum epiſtolæ ad fratres , qui erant diſperſi per Ægyptum. 417.

In tanta rerum varietate probabilius videtur , quòd primus liber Machabæorum fuerit ſcriptus à Joanne Hircano, Simonis filio, quia Sacerdos , & Pontifex, & etiam Propheta, ut ſtatim dicam : nam ut iam dixi, & in confeſſo eſt apud omnes teſte Joſepho *lib.*1. *contra Appionem* , Pontificibus, ac Sacerdotibus cura demandata eſt gentis ſuæ hiſtorias conſcribere , ac pertexere ; in quo officio, ac munere Joannes Hircanus nonpoterat deficere. Quare diligẽter poſt brevem introductionem ; quædam deſcribit capita perſecutionum à geſtis Mathathiæ avi, & accurate Judæ, & Jonathæ, ac parẽtis ſui geſta proſequitur, & in parentis ſui morte terminat hiſtoriã, quia nihil ſibi amplius propoſuerat agere. Hoc autẽ præter ſui officij curã, quæ ei eminebat, optimè potuit præſtare ipſe Joannes Hircanus, quia ipſe majori, quam Pater, & patrus abundavit otio , ut Auctor eſt Joſephus *lib.*3. *c.*18. *in fine* 31 annis cum poteſtate præfuit, & inſuper prophetiæ dono illuſtratus eſt , ut habet ipſemet Joſephus citato *lib.* 13. *cap.* 20. qui ait , *Hircanus moritur anno Imperij* 31 *tribus maximis à Deo habitus dignus honoribus , principatu gentis Iudæorum, & Pontificatu , & Prophetia.* 418.

Ioſephus Ioſephus.

Secundus liber Machabæorum, certum eſt, quòd totus hic liber deſumptus eſt ex ſcriptis magni , ac præclariſſimi viri Jaſonis Cyrinæi ; ut Auctor , ſeu collector iſtius libri , teſtatur 2. *Machab. cap.* 2. *num.* 24. ubi ait : *Itaque à Iaſone Cyræo quinque libris comprehenſa, tentavimus nos, uno volumine breviare.* Et poſtea ſubdit num. 27. *Et nobis quidam ipſis, qui hoc opus breviandi cauſa ſuſcepimus, non facilem* 419.

2.Macha. 2

facilem laborem, imò verò negotium plenum vigiliarum, & ſudoris aſſumpſimus.

420. Honor. Rabban. Summa omnium difficultas eſt, quiſnam horum fuerit collector? Honorins Auguſtod. dicit Philonem. Rabbanus, & Sixtus Senenſis, Senatum Ieroſolymitanum: in quam ſententiam inclinant Sanchez, & Cornelius *in Prologo huius libri* Tamen, ut rectè dicunt Rabbanus *lib. 5. de univerſo, cap.* 4. Dives Iſidorus *lib.* 1. *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, qui dicunt Auctores, ſeu Scriptores horum librorum Machabæorum, nobis ignotos, ſoli Deo cognitos. (Sanchez. Cornelius. D. Iſidor.)

421. Proinde tamen quantum coniecturari poſſimus, dicendum eſt, quòd Auctor huius epiſtolæ; ac conſequenter totius libri ſecūdi Machabæorum, fuit Iudas Eſſenus cum Senſtu Iudæorum, Ita Rupert. *lib.* 10. *de victor. verbi; c.* 15. Serarius, Salianus, Mariana, Ioannes de Lahay *Prologo in Bibliam Max ſect.* 15. *c.* 22. Nam *lib* 2. *c.* 1. *n.* 10. dicitur *Anno centeſimo octogeſimo octavo populus, qui eſt Ieroſolymis, & in Iudæa, Senatuſque, & Iudas Ariſtobulo magiſtro ſalutem, & ſanitatem.* Ex quo meo videri clarè patet, quòd ipſe fuit Auctor epiſtolæ, ac totius libri ſecundi. Deinde iſte Iudas Eſſenus, ut ait Ioſeph. *lib.* 13, *c.* 19. illo tempore ob donum prophetiæ, magnæ apud omnes æſtimationis, ac auctoritatis erat, & poſt annos viginti Antigono Ioannis Hircani filio mortem prædixit, quæ paulo poſt ſecuta eſt. Addnque Ioſephus eius prædictiones nunquam fefelliſſe, ſed re ipſa ſemper eveniſſe. (Rupertus. Serarius. Salianus. Marian. Lahay. Lib. 2. Machab. 1. Ioſephus.)

De idiomate, ac aliis.

422. D. Hieron. De lingua, qua hi libri ſcripti ſunt, quæres. Primus liber ſcriptus eſt Hebraicè, ut teſtatur D. Hier. *in Prologo Galeato.* De poſteriori, non negat Sanctus Doctor Hebraicè conſcriptum; ſed tantùm dicit Græcè reperiri, ſed ſecundum librum Hebraicè fuiſſe conſcriptum, inſinuat Euſeb. *in Chron. ad annum mundi* 4800 ubi ai *Machabæorum hiſtoria Hebræa hic Græcorum ſuppetat regnum: Verùm hi libri inter divinas Scripturas non reperiuntur.* Intellige inter Hebræos. Tamen ratio hoc apertè ſuadet, quomodo eſt credibile, quòd ab Hebræis ad Hebræos Græci ſermonis ignaros, ſcriberetur in lingua ipſis ignota, & non potiùs in lingua materna illis valdè nota. Si autem hic liber Hebraicè conſcriptus non invenitur, hoc factum eſt injuria temporum, ut multi libri perierunt. Illud tamen adverte Græcum Text. quem nunc habemus, non eſſe ex Septuaginta quia iſti Interpretes, longè Machabæorum hiſtoriam præceſſerunt, ferè ad ſpatium centum Septuaginta annorum. Nam Septuaginta floruerunt circa annum mundi 3775. Ut Reſolutione ſequenti dicam de Machabæis ſtatim quoad Tempus.

423. Salian. Quæres tamen quo tempore contigit hæc hiſtoria Machabæorum? Videns Mathathias exterminium, quod fiebat in Ieruſalem, Sancta profanabantur, leges conculcabantur; & magna hominum, ac Virginum cædes fiebat, itaut adimpleretur illud, quod dicitur in Pſalmo: *Effuderunt ſanguinem Sanctoram tuorum per circuitum in Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret.* Fugit Mathatias cum filiis ſuis anno à creatione mundi iuxta Salianum, ac Tornielium 3388. ante Chriſtum 166. Et ipſa hiſtoria Machabæorum in ſecundo libro terminatur cum apparitione Ieremiæ anno mundi 3893. ante Chriſtum 162. apud Salianum eodem anno *num.* 58. (Torniel.)

Circa nomen Machabæi multæ derivationes, ac ſignificationes circumferuntur, ut videre eſt in Euſebio *lib.* 3. *Hiſtor. cap.* 10. Prima ex radice Hebraica, quod idem valet, ac percutere, & occidere, proindéque Machabæus idem eſt ac percuſſor, ac occiſor. Alij aliter derivant, ut idem valeat, *ac quis fortis ſicut ille?* quod maximè convenit Iudæ Machabæo ob ſuam ſingularem generoſitatem, ac fortitudinem, ob quam comparatur, tanquam Leo in Sylva. 424. (Euſeb.)

RESOLUTIO IV.

De variis verſionibus, ac lectionibus ſacræ Scripturæ, ac earum Auctoribus.

QUÆSTIO PRIMA.

De Editione, ſeu tranſlatione ſeptuaginta duorum interpretum.

SUMMARIUM.

425 *Quomodo hæc hiſtoria accidit, & vocati ſunt à Ptolomæo, & n.* 426.
427 *An fuerint in cellulis ſeparatis, & n.* 418. 429. *&* 430.
431 *Agitur de auctoritate D. Hieronymi, & Epiphanij, & n.* 432. 433 *&* 434.
435 *Quos libros tranſtulerant ſeptuaginta; omnes nempe qui ſuo tempore erant in Canone Hebræorum, & n* 436 437. 438 439.
440 *An in hac tranſlatione adeſſet aſſiſtentia Spiritus ſancti, & n.* 441. 442.
443 *In hac tranſlatione aliquid dixerunt addendo, vel diminuendo ex dictamine Spiritus ſancti, & n.* 444.
445 *Reſpondetur ad D. Hieron.*
456 *Tempore antiquo hæc tranſlatio fuit authentica.*
447 *Variæ tranſlationes factæ ſunt; & numero* 448. 449.
450 *Hæc modo ex Vaticano eſt authentica, & num.* 451. 452. 453.

Hiſtoria rei geſtæ.

ANNO à mundo condito 3775. ante Chriſtum 278. iuxta Salianum, ut omittamus aliorum computationes. Ptolomæus (non ille Lagi filius, ut D. Iren. *l.* 3, *c.* 25. & Clem. Alex. *lib.* 1. *Stromat opinati ſunt*) ſed Ptolomæus Philadelphus, eius ſucceſſor, ut affirmant Ariſtæas *tom.* 2. *Biblioth. veter. patrum.* Joſeph *lib.* 12. *Antiq. cap.* 2. Philo *lib.* 2. *de vita Moyſis*, D. Epiphan. *lib.* 2. *de ponderibus & menſuris, n.* 12. Tertullian. *cap.* 18. *in Apologia, cap.* 18. D. Auguſt. *lib.* 18. *de Civit. cap.* 4. D. Athan. *in Synopſi.* Cum ergo ipſe regnaret in 425. (Salianus. D. Iren. Clem. Alex. Ariſtæas. Ioſeph. Philo. D. Epiph. Tertull. D. Auguſt. D. Athan.)

Ægypto, & Alexandriæ ampliſſimam Bibliothecam conſtituiſſet ex magna librorum copia, quos undique congregavit; & cum à Demetrio accepiſſet, quod Judæorum libri in magnum eſſent ſuæ Bibliothecæ ornamentum; tunc Rex illorum deſiderio, miſſis legatis cum ſuis literis ad Eleazarum Pontificem, magno cum beneficio, conceſſa nempe libertate centum viginti millia Iudæorum, qui captivi in Ægypto tenebantur, multis aliis magnificis donariis, poſtulavit Rex ut ex unaquaque Tribu ſex electos viros ſeniores, ac maximè peritos in lingua Græca, ac Hebraica, ei mitterent, ut fideliſſimè ex Hebræo in Græcum libros ſacros tranſcriberent, ac interpretarentur eorum nomina particularia. Refert Ariſtæus *ubi ſuprà*.

426. Annuit Eleazarus Regis votis, & electos ſeptuaginta duos viros doctiſſimos, ſex ex qualibet Tribu, cum & præſtantiſſimis libris ſacræ Scripturæ, eos remiſit in Alexandriam Ægypti Metropolim, ubi Rex eos valdè benignè, ac honorificè excepit; & in Inſula Pharo ſtatuit hoc eſt in arce Alexandrina ſeptem diſtante ſtadiis, ubi ſeptuaginta duorum dierum ſpatio, totam tranſtulerunt Scripturam, Græcis characteribus ſcriptam.

An Cellulæ ſeparatim.

427. Quæſtio præſens eſt, an omnes ſeptuaginta duo in una aula congregati ſcripſerint, an in Cellulis ſeparatis, unuſquiſque in ſua? Tales cellulas ſeparatas negat D. Hieronymus, itaut fabulam dicat hoc, & ita habet Præfatione in Pentateuch *Neſcio quis primus Anctor Septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo extruxerit, quibus diviſi eadem ſcripſerint*. Idem habet *Epiſtol* 104. & *epiſtol*. 107. Ipſum ſequuntur aliqui Recentiores Maſius *Præfat. in Ioſue* Titelman. *in Prologo Apologetico*. Bellarm. *lib*. 2. *De verbo Dei, cap*. 6. Eorum fundamentum unicum eſt, quia nec Ariſtæas, nec Ioſephus de talibus cellulis faciunt mentionem. [D. Hieron.]

428. Tamen oppoſita ſententia affirmat Septuaginta Interpretes in ſingulis cellulis ſeparatim ſuam verſionem abſque mutua collatione, ac collocutione feciſſe, abſolviſſe. Ita teſtatur D. Iuſtinus, qui floruit circa annum Domini 150. Cellas aſſeverat, & earum veſtigia ſe propriis oculis vidiſſe, non longè ab Alexandria, ſeque certiſſimè didiciſſe ab incolis illius loci, ſeque traditione à maioribus ita accepiſſe Verba Sancti Juſtini appono: *Rex pari cum Interpretibus numero domunculas extrui præcepit, ut ſigillatim pro ſe quiſque interpretationem perficeret: illa cura quoque iis, qui operam eis dare juſſi fuerant, ut omnibus quidem modis ipſis inſervirent, à congreſſu autem mutuo illos prohiberent, quo exquiſita interpretibus veritas ex ipſorum etiam conſenſu cognoſci poſſit*. Et ſubdit maximè notandum: *Hæc vobis viri Græci, non ut fabulam, neque ut confictam hiſtoriam renunciamus, ſed ut qui ipſi Alexandriæ fuerimus, & veſtigia domunculorum apud Pharum, adhuc reliqua viderimus, & ab incolis, qui res patrias à majoribus per manus ſibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus*. Quid, maius, ac efficacius, quàm tam apertum teſtimonium à tam graviſſimo, antiquiſſimo Patre, tam ex viſu, quam ex auditu à patritiis, qui per manus res acceperant à ſuis maioribus.

429. [D. Irenæus.] Eandem ſententiam communi ferè conſenſu docent alij Sancti Patres. Irenæus in eadem ferè ætate *lib*. 3. *cap*. 15. idem affirmat, *Ptolomæus metuens, ne fortè conſentientes, eam veritatem, quæ eſſet in Scripturis abſconderent per interpretationem, ſeparans eos ab invicem, juſſit omnes eandem interpretari Scripturam*. [D. Cyrill.] D. Cyrillus Hieroſolymitanus *Cathec*. 4. qui floruit anno 400. ſic ait, *Ne mutuo conſpirarent proſpiciens, in Inſula Pharo ſingulis Interpretibus ſingulas domos diſtribuit, & unicuique ſeparatim omnem Scripturam interpretarentur, mandavit*. Idem ſecuti D. Iuſtin. tenent [D. Auguſt.] D. Auguſtinus *lib*. 2. *de doctrina Chriſtiana, cap*. 15. [D. Hilar.] D. Hilar. *in Pſalm*. 2. [Phylaſtr.] Philatrius *hæreſ*. 4. & ex hoc miraculo cohærentis traditionis, eius auctoritatem colebant [Clem. Alex.] Clemens Alexandrin. *lib*, 1. *de Stromat* D. Iſidor *lib*. 7. *de Divin. Officiis, cap*. 12. & communiter Sancti Patres, ac omnes ſtrè Auctores Catholici. [Ioſephus. Philo.] Ex Iudæis multi. Ioſephus Gorionides *c*. 16. *ſui operis*, Philo *lib*, 2. *de vita Moyſis*, & alij multi, quos Ioannes Morinus in ſuis exercitationibus refert.

430. Singularis in hac re eſt D. Epiphanius *lib. de Menſuris*, & ex ipſo Iuſtinian. *Novellis conſtit. Authen*. 49. *collat*. 10. qui binos Interpretes in ſingulis cellulis ponit, ac proinde triginta ſex cellulas conſtituit. Hæc diſcordia tamen in concordiam facilè revocatur, quia ex ipſo Sancto Doctore Epiphanio facilè colligitur, quòd quælibet cellula erat pariete diviſa in duas, & ita in qualibet huiuſmodi domuncula, erat unuſquiſque: nam addit Sanctus Pater id factum eſſe, ne poſſent congredi, ac combinari inter ſe, ergo quilibet erat in ſua domuncula.

431. Ad auctoritatem D. Hieronymi, magnam eſſe fatemur, tamen maximè præponderare auctoritatem omnium ſtrè Patrum, ac teſtimonium oculatum Sancti Iuſtini: D. autem Hieronymus, forſitan illud accepit ex relatione aliquorum; cùm autem tunc res non eſſet bene explorata. Deinde totum fundamentum Divi Hieronymi fundatur in auctoritate negativa, quia Ariſtæas de tali ſeparatione non facit mentionem; argumentum autem ab auctoritate negativa eſt valdè frivolum: nam multa fuerunt in antiquitate magna celebratione retenta, ac valdè communia, de quibus nec in ſacra Scriptura, nec in aliquibus Auctoribus antiquis fit mentio, ut multis exemplis monſtravi *Opuſculo* 1, *Reſol*. 3. *q*. 14. *n*. 122.

432. Dices Autographum, quod Regi miſit Eleazarus, ut teſtatur Ariſtæas, qui creditus fuit unus ex Septuaginta, in quo Divina lex, aureis literis, Hebraico idiomate conſcripta erat. Ex quo benè infertur, non potuiſſe omnes ſeparatim vertere textum, nam unus tantùm Codex, etſi omnibus iunctis poterat inſervire, non tamen ſi eſſent ab invicem ſeparati

433. Reſpondetur, quòd ut tradit Ariſtæas, prædictum auctographum tenuiſſimis membranis facili, ac ſolubili vinculo colligabatur, ac proinde facilè ipſum diviſum Septuaginta duabus partibus, & inde unicuique pars ſua

unaqua

unaquaque die data; & ita ſinguli partes ſuas vertebant, ut indicat D. Epiphanius, proindéque Septuaginta duobus diebus, Septuaginta duorum tranſlationes abſolutæ ſunt, quæ cum coram Rege, aſtantibus multis ſapientiſſimis Ægyptiis, ac Iudæis, valde peritis linguæ Græcæ, & Hebraicæ, qui tunc Alexandriæ morabantur, legerentur, ac publicarentur, ſummo omnium applauſu, ut fideliſſimæ cum ſuo originali, ac miraculoſo modò confectæ, cùm quælibet tranſlatio ab altera, nec in uno verbo, ac apice diſcreparet, ab omnibus ſummopere veneratæ ſunt. Dicam etiam, Septuaginta benè ſciebant, quòd mittebantur in Ægyptum, ut ſacrum Codicem verterent ex Hebræo in Græcum, proindeque valde veriſimile, quòd unuſquiſque ſuum Codicem aſportavit, ex quo quilibet ſuam tranſlationem confecit.

Quot libros Septuaginta verterint;

435. Prima ſententia tenet Septuaginta ſolùm Pentateuchum tranſtuliſſe. Ita videtur colligi ex Ioſepho *Præfat. ad libros de Antiq. & ex lib.* 12. *cap.* 2. & ex Ariſtæa, & Philone *lib.* 2. *de vita Moyſis*, dicunt enim, Septuaginta ſolos libros legis interpretatos fuiſſe.

Ioſeph. Ariſtæas. Philo.

436. Vera ſententia eſt Septuaginta vertiſſe omnes libros, qui ſuo tempore erant in Canone Antiquo Hebræorum. Ita D. Irenæus *lib.* 3. *c.* 15. Juſtinus *in Dialogo cum Tryphone*, Clemens Alexandr *lib* 1. *ſtromat.* Euſebius *de Præparat. lib* 8. *cap.* 1. Chryſoſtom. *homil.* 4. *in Geneſ. &* alij aſſerentes ab Eleazaro non ſolùm miſſos fuiſſe libros Moyſis, ſed etiam univerſa volumina veteris teſtamenti; imò in multis ferè totam lectionem Septuaginta paucis exceptis retinuit D. Hieronymus, ut infrà dicam, *q.* 10. *num.* 21. & in Biblia Fortunati lectionem Septuaginta invenies in libris Tobiæ, & Iudith, quia in ſexta Synodo Hebræorum in Canone repoſita ſunt, ut teſtatur Genebrard. *anno* 3.6. *num.* 10. ut ſuprà dixi.

D. Irenæus. D. Iuſtin. Clem Alex Euſebius. Chryſoſt.

437. Probatur hæc ſententia; primò Ptolomæus librorum affectiſſimus, Bibliothecam ſuam ditare voluit, omnibus Codicibus, quos alicubi cognoverat haberi, & inde à Iudæis poſtulavit, ut non ſolùm Pentateuchum ad ſe mitterent, ſed etiam omnes libros ſacros, aliàs non fuiſſet ſatisfactum Regis deſiderio, ac poſtulationi, ſi ſciret omnes libros ad ſe non mitti; ergo dicendum, quòd omnes libri fuerunt miſſi, & omnes tranſlati à Septuaginta. Secundò, quoniam Chriſtus Dominus, & Apoſtoli in citandis Prophetarum verbis, ſæpe utuntur Græca verſione, ipſorum autem tempore, non erat alia Græca verſio præter Septuaginta.

Apoſtoli.

438. Tertiò, quia Rex vehementiſſimè affectabat ex omnibus mundi partibus omnes libros ad ſe adducere ad amplificandam magnitudinem ſuæ Bibliothecæ, in qua jam ultra viginti librorum erant myriades, id eſt ducenta millia; & præcipuè cum Demetrius hujus Bibliothecæ Præpoſitus, eo tempore, ut Ariſtæas inquit, intenderet, ut librorum numerus quinquaginta myriades, id eſt quingentena millia librorum adimpleret; ergo ſine dubio omnes miſſi ſunt, & tranſlati.

Quartò probatur, quia hæc tranſlatio facta à Septuaginta, ut miraculoſa habetur, & veneratur ab omnibus, non ſolùm in ſumma eorum cohærentia, ac uniformitate, cùm nec in uno verbo unus ab altero diſcreparet, ut notant citati Patres, & Auctores, Ariſtæas, D. Iuſtin. Irenæus, Cyrill. Ieroſolym. Auguſt. Philo Hebræus, Ioſephus, & alij; ſed etiam in hoc maximè miraculoſa, quòd in Septuaginta duorum dierum ſpatio ſuam tranſlationem abſolverint, quod non erat mirum, ſi ſolùm quinque libros Moyſis tranſtuliſſent, ac vertiſſent. 439.

Ariſtæas D. Iuſtin. D. Irenæ. D. Cyrill. D. Auguſt. Philo.

An in hac Septuaginta tranſlatione adfuiſſet Spiritus ſancti aſſiſtentia?

Certum eſt hanc verſionem factam fuiſſe à Septuaginta per peculiarem aſſiſtentiam Spiritus ſancti influente ſuo magno, ac ſingulariſſimo dono, quod dicitur interpretatio ſermonis, quod eſt Prophetiæ donum ut docet D. Thomas 2.2. *quæſt.* 17. *art.* 2 *ad* 4. Et inde Septuaginta Prophetæ dicuntur, & eos prophetaſſe dicit D. Auguſtinus *lib.* 4 *de Doctrina Chriſtiana. c.* 7. ait: *Septuaginta interpretes divino Spiritu interpretati ſunt, & lib.* 18. *de Civit. c.* 43. ait: *Spiritus, qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipſe erat in Septuaginta viris, quando illa interpretati ſunt.* Quòd etiam jam antea dixerat Philo Hebræus *lib.* 1. *de vita Moyſi*, & ait: *Tanquam numine correpti prophetabant.* Unde infert non tam interpretes, ſed potius Prophetas vocandos, & in hoc conveniunt omnes Patres, D. Iuſtin. Irenæus, Chryſoſt. *locis citatis.* 440.

D. Thom. D. Thom. D. Auguſt. Philo. D. Iuſtin. D. Irenæus. D. Chryſ.

Hoc autem donum interpretationis conſiſtit in ſingulari quodam auxilio Spiritus ſancti ad transferendum ad unguem ex una lingua in aliam; ita ut Interpres à dictantis mente non recedat, ſed id verbis ſuis exprimat; quod auctor intendebat, ut docet Suar. 3. *part. quæſt.* 7. *art.* 8. *ſect.* 2. §. *hoc conſtat*: & quia verba Hebræa, & maximè ſacræ ſcripturæ ſub eadem voce multiplices ſenſus continent, in hoc maximè virtus Spiritus ſancti reſplenduit ut illum ſenſum ſeptuaginta deſignarent, qui principaliter erat à Deo intentus. 441.

Suar.

Probatur. Quia tanta cohærentia, ac uniformitas in ſeptuaginta duobus hominibus, cùm exiſterent in cellulis ſeparatis, abſque ullo commercio locutionis inter ſe, fieri non potuit, niſi peculiari manu Dei: & eſto concedamus, quòd omnes in componenda verſione, ſimul eſſent, tamen quòd tot homines ſapientia, doctrina, ac eruditione pleni, mutuo conſenſu, in unam ſententiam, in unum loquendi modum, in unam verborum ſeriem, abſque ulla diſcrepantia in minimo conſpiraverint, id ſine ſpeciali Dei directione moraliter fieri non poterat; nam ubi eſt multitudo maximè ſapientum, ibi eſt multa varietas ſententiarum, tam quoad ſubſtantiam, quam quoad modum, ac diſpoſitionem rerum, multumque tempus diſputationibus, ac altercationibus conteritur; proindeque tam breviſſimo tempore, Septuaginta duorum dierum ſpatio, quo tot librorum verſionem perfecerunt, non poterant eam abſolvere ſine Dei aſſiſtente auxilio. 442.

An tranſtulerint aliquid addendo vel ſubtrahendo;

443. Dicendum eſt Interpretes ſeptuaginta, quamvis optimo modo ſacros codices Hebræos Græcè verterint, non tamen eos reddiderunt de verbo ad verbum, ſed aliqua addiderunt, mutauerunt, abſtulerunt, prout Spiritus ſanctus eos dirigebat. Prima pats patet; quia ab auctoris mente nunquam receſſerunt, ut patet ex ſumma eorum Conformitate, ex qua manifeſte colligitur perpetua in eis ſpiri-
D.Hieron. tur ſancti aſſiſtentia, ut eſt dictum. Quod autem de verbo ad verbum non reddiderint, patet ex his, quæ docet D. Hieron. *Præfat. in Chronic.* Euſeb. *Difficile eſt*, ait, *alienas linguas inſequentem non alicubi excedere, ut quæ in aliena lingua bene dicta ſunt, eundem decorem in tranſlatione ſervent.* Et paràm pòſt idem confirmat Et non ſolùm ratione, ſed etiam experientia hoc deprehenditur, ut notant
D.Ambroſ. D. Ambroſius *lib.* 3. *Hexamer. cap.* 2. Philaſt.
Philaſt. *Part.* 3. *hereſ.*87.

444. Quòd verò aliqua addiderint, vel ſubtra-
D.Hieron. xerint, docet expreſsè D. Hieron. *Epiſtol. ad Domnionem, & Rogatianum.* Quòd etiam ex
Salmeiron. multis tradunt D. Auguſt. citandus, Salmeiron, *Prolog.* 3. quòd ex alto dictamine Spiritus ſancti factum eſt, ut patet ex mutua cohærentia, ut addendo aliquid magis explicarent, & ſubtrahendo magna myſteria abſconderent Ethnicis, qui ſine lumine fidei illa aſpotiare non poterant. Rem ſapientiſſimè de ſuo mo-
D.Auguſt. re explicat D. Auguſtin. *lib.*18. *de Civit. Dei, cap.*43. & ait: *Sicut oportet nihil aliud intueamur in ſcripturis, niſi quòd per homines dixerit Dei ſpiritus, quod quid eſt Hebraicis Codicibus, & non eſt apud Septuaginta interpretes, noluit hoc per iſtos, ſed per illos prophetas Dei ſpiritus dicere. Quidquid verò eſt apud Septuaginta, in Hebræis autem Codicibus non eſt, per iſtas maluit, quàm per illos idem ſpiritus Dei dicere, ſic oſtendimus utroſque fuiſſe prophetas; iſto enim modo iſta per Iſaiam, illa per Ieremiam, alia, atque alia per alium, atque alium prophetam, vel aliter per hunc, ac per alium dixit, ut voluit. Quidquid porrò apud utroſque dicere voluit, unus atque idem ſpiritus, ſed itant illi præcederent prophetando, illi ſequerentur prophetice illas interpretando; quia ſicut in illis vera concordia dicentibus, unus pacis ſpiritus fuit, ſic in iſtis non ſecum conferentibus, & tamen tanquam uno ore cuncta interpretantibus idem ſpiritus unus apparuit.*

445.
D. Hieron. Dices contra hanc ſententiam tot ſanctorum Patrum, quòd D. Hieron. *Præfat. in Pentat.* negat Sptuaginta Vates fuiſſe, ſed eos duntaxat dicit interpretes. Et priori præfatione in Iob, eos in pleriſque errasse indicat; & variis in locis eorum verſiones reprehendit.

446. Reſpondeo quòd D-Hieronymus illa dixit, cùm apud ſe non haberet legitimam, & correctam verſionem, ſed laceratos Codices, at verò poſtquàm expurgatam à vitiis Græcorum, ac Latinorum vidit, eam magnopere veneratur, & ſententiam priſtinam retracta-
D.Hieron. vit, ut patet *Præfat.* 2. *in Paralip. ubi talia* vitia notans, ait: *Nec Septuaginta interpretibus, qui Spiritu ſancto pleni, ea, quæ vera fuerunt, tranſtulerant. Sed ſcriptorum culpæ adſcribendum, dum de emendatis inemendata ſcripſerunt, & ſæpè tria nomina ſubſtractis è media ſyllabis in unum vocabulum cogunt, vel è regione unum nomen propter nimiam latitudinem ſuam in duo, vel tria vocabula, &c.* Et idem ſanctus Doctor ferè ſimilia habet in *Præfatione in Eſdram*; ſic ait: *Si Septuaginta interpretum pura, ut ab ipſis in Græcum verſa eſt, editio permaneret, ſuperſluè me impelleres, ut Hebraica volumina latiore ſermone transferrem.*

Quæ fides, & autoritas huic Tranſlationi deferenda ſit?

Certum eſt, quòd tempore illo antiquo, 447.
ſcilicet uſque ad tempora Apoſtolorum, & deinceps quo ad uſque ſuam puritatem retinuit Tranſlatio Septuaginta Canonica, & authentica fuit, ſive ex tacito, ſive expreſſo conſenſu Eccleſiæ, nam Apoſtoli, & Evangeliſtæ adducente teſtimonia veteris Teſtamenti, ea adducunt ac allegant juxta lectionem ſeptuaginta; ergo ſacri Apoſtoli, ac Evangeliſtæ eam ut Canonicam, ac legitimam ap- D.Auguſt.
probant. Et ita ait D. Auguſtinus lib. 18. de Civit. Dei, cap.44. *Ega pro modulo meo veſtigia ſequens Apoſtolorum, quia ipſi ex utriſque, ideſt ex Hebrais, & ex ſeptuaginta teſtimonia prophetica poſuerunt: utraque auctoritate utendum putavi, quoniam utraque una, & divina eſt.* Nota ultima verba, *utraque una, & divina eſt*, ergo utraque authentica. Idem docent Euſebius *lib.* 6. *Hiſtoria. cap.* 23 & D. Hiero- Euſebius.
nymus allegatus ſuperiori, *num.*446. D.Hieron.

Poſt tempus verò illud primitivum; circa 448.
Septuaginta tranſlationem, tempore Origenis, non una ſimplex fuit tranſlatio, ſed triplex, & inde non una ſimplex circumferebatur; nam quidam legebant eam, quam Lucianus Martyr anno Chriſti. 174. edidit. Alij eam, quam Origenes anno 226. correxit; & inter hos Heſichius maximè laboravit, anno. 360. ut hanc tranſlationem ad ſuam primævam integritatem reduceret, de his facit mentionem
D.Hieron. *præfat. in lib.*16.*Iſaia, & Epiſt.* 107. D.Hieron.
ubi ait: *Alexandria & Ægyptus in Septuaginta ſuis Heſychium laudat Auctorem: Conſtantinopolis uſque ad Antiachiam, Luciani Martyris exemplaria probat, media inter has provin-*
cia Palæſtinos codices legunt, quos ab Origene Origenes.
elaboratas Euſebius, & Phamphilius vulgarunt, Euſebius.
totuſque Orbis hac inter ſe trifaria varietate campugnat.

Poſteà verò anno 1510. Doctores Complu- 449.
tenſes cum ſtudio, ac labore ſuadente Eminentiſſimo Cardinali Franciſco Ximene Ar- Franc.Xim.
chiepiſcopo Toletano, nec non poſteà Lovanienſes, conquiſitis variis exèmplaribus vetuſtis Græcis, plura menda ademerunt, & quæ deerant reſtituerunt, & eo modo, quo potuerunt, opus perfecerunt; & quia aliqua videbantur adhuc emendatione indigere.

Inde factum eſt, quód anno Domini 1585. 450.
ex antiquiſſimo Bibliothecæ Vaticanæ Codice manuſcripto expreſſa eſt alia verſio ſeptuaginta Interpretum, ſtudio, & labore Eminètiſ-
ſimi Cardinalis Antonij Carrafæ Bibliothe- Car. Caraff
catij Apoſtolici (cui ait Baronius *anno* 131. Baron.
*num.*50

num. 50. Eeclesia Catholica plurimum debe)
in quo negotio per novem annos, à multis vi-
ris doctiſſimis, ac peritiſſimis inſudatum eſt,
Greg XIII. & hæc tranſlatio incepta fuit mandato Gre-
gorij XIII. & perfecta eſt ſub initium Pon-
Sixtus V. tificatus Sixti V.
450. Hæc tranſlatio facta fuit, ut iam dixi, an-
no 1585. Codex autem ille Vaticanus, ante
mille, & ducentos annos literis, quas vocant
uncialibus exaratus erat, ut ſic Hieronymi
tempora excedebat, qui anno Domini 422.
obiit. Auguſt. etiam obiit 45. Si ergo uſque
ad tempora D. Hieronymi, ac D. Auguſtini,
ut authentica habebatur hæc verſio, ſanè
etiam hic Codex, qui præcedit Hieronymum,
& Auguſtinum ſua antiquitate, ab omnibus
iudicatur correctior, & purior, & ab omnibus
cenſeri debet authenticus, & inde divina Pro-
videntia in Vaticano per tot ſæcula annorum
eſt ſervatus ut legitimus, & verus. Ita hanc
Morinus. ſententiam tenent Morinus Bonfreretus, Ioan-
Bonfrer Lahay. nes de Lahay *Prolog. in Bibl. Max. ſect.* 18. *c.* 8.
Deſperius. § *Affirmativa*; & Deſperius apud ipſum.
451. Probatur; primò, quia Sixtus V. Summus
Sixtus V. Pontifex in ſuo diplomate præfixo verſioni
Septuaginta ex Vaticano, ſic inquit: *Volumus,
& ſancimus ad Dei gloriam, & Eccleſiæ utili-
tatem, ut vetus teſtamentum iuxta Septuaginta
recognitum, & expoſitum, ab omnibus recipia-
tur, ac teneatur, non autem quomodocumque,
ſed ut authentica verſio.* Et proſequitur Sum-
mus Pontifex: *Prohibentes ne quis de hac nova
Græca editione audeat in poſterum, vel addendo;
vel demendo quidquam immutare.*
452. Probatur ratione. Eccleſia non ſolet im-
probare lectionem, ſeu verſionem, quam ali-
quando approbavit, ut authenticam, ac ve-
ram, & ſinceram, ſed olim, ut vidimus tem-
pore D. Hieronymi, & Auguſtini habebatur
ut authentica; & hæc auctoritas in lectione
Septuaginta non fuit immutata aliquo Eccle-
ſiæ decreto, & ut authentica eſt ſervata ab
Eccleſia in ſua Bibliotheca; ergo adhuc ma-
net authentica. Confirmatur, quia ut argu-
mentatur Morinus, ſi loca adducta, ac allega-
ta ex Septuaginta inventa apud Origenem,
& ſanctos Patres, conferas cum hæc editione
Vaticana, invenies ſummam uniformitatem,
ac cohærentiam, ut ovum ovo, lac lacti ſimi-
lius non ſit. Nota tamen quòd hæc lectio Va-
ticana, quamvis authentica, non eſt Canoni-
ca, quia ab Eccleſia non eſt poſita in Catalo-
logo librorum Canonicorum. Vide quæ dixi
ſuprà.
453. Dices; Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 4. man-
dat ex omnibus editionibus Latinis, quod
ſolùm noſtra vulgata habeatur ut authentica;
ergo auctoritas aliarum editionum videtur
abrogata. Reſpondetur quòd non ita eſt;
nam Concilium clarè loquitur de editioni-
bus Latinis; non verò loquitur de verſioni-
bus, quæ fiunt ex Hebræo, vel Græco, ut
Septuaginta: Deinde loquitur de editione au-
thentica Canonica; hæc autem verſio licet
ſit authentica, non eſt Canonica.

QUÆSTIO II.

An Textus Hebraicus etiam nunc poſt D. Hieronymum ſit authenticus;

SUMMARIUM.

454 *Quid ſit Authenticum.*
455 *Textus Hebraicus uſque ad Chriſti tempo-
ra erat Authenticus.*
456 *Textus Hebraicus uſque ad tempora Divi
Hieronymi erat authenticus.*
457 *Prima ſententia affirmat, quòd nullus da-
tur Textus Hebraicus purus, & incor-
ruptus.*
458 *Fundamenta huius ſententiæ.*
45 *Oppoſita ſententia communis, & vera.*
460 *Per viros ſanctiſſimos in primitiva Eccle-
ſia diverſi Codices ſunt aſportati.*
461 *Dei iudicio ipſi Iudæi ſacros Codices ſe-
cum aſportarunt.*
462 *Probatur concluſio: & refellitur adverſa-
riorum reſponſio, & n.* 463.
464 *Secundum fundamentum, & refellitur ad-
verſariorum ſolutio, & n.* 465.
466 *Solvuntur argumenta contraria.*
467 *Ad inſtantiam oſtenditur omnia cohærere
cum Textu Hebræo, & n* 468.
469 *Magna utilitas ex Textu Hebræo.*

PRimò notandum, quid ſit authenticum, 454.
quòd deducitur à verbo Græco, quod ſi-
gnificat authoritatem, ac proinde Authenti-
cum idem eſt, ac illud quod habet auctori-
tatem; unde ait Iulianus Iuriſconſultus, *tract.* Iulian.
de fide inſtrument. inde dicta ſunt inſtrumenta
authentica, & ſcripta, quæ certam, & in- Andrad.
ſtam habent auctoritatem, & Andradius de
Payva *in defenſ. Concil. Trid. ſeſſ.* 4. dicit, quòd
illud appellatur Authenticum, quod fidem
certam, & publicam facit in iudicio.
Secundò notandum, ut certiſſimum, quòd 455.
uſque ad tempora Chriſti D. ſacri Codices
Hebræorum, erant legitimi, authentici, &
Canonici. Hoc optima ratione probat D. Origen.
Hieroninus, *in cap.* 6. *Iſaiæ ex Origene*; quia
ſi Phariſæi corrumperent ſcripturas, ait D.
Hieronymus, *nunquam Dominus, & Apoſto-* Hieron.
*li, qui cætera arguebant crimina in ſcribis, &
phariſæis, de hoc crimine, quod erat maximum
reticuiſſent*, ſed hoc eis exprobraſſent, & re-
darguiſſent, ut latè proſequitur ſanctus Do-
ctor; quod etiam docet Tertullianus *in Apo-* Tertull.
log. cap. 18. & 19: D. Auguſtinus *Epiſt.* 19. *ad* D. Auguſt.
Hieron. Et ſic communiter ſancti, quia tunc
ille codex erat vetus, & legitimus, inde Chri-
ſtus Dominus Scribas, & Phariſæos ad lectio-
nem ſacræ Scripturæ adhortabatur, Ioan. 5. Ioan. 5.
num. 39. *Scrutamini Scripturas, quia illæ teſti-
monium perhibent de me.* Et hoc etiam conſtat
ex multis aliis locis.
Tertiò certiſſimum eſt, quòd ille Textus 456.
Hebraicus, quo uſus eſt, D Hieron. *in ſua ver-* D. Hieron.
ſione fuerit verus, & authenticus. In hoc con-
veniunt omnes Doctores: Et ratio eſt evidens
quia verſio vulgata, quam recipit, & appro-
bat Eccleſia Catholica, ut authenticam, &
Canon

Arias. rumque exemplaribus : de quo ait Arias Montan. in Biblia Reg. Præfat. in Pentat. *In illo theſauro , quem Maſoreth appellant, tanquam in ſacra & fida quadam , cuſtodia , ſumma diligentia , & maximo ſtudio cuſtodita , antiqua lectionis , reliquia monumenta, indicia , veſtigia, exemplaque omnia continentur.*

464. Secundò probatur noſtra ſententia. In Eccleſia uſque in hodiernum conſervantur vetuſtiſſima Hebræorum volumina , in quibus ſignificativa verba cohærent , & ſunt uniformia cum noſtra vulgata quoad ſenſum , ut videtur denotare citatus Arias Montanus (Arias.) linguarum peritiſſimus Deinde teſtimonia , quæ apud Patres reperiuntur ſcripta , ita habentur in hoc Codice Hebraico.

465. Origenes. Euſebius. D. Athan. D. Chryſ. Dices. Frequenter Patres conqueruntur , ut Origenes , Euſebius , Divus Athanaſius *lib. Adverſ. Iudæos* , D. Chryſoſtomus *ad Philip. cap. 3. homil.* 11. quòd Iudæi ſacrum Textum multis falſitatibus , ac erroribus corrumpunt, quod apertè fatemur ; nam ſicut apud Iudæos omnia ſunt falſa , depravata , ac iniqua , ſic & Codices apud eos omni nequitia abundant: ſicut etiam hæretici faciunt , qui non ſolum ſacrum Textum , ſed etiam ſanctos Patres detrahentes , quæ faciunt contra ſuos errores , & alia in eorum favorem ſupponentes : Et de iſtis hæreticis loquitur D. Chryſoſtom. (D. Chryſ.) *citatus* , ut legenti patebit. Tamen ſemper ſuprema Dei providentia , in Eccleſia ſua Deus conſervavit , cuſtodivit , ac retinuit vetuſtiſſima exemplaria tam Textus Hebraici , quàm Patrum in ſua puritate , ac ſinceritate, ad augmentum Chriſtianæ puritatis , & deſtructionem oppoſitæ iniquitatis.

466. Bellarm. Ad primum argumentum contrariorum reſpondemus noſtram vulgatam eſſe omnino conformem cum Textu Hebraico ; hinc ait Bellarm. *lib. 2. de Verbo Dei* , cap. 3. *Quòd vulgata editio ſit ex Hebræo tranſlata , ipſa quodammodo clamat , dum penè ubique concordat cum Hebræo.* Et idem penè habet Bañez (Bañez.) 1. *p. quæſt.* 1. Ad confirmationem dicimus , quòd licet in libris exſcribendis ſæpè multi errores contingant , tamen alia Dei providentia, multo ſtudio , multa vigilantia adhibita , ſemper in ſua puritate , ac ſinceritate conſervati ſunt, & habiti in Eccleſia.

467. Inſtant adverſarij , quia Textus Hebraicus in multis videtur corruptus , quia habet verba , quæ in ſua ſignificatione multum diſtant à noſtra vulgata , nam ubi nos habemus in (Gen. 6.) noſtra vulgata , Gen. 6. num. 3. *Non permanebit ſpiritus meus in homine , quia caro eſt.* Valdè (Arias. Oleaſter. Caietan. Vatabl. Pagnin.) diverſimode legunt ex Hebræo Arias , Oleaſter : *Non contendet , non litigabit.* Caietanus ; *Non iudicabit* , Vâtabl. *Non diſceptabit.* Pagnin. *Non erit in vagina.* Atqui hæc verba in ſuo ſenſu maximè diſtant à noſtra vulgata , quæ pura , & ſincera eſt ; ergo ille Textus Hebraicus corruptus ; & impurus.

468. Reſpondetur , quòd omnia optimè cohærent cum noſtra vulgata , & eundem faciunt ſenſum. *Non permanebit ſpiritus meus in homine*, idem eſt non litigabit, non contendet , non iudicabit ampliùs ſpiritus meus ad inferendam , ac retinendam pœnam , ſed eam infligam educens gladium meum de vagina. & interficiet eos manus mea , quia caro eſt , quæ corruperat omnem viam ſuam,

Vtilitas Textus Hebraici.

Quamvis lectio noſtræ vulgatæ ſemper ſit omnibus præferenda , tamen ut optimè notat 469.
Bonfrer. *c.* 12. *Prolog. ſect.* 3. Textus Hebraicus magnæ utilitatis eſt, ſive ad emendanda, quæ in Latinam verſionem Typographorum incuria irrepſerint corrigenda , ſive ad vocem, ſententiamque in Latino Codice , Græcoque ambiguam enodandam : ſive ad ſingulorum verborum , totiuſque ſententiæ vim meliùs percipiendam , ſive ad literales ſenſus eruendos , qui ſub eiſdem apicibus Hebræis , ob linguæ fœcunditatem , latere poſſunt ; quos una ſua verſione Latinum Græcumvè idioma exprimere non poteſt , ſive ad novos aliquos ſenſus myſteriáque arcana detegenda , atque ut ipſo puro fonte ſcripturæ Iudæi , ac hæretici confundantur , & convincantur. (Bonfrer.)

Quæstio III.

Referuntur Verſiones ex Textu Hebræo in Græcum.

SUMMARIUM.

470 *Multa tranſlationes referuntur.*
471 *Tranſlatio Aquila & quiſnam ille fuit.*
472 *Tranſlatio facta à Symmacho , & quis ille fuerit.*
473 *Editio Theodotionis , & quis ille fuit.*
474 *Differentia inter tres editiones.*
475 *Quare in his non ſervatur ordo temporum.*
476 *Altera editio Hierichunte in doliis inventa.*
477 *Nicopolitana editio ſub Alexandro Mamea.*
478 *Olim libri ſervabantur in vaſis fictilibus.*
479 *Altera editio Origeniana ab Origenè.*
480 *Altera editio a Luciano Martyre.*
481 *Altera editio edita ab Heſichio , & quis eſſet.*
482 *Excepta editione Septuaginta , ſolum de aliis extant fragmenta.*

POſt Septuaginta editionem ex Textu Hebræo in Græcum , D. Athanaſius *in ſynopſi* ſeptem affirmat. Aliqui ut Baron. *citand. novem.* Bellarm. *lib. 2 de Verbo Dei, cap. 3.* Undecim proponit, & *cap.* 10. unam adiecit ; & tandem aliqui tredecim. Et omiſſa illa, quæ dicitur facta ex mandato Alexandri Magni, quam licèt admittant Genebrardus *in Chronolog.* & Bellarm. *lib. 2. de Verbo Dei, cap. 5.* eam ut confictam , ac fictitiam dicit , & probat Baron. *ann.* 231. *num.* 11. Prima , & omnium celeberrima eſt Septuaginta, de qua dixi *quæſt.* 1. Alias verò verſiones, ſeu editiones , quæ ſunt celebriores , breviter appono. (470. D. Athan. Bellarm. Genebrar. Bellarm. Baron.)

Aquila.

Secunda editio , quæ ab antiquis dicta eſt , 471. D. Epiph.
teſte Epiphanio *lib. de ponderibus* , facta eſt ab Aquila , qui natus eſt in Urbe Ponti, cui cum eſſet Gentilis , videns, quòd diſcipuli diſcipulorum Apoſtoli multa miracula , ac mirabilia

crederent Ieroſolymæ baptizatus eſt,& in Chri-
ſtum credidit, ſed cum Aſtrologiæ iudiciariæ
nimis deditus eſſet, & ob id à ſanctis Patri-
bus increpatus, noluit deſiſtere, ſed potiùs
contumelioſis verbis in eos inſurrexit, & ad
Iudæos ſe contulit, & inde circumciditur, &
anno Adriani Imperij 15. à nativitate Chri-
ſti 137. Bibliam ex Hebræo in Græcum con-
vertit, ſed quia iam tunc à Chriſto erat Apo-
ſtata, non ſatis bona fide, ſed malo animo,
ac multa depravitate eam convertit.

Symmachus.

472. Tertia editio facta eſt à Symmacho na-
tione Samaritano, & de numero ſapientum
Samariæ, qui cùm ambitum apud ſuos prin-
D.Epiph. cipatum obtinere non poſſet, indignatus ad
Iudæos tranſit, ut notat D. Epiphanius *lib. de
Ponderibus*, atque inter eos Proſelytus factus,
iterum ſecunda circunciſione circunciſus, ſed
cùm tunc apud Iudæos inglorioſus viveret,
Chriſtianis ſe adjunxit. Tamen Ebionitarum
hæreſim amplexus eſt, & tunc Severi Impera-
toris anno à nativitate Chriſti 203. ſacros
Codices, ut Samaritanos ſubverteret, ex He-
bræo vertit in Græcum, & ut Iudæis placeret,
ea quæ ad Chriſtum pertinebant ſubdola in-
D.Hieron. terpretatione celavit, ut teſtatur D. Hierony-
mus *Præfat. in Iob.* Idemque affirmat de Aqui-
læ, & Theodotionis tranſlationibus. Scien-
dum tamen eſt Aquilam: & Symmachum
duas ex Hebræo feciſſe tranſlationes, unum-
quemque ſuam, ut patet ex dictis & notat
D.Hieron. D. Hieronym. *in cap. 5. 8. 16. 20. & 40. Eze-
chielis, & ad cap. 32. Ieremiæ*, & aliis locis.

Theodotion.

Quarta editio fuit Theodotionis, ex Ephe-
473. ſo, qui etſi ex hæretico Marcioniſta ad Iu-
dæos tranſierit, Iudæorumq; Proſelytus factus
D.Epiph. ſit, maiori tamen fide, ac veritate, D. Epi-
phanio teſte *lib. de Ponderibus, & menſur.*
quam cæteri eius ſimiles, ſacros Codices eſt
interpretatus; & ideo D. Hieronym. *Præfat.
D.Hieron. in Daniel*, ait eius tranſlationem in eundem
Prophetam ab Eccleſia olim potiùs uſitatam,
quàm eam, quæ Septuaginta dicebatur; &
præfat. in Pſalter. ait: *Theodotio ſimplicitate
ſermonis, à Septuaginta Interpretibus non diſ-
cordat*; fuit autem hæc tranſlatio facta ab eo
ſub Commodo Imperatore: anno à Chriſto
nato 183.

Inter has tres verſiones notandum eſt, hanc
474. eſſe inter illas differentiam, quòd Aquila ver-
bum à verbo expreſſit, Symmachus ſenſum
è ſenſu, Theodotion media quadam via inter
utrumque incedit, partim ſenſum, partim
verba ſequitur, ut notat D. Hieronym. *Epi-
D.Hieron. ſtol. 125. ad Damaſc. & Præfat. in quatuor Evan-
gel.* ait, *Inter novos, & veteres medius incedit
Theodotion.*

475. Dices, verſionem Symmachi debere eſſe
quartam, Theodotionis tertiam, ſiquidem iſte
vertit tempore Commodi, & Symmachus
Severi, qui poſt Commodum imperavit, ut
patet ex proximè prænotatis temporibus.
Reſpondetur; quod licèt verſio Theodotio-
nis prior ſit confecta, tamen Symmachus
priùs in lucem dedit ſuam, ac proinde, cum
hæc verſio Symmachi, priùs evulgata ſit,
ut patet ex Præfatione Latina Romana Se- Præfat. Lat.
ptuaginta, & ideò ipſe priùs in numero po-
nitur. Vel dic quòd Auctores ſequuntur ordi-
nem verſionum, quem Origenes conſtituit Origenes.
in ſuis hexaplis, non attenta temporis ratio-
ne, & ideò verſio Symmachi prius eſt po-
ſita, quàm Theodotionis, non attenta tem-
porum ratione.

Hierichuntina.

Quinta editio dicitur Hierichuntina, quia 476.
Hierichunte in doliis quibuſdam inventa di-
citur anno ſeptimo, Antonini Caracallæ Im-
peratoris anno Chriſti 229. ut apud D. Epi- D.Epiph.
phanium *de ponderibus, & menſuris*, D. Atha- D. Athan.
naſius *lib. Adverſ. Iudæos.* Pithis inventum
fuiſſe vult, ſed Hierichunte confectam.

Nicopolitana.

Sexta editio ex Hebræo in Græcum dicitur 477.
Nicopolitana ſub Alexandro Mamea in doliis
inventa eſt Nicopoli anno 230. cum autem
Nicopolis ſit duplex, hîc de ea intelligitur, quæ
ad Actium mare eſt: Tamen utriuſque verſio-
nis tam quintæ, quàm ſextæ, incerti ſunt Au- D. Auguſt.
ctores, ut teſtatur D. Auguſt. *lib. 18. de Civi-
tate Dei, cap. 43.* Dixi ſine nomine interpretis
dictas, quia eorum auctoritas non apparet,
D. verò Hieron. *in fin. 2. Apologiæ*, Iudai- D. Hieron.
cos vocat Auctores.

Ex eo quòd hæ editiones Hierichuntina, 478.
& Nicopolitana inventæ fuerunt in doliis,
fortè colligere poſſumus, quòd antiquus fue-
rit uſus ſervandi libros in doliis, quòd non
ſolùm confirmat id, quod vulgo dicitur de
armario ſenticano, vulgo *Archivo*, ſed etiam
ex cap. 31. Iſaiæ num. 14. & Ieremiæ 32. *n.* 14. Iſai. 31.
Vbi libri in vaſe fictili poni iubentur, ut *ibi* Ierem 32.
permanere poſſint diebus multis.

Origeniana.

Septima editio Græca fuit Origenis, & 479.
inde dicitur Origeniana, non quia denuò Scri-
pturam in Græcum tranſtulerit, ſed quia ver-
ſionem Septuaginta ita correxit, & emendavit
(quibuſdam additis, quæ in Septuaginta non
erant, & inveniebantur in Hebræo, aliis etiam
è contra notatis, quæ licèt in Septuaginta
eſſent, in Hebræo non reperiebantur) ut tan-
quam nova editio haberetur, & prodiit circa
annum 233. plus minuſvé. Ut autem lector fa-
cilè deprehenderet, quæ in illa verſione vel
ſuperfluerent, vel denuo addita eſſent, appo-
ſuit notas, quas appellavit *Obelos.* & Aſtericos.
Obelus erat veluti lancea, vel iacens virga py-
midalis, & denotabat talem ſententiam non
eſſe in Hebræo. Ubi autem *Aſteriſcus*, id
eſt radians ſtella, denotabatur id eſſe in ver-
ſione Septuaginta, cùm tamen eſſet in He-
bræo, & additum fuiſſet ex verſione Theodo-
tionis, de quo agit D. Hieron. *Epiſt. 29. & 104.* D. Hieron.
Baronius ad annum 231. *n. 5.* Defendit Orige- Baron.
nem à calumnia Galeſinij, qui dixit Orige-
nem non tam correxiſſe, quàm corrupiſſe Se-
ptuaginta interpretum tranſlationem.

Luciana

Luciana.

480. Octava tranſlatio in Græcum eſt S. Luciani
Martyris, & Presbyteri Antiocheni, qui in
perſecutione Diocletiani ad annum 285. glo-
rioſè paſſus eſt; is enim cum videret multas
editiones in Græcum jam prodiiſſe, in quibus
multa vitia deprehenderat, novam ex Hebræo
originali tranſlationem fecit; & quia eam ob
tyrannorum perſecutionem evulgare in pu-
blicum non poterat, illam manu propria con-
ſcriptam in pariete cujuſdam turris calce illi-
to Nicomediæ abſconditam reliquit. In quo
loco tempore Conſtantini Magni ad annum
D. Athan. 310. repertam eſſe refert D. Athanaſius *in
Synopſi.* Cum autem hæc tranſlatio maximè
cohæreret cum editione Septuaginta, à qui-
buſdam appellata fuit Septuaginta, ab aliis
verò Luciana; apud Græcos fuit communis,
& tanquam vulgata appellata, de quo agit
D.Hieron. D. Hieron. *epiſt.* 135. *ad Suniam*, & latiùs Rua
Rua. *controverſ.* 2. *poſit. dub.* 4.

Heſichina.

481. Nona editio eſt Heſichij Epiſcopi Ægypti,
ut multi aſtruunt, tempore autem Diocletiani
martyrio coronatus eſt; alij tamen hanc ver-
ſionem Heſichio Jeroſolymitano Presbytero
tribuunt; alij Heſichium Monachum volunt
Auctorem, & in Palæſtina multorum Mona-
chorum Patrem, in lingua Græca verſatiſſi-
mum, & peritiſſimum in ſacrarum litera-
rum intelligentia. Hic ut Auctor eſt Sixtus
Senenſis. Senenſis *lib.* 4. *Biblioth* novam tranſlationem
totius Scripturæ confecit, partim à ſe de Sep-
tuaginta Interpretibus emendatam in veteri
Teſtamento, partim etiam ex proprio ſtudio,
ac induſtria in Teſtamento novo ad antiquam
fidem & ſinceritatem reſtitutam. De Luciani,
D.Heron. & Heſichij tranſlationibus loquens D.Hieron.
jam ſupra datus *epiſt* 107. *ad Chromantium*,
quæ eſt *præfat. ad libros Paralip.* ait: *Alexan-
dria, & Ægyptus in Septuaginta ſuis Heſichium
laudat Auctorem: Conſtantinopolis uſque ad An-
tiochiam, Luciani Martyris exempla probat.*
Claruit hic Heſichius anno 360.

482. Maximè tamen notandum, quòd in præ-
ſenti ex tranſlationibus ſupradictis, excepta
ea, quæ eſt ex Septuaginta Interpretum, nunc
ſolum extant fragmenta quædam, quæ in
Sextus V. Bibliis Græcis juſſu Sixti V. juxta verſionem
Septuaginta editia anno 1587. poſt ſingula
capita reperiuntur, & ſæpè in veterum Patrum
ſcriptis laudantur.

Quæstio IV.

Quæ fides, & auctoritas ſupradictis tranſlationibus, ac editionibus adhibenda ſit?

SUMMARIUM.

483 *Tribus prioribus tranſlationibus ad fidei my-
ſteria nulla eſt fides danda, in aliis poſſunt
inſervire, & num.* 484. 485.

486 *Duæ ſequentes Catholicos habent Auctores,
& à Sanctis Patribus approbantur.*

487 *Septima, octava, & nona potiùs ſunt emen-
dationes, quàm verſiones.*

De primis tribus.

Quantum ad verſiones Aquilæ, Theodo-
tionis, & Symmachi, quæ in illis repe- 484.
riuntur, prout ſpectant ad Chriſtum Domi-
num, ac fidei myſteria, nulla fides eſt eis dan-
da, quia ut advertit D. Hieron. *Præfatione in* D. Hieron
Iob. Interpretati ſunt odio in Chriſtianam Re-
ligionem, multa in ſuis tranſlationibus cor-
ruperunt, ac perverſa, & doloſa iniquitate
celarunt.

In aliis verò inquiunt Origenes, & D. Hie-
ronymus. Nam hic Sanctus Doctor *in Eze-* 485.
chiel. 5. 8. 16. 20. de illis, ſæpè uſus eſt in Origenes. D.Hieron.
ſuis exemplaribus, & Eccleſiæ conſecravit;
ille verò, Origen. nempe, fatetur, quòd ex illis
verum ſenſum Scripturæ, ac Prophetarum de-
prehendit in multis; & ſemper citati Patres di-
cunt, quod editio Theodotionis aliis eſt præ-
ferenda, ex qua multa in Septuaginta inter-
pretibus emendata ſunt, ubi mutila erant; val-
dè tamen utiles ſunt hujuſmodi verſiones à
tempore tam antiquiſſimo ad cognoſcendum
verum ſenſum Scripturæ ex *ipſo Textu Hebræo*,
quem Judæi, ac Hæretici multis malignis per-
verſitatibus corrumpere intendunt.

De Hierichuntina, & Nicopolitana.

Has duas editiones, de quibus ſuperiori
quæſtione egi, Catholicos Auctores inde ha- 486.
buiſſe oſtenditur, quia eas vidimus à Sanctis
Patribus recipi, & approbari ut bonas, ac ve-
ras, ut teſtatur D. Hieron. *datus ſuprà num.* 581. D.Hieron.
& inde à nobis retinendæ, ac habendæ ſunt,
tanquam ſuam auctoritatem habentes, cum
illam habeant apud ſanctos Patres.

De editione ſeptima, octava, & nona.

De quibus ſuperiori quæſtione dictum eſt, 487.
ſunt Origenis, Luciani, & Heſichij, ut ibi
jam diximus, non ſunt tam dicendæ verſiones,
quàm emendationes tranſlationum Septua-
ginta Interpretum; omnes tamen eſſe ab
Eccleſia receptas, patet ex Divo Hieronymo D.Hieron.
Epiſtol. 107. *num.* 88. ubi aperte ait, *Ale-
xandriam, & Ægyptum Heſichij emendationem;
Conſtantinopolim uſque ad Antiochiam, Luciani
Martyris exempla probaſſe, & medias inter has
Provincias Codices ab Origene emendatos legiſſe,
ac approbatos haberi.*

Quæstio V.

De Samaritana Lectione.

SUMMARIUM.

488 *Samaritani unde dicti, eorum character
antiquus, & diſtinctus ab eo, quo Iudæi
utebantur, & num.* 489.

489 *Character diverſus, & magnum diſſidium, inter characteres Iudaicos & Samaritanos.*

490 *Auctor huius tranſlationis Ioannes Morinus.*

488. Ioſephus. SAmaritani à Samaria Regni Metropoli dicti ſunt, ut teſtatur Joſephus *lib.9. Antiquit. cap. 1.* In quo novas colonias introduxit Salmanaſar Rex; character verò Samaritanus, idem eſt cum antiquo Hebræo, quo primò à Moyſe lex tradita eſt, & decalogus ſcriptus eſt, qui character apud Judæos erat in uſu, donec poſt reditum à captivitate Babylonica, Eſdras qui legem, & Prophetas, cum viris magnæ Synagogæ priſtino nitori reſtituit, charactere Aſſyriaco, qui tunc Judæis exulibus magis notus erat ſacra volumina inſcripſit, veterem charactrem Samaritanis relinquens.

489. Proindéque character Judæorum, ac Samaritanorum pro tunc erat valdè diverſus; & hæc eſt ſatis communis omnium ſententia D.Hieron. Theodor. Bellarm. Villalpand. Morin. Divi Hieronymi, Theodoreti, Vilalpandi apud Morinum; inter Samaritanos, ac Judæos magnum erat odium, & diſſidium: nam Samaritani ſolùm Pentateuchum, id eſt, quinque libros Moyſis recipiebant, non verò libros hiſtoricos, & Propheticos. De ea Ioſephus. D. Epiph. ſic ſcribunt Joſephus *lib. 9. & lib.*12. *cap.*2. Divus Epiphanius hæreſ. 9. *Samaritanos, licèt cum primùm legem receperunt, etiam idola, & cultus idololatricos retinuerint, poſteà tamen, cum templum habuerunt, in monte Garizim, Deum verum diligenter coluiſſe, & hoc unum ſtuduiſſe, ut idolorum repudiata ſuperſtitione, verum Deum agnoſcerent.*

Auctor hujus verſionis.

490. D.Hieron. Exemplaria Samaritana Pentateuchi, ab Divi Hieronymi tempore Chriſtiania ferè ignota, ac in tenebris quaſi ſepulta jacuerunt; multa tamen diligentia in hac noſtra ætate, Sapientiſſimus, ac Doctiſſimus Vir Ioan.Morinus. Joannes Morinus, Congregationis Oratorij Jeſu, cui multum ob laborem in multis libris eruditiſſimis edendis inſumptos, & etiam màximè ob Samaritanum Pentateuchum in Latinum vertendum, omnes Docti multum debent. Quatuor exemplaria habuit, quibus uſus eſt in editione Pariſienſi, unum quidem integrum, reliqua verò manca, & trunca, de quibus, ut de duobus Codicibus verſionis Samaritanæ ipſe in Præfatione ad Biblia, & in exercitatione in Pentateuchum Samaritanum, & in Præfatione ad Biblia Græca editionis Pariſienſis.

QUÆSTIO VI.

De verſione Chaldaïca, quæ dicitur Targum, ac de ejus origine.

SUMMARIUM.

491 *Quia Iudæi ducti ſunt in varias nationes, inde varia ſunt Bibliæ tranſlationes.*

492 *Varij ſunt Auctores tranſlationis in Chaldæum.*

493 *Cur Paraphraſis Chaldaïca dicitur Thargum, & quid ſit verſio, quid Paraphraſis.*

494 *Paraphraſis Chaldaica, etſi aliquando utilis, cautè legenda.*

EX originali Hebræo tanquam ex fonte ad diverſos rivos, variæ tranſlationes emanarunt, ut Chaldaïca, ac Syriaca, cujus rei ea fuit cauſa, ut notat Martinus Martines 491. Martin. Cantapret. Doctor Salmantic. *lib.*1. *Hypotypoſeon, cap.* 4. Duæ fuerunt diſperſiones Judæorum præcipuæ: una apud Chaldæos, altera apud Græcos, in quibus ipſi Iſraëlitæ cùm aſſueviſſent linguis populorum, apud quos habitabant, inde apud eos paulatim Habraica lingua in oblivionem abiit; cùm igitur non intelligerent, quæ in Synagogis legebantur, & inde nulla audientium fiebat ædificatio; ergo ad utilitatem eorum proviſum fuit, ut Biblia ſacra in illis linguis verterent, quæ in uſu erat apud Judæos, qui diſperſi fuerant, ſcilicet ut in Chaldaicum, & Syriacum ſermonem: Nunc de verſione Chaldaica agimus, quæ habetur in Biblia Regia, & Pariſienſi, in qua fuerunt tranſlati omnes libri, qui erant in Canone Hebræorum, exceptis libris Paralip. Eſdræ, & Danielis. 492.

Origo autem fuit Targumim, ſeu Paraphraſes Chaldaïcorum, quarum prima facta eſt à Rabbi *Onchelos*, quem multi dicunt, eſſe Aquilam, de quo dixi ſuperiori *quæſtione num.*371. Hic ſolum tranſtulit Pentateuchum, cujus Paraphraſis ad Textum Hebraïcum maximè accedit. Secundò Rabbi *Ionathas*, tranſtulit libros, quos Prophetales appellant, id eſt Joſuë, Judicum, Samuëlis, Regum, Iſaiæ, Jeremiæ, & duodecim Prophetas minores, & hunc Rabbinum Jonathan multi exiſtimant fuiſſe Theodotionem, & Galatinus. de hoc ſcribit Galatinus *lib. de articul. Chath. verb. & lib. 1. cap. 3.* quòd oracula, & vaticinia quæcunque de Meſſia dubia, & obſcura videbantur, in certiſſima, ac clariſſima in Chriſto adimpleta, reddidit, adeo ut ejus editio, non tam interpretatio, quàm Gloſſa eſſe videatur. Circa autem tranſlationes aliorum librorum in Chaldæum, ſcilicet Eſther, Job, Pſalm. Ruth, Salomonis, Threnorum, Auctor certò non cognoſcitur ex Hebræorum hiſtoriis, ut teſtatur Joannes de Lahay *Pro-* Lahay. *log. in Bibliam Maxim. ſect.*17. *cap. a.§. Inde*; à multis tamen creditur fuiſſe Joſephum cæcum, ut tenet Lucas Burg. *in tractatu de Pa-* Luc.Burg. *raphraſi Chaldaica.*

Meritò tamen quæres, cur verſio Chaldaïca Thargum *Thargem* dicatur. Pro quo adverte, quòd Thargum in illo idiomate idem valet, ac interpretatio: ac Paraphraſis, ut conſtat ex proprio libro, qui has voces explicat; & ideo hæc dicitur *Thargum*, ſeu potiùs Paraphraſis, quàm verſio; & in hoc diſtinguuntur, quia verſio verba auctoris, in aliam linguam transfert; Paraphraſis verò, ſive in eadem lingua, ſive in alia, aliqua tamen verba addit, detrahit, ac mutat

ex

ex autographo, ut clarior, & manifeſtior reddatur ſenſus, & id fortè, quod in proprio Auctoris originali videbatur obſcurum, fiat planum, & magis facilè ad intelligendum.

494. Luc.Burg. Ex his meritò Luc. Burgenſ. *in epiſt. ad Candidum Lectorem*, meritò arguit, & improbat quendam Doctorem, qui Chaldaicæ Paraphraſi detrahit, eámque inutilem dicit, cum ſit valdè utiliſſima, & proficua, in ea, quæ ſive Græcè, ſive Latinè, obſcura, & difficilia apparent ex ipſo Hebræo fonte, magis explicentur, ac intelligibilia reddantur: & libros Danielis, Judith non ex Hebræo, ſed ex originali Chaldaico tranſtulit D. Hieronymus. D.Hieron.

495. Quamvis hæc ita ſint; tamen Paraphraſi Chaldaïcæ non ubique eadem fides danda eſt. In Pentateucho purior, ac ſincerior eſt, non ſic verò in aliis libris ipſius Scripturæ: nam multis erroribus, nugis, & fabulis Thalmudis referta eſt, maximè in Pſalmis, Cantico Canticorum, Jobo, Threnis, *Iſaia cap. 53.* & ideo in Biblia Complutenſi, ac Fortunati Fanenſis, ut notatur in eorum præfatione, in quibus ſolum ponitur in Pentateucho; & ideo præ oculis habenda eſt cautio poſita in expurgatorio Hiſpanico, ubi inter alia dicitur: *Ex Paraphraſi Chaldaica, neque firmum argumentum deduci, neque magnifaciendum, ſed cautè, & cum judicio ubique legi oportere.* Idem habet expurgatorium Luſitanum: & ideo ut teſtatur Fr. Anton. à Matre Dei *Prælud. 2. dub. 1. n. 96. §. videantur*, Viri docti conqueſti ſunt; quod Arias Montanus, ac aliqui Doctores Lovanienſes hanc verſionem poſuiſſent in Biblia Regia. (Bibl.comp. — Expurgati. — Fr. Anton.)

Quæstio VII.

De editione Syriaca, ac Arabica.

Summarium.

496 *Syriaca lingua myſtica ex Hebraïca, & Chaldaica.*

497 *Vetus Teſtamentum Syriaca lingua in multa veneratione.*

498 *Quis Auctor huius tranſlationis.*

499 *Lingua Arabica multum communis.*

500 *Auctores huius tranſlationis, & n. 501.*

502 *Alia tranſlatio in Lauretana Bibliotheca.*

Syriaca.

496. Lingua Syriaca veluti quædam proles eſt linguæ Hebraïcæ, ac Cheldaïcæ: Hebræi ſiquidem uſque ad captivitatem Babylonicam, Hebraïcè ſolùm nempe lingua ſua nativa utebantur; cùm autem abducti eſſent in Babyloniam, materna lingua cœperunt oblviviſci, & aliena, nempe Chaldaica uti, & quia expeditè eam pronuntiare non valebant, & ſemper ex Hebræo aliquid permiſcebant, factum eſt, ut quædam lingua tertia naſceretur compoſita ex Chaldaica, & Hebraïca; & hæc eſt quam deinceps Hebræi pro materna, ac communi habuerunt, quæ quidem Syriaca dicta eſt, ubi maximè inceperat, ac ejus uſus vigebat.

Et primò inquirimus, utrùm Teſtamentum vetus Syriacè ſcriptum ſit? Negat Cardinalis Bellarm. *lib. 2. de Verbo Dei, capit. 4.* ubi apertè affirmat nullum librum veteris Teſtamenti ſcriptum fuiſſe tali idiomate, niſi fortaſsè liber primus Machabæorum, vel Eccleſiaſticus. Serarius è contra *cap. 15. Prolog. 1.* ait, vetus Teſtamentum, Syriaca lingua ſumma in veneratione apud Orientales haberi, & publicè in omnibus eorum Eccleſiis antiquiſſimis conſtructis in Syria, Meſopotamia, Chaldæa, Ægypto, & denique in univerſi Orientis partibus diſperſis, ac diſſeminatis lectum hactenus, & legi ex aliorum auctoritate teſtatur citatus Auctor. 497. Bellarm. Serarius.

Auctor Tranſlationis.

Moyſes Barcepha Syrus, *lib. de Parad. parte prima*, ſciendum eſt, ait, vetus Teſtamentum pluribus tranſlationibus ex Hebræa lingua in Græcam eſſe tranſpoſitum, Syriacè verò redditum eſſe, una quidem interpretatione ex ipſo Hebræo, altera verò ex Græco. Abſque dubio tenendum eſt, teſte Doctiſſimo Guidone Fabricio Sapientiſſimo in linguis Orientalibus, Syriacam tranſlationem in utrumque Teſtamentum, integram reperiri, ſed nondum ſuis temporibus data erat in lucem; noſtra verò hac ætate, eam impreſſam Romæ habemus, & Pariſiis ſimul cum Arabica. In Bibliis clariſſimi Domini Lahay. Hanc cum Arabica tranſtulit præclarus vir inſignis Theologiæ Doctor, nec non Regius linguarum Orientalium Profeſſor Dominus Gabriel Sionita in Latinum idioma. 498. Barceph. Guidon. Lahay.

De Arabica Tranſlatione.

Lingua Arabica valdè perantiqua, & in uſu eſt apud plures nationes, tamen quoad noſtrum inſtitutum tranſlationes Arabicæ, quæ in Biblia Pariſienſi habentur partim à Judæis, partim à Chriſtianis factæ ſunt, ut ibidem in Præfatione notatur. 499

R. Saadias, qui ob ſuam multam eruditionem *Gaon* appellabantur, tam Pentateuchum, quàm reliquos veteris Teſtamenti libros in Arabicum per Imperium Sarracenicum tranſtulit; tamen ſolum tranſlatio in Pentateuchum uſque in præſenti, in lucem eſt data. Lahay in ſua Biblia Pariſienſi videtur denotare in præfatione verſionem Arabicam in Pentateuchum eſſe ſuam, cum tamen ex collatione facta, manifeſtum appareat, illam verſionem, quam dicit ſuam eſſe ferè eandem cum illa, quæ data eſt à R. Saadia, paucis mutatis. 500. Saadias. Lahay.

Reliqui verò veteris Teſtamenti libri à Chriſtianis verſi ſunt, ut & etiam novum Teſtamentum, ut ſuo locò dicam; & licet hæc tranſlatio Arabica ſatis antiquo tempore, & cum magna elegantia, facta, ut aſſeritur in Biblia Pariſienſi, tamen à quibus Auctoribus, & quo tempore facta ſit, ibi non exprimitur, nec declaratur, ſed aliorum indagini reliquerunt Sapientiſſimi compoſitores prædictæ Bibliæ Pariſienſis. 501. Pariſienſ.

Etiam refertur, quòd datur alia Pentateuchi Tranſlatio Arabica in Bibliotheca Lauretana 502.

ab Harit. Ibna Sina, quæ ex magna parte reſpondet editioni Græcæ, ubi autem ab ea recedit, Syriacam, vel Caldaicam ſequitur, ex Arabico in Latinum convertit Doctiſſimus
Sionita. Gabriel Siooita Orientalium linguarum exactiſſimus Profeſſor.

Quæstio VIII.

De Tranſlatione Perſica, & Æthiopica.

SUMMARIUM.

503 *Olim dabatur Biblia in Perſica lingua.*
504 *Quis Auctor hujus Tranſlationis.*
505 *Quis eam fecit typis mandare.*
506 *Æthiopes duplici charactere utebantur, hodie uno.*
507 *Ab antiquiſſimo tempore in eorum linguam Sacra Scriptura eſt tranſlata.*
508 *Libri in eorum lingua typographorum incuria multa emendatione indigent.*

Perſica.

503. D.Chryſ. Theodoret. D.Hieron. EX Sanctis Patribus D. Chryſ. Theodoret. D Hieron. & alii, qui floruerunt circa annum 400. teſtantur Sacram Scripturam in Perſica lingua dari in illis temporibus; at verò poſtquam in eis eſt extincta lex Evangelica, & introducta Muhamedana, antiqui illi Codices perierunt; an verò aliquæ eorum reliquiæ ſuperſint, non conſtat, quantum ſciam.

504. Et quantum ad Tranſlationes Perſicas hoc habemus. Pentateuchum Perſicum tranſtulit
Thaavaſ. Jacobus Thauvaſius, vel Tuſius (ab urbe Tus) propter Academiam celebrem denominatus, & in uſu Judæorum in Perſica degentium, & typis mandata eſt Conſtantinopoli anno 1551. una cum Textu Hebraico, & ſimul cum Arabicis, & Chaldaicis verſionibus: voces verò obſcuras, & difficiles Perſicè non reddit; ut nempe multa beſtiarum, & avium peregrina nomina præſertim *Levit.* 11. quorum genuina, & expreſſiva ſignificatio, tam Judæos, quam Chriſtianos latet.

505. Hanc verſionem ex Hebræo in Perſicos characteres tranſcriptam cum Latina interpretatione Jonathani, etiam quæ dicitur Paraphraſis appendicis loco poſt Pentateuchum, & ex multis manuſcriptis collatis, una cum verſione Latina in publicum dari fecit Joannes de Lahay, ut ipſe teſtatur. *Prolog. in Biliam Maxim ſect.* 17. *cap.* 5. §. *Pentateuchum.*

Æthiopica.

506. Kircher. Refert Kircherius ex relatione quorundam Sacerdotum Abyſſinorum duplices apud Æthiopes fuiſſe characteres, quorum unus tantum inſerviebat ad libros ſacros, quo ſoli Sacerdotes utebantur; alius erat omnibus communis, ac vulgaris; hodie verò omnes pro omniſcuè eodem charactere utuntur. An verò eorum character à Chaldaico diſtinguatur,
Baron. multi dubitant, & multis placet teſte Baronio, quòd lingua Æthiopica Chaldaica vocetur, ſed quidquid ſit de hac quæſtione ad noſtrum ſcopum.

Ab antiquiſſimo tempore, ſeu ut potiùs dicam à tempore Apoſtolorum, habent Æthiopes verſionem totius Scripturæ in ſuum idioma, imò ut videtur ſatis probabile diſpoſitione, ac ordinatione Apoſtolorum, fuerunt enim Æthiopes ex primis nationibus totius orbis, qui fidem Chriſti ſuſcepetunt, ut teſtatur Alveres *in Hiſtoria Æthiopica c.* 159. qui multis annis apud Æthiopes vixit, & affirmat ipſos Scripturam legere lingua Tegiana, quæ Abyſſianorum eſt; eſt enim Tegis pars Habaſſiæ, quæ primo fidem Chriſti recepit, in quam linguam tam vetus, quàm novum Teſtamentum tranſlatum fuiſſe ex Chaldaica, vel Syriaca lingua affirmat Sabellicus *in ſupplemento Hiſtoriarum*, *lib.* 8. Liturgiam celebrant lingua propria, licet Chaldaica inter ipſos pro Doctorum lingua habeatur, ut teſtatur citatus Alveres. 507. Alveres. Sabellicus.

Libri Æthiopici, qui in præſenti ſunt impreſſi tum Romæ, tum Coloniæ, ſunt Pſalmi Davidis, Canticum Canticorum. Adverte tamen Teſtamentum novum in lingua Æthiopica defectu Typographorum, nonnullis emendationibus indigere. 508.

Quæstio IX

De aliquibus verſionibus Latinis modernis ex Hebræo, & Græco.

SUMMARIUM.

509 *Tempore antiquo multæ circumferebantur verſiones.*
510 *Qualis verſio Pagnini.*
511 *Qualis Brixiani, ſeu Iſidori Clari.*
512 *Vatabli verſio falsò ejus nomine circumfertur.*
513 *Verſio Tygurima unde dicta.*
514 *Quid dicendum de Scholiis Vatabli.*
515 *Quid dicendum de Biblia Complutenſi.*
516 *Valdè magnifica Biblia Regia.*
517 *Valdè illuſtris Biblia Pariſienſis.*
518 *Biblia Fortunati.*
519 *Biblia Commelitana.*

DE ſuo tempore dicebat D. Auguſt. *lib.* 2. *de doctrina Chriſtian. c.* 11. quòd unuſquiſque, qui utriuſque linguæ aliquam facultatem, ſeu ſcientiam habebat, ſuam tranſlationem ex Hebræo, vel Græco in Latinum idioma faciebat, & inde multiplex erat, earum varietas, quæ tamen celebriores apud nos ſunt breviter apponam. 509. D.Auguſt.

Pagninus.

Prima eſt Xanctis Pagnini Lucenſis, qui fuit vir ſanè Catholica inſignis Religione, & doctrina ex Sacra familia Prædicatorum. Teſtamentum vetus ex Hebræo, novum verò ex Græco tráſtulit adhortante Leone X Opus verò perfecit ſub Clemente VII. ipſique Pontifici illud dedicavit anno 1527. moritur Lugduni anno 1541. ut teſtatur Sixtus Senenſis. Hæc verſio, ſeu lectio maximè commendatur à Genebrardo, *Præfatione in Orig.* §. *ſuo enim*, ſic loquitur. *Xanctis Pagnini omnium* (excepta vulgata) 510. Leo X. Clem. VII. Genebrard.

Salmat. vulgata) *Optima,ſed ut liberè dicam,minus diligens,nimis ambitioſa,nimis curioſa , nimis grammatica* Theologi Salmantini in Præfatione præfixa Bibliis Tygurinis ex Salmanticenſi anno 1584. editione ſic fantur , *Xantis Pagnini verſionem ſicut omnium doctiſſimam confitentur, qui iudicio ſunt in hoc genere excellentiori ; ſic paulò obſuriorem eſſe queruntur , quòd verbum verbo reddere ſtuduerit , & textum dicunt eſſe ad normam Rabbinorum.*

Iſidorus Clarus Brixianus.

511. Ex Monacho Caſſinate creatur Epiſcopus Fulginatenſis,ex Hebræo Bibliam in Latinum vertit,ut refert Tytinus *in Catalogo Auctorum.* Tirinus. Sixtus. Sixtus teſtatur totum Bibliorum corpus ab illo iterum tranſlatum ; ejus autem verſionem Cano. non probat Cano *lib.* 2. *de locis cap.* 13. Obiit autem Clarus anno 1555. die 28. Maij.

Vatablus.

512. Tertia editio circumfertur nomine Vatabli , quamvis ipſius Auctor Vatablus non ſit, Genebrard. Elias. ut diligenter advertunt Genebrardus ad annum 1534. in Præfatione ad Origenem , & Elias à S.Thereſia in Catalogo , Auctor Gretſerus,*in tract.de novis Tranſlat.cap.*1. Gordonus Gretſerus. Gordon. ad annum 1546. Galterus ſæculo 16. ad annum 1600. folio mihi 737. Tytinus *in Indice* Galter. Tirin. Bonfret. *Auctor* Bonfretius *in Proloquiis,cap.*18.*ſect.* 21, Peneda. Peneda *Præfat in Eccleſiaſten,cap.*13. *num.*9.& *ad cap.*9.*Eccleſiaſtes* , & Frater Antonius à Matte Dei *in Iſagog. Scriptura , Prælud.* 2. *dub.* 8. §. 7. *num.* 76. dicúntque quòd illius Auctor fuerit Leo Judas Recutitus Zuinglianus , qui Bibliam cœpit Latinè vertere , ſed ad ſuum Zuinglium evocatus abſolvere non potuit, abſolvit verò ex ipſius commiſſione Zuinglianus alter Judæus,de quo latiùs citati Auctores.

Tygurina.

513. Hæc verſio Vatabli vocatur etiam *Tygurina* , eo quod *Tyguri* edita ſit ; Prodiit autem Pariſiis anno 1545. ſub nomine Franciſci Vatabli, fraude Roberti Stephani Calviniani , & Typographi Pariſienſis , qui ab ipſo Vatablo Viro doctiſſimo , & piiſſimo falſi criminis Elias. poſtulatus , ut ait *Elias à Sancta Thereſia*,citatus,Genevam profugit , poſteáque Lutetiæ in ſtatua combuſtus eſt Emacularunt , ac emendarunt hanc Tygurinam verſionem Vatabli Salmant. quondam puratam , Salmantini Theologi , & prodiit Salmanticæ anno 1584. expenſis Gaſparis à Prothonotariis , qui & emendationem, ac facultatem impreſſionis à Sanctæ Inquiſitionis Senatu impetrarunt , cùm prius eſſet prohibita in Indice Librorum expurgatorum.

514. Simul cum hac Biblia circumferuntur quædam Scholia impoſito;nomine ipſius Vatabli , Tirinus. cum ipſius Vatabli non ſint , ut tenent Ty- Genebrard. rinus ſupra citatus , Genebrardus *Præfat. in* Gretſerus. *Origenem* , Gretſerus *lib. Deſenſorij, cap.*12.*col.* Delrius. 608. Delrius *in Pharo ſacra Sap. cap.* 3. *Prolo-quiorum*,qui dicunt eſſe quorundam Diſcipulorum ipſius Vatabli , qui nomen ſui Magiſtri uſurpantes , quæ ab ipſo audierunt,non fide-

Sylveira Opuſcula.

liter typis mandarunt , ſed ſuas inter illas novitates novitatum cupidis voluerunt inſtillare,& ideo ſæpè Schola hæc Sanctæ Inquiſitionis Tribunal expurgavit , & tali expurgatione facta permiſit.

Biblia Complutenſis.

Quarta eſt illa quæ in Bibliis Complutenſibus invenitur de verbo ad verbum , Chaldaicæ correſpondens à viris magnis ejus linguæ ſatis peritis maximè elaborata , quæ facta eſt magnis ſumptibus , ac expenſis interveniente Illuſtriſſimo Domino D. Fr.Franciſco Ximenes à Ciſneros Ordinis S. Franciſci Archiepiſcopo Toletano Sanct. Romanæ Eccleſiæ Cardinali , & hæc Biblia exiit in publicum ſub Leone X. 515. Ximenes.

Biblia Regia.

Quinta eſt,quæ dicitur Biblia Regia facta magnis expenſis ex mandato Sereniſſimi , ac Sapientiſſimi Philippi Secundi Catholici Regis Hiſpaniarum , ſtudio & opere Ariæ Montani Hiſpalenſis , convocatis undique Codicibus Hebraicis,Græcis, Chaldaicis,& Syriacis, quæ etiam à multis erroribus fuerunt emendata , adhibitis etiam aliis Viris doctiſſimis, ut dicitur in Præfatione. Prodiit totum opus octo Tomis Antuerpiæ diſtinctum ſub Gregorio XIII. anno 1571. & 1573. multa characterum univſcujuſque linguæ pulchritudine,ac elegantia,& etiam cum quadam tranſlatione ipſius Ariæ Montani. 516. Arias.

Biblia Regia Pariſienſis.

Hæc noſtra ætate modo prodiit Biblia Regia Pariſienſis magnis ſumptibus , ac expenſis factis à Sereniſſimo , ac valdè magnifico Chriſtianiſſimo Ludovico X I V. Galliarum Rege,cum perfectiſſimis characteribus uniuſcujuſque linguæ Hebraicæ,Græcæ,Chaldaicæ, Syriacæ , & Arabicæ, conquiſitis multis exemplaribus,ac adhibitis linguarum Sapientiſſimis Viris , ut in ſua Præfatione præfixa in dicta Biblia teſtatur D Lejay.Totum magnum opus exivit in lucem ſub Urbano VIII.ad ann.1641. 517. Biblia Pariſienſis.

Biblia Fortunati Fanenſis.

Fortunatus Fanenſis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini , edidit Bibliam ex quadruplici verſione Latina quatuor columnis:poſuit vulgatam noſtram editionem , cum Tranſlatione Pagnini ex Hebræo,ex Tranſlatione Romana Septuaginta , & etiam cum Paraphraſi Chaldaica ſolùm in Pentateucho cujus rationem dedi *ſupr. q.*6. & quia talem tranſlationem in aliis libris ponere non habuit facultatem. In aliis verò libris Sapientiæ,Eccleſiaſtici.Tobiæ, Judith , Machabæorum , ac etiam novi Teſtamenti non poſuit Fanenſis, quia Tranſlatio Pagnini ex Græco parum diſtat à noſtra vulgata. Poſuit tamen in novo Teſtamento noſtram vulgatam Tranſlationem cum Tranſlatione Latina ex Syriaco Guidonis Fabricii, 518. Pagnin. Guidon.

de quo dicam Reſolotione ſequenti, cum de tranſlarionibus novi Teſtamenti fuerit ſermo. Hæc Biblia Fortunati fuit typis data Venetiis anno 1505.

Biblia Commelitana.

519. Anno de 1599. ex Officina Commelitana prodiit Biblia triplici lingua Hebraica, Græca, & Latina conſcripta cum annotationibus Franciſci Vatabli, quæ multum diſtant ab Scholiis, quæ nomine ipſius ſunt ſimul cum Tygurina, & vulgata noſtra editione Salmanticæ anno 1584. & ideo cum emendatione Sanctæ Inquiſitionis legenda, ut dixi *ſuprà in hac quæſtione n.* 513.

QUÆSTIO X.

De Illuſtriſſima Tranſlatione Latina ex Sacra Scriptura.

SUMMARIUM.

520 *Tempore antiquo multæ verſiones, una tamen communis, & vulgaris.*

521 *Ex mandato Damaſi Papæ D. Hieronymus vertit Bibliam in Latinum.*

522 *Hæc Tranſlatio primo diſplicuit; poſteà paulatim habuit magnam auctoritatem, & n. 523.*

524 *Omnes ferè libri Scripturæ ſunt tranſlati à D. Hieronymo.*

525 *Aliquos libros non tranſtulit, nec omnes ex Hebræo, & n. 526.*

527 *D. Hieronymus in aliquibus mutavit ſententiam, & n. 528.*

529 *Eccleſia in omnibus præter Pſalterium utitur Tranſlatione D. Hieronymi.*

530 *Cur non utitur Pſalterio D. Hieronymi.*

531 *An D. Hieronymus in Tranſlatione Scripturæ habuiſſet aſſiſtentiam Spiritus ſancti, una ſententia negat, altera affirmat, & n. 532.*

533 *Habuit aſſiſtentiam in maioribus, non verò in levioribus.*

Antiqua Tranſlatio.

520. TEmpore illo antiquo quoad vetus Teſtamentum ex Hebræo fonte, in Septuaginta ex Græco, & quoad novum Teſtamentum ex Græco originali deductæ innumeræ circumferebantur Tranſlationes tempore Divi
D Hieron. Hieronymi, ac D. Auguſtini, ut ipſi teſtātur hic
D. Auguſt. *lib. 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 11.* ille verò
Præfatione in Joſuë. Ex his verò una tunc erat communior, & magis in uſu; & hæc editio dicebatur vetus, & vulgata, ut affirmant D.
D. Hieron. Hieron. *in cap. 14. & 49. Iſaiæ*; & D. Gregor. *in epiſtola ad Leandrum, cap. 5.* & in libris Moralium ſtatim in fronte præfigitur; & de hac verſione, quæ Itala dicebatur, loquitur D. Auguſt.
D Auguſt. citato *lib. 2. cap. 14.* & ait: *Itala cæteris præfertur: eſt verborum tenacior cum perſpicuitate ſermonis.* Et hæc verſio antiqua Itala communiter creditur, quòd eſſet Luciani Martyris, de qua dixi *ſupra q 3 n.* 580.

D. Hieronymus.

Cum D. Hieronymus tanquam fulgentiſſimus Sol reſplenduiſſet in orbe, peritiſſimus non ſolùm linguæ Hebraïcæ, Græcæ, Chaldaïcæ, ac Latinæ, in talibus Tranſlationibus Latinis, quæ circumferebantur, multos defectus reperit, quos cum bene agnoſceret Sanctus Pontifex Damaſus, mandavit Sancto Hieronymo, ut Sacrum Textum ex ſuo originali, ſive Hebraico, ſive Græco, ſeu Chaldaico transferret in Latinum; quod negotium Sanctus Hieronymus multo ſtudio, ac diligentia perfecit conſulens viros doctos, ac linguarum peritiſſimos, eorúmque cenſuram flagitans, prout ipſe teſtatur in epiſtola ſcribens ad Dominianum, & Rogatianum, dicens: *Fateor mi Dominiane, & Rogatiane chariſſime, nunquam me in divinis voluminibus propriis viribus credidiſſe, nec habuiſſe opinionem meam, ſed etiam ea, de quibus ſcire me arbitrabar interrogare me ſolitum, quanto magis de ipſis, in quibus eram anceps.* 521.
Damaſ.
D. Hieron.

Facta verò hæc Tranſlatio D. Hieronymi, non ſolùm malevolos animos commovit in calumnias atrociſſimas, ſed etiam amicorum amicos multùm conturbavit. D. enim Auguſtinus vetuit, ne nova illa per Diœceſim ſuam, quaſi ſibi ſuſpecta, in Eccleſiis legeretur, & etiam quidam Epiſcopus ut teſtatur ipſe D. D. Auguſt.
Auguſt. *epiſt.* 19. quæ eſt ad Hieron. omiſſa verſione antiqua Septuaginta, ut novam lectionem D. Hieron. legendam curaret, magnam contentionem paſſus eſt in populo, unde coactus eſt homo ab illa deſiſtere, *nolens poſt magnum periculum remanere ſine plebe.* 522.

Quia tamen veritas ſemper firma perſiſtit, verſionem Hieronymi viri eruditiſſimi, ac linguarum valdè periti curioſiùs inſpicientes cum Textu Hebræo diligenter contulerunt, doctoſque Hebræos conſuluerunt, ac tandem re ad amuſſim, ut ita dicam examinata, tam Hebræorum, quàm Græcorum conſenſu habetur lectio D. Hieronymus, ut vera, ſincera, & ſuo fonti omnino conformis, & ita paulatim ipſo Hieronymo defuncto cœpit eſſe magnæ,
& maximæ auctoritatis apud omnes, & ita D. Gregor.
tempore D. Gregor. ad annum ſexcenteſimum, cœpit iſta Tranſlatio D. Hieron. in Templis, Officiis divinis, ac ſacris lectionibus uſurpari, ut ipſe S. Gregor. teſtatur *in fine epiſtolæ ad Leandrum*, & præfigitur in libris Moral. Ut etiam ipſe S. Doctor indicat *lib. 20. Moral. cap.* 23. Deinde hoc Eccleſiæ præcepto mandatum eſt, ut indicat, qui ab annis hinc quin-
gentis vixit Hugo de S. Victore *lib. de Script.* Hugo.
cap. 9. ex eo quòd hæc Tranſlatio Hebræo fonti, ex quo derivata eſt, puriùs, fideliúſque
reſponderet. Unde etiam D. Auguſt. cui hujuſ- D. Auguſt.
modi verſio diſplicuerat, poſteà cœpit illam comprobare, & approbare *lib. 18. de Civitate Dei, cap. 4.* ſic ait: *Quamvis non defuerit iſtis temporibus Presbyter Hieronymus homo doctiſſimus, & omnium linguarum peritus, qui non ex Græco, ſed ex Hebræo in Latinum eloquium eaſdem ſcripturas converterit.* 523.

Quinam

Quinam libri ſunt tranſlati à D. Hieronymo ex Hebræo in Latinum?

524. D. Hieronimus tranſtulit ex Hebræo omnes ferè libros Teſtamenti veteris; nam de novo Teſtamento dicemus Reſolutione ſequenti, proindéque vertit Sanctus Doctor in Latinum, *Pentateucum*, *libros Ioſuë*, *Iudicum*, *Ruth*, *Regum*, *Paralipomenon*, *Eſdra*, *Eſter*, præter appendiculos in fine libri; *Iob*, *Pſalterium*, *Proverbia Eccleſiaſten*, *Canticum Canticorum*, *majores & minores Prophetas*: Exceptis pauculis, ut Daniele, Baruch cum Jeremia adjuncta Epiſtola. Quod autem omnes hi libri à ſancto Doctore fuerint tranſlati, conſtat ex D. Hieron. Præfatione præfixa, quam ipſe ſanctus Hieronymus appoſuit in exordio uniuſcujuſque libri, & etiam ipſemet teſtatur in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis in fine, dicens: *Novum Teſtamentum Græcæ fidei reddidi, vetus juxta Hebraicum tranſtuli.*

525. Dixi in concluſione, *omnes fere*, quia D. Hieronymus non tranſtulit libros Sapientiæ, Eccleſiaſtici, & Machabæorum, & etiam appendicea libri Eſther, & Baruch, cum Epiſtola Jeremiæ, hæc non ex Hieron. verſione habemus, ſed ex antiqua; quoniam ex nullis Hieronymi verbis, aut præfationibus (quas ipſe ſolet præfigere in exordio librorum) poteſt colligi ex Hebræo, vel Græco hos libros vertiſſe, aut emendaſſe, & valde veriſimile hos libros tanquam non poſitos in Canone Hebræorum omiſiſſe; imò de libro Baruch D. Hieron. teſtatur ipſe ſanctus Doctor *Epiſt.* 118. *quæ eſt Præfatio Ieremiæ*, ait: *Librum Baruch, qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermiſimus* Confirmatur, quia ex prædictis li- D. Cyprian. bris Sapientiæ, &c. à D. Cypriano præſertim *lib. de exhortatione Martyrij*, & ab aliis Patribus D. Hieronymo antiquioribus citantur multa loca, quæ eodem modo, ac tenore verborum habentur in noſtra vulgata; ergo benè infertur illos libros eſſe ex veteri illa editione, quæ antiquiſſimo tempore ante Hieronymum, erat communis, & vulgaris.

526. Dixi etiam *omnia ferè*, ex Hebræo propter libros Danielis, Judith, & Tobiæ; nam Judith non ex Hebræo, ſed ex originali Chal- D. Hieron. daïco D. Hieronymus tranſtulit, ut de Judith ipſemet ſanctus Doctor teſtatur *Epiſt.* 111. ut dixi ſuprà *Reſolut.* 3. *quæſt.* 12 *num.* 391. Partes verò Danielis, quæ in Hebræo non reperiebantur, ex verſione Theodotionis deſumpſit ſanctus Doctor, ut ipſe teſtatur Præfatione in Danielem; librum verò Tobiæ ex Chaldaico idiomate in Hebræum tranſtulit, & ex Hebræo in Latinum, ut ipſemet D. Hieronymus D. Hieron. teſtatur *Epiſtol.* 100. *ad Chromatium, & Heliodorum*; ut ſuprà dixi *Reſol.* 3. *q* 11. *num.* 382. advocatis viris peritiſſimis utriuſque linguæ Hebraïcæ, & Chaldaicæ.

527. Dices: multa nunc extant in noſtra vulgata, quæ D. Hieronimus ſentit aliter eſſe vertenda: Deinde quia multa ſunt in noſtra vulgata, quæ ab Hebræo fonte maxime diſcrepant; ergo non omnia conformia, ac cohærentia ſunt.

528. Reſpondeo, quòd licèt D. Hieronymus ſenſerit in ſuis Commentariis aliqua aliter eſſe legenda; vel poſteà ſententiam mutavit, ſic in libro de viris Illuſtribus, qui habetur *tom.* 1. dixit de ſuis Commentariis in epiſtola ad Galatas eſſe emendandos, tamen poſteà re melius inſpecta judicavit emendatione non indigere. Vel etiam dic, quòd Eccleſia, quæ Spiritu ſancto regitur, adhibitis viris doctiſſimis judicavit talem emendationem non eſſe neceſſariam. Ad confirmationem dicimus illam differentiam inter noſtram vulgatam, & Textum Hebræum poſſe oriri ex duplici cauſa; & prima, quia Textus Hebræus modo in ea ſinceritate, ac puritate non habetur, ut in tempore D. Hieron. Vel quia noſtra tranſlatio non eſt etiam in aliquibus minimis omnino conformis cum verſione Hieronymi, vitio nempe, ac incuria librariorum, & amanuenſium, de quo maxime ipſe D. Hieronymus conqueritur in ſuis præfationibus.

An Eccleſia utatur in omnibus lectione, ac verſione D. Hieronymi?

Reſpondetur affirmativè, excepto Pſalterio, D. Hieronymus tranſtulit Pſalterium ex Hebræo, vel Græco in Latinum, ut habetur in ejus operibus, tamen Eccleſia tali verſione non utitur, ſed illa antiqua, quæ erat ante D. Hieronym. verbi gratia, Pſalm. 103, habet noſtra vulgata: *Petra refugium herinaciis*, D. Hieron. ex Septuaginta legit: *Refugium leporibus*; ſic ait Bellarm. *lib.* 2. *de Verbo Dei, cap.* 9. Pſalterium vulgatæ editionis latinæ non eſt illud, quod D. Hieron. tranſtulit, ex verſione Græca Septuaginta interpretum, ſed illud, quod ipſe emendavit, tranſlatum ab antiquo interprete, ex editione S. Luciani Martyris; ſiquidem B. Hieron. circa Pſalterium quater laboravit; tranſtulit illud ex Hebræo in Latinum, ut patet ex Epiſtola ejus ad Sophronium. Item convertit ex Græco in Latinum ex pura editione Septuaginta, ut habetur in hexaplis Origenis, ut ipſe teſtatur in Epiſtola ad Januarium, & Fretellam. Denique bis emendavit antiquam lectionem, quæ tranſlata erat ex Græco communi, & vulgati, ut patet ex Præfatione Pſalterij ad Paulam, & Euſtochium. 529.

D. Hieron. Pſalm. 10,
Bellarm.
D. Luc. Mart.
Origenes

Quæres tamen; ſi D. Hieronymus tranſtulit Pſalmos, tum ex Hebræo, tum ex Græco, cur non Eccleſia bujuſmodi tranſlationem, ſed vulgatam veterem retinuit? Reſpondetur tamen quòd Pſalmi in Eccleſia quotidie ex illa antiqua editione communi uſu canebantur, & plerique ex memoria Pſalmos recitabant, & frequenter orando in ore habebant, & valde arduum, ac violentum eſſet novam tranſlationem inducere; nam ut rectè ait D. Hieronym. Præfat. in Danielem: *Difficilè ſanè ſenis linguam mutare, & caneſcentem jam mundum ad initia retrahere parvulorum.* Accedit etiam, quod Hieronymi verſio in principio multis diſplicuit, ut ſuprà dixi *num.* 522. & pedetentim ex ipſo uſu, ac tacita Doctorum approbatione, cœpit evulgari, ac haberi in pretio; at verò hæc æſtimatio nunquam ſenſim fuit in Pſalmis, nunquam ex tranſlatione Hieronymi cœperunt cani, ac in ſacris uſurpari, ac introduci, ſed ſemper in illa antiqua tranſlatione perſtiterunt; ſicur ſub Urba- 530

no VIII. anno 1631. multa emendatio facta eſt in Breviario, & maximè quoad Hymnos ad menſuram poëticam, & quia illos è memoria recitari aſſuetum erat, ideo hodie etiam multæ Religiones, ac Eccleſiaſtici juxta morem antiquum recitant, & canunt; & licèt emendatio in Hymnis juxta regulas artis optima ſit, tamen ipſa conſuetudine adſtipulante, antiqua recitatio jucundior ſono videtur.

An D. Heronymus in vertenda Biblia habuiſſet peculiarem aſſiſtentiam Spiritus ſancti?

531. Adrian. Veiga. Legion. Seb. Perez. Bañez. Driedo. Bellarm. Serarius. Prima ſententia negat talem aſſiſtentiam. Ita Adrianus *lib. 4. fol. 156.* Veiga *lib. 18. in Trident. cap. 9.* Uterque Legionenſis, unus *diſp. de vulgata, quæſt. 20. col. 7.* Alter, *quæſt. 4. expoſit. cap. 9.* Sebaſtianus Perez *Epiſcop. Oxonenſis, in Regulis Sacræ Scripturæ regula 4.* Bañez *1. part. quæſt. 1. artic. 8. dub. 4.* Driedo *lib. 2. propoſit. 3. & 4. in ſolut. argum. 1. 3. & 4. & in concluſ. 3. fol. 42.* Bellarm. *lib. 2. de Verbo Dei, cap. 11. ad argument. 2.* Et utramque partem problematicè defendit Serarius *in Prolog. cap. 19. quæſt. 8.* dicunt prædicti Doctores, quòd non derogant aliquid auctoritati vulgatæ, quod interpres tantùm ſtudium ac laborem potuit adhibere, ut in nullo erraverit, licèt potuerit errare.

532. Salmeir. Titelm. Canus. Prado. Rua. Tena. Serlog. Ramos. Secunda ſententia affirmat peculiarem aſſiſtentiam Spiritus ſancti in D. Hieronymo in hoc negotio, ſicut communiter aſſeritur in verſione Septuaginta. Ita Salmeiron. *Prolog. 3. obſerv. 5.* Titelman. *in Apologia pro veteri interprete,* Canus *lib. 2. de locis, cap. 14 ad argum. 6.* Prado *in Ezechielis Iſagoge, cap. 3.* Rua *controverſ. 2. dub. 11. concluſ. 2.* Tena *lib. 1. Iſagoge Sacræ Scripturæ* Serlog. *anteloq. 7. in Cant. num. 7.* Nicolaus Ramos *in defenſione vulgatæ.* Dividuntur tamen hi Auctores: nam aliqui hanc aſſiſtentiam quoad ſingula verba concedunt; Alij ſolùm quoad ſententias, ne aliquid falſum, vel perniciosum poneretur.

533. Lahay. Tertia ſententia quæ mihi probabilior videtur affirmat in his, quæ ad fidem, mores, & cætera gravioris ponderis pertinent, quòd D. Hieronymus habuiſſet aſſiſtentiam Spiritus ſancti ad perficiendam ſuam tranſlationem, cum omni ſinceritate, ac integritate; at verò in rebus minoris momenti relictum eſſe ſuæ humanæ ſcientiæ; ita Lahay *in Prolog. ad Bibliam Max ſect. 19. cap. 5.*

534. Prima pars probatur, quia Spiritus ſanctus maximè aſſiſtit regimini, ac gubernationi Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ; atqui veritas, & puritas ſacræ Scripturæ maximè pertinet ad regimen, & gubernationem Eccleſiæ; ergo peculiaris maximè fuit ei aſſiſtentia Spiritus ſancti in hoc negotio. Major, & minor patent; conſequentia probatur, quia ſi verſio Septuaginta in Græcum facta eſt Spiritu ſancto aſſiſtente; ergo etiam eodem ſpiritu aſſiſtente verſio in latinum facta eſt, cum maximè eſſet neceſſaria ad totius Eccleſiæ regimen, quia omnia fidei myſteria, totúmque regimen Eccleſiæ ab ipſa Sacra Scriptura, tanquam à fonte deducitur; ergo maximè neceſſarium fuit, quòd Deus talem dediſſet interpretem, qui cœleſti nutu duceretur, ut non erraret. Confirmatur, quia Spiritus ſanctus dividit dona ſua in Eccleſia ſingulis ſingula prout vult, ut dicitur *1. Corinth. 12. num. 10.* Alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum; at ſi alicui in Eccleſia data eſt interpretatio ſermonum, fuit Beatus Hieronymus, ut erat convenientiſſimum, tanquam totius ſcripturæ Interpres. 1. Cor. 12.

Secunda pars concluſionis probatur ex proximè dictis, quia Spiritus ſanctus ſua chariſmata ſingulis ſingula dividit prout vult, quando, & quomodo vult, ac proinde non debemus ei præſcribere modum, ex eo quòd præſens ei adfuerit in his, quæ ad fidem moréſque, & cætera, quæ ſunt gravioris momenti, non inde ſequitur quòd etiam ei Divinus ſpiritus adeſſet in his, quæ ſunt minoris conſiderationis, & Spiritus ſanctus potuit adeſſe in his, quæ ſunt majoris momenti, in minoribus verò potuit eum relinquere ſuæ eruditioni, itaut poſſet errare, ut ſe hominem agnoſceret, & ita ejus tranſlatio in multis diſcrepat à noſtra vulgata, & eſt emendata; nam Iſaiæ 19. num. 17. legit noſtra vulgata: *Et erit terra Iuda Ægypto in pavorem*, D. Hieronym. legit: *Et erit terra Iuda Ægypto in feſtivitatem.* Ac proinde quamvis Spiritus ſanctus ei fuerit aſſiſtens in rebus graviſſimis, in minoribus relictus eſt ſuæ eruditioni, & ideo D. Hieronymus aliquando aliqua dixit emendanda quæ poſtea judicavit non eſſe emendanda, ut dixi ſuprà, *num. 528.* 535. Iſai. 19. D. Hieron.

Quæstio XI.

Quanta ſit auctoritas noſtræ vulgatæ poſt Concilium Tridentinum, ac Decreta Summorum Pontificum?

SUMMARIUM.

536 *Decretum Concilij Tridentini, ut fundamentum totius quæſtionis, ponitur, & num. 537.*
538 *Quid per authenticum intelligit Concilium.*
539 *Pro emendatione Bibliæ multi curarunt Summi Pontifices; perfecit Clemens VIII.*
540 *Difficultas quæſtionis.*
541 *Quid in hac affirmet prima ſententia.*
542 *Quid dicat ſecunda ſententia, & n. 543.*
544 *Tertia, & vera ſententia explicat mentem Concilii, quod nullus propria auctoritate audeat aliquid immutare.*
545 *Cautela Bañez in hac re.*

Tanquam fundamentum totius quæſtionis, quæ multas difficultates involvit, & Doctores in varia placita fecit abire, proponendum eſt Decretum Concilij Tridentini, ut ab ipſo tanquam à fonte vera intelligentia accipiatur, ſic *ſeſſione 4.* Sancta Synodus loquitur. 536. Concil. Trident.

Si quis libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in veteri vulgata latina editione habentur, pro ſacris, & Canonicis non ſuſceperit, 537.

anathe

anathema ſit. Et paucis interjectis adjungit: *Inſuper eadem Sacra Synodus non parum utilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei, ſi ex omnibus latinis editionibus, quæ circumferuntur Sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda ſit, innoteſcat; ſtatuit, & declarat, ut hæc ipſa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot ſæculorum uſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus, pro authentica habeatur, ut nemo eam rejicere, quovis prætextu, audeat, vel præſumat.*

538. Suar. Cum Concilium dicat, *ut authentica habeatur*, explicat Suar. *tom. de fide, diſp. 5. ſect. 3. num.* 10. & ait: *Particula, ut authentica habeatur, habet hanc vim, ut habeat infallibilem auctoritatem, & ſit certa regula fidei, in omnibus quæ continet.* Sacr. Congregat. Ad quod adducit quandam declarationem Cardinalium die 17. Januarij anni 1576. quam etiam refert Marzilla *ad ſeſſ. 4. Concilij*, dum ait: *Nec ſolam periodum, ſolam clauſulam, vel ſolam dictionem, aut Syllabam, iotavè unum admitti poſſe, quod repugnet huic vulgatæ editioni.*

Difficultas quæſtionis.

539. Pius IV. Pius V. Sixtus V. Poſt Decretum Concilij Tridentini animadvertentes Romani Pontifices, Pius IV. & Pius V. Sixtus V. quod aliqua in Biblia erant emendanda, ductis in Urbem antiquiſſimis exemplaribus, convocatis viris doctiſſimis in Hebræo, Græco, Chaldaïco, & tandem à multis Biblia eſt purificata, & correcta, & cùm jam eſſet excuſa, ut in lucem mitteretur anno 1592. ſub Sixto V. ſummo Pontifice, animadvertens iterum idem Summus Pontifex non pauca in Sacra Biblia præli vitio irrepſiſſe, quæ iterata diligentia indigere viderentur, totum opus ſub incudem, revocandum cenſuit, atque ita decrevit; morte verò præveniente id præſtare non potuit. Clemens. VIII. Tamen cum electus eſſet ad Pontificatum Clemens VIII. Deo benè juvante, totum opus perfectum, & abſolutum eſt; & hæc editionis veteris, & vulgatæ recognitio dicta eſt correctio Sixtina, eo quod Sixtus V. eam intenderat, ac inceperat, quamvis ſub Clemente VIII. perfecta fuiſſet. Totum hoc quòd diximus, conſtat ex præfatione, quæ in fronte ipſius Bibliæ ponitur, & incipit. *In multis, magniſque.*

540. Difficultas ergo eſt, quomodo Sacrum Concilium Tridentinum determinat, quòd illa Biblia antiquæ editionis, *habeatur ab omnibus ut authentica*, & Illuſtriſſima ſacra Congregatio diſponit, quòd in ea nec una ſyllaba, vel iota immutetur, cum prædicti ſummi Pontifices multa purificanda duxerunt.

541. Prima ſententia affirmat Concilium definiiſſe editionem hanc à nullo etiam minimo vero deviaſſe, interpretis ignorantia, aut malitia, quamvis incuria tranſcribentium aliquos nævos habuerit, ac proinde in omnibus ſuis partibus eſſe Canonicam, ipſique eandem fidem in omnibus deberi, ac ſi eſſet Originalis ſcriptura. Ramor. Pineda. Ita Ramos in defenſiona vulgatæ, *fol.* a. Pineda *de rebus Salomonis, lib.* 4. *cap. 9. num.* 3.

542. Secunda ſententia exiſtimat vulgatæ editionis interpretem in aliquibus, quæ neque ad fidem, neque ad mores pertinent, hallucinari potuiſſe ſive Græcarum voce ignorantia, ſive Hebraïcarum æquivocatione, ac proinde ſolum Concilium diffiniiſſe *pro authentica habenda*, in illis, quæ pertinent ad fidem, & mores. Ita Andreas de Viega (qui Concilio interfuit) Viega. *in ejuſdem Concilij Commentariis, lib. 15. cap.* 9. Bellarm. *lib. 2. cap.* 11. & ejus propugnator ibi *cap. 10. pag.* 537. & 541. Bellarm. Didacus Payva in *defenſione Tridentinæ fidei, lib.* 4. qui Payva. & ſi fortiter pro vulgata pugnet, aliquos tamen errores in ea contineri non negat, Serarius alios referens *in Prolog. cap. 19. quæſt.* 11. Serarius. Pindanus, *lib. 2. optimo genere interpretandi, cap. 12. & lib. 3. cap. 10. & ſequentibus*, Pindanus. ubi aliqua loca noſtræ vulgatæ adducens emendat, differunt autem hi auctores inter ſe, quia quidam adducunt plura loca, alij pauciora, in quibus aſſerunt vulgatum Interpretem aliquantulum erraſſe, vel lectionem noſtram corruptam eſſe.

543. Senenſis. Et hanc ſententiam fortiter defendit Sixtus Senenſis *lib. 8. Biblioth, circa finem*, tria aſſignat: Primum quia ex levibus erratis, nullum periculum in fide, & moribus imminet; Secundum, quia ne nimiæ & exactæ correctiones novitate fidelium aures offenderent. Tertium, ut vetuſtam illam editionem, quæ naſcentis Eccleſiæ fidem educaverat, & ſanctam ſimplicitatem, ac venerandam antiqui interpretis venerentur.

Reſolutio quæſtionis?

544. Rua. Tenas. Fr. Anton. Tertia, & vera ſententia media, quam veram eſſe puto, & altiùs explicandam duxi. Eam tenet Rua *controverſ. 2. poſit. lib.* 12. Tenas *lib. 1. Iſagog. diffic 6 ſect.* 3. Fr. Anton. à Matre Dei *Iſagog ſcript. Prælud. 2. dub. 12. §. 3. num.* 104. Aſſerit hæc noſtra ſententia interim Concilij Tridentini fuiſſe hæreticorum audaciam, ad alias verſiones, ac lectiones recurrentium reprimere, & etiam aliquorum Catholicorum nimiam corrigendi, licentiam cohibere, & inde quantum ad primum Concilium definiit, nihil contra fidem, aut bonos mores in hac noſtra vulgata editione contineri, omnibuſque latinis editionibus deberet anteponi, ut ſecunda ſententia aſſerit. Deinde licèt quoad ſecondum non definierit eſſe authenticam, quoad quædam tenuiſſima, ac valde levia, prohibet tamen particularibus, ne in hac vulgata editione audeant aliqoid vertere, immutare, addendo, vel ſubtrahendo: hoc enim pertinet ad Romanum Pontificem ut univerſale caput totius Eccleſiæ, ſumma vera ſolertia, ac diligenti indagine, ut omnia, & maximè libros ſacros in ſua primæva, ac originaria, puritate, ſinceritate, ac veritate magno examine adhibito conſerventur; & ſi aliqua etiam minutiſſima notanda irrepſerint, univerſa ad priſtinum ſtatum reſtituere, emendare, ac corrigere; non ad particulares, ſed ad caput totius Eccleſiæ pertinet, ut in hac re maximè laborarunt graviſſimi Romani Pontifices Pius IV. Pius V. Sextus V. Clemens VIII. Pius IV. Pius V. Sixtus V. Clem. VIII. ut ſuprà notavi in hac quæſt *num.* 539. & maximè cum incuria Typographorum multi errores labantur. Et ideò de hac re magnam commendationem

Tridet. mendationem facit ſacrum Concilium Tridentinum, jubet enim ſeſſ. 4. *Vt hæc ipſa vetus & vulgata editio, quàm emendatiſſimè imprimatur.* Et breviter dico, quod Concilium id tantùm intendere videtur, ut nullus propria auctoritate aliquid quantumvis minimum audeat contra vulgatam admittere, vel ponere.

545. Banez. *Sed in re tam gravi* (verbis Sapientiſſimi. Mag. Bañez dicam 1. *part. quæſt.* 1. *art.* 8. *dub.* 3. *concluſ.* 6. dubium hoc verſans, ſic concludit) *expectanda eſt Eccleſiæ Catholicæ cenſura, unde neque audeo, neque debeo Eccleſiæ judicium meæ ſententiæ prævenire. Scio ſanè, ſi ab Eccleſia interrogarer, quid viva voce reſponderem, interim tamen pio, & juſto ſilentio me contineo.* Ita Bañez, & ego, & inſuper addo, quòd omnia libentiſſimè ſubjicio judicio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Quæstio XII.

An expediens, & licita ſit Bibliorum tranſlatio in quacunque lingua vulgari, & materna?

SUMMARIUM.

546 *Refertur ſententia Hæreticorum.*
547 *Catholica, & vera ſententia tres habet partes.*
548 *Prima pars, non eſt intrinſecè malum Biblia in lingua vulgari transferri, & n.* 549.
550 *Nullo modo convenit ut Biblia ſit in lingua vulgari.*
551 *Meritò Eccleſia prohibet talem Bibliam in lingua vulgari.*
552 *Probatur etiam hæc pars ex multis inconvenientibus, & n.* 553.
554 *Meritò Eccleſia talem Bibliam in lingua vulgari prohibet.*
555 *Miſſa non poteſt dici in lingua vulgari.*
556 *Proponuntur, & ſolvuntur hæreticorum fundamenta, uſque ad num.* 565.

546. Calvinus. Lutherus. Calvinus, Brentius, Lutherus, & alij hujus farinæ noſtri temporis hæretici conſtanter aſſeverant ſacras Scripturas in omnium Chriſtianorum linguas transferendas, ut ab omnibus legi valeant, nulluſque etiam imperitus ab hac lectione removeatur, & omnes ad eas legendas excitant, & pueros in ſchola per ſacram Bibliam in materna lingua converſam legere docent. Argumenta poſtea ponam.

Catholica, & vera doctrina.

547. Dicendum eſt Scripturas ſacras in propria, ac vernacula lingua habere ac legere, non eſt intrinſecè malum, tamen nullo modo convenit, ac expedit; & ideo meritò ab Eccleſia ſancta eſt prohibitum. Ita Sixtus Senenſ. *lib.* 4. *Biblior.* Marius Victorius Scholiaſtes. D. Hieronym. *in Epiſt. ad Sophron.* 134. Caſſianus *collat.* 2. 3. & 4. Joannes de Lahay *Prolog. in Bibl. Max. ſect.* 21. *cap.* 1 §. *dicimus ratione*, Fr. Anton à Matre Dei in *Iſagog. Scriptur. Prælud.* 2. *dub.* 5. §. 2. *num.* 42. Concluſio tres habet partes.

Senenſis. Marius. Caſſian. Labay. Anton.

548. Prima pars concluſionis probatur, quòd non ſit intrinſecè malum Scripturas ſacras in propria, ac vernacula lingua habere, ac legere; quia nulla lege naturali hoc poteſt probari prohibitum. Deinde in quibuſdam locis, ac populis fuerunt aliquando Biblia in vernacula, ac materna lingua; nam initio apud Hebræos, cùm Hebraïcè adhuc omnes loquerentur, alia non dabantur Biblia, niſi tantùm Hebraïca, apud Græcos Græca, apud Latinos Latina; ſicque tali idiomate ipſe Deus tradidit legem; & Eccleſia illa antiqua eam ſic recepit, & approbavit.

549. Deinde Patres habentes ſermonem ad populum laicum, maximè ipſum adhortabantur ad legendas ſacras Scripturas. D. Chryſoſtom. *homil.* 10. *in Ioan. Homil.* 3. *de Lazaro*, & aliis locis. Origenes *homil.* 12. *in Exod. homil.* 9. *in Leviticum.* D. Auguſt. *in Expoſit. Pſalm.* 33. *Conſil.* 2, ubi ait: *Legite Scripturas, ideo voluit Deus, ut ſcriberentur, ut nos conſolaremur.* Similiter D. Hieronym. ad hanc lectionem fœminas adhortatur, ut patet ex ejus epiſtola ad Paulam, & Euſtochium; & etiam ex alia ejus epiſtola ad Celanciam. Ad hanc etiam adhortatur D. Gregorius *lib.* 4. *Dialeg. cap.* 14.

Origenes. D. Auguſt. D. Heron. D. Gregor.

550. Secunda pars concluſionis, quòd nullo modo convenit, ac expedit, quod ſacræ Scripturæ habeantur, ac legantur lingua vulgari. Hanc veritatem nobis docuit Chriſtus Dominus, Math. 7. n. 6. dicens: *Nolite dare ſanctum Canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos; ne fortè conculcent eas pedibus.* Id eſt, ut dixi juxta expoſitionem ſanctorum Patrum, *tom.* 2. *in Evang. cap.* 18. q. 6. 7. & 8. Nolite dare doctrinam ſacræ Scripturæ, Evangelij, ac fidei, quæ continetur in ipſa ſcriptura tanquam margarita concluſa in conchis, nolite, inquit, dare canibus, & porcis, hoc eſt malignis, perverſis, ut canibus, & etiam brutis, ac ignorantibus, ut porcis, quæ ſunt valdè inſipientia animalia. Secundò. Pòſtquam Chriſtus explicavit parabolam de ſeminatore; interrogaverunt eum diſcipuli ejus, quid ſignificaret. Quibus ipſe reſpondet: *Vobis datum eſt noſſe myſterium Regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant.* Luc. 8. num. 10. *Vobis* nempe diſcipulis meis, qui eſtis educati in mea doctrina, ac in illa inſtructi, *datum eſt noſſe myſterium Regni Dei*, ſacram nempe ſcripturam, explicat Abulenſ. & alij. *Cæteris*, nempe vulgaribus, ac communibus hominibus, ſeu ut habet D. Marc cap. 4. *Qui foris ſunt*, extra nempe Eccleſiam; *in parabolis* ac ſymbolis, *ut videntes non videant, audientes non intelligant*, tot, & tanta myſteria, imò & ipſis Apoſtolis ait Chriſtus D. Joan. 16. num. 12. *Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò.* Sed adveniente Spiritu ſancto, ejus nempe lumine agnoſcetis; & pro magno beneficio Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis aperuit ſenſum, ut intelligerent ſcripturas. *Luc.* 24. *n.* 45.

Math. 7. Luc. 8. Abulenſ. Marc. 4. Ioan. 16. Luc. 24.

551. Probatur etiam hæc pars noſtræ concluſionis ratione, quia Biblia in lingua vulgari, ac materna non poteſt eſſe utilis, ſed valde inutilis, & nociva, quia ſic Biblia ex eo daretur in lingua vulgari, ut omnes eam intelligerent; At eſto ſit in lingua materna, nec populus, nec homines communes, ac imperiti poſſunt

poſſunt intelligere Pſalmos, Prophetas, Cantica,& myſteria, quæ in aliis libris continentur; nam etiam viri valde periti linguæ Latinæ,Græcæ, ac Hebraicæ, illa non intelligunt, niſi multo ſtudio, diligentia,ac labore legant expoſitores, eorumque interpretationem diſcutiant, & ruminent; quomodo ergo imperiti eam poſſent capere,ac penetrare,cum ſcriptura ſit valde obſcura juxta communem ex-
Pſalm. 17. poſitionem; de ea loquens Regius Vates ait: *Tenebroſa aqua in nubibus aeris.*

552. Quòd verò talis Biblia in lingua materna eſſet valde inutilis & nociva, probatur, quia omnes errores, ac hæreſes naſcuntur ex Bi-
D.Hilar. blia malè intellecta, ut oſtendit D. Hilarius
Caſſianus. in extremo *libro de Synodis*, & Caſſianus *Col-*
Silvius. *lat.* 2. 3. & 4. & Sylvius *lib. de Origine Bohemorum*, referunt innumeros errores ex ſcripturæ imperitia natos; & maximè cùm in populo dentur multi homines imperiti, qui cùm nihil ſciant, omnia ſe ſcire arbitrantur, de quorum peſtifera præſumptione multùm
D.Hieron. conqueritur D. Hieronymus *Epiſt. ad Paul.* & *cap.* 11. *in Daniel ad finem*, quid facerent ex hujuſmodi ſacræ ſcripturæ lectione.

553. Dic mihi, ſi populus rudis audiat, & le-
Cant.1. gat,lingua ſua vulgari verba Cantic.1. num.1. *Oſculetur me oſculo oris ſui, læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Et illud
Oſeæ 1. Oſeæ 1. num. 2. *vade, & fac tibi filios fornicationum*, & quod Lot dormivit cum filiabus
Geneſ. 19. ſuis, Geneſ. 19. *num.* 31. & quod Moyſes videns Ægyptium percutientem Hebræum in-
Exod.2. terfecit eum. *Exod.* 2 *num.* 11. & quod Amnon dormiens violaverit ſororem ſuam Thamar 2.
2.Reg.13. *Reg.*13.*n.*27. & quod Judith pompoſo ornatu, ac nimia pulchritudine compoſita exierit in
Judith. Caſtra Holofernis *cap.* 10. & quod Sara, Lia, & Rachel dederint ancillas viris ſuis in Concubinas, & alia ſimilia,quæ alto motivo commemorantur in ſcriptura. Populus rudis, & inſipiens hæc non intelligens, vel excitaretur ad ſimilia perpetranda, vel illa contemneret, & ideo quadringentis annis, & amplius poſt Chriſtum nulla in lingua vulgari tranſlatio viſa eſt Bibliæ.

554. Et ideo optimè proviſum eſt ab Eccleſia Catholica, quæ eſt tertia pars concluſionis, quòd talis Biblia in lingua vulgari non per-
Pius IV. mittatur, ut decrevit Pius IV. & confirmavit
Clem.VIII. Clemens VIII. & habetur Regula 4. quod in hac re ſtandum eſt judicio Epiſcopi, aut Inquiſitoris, cum conſilio Parochi, vel Confeſſoris, ut concedatur talis facultas. Has licentias & facultates datas ab omnibus ſummis Pontificibus retinendi, ac legendi hujuſ-
Vrb.VIII. modi libros revocavit Vrbanus VIII. in ſua Conſtitutione 116. *Apoſtolatus officium*; & tantùm reſervavit Romano Pontifici has li-
Expurgat. centias concedere; & ita Expurgatorium Hiſpanum *regula* 5. editum anno 1664. prohibet hujuſmodi Bibliam in lingua vulgari in hæc verba: *Como la experiencia aia enſeñado, que de permitir la ſagrada Biblia en lengua vulgar ſe ſegue (por la te neridad, ignorancia, o malicia de los hombres) mas daño, que provecho, ſe prohibe la Biblia, con todas ſus partes impreſſas, y de mano, en lengua vulgar, y aſſi miſmo los ſummarios, y compendios, aunque ſean hiſtoriales de la miſma Biblia.* Et declarat inſuper prædictum Expurgatorium, per linguas vulgares non eſſe Hebræam, Græcam, Latinam, Chaldaicam,Syriacam, Æthyopicam, Perſicam, & Arabicam intelligendam.

Sacrificium Miſſæ.

Quòd non ſit celebrandum lingua vulgari 555.
determinat, ac præcipit Concilium Tridenti- Trident.
num, *ſeſſ* 22. *cap.*8. *de Sacrificio Miſſæ*; de quo
latè Petrus Scoto *lect.* 15. *de caremon. Miſſæ*, Petr. Scoto
Cardinalis Bellarm. *tom.* 1. *lib.*1. *de Verbo Dei*, Bellarm.
*cap.*2. §. *Propoſitio.* Barthol. ab Angelis,*Dialog.* Barthol.
5. *de Miſſa*, §. 461. Azor. *Inſtit. Moral part.*1. Azor.
*lib.*8. *cap.* 26. *quæſito* 6 §. *veram*, Bonac. *de Sa-* Bonac.
*cram. diſp.*4. *quæſt. ultim. punct* 9. *n.*36. Valle de Valle.
encantat. *opuſc.*1. *ſect.*2. *cap.*6 *num.*34.

Ponuntur, ac ſolvuntur fundamenta Hæreticorum.

Primò ex auctoritate D. Chryſoſtomi, ac 556.
aliorum Patrum, qui, ut vidimus ſuprà *n.*549. D.Chry.
hortabantur ad lectionem ſacræ ſcripturæ; ergo videntur ſupponere ſacram ſcripturam in
propria lingua haberi. Confirmatur primò, Evangel.
quia ſacri Evangeliſtæ ſcripſerunt tanquam in lingua vulgari ad quos ſcripſerunt; D. Matthæus ſcribens ad Hebræos in Hebræo, D. Marchus ad Latinos in Latino, D.Lucas, & Joannes ad Græcos in Græco.

Ad argumentum reſpondetur, qòd verba 557.
Sanctorum Patrum accipienda ſunt juxta eorum mentem, ac juxta occaſionem,qua ad ea dicenda adducebantur. Videbat D.Chryſoſtomus homines ſuo tempore deditos eſſe ludis & ſpectaculis obſcænis, ſed ſacros libros non legebant, ſed contemnebant, ut eos ab his averteret, inde ad lectionem ſacrorum librorum, eos exhortabatur, & non omnes, ſed eos qui eum fructum hoc poſſent præſtare; nam tunc eo tempore Chryſoſtomi, Origen. D.Auguſtinus ſcilicet quadringẽtis annis poſt Chriſtum natum, & ampliùs nulla tranſlatio in lingua vulgari viſa eſt, ut dixi ex communi ſententia; & iſto dabatur, eo tempore tot inconvenientia non ſunt experta, ut modò.

Ad confirmationem reſpondetur, quòd 558.
divina providentia factum eſt ut Evangelium Hebraicè, Græcè, ac Latinè ſcriberetur, triplici idiomate,quo titulus Crucis ſcriptus; & opportunè non dabatur alia lingua, in qua Evangelium ſcriberetur. Deinde ſacri Evangeliſtæ ſcripſerunt ſuum Evangelium in illa primitiva Eccleſia, ſuis fratribus, ac diſcipulis,ut dixi *tom.* 1. *in Evangelia in Prologomio, & dicam Reſolut. ſequenti*, in quibus erat ſumma puritas, ac ſinceritas & omnes erant pleni gratia Spiritus ſancti, ac uniti in charitate, ut de eis dicatur, *In eis erat cor unum, & anima una.* Actor. 4. num. 32. At
verò modò abundat malitia, refrigeſcit chari- Actor 4.
tas, perverſa iniquitas undique graſſatur, & ideo magna cautela adhibenda, ne ſacra myſteria evulgentur.

Ex Apoſtolo 1. Corinth. 14. num. 8. ubi 559.
videtur docere publicas Eccleſiæ lectiones, & 1.Cor.14.
preces debere fieri lingua vulgari, ait enim, *etenim ſi incertam vocem det tuba, quis parabit ſe ad bellum*, ergo ſermo debet fieri per ſermonem

monem intelligibilem, ut ſciatur, & intelligatur ab omnibus, alias erit in aëra loqui. D. Hieron. Confirmatur, quia D. Hierooymus vertit ſacras Scripturas in linguam Sclavonicam, aut Dalmaticam, ut in lingua ſua eas homines intelligerent.

560. Reſpondetur, quòd Apoſtolus ibi non agit de tranſlatione librorum ſacrorum, ſed de conciooe, ac prædicatione quam Antiſtes ſolebat facere, qua finita Auditores de divinis myſteriis miſcebant ſermonem, & quia aliquando multi tumultuantes loquebantur, & nihil diſtincte percipiebatur, ſed erat multa confuſio, ideo ut Apoſtolus eos inſtruat, exhortatur ad claram, & diſtinctam colloqutionem, ut unus, vel alter loquatur, & poſtea alij, ita ut omnes capiant quæ dicuntur.

561. Ad confirmationem, negatur talem verſionem factam fuiſſe, quamvis illam teneat Sixtus Senenſis *lib.* 4. *Biblioth.* nec ex Epiſtola D. Hieron. ad Sophronium, quæ eſt 134. tale poteſt colligi, ut legenti patebit; ſed tantùm Sanctus Doctor ait tranſlationem Septuaginta diligentiſſime emendatam, olim ſuæ gentis hominibus dediſſe; & eſto demus, quod in Dalmatica lingua ſcripturas dedit, hoc fuit privatim, non verò publice, ex nulla hiſtoria conſtat, quod ſcriptura in lingua vulgari legeretur publice in Eccleſia.

562. Innoc. III. Tertiò arguunt. Quoniam in *cap. quoniam in pleriſque de Officio judicis Ordinary*, Innocentius III. præcipit, ac ordinat, ut quando in aliqua civitate, populi diverſarum linguarum reperiantur, Epiſcopus provideat, de idoneis miniſtris, qui in diverſis linguis populos doceant, & inſtituant, ergo videtur ſentire expediens eſſe ſcripturas in propria lingua habere.

563. Reſpondetur, in Concilio Lateranenſi optime proviſum fuiſſe, ut una civitas, aut diœceſis, non duos Epiſcopos, ſed unum tantùm habeat, qui in civitatibus, & maxime maritimis, ubi ſunt diverſæ, & variæ nationes, quæ habent diverſas linguas, diverſóſque ritus, vèrbi gratia, Græci, & Latini, ut provideat miniſtros idoneos, qui unicuique valeant miniſtrare Sacramenta, juxta ſuum ritum, & linguam, ut verbi gratia, bene confeſſarij, & pœnitentes intelligantur, non inde ſequitur, quod talia ſacramenta ſint adminiſtranda in lingua vulgari; aliàs cum hoc Decretum promulgatum fuiſſet in Italia, ſacramenta, & officia divina fierent, non Latine, ſed Italice, quod nunquam eſt factum, de quo videndus eſt Barboſa ad dictum caput *quoniam*, Ludovicus Gomez in Regulas Cancellariæ de idiomate, Camillus Borel. de Regis Catholici præſtantia, *cap.* 51. (Barboſa. Gomez. Camillus.)

564. Actor. 2. Quartò; Apoſtoli in die Pentecoſtes: *Loquebantur variis linguis magnalia Dei.* Actor. 2. Variiſque linguis prædicabant, juxta unamquamque nationem; ergo & licet Scripturam vernacula lingua haberi; nam ſi verbum Dei non inquinatur, dum vulgari lingua prædicatur, nec etiam dum vulgari lingua ſcribitur. Negatur conſequentia; nam verbum Dei, dum prædicatur, ſecum involvit explicationem, quam omnes capiunt; at cùm ſcribitur, nudum ſcribitur, & inde ab omnibus non capitur, verbi gratia; matres dant infantibus panem diſſectum in particulas ad manducandum, poterunt dare etiam panem integrum, & ſolidum, ſed non erit aptum, ut ab infante manducetur; ſic non licet argumentari: Verbum Dei datur populis explicatum à concionatore; ergo etiam debet dari in lingua vulgari ſine explicatione; inepta, & invalida eſt conſequentia.

Quintò. Valdè indecens eſt, ut populus labiis ſolum Deum honoret; cor autem longè ſit ab illo, quia quod legit, aut orat, non intelligit. Quòd graviter reprehendit Dominus, Matth. 15. num. 8. Iſai. 29. num. 13. ideò Paulus 1. Corinth. 14. num. 14. *Si orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem ſine fructu eſt*; ac ſi dicat ex oratiooe non intellecta, nullam utilitatem orans conſequitur; ergo conveniens eſt, ut ſcriptura detur in lingua vulgari, ut orans fructum capiat. 565. (Matth. 15. Iſai. 29. 1. Cor. 14.)

Reſpondetur, quòd non ſequitur illatum, quia qui non intelligit, mens longè ſit ab eo, quia quamvis non intelligat, orat intentione, totam ſuam mentem in Deum dirigendo. Ad locum Pauli, orans licet non intelligat, & privetur fructu intelligentiæ, tamen ut ait ibi D. Thomas, habet fructum impetrationis, meriti, ac ſpiritualis conſolationis, vel *mens ſine fructu* ſi diſtrahatur in plura, & ideo non ſufficit tantùm orare, ſed ſpiritu, & mente; & ideo Apoſtolus, n. 15. *Quid ergo orabo ſpiritu, orabo & mente.* Vel tertiò dic, ſufficit quòd Deus; ad quem dirigitur, eam intelligat, etiamſi vocum ſignificationem orans ignoret, ſufficit quòd oret in fide; quod explicat Origenes *homilia* 20. *in Ioſue*, exemplo medici, qui in cibo, & potu dat aliquid infirmo, quod illi prodeſt, etiam ſi cùm illud edit, aut bibit, non ſentiat ſalutem. Sic ait Origenes: *Scriptura ſancta utilis eſt, & animæ prodeſt, etiamſi ſenſus noſter ad præſens intelligentiam non capiat.* Eodem modò D. Auguſtinus *lib.* 6. *de de Baptiſmo, cap.* 25. (D. Thom. Origen. D. Auguſt.)

RESOLUTIO V.

De præſtantia, ac excellentia legis Gratiæ, ac ejus Canonicis Scriptoribus.

DE excellentia Evangelij, ac quid, & quotuplex ſit, ac de ſactis Evangeliſtis in particulari Matthæo, Marco, Luca, ac Joanne, jam tractavi *tom.* 1. *in Evangelia in Proœmio*; & quamvis *ibi*, dicta ſint, quæ ſufficiunt, tamen hic altiùs examinanda, & multa ex dictis repetenda.

QUÆSTIO PRIMA.

Quanta ſit celſitudo, ac præeminentia legis Gratiæ ſuper veterem?

SUMMARIUM.

566 *De ſide lex Gratiæ perfectior lege vetere.*

567 *Prima*

567 *Prima excellentia, lex gratiæ, habet media ad iuſtificationem, quibus carebat lex vetus.*

568 *Secunda excellentia, lex gratiæ ratione ſui ſtatus habet media ad gratiam, ac ſatisfactionem.*

569 *Tertia excellentia, in lege veteri dabatur gratia ex pretio perſolvendo in lege nova ex pretio perſoluto.*

570 *Quarta excellentia, lex nova maximè ſuperat veterem in Legiſlatore.*

971 *Quinta excellentia, ex parte objectorum credibilium.*

572 *Sexta excellentia, lex vetus fuit in umbris, & figuris, lex gratiæ in apertis, & manifeſtis.*

573 *Septima excellentia, ex parte ſacrificii quod non eſt ex ſanguine hircorum, aut taurorum, ſed ex corpore, & ſanguine Ieſu Chriſti.*

574 *Octava excellentia, lex gratiæ finis legis veteris.*

575 *Nona excellentia ex parte formæ, quià lex ſcripta fuit in tabulis lapideis, lex gratiæ in corde, ac viſceribus.*

576 *Voluit tamen Chriſtus, ut poſt ejus mortem darentur Scriptores Evangelici.*

577 *Decima excellentia, Teſtamentam vetus ſervorum, novum filiorum.*

578 *Vndecima excellentia, Teſtamentum vetus timoris, novum amoris.*

579 *Duodecima excellentia, Teſtamentum vetus jugum grave, novum ſuave, & leve, & num.* 580.

581 *Tertiadecima excellentia, Teſtamentum vetus temporalia promittebat, novum ſpiritualia, & æterna pollicetur.*

582 *Quartadecima excellentia, Teſtamentum vetus imperfectum novum undequaque perfectum, & num.* 583.

584 *Quintadecima excellentia, Teſtamentum vetus uni tantùm populo datum eſt; novum vero univerſo orbi.*

585 *Decimaſexta excellentia, Teſtamentum vetus temporale, quod ceſſavit, novum æternum, & num.* 586.

587 *Decimaſeptima excellentia de potentia ordinaria non poteſt dari perfectior lex.*

566. DE fide certum, legem novam, ſeu gratiæ, eſſe perfectiorem, & excellentiorem lege veteri, ut expreſsè docet Apoſtolus ad Hebræos 7. 8. & 9. de quo latè agunt multi
D.Thom. Theologi, Divus Thomas 1. 2. *tota quæſt.* 107.
Soto. Ibi ejus Commentatores, Soto *in* 4. *diſtin.* 2.
Salmeir. *quæſt.* 1. *articul.* 4. Salmeiron *tom.* 5. *in Evangel. tract.* 1. *ſuper epiſtol. ad Roman. diſp.* 29.
Bellarm. Bellarm. *lib.* 1. *de Verbo Dei, cap.* 18. Vaſquez
Vaſquez. 1. 2. *diſp.* 183. *cap.* 3. Suarez *lib.* 10. *de legi-*
Suarez. *bus, cap.* 8. *per totum*, quod breviter probatur oſtenſis multis excellentiis legis gratiæ.

567. *Prima excellentia.* Quia ſumma hominis viatoris perfectio, eſt illius juſtificatio, ac ſanctificatio; atqui lex vetus ex ſe nullum importabat medium ad juſtificationem, ac ſanctitatem, at lex gratiæ multa adhibet media ad ſanctificationem; ergo multo perfectior eſt lex gratiæ Major eſt evidens, minor probatur quoad primam partem, quia lex vetus ſolùm ex ſe includebat ſacrificia, oblationes, ritus, & cæremonias, quæ non ſanctificabant: nam remedium legis naturæ datum fuit Adamo. Circumciſio Abrahamo
Geneſ 17. ut notant Angles; Faventin. & alij Geneſ. 17.
in quo ſenſu explicant Concilium Floren- Angles.
tinum, ut dixi *Opuſculo primo, Reſolut.* 3. Florent.
quæſtione 12. *num.* 103. & ideo ait Paulus He- Hebr. 7.
bræos. 7. numer. 19. *Nihil ad perfectum adduxit lex.* Et in lege naturali erat illud tantùm remedium naturæ pro parvulis ex generali Dei providentia, ac communi neceſſitate; pro adultis nullum tamen erat Sacramentum. At in lege gratiæ ſeptem ſunt Sacramenta, quæ conferunt gratiam, non ex opere operantis tantùm, ſed etiam ex opere operato, unum pro parvulis, & ſex pro adul-
tis, de quibus loquens Iſaias 12. *Haurietis* Iſai. 12.
aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Divus D. Hieron.
Hieronymus ex Hebræo vertit *de fontibus Ieſu*, quibus aquis ſalutiferis anima lavatur, mundatur, ac purificatur in omni juſtitia, ac ſanctitate, ut ad ſummam perfectionem veniat. Et inde dicebat Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis: *Eſtote ergo vos per-*
fecti, ſicut & Pater veſter perfectus eſt. Matth. 5. Matth. 5.
num. 41.

Secunda excellentia, legis gratiæ, quia ex 568.
vi ſui ſtatus, ac ex vi ſui Legiſlatoris habet vim ad dandam gratiam ad bene operandum, ac etiam habet vim ad ſatisfaciendum, quod non habebat lex vetus, nec ratione ſui, nec ratione ſui ſtatus. Probatur, quia lex gratiæ includit formaliter merita Chriſti Domini, ut præſentia, & realia, quæ habent vim ad juſtificandum, ac ſatis-
faciendum. Quia ut ait Petrus Actorum 4. Actor. 4.
num. 12. *Neque enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo nos oporteat ſalvos fieri, niſi tantùm in nomine Ieſu.* At lex vetus: idem eſt de lege naturæ, non includebat merita Chriſti ut præſentia, ſed tantùm ipſa reſpiciebat, ut futura, & ſic ratione ſui non dabat gratiam, ſed benignitate Dei ipſam largiebatur, propter merita Chriſti prævisa; per anticipatam ſolutionem ad ipſa Chriſti merita; at lex gratiæ includit ipſa merita Chriſti ut realiter præſentia, & ut jam exhibita; ergo ratione ſui ſtatus habet dare gratiam, & ideo lex nova meritò dicitur lex gratiæ, & in ea non datur gratia ex benignitate, ſed ex juſtitia, quia quamvis per reſpectum ad nos, qui ipſam gratiam accipimus, ſit mera gratia, tamen per reſpectum ad Chriſtum caput noſtrum, qui ipſam meruit, fuit opus juſtitiæ, imo & toto rigore juſtitiæ, ut communiter dicunt Theologi in materia de Incarnatione.

Tertia excellentia, in lege veteri daba- 569.
tur gratia ex pretio perſolvendo; at in lege gratiæ ex pretio jam perſoluto, qui eſt excellentior, & nobilior modus habendi, ſicut illuſtrius, & excellentius eſt accipere rem data pecunia in manu, quam eam accipere ex gratia creditoris ex pecunia in futurum danda, veluti *deſiado*, ut vulgo dicitur.

Quarta excellentia; quia licet utraque lex 570.
vetus, & nova data ſit à Deo; tamen in Auctore promulgatore, ac miniſtro proximo, & imme-

diato, per quem Spiritus ſanctus loquitur, longiſſimè novum Teſtamentum præſtat veteri. Ait Joan. 1. num. 17. *Lex per Moyſem data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Lex vetus fuit data per Moyſem tanquam per miniſtrum; at lex gratiæ, ſeu gratia, & veritas data eſt per Jeſum Chriſtum, non tanquam miniſtrum, ſed tanquam factorem, Auctorem ipſius gratiæ, & veritatis; *Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*; ut latè explicavi *tom. 6. in Evangel. ad cap. 1. Ioan. quæſtione 2.* Deinde Deus legem antiquam dedit, promulgavit per Moyſem, & Prophetas, nunc verò in lege nova per unigenitum filium ſuum Jeſum Chri-
Hebr. 1. ſtum, ut ait Paulus Hebræor. 1. num. 1. *Multifariam, multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis; noviſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in Filio*, qui in immenſum, ac infinitum, Moyſem, & Prophetas excellit. Deinde miniſtri legis veteris fuerunt Prophetæ; miniſtri verò legis Evangelicæ Apoſtoli, qui maximè excellunt Prophetas. Ideo Paulus primum locum dat Apo-
1. Cor. 2. Epheſ 4. ſtolis, ſecundum Prophetis. 1. *Corinth.* 12. *num.* 28. *ad Epheſ.* 4. *num.* 1. & Prophetæ fuerunt miniſtri in uno populo, parvo, ac limitato, Apoſtoli conſtituti ſunt Principes ſuper omnem terram, *& in omnem terram exivit ſonus eorum.*

571. *Quinta excellentia* ex parte materiæ, ac objectorum credibilium; lex vetus unum Deum colendum, ac adorandum proponebat; Trinitatiſque myſterium, ac Chriſti conceptionem ex Spiritu ſancto valde in umbra cognoſcebat; at lex nova, Deum unum in eſſentia, & Trinum in perſonis prædicat, ſicut & Chriſtum Jeſum ex Spiritu conceptum profitetur, cjúſque vitæ Sanctiſſima myſteria mortis, Paſſionis, Reſurrectionis, Miſſionéinq; Spiritus ſancti, converſionem, ac vocationem omnium gentium, quæ valdè obſcurè, ac tenuiter ratiocinabantur Prophetæ. Quæ omnia
Ioan. 1. clarè & apertè nos docuit, ac declaravit Chriſtus Jeſus Joan. 1. num. 18. *Deum nemo vidit unquam, unigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit.* Ideo enim unigenitus Dei filius è ſinu Patris in ſinum Matris factus homo deſcendit, ut arcana Patris ipſi ſoli cognita nobis enuntiaret; inde
1. Tim. 3. Apoſtolus Paulus ait 1. Timoth. 3. num. 16. *Magnum pietatis Sacramentum manifeſtum eſt in carne, juſtificatum eſt in Spiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt Gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria.*

572 *Sexta excellentia.* Quia lex vetus fuit quid adumbratum, ac figuris tectum; at lex gratiæ quid apertum, clarum, ac manifeſtum: quantum autem vivi, & perfecti colores excedunt primas lineas, tantum claritate, ac perſpicuitate, legi veteri præcellit nova; inde
Exod. 34 Moyſes velata facie erat *Exod. 34. num. 32.*
Exod. 30 Hinc Sanctum Sanctorum velo obtegebatur. *Exod. 30. n. 6.* Hinc etiam omnia vaſa ad miniſterium templi conſtructa, tecta, velatáque erant, ut habes ex Lactantio *lib. 4. cap. 20.* Ait
Lactant. Hebr. 2. D. Paulus Hebr. 9. n. 16. *Ubi enim teſtamentum eſt mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.* In veteri illa lege ceremoniæ, ſacrificia, & obſcura Prophetarum oracula, erant clauſa, & ſigillo obſignata, ſub multis umbris, & figuris, *Omnia in figuris contingebant illis.* ait Apoſtolus 1. Cor. 10. n. 11. 1. Cor. 10.
At Chriſti morte omnia aperta, manifeſtata, ac reſerata ſunt: *Hinc ſciſſum eſt velum templi.* Matth. 27. n. 51. & librum ſignatum ſigillis ſeptem, quem nemo poterat aperire, nec reſpicere illum, *Agnus tanquàm occiſus inventus eſt dignus aperire librum, & ſolvere ſignacula eius* Matth. 27.
Apoc. 5. n. 6. & Chriſtus aperuit ſuis Diſcipulis ſenſum, ut intelligerent Scripturas. Luc. 24. n. 45. & Chriſto præſente *viſum eſt cælum apertum*, quod nunquam antea legitur factum. *Matth. 3. n. 16. & Ioan. 1. n. 51.* Apoc. 5. Luc. 24. Matth. 3. Ioan. 1.

Septima excellentia, ex parte ſacrificij. In unaquaque lege, ſive vera, ſive falſa fuit aliquod ſacrificium tanquam ſignum protestativum excellentiæ illius Dei, quem adorabat, ut docet D. Auguſt. *lib. 1. contra Adverſarium legis, & Prophetarum, cap. 18. & epiſt. 49.* ut latè expendi *tom. 3. in Evangelia, cap. 35. q. 32. n. 222.* Ex quo rectè D. Paulus ex ſacrificio legis veteris extincto probat ipſam legem veterem, ejuſque; Sacerdotium omnino extinctum, & abolitum, ait ad Hebr. 7. n. 12. *Tranſlato Sacerdotio neceſſe eſt, ut & legis tranſlatio fiat.* Nota conſequentiam neceſſariam *Neceſſe eſt*, quia ut notant ibi Chryſoſt. Theodoretus, Theophylact. intrinſecum, & connaturale eſt unicuique legi ſuum ſacrificium, ac Sacerdotium: nam Sacerdotium ad ſacrificium ordinatur; lex vero, & Sacerdotium ad ſacrificium tanquam ad ſuum principalem actum, quem reſpicit, tradendo ritus, & cæremonias ad illud peragendum, ac proinde eſt quid primum, & principale totius legis, à quo tota eius nobilitas deſumitur. Sacrificium autem legis veteris conſtabat *ex ſanguine hircorum, aut vitulorum.* Hebr. 9. num. 12. At ſacrificium legis gratiæ conſtat ex pretioſiſſimo corpore, ac ſanguine Chriſti Domini de quo loquens Apoſtolus Hebr. 9. n. 14. ait: *Quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum, ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundavit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis.* Et ſicut in immenſum ſanguis Chriſti ſuperat ſanguinem hircorum, & taurorum, ſic lex gratiæ in immenſum ſuperat veterem. 573. D. Auguſt. Hebr. 7. Hebr. 9.

Octava excellentia. Finis perfectior, ac nobilior eſt, quam ea, quæ ad finem ſunt; atqui totum teſtamentum vetus ad novum ordinabatur, tanquam ſuum finem, & ideo rectè ait Paulus Rom. 10. n. 4. *Finis legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti.* Syriacus legit: *Scopus legis Chriſtus*: quia tota lex ad Chriſtum ut ad finē, terminum, ac ſcopum referebatur, quia ut explicant Divus Auguſtinus *lib. 2. contra Adverſarium legis cap. 7.* Divus Gregorius *homil. 16. in Ezechielem.* Omnes umbræ, figuræ legis, in Chriſto ſunt adimpletæ, in ipſo tanquam in ſuo termino ceſſarunt, etiam in hoc ſenſu idem Apoſtulus 1. *Corinth. 10. num.* 11. Poſtquam numeravit aliquas figuras legis veteris ſubdit, *In quos fines ſæculorum devenerunt*: fines ſæculorum dicit tempus Adventus Chriſti. Tale tempus appellant Prophetæ fines ſæculorum, ut notant Benedictus Juſtinianus, & Cornelius à Lapide: nam Adventus Chriſti fuit finis ſæculorum illius antiquæ legis: nam tota ipſa in Adventu Chriſti ceſſavit 574 Rom. 10. Syriacus.

ceſſavit, finivit, ac terminata eſt, & ad hunc
intentum adducunt citati Auctores illud ex
1.Ioan.2. epiſtol. 1. Joan.cap.2. num.18. *Filioli noviſſima
hora eſt.*

575. *Nona excellentia* ex parte furmæ, quia lex
vetus ſcripta fuit in tabulis lapideis, & lex
gratiæ in corde & anima, quod probat, &
D.Auguſt. confirmat D. Auguſtinus *lib.de ſpiritu,& litera
cap.19.* ex verbis Jeremiæ 31. num.32. *Ecce
Ierem.31. dies veniunt, & conſummabo ſuper domum
Iſrael, & ſuper domum Iuda, Teſtamentum
novum, non ſecundum teſtamentum, quod feci
patribus eorum, in die qua apprehendi manum
eorum, ut adducerem eos de manu Ægypti, quia
ipſi non perſeveraverunt in teſtamento meo, &
ego neglexi eos. Poſt illos dies, dicit Dominus,
dabo legem meam in viſceribus eorum, & in
corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Deum.*
Ubi Propheta conſtituit diſcrimen inter le-
gem, quam Deus dedit patribus in tabulis
Exod 34. lapideis, *Exod.34. num.4.* & legem, quam de
præſenti in novo Teſtamento *ſcriptam in viſ-
ceribus eorum, ac in corde eorum.* Moyſes ut
miniſter dedit tantum legem ſcriptam in ta-
bulis, ſecluſo omni Spiritus, & gratiæ do-
no, quod ipſe præſtare non poterat; at in
novo teſtamento Chriſtus Jeſus ejus Legiſla-
tor, Auctor, & conditor gratiæ, *Et eam per
Spiritum ſanctum diffundit in cordibus noſtris.*
Rom 5 Roman. 5. num.5. quo quaſi digito Dei lex
nova fidelium inſcribitur mentibus; unde
meritò Ioannes Baptiſta ait jam ſupra datus,
*Lex per Moyſem data eſt: Gratia, & veritas
per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Ubi aperte indi-
catur, quod Moyſes dedit tantum legem ut li-
teram mortuam; Chriſtus utpote verus Deus
dat gratiam, & veritatem promiſſorum cœ-
leſtis beatitudinis, ac æternæ patriæ. Et ad
2 Cor.3. hunc ſenſum ait Apoſtolus 2. Corinth.3.n.6.
Litera occidit, ſpiritus vivificat. Quem lo-
D.Auguſt. cum explicat Divus Auguſtinus *lib. de ſpiritu,
& litera cap.4.* Quia Moyſes dedit legem tan-
quam literam mortuam, quia gratiam dare
non poterat, ſine qua lex non poterat obſer-
vari; at Chriſtus Dominus ſimul cum lege
dedit ſpiritum gratiæ, & ſanctitatis, qui vi-
Rom.2. vificat. Ideo Paulus Roman. 2. num.15. ap-
pellat legem Evangelicam *Scriptam in cordi-
Rom.3. bus noſtris.* Et cap.3. num.27. *Legem fidei.* Et
Rom.7. cap.7.num.12.*Legem dicit ſanctam.* Et num.14.
eam dicit: *Legem ſpiritualem,* & num.25.*Le-
gem Dei appellat;* veterem legem paſſim ſolum
Rom.2. legem dicit, Rom.2.n.26.& ſæpè ſcriptam in
2 Cor.3. tabulis 2. Corinth. 3.n.3. Aliquando literam.
Ibidem n.6.

576. Et quamvis Chriſtus Dominus ſuam legem
non ſcripſerit, diſpoſuit tamen, ut poſt mortem
ejus, ejus lex, vita, & doctrina ſcriberetur à
Sanctis Evangeliſtis, ad firmitatem fidei, ſta-
bilimentum Eccleſiæ contra Hæreticos, ac
perennem omnium notitiam, ut ſtatim dicam
quæſtione ſequenti.

577. *Decima excellentia.* Teſtamentum vetus ſer-
vorum erat; Teſtamentum novum filiorum,
D.Auguſt. quod docuit Divus Auguſtinus *lib. contra ad-
verſarium legis cap.16.* & ait: *In veteri Teſta-
mento erant onera ſervorum; in novo gloria li-
Rom.8. berorum.* Quod probatur ex Paulo Roman.8.
num.15. ſuis diſcipulis ſcribens, ait: *Non enim
accepiſtis ſpiritum ſervitutis in timore, ſed ac-*

*cepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo cla-
mamus: Abba Pater.* Ubi Apoſtolus apponit
legem veterem novæ; veterem dicit ſpiritum
ſervitutis, quia Iudæos tanquam ſervos pœnis,
à minacibus ſuppliciis abducebat *oculum pro* D.Chryſ.
oculo, dentem pro dente, ut notant D.Chryſoſt. Theodor.
Theodoret. Theophylactus, D. Anſel. legem Theophyl.
vero novam dicit *ſpiritum filiorum,* quia ſua- S.Anſelm.
viter, ac leniter præmiis nos allicit Chriſtus,
*Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt re-
gnum cœlorum,* &c. Matth. 5. num.2. Quod Matth.5.
optimè confirmatur ex ipſo Apoſtolo ad Ga- Galat.4.
latas 4. num. 22. *Veteris Teſtamenti umbram
fuiſſe Agar ancillam Abrahæ: & novi Teſta-
menti, & Eccleſiæ Saram liberam.* Et quemad-
modum ancilla generat filios ſervos, ſic Teſta-
mentum vetus, præfiguratum in ancilla, ſervi-
lis conditionis populum procreabat. Teſtamen-
tum vero novum, id eſt Eccleſia, in Sara libe-
ra adumbrata, filios in ſumma gignit liberta-
te; & inde proſequitur Apoſtolus: *Nam illa,
quæ ſurſum eſt Ieruſalem,* id eſt Eccleſia: *Libera
eſt, quæ eſt mater noſtra.* D. Anſelm.ibi: *In utro-* D.Anſelm.
*que Teſtamento genuit Deus filios; qui ſibi ſervi-
rent, in veteri Iudæos ſervos, qui timore pœnæ,
& promiſſionibus temporalium, & ſerviliter obe-
dirent: In gratia vero novi Teſtamenti liberos, qui
ex dilectione ſervirent.*

Undecima excellentia. Vetus teſtamentum 578.
fuit timoris, novum vero amoris. D. Auguſt. D.Auguſt.
tom. 1. lib.1. de moribus Eccleſiæ, cap.28. ait:
*Hæc eſt breviſſima, & aptiſſima differentia
duorum Teſtamentorum, timor, & amor,*
& cap.16. ait: *Deus veteri homini fugienti, tan-
quam Dominus, appoſuit, quod timeret; & no-
vo redenmti, tanquam Pater aperuit, quid
amaret.* Cum Deus olim daret legem, totus
Mons Sina terribilis fumabat, denſiſſima
caligine circumdabatur, ſonitus buccinæ per-
ſtrepebat, fulgura coruſcabant, tonitrua
audiebantur, *Exod. 19. num. 18. Hebr. 12.* Exod.19.
num.21. undique omnia erant terrifica, ac ter- Hebr.12.
ribilia. At in novo Teſtamento, tanquam fo-
liis chariſſimis omnia ſunt plena amoris, ac
benignitatis. De Ieſu dicitur, *Qui pertranſit
benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à dia-
bolo* Actor.10.num.38. quod optimè confirmat Actor.10.
Apoſtolus *Hebræor.12. num.18* & ait: *Non ac-* Hebr.12.
*ceſſiſtis ad tractabilem montem, & acceſſibilem
ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam,
& tubæ ſonum,* & *vocem verborum, quam qui
audierunt excuſaverunt ſe, ne eis fieret verbum;
ſed acceſſiſtis ad Sion Montem, & Civitatem
Dei viventis, Hieruſalem cœleſtem, & multorum
millium Angelorum frequentiam.* Opponit
Apoſtolus Chriſtianos Iudæis, & Montem Si-
na, in quo lex antiqua eſt data, Monti Sion, in
quo erat templum, & in eo Chriſtus prædica-
vit, ac ſuam Evangelicam legem promulgavit,
in ipſoque Monte Apoſtoli Spiritum ſanctum
acceperunt. Inde Sina ſignificat Synagogam,
ac legem veterem: Sion Eccleſiam Chriſti, ac
ejus legem. In Sina, ſeu in lege veteri omnia
terribilia, ac terrifica, in Sion, ſeu in lege gra-
tiæ, omnia ſuavia, præjucunda, ac feſtiva: *Mul-
torum millium Angelorum frequentiam,* pro fre-
quentia legit Græcus *feſtivam ſolemnitatem.* In Græco.
Eccleſia Chriſti Angelorum myriadibus dies
feſti cum multo gaudio, felicitate, triumpho,
ac jubilo aguntur.

Duodecima excellentia. Iugum Teſtamenti
579. veteris valdè grave,ac ponderoſum;novi vero
leve , & ſuave. Dicente Chriſto Domino
Matth.11.n.29.*Venite ad me omnes,qui laboratis,*
Matth.11. *& onerati eſtis, & ego reficiam vos.Tollite iugum*
meum ſuper vos,iugum enim meum ſuave eſt , &
*onus meum leve.*E contra vero iugum antiquũ,
valdè grave,& ponderoſum:cum in Primitiva
Eccleſia aliqui arbitrarentur legem Moyſis à
Chriſtianis eſſe ſervandam,cum de hac re Hie-
roſolymis eſſet contentio ſurgens Petrus ait :
Quid tentatis Deum,imponere iugum ſuper cervi-
ces Diſcipulorum , quod nec Patres noſtri,nec nos
Actor.15. *portare potuimus?*Actor.15 n.10.& ideo D.Aug.
D.Auguſt. *ſerm.9.de verbis Domini* , legem antiquam ap-
pellat *ſarcinam innumerabilium obſervationum.*
Numerantur enim in illa lege antiqua ſex-
centa tredecim præcepta. Affirmativa , ducen-
ta quadraginta; negativa , trecenta ſexaginta
quinque.

580. At lex Evangelica valde ſuavis , ac levis
eſt paucitate mandatorum , quæ magnam ha-
bent facilitatem : nam præter Decalogum le-
gis naturæ addidit Sacramenta facillima , ut
D.Auguſt. ait Divus Auguſtinus epiſtol.118. cap.1. *Levi*
iugo nos ſubdit , & ſarcina levi , unde Sa-
cramentis numero pauciſſimis , obſervatione fa-
cillimis , ſignificatione praſtantiſſimis , ſocieta-
tem novi populi colligavit. Et inde lex no-
va dicitur verbum breviatum , ut dicitur
Rom.9. ab Apoſtolo Roman. 9.num. 28. *Verbum bre-*
viatum fecit Dominus ſuper terram. Cum le-
gem ſuam promulgavit , quæ valdè brevia-
D.Auguſt. ta eſt paucitate præceptorum , ita interpre-
Origenes. tatur D. Auguſtinus , Origenes , D. Anſelm.
D.Anſelm. Oecumenius.
Oecumen.

581. *Tertiadecima excellentia.* Teſtamentum ve-
tus temporalia promittebat ſuis obſervatori-
bus ; novum verò æterna,& ſpiritualia,ut eiſ-
dem verbis docet D.Auguſtinus lib.18. de Ci-
D.Auguſt. vitate Dei , cap. 11. *Prius in veteri temporalia*
bona , deinde in novo , aterna , & ſpiritualia
promittuntur. Nam in lege veteri dabantur
promiſſiones vini,olei, frumenti , terræ fluen-
tis lac , & mel. In novo æterna,& ſpiritualia:
Beati pauperes, quoniam ipſorum eſt regnum cæ-
Matth.25. *lorum.* Matth. 25. *Venite benedicti patris mei*
Ioan.7. *poſſidete regnum.* Ioan.7. num.38. ait Chriſtus
Dominus : *Qui credit in me , flumina de ventre*
eius fluent aqua viva, hoc autem dixit de ſpiritu ,
quem accepturi erant credentes. Et ideo Apoſto-
Hebr 7. lus Hebræor.7.num.19. appellat legem gratiæ
Introductionem melioris ſpei , per quam accedi-
Hebr.8. *mus ad Deum* Et Hebr. 8. num 6. agens de
Chriſto Domino ait : *Quanto & melioris te-*
ſtamenti mediator eſt , quod in melioribus re-
promiſſionibus ſancitum eſt ; nempe pollicitatio-
nibus per Chriſtum factis æternæ cœleſtia
beatitudinis , ac gratiæ ſanctificantis.

528. *Quartadecima excellentia.* Vetus teſtamen-
tum fuit imperfectum , novum undequaque
perfectiſſimum , ſive quoad fidem,mores,ritus
& cæremonias. Iudæi ſub lege fuerunt , tan-
quam pueri alphabetarij ; Chriſtiani vero in
novo Teſtamento , ut perfectiſſimi Theolo-
Galat.4. gi. Ait Apoſtolus ad Galat. 4 num.4. *Cum eſ-*
ſemus parvuli ſub elementis mundi eramus ſer-
vientes , at ubi venit plenitudo temporis , mi-
ſit Deus filium ſuum , factum ex muliere , fa-
ctum ſub lege , ut eos , qui ſub lege erant re-
dimeret , ut adoptionem filiorum reciperemus.
Quem locum expendens noſter D. Cyrillus D.Cyrill.
Alexandrinus *lib.9. in Ioan.* ait : *Oportebat per*
Moyſen tanquam puerum erudiri Iſraëlem , qui
puerilis adhuc , & rudioris mentis erat , at per
Chriſtum , in quo omnes ſunt theſauri ſapientia ,
& ſcientia reconditi , deſcriptam veram , & con-
ſummatam nobis afferri ſcientiam. In veteri
Teſtamento erant Iudæi , ut pueri ſub literis
alphabeticis ſervientes ; at in novo *recipi-*
mus adoptionem filiorum , at ut filij partici-
pamus de bonis paternis Chriſti , in quo
ſunt omnes theſauri ſapientiæ . & ſcien-
tiæ Dei.

Quod confirmatur ex Paulo Hebræor. 7. 583.
num 18. *Reprobatio quidem fit pracedentis man-* Hebr 7.
dati , propter infirmitatem eius , & inutilitatem:
nihil enim ad perfectum adduxit lex , id eſt
abrogatio fit prioris legis , & huius rei cau-
ſam aſſignat Apoſtolus , legis nempe infir-
mitas , & inutilitas , *Quia lex nihil ad per-*
fectum adduxit : quia non poterat homines
ſalvare , ac iuſtificare : nam ſumma hominis
perfectio eſt illius iuſtificatio, ac ſanctificatio.
At verò novum Teſtamentum, potentiſſimum,
ac efficaciſſimum eſt ad ſalutem. Ait Apoſto-
lus Rom.1.num.16. *Non erubeſco Evangelium,* Rom.1.
virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti.
Ait Doctor Gentium , *Non erubeſco Evange-*
lium ; quamvis eius vita ſit in humilitate ,
ac paupertate. De quo agit D. Ambroſ. *lib.1.* D.Ambroſ.
Officio cap. 3. & ſubdit rationem *Dei virtus.*
Græcus legit , *Dei potentia eſt, ad ſalutem om-* Græcus.
ni credenti ; hoc eſt potentiſſimum eſt ad
dandam ſalutem , & remiſſionem peccato-
rum , *Verbum crucis iis, qui ſalvi fiunt , Dei vir-*
*tus eſt.*1.Corinth.1.n. 18. Dei virtus , Syriacus 1.Cor.1.
legit *Dei potentia.* Ipſa virtus Evangelica cru- Syriacus.
cis efficax Dei potentia eſt ad ſalutem , ac vi-
tam æternam.

Decimaquinta excellentia. Teſtamentum ve- 584.
tus uni tantum populo nempe Iudaico , Te-
ſtamentum vero novum univerſo orbi datum
eſt.De Teſtamento veteri probatur Pſal.75 n.1 Pſalm.75.
Notus in Iudea Deus , in Iſraël magnum
nomen eius. At lex Evangelica data eſt pro
toto univerſo. Sic Chriſtus Dominus mittens
ſuos Apoſtolos ait illis : *Euntes docete omnes*
gentes , baptizantes eos in nomine patris , &c. Matth.28.
Matth. 18.num.19.Iterum : *Euntes in mundum,*
univerſum pradicate Evangelium omni creatu- Marc.16.
ra. Marc. 6. num.15. quod vaticinatum eſt ab Iſai.2.
Iſaia 2. num.2. *Et erit in noviſſimis diebus pra-*
paratus mons Domus Domini in vertice mon-
tium , & elevabitur ſuper colles , & fluent ad
eum omnes gentes. Et ſtatim ſubdit n. 3. *Quia*
de Sion exibit lex , & Verbum Domini de Ieru-
ſalem , & iudicabit gentes. Malach.1. num.11. Malach.1.
Quia ab ortu Solis uſque ad occaſum magnum
eſt nomen meum in gentibus. Et de ſacris Apo-
ſtolis clamat Regius vates : *In omnem ter-*
ram exivit ſonus eorum. Pſam. 18. & paſſim Pſalm.18.
omnes Prophetæ.

Decimaſexta excellentia. Teſtamentum ve- 585.
tus temporale , quod oſtendit Paulus ad Ga- Galat.3.
latas 3. num. 19. *Lex propter tranſgreſſiones*
poſita eſt , donec veniret ſemen , cui promi-
ſerat , ordinata per Angelos in manu me-
diatoris. Id eſt , lex Moyſis promulgata eſt , ut
peccatores,& peccata refrænaret,nec Chriſtus
ſemen

ſemen Abrahæ veniret, *Ordinata per Angelos in manu mediatoris*; id eſt in poteſtate Chriſti mediatoris ad abrogandam ipſam legem veterem. Ita locum explicant Gloſſa Ordinaria,

Gloſſ. Ord. D. Anſelm. Theophyl.

D. Anſelm. Theoph. quod etiam magis confirmatur ex eodem Apoſtulo citato *cap. 3. num. 23.* ubi ait: *Priuſquam veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eandem fidem quæ revelanda erat*, id eſt, antequam fides Chriſti, & nova lex reſplendeſceret in urbe, quaſi ſervi in cuſtodia, ac carcere onerosæ legis concluſi tenebamur, quouſque ipſa fides Chriſti in mundo revelaretur; & iterum corroboratur ex eodem Apoſtolo citata epiſtola

Galat. 2.

ad Galatas cap. 2. num. 19. *Per legem legi mortuus ſum, ut Deo vivam.* Id eſt per legem novam legi veteri mortuus, & crucifixus ſum, ut vivam Deo, & pro hac veritate confirmanda, multa alia loca valdè expreſſa poteram adducere.

586. Teſtamentum autem novum æternum eſt, juxta illud Chriſti Domini: *Hic eſt Calix ſanguinis mei, novi, & æterni teſtamenti.* Et illud

Hebr. 13.

Pauli Hebr. 13. num. 20. *Deus eduxit de mortuis paſtorem magnum ovium in ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Et

Apocal. 14

illud Apocalyp. 14. num. 6. *Vidi alterum Angelum volantem per medium cœli habentem Evangelium æternum.* Dicitur autem, Teſtamentum novum æternum; ut citato loco explicavi, quia nullo unquam tempore antiquabitur, nullum aliud teſtamentum illi ſuccedet.

Theodor.

Theodoret. ad citatum locum Apoſtoli: *Æternum teſtamentum vocat Paulus, utpote*

D. Anſelm.

quod aliud non ſit poſt hoc futurum. D. Anſel. ad Hebr. 13. *Novum Teſtamentum dicitur æternum, quia aliud ei non ſuccedet, ſicut idem ſucceſſit veteri.* Sed perdurabit uſque in finem

Matth. 28.

mundi. Hinc Chriſtus ait Matth. 28. numero 20. *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.* Et hac de cauſa lex gratiæ vocatur in Scriptura ultimum tempus.

1. Ioan 2. Iſai. 2. Mich. 4. Actor. 2.

1. Ioan. 2. num. 18. *Noviſſima hora eſt.* Iſai. 2. num. 2. Mich. 4. numero 1. Actorum 2. n. 16. Quia tempus eſt ultimæ, ac noviſſimæ legis quæ duratura eſt donec tranſeamus omnes ad ſtatum gloriæ.

587. *Decima ſeptima excellentia*, & valdè præclariſſima, quia pro ſtatu viatoris de lege ordinaria non poteſt perfectior lex conſiderari.

D. Thom. Suarez.

Ita D. Thomas 1. 2. *quæſt.* 106. *art.* 4. Suarez *lib.* 10. *de legibus*, *cap.* 7. *n.* 5. quia nulla lex poteſt eſſe perfectior in ratione legiſlatoris, ac mediatoris, quia nullus poteſt perfectior eſſe; quam Chriſtus Jeſus unigenitus filius Dei; nec poteſt eſſe perfectior in ratione ſacrificij: nam noſtrum ſacrificium non eſt ex carne, ac ſanguine taurorum, & hircorum, ſed ex propria carne, ac ſanguine unigeniti filij Dei Jeſu Chriſti, nec poteſt eſſe perfectior in ratione cæremoniarum: nam noſtræ cæremoniæ ſunt ſeptem Sacramenta, quæ conferunt gratiam ex opere operato, nec ulla lex poteſt perfectius conjungere hominem viatorem cum Deo, quam per fidem, gratiam, & charitatem, ac religioſum cultum, per ſacrificium, ac Sacramenta ſeptem, ut lex noſtra Evangelica, quæ etiam reali, ac ſubſtantiali præſentia corporis Chriſti maximè extollitur, ac nobilitatur, nulláque hominis viatoris poteſt eſſe perfectior in ratione mercedis, ac præmij, noſtrum enim eſt ipſum regnum cœlorum, viſióque beatifica ipſius præſentiæ Dei: *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem ad faciem* 1. Cor. 13. num. 12 quo nihil nobilius ac excellentius excogitari poteſt.

Quæstio II.

Quid, & quotuplex ſit Evangelium, & quanta ejus excellentia?

SUMMARIUM.

588 *Quid ſignificet Evangelium.*

589 *Quamvis omnes libri Teſtamenti novi poſſint dici Evangelia, peculiariter quatuor Evangeliſtæ.*

590 *Inter omnes libros Canonicos Evangelium habet magnam excellentiam.*

591 *Quanta ſit excellentia Evangelij ex cæremoniis, quibus decantatur, demonſtratur, & n. 592. 593.*

594 *Evangelium in ſe unum.*

595 *Quatuor ſunt Evangeliſtæ, alta ordinatione ſic diſpoſitum, & n. 596.*

DE his jam egi *tom. 1. in Evangelia in proæmio, cap. 1. & 2.* quæ iterum non ſunt repetenda, ſed breviter perſtringenda; Evangelij vox eſt Græca, & ſignificat lætum, & feſtivum nuntium, quem valdè præjucundum nobis declarant quatuor ſacri Scriptores Canonici, ſeu Evangeliſtæ, dum nobis proponunt Chriſti Domini adventum, ſacratiſſimam ejus præſentiam, vitam, doctrinam, ſuprema, & alta myſteria mortis, paſſionis, ac reſurrectionis ejus, per quam omnem ſanctitatem, gratiam juſtificantem, redemptionem à noſtris peccatis, libertatem à ſervitute, ac jugo dæmonis, adoptionem filiorum habemus. 588.

Et quanquam omnes libri Canonici novi Teſtamenti, ut epiſtolæ D. Pauli, Petri, ac Jacobi, latè poſſint dici Evangelia, ut ibi notavi, tamen propriiſſimè ex communi acceptione dicuntur Codices quatuor Evangeliſtarum, quia plenius, ac latius narrant omnia Chriſti myſteria, opera, ac miracula. 589.

Evangelij excellentia.

Quam præclara; & ſublimis ſit Evangelij majeſtas, eam maximè nobis declarat D. Aug. *lib. 1. de conſenſu Evangeliſt. cap.* 1. & ait: *Inter divinas auctoritates, quæ ſacris litteris commemorantur, Evangelium merito excellit. Quod enim lex, & Prophetæ futurum prænuntiarunt, hoc redditum, & completum in Evangelio demonſtratur.* Origenes *Præfatione in Ioan.* ait: *Totius Scripturæ primitiæ, eſt Evangelium.* Divus Baſilius *homil.* 16. ait: *Omnis Evangeliorum vox reliquis omnibus Spiritus ſancti præceptis eminentior eſſe dignoſcitur.* Tanta eſt dignitas Evangelij, ut dicat Divus Auguſtinus citatus: *Prophetia eſt Evangelium velatum, Evangelium vero eſt Prophetia revelata.* 590. D August. Origenes. D. Baſil. D. Auguſt.

Hæc ſublimitas, & dignitas maximè dignoſ- 591.

citur ex cærimoniis, quibus Eccleſia utitur in lectione ipſius Evangelij. In primis accenduntur lumina, accenſiſque luminibus legitur Evangelium, ut notat D. Hieron. *lib. contra Vigilantium.* Luminaria ergo accenduntur, quia Evangelium illuminat univerſum orbem; & etiam luminaribus accenſis, (quæ ſunt ſigna lætitiæ) indicatur gaudium, quod per Evangelium diffuſum eſt in toto mundo. Secundò. Recitatur etiam in loco eminentiori, quia ut D. Paſchaſius *lib. 1. in Matth.* ait, *In omni doctrina ſacra Evangelica cæteris ſublimior.* Tertiò. Dum Evangelium legitur circunſtantes aſſurgunt, & ſtantes, ac detecto capite audiunt, ad denotandam animorum noſtrorum præparationem, qua prompti, & parati ſumus ad ea, quæ in Evangelio continentur, adimplere. Deinde ut docent D. Clemens, *lib. 2. conſtit. Apoſtolic. cap.* 61. Divus Auguſtinus *tract.* 30. *in Ioan.* Quemadmodum dum Princeps ſervos ſuos alloquitur, detecto capite ſurgunt, & pedibus aſtant, ſic cum Evangelium legitur Chriſtus Dominus nobis in eo loquitur, ac proinde tanquam ſervi debemus detecti capite aſtare, ob reverentiam tanti Domini alloquentis, & hanc conſuetudinem ſurgendi ſervandam eſſe ab Epiſcopis, præcipit Canon Apoſtolicus *de conſecrat diſt.* 1. & probat Gelaſius *lib. 1. epiſt.* 13.

D. Hieron. — D. Paſchaſ. — D. Clemens — D. Auguſt. — Canon Apoſtolicus. — Gelaſius.

592. Quartò Miniſter thurificat verſus Evangelium, dum illud cantat, ob magnam reverentiam Evangelio deferendam, & ad hanc indicandam Sacerdos Chriſti imaginem thurificat, quia in ipſa repræſentatur Chriſtus; ſic & thurificat Evangelium, quia in ipſo exprimuntur omnia Chriſti myſteria, verba, & opera. Octava, Synodus Oecumenica. *Act.* 10. *Can.* 3. ubi dicitur: *Sacram imaginem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & omnium Salvatoris, æquo honore, cum libro Sanctorum Evangeliorum adorari decernimus.* Evangelius æqualem honorem, ac Chriſti imagini deferendum decrevit, quia ipſum Evangelium eſt quædam expreſſiſſima imago ac repræſentatio omnium Chriſti operum, ac etiam ejus Sacratiſſimæ vitæ.

Octava Synodus.

593. Quintò. Ubi lectum eſt Evangelium, de more Sacerdos illud oſculatur, & oſculandum Epiſcopo, vel Principi, ſi adſit, offertur. Oſculum eſt ſignum amoris, benevolentiæ, reconciliationis, ac pacis, ut docent D. Ambroſ. Titus Boſtrenſis, dum expendunt, quomodo Magdalena Chriſti pedes oſculabatur. *Luc. 7. num.* 38. ut ſuo loco *tom. 3. expend.* Hinc lectuo Evangelium Sacerdos illud oſculatur, & oſculandum dat Epiſcopo, vel Principi, in ſignum amoris, & benevolentiæ, & etiam qua ratione ſui muneris, pacem, & reconciliationem habemus cum Evangelio, dum ejus præcepta obſervamus; ſic ait D. Ambroſ. ad cap. 24. Luc. *Si mandata Domini cuſtodias, pax tibi cum Chriſto erit, ut animam tuam ſalves.*

D. Ambroſ. — Titus. — Luc 7. — D. Ambroſ.

Evangelium unum in ſe.

954. Quatuor Evangelia unum eſt, & unum à quatuor Scriptoribus, ſeu Evangeliſtis eſt ſcriptum. Ita Zacharias Epiſcopus, D. Hieron. D. Auguſt. D. Chryſoſt D. Ambroſ. Beda, quos citavi *tom. 1 in Evangel. in proœmio cap. 2. num.* 1. cum D. Remigio, cujus verba iterum repeto. Sic ait Sanct. Pater in Matth. *Sicut una eſt fides, unum baptiſma, ita & unum Evangelium, quia una eſt doctrina, & quod unum ſit ipſe Dominus manifeſtat, cum dicit; Ite, prædicate Evangelium omni creaturæ: & nos quotieſcunque plurali numero dicimus Evangelia, nec doctrinam dividimus, ſed libros diſtinguimus.*

Zach. Epiſc. — D. Hieron. — D. Auguſt. — D. Chryſ. — D. Ambroſ. — Beda. — D. Remig.

595. Quamvis enim quatuor ſint Scriptores, tamen res ſcripta eſt una, hiſtoria narrata una, miro ordine, mira conſonantia, ac cohærentia, itaut in nullo diſcordia, ac diſcrepantia, ſed ſumma unitas, ac uniformitas inveniatur. Deſcribens *Ezechieli 6. numer.* 6. Suum admirabilem currum; qui à quatuor animalibus ferebatur, ait: Quatuor facies uni ſcilicet hominis, Leonis, Bovis, & Aquilæ, quæ quatuor animalia denotabant quatuor Evangeliſtas, ut tenent D. Irenæus, D. Athanaſius, D. Auguſtinus, D. Hieronymus, D. Ambroſius, D. Gregorius, & alij Patres à me ſæpè citati, qui etiam docent, quod hæc animalia ſunt illa, quæ vidit Iſaias ſub ſpecie Seraphim, cap. 6. num. 3. *Et clamabant alter ad alterum Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Et ſubdit Propheta, num. 4. *Commota ſunt luminaria Cardinum à voce clamantis.* Ecce plures facies unum corpus. *Quatuor facies uni.* Ecce plures Clamantes, *Clamantes alter ad alterum.* Etſi plures, una tamen vox erat, *à voce clamantis.* Meritò Sancti Patres in his quatuor animalibus, ſacros Evangeliſtas intelligunt, quamvis in eis appareant diverſæ facies, hominis, Leonis, &c. tamen in eis unum eſt corpus hiſtoriæ ſcriptæ, ac narratæ; & quamvis plures videantur, una tantum in eis eſt vox, lingua, ac clamor, *à voce clamantis*; cum ab uno, ac eodem ſpiritu dirigantur, ac gubernentur

Ezech. 1. — Iſai. 6.

596. Quatuor ſunt Evangeliſtæ Matthæus, Marcus, Lucas, D. Joannes, ut eſt definitum in multis Conciliis, & conſtat ex perenni traditione Eccleſiæ, ut dixi *tom. 1. in Evangelia in proœmio, cap. 2. num.* 5. & ibi *num.* 6. dedi aliquas rationes, cur nec plures, nec pauciores ſint ex ordinatione divinæ Providentiæ.

597. Dices. Si Evangelium in ſe eſt unum, ut diximus modo, ad quid quatuor Evangeliſtæ, cum unus ſufficeret. Reſpondetur valdè conveniens fuiſſe, ut plures eſſent Scriptores, ac Evangeliſtæ propter magis completam, & ampliorem fidem, ut idem ſcriberetur à pluribus, quam ab uno ſolo, ideo non erat conveniens unum ſolum Evangelium, ut ita adimpleretur, quod dicit Scriptura: *Non ſtabit teſtis unus contra aliquem, ſed in ore duorum, aut trium teſtium ſtabit omne verbum.* Deuteron. 19. n. 15. Matth. 18. num. 16. Joan. 8. num. 17. 2. Cor. 13. n. 1. Sicque Chriſti Domini adventum, ejuſq; ſacratiſſimæ vitæ myſteria, non per unum Prophetam, ſed per plures voluit Deus vaticinari, declarari, ac manifeſtari mundo; ſicque currus *Ezechielis* 1. *num.* 4. bene poterat ab uno animali aſportari, tamen ad majorem decentiam, & majeſtatem voluit à quatuor aſportari, tanquam per quatuor Cherubinos, utpote primates cœleſtis curiæ; ſic & currus operum, ac geſtorum Chriſti per quatuor Evangeliſtas, quaſi Principes, & Cherubinos Chriſti, voluit per quatuor orbis partes aſportari.

Ezech. 1. — Deuter. 9. — Matth. 18. — Ioan. 8. — 2. Cor. 13.

Deinde

598. Deinde per quatuot Scriptotes ſcribitur Evangelium, ut magis ejus veritas elareſceret, qnia cum ſcripſiſſent in variis, & remotiſſimis partibus, Matthæus in Judæa, Marcus in Roma, Lucas, in Achaia, Joannes Epheſi, uno, & conſono ore ſcripſerunt; ſi maximè celebrantot virtutes Spiritus ſancti in Septuaginta interpretibus, qui cùm eſſent diverſis in cellulis conſono ore ſcripſerunt, quanto magis admiranda divina virtus in ſacris Evangeliſtis, qui tam diverſis in partibus tam uniformiter, ac cohærenter facta Chriſti narrant.

Quæstio III.

Quare Chriſtus Dominus ad majorem utilitatem fidelium noluit per ſeipſum ſcribere Evangelium.

Summarium.

599 *Ratio dubitationis.*
600 *Non fuit conveniens, ut Chriſtus Dominus ſua propria magnalia ſcriberet.*
601 *Majeſtas Principis poſtulat, ut non agat per ſe, ſed per miniſtros.*
602 *Ponitur, & ſolvitur argumentum de tabulis ſcriptis digito Dei.*
603 *Ponitur, & ſolvitur argumentum de Moyſe, & aliis, qui ſua facta ſcripſerunt.*

599. HAnc quæſtionem jam attigi ſuprà *Reſolut. 3. quæſt. 2. num.* 216. quod certum eſt Chriſtum Dominum ſcripſiſſe in cauſa mulie-
Ioan. 8. ris adulteræ, Joan. 8. *num.* 6. *&* 8. & iterum reſpondens ſua Epiſtola ad Abagarum Regem, ut
D. Auguſt. tenent D. Auguſt. D. Ephrem, Theodoretus,
D. Ephrem. Theodor. & multi alij, quos adduxi *citato loco, num.* 217. Tota dubitatio eſt, cur Chriſtus Dominus totius ſapientiæ fons non ſcripſit aliquod Evangelium, ſeu rationem ſuorum operum? Et hæc quæſtio eſt valdè perantiqua, ut docet D. Auguſtinus *lib. 1. de conſenſu Evangeliſt.* Et quamvis de hac quæſtione jam aliqua dixiſſem citata *q. 2. Reſolut.* nunc hic altius eſt examinanda, D. Auguſt. ut ibi, dixi *lib. 1. de conſenſu Evangeliſt. cap.* 35. ait, quod Chriſtus Dominus ſcripſit per membra ſua, nempe per ſacros Evangeliſtas, qui erant partes corporis ſui. Hæc tamen ratio eſt valdè myſtica.

600. Dicendum eſt, maximè conveniens fuiſſe, quod Chriſtus Dominus nihil per ſe ipſum
D. Thom. ſcripſerit; ita D. Thom. 3. *part. quæſt.* 42. *art.* 4. *ibi eius commentatores.* Valdè enim decentius fuit, quod quidquid ſcriberetur de Chriſto, per alios ſcriberetur, & non per ſe ipſum, omnia quæ ſcribenda erant, ad laudem, & commendationem Chriſti pertinebant, omnia enim, quæ in Evangeliis habentur, ſunt opera, miracula, & verba illius, quæ infinitam Chriſti bonitatem, ac excellentiam maximè exprimunt, & declarat inde maximè decens fuiſſe, ut hæc per alios ſcriberentur, ut aliena eſſent omnino ab omni ſuſpicione; nam magnalium commendatio in ore proprio valdè ſuſpecta videtur. Inde Judæi Chriſto
Ioan. 8. objecerunt: *Tu teſtimonium perhibes de te ipſo, & teſtimonium tuum non eſt verum*, Joannes num. 13. & ipſe Chriſtus Dominus de ſemetipſo dixit: *Si ego teſtimonium perhibebo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum: alius eſt, qui teſtimonium perhibet de me*, Joan. 5. Ioan. 5.
num. 31. & Apoſtolus Paulus coactus ſuas laudes recenſere, ut ſuum Apoſtolatum tueretur; ait: *Factus ſum inſipiens, vos me coëgiſtis: ego enim à vobis debui commendari*, 2. Corinth. 2. Cor. 12.
12. num. 11. Unde ait Salomon, Proverb. 27. Prov. 27.
num. 2. *Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.*

Ad ſupremam majeſtatem, ac principum 601.
celſitudinem pertinet, non per ſe agere, ſed per miniſtros, præcipuè quando res benè, ac commodè poteſt per illos agi, ſed narratio geſtorum Chriſti perfectè, & optimè poterat per alios ſcriptis mandari; ergo maxime erat conſonum dignitati Chriſti, ut ipſe nihil ſcriberet, ſed hoc tantùm ſuis miniſtris delegaret. Confirmatur: eſto demus, quod Chriſtus aliquem librum ſcriberet; eſſet in magna auctoritate, & veneratione; tamen ut ex communi ſententia dixi ſuprà *in hoc opuſculo Reſolut. 1. quæſt. 2. num.* 12. quod ut aliquid ſit Canonicum in actu, non ſolùm requiritur, quod ſit dictatū à Deo, ſed inſuper requiritur, quod ab
Eccleſia proponatur, ut inſpiratum à Deo, D. Auguſt.
juxta illud celebre dictum Auguſtini lib. 13. contra Fauſtum, cap. 4. & lib. 18. cap. 7. *Ego Evangelio non crederem, niſi me Catholicæ Ec-*
cleſiæ commoveret auctoritas. Quod præclare D. Cyprian.
dixit D. Cyprianus de ſimplicitate clericorum: *Habere non poteſt Deum Patrem, qui Eccleſiam non habet matrem.* Ergo ille liber ſcriptus à Chriſto ut in actu ſecundo eſſet Canonicus, proponendus erat ab Eccleſia, ſed etiam ipſa Eccleſia libros Evangeliſtarum, ut veriſſimè Canonicos nobis proponit; ergo ni. amplius requiritur.

Contra dices; Primò, Moyſes accepit le- 602.
gem, ſeu Decalogum ſcriptum digito Dei in duabus tabulis lapideis, *Exod.* 32. *n.* 15. Ergo etiam conveniens videtur fuiſſe, quod noſter legiſlator Chriſtus ſuo digito ſcriberet legem, quam nobis dedit. Reſpondetur primò, juxta ſatis probabilem ſententiam, de qua dixi ſuprà *Reſol. 3. quæſt. 1. num.* 197. legem illam fuiſſe ſcriptam miniſterio Angelorum, ut dixit B.
Stephan. Actor. 7. num. 53. *Legem accepiſtis in* Actor. 7.
diſpoſitione Angelorum. De more Scripturæ, Deo ipſi tribuitur, quod Angelorum miniſterio exhibetur nomine Dei, Angelus enim erat, qui Domini perſonam repræſentans dicebat: *Ego ſum Dominus, qui eduxi te de terra Ægypti.* Et eſto admittamus cum probabiliori ſententia, quod lex fuit ſcripta digito Dei, de quo eadem *quæſt. num.* 199. eſt diſpar ratio, quia lex illa fuit data populo Judaico incredulo, & rebelli, ut dixit Moyſes: *Audite rebel-*
les, & increduli. Numer. 20. n. 10. & D. Stephan. Numer. 20.
Actor. 7. num. 51. populo ergo tam duro, & Actor. 7.
obſtinato, ac rebelli, ut adduceretur ad legem Dei obſervandam ſuprema auctoritate Dei compellendus fuit; At lex gratiæ data eſt tanquam filiis obedientibus: *Vt adoptionem filiorum reciperemus, in quo clamamus,*
Abba Pater, Rom. 8. num. 15. Quibus ſufficiens Rom. 8.
levis Patris inſinuatio, quanto magis quando res eſt ſcripta per præclariſſimos miniſtros, ac ſcriptores.

603. Dices ; ſecundò. Moyſes ſeriem omnium
progenitorum , ac hiſtoriam omnium à ſe ge-
ſtorum, ac verborum , totumque denique vi-
tæ ſuæ curſum uſque ad mortem, per ſe ipſum
in libris Pentatheuci narravit , ergo etiam be-
ne poterat noſter ſacratiſſimus Legiſlator, ſua
geſta literis conſignare. Reſpondetur. Primò,
latum eſſe diſcrimen inter Dominum , & ſer-
vum ; Dominus nec agit, nec ſcribit per ſe, ſed
per miniſtros ſuos ; at ſervus per ſe ipſum
agit, ac ſcribit. Secundò , Moyſes , & alij ſua
opera ſcriptis referunt , non ut ſua facta com-
memorent , ſed ut Dei mirabilia narrent ; &
quia forte in populo obſtinato , & rebelli, non
erat qui fideliter illa ſcriberet. Deinde , quia
ea quæ geſta ſunt in Deſerto Madiam, quando
Dominus ei apparuit in rubo, & quæ fuerunt
dicta ei in monte Sina per quadraginta dies,
nullus poterat dicere , ac ſcribere , niſi ipſe
Moyſes ; At geſta Chriſti ſunt ſcripta per fi-
deliſſimos miniſtros , qui & ipſi viderunt, vel
ſunt narrata ab his , qui à principio ipſi vi-
derunt , ut narrat D. Lucas in prooemio ſui
Evangelij.

Quæstio IV.

De ſancto Matthæo Apoſtolo , ac Evangeliſta.

SUMMARIUM.

604 *Variis in locis agitur de D. Matthæo.*
605 *Cauſa ſcribendi Evangelium.*
606 *Magna eſt auctoritas Evangelij Matth.*
607 *Evangelium Matthæi converſum eſt in Latinum ex Græco.*
608 *Spiritus ſanctus ſe contemperavit ingenio Matthæi in ſcribendo Evangelio.*
609 *Quo ſermone , & anno ſcripſit.*
610 *Titulum eſſe poſitum ab Eccleſia dicunt aliqui.*
611 *Eſſe ab ipſo D. Matthæo , & probatur , & num. 612. 613.*
614 *Solvuntur argumenta contraria.*
615 *Cur dicitur Evangelium ſecundum Matthæum.*

604. DE excellentiis , ac laudibus D. Matthæi
modo non ago, de illis jam tractavi *to. 3.
n Evangel.* cum de ejus converſione ſermo-
nem habui *cap. 27.* & de ejus excellentiis , ac
elogiis *tom. 1. in Apocal. cap. 4. quæſt. 29. & to. 2.
cap. 21. quæſt. 30.* & quantum ad ejus Evan-
gelium de illo diſſerui *tom. 1. in Evangel. in
Proœmio, quæſt. 3.*

605. Scripſit ſuum Evangelium in Judæa ante-
quam abiret ad gentes ad prædicandum , ut
D Hieron docent D. Hieron. Theophylact. Euthym.
Theophyl. D. Remig. D. Thomas , quod bene explicat
Euthym. Imperfectus Proœmio in Matth. & ſic ait :
D. Remig. *Matthæum ſcribere Evangelium cauſa talis fuit ,*
D. Thom. *cum facta fuiſſet in Palaſtina perſecutio gravis ,*
Imperfect. *ut periclitarentur diſpergi omnes , ut carentes
forte Doctoribus fidei , non carerent doctrina , ro-
garunt Matthæum , ut omnium verborum , &
operum Chriſti conſcriberet eis hiſtoriam , ut
ubicunque eſſent futuri totius ſecum haberent fi-
S. Barthol dei ſtatum.* S. Bartholomæus Apoſtolus ad In-
dos profecturus Evangelium Sancti Matthæi
ſua manu deſcriptum detulit teſte Euſebio Euſeb.
lib. 4. hiſtoria, cap. 10. & D. Hieron. *de ſcript. Ec-
cleſiaſt. in Partemia* , & Barnabas Apoſtolus Barnab.
Evangelium Matthæi ſua manu exaratum aſ-
portavit in Cyprum.

Magna fuit auctoritas Evangelij Matthæi 606.
apud omnes ; nam D. Matthæus illud conſcri-
pſit Hebraïco idiomate , & cum ſecreti Apo-
ſtoli profecturi eſſent ad prædicandum Evan-
gelium in toto mundo , in quo valde com-
munis , ac vulgaris lingua Græca , prædi-
ctum Evangelium converſum eſt in Græ-
cum ab ipſo Divo Matthæo , vel à ſancto
Joanne Evangeliſta , vel à ſancto Jacobo, vel
alio ſimili Apoſtolo. D. Athanaſ. in ſynopſi D. Athanaſ.
ſic ſcribit : *Matthæi Evangelium Hebraica
dialecto conſcriptum eſt à Matthæo editum Hiero-
ſolymis , & interpretante Sanct. Iacobo fratre Do-* Theophyl.
mini expoſitum. Theopyl *Præfat. in Matth.* in-
quit . *Ioannes hoc Evangelium ex Hebraica lin-
gua in Græcam , ut ferunt , interpretatus eſt.*
Sixtus Senenſ. in ſua Bibliotheca opinatur Sixtus.
Barnabam Apoſtolum hoc Evangelium ex He-
bræo in Græcum tranſtuliſſe, & D. Anaſtaſius D. Sinaita.
Sinaita *lib. 8. Hexamer.* dicit , Apoſtolum
Paulum , & Lucam Matthæi Evangelium in
Græcum reddidiſſe , ex quo liceat conſiderare
quanta ſit celſitudo , ac nobilitas Evangelij
Matthæi , qui tam præclariſſimos habuit in-
terpretes.

Ex his deducitur , quod Textus Syriacus 607.
Evangelicus non ex Hebræo , ſed ex Græco
traductus eſt, ut patebit utrumque conferen-
ti. Hinc S. Hieron. juſſu S. Damaſi corrigens
quatuor Evangelia , ac inter illa Evangelium
S. Matthæi , illa correxit juxta Textum Græ-
cum , non Hebræum, atque illum integritati,
ac fidei Græcæ reddidit , ut ipſe teſtatur Præ-
fatione in Evangelia ad Damaſum , ubi ait D. D. Hieron.
Hieron. juſſu Damaſi ſe vertiſſe Teſtamen-
tum Vetus ex Hebræo in Latinum ; novum
verò non vertiſſe , ſed correxiſſe ad Græcum
autographum , quare novi Teſtamenti non
fuit interpres, ſed alius antiquior & fortè non
multum Latinus , ex quo fit, quod Textus La-
tinus Evangelij D. Matth. ac Marci in vulgata
editione , non ex Hebræo, ſed ex Græco tra-
ductus videtur , ut aperte obſervant Bellarm. Bellarm.
de ſcript. Eccleſiaſticis, in Matthæo Franciſcus Franc. Luc.
Lucas Burg. *Præfatione in Marc.* & id clarè
patebit conferenti Textum Græcum cum
Latino.

In ſcribendo Evangelio Spiritus ſanctus 608.
maximè ingenio naturæ D. Matthæi ſe atten-
peravit, ejus mentem excitabat , ac dirigebat
Spiritus ſanctus, ut ea, quæ partim ipſe vide-
rat , partimque à ſacratiſſima Virgine , ac ab
aliis Apoſtolis audierat , partimque Deus illi
revelaverat , ille ſcriberet methodo , ordine,
ſententia , conceptu , phraſi , quæ ſancti
Matthæi ingenio congruebat ; non enim erat
opus revelatione in his , quæ D. Matthæus
bene ſciebat , ac viderat , aut audierat ab aliis
Apoſtolis maximè fide dignis, ſed tantum aſſi-
ſtentia , ac directione Spiritus ſancti , ne obli-
vione, aut mentis lapſu , aut humana fragilita-
te in minimo puncto à veritate deflecteret, aut
aberraret , ſed ut omnia ſumma , & integra
veritate ſcriberet.

Relictis

609. Relictis variis ſententiis, D. Matth. cum
ſcripſiſſet ſuum Evangelium in Judæa rogan-
tibus fratribus, qui ex Judaiſmo erant conver-
ſi, quod ſcripſerit Hebraico ſermone, ut pro-
bavi, *tom. 1. in Evangel. in proœmio, cap. 3.
n. 7.* ex graviſſimis Auctoribus probavi, quod
ſcripſit anno octavo poſt Chriſti Aſcenſionem
Caligulæ Imperatoris, anno tertio, ibi dicta
videnda.

Titulus Evangelij.
Sacroſanctum Ieſu Chriſti Evangelium ſecundum Matthæum.

610. Magna difficultas, à quonam ſint poſita
hæc verba in titulo. Magna diverſitas eſt Au-
ctorum in aſſignando Auctore hujus tituli.
Maldon. Prima ſententia eſt Maldonati, & Hierony-
Gavar. mi de Gavara, Cornelij, à Lapide, Muna-
Cornel. chij, & aliorum aſſerentium hunc titulum
poſitum fuiſſe ab Eccleſia. Pro hac ſententia
citatur D. Chryſoſt. nam *in cap.* 1. Epiſtolæ
D. Chryſ. ad Romanos, ait quod Paulus in Epiſtolis, quas
ſcripſit, titulum præfixit, Moyſes verò, & qui
poſt illum ſecuti ſunt, nullum titulum appo-
ſuerunt; ergo nec D. Matthæus. Deinde quia
idem titulus eſt apud alios Evangeliſtas Mar-
cum, Lucam, Joannem, ſolo nomine mutato;
ergo ab eodem Auctore hic titulus eſt appoſi-
tus, & datus, ab Eccleſia nempe.

611. Oppoſita ſententia aſſirmat D. Matthæum
hunc titulum poſuiſſe, eſſéque illius Aucto-
Euthym. rem. Ita Euthym. Caietan. Ianſenius. Et Caie-
Caietan. tanus ſupponit ut communem, & ideò illam
Ianſen. non probat. Et hæc ſententia mihi videtur
Tertull. probabilior, & pro illa citatur Tertullianus
lib. 4. contra Marcion. Probatur, quia D. Mat-
thæus ſcripſit ſuum Evangelium, ut apud eos,
qui erant in Iudæa, & apud Gentes, ad quas
erat aſportandum, magnam, & plenam fi-
dem haberet; At liber ſine Auctoris nomine,
nullam fidem, ac credulitatem habet apud le-
gentes; ergo debuit D. Matth. apponere ſuum
nomen. Maior, & conſequentia patent; Minor
probatur; nam liber ex Auctoris nomine mul-
tam reconciliat auctoritatem, & ut ait Caſ-
Caſſiodor. ſiodorus *lib. 6. variar. cap.* 7. Græça ſunt om-
nino quæ actiones deſignant. Et confirmatur,
quia liber eſt veluti quædam Epiſtola, ex iure
autem Epiſtola ſine nomine nullam habet fi-
dem, nec credulitatem, nam ubi nomen non
legitur, ſtat lector dubius, & ambiguus, &
ſecum rem conſulit, ac recogitat, quid de illo
libro judicandum ſit.

612. Probatur ſecundò. Salomon in omnibus
Salomon. ſuis libris ſtatim in fronte apponit ſuum no-
men, ſic etiam omnes Prophetæ tam Maiores,
Prophetæ. quam Minores. Sic & Apoſtolus Paulus affi-
D. Paulus. xit ſuum nomen in omnibus ſuis Epiſtolis,
excepta illa, *quæ eſt ad Hebræos*, de quo ſuo
loco reddam rationem; ſic etiam ſtatim in li-
mine ſuum ſcribunt nomen in Epiſtolis ſuis
D. Petrus. D. Petrus, D. Iacobus, D. Iudas, & Ioannes
D. Iacobus. Apoſtolus in ſua Apocalypſi, & in ſuis Epi-
D. Thadæ. ſtolis ſub nomine ſenioris ſeipſum intelligit,
D. Ioannes. & quia ſcribebat filiis ſuis chariſſimis, qui
benè ex methodo, & modo loquendi ipſum
agnoverant; ergo etiam D. Matthæus in ſuo
Evangelio appoſuit ſuum nomen.

Hic maximè quæritur, cur Moyſes in ſuis 613.
libris proprium ſuum nomen occultaverit,
cum Apoſtolus Paulus illud in ſuis Epiſtolis
proponat, & aperiat. Reſpondetur, quod
Moyſes ſecum habebat eos, ad quos ſcribebat
& Moyſes ex ſuis manibus, libros tradebat,
ac proinde non neceſſarium fuit ſuum nomen
declarare, ut eum Auctorem cognoſcerent;
At Apoſtolus ſcribebat ad gentes remotas, &
diſtantes, quas ſæpè non viderat, & ut ab eis
fidem exigeret, neceſſarium fuit ſuum nomen
exprimere, ut eum cognoſcerent Auctorem,
hanc rationem tradit D. Chryſoſt. *homil.* 1. *in* D. Chryſ.
Matth. & ait: *Moyſes libris quinque a ſe ſcri-
ptis nunquam nomen addidit, neque qui poſt
illum ſcripta ſunt, ſcripſere. At Beatus Paulus
ubique Epiſtolis ſuis nomen ſuum proponit: quid
ita? Quod illi quidem præſentibus ſcribebant, ac
ſupervacanea illis præſentia ſua declaratio; hic
autem è longinquo literas mittebat, ideoque ne-
ceſſaria erat nominis additio*; ait D. Anſelmus
in Epiſtola ad Rom. *Apoſtolus nomen ſuum ce-* D. Anſel.
*lebre, & omnibus notum proponit in hac Epiſto-
la, ut Romani audito nomine tanti viri atten-
dant, quid eis velit perſuadere, ut ad audien-
dum ſolliciti, & ad obediendum exiſtant parati.*

Ad argumenta in contrarium facilè reſpon-
detur, quod licèt D. Chryſoſtomus fuerit du- 614.
bius *cap. 1. in Epiſtola ad Rom.* tamen *homil.* 1. D. Chryſ.
in Matth. mutavit ſententiam, ut vidimus.
Ad confirmationem dicimus, quod argumen-
tum poterat habere aliquam vim, ſi omnes
quatuor Evangeliſtæ ſimul eodem tempore
ſcripſiſſent, at omnium primus ſcripſit D. Mat-
thæus. Deinde Marcus, Lucas, & Ioannes, qui
tres cum vidiſſent titulum, quem D. Matthæus
in fronte ſui operis poſuit, ſapienter concordi
animo uſi ſunt, ut ita ſuis ſcriptis majorem
auctoritatem reconciliarent, & fideles viden-
tes ſcriptorum ſimilitudinem maximè ad fi-
dem, ac veritatem hiſtoriæ conſpirarent.

Inquires tamen, Cur dicitur *Evangelium* 615.
ſecundum Matthæum, & non potius Evange-
lium Matthæi, vel Ioannis. Dicimus, quod
ſi diceretur Evangelium Matthæi, eſſet ab ipſo
Matthæo ut auctore dictante, & componente.
At cum dicimus *ſecundum Matthæum*, id eſt
ſecundum quod ſcriptum eſt à Matthæo, ſeu
ſecundum revelationem factam à Deo ſcri-
ptum per Matthæum.

QUÆSTIO V.

De ſancto Marco Evangeliſta, ac eius Evangelio.

SUMMARIUM.

616 *De excellentiis D. Marci.*
617 *Quis, & qualis D. Marcus.*
618 *D. Marcus Petri comes, prædicat in Ale-
xandria, ubi martyrio coronatur, corpus
transfertur ad Venetias.*
619 *Scripſit Romæ, & Latino ſermone.*
620 *Alij dicunt ſcripſiſſe ſermone Græco.*
621 *In utroque idiomate ſcripſit.*
622 *Non ſervat ordinem ut audierat a Petro.*
623 *Cur dicitur abbreviator, & quo anno.*

624 *Evan*

624 *Evangelium Marci magnum fructum pro-
tulit.*

616. DE magnaliis,ac excellentiis D. Marci egi
tom.1. in Apocal.cap. 4. quaſt 30. De eius
Evangelio iam etiam egi,*tom.1.in Evangelia in
Proœmio,cap.* 4. ibi dicta, & etiam alia ſubii-
ciam, quæ breviter prælibabo.

D. Marcus fuit natione Hebræus, ex Tri-
617 bu levi,in quo omnes Hiſtoriographici cõve-
nium. Addunt Beda, & Commentator in Mar-
Beda. cum apud D.Hieron.fuiſſe Sacerdotem. Aato-
Comment. nicum, Origenes *lib. de Recta in Deum fide*,
D. Hieron. S.Epiphanius *hareſi* 52. Dorotheus *in ſynopſi*,
Origenes. exiſtimant Marcum fuiſſe unum ex 72. Chri-
D.Epiph. ſti diſcipulis. Contraria tamen ſententia pro-
Doroth. babilior eſt, quod nempe poſt Chriſti mortem
à D. Petro converſus & baptizatus eſt ; &
inde D. Petrus eum vocat filium ſuum ſpiri-
tualem,nempe, 1.Petr. 5.num.13.dicens : *Salu-
1.Petr 5. tat vos Eccleſia. qua eſt in Babylonia* (hoc eſt
Roma)*collecta, & Marcus filius meus.* Ita ha-
bent S. Hieron.Euſebius *lib. 7. Hiſtor. cap.* 14.
S.Hieron. S. Epiphan. *hareſi* 51. Theodoret. *in Hiſtor.
Euſebius. S.Petri*,Irinæus *lib.3. cap.*1. & alij multi, qui
Epiphan. tradunt D.Marcum fuiſſe diſcipulum, & co-
Theodoret mitem D.Petri.
Irinæus.

Inde ipſe B.Marcus Comes, & Diſcipulus
618. Petri,cum apud Antiochiam Eccleſiam Chri-
ſti fundaſſent ; Romam ire iuſſus eſt Petrus,&
ſecum Marcum aſportavit. Deinde cum Pe-
trus videret Marcum maximè conſtantem in
Theophyl. fide, ut notat Theophylactus, cum ad fidem
Alb. Mag. deſeminandam in gentibus deſtinavit, Alber-
tus Magnus Marcum exiſtimat ad Aqui-
leiam UrbemVenetiæ civitatem miſſum fuiſ-
ſe,ac proinde etiam quodAquileienſis Epiſco-
pus creatus fuiſſet ; deinde ad Alexandriam
directus eſt, ubi Eccleſiam per decem, & no-
nem annos ſanctiſſimè gubernavit, in eaque
habuit diſcipulos virtute præclariſſimos, ut
Martyrol. infra dicam,ibi martyrio, coronatur.Martyro-
Roman. log. Romanum die 25. Aprilis, ſic habet :
*Alexandria Natalis ſancti Marci Evangeliſta,
qui pro fide Chriſti detentus, & funibus vin-
Gelaſ.Pap ctus,&c.*Et Gelaſius Papa in Concilio Roma-
no *de libr.authent. & Apocryph.* ait : *Marcus,
Evangeliſta à B. Petro in Ægyptum directus
Procopius. fidem veritatis prædicavit,&c.* Sic Procopius,
Nicephor. Nicephorus, Metaphraſt. & alij ; eius cor-
Metaphraſt pus ab Alexandria, à mercatoribus ad Vene-
tias eſt tranſlatum annoDomini 827.ubi ſum-
ma veneratione colitur, & Senatus habet pro
ſtemmate inſignia ſancti Marci,puta Leonem,
& Commendatri ferunt Leonem cum gla-
dio in manu, ut videbis apud Caramuelem
*tom.1.Theolog. Moralis in frente poſt primum
folium.*

619. Cum D. Marcus eſſet Romæ rogantibus
fratribus ſcripſit Evangelium prout ex ore
Petri audierat, ac proinde cum ſcriberet Ro-
manis latino ſermone ſcripſit; ad quid quæſo
Romanis Græco ſermone, in lingua nempe,
quæ ipſis ignota erat?Deinde Titulus Crucis
ſcriptus eſt literis *Hebraicis, Gracis,ac Latinis*
unde conveniens fuit, ut Evangelium ſcribe-
retur Hebraicè à D.Matthæo, Græcè à D.Lu-
D.Hieron. ca,& Ioanne,utporè lingua maximè vulgari,&
Euſebius. à D.Marco Latinè, & quod Romæ ſcripſiſſet
aſſerunt D. Hieronymus, Euſebius, Clemens,
D.Epiphanius, & Auctor Commentariorum Clem.Alex.
in Marcum ; & Syrus ſic terminat Evange- D.Epiph.
lium Marci. *Finit Evangelium ſanctum, Evan-* Auctor in
gelium Marci, quod locutus eſt, & evangeli- Marcum.
zavit Roma Romanè. Idem habet D. Grego- D.Gregor.
rius Nazianz. *in Carm.de Catalog. ſacra Scri-* Nazianz.
ptura.

Alij è contra exiſtimant D. Marcum ſcri- 620.
pſiſſe Græco idiomate;pro qua ſententia aper-
tè ſtat D. Hieron.*Præfat. in Evangelio* ubi ait: D.Hieron.
*De novo loquor teſtamento, quod Gracum eſſe
non eſt dubium, excepto Apoſtolo Matthao, qui
primus in Iudaa, Evangelium Chriſti literis He-
braicis edidit.* Et conſequenter ; Evangelium
Marci, quod bona pars eſt novi Teſtamenti, D.Auguſt.
idem habet D. Auguſtinus *lib. 1. de conſenſu
Evangeliſtarum, cap.* 1.ait : *Mattheus Hebræo
ſcripſiſſe perhibetur eloquio ; cæteri Græco* Idem
habet Genebrar.*inChron.*ad annum Chriſti 44 Genebrard.
Deinde D. Marcus maxime commoratus eſt
Alexandriæ, ubi ſermo Græcus communis,&
valdè vulgaris erat, & D. Marcus ſcripſit
Evangelium Romæ non hominibus plebeis,
ſed nobilibus, qui maxime verſari erant lin-
gua Græca.Deinde ut fertur in Theſauro Ve-
netiarum,obſervatur autographum D.Marci,
ut dicitur manu ejus conſcriptum literis val-
dè corroſis, quæ minimè poſſunt legi, ta-
men quantum coniecturari licet literæ erant
Græcæ.

Tertia ſententia tanquam utramque in
concordiam reducens,& ſequutus ſum pri- 621.
mo tomo citato loco, affirmat D.Marcum in
utraque lingua Evangelium ſcripſiſſe, & ma-
xime cohæret cum eximia charitate D.Marci,
qua omnes lucrifacere curabat, & ideo Ro-
mæ Latinè, Alexandriæ Græcè ſcripſit, nulli
parcens labori, ut omnibus ſe accommoda-
ret.Petrus de Natali. Aquileienſis Epiſcop. *in* P.de Nat.
*Catalog ſanct. lib. 4. cap.*86.ait : *Petrus Mar-
cum Aquileiam Prothoepiſcopum deſtinavit, ibi
Evangelium ſuum, quod altas Roma latinis li-
teris ſcripſerat, iterum eloquio Graco exara-
vit,quod uſque hodie in Aquileienſi Eccleſia cum
ſede eburnea, in qua ſedens illud ſcripſerat, de-
monſtratur.* Hanc ſententiam tenent Adriao. Adrian.
Finus *lib. 6. Flagelli Iuda cap.* 8. Bellarmin. Bellarm.
*lib.De Verbo Dei, cap.*7.Barrardius *tom.1. lib.*1.
cap. 19. Poſſevinus *Bibliothec.in Marco.* Barrad.
Poſſevin.

D. Marcus in ſcribendo Evangelio non 622.
ſervat ordinem temporis, ſed ut audiebat à
ſuo Magiſtro D. Petro ſic ſcribebat, & cum
D. Petrus Dictaret hoc Evangelium, omnia,
quæ ad eius conducebat laudem, ſubticet,
nam cum Chriſtus interrogaret, quænam
opinio de filio hominis ferebatur, ut narrat
D. Matth.16 *num.* 17. ait Petrus, *Tu es Chri-
ſtus filius Dei vivi.* & Dominus ad illum. *Bea-* Matth.16.
*tus es, quia Caro, & ſanguis non revelavit ti-
bi.ſed Pater meus.* Eandem hiſtoriam ſcribens
D. Marcus *cap. 8. n.* 29. Sic refert. *Reſpondens* Marc.7.
*Petrus ait ei. Tu es Chriſtus, & comminatus eſt
eis ne cui dicerent de illo.* Quæ ſui laudis erant
ex tanta revelatione accepta ſilentio involvit,
& paulo poſt cum Petrus ex multo amore erga
Chriſtum, ei diſſuadebat ne ſe crucifigi per-
mitteret ſcribit Marcus *citato. cap.* 8. *n.* 31. Marc.8.
Dixit ei Ieſus ; *vade retro ſatana quod non ſa-
pis ea,quæ Dei ſunt;ſed quæ hominum.* Quæ Pe-
trum extollebat, tacentur,quæ deprimebant,
proſe

profetuntur , ſic & multis aliis.Cum compre-
henderetur Jeſus , ſcribit Joan. 18. num. 10.
Joan. 18. *Simon Petrus habens gladium percuſſit Pontificis*
Marc. 14. *ſervum* D.Marc.verò *cap.24.n.47.* Scribit : *unus*
autem de Circunſtantibus , educens gladium per-
cuſſit ſervum ſummi Pontificis. Omnes quatuor
Evangeliſtæ Petri negationem ſcribunt , &
quod ipſe eam obſirmaſſet , majoribus, ac du-
rioribus verbis,ac magnis execrationibus ſo-
Marc. 14. lus Marcus cap.14.n.71. *Cœpit anathematizare,*
& jurare,quia neſcio hominem , quem dicis. Solus
Marcus ſcribit , *quod ipſe anathematizare cœpe-*
rit : Cum ex ore Petri hæc acciperet Evange-
liſta, Magnus Petrus omnium virtutum exem-
plar per ſuam eximiam humilitatem , quæ
ipſum commendabant , præterit , quæ ali-
quantulum poterant deprimere , hæc profert,
manifeſtat , ac declarat.

623. Circa annum , quo ſuum Evangelium lite-
ris commendavit ; relictis variis opinionibus,
qua retuli , *tom. 1. in Evangel. in Proœmio,*
cap. 4. num. 13. dum Romæ commoraretur,
exivit annus quadrageſimus quintus , duode-
cimus poſt Paſſionem Chriſti , Claudij Impe-
ratoris tertius. Ita Baronius anno Chriſti qua-
drageſimo quinto. Euſebius *in Chronico.* Ubi
inſinuat , ſcripſiſſe anno quarto , vel quinto
poſt adventum Petri in urbem , & ipſo anno,
vel ſequenti miſſus eſt ab Apoſtolo in Ale-
xandriam cum ſuo Evangelio , quòd Romæ
compoſuerat , & iterum in Alexandria in
Græcum vertit.

614. D. Auguſtinus *lib. 1. de conſenſu Evangeliſt.*
D. Auguſt. *cap.* 2. appellat D. Marcum breviatorem Mat-
Matth. 5. thæi , non tanquam quod ipſum in epitome
redegerit , ut aliqui dixerunt , ſed ea quæ
D.Matthæus largius deſcribit , brevius narrat
D. Marcus : & in referendis hiſtoriis Chriſti
ſæpè diffuſus eſt D.Marcus,ut in ficulnea are-
facta,ut de ambulatione ſuper mare,in arbori-
bus ambulantibus tanquam hominibus , in
negatione Petri , in hiſtoria Reſurrectionis,
ac Aſcenſionis Chriſti , Matthæus largus eſt
in doctrinis referendis.

625. Evangelium D.Marci,miræ virtutis, ac effi-
caciæ , & plures animas convertit D. Marcus
ſuo abbreviato Evangelio , quam Matthæus
ſuo ampliſſimo ; Matthæus ſcripſit pro He-
bræis , ex quibus paucos lucratus eſt ; Mar-
cus verò pro gentibus, ex quibus ampliſſimos
fructuum manipulos colligit. Magno cum
myſterio D. Matthæus , qui longum ſcripſit
Evangelium , parvo puero inſignitur;Marcus
verò , etſi brevis in ſcribendo , magno com-
paratur leoni. Quid parvitas cum magnitudi-
ne ? Quid magnitudo cum parvitate ? Tamen
ſi collationem facies Hebræorum,quibus ſuum
dedit Evangelium Matthæus, cum reductione
gentium,pro quibus ſuum dedit Marcus, faci-
le deprehendes facto reſpondere inſignia,
parvum fecit fructum unus apud Hebræos,
apud gentes verò alter multum profecit ; pro-
indéque apud Matthæum puer parvus in col-
ligendo apparet ; qui maximè adauctus , leo
magnus apud Marcum abbreviatorem cerni-
tur ; fuit ergo D. Marcus Magnus , ac præcla-
rus Evangeliſta,Patriarcha,& Apoſtolus;unde
Arabicus. Arabicus in ejus Evangelio hunc titulum
proponit : *In nomine Patris , & Filij,& Spiritus*
ſancti , Dei unius , Evangelium Patris , Pa-
triarchæ , Apoſtoli , ſancti Marci Evangeliſtæ.

Eccleſia Alexandrina ſub D.Marco maximè 626.
floruit,& eam tanta virtute, & ſanctitate fun-
davit,ut diſcipulos habuerit maximè religio-
ſos,qui ob ſuam eximiam virtutem, ac ſancti-
tatem , dicebantur *Eſſai* , id eſt , *Sancti* , quos
mirificè laudant Joſephus , & Philo , *lib. de* Joſeph.
Terapeutis , ex quo prodierunt præclariſſima Philo.
agmina Monachorum , & Anachoretarum,
qui in terris vitam Angelicam degebant ut
patet ex D. Hieron. vitis Patrum,Eugari,Caſ- D.Hieron.
ſiano, Palladio. Eccleſia Alexandrina uberes Eugar.
fructus maximè dedit ſub commodo Impera- Caſſian.
tore anno Domini 180. cui præfuit Pante- Pallad.
nus , cui ſucceſſit Clemens Alexandrinus.
Clementi Origenes , cujus diſcipuli fuerunt
ſanctus Gregor. Taumaturgus , Athenagoras,
& poſtea S. Anaſtaſ. S. Baſil. S. Nazianzen.
Hi omnes ſancti Marci fuerunt ſequaces , ac
diſcipuli.

Quæstio III.

Do ſancti Lucæ Evangelio.

SUMMARIUM.

627 *De Luca nominis etymologia*
628 *Quis , & qualis Div. Lucas , & quanta virtutis.*
629 *An fuerit Chriſti Domini Diſcipulus , & num. 630.*
631 *Dicitur etiam à Patribus Apoſtolus.*
632 *Ex multis titulus adſcribitur D. Lucæ , & propriiſſimè.*
633 *Valde mirabiliter Lucas deſcribit Evangelium aſcendendo.*
634 *Lucas medicus de miſericordia , ac beneficentia agit.*
635 *Lucas Pictor , & pictura valdè utilis.*
636 *Quo loco , tempore , ac idiomate ſcripſit Evangelium.*

LVcas , ſi Hebræum conſulas , idem eſt , *ac* 627.
doctor, ſeu qui ſcientiam docet,ut Cornelius, Cornel.
& alij volunt in acta Apoſtolorum ; ſeu ut
contendit Pagninus de nominibus Hebraïcis, Pagnin.
idem eſt ac *Reſurrectio.* Anaſtaſius Sinaita , ac
conſurgens ſeu elevans. Pagninus citatus ait , Anaſtaſ.
quod idem valet , ac lavo ; Origenes in Epi Pagnin.
ſtolam ad Rom.Garr. Prol. in Lucam, ſic dici- Origen.
tur *à lucendo* , & divina Providentia , tali no- Garr.
mine inſignitur noſter Evangeliſta ; nam ſuo Prol.
Evangelio tanquam ingens ſplendor fulget
in orbe , & ut inſignis Doctor nos docet viam
ſalutis , & à noſtris peccatis nos conſurgere
facit , ab eorum maculis lavat , & mundat.
Prædicate ait D. Auguſtinus lib. de Geneſ. ad D.Auguſt.
literam , cap.6. *Nomen appellatur quaſi nota-*
men , quod rem notat , ſecundum ejus , opera
facta , & qualitates.

D. Lucas fuit natione Syrus , genere verò 628.
ſeu patria , & nativitate Antiochenus,arte, &
profeſſione medicus , eique multa privile-
gia conceſſa ſunt à Deo : viginti quinque Labay.
numerat Joannes de Lahay ex ſocietate , in D Hieron.
apparatu Evang.*cap.*68.& inter alia ex D.Hie- Beda.
ronymo, Beda, Addone tradit S.Lucam pec- Addon.
catum mortale nunquam commiſiſſe,& etiam
auſteram

auſteram in mortificatione continua egiſſe
vitam & ſanctam Lucam perpetuo virginita-
tem conſervaſſe, idcoque B. Virgini fuiſſe di-
lectum præ cæteris.

629. Epiphan. An fuerit Chriſti Domini Diſcipulus ma-
ximè dubitatur. Affirmant Divus Epiphanius
D.Gregor. *hæreſ.* 11. Sanctus Gregorius *Præfation. in Iob,*
cap. 1. Dorotheus *in vita S. Lucæ*, & in ea-
D Doroth. Euthym. Marian. dem ſententia cs Origene ſunt Euthymius,
Mariana, & alij in Lucam, hanc ſententiam
ſecutus ſum *tom.* 1. *in Evang. in Proœmio.cap.* 5.
num. 16.

630. Alij è contra tenent eum non fuiſſe Chriſti
Diſcipulum ex eo, quia ipſe in exordio ſui
Evangelij ait ſe ſcribere, non ex viſu, ſed ex
auditu, *ut narraverunt nobis, qui a principio*
ipſi viderunt, & dicunt eum fuiſſe Diſcipulum
D Irenæus. non Chriſti, ſed Pauli. Ita D. Irenæus *lib.* 3.
Tertull. *cap.* 20. Tertullian. *lib.* 4. *contra Marc. cap.* 2.
D.Hieron. S. Hieron. *in cap.* 63. *Iſai.* Theodoret. *in vita*
Theodor. *ſanct. Patrum*; Ad prædictum fundamentum
facile reſpondetur, D. Lucam non omnia
Chriſti acta vidiſſe, ſed quædam audiſſe, quæ-
dam vidiſſe: tamen per ſui humilitatem, ait
2.Cor.12. quod audierit ſicut Apoſtolus Paulus. 2 Cor.
12. num. 4. *Raptus in Paradiſum audivit arca-*
na verba. Et tamen communiter omnes ſancti
D Dyoniſ. Patres, D. Dyoniſius de cæleſti Hierarchia.
D.Gregor. D. Gregor. *Homil.* 4. *in Ezechielem*, hic D.
D Chryſ. Theophyl. Chryſoſtom. Theuphylact. D. Thomas hic, &
D.Thomas 3. *part. quæſt.* 12. *art.* 12. tenent, quod ipſe
viderit multa de Divinis attributis, de Divina
Majeſtate oculis interioribus, Ordines Ange-
lorum, eorũ gloriam, & gratiam, & inſuper ſu-
blimem gloriam Chriſti, ſanctorum pulchri-
tudinem, choreas & gaudia; & tamen Apo-
ſtolus pro ſui humilitate ait quod audierit,
quod minus eſt, quam quod viderit; ſic &
Beatus Lucas præ humilitate, non audet di-
cere de ſe, quod tot, & tanta myſteria vide-
rit, ſed quod audierit ab his, qui viderunt à
D.Gregor. principio D. Gregorius loco citato; exiſtimat
D. Lucam fuiſſe comitem Cleophæ, & utri-
que Chriſtum ſe revelaſſe in Emaus per fra-
Luc. 24. ctionem panis. *Luc.* 24. *n.* 13. de quo egi 5. *tom.*
in Evangelia ſuo loco.

Dicitur etiam D. Lucas à Patribus Apoſto-
631. lus, ut à Metaphraſte citando. Petro Damiano
Metaphraſ. *ſerm.* 49. & ab Hypolito Matracio in libro,
Damian. Hypolit. qui dicitur Apoſtoli Mariani *cap.* 16. quia Apo-
ſtolatus Pauli laborum, & periculorum fuit
comes, & cooperator, idque ex ſuffragio, &
2 Cor.8. electione Eccleſiarum ſic ait Apoſtolus. 2. Co-
rinth. 8. num. 19. *Miſimus etiam cum illo fra-*
trem, cujus Laus eſt in Evangelio per omnes Ec-
cleſias; non ſolum autem, ſed & ordinatus eſt ab
Eccleſiis comes peregrinationis noſtræ. Ordinatus,
Græcus. Græcus habet conſecratus eſt ab Eccleſiis, quæ
Spiritu ſancto regebantur; unde patet plus
cæteris Spiritu ſancto plenum fuiſſe, venitque
Oecumen. cum Apoſtolo Paulo Romam, ait, Oecumen.
Proœmio in Lucam; deinde in Orientem eſt
reverſus, Lybiam petiit, & Thebanos Chri-
D.Epiph. ſtiana Religione, & ut ait. D. Epiphanius *hæreſ.*
61. prædicavit primum in Dalmatia, Galatia,
Italia, Macedonia, multoſque labores, per-
ſecutiones, ac ærumnas in hoc ſuo Apoſtolatu
pro Chriſto perpeſſus eſt, uſque ad annum
D Hieron. 84. ut teſtatur D Hieron. & inde merito Ec-
cleſia eum hoc elogio inſignivit, *Qui cruci,*
mortificationem, jugiter in ſuo corpore pro tui no-
minis honore portavit.

Inter quatuor animalia deſcripta in Apoca- 632. Apocal.4.
lypſi *cap.* 4. Vitulo deſignatur; nam D.Lucas
dat exordium ſuo Evangelio à Chriſti ſacer-
dotio, & ſicut D. Matthæus regiam ejus di-
gnitatem adumbrat in Leone, ſic Lucas ejus
ſacerdotale officium in vitulo. In prima fron-
te ſui Evangelij deſcribit ſacerdotium; *Fuit in* Luc.1.
diebus Herodis Regis Iudæ, ſacerdos quidam no-
mine Zacharias: cumque ad adolendum ſacri-
ficium ante altare ſtatuit. Rectè vitulus ſacer-
dotem depingit, eſt enim præcipua victima,
quæ à ſacerdote offerebatur; & ſicut vitulus
onera portat, ſic ſacerdos ſuis humeris, debet
portare onera populi, ut eum ad ſalutem
perducat. Tertiò maximè in D. Luca, vitulus
vomere præſcindit terram, ut jacto ſemine
fructum producat; ſic D. Lucas vomere ſui
ſacratiſſimi Evangelij noſtri cordis arva pro-
ſulcat, ut uberes gratiæ fructus germinet.
Quarto. Vitulus, ſeu ut habet Arabicus, Tau-
rus, *ſecundum animal ſimile tauro.* Taurus cor-
nibus fortiter ſe ab Adverſariis defendit; ſic
Divus Lucas duobus ſuis voluminibus Evan-
gelij, ac Actuum Apoſtolorum Eccleſiæ eſt
propugnaculum, contra omnes hoſtes, ac fal-
ſos dogmatiſtas. Hanc cogitationem nobis
præbet Cardinalis Damian. Serm. 73. & ait. Damian.
Idcirco Beatus Lucas vituli prætendit imaginem,
quia dum Evangelicam, atque Apoſtolicam
deſcribit hiſtoriam, hoſtes Chriſti, atque adver-
ſarios veræ fidei, tanquam duobus cornibus ven-
tilat, eoſque expugnat.

In ſcribendo ſuum Evangelium, mirum 633.
habet artificium D. Lucas. Ait Joannes in
Apocalypſi *Primum animal ſimile Leoni; ſecun-*
dum ſimile vitulo. Cur Leo conjungitur cum
vitulo, & non potius cum Aquila, quæ con-
nexio Leonis cum vitulo. Quid Matthæus
cum Luca? Uterque ſuſcepit ſeriem narrandi
Chriſti generationem. D. Matthæus deſcen-
dendo uſque ad Chriſtum; Lucas verò ſubli-
miori, & altiori ſtylo aſcendendo de Chriſti
baptiſmo ad Deum Patrem, ut per fidem Chri-
ſti ad ipſum Patrem luminum deducant nos. Damian.
Citatus Damian. ſerm. 73. ſic ait: *Quia redem-*
ptionis materiam uterque Evangeliſta ſic invicem
dividunt, ut Matthæus per generationum li-
neam deſcendendo, Chriſtum ad nos peccatores
de cælis adveniſſe, perhibeat Lucas autem à
Sacramento Baptiſmatis ad Patrem uſque con-
ſcendens, traxiſſe nos ſecum ad Cæleſtem gloriam
peccatorum ſordibus ablutis oſtendat.

Fuit D. Lucas; ut dictum eſt, Illuſtriſſimus 634.
Evangeliſta, cujus Evangelium probatum eſt
à D. Paulo, inde de eo ait, *cujus laus eſt in*
Evangelio per omnes Eccleſias. Fuit etiam me-
dicus, & pictor, ut de eo teſtatur Nicephorus Nicephor.
lib. 2. *cap.* 43. ait: *Lucas Antiochia, quæ eſt in*
Celeſiria ortus, medicus ſimul, & pictor egre-
gius. Divus Anſelmus *ad cap.* 4. *ad Coloſſ.* ait: D.Anſelm.
Lucas primo fuit medicus corporum, deinde con-
verſus ad Chriſtum, factus eſt medicus anima-
rum. Inde eſt quod pluſquam alij Evangeliſtæ lo-
quatur de miſericordiis Redemptoris, per quas
langores peccatorum ab animabus pelluntur. Qui Matth.4.
medicus erat corporum, converſus ad Chri-
ſtum fit medicus animarum, ſicut & Apoſto-
li Petrus, & Andræas, qui erant piſcato-

res piſcium in mari, per Chriſtum fiunt piſcatores hominum in terra. Ait D. Anſelmus, *Pluſquam alii Evangeliſtæ loquatur de miſericordiis Redemptoris*; quam maximè prædicabat, & omnibus omni affectu procurabat. Nicephorus citatus refert de eo. *A divini verbi contemptoribus ex fructifera olea arbore ſuſpenſus, quod aridi ligni, unde crux fieret, copia non eſſet Deo ſpiritum commendavit.* Quod

Glycas. etiam de ejus morte in oliva teſtatur Glycas *lib. 3. Annalium.* Oliva ſymbolum miſericordiæ; in ea animam exhalat D. Lucas, ut miſericordiam, quam vivus pro ſuis deprecabatur, etiam moriens pro ſuis interfectoribus impetraret, charitas quæ in ejus pectore, cum viveret, ardebat, etiam ipſo mortuo non eſt mortua, ſed viget. Vide quæ dixi *Opuſcul. 1. q. 1. n. 13. & 14.*

635. Nicephor. Baron. Nicephorus citatus, & ex eo Baron. ad annum Chriſti 61 *n. 9.* referunt. *Quod ad eius monumentum fiunt multa ſalutis miracula, ſicut ex ſacris imaginibus Chriſti, ac Sanctiſſimæ Matris eius, necnon Petri, & Pauli ab eo coloribus effigiatis.* O ingens charitas præclariſſimi Evangeliſtæ, qui miris modis omnibus prodeſt, doctis ſuis libris, idiotis vero

D. Gregor. to picturis. Sanct. Gregor. *lib. 9. epiſtol. 9.* ait: *Quod legentibus Scriptura, hoc præſtat idiotis*

Niſſen. *pictura.* Et ſanctus Gregorius Niſſenus *oratione de ſancto Theodoro*, ait: *Solet etiam figura tacens in pariete loqui, maximèque prodeſſe.* Sunt enim imagines tanquam libri expanſi ante oculos noſtros, qui à neſcientibus legere leguntur. Dum ruſticus videt Chriſtum Dominum flagellis cæſum, ſpinis coronatum, maxime ad eius amorem, affectum, ac devotionem excitatur. Noſter ergo Evangeliſta D. Lucas per Evangelij lectionem admonet ſalutem, per Acta Apoſtolorum Eccleſiæ venerationem, per medicinam infirmitatum medelam, per picturam amorem, ac devotionem, quibus inflammat corda noſtra

636 Circa Evangelium Lucæ tria ſunt inquirenda, quo motivo, quo idiomate ſcripſit, quæ relatis variis opinionibus, quas retuli *tom. 1. in Evangel. cap. 5.* ut ibi dixi. Divus Lucas habuit occaſionem texendi hiſtoriam Evangelicam, ut falſa dogmata, quæ circa vitam Chriſti ſeminabant Cerinthus, Merintheus, ac alij eiuſdem farinæ, refutaret, ac à veritate aliena oſtenderet. Secundo ſcripſit Græco idiomate in Achaia, ac Bæotia, quo autem tempore variæ ſunt ſententiæ; ac proinde ſcripſit poſt D. Matthæum tribus, vel quatuor annis. Vide quæ dixi *citato loco.*

QUÆSTIO VII.

De Sancti Ioannis Evangeliſtæ, & Apoſtoli Evangelio.

SUMMARIUM.

637 *Variis in locis de laudibus Ioannis egi.*
638 *Ioannes altius cæteris volat.*
639 *Moyſes velat ſplendorem ſui vultus, Ioannes manifeſtat ſplendorem Trinitatis.*
640 *Ioannes non ſuſtinet ſplendorem Transfigurationis, ſuper ſe volat ad lucem Trinitatis: & n. 641.*
642 *Ioannes dicitur filius Virginis, moribus, ac operibus.*
643 *Pluſquam martyr ad imitationem Virginis,*
644 *Omnia Ioannis habent ſingularitatem, & excellentiam.*
645 *De occaſione, idiomate, loco, ac tempore ſcribendi Evangelium.*

De laudibus, ac magnalibus huius magni Apoſtoli multa dixi variis in locis *tom. 5. in Evangelia, lib. 9. cap. octavo*, per decem 637.
& octo quæſtiones, & *tom. 6. in Evangelio ad cap. 21. Ioan.* & *tom. 1. in Apocalypſ. cap. 4. quæſt. 31* & *tom. 2. cap. 21. quæſt. 27.* tamen tanti Evangeliſtæ memoria non ſtrictim eſt prætereunda.

Ioannes Evangeliſta licet ultimus omnium ſcripſiſſet Evangelium, primus tamen 638.
eſt ſublimitate, dignitate ac altitudine myſteriorum; ait Ioannes in ſua Apocalypſ. 4. num. 6. *Et in circuitu ſedis quatuor ani-* Apoc. 4.
malia: & animal primum ſimile Leoni; ſecundum animal ſimile vitulo, & tertium animal habens faciem quaſi hominis: quartum animal ſimile Aquilæ volanti. Tria illa prima animalia, quæ tres primos Evangeliſtas adumbrabant, tanquam in terra morabantur, at ſola Aquila, quæ Ioannem denotabat, volat; alij Evangeliſtæ de humana Chriſti natura agunt, & ideo videntur degere in terra; at Ioannes ſolum volat ad Æternum Patris conſenſum; unde apud Ezechielem dicitur 1. num. 10. *Facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor.* Vnum ex quatuor erat Aquila, id eſt Ezech. 1.
Ioannes, & tam altè, ac ſublimè, volavit, ut volaret ſuper ſeipſum, ut alibi latius notavi.

Moyſes fideliſſimus Domini, valdè intimè familiaris, cum quo Dominus valdè 639.
amicabiliter loquebatur tanquam amicus cum amico, cum videret Domini maieſtatem in Angelo repræſentatam in rubo, *Non audebat aſpicere contra Dominum.* Exod. 3. num. 6 Exod. 3.
At Ioannes multo ſuperior omnem humanam naturam, ſpiritus Angelicos prætergrediens, ad uſque ad Tribunal Sanctiſſimæ Trinitatis penetrat, & illuſtrata divinitus mente, tres illius perſonas intuetur, & de omnibus dat teſtimonium, & præcipuè de verbo Dei. Moyſes cum ſplendida eſſet facies Exod. 34.
ſua, *poſuit velamen ſuper eam.* Exod. 34. n. 35. ut poſſet videri à filiis Iſraël; at Ioannes tam plenus eſt divino Spiritu, ut ipſum Æterni verbi ſplendorem, ſpublicè, ac patenter omnibus annuntiet, prædicet, ac manifeſtet. Damian.
Petrus Damian. *ſerm. 2. de S. Ioan.* ait: *Faciem ſuam obnubuit Moyſes, ne videretur à populo. Ille nempe, Ioannes etiam divinitatis revelat eſſentiam, ut Deus ab omnibus agnoſcatur; atque ut idem repetam, ille ſplendorem ſui vultus obtexit, ne ab illa plebe videretur? Iſte Dei Verbum*, quod eſt imago Patris, ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. *Hebræor. 1.* Hebr. 1.
num. 3. perſpicuè revelavit ut ab omnibus agnoſceretur. 640.

Preme iterum: *Aquila deſuper ipſorum*

quatuor. Ad admirabile Transfigurationis myſterium, aſſumpſit Ieſus Petrum, Iacobum, & Ioannem, & videntes tantam gloriam majeſtatis Chriſti, cuius facies reſplendebat ut Sol, veſtimenta alba ſicut nix, Math.17. & vox Patris, cum audiretur, *Timuerunt valdè, & ceciderunt in faciem ſuam.* Matth. 17. numero 6. Et tamen poſtea ipſemet Joannes, qui erat unus ex tribus ſuperne volat ad thronum Sanctiſſimæ Trinitatis, & ipſam inſcrutabilem divinam Maieſtatem fixis oculis contemplatur. Vnde tanta rerum diverſitas? Antea erat Ioannes Apoſtolus, ac Diſcipulus, & ideo videns gloriam humanitatis Chriſti, *cecidit in faciem ſuam:* at poſtquam in Cæna recubuit in pectore Chriſti *Ioan.* 13. *numero.* 23. tanquam ſecretarius Ioan.13. divinitatis ſuper ſe ipſum excollitur, ut fluenta divinitatis ebibens in publicum eructaret, ut dicat; *In principio erat verbum.* D. Cæſar. Divus Cæſar. *Dialog.* 3. *Interrogat.* 176. ait: *Ioannes Evangeliſta omnibus ſuperior; Baptiſta cum multo timore etiam iuſſus tangere Chriſti verticem carnem geſtantis non audebat: hic autem plures omnibus libertates habens, in Dominica cæna in ſinu Domini procumbens, paulo poſt ſuper ipſum Sanctum uniti cum Deo hominis pectus ſe ſe reclinat, & inde de verbo verbum hauſit, atque omnibus ſub cælo intonuit illud,* In principio erat verbum. Divus Gregorius Magnus *homil.* 4. D.Gregor. *in Ezechiel.* ait; *Si Aquila cum aliis tribus adiuncta, quatuor animalia eſſe commemoratur, miror, quomodo deſuper ipſorum quatuor eſſe deſcribitur, niſi quia Ioannes per id, quod in principio verbum vidit, etiam ſuper ſemetipſum tranſiit: nam niſi ſe tranſiſſet, Verbum in principio non vidiſſet.*

641. Et quid mirum quod ad tam ſupernam, & altam cognitionem Joannes elevetur, cum ſingulariſſimè à Chriſto datus ſit filius Virgini. *Mulier ecce filius tuus.* Ioan. 19. & inde Ioan.19. Sacratiſſima Virgo cum ſingulariter dilexit, ut habitans cum eo in eadem domo, omnia myſteria, quæ à filio audierat D.Thom à VillaNova. ipſa Ioanni communicaret. Divus Thomas à Villanova concione de Sancto Ioanne Evangeliſta, ſic ait: *O verè egregium diſcipulum, qui poſt Chriſtum, talem promeruit habere præceptorem, quid ab ea non didicit? Quid ab ea non impetravit? Omnia, quæ a filio ſuo in familiaribus locutionibus ipſa audierat, in Ioannem, ſicut in filium, libentiſſimè transfudit.*

Ab hac filiatione non diſcedo. *Mulier ecce* 642. *filius tuus*, cum Chriſtus ingreditur in domum Zachæi ad hoſpitium, ait ad eum: *Hodie ſalus huic domui facta eſt, eo quod* Luc.19. *ipſe filius ſit Abrahæ.* Luc. 19. num. 9. Ex quo magna exoritur quæſtio, quomodo Zacheus dicatur filius Abrahæ: nam Zachæus D Cyprian. Chananæus erat, ut tenent Tertullianus D Chryſ. *libro* 4. *contra Marcion.* Divus Cyprianus *libro* 2. *epiſtol.* 3. Divus Chryſoſtomus *homil. de Zachæo*, ubi ait: *Zacheus filius Abrahæ merito non ſobole, devotione non ſtirpe.* Si-GloſſOrd. D. Aſterius. militer Gloſſa Ordinaria ait, *Filius non carne, ſed fide.* Divus Aſterius apud Bibliotec. Focci; *Quid commune habet Abrahami genus, & Chananæorum. Certè manifeſtum eſt, quod ſi non ſecundum carnem filius Abrahæ fuerit, ſed moribus, & operibus ſimul.* Sic ſanè Ioannes dicitur filius Sacratiſſimæ Virginis Mariæ, ſed quadam imitatione, *moribus, ac operibus.* Poſtquam Chriſtus aſcendit in cœlum, in eodem habitaculo cum ipſa moratur, illique tanquam obedientiſſimus filius in omnibus obtemperabat, cámque ut ſupremam Dominam venerabatur, illiúſque converſationis colloquio inſtruebatur, ejúſque documentis, ac doctrina imbuebatur, illiúſque exemplo informabatur. Sanctus Thomas de Villanova *Concion. de Sancto Ioanne Evangeliſta*, ait: *Iam ex hoc intelligere licebit, quantæ felicitatis, & gloriæ fuerit, tot annis poſt Aſcenſionem Domini, cum Virgine commorari, eam ſicut filius alloqui, eius decora præſentia, & iucundo colloquio tam familiariter frui, ejus magiſterio imbui, eius exemplo, & moribus inſtrui.* Expende ultima verba *eius exemplo, & moribus inſtrui.*

Communis eſt omnium ſententia S. Hieronymi, S. Ildefonſi, Sanct. Thomæ, Sancti Anſelmi à me citati *tom.* 1. *in Evangelia, lib.* 2. *cap.* 6. *quæſt.* 12. *num.* 43. quod Sacratiſſima Virgo doloris vi, quem paſſa fuit in morte filij ſui, graviſſimum martyrium ſuſtinuit, & tunc adimpletum eſt illud, quod ei prædictum fuerat à Simeone: *Tuam ipſius animam pertranſivit gladius.* Luc. 35. circa quæ verba audiendus eſt Divus Hieronymus. 643. S. Hieron. S Idelfonſ. S.Thom. S.Anſelm. Tertullian.

Luc. 1. D.Hieron. *Alij ſancti paſſi ſunt pro Chriſto in carne, Beatiſſima vero Dei genitrix in ea parte paſſa eſt, quæ impaſſibilis habetur, & ideo pluſquam Martyr fuit.* Alij ſancti cruciatus martyrij, ac dolores ſuſtinuerunt in corpore, Sacratiſſima Virgo in anima, quæ eſt impaſſibilis, & pars multo nobilior corpore; & ideo pluſquam Martyr fuit; ait Divus Hieronymus. *Maior omnium Martyrum.* Divus Ildefonſus. Ioannes Evangeliſta Virgin. imitator eius veſtigia eſt ſecutus, ipſam in omnibus imitabatur. Ioanni, ac Fratri Iacobo ait Chriſtus Dominus: *Poteſtis bibere Calicem, quem ego.* Calicem nempe ſuæ paſſionis, ac mortis. Dicunt: *Poſſumus*; ait illis Chriſtus; *Calicem meum bibetis.* Matthæus 20. numero 23. Matth.26. Quomodo Ioannes calicem mortis, ac paſſionis ebibit, cum ipſe vi tormentorum animam non exhalavit. Reſpondet ibi Pelbartus, & *qui tunc Chriſtum uſque ad crucem ſunt ſequuti, ut Ioannes, Maria Magdalena, non oportet, moriantur pro me per martyrium, jam enim commortui ſunt cruce mihi.* Pelbart. Eſtius Eſtius. *ad cap. Ioan.* 21. *num.* 23. ait: *Solus Ioannes licet initio fugiſſet, rediit tamen, & Chriſto moriente ſub cruce aſtitit, itaut quodammodo in Chriſto patiente paſſus eſt, & doloris gladius animam eius transfixit.* Ioannes ut verus filius Virginis, Matrem in omnibus imitatur illius veſtigia ſequens, Virgo Mater ſuſtinet dolores martyrij, non corpore, ſed anima, ita & filius ſingulariter adoptivus Ioannes acerbos martyrij dolores non in corpore, ſed in anima cruciatur, & ideo *pluſquam martyr*,

martyr, ac ut ait Hidelphonſus; *maior cæterorum martyrum.*

644. Omnia quæ ſunt Ioannis habent quandam ſublimitatem, excellentiam, & ſingularitatem, dicitur *Diſcipulus, ac Apoſtolus*, ſed mira ſingularitate: *Diſcipulus, quem diligebat Ieſus, qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit.* Dicitur *Evangeliſta*, mira ſingularita-
Ioan.1. te, alij de humanitate agunt, Ioannes ſupervolat ad thronum Trinitatis, intonans *In principio erat Verbum*, & cum ipſe in Aquila denotaretur, inde ſolum de ea dicitur
Apoc.4. Apocalypſ. 4. *Et quartum animal ſimile Aqui-*
Ezech.1. *læ volanti*, & Ezechiel. 1. *Facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor*, ut jam in hac quæſtione notavi, dicitur *Propheta*, & quadam
Apoc.1. ſingularitate ſuper omnes Prophetas cap. 1. *Apocalypſis Ieſu Chriſti, quam dedit illi Deus manifeſtam facere mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Ioanni*; hoc eſt, ut explicavi omnia ſecreta futura, quæ Æternus Pater Filio ſuo unigenito in primo inſtanti ſuæ Incarnationis revelavit, ut illa annuntiaret, ac palam faceret; ipſe unigenitus Ioanni communicavit, ut ipſa futura publicaret, ut evulgaret, in ipſis abditiſſimis futuris propalandis, tanquam vices Chriſti gerens in his, quæ Æternus Pater Filio ſuo revelavit. Dicitur & *Martyr* præ cæteris Sanctis; alij paſſi ſunt corpore, ipſe vero anima inſtar Sacratiſſimæ Deiparæ, & ideo pluſquam Martyr, ut ſuperiori numero expl cavi Dicitur & *Virgo* ſingularitate quadam: nam dicitur filius Virginis, ſeu ipſius virginitatis, imò filius ipſius virginitatis, ac puritatis. Deipara tam pura, Sancta, ac Virgo eſt, ut etiam ut alibi dixi in abſtracto dicatur ipſa puritas, virginitas, ac ſanctitas. Dicitur & *Angelus* quadam ſingularitate, cum ſupra omnem chorum Angelorum ambulaverit, ut iam dixi. Pro qua re audiendus eſt
Damian. Petrus Damianus *ſermone* 1. & 2. *de Sancto Ioan.* & ait: *Quid enim divina Sapientia quæris, quod apud Ioannem reperiri non poſſis: Quid neceſſarium in doctrinis, quod Ioannis Sacroſancta volumina non teneant. In ſpeculanda ſumma Divinitatis eſſentia, præcedit Prophetas, ſupergreditur Patriarchas, Apoſtolos ſuperat, poſtremo totius humanitatis vices tranſcendit, & illud uſque aciem tendit, quod vix, & angelica valeat attingere creatura.*

De Evangelio quantum ad motivum ſcribendi, linguam, locum, ac tempus.

Circa Evangelium quatuor ſunt inquirenda. Primo occaſio, ac motivum ſcribendi, Secundo de idiomate, Tertio de loco, Quarto de tempore, quæ omnia ſatis explicavi in *proœmio*, *cap.* 6. & quantum ad occaſionem, ac motivum; triplex extitit. Quia cum ſæpè Ioannes ſermonem feciſſet de divinitate Chriſti, rogatus eſt ab Epiſcopo Aſiæ, ut de illa ſcriberet. Ita D. Hie-
D.Hieron. ronymus, Divus Dorotheus, Divus Auguſti-
D Doroth. nus, Divus Cyrillus, Divus Thomas. Secun-
D.Auguſt. dum motivum extitit ſcribendi, ut refuta-
D.Cyrill. ret Cerinthum, & Ebionem, ac alios Chriſti
D.Thom.

Sylveira Opuſcula.

divinitatem negantes, & impiè aſſerentes Chriſtum tantum eſſe hominem, ex Maria Virgine natum. Ita citati Patres. Tertia Eu- Euſebius.
ſebius *lib.* 3. *Hiſtor. cap.* 24. ait: *Cum ad Ioannem trium Evangeliorum notitia perveniſſet probaſſe fidem, & veritatem dictorum, deeſſe tamen aliqua, & ea maximè, quæ primò ſuæ prædicationis tempore Dominus geſſerat, quia hæc videbantur omiſſa, rogatus dicitur, ut ea, quæ prætericrant priores, ante Ioannis editionem, & Salvatoris geſta conſcriberet: unde quia nativitatem ſecundum carnem Matthæus, & Lucas deſcripſerant, reticuit hic Ioannes, & à Theologia, atque ipſa Divinitate ſumit exordium, quæ pars ſine dubio ipſi veluti eximio per Spiritum ſanctum reſervata eſt.*

D. Ioannes ſcripſit ſuum Evangelium Græco ſermone, ac Epheſi in Aſia, in qua ſenten- 645.
tia conveniunt communiter omnes, licet in hoc aliqui diſcrepent: nam Metaphraſtes, Metaphr.
& Nicephorus exiſtimant, quod compoſuerit Nicephor.
ſuum Evangelium in Inſula Pathmos. Salmeron. *prologom.* 24. tenet quod literis mandavit ſuum Evangelium, antequam in exilium mandaretur. Communis tamen ſententia eſt quod poſtquam reverſus eſt ab exilio: Ita Divus Prochorus Chriſti Diſcipulus, qui ſe- D.Prochor.
cutus Ioannem ipſo dictante Evangelium ſcripſit. Ita teſtatur ipſe *lib. de vita ſancti Ioannis, cap.* 46. Divus Epiphanius, D. Atha- D.Epiph.
naſius, Divus Iſidorus, Divus Hieronymus, D.Anaſtaſ.
Sanctus Thomas, Beda, quos adduxi cita- D.Iſidor.
to loco *num* 22, & ita communiter interpretes D.Hieron.
ad Apocal. 5. *num...* ubi ait Angelus Ioanni: D.Thom.
Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis; ut ibi dixi: Ac proinde ſecundum hanc Beda. Apocal. 5.
ſententiam ſcripſit Ioannes ſuum Evangelium anno Chriſti nonageſimo nono; & poſt eius paſſionem ſexageſimo octavo. Vide citatum locum.

QUÆSTIO VIII.

De Actibus Apoſtolorum.

SUMMARIUM.

646 *De nomine, quo hic liber dicendus eſt.*
647 *Variis nominibus, quibus dicitur.*
648 *Agitur de prædicatione Apoſtolorum iuxta præceptum Chriſti.*
649 *Auctor ac Scriptor libri eſt D. Lucas. Et Græco idiomate.*
650 *D. Lucas ſcribens Evangelium, & acta Theophilo, illa tamen dividit.*
651 *De tempore, quo ſcripſit.*
652 *Librum non eſſe Canonicum dixerunt aliqui Hæretici.*
653 *Fides Catholica tenet eſſe Canonicum.*
654 *Libri magna eſt dignitas, ac utilitas, & n.* 655. 656. 657.

De Titulo, ſeu nomine.

Diſputant hic Valla, & alij an hic liber dicendus ſit, *acta*, ſeu *actus Apoſtolorum*. 646. Valla.
Et quæſtio non eſt magnæ conſiderationis, & utroque modo à Patribus, ac graviſſimis

I 2 Auctori

Auctoribus vſurpatur; tamen ſecundum nomen actus, habetur in Bibliis emendatioribus, & de illo communiter Eccleſia in divinis Officiis vtitur, non dicimus de Actis Apoſtolorum, ſed de Actibus, & ita dicendum eſſe tenet Budæus *in Comment. linguæ Græcæ*. Budæus.

647 Syrus. D.Chryſ. Oecumen. Syrus pro titulo ponit, *Hiſtoria Apoſtolorum* D. Chryſoſtom. in exordio, hunc librum vocat *Dogmata Spiritus ſancti*. Oecumenius *Evangelium Spiritus ſancti*. Nam ſicut quatuor Evangeliſtæ ſcribentes Evangelium, Chriſti opera, ac geſta enarrant. Sic D. Lucas in hoc libro deſcribit Euangelium, ac opera Spiritus ſancti, quæ ipſe per Apoſtolos, quos ſuis donis illuſtrauit, eſt operatus. Nam ſicut unigenitus filius Dei deſcendens de cœlo in carne humana apparuit, & ore proprio nos docuit viam ſalutis, & aperuit nobis abdita arcani Patris à conſtitutione mundi, ſic poſt Chriſtum divinus Spiritus viſibiliter deſcendit de cœlo in linguis igneis, Apoſtolóſque ſuis donis implevit; ut Chriſtum veram viam ſalutis annuntiarent, & illius ſacratiſſima myſteria manifeſtarent, ac explicarent, ut ait Sanctus Gregorius Nazianz. & eius Interpres Nicetas orat.44. *Quia cum filius Dei corpore ſenſibili, & conſpicuus nobiſcum conſuetudinem habuiſſet, par erat, ut ſpiritus quoque corporaliter appareret: ſum etiam apparuit primo in forma columbæ, nunc in forma linguarum ignitarum; & cum Chriſtus ad ea, quæ Deo conveniebant, reverſus eſſet, ſuaque gloria reſtitutus, Spiritum ad nos poſt Chriſtum deſcendere oportebat.* Nazianz. Nicetas.

648. Liber dicitur Actorum Apoſtolorum, quia eorum geſta, non tamen omnia, ſed præcipua, magiſque illuſtria circa Evangelij promulgationem enarrat. Vnde à *cap.* 1. vſque ad decimum recenſetur fidei, ac Catholicæ Eccleſiæ fundatio per Apoſtolos in Iudæa, & Samaria iuxta Chriſti Domini præceptum. Actorum 1. num. 8. *Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudea, & Samaria & uſque ad vltimum terræ.* Et ideo prædicato Evangelio in Iudæa, & Samaria profecti ſunt Apoſtoli uſque ad ultimum terræ, nempe ut deſcribitur à *cap.* 10. uſque ad finem prædicantes Evangelium per Syriam, Lycaoniam, Pamphiliam, Græciam, Romam, ac Italiam aliáſque gentes, quorum opera, & præcipuè Pauli, hic deſcribuntur, & ut notat Divus Irenæus *lib.* 3. *cap.*14. quod Divus Lucas opera Divi Pauli, quæ viderat, imo cum ipſo geſſerat, latè deſcribit, alia quæ non viderat ſummatim, ac breviter. Actor.1. Actor.10. D.Irenæus.

De Auctore, idiomate, ac tempore, quo hic liber eſt ſcriptus.

649. Auctor huius libri, ut tenet Eccleſia Catholica, ac etiam omnes Patres, tam Græci, quam Latini, ac etiam Hæretici fatentur, eſt D. Lucas Evangeliſta. Sicque Syrus huiclibro præfixit titulum: *Liber Actuum, hoc eſt hiſtoria Apoſtolorum Beatorum, quam collegit Sanctus Dominus meus Lucas Evangeliſta.* Et tam communis, ac recepta eſt hæc veritas, quod non vidi citatum Auctorem, qui illam negeſ, quis & qualis fuiſſet D. Lucas iam ſupra explicavi q.6. Inter omnes Evangeliſtas linguæ Græcæ erat eruditiſſimus, ut ait D. Hieronym. *epiſt.*145. *ad Damaſum*, qui patrio idiomate, utpote Græco, primum Evangelium, deinde acta conſcripſit. Syrus. D.Hieron.

Et quamvis D. Lucas tam Evangelium, quam Acta ſcripſiſſet Theophilo Viro Illuſtriſſimo Senatori, vel Principi, ſeu præſidi alicuius Provinciæ, ſeu Epiſcopo Antiocheno iuxta varias ſententias, tamen vtrumque non adunivit in uno volumine, ſed ſeparatim ſcripſit, quia ut notant Toletus, & alij in Lucam ex D. Chryſ. *Quamvis vnus, & idem Theophilus eſſet, cui ſcribebat, ut diſtinctio perſpicuitatem afferret, brevitas tædium eximeret, varietas voluptate afficeret.* 650. Toletus. D.Chryſ.

Cum Paulus Apoſtolus detentus eſſet à Iudæis Ieroſolymis & ad Cæſarem appellaſſet, *actor.*25.*n.*10. Miſſus eſt à Præſide Feſto Romam ad Neronem anno ſecundo, vel tertio ejuſdem Imperij, eumque comitatus eſt ſuus individuus Comes D. Lucas. Paulus autem permanſit Romæ, per biennium, ut ipſemet D. Lucas clarè exprimit. Actor. c. ult. verſu ult. *Manſit autem* (ſcilicet Paulus) *biennio toto in ſuo conducto* (hoc eſt hoſpitio) *& ſuſcipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Domini Ieſu cum omni fiducia, ſine prohibitione.* Et in hoc tempore, ſeu biennio compoſuit D. Lucas hunc librum, qui complectitur acta circiter viginti ſeptem annorum; tot enim fluxerunt ab Aſcenſione Chriſti in cœlum, quæ contigit anno eiuſdem 34. à quo D. Lucas exorditur hanc hiſtoriam, uſque ad annum quartum Neronis, & Chriſti Domini ſexageſimum ut vult Divus Hieronymus *de Scriptoribus*. Baronius contendit, quod biennium carceris terminetur anno Chriſti ſexageſimo primo, quinto Neronis; proindéque D. Lucas hoc prædicto anno, ſive ſexageſimo, ſive ſexageſimo primo, completo biennio carceris Pauli, ultimam manum huic operi Actorum impoſuit; quia tunc terminat ibi hiſtoriam, quod ex eo bene intelligitur ex *cap. ultimo*. Tunc Divus Lucas, ex Pauli perſuaſione, ſeu iuſſu, ut ſcribit Divus Epiphanius *hæreſ.*51. profectus eſt ad prædicandum Evangelium per Dalmatiam, Galatiam, Italiam, Macedoniam, & inde ut teſtatur Oecumen. in Lucam reverſus eſt in Orientem, & petit Lybiam, & Thebanos, vbi Chriſtianam fidem plantavit, & cum perveniſſet ad annos octoginta quatuor, glorioſo martyrio vitam dedit. 651. Actor 25. Actor.28. D.Hieron. Baron. D.Epiph. Oecumen.

Liber iſte Canonicus.

Multa prodierunt falſa commenta, ac apocrypha circa geſta ſacrorum Apoſtolorum, quæ finxerunt Hæretici, ac alij maligno animo, quæque rectè, ac ſanctè rejiciunt ac damnant Gelaſius Papa *diſt.* 15. *cap. Sancta Romana Eccleſia*, & Sancti Patres communiter, & Divus Anaſtaſius, Divus Epiphanius, Divus Cyrillus Ieroſolymitanus, Tertullianus, Philiaſter, D. Auguſtinus, Oroſius, Innocentius, Euſebius *ad citat. cap.* Barboſa, Lorinus, *Præfat. in Acta cap.*2. Baronius, & alij. 652. Gelaſius. D.Anaſtaſ. D.Epiph. D.Cyrill. D.Auguſt.

Fuerunt alique Hæretici, qui ſacra Acta 653.
Apoſtolo

Apoſtolorum extra Canonem librorum Ca-
Tertull. monic. poſuerunt, quos referunt, & impu-
Euſebius gnant Tertullian. *lib. de Præſcription. Hæretic.*
cap.22.& 23 lib.5. contra Marc. c. 1. Euſebius
Philiaſter. *lib. 4. Hiſtor.cap.27.* Philiaſter, *cap.36.*alias 63.
D. Auguſt. D.Auguſt.*lib de utilitate credendi, cap. 3. & 1. de*
Nicephor. *ſermone Domini in monte.* Nicephorus *lib.4.c.4.*
654. Sancta, & Catholica fides tenet hunc li-
brum eſſe Canonicum, verum, ac Sanctum; ita
definitum eſt in multis Conciliis Carthagin.
Tertiò, Florentin. Trident. *ſeſſ.4. de libris Cano-
nic.* & antiquiſſimi Patres proximè citati,
inſuper multi alij Patres D.Chryſ. D.Hieron.
D.Chryſ. D.Gregor.& omnes, qui ediderunt commenta-
D.Hieron. ria ſupra hunc librum, vel illum frequenter
D.Gregor. cum magna veneratione citant, & referunt
& etiam Hæretici noſtri temporis librum
hunc non audent impugnare, ſed ut Canoni-
cum recipiunt.

Argumentum, utilitas, ac dignitas Libri.

De argumento huius libri iam dixi *in hac
456. quæſtione n.648.* agit de Actibus Apoſtolorum
viginti octo capitibus, quomodo prædica-
runt Evangelium juxta præceptum Chriſti
Domini in Ieruſalem, Iudæa; & Samaria, ac
proinde quomodo profecti ſunt in ultimas
partes totius orbis ad prædicandum Evange-
lium; & liber totus præcipuè agit de Actibus
D.Petri, ac Pauli.

Utilitas, ac dignitas libri tanta eſt, ut di-
656. cat D.Chryſ. homil. 1. in Acta. *Vtilem, non mi-*
D.Chryſ. *nus, ac pretioſum quam Evangelium cum egre-
giis documentis morum, & vitæ exemplis abun-
det? comprehendit Chriſti promiſſorum comple-
mentum, præſertim de Spiritu ſancto, & de mi-
rificis operibus, tum numero, tum qualitate, ipſa
enim ejus opera ſuperantibus, illuſtrius mani-
feſtet myſteria, quæ pertinent ad divinitatem
Spiritus ſancti, atque ad Chriſti reſurrectio-
nem, & Aſcenſionem.* Magna eſt utilitas, ac ex-
cellentia, huius libri, qui maximè nos inſtruit
in myſteriis fidei, quod Ieſus Chriſtus miſſus
eſt à Patre in mundum in redemptionem pec-
catorum, quod non eſt aliud nomen *ho-
minibus datum, in quo nos oporteat ſalvos
fieri, niſi tantum in nomine Ieſu Chriſti,*
maximéque nos inſtruit in myſteriis eius,
prædicatione, miraculis, morte, Paſſione,
Reſurrectione, Aſcenſione, ac Adventu Spi-
ritus replentis ſua gratia Apoſtolos. Vnde
Oecumen. rectè ait Oecumenius, *Actus Apoſtolorum
inſtructio quædam fidei Chriſtianæ.* Et Divus
D.Nazianz Gregorius Nazianzenus *epiſtol. ad Nicobolum*
ait: *Quod lectione huius libri inſtruitur Chri-
ſtianus in his, quæ credere, & agere debet.*

Ex Reſurrectione Chriſti inſtruitur in
657. reſurrectione noſtra, ut ait D. Chryſoſtom.
D.Chryſ. citata homil. 1. *Quod maximè agit hic liber
eſt reſurrectionis declaratio: quæ ſi credita
fuerit, & cæteris aperta eſt via.* Ponitur no-
bis tanquam Idea vitæ Chriſtianæ perfectæ,
ac Apoſtolicæ, ad imitandum, ut exem-
plar, ac ſpeculum totius bonitatis, diſci-
plina illa primorum Chriſtianorum vita;
quis eorum documento non inflammabitur
ad frequentiam Sacramentorum? maximè

Euchariſtiæ, & ad Orationem, & contem-
plationem, ad amorem Dei, ac cœleſtium, ad
charitatem proximorum, ad contemptum ter-
renorum, ad zelum fidei, ac ſaluris anima-
rum, ad conculcandas, ac domandas huma-
nas paſſiones, ac cupiditates, quiſque non
ſtimulabitur his pro Chriſti amore ad ſuſti-
nendos labores, carceres, mortes, ac omnium
tormentorum genera. Præclarè ait D. Hieron D. Hieron
epiſt. 103. ſub finem: *Non nuda hæc hiſtoria, vel
Eccleſiæ dumtaxat naſcentis in ea taxatur in-
fantia, ſed medici Scriptoris verba languentis
animæ ſunt medicina, cuius quotieſcunque liben
legitur in Eccleſiis, toties eius medicina non ceſſat.*

QUÆSTIO IX.

Quare ſacri Apoſtoli in ſuis ſcriptis tra- dendis non alio nomine utuntur, niſi epiſtolarum?

SUMMARIUM

658 *Non in veteri Teſtamento, ſed in novo uti-
tur epiſtolis.*
659 *In novo Teſtamento utitur epiſtolis, quia res
erat cum amicis.*
660 *In epiſtolis utitur notis, quas ſoli ami-
ci intelligunt, & non extranei: res fi-
dei ſolum fideles, & non alieni intel-
ligunt.*
661 *In veteri Teſtamento diffuſi libri, in novo
verbum abbreviatum, ſed magna gratia,
ac donis plenum.*

IN veteri Teſtamento Patres illi antiqui in
ſuis ſcriptis utebantur nomine libri, vel vi- 658.
ſionum, ſeu alio ſimili, liber Geneſis, Exodi,
Pſalmorum, Baruch, vel viſionum, Iſaiæ,
Amos, verba Prophetiæ, &c. Tamen ſacri
Apoſtoli his nominibus omiſſis utuntur no-
mine Epiſtolarum. Et quanquam omnis Scri-
ptura epiſtola ſit à Deo miſſa, ut iam dixi; &
ait D.Auguſt. in Pſal.9. *Hæ de illa civitate ve-* D.Auguſt.
*niunt literæ, unde peregrinantur, ipſæ ſunt Scri-
ptura, quæ nos hortantur, ut bene vivamus.* Cur
tamen ſacri Apoſtoli præ cæteris in ſuis ſcri-
ptis hoc nomine literarum, ſeu epiſtolarum
utuntur, inquirimus.

Reſpondeo primo, epiſtolarum uſus eſt val- 658.
dè frequens conſuetudo inter amicos, & valdè
intimè familiares D. Ambroſ. lib 7. epiſtol. 15. D.Ambroſ.
ſic ait: *Epiſtolarum uſus eſt, ut diſiuncti lo-
corum intervallis affectu adhæreamus in qui-
bus inter abſentes imago refulget præſentia, &
collocutio ſcripta ſeparatos copulat, in qui-
bus etiam cum amico miſcemus animum, &
mentem noſtram infundimus* In ultima cœna
ait Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis. Joan. 15. Ioan. 15.
num. 15. *Iam non dicam vos ſervos: quia
ſervus neſcit quid faciat Dominus eius: vos
autem dixi amicos, quia omnia quæcumque
audivi a Patre meo, nota feci vobis.* Cum ergo
per epiſtolas cum amicis loquamur, eoſque
admonemus, & rogamus, aut conſola-
mur, aut certiores facimus rerum noſtrarum,
etiam aperientes illis ſecreta cordis noſtri

inde divina bonitas, ut oſtendat quanta be-
nignitate nobiſcum agat, per epiſtolas miſſas
per ſuos Apoſtolos nobis loquitur, nobiſque
aperit arcanum abſconditum à ſæculis, altiſſi-
mum Tryadis myſterium, altum ſecretum
prædeſtinationis, tremendum conſilium ſuæ vo-
luntatis manifeſtat, quæ nobis viam, & tra-
mitem ſalutis aperuit.

660. Secundò. Amici ſæpè in ſuis literis per
quaſdam phaſes, notas, ac ænigmata con-
ſcribunt inter ſe, ut ſi tales literæ incidant in
aliorum manus ob ignotatas tales notas, eas
non intelligant, nec quid tales epiſtolæ di-
cant: ſic lector has ſacras literas legens: niſi
ſecum habeat fidem, quæ eſt clavis regia ape-
riens intellectum ad ſacra myſteria, exiguum,
aut nullum ex illarum lectione fructum colli-
get. Hinc. Apoſtolus Paulus poſtquam alia
myſteria in ſua prima, & ſecunda epiſtola ex-
2. Tim. 3. plicuit Timotheo ſic in hac ultima c. 3. n. 15.
*Ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt
inſtruere ad ſalutem, per fidem, quæ eſt in Chriſto*
D. Chryſ. *Ieſu.* Exhortatur eum, ut ibi docet Chryſoſt.
ad inſtructionem eorum, quæ pertinent ad ſa-
lutem, & ad hoc commendans proponit ei fi-
dem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quia ſine ipſa
fide, nec poteſt intelligere, nec penetrare ea,
quæ inſerviunt ad inſtructionem noſtræ ſalu-
tis: nam fides eſt clavis aperiens, & illumi-
nans intellectum,

Tertiò. Latum eſt diſcrimen inter libros,
661. & epiſtolas: nam libri tenent hiſtorias, &
res valdè prolixas, ac diffuſas; Epiſtola verò
eſt ſuccincta, & brevis vel ad animum ape-
riendum, ac communicandum, vel ad conſo-
lationem, & levamen in laboribus, ſeu ad alia,
ut iam dixi. Teſtamentum vetus continet li-
bros hiſtoricos, largas narrationes multarum
rerum, ſeu amplas prophetias, multis prophe-
ticis teſtimoniis, & legis umbris, ac figuris,
& variis Sanctorum hiſtoriis, Chriſtum de-
notantes, quæ omnia fuerunt neceſſaria pro
inſtructione, ac informatione illius populi
duræ cervicis ad Chriſtum agnoſcendum, &
Rom 9. n. 28. ſuſcipiendum. At Chriſtus Dominus veniens
in mundum, promulgata lege Evangelica fecit
verbum abbreviatum ſuper terram, & inde
ſacri Apoſtoli frequenter in novo Teſtamento
utuntur epiſtolis, quæ habent ſtrictum, &
brevem ſermonem cum magna, & ampla co-
pia, ac largitate gratiarum, cœleſtiúmque do-
Iſai. 11. norum; loquens *Iſaias* 11. *n.* 11. de ſtatu, ac tem-
pore Chriſti ait. *Repleta eſt terra ſcientia Do-
mini, ſicut aquæ maris operientes.* Præſente
Chriſto divina ſcientiâ occupat, ac replet
omnem terram, ſicut maris aquæ, cum exun-
dant occupant, ac tenent omnem terram vici-
nam & eam replent. Ita D. Auguſt.

QUÆSTIO X.

Quare Deus diſpoſuit, ut Divus Paulus plures epiſtolas ſcriberet, quam cæteri Apoſtoli?

SUMMARIUM.

662 *Valdè mirum, quod Divus Paulus plu-
res epiſtolas ſcripſerit, quam cæteri Apo-
ſtoli.*

663 *Paulus olim adverſarius Eccleſiæ: inde
eius teſtimonia ut fortiora eliguntur.*

664 *Paulus Epiſtolis perſequebatur Eccleſiam
Dei, poſtea epiſtolis tuetur.*

665 *Paulus habebat ſolicitudinem omnium Ec-
cleſiarum, inde ad omnes ſcribit.*

666 *Paulus præco, & Doctor Eccleſiæ non ſo-
lum in vita, ſed etiam poſt mortem, eius
charitas non extinguitur; & n. 667.*

OMnes Apoſtoli licet eſſent Petro ſubdi- 662.
ti, ac ei ſubordinati tanquam univerſali
capiti totius orbis, cui obedire debebant, ta-
men omnes fuerunt æquales in poteſtate præ-
candi, docendi, ac mundum illuminandi. Hoc
autem ſtante, Paulus Apoſtolus plures epiſto-
las admirabilis, ac altiſſimæ doctrinæ præ
cæteris ſcripſit: non quia erat ſapientior Pe-
tro, ac Joanne, ſed quia ſuprema Dei provi-
dentia ita diſpoſuit, ac ordinavit, ut per ipſum
tot, & tanta myſteria publicarentur, ac reve-
larentur, de quo maximè admiratur D. Cyrill. D. Cyrill.
Jeroſolymitan. *catecheſ.* 10. & ait: *Miratus
ſum certè ſancti Spiritus diſpenſationem, quod
aliorum quidem epiſtolas parvo numero conſcri-
pſit, Pauli autem ſui perſecutoris quatuordecim
eſſe conceſſit.*

Et prima ratio ſancti Cyrilli, ut tanta do- 663.
ctrina Pauli, altius, & firmius ab omnibus te- D. Cyrill.
neretur: nam Petrus & Ioannes, ac alij Apo-
ſtoli nunquam fuerunt habiti inimici nomi-
nis Chriſtiani. At Paulus antea fuit crudelis
inimicus, & durus perſecutor Eccleſiæ, inde
plura ei conceſſit Deus ſcribere, ut fidei veri-
tas firmius, & facilius omnibus perſuade-
retur: nam cuncti audientes Paulum admi-
rabantur dicentes: *Nonne hic eſt, qui in Ieruſa-
lem expugnabat eos, qui invocabant nomen iſtud.
Actor.* 9 *num.* 20. & unde perſecutor factus eſſet Actor. 9.
defenſor? niſi ex Spiritus ſancti gratia illu-
minante intellectum in veritate; inde factum
eſt, ut rectè notat D. Chryſoſt. *homil.* 1. *in Pau-* D. Chryſ.
lum; ut inter omnes Paulus maximè adverſetur
perfidiam Judaicam, & in tribus punctis, in
quibus ipſa vehementer obcæcata, & obdurata
perſiſtit: de adventu Meſſiæ promiſſi, de
abrogatione, ac ceſſatione legis Moſaicæ, ac
vocatione gentium, quæ omnia paſſim in om-
nibus ſuis epiſtolis probat Paulus. Chriſtum
Jeſum verum filium Dei, ac verum Meſſiam
iam veniſſe. Ad Galat 4. num. 4. *Vbi venit ple-* Galat. 4.
nitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum Tit. 3.
ex muliere. Ad Titum 3. num. 4. Ad Hebr. 1. Hebr. 1.
num. 2. de ceſſatione legis Moſaicæ. Tota Galat 3.
epiſtola ad Galatas cap. 3. num. 19. *Lex poſita* Galat. 4.
eſt donec veniret ſemen, & cap. 4. num. 24.
Hebr. 7. num. 12. de vocatione gentium ad hoc
tetendit. Tota epiſtola ad Roman. cap. 10. n. 18. Hebr. 7.
*In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fi-
nes orbis terræ verba eorum.* & iterum num. 20.
Inventus ſum à non quærentibus me; & cap. 11. Rom. 10. Rom. 11.
n. 25. Galat. 1. n. 16. & de his omnibus ſexcen- Galat. 1.
tis aliis locis.

Secunda ratio ad concluſionem principa- 664.
lem. Dicitur Actor 9. n. 1. *Quod Saulus adhuc* Actor. 9.
*ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini,
acceſſit ad principem Sacerdotum, & petiit ab
eo epiſtolas in Damaſcum, ut ſi quos inveniſſet*

huius

huius viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Ieruſalem. Suprema, & alta divina Providentia diſpoſitum eſt, ut qui obtentis epiſtolis Chriſti fideles vexaverat, ipſe propriis literis eos recrearet, adiuvaret, ſalutari doctrina, ac ardenti charitate refertis, damnum illatum per antiquas epiſtolas, per has denuo compenſaret. Saulus literis Eccleſiam Dei perſequebatur; Paulus literis Eccleſiam Dei tuetur, ac defendit. Saulus datis epiſtolis à principe Sacerdotum, Iudæos contra Eccleſiam Chriſti concitabat, & in ſua perfidia confirmabat; Paulus Spiritu ſancto repletus, ipſo dictante epiſtolas conſcribit, quibus Chriſti fideles in ſancto propoſito adiuvaret, firmaret, ac corroboraret, ad omnem virtutem inflammaret, ac excitaret.

665. Salmeir. Tertiam rationem nobis dat Salmeiron *in Prolog.* in Paulum deductam ex eius ferventi charitate, inde dicebat ipſe: *Præter illa, quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror.* 2. Corinth. 11. num. 28. Cum magnus

2. Cor. 11. Paulus in ſe haberet ſollicitudinem omnium Eccleſiarum, & cum omnibus laboraret, in ſuis infirmitatibus, ac tribulationibus non poterat ſe continere, quin omnibus ſcriberet, ut quia omnibus præſens eſſe non poterat, per verba, & epiſtolas eſſet præſens, & per epiſtolas omnes in ſuis infirmitatibus adiuvaret, omnium infirmitates in ſe ſuſcipiens, ut omnibus omnia fieret, ut ipſe ait.

Quarta ratio, ut ait D. Chryſ. homil. 22. ad

666. D. Chryſ. Populum, *Paulus, Apoſtolus, gentium Doctor, Chriſtum in ſe habens loquentem, terreſtris Angelus, cœleſtis homo receptaculum Spiritus ſancti. Noſtri omnium ſagena, poſt mortificationem Doctor, poſt mortem Præco, qui nobis demonſtravit, quomodo in cælum ire poterat.* Cum ergo ipſe eſſet Conſtitutus à Deo Doctor Gentium, ac etiam præco non ſolum in vita, ſed etiam poſt mortem, ideo ordinatus eſt à Deo, ut non ſolum prædicaret voce, ſed etiam ſcriptis, & ut rectè notat D. Auguſt.

D. Auguſt. *lib. 1. Confeſſionum.* Id quod literis conſignatur ad longum tempus perſeverat, id vero quod dumtaxat viva voce traditur, facilè effugit, ac prævolat: epiſtolarum utilitas latius ſe diffundit, & apud plures longè diſtantes pertinet, quam viva vox, quæ præſentes tantummodo tangit; epiſtolæ autem ad abſentes, & ad eos, qui ſequuntur, ac poſtea venturi ſunt, pertinent, ad eos inſtruendos, ac informandos multum valent Magnus Spiritus Pauli qui erat Doctor gentium, & in ſe habebat habitantem Chriſtum, receptaculúmque Spiritus ſancti erat, & præco etiam poſt mortem; cum ipſa morte non finitur, vivaciſſimè clamat, docet, ac inſtruit per ſuas epiſtolas, ac inimicos deſtruit, ac diſſipat, ita ut ipſi magis timerent eius epiſtolas, quam eius præſentiam unde de ipſis ſic ſcribit ad Corinth. 2. cap. 10,

2. Cor. 10. num 10. *Quoniam quidem*, inimici ſcilicet inquiunt, *epiſtolæ graves ſunt & fortes, præſentia autem corporis infirma.* Hoc eſt, ut explicant

Bened. Iuſt. ibi Interpretes cum Benedicto Juſtiniano, epiſtolæ meæ, ac ſi dicat Paulus, ſunt vehementes, validæ, ac nervoſæ ad perſuadendum; præſentia ejus vero non erat magnæ auctoritatis: nam ut de eo ſcribit Nicephor lib. 2. Nicephor.

cap. 37. *Paulus erat corpore parvo, & contracto, atque incurvo*, &c. At verba eius in epiſtolis valdè robuſta, & multa efficacia plena, unde D. Hieron.

D. Hieron. *epiſtola ad Pammachium, cap. 61.* ait: *Paulus vas electionis, tuba Evangelii, rugitus Leonis noſtri, flumen eloquentiæ Chriſtianæ, quem quotieſcunque lego, videor mihi non verba, ſed audire tonitrua.* D. Auguſtinus *lib. 2. Confeſſion.* ait: *Cum Paulum lego, non verba lego, ſed ſagittas ignitas acutas ſentio, animam transverberantes.* Ideo de Apoſtolo Paulo dicam id, Hebr. 11.

quod ipſe ait de Abel. Hebr. 11. n. 4. *Defunctus eſt Abel, & adhuc loquitur.* Defunctus eſt Paulus, & adhuc loquitur; mors potuit auferre vitam, non tamen vividum ſpiritum eius, ut adhuc doceat, illuminet, ac viam ſalutis oſtendat.

QUÆSTIO XI.

De Epiſtolis Canonicis D. Pauli: agitur de illa, quæ eſt ad Hebræos.

SUMMARIUM.

668 *De Epiſtola ad Hebræos quid inquirendum.*
669 *Hæretici negant eſſe Canonicam.*
670 *Catholica fide tenendum, eſſe Canonicam.*
671 *Catholica Eccleſia tenet eſſe ſcriptam a D. Paulo.*
672 *Primum argumentum, quod Paulus in ea non ponit nomen ſuum, cum aliquibus ſolutionibus, quæ non admittuntur.*
673 *Tres ſolutiones veræ.*
674 *Secundum argumentum de his, quæ erant in arca, ponitur, & ſolvitur.*
675 *Tertium ponitur argumentum ex aliis locis Scripturæ, & ſolvitur, & n. 676.*

QVatuordecim ſunt epiſtolæ D. Pauli, ut habentur in Biblia: nam de aliis, quæ ab aliquibus circumferuntur, ad Senecam, Laodicenſes & dicam *infra q. 13.* ſolum hic agimus de illis, quæ ſunt in Biblia, ac receptæ ab Eccleſia. 667.

De Epiſtola ad Hebræos.

Valde mirum eſt quot, & quantis hæc epiſtola à multis impugnetur, & ut clarè, ac diſtinctè procedamus, inquirendum eſt primo, an hæc epiſtola ſit Canonica. Secundo, quis illius Auctor. Tertio, quo ſtylo, & Idiomate, quæſtione ſequenti. 668.

Primo hanc epiſtolam eſſe Canonicam negarunt olim Marcion, Arius, & modo Lutherus, Brentius. Magoburg. & Anabaptiſtæ, immo ex Catholicis Doctiſſimus Cardinalis Caietanus ſcribens ſuper hanc epiſtolam videtur dubitare in ſuo commentario. 669. Lutherus. Arius.

Catholica fide tenendum eſt hanc epiſtolam ad Hebræos eſſe Scripturam ſacram, & Canonicam. Ita definitum eſt in Concil. Carthaginenſi Tertio. *Can.* 47 Laodiceni *Can.* 59 Florentino in Inſtructione Armeniorum Trident. *ſeſſ.* 4. & in *Can. Apoſtolorum.* Canone 670. Carth. Laodicen. Florent. Trident.

Can. Apoſt. D. Hilar. D. Gregor. Nazianz. D. Athan. D. Epiph. D. Ambroſ. D. Hieron. D. Auguſt. Clem. Alex.

undecimo. Ita conſtanter docent omnes Patres D. Hilar. *lib. 12. de Trinit.* D. Gregor. *Nazianz. in Carm. de Canone ſcripturæ.* D. Athanaſius *in ſynopſi.* D. Epiphan. *hæreſ. 76.* D. Ambroſ. *lib. 2. de Cain. cap. 2.* D. Hieron. *Epiſtola ad Dardanum.* D. Auguſtin. *de Doctrina Chriſtiana cap. 8.* Clemens Roman. *in Epiſtol. ad Corint.* apud Euſebium *lib. 2. Hiſtor. cap. 38.* omnes alij Patres communiter, & Eccleſia hanc epiſtolam ut Sacram ſcripturam recitat in Divinis officiis; & in hac etiam concluſione cum Catholicis conveniunt Hæretici, Calvinus, Beza, & eorum ſectatores.

671. Secundo quæritur, Quis ſit Auctor huius Epiſtolæ. Eraſmus, & Calvinus negant eſſe ſanctum Paulum. Tertullian. *lib. de pudicitia* (Tertullian.) exiſtimat eſſe Barnabam Apoſtolum, alij Jacobū Apoſtolum. Tamen cum Catholica Eccleſia tenendum eſt B. Paulum Apoſtolum illius Auctorem. Nam Concilium Tridentin. *ſeſſ. 4.* (Trident.) numerans libros Canonicos ait: *& quatuordecim epiſtolas Pauli,* inter quas numerat hanc ad Hebræos; ſimiliter Concilium Carthaginenſe, & Florentinum; & Eccleſia, cum (Carthag. Florent. Eccleſia.) hanc epiſtolā recitat in Divinis officiis, hunc præfigit titulum, *de epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Hebræos* Idem tenent; & docent Patres ſupra citati. Probatur ex D. Petro ſcribente ad Hebræos *ſua epiſtol. 2. cap. 3. num. 15.* (2. Petr. 3.) ait: *ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſcripſit vobis.* Scribebat Petrus Hebræis Chriſtianis converſis ex Judaïſmo, qui inde ob ſuam converſionem ad fidem multas perſecutiones ſuſtinebant, & diſperſi erant tanquam exules per Pontum, Galatiam, & Capadociam, ut conſtat ex 1. epiſtol. Petr. cap. 1. n. 1. (1. Pet. 1.) & tamen cum juxta D. Petrum conſtet, quod D. Paulus ſcripſit epiſtulam ad Hebræos, nullam aliam ſcimus ab eo ſcriptam, niſi hanc; ergo hæc eſt ſcripta ab eo.

Ponuntur argumenta contraria.

672. Adverſarij objiciunt primo. Apoſtolus in omnibus ſuis epiſtolis in exordio apponit nomen ſuum, quod cum non faciat in hac epiſtola ad Hebræos, inde ſequitur, quod non ſit ſcripta ab eo, ſed ab alio. Dicunt aliqui, quod D. Paulus more ſuo in hac epiſtola, ut in aliis nomen ſuum, cum ſalutatione appoſuiſſet, incuria Interpretis, vel ſcribarum, tale nomen evanuiſſe, ſed coniectura eſt de debilis quia vetuſtiſſimi ſcriptores, & Patres ita legunt ſine nomine. Alij idem dicunt deſumpta ratione ex D. Hieron. Præfat. in hac epiſtol. (D. Hieron.) ubi ait: *ſi ideo non eſſet Pauli, quia non habet præfixum Pauli nomen, nullius prorſus eſſet, quia nullius nomen præfert.* Quod etiam aliqui corroborant, quia Ioannes Apoſtolus in ſua prima Canonica nomen ſuum non apponit; & (Ioan. 1.) quamvis hæc ratio videatur plauſibilis, tamen non ſatisfacit difficultati deductæ ex more Pauli in aliis Epiſtolis Ideo ad propoſitam difficultatem triplicem aſſigno rationem.

673. Prima. Paulus inter omnes ſuas epiſtolas in hac tantummodo appellat Chriſtum Apoſtolum, ſic ait in hac epiſtola cap. 3. n. 1. (Hebr. 3.) *fratres conſiderate Apoſtolum, & Pontificem Confeſſionis noſtræ Ieſum.* Inde ergo non audet Paulus in initio epiſtolæ ſe Apoſtolum nominare ne videretur in aliqua parte ſe cum Chriſto conferre, quem excellentiorem Angelis dixerat in principio. *Secunda ratio.* Paulus optimè ſciebat nomen ſuum eſſe Hebræis inviſum, eo quod legis obſervantias, ac ritus, quos illi quamvis Chriſtiani mordicus retinebant, ac obſervabant, dicebat eſſe abrogatas per Chriſtum: Inde Hebræi cum eſſent legis maximè æmulatores, hac de cauſa Paulo maximè infenſi; ut patet *Actor. 21. n. 27.* Inde Paulus ſubticet nomen ſuum; ut eis doctrina tradita eſſet magis acceptabilis, & grata. (Actor. 21.) *Tertia ratio*, quia Paulus non Hebræorum, ſed Gentium ſe Apoſtolum, ac magiſtrum profitebatur *Roman. 13. n. 13. ad Galat. 1. num. 16. ad Epheſ. 2. num. 8. & 2. Timoth. 1. n. 11* (Rom. 13. Galat. 1. Epheſ. 2. 2. Tim. 1.) & ideo de more ſuo noluit in exordio epiſtolæ apponere nomen ſuum, *Paulus Apoſtolus*, ut in aliis, ſed abſque titulo nudam proponit epiſtolam, in fine epiſtolæ excuſans ſe quod ad eos ſcripſerit, quorum Apoſtolus non erat. Inde vocat ſolatium, & non doctrinam. cap. ultimo. n. 22. ait: (Hebr. 13.) *Rogo vos fratres ut ſufferatis verbum ſolatij; etenim perpaucis ſcripſi vobis.* Has rationes tradunt Clemens Alexandrin. in libro Hypothipoſeon. Euſeb. *lib. 6. Hiſtor.* & has rationes ſparſim tradunt D. Hieron. *in Comment. cap. 1. ad Galatas. In Catalogo* ubi de D. Paulo agit, & Theodoret. Thephylact. Oecumen. D. Thomas, & alij. (Clem. Alex. Euſebius. D. Hieron. Theodor. Theophyl. Oecumen. D. Thom.)

674. Obiiciunt ſecundo. Quia doctrina tradita in hac epiſtola videtur repugnare cum veteri Teſtamento, Nam in hac epiſtola *cap. 9. n. 4.* (Hebr. 9.) dicitur; quod erat tabernaculum aureum habens arcam teſtamenti: *In qua urna aurea, habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti.* Et tamen *lib. 3. Reg. cap. 8. n. 9.* (3. Reg. 8.) dicitur quod in Arca non erat aliud, niſi duæ tabulæ lapideæ. Reſpondet primo D. Thomas (D. Thom.) quod dicuntur in arca eſſe tabulæ teſtamenti, tanquam quid principale. Secundò, reſpondent Theophylactus, ac multi alij, quod tempore Moyſis, ac Salomonis non erat in arca (Theophyl.) aliud, niſi tabulæ legis, & cætera quæ nominantur in epiſtola ad Hebræos, poſtea repoſita cum Ieremias abſcondiſſet arcam, ut refertur *2. Machab. cap. 2. num. 5.* (2. Mach. 2.) nam juxta multorum ſententiam, urna, & virga, quæ fronduerat, erat in quodam ſinu juxta arcam In tabernaculo, & ideo omnia repoſuit Ieremias in arca, quando eam abſcondit, & inde tertiam explicationem dat D. Anſelm. (D. Anſelm.) quod illa particula, *In*, id eſt, juxta arcam, ſic dicitur Ioan. 10. num. 23. (Ioan. 10.) *Ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis*, id eſt In porticu Salomonis juxta templum. Sic & dicitur Ioan. 1. (Ioan. 1.) num. 28. *Hæc in Bethania facta ſunt.* Cum tamen Ioannes non in urbe, ſed juxta urbem baptizaret.

675. Obiiciunt tertiò. Quia repugnat cum doctrina Chriſti; nam Chriſtus omnes ad ſe invitat, *Matth. 11. num. 28.* (Matth. 11.) At in hac epiſtola *cap. 12. num. 17.* (Hebr. 12.) apertè dicitur. Quod Eſaü non invenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquiſiſſet eam.

675. Argumentum tamen nullius eſt ponderis, Apoſtolus loquitur de pœnitentia Eſaü ſera, & imperfecta, abſque debito dolore, ut fuit (Ioſue 7. Matth. 27.) Achan. *Ioſue. 7. n. 1.* & etiam Iudæ, *Matth. 27. num. 4.*

num, 4. talis pœnitentia imperfecta nullum
producit fructum ; nec etiam eſt ullius mo-
Hebr. 1. menti, id, quod obiiciunt, quod Apoſtolus
appropriat Chriſto Domino filio Dei cap. 1.
2. Reg. 7. *n.* 5 id, quod de Salomone ſcribitur 2. Reg. 7.
num. 10. *Ego ero ei in patrem, ipſe erit mihi*
D. Auguſt. *in filium.* Quia ut ait D. Auguſtin. *lib. de uni-*
tate Eccleſiæ cap. 8. Illa dicuntur de Salomo-
ne, prout erat Chriſti figura, in quo erant
2. Reg. 7. complenda, ſicut dicitur de ipſo Salomone :
Rom. 10. *ſtabiliam thronum regni eius uſque in ſempiter-*
2. Corint. 9. *num.* 2. *Reg.* 7. *n.* 13. paſſim hoc invenies in ſcri-
ptura *Rom.* 10. *an* 18. & 4. *Corint.* 9. & multa
alia ſimilia.

Quæstio XII.

De numero, ac ordine Epiſtolarum D. Pauli.

Svmmarivm.

677 *Prima epiſtola Pauli eſt prima, & ſecunda ad Theſſalonicenſes.*
678 *Tertia eſt prima Pauli ad Corinth.*
979 *Quarta epiſtola eſt prima ad Timoth.*
680 *Quinta eſt ad Titum.*
681 *Sexta eſt ſecunda ad Corinth.*
682 *Septima ad Roman.*
683 *Non attenditur ordo temporis, ſed dignitas urbis.*
684 *Octava eſt ad Galatas.*
685 *Nona eſt ad Epheſios.*
686 *Decima ad Philippenſes.*
687 *Vndecima ad Coloſſenſes.*
688 *Decima tertia ad Hebræos,*
689 *Decima quarta eſt ſecunda ad Timoth.*

P*Rima omnium epiſtolarũ* ſcripta à B. Paulo
677. eſt prima ad Theſſalonicenſes, ſic dictos à
Anno. 52. Theſſalonica metropoli Macedoniæ. Scriptam
Syrus. fuiſſe Athenis tenent Syriacus, & Græcus in
Græcus. fine epiſtolæ, & idem docent. Theodoret.
Theodor. Oecumenius, Athanaſius in ſynopſi. Verius
Oecumen. eſt fuiſſe ſcriptam Corinthi, anno Chriſti 52.
Athanaſ. Nam in ea fit mentio *cap.* 3. *num.* 6. de reditu
Timothei ad Paulum, qui non fuit Athenis,
Actor. 18. ſed Corinth. *Actor.* 18. *num.* 5. ex quo inferunt
D Chryſ. D. Chryſoſt. Theodoret. Baronius, Benedict.
Theodoret. Iuſti. Cornelius hanc eſſe primam epiſtolam
ſcriptam à Paulo, & paulo poſt ſcripſit alte-
ram, quæ eſt ſecunda ad Theſſalonic.

678. *Tertia epiſtola* Pauli eſt prima ad Corinth.
Anno 57. ante epiſtolam ad Romanos, quod ex eo opti-
D Chryſ. me probat D. Chryſoſtom. quia Apoſtolus
2. Corint. 8. 2. *Corinth.* 8. *&* 9. adhortatur Corinthios ad
faciendam collectam, ad ſublevandas paupe-
rum Hierſolymitanorum neceſſitates, quam
Roman. 15. collectam iam factam ſupponit *Roman.* 15.
num : 5. *&* 26. Hæc epiſtola ſcripta eſt Philipp.
Miſſa per Timotheum, ut habent *Græca, Syra,*
& Regia Latina in fine epiſtolæ. Verius videtur,
quod fuerit ſcripta Epheſi, ut colligitur *ex*
cap. 16. *num.* 8. *Actor.* 19. *num.* 1. ſcripta eſt au-
tem *anno Chriſti.* 57. ut tenent Baron. Oecumen
& alij.

679. *Quarta epiſtola* Pauli eſt prima ad Timo-
Anno 57. theum, & eſt ſcripta *anno Chriſti* 57. poſt epi-
ſtolas ad Corinth. Baronius eodem anno cum Baronius.
D. Athanaſio in ſynopſi Theodoret. præfa- D. Athanaſ.
tione in Paul. eam dicunt ſcriptam fuiſſe in 1. Timot. 1.
Macedonia ex eo quod Paulus *cap.* 1. 3. ait,
Rogavi te, ut remaneres Epheſi, cum irem in
Macedoniam, ſed hæc verba non cogunt
epiſtolam eſſe ſcriptam in Macedonia, & Græcus.
ideo communior ſententia eſt, ut tenent Siriacus
Græcus, & Syriacus Text. eſſe ſcriptam Laodi- Theodor.
ceæ, quæ eſt Metropolis Phrygiæ, & Theo-
doretus in fine epiſtolæ ſententiam ſuam mu-
tavit.

Quinta epiſtola eſt ad Titum. ſcripta eſt Ni- 680.
copoli in Epyro, ut docent Græca, Syra, Anno 58.
D. Hieron. hic Athanaſ. *in ſynopſi.* Theodo-
retus, Chryſoſtom. Oecumenius, & alij. In
Nicopoli urbe, id eſt in loco proximo, &
propinquo Nicopoli, ad quam ſcilicet tende-
bat, & illi vicinus, ac proximus erat, hoc
ipſe ſignificat in epiſtola *cap.* 3. *num.* 12. dicens
Tito : *Feſtina ad me venire Nicopolim, ibi*
enim non dicit hic, ſed ibi, quia ad dictam
civitatem tendebat, *ſtatui hyemare*, hæc autem
epiſtola, ut tradunt Auctores citati, ſcripta
eſt anno Chriſti 58.

Sexta epiſtola eſt ſecunda ad Corinthios, 681
hoc aperte colligitur ex ipſa ſecunda epiſtola 2. Corint. 8.
cap. 8. *num.* 10, ubi ait Apoſtolus : *Hoc enim*
vobis utile eſt, qui non ſolum facere, ſed etiam
velle cœpiſtis ab anno priore. Ac proinde hæc
epiſtola eſt ſcripta anno Chriſti 58. uno anno Anno 58.
poſt primam epiſtolam. Quo autem loco ſcri-
pta ſit dubitatur. Aliqui dixerunt Troade. Du-
bitationem tollunt editio *Græca, Syriaca, ac* Græcus.
Latina complutenſis. Quæ ita habent *ſcripta* Siriacus.
eſt in civitate Philippi in Macedonia. Hæc epi- Latinus.
ſtola miſſa eſt ad Corinthios per Titum, &
ideo Apoſtolus in tota hac epiſtola frequenter
mentionem facit de Tito *cap.* 2. *&* 7. 8. *ac* 12.
Aliqui dicunt quod ſimul fuit miſſa per Ti-
tum, ac D. Lucam.

Septima epiſtola eſt ad Romanos, & ſcripta 682.
eſt *anno Chriſti* 58. ut teſtatur Baronius eodem Anno 58.
anno ſcripta Corinthi, poſtquam Paulus ex Græca.
Nicopoli venit Corinthum, & miſſa eſt Siriaca.
per Phæben, ut tenent Biblia Græca, Syra, Latina.
& Latina Regia in fine Epiſtolæ ; poſtquam Baronius.
D. Petrus ex Roma iuſſu Claudij in Britániam
pergeret ; tunc Paulus Romanos tanto paſto-
re deſtitutos, variis diſcordiis diſſidentes
confirmavit, docuit, ac in concordiam rede-
git ; inde factum eſt, quod D. Paulus in hac
epiſtola Petrum de more non ſalutat utpote
Roma abſentem.

Dices tamen, quanam ratione longe alius 683.
ordo in ordinandis epiſtolis Pauli ſervatus, &
diſpoſitio temporis neglecta, ut ſatis ex di-
ctis eſt compertum : cur autem epiſtola ad Ro-
manos primum locum occupat. Reſpondetur
quod attenditur ad urbis dignitatem, & ſi-
cut olim fuit caput imperij temporalis, ſic
nunc eſt caput Imperij, ac Dominii ſpiritualis Catherin.
& inde epiſtola ad eam miſſa in capite epiſto- D. Auguſt.
larum ponitur. Ita Catherin. Aliter opinatur
D. Auguſtinus *epiſtol.* 105. *ad Sixtum.* Eo quod
maxime fidem commendat, de eaque tractat
Apoſtolus ; fides autem eſt caput, ac initium
omnium gratiarum, ac donorum, ac proinde
ratione doctrinæ primum locum tenet. Tertio Theodoret.
Theodoretus, ob exactam doctrinam, quia
omnis

Digitized by Google

omnis doctrina quæ per alias epiſtolas eſt diſperſa in hac una tanquam in compendio habetur.

484. *Octava epiſtola eſt ad Galatas*, quæ ſcripta
Anno 59. eſt Romæ, ut habent Græcus, & Syrus *in*
Græcus. *fine epiſtola.* D. Hieron. *in cap.5. illius* D. Athanaſ
Syrus. *in ſynopſi.* Theodor. *Præfat. in epiſtolam Pauli.*
D. Hieron. Negant & aliqui & Baronius *Anno Chriſti* 59
D. Athanaſ. *num.7.* quia non facit mentionem de ſuis vin-
Theodoret culis habitis Romæ, ut ſolet facere in aliis
Baron. epiſtolis, quas Romæ ſcripſit; & inde dicunt hanc epiſtolam non ſcriptam Romæ, ſed Epheſi, vel in alia urbe Græciæ. Verum nec ex ipſa epiſtola, nec ex aliis poſſumus aliquid certum affirmare, de loco, ac tempore, quo ſcripta eſt, Baronius eam ponit ſcriptam *anno Chriſti.59.* cum ad Romanos dicat ſcriptam *anno.* 58.

685. *Nona epiſtola eſt ad Epheſios* miſſa ab Apoſto-
Anno 59. lo ex Roma, ac ex carcere, ubi Apoſtolus tenebatur, per Tychicum Diaconum, ut manifeſte conſtat *ex cap. 3. huius Epiſtola num.1. & ex cap. 6. num. 20.* ſcripta eſt *anno Chriſti* 59. Ut tenet Baronius eodem *anno num.7.* Epheſus
Baronius. autem Aſiæ minoris erat Metropolis, de qua multa dixi *tom.1. in Apocalypſ. cap.* 2. Marcion. & aliqui Hæretici apud Tertullianum *lib.* 5.
Tertull. *contra Marcion. cap.* 11. & S. Epiphanius di-
D. Epiph. xerunt epiſtolam Pauli ad Epheſios non fuiſſe ad ipſos Epheſios, ſed ad Laodicenſes ſcriptam, ſed refelluntur apertiſſimo S. Ignatij
D. Ignatius teſtimonio; qui ad ipſos Epheſios ſcribens *epiſtol.14.* ait: *Eſtis ſicut Paulus vobis ſcripſit, unum corpus, & unus ſpiritus eius, qui vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtra.*

Decima epiſtola eſt ad Philippenſes, ſcripta
686. eſt Romæ *anno Chriſti.60.* Cum Paulus tene-
Anno 60. retur in vinculis, ex quibus etiam eodem anno ſcripſit ad Coloſſenſes, ac ad Philemonem, & in his tribus epiſtolis in exordio præpouit Apoſtolus ſuum nomen ſimul cum Timotheo, quem per ſuas literas vocaverat, venire Romam, ante hiemem, ut conſtat *ex* 2.
2. Tim 4. *Timoth. 4. num.* 21: Hæ autem omnes tres epiſtolæ ſcriptæ ſunt ex primis vinculis Pauli: quæ contigerunt anno Neronis 4. Nam ſecunda vincula Pauli acciderunt anno Neronis 14. & hoc bene colligitur ex hac epiſtola *cap* 1. *num.25.* *Et confidens ſcio quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum veſtrum, & gaudium fidei.* Ac proinde ex primis vinculis liberatus eſt, non vero ex ſecundis, ex quibus glorioſo martyrio laureatus eſt.

687. *Undecima eſt epiſtola ad Coloſſenſes*, quæ
Anno 60. ſcripta eſt Romæ, ſecundo anno vinculorum
Coloſſen. 4. Apoſtoli Pauli, ut patet *ex cap. 4. huius epiſtola num.*18. qui fuit *a Chriſto nato* 60. quod exinde colligitur, quia Timotheus, quem Apoſtolus ad ſe Romam vocaverat, ut patet ex proxime dictis ad Philippenſes, iam Romam ſecum adjungit Timotheum ad ſalutandum Coloſſenſes. Miſſa eſt autem ab Apoſtolo per Tychicum, & Oneſimum, ut habent Græca, Syra, & Latina Compluten. in fine epiſtolæ; & colligitur *ex cap.4. num. 7. & 9.*

Duodecima epiſtola ad Philemonem, qui non
688. Iudæus ſed Gentilis erat, Civis Coloſſenſis
Anno 60. valde nobilis, & potens, Chriſto nomen dederat, moribus, & vita conſpicuus, & cum Paulus ibi ageret, in ejus domo conſtituit Eccleſiam, ut ipſe denotat *n.2.* ad quam omnes fideles conveniebant, & multi eius auxilio, ac eleemoſinis ſuvebantur. Hanc epiſtolam Romæ ſcripſit, ex primis vinculis *anno Chriſti.*60 cum ſperaret ſe cito à carcere, ac vinculis exeundum, ut ipſe indicat. *num.22.* dicens: *Tu autem para mihi hoſpitium; nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis.* Miſit eam cum epiſtola ad Coloſſenſes per *ipſum Oneſimum.*

Decima tertia eſt epiſtola ad Hebræos, eam 689.
ſcripſit ex Italia, ſeu Roma, ut patet *ex cap.* Anno.69.
ultimo. num. ultimo. ubi ait: *Salutant vos de Italia fratres*; non anno Neronis 14. cum ex Hiſpania ſecundò rediiſſet Romam, ut aliqui dixerunt, ſed hanc ſcripſit epiſtolam, cum eſſet in primis vinculis, & cauſam ſuam apud Neronem efficaciſſimè tueretur, & iam magna ſpes eſſet concepta de vinculis abſolvendis, ut colligitur *ex cap. ultimo n.* 23. anno nempe Neronis. 4. qui habetur Chriſti. 60. ita
D. Chryſoſtom. Barun. Cornel. & alij, Fran- Chryſoſt.
ciſcus Bivarius Ciſtercienſis in Commen- Baroni.
tario Lucij Dexteri, anno Chriſti 66. fol. 138. Cornelius.
fortiter tenet, quod hæc epiſtola non ſit ſcripta ad Hebræos converſos in Hiſpania; tamen nullum video fundamentum ad hoc potius affirmandum, quam ad illud.

Decima quarta, ac ultima epiſtola eſt ſecun- 690.
da ad Timotheum, quam ut notant D. Chry- Anno.69. D. Chryſoſt
ſoſtom. Theophylact. Theodoret. D. Anſelm. Theophyl.
Apoſtolus ſcripſit vehementer Chriſtum deſi- Theodoret
derans, tanquam animam iam expirans hanc D. Anſelm.
ultimam epiſtolam, quaſi Cycnean vocem edidit, cum Romæ ſecundis vinculis detineretur, & morti iam proximus eſſet, ut colligitur *ex cap.4. num.6.* ubi ait: *ego iam delibor, & tempus reſolutionis mea inſtat*, qui fuit an-
nus *Neronis* 13. *Chriſti vero* 69. Baronius con- Baroni.
tendit ſcriptam fuiſſe in primis vinculis, anno Chriſti 59. Nam Apoſtolus ait *cap.4. num*, 18. ſe liberatum fuiſſe ab ore Leonis, ergo pro noſtra ſententia firmatur argumentum: hanc epiſtolam ſcripſit, poſtquam liberatus eſt ab ore Leonis, hoc eſt à primis vinculis.

Quæstio XIII.

Qua lingua, ſeu idiomate Paulus Apoſtolus ſcripſit ſuas Epiſtolas?

SUMMARIUM.

691 *Salmeiron tenet epiſtolam ad Romanos Latinè ſcriptam.*

692 *Apoſtolus omnes epiſtolas excepta ad Hebræos Græco ſermone ſcripſit, & n.* 693.

694 *Textus ex Græco tranſtulit in Latinum.*

695 *Epiſtola ad Hebræos Hebraice ſcripta, & num.*696.

697 *Apoſtolus citat ſcripturam iuxta ſeptuaginta, quia tunc talis lectio erat magis communis.*

698 *Multa in ſcriptura ponuntur ab interprete.*

SAlmeiron *tom.1. Prolog. 35. in fine* exiſti- 691.
mat, quod licèt Paulus alias epiſtolas Salmeir.
ſcripſerit

ſcripſerit Græco ſermone, tamen illa, quæ
eſt ad Romanos, ſcripta fuerit Latinis ver-
bis: nam Apoſtolus ſcribebat ad Latinos, &
ex dono liguarum ſibi infuſo, optime nove-
rat loqui Latinè: deinde amanuenſis, ſeu ſcri-
ptor huius epiſtolæ fuit Tertius, ut patet *ex*
Rom.16. *cap.16. num.22.* Nec obſtat, quod ſæpe Apo-
ſtolus in hac epiſtola græciſet, quia cum ver-
ſaretur apud Græcos ſæpe illorum verbis ute-
batur. Hæc ſententia eſt probabilis.

692. Tamen quod Apoſtolus ſcripſerit omnes
ſuas epiſtolas Græco ſermone, eſt valde com-
Bellarm. munis ſententia, eam mordicus tuetur Bellar-
minus *lib. 2. de verbo Dei cap.7.* & alij multi,
D.Chryſ. quia D.Chryſoſtom. Syrus, & omnes Græci,
Syrus. Græcus. & Latini, cum dubitant de interpretatione, ac
mente verborum huius epiſtolæ, recurrunt ad
Textum Græcum, tanquam ad autographum,
& deinde colligunt mentem, & intelligen-
tiam Textus. Secundò. Quamvis Apoſtolus
ſcriberet, Latinis ſcribebat Græca lingua,
Græca, tunc erat valde communis, & univer-
ſalis; nam poſtquam Alexander Magnus, &
pueri eius dominati ſunt in orbe, ut no-
D.Auguſt. tat D. Auguſtinus *epiſtol.* 100. lingua Græca
erat valde nota & communis in toto mundo;
& in hoc ſenſu ait Apoſtolus in hac epiſtola
Rom.1. *cap.1. num. 26. ſalutem omni credenti Iudæo pri-
mum, & Græco.* Per Græcum intelligit omnes
gentiles ut ibi communiter omnes interpre-
tes.

693. Tertio. Apoſtolus ex dono linguarum op-
time ſciebat linguam Latinam, & eius lo-
quendi modos, atqui paſſim græciſat in
Salmeit. hac epiſtola, ut etiam fatetur Salmeiron,
ergo ſignum eſt, quod in Græco ſermone ſcri-
pſit. Quarto. Si ex eo quod ſcribebat ad Lati-
nos Latinis verbis utebatur, etiam cum ſcri-
beret ad Gallos Gallico ſermone, & ad Ephe-
ſios Aſiatico uteretur, atqui hoc non admit-
titur, ergo nec illud.

694. Cum hoc tamen ſtat, quod poſtquam Ter-
tius Apoſtoli ſcriptor hanc epiſtolam ex ore
Apoſtoli Græco ſermone ſcripſit, in Latinum
D.Marcus. converteret, ſicut D. Marcus ſuum Evange-
lium, quod Romæ Latinè ſcripſerat, poſtea
ut fertur in Aquileia, in Græcum tranſtulit,
cuius originale Venetiis, magna veneratione
ſervatur, ut ſupra dixi.

695. Dixi in concluſione præter eam epiſtolam,
quæ eſt ad Hebræos; nam eam hebraice ſcri-
D.Hieron. pſit. Ita D. Hieron. *in Catalog. ſcript. & in*
Theodoret. Oecumen. Clem.Alex Euſebius. *Clemente.* Theodoretus, Oecumenius hic. Cle-
mens Alexandrin. apud Euſebium *lib. 6. Hi-
ſtoriar. cap.* 11. Hanc epiſtolam Paulus He-
bræus hebraice ſcripſit ad Hebræos. Inquam
Hebraicè, non purè, ſed corruptè prout ute-
bantur poſt reditum è Babylonia, ac tempore
Chriſti, multis verbis Syriacis admixtis.
Hæc epiſtola ex Hebræo in Græcum trans-
D Lucas. Clemens Pontifex. lata eſt à D. Luca, ut tenet Clemens Alexan-
drinus citatus, vel potius, ut volunt Euſebius,
Hieronym. Theodoretus, Oecumenius à S. Cle-
mente Romano, cum epiſtola ad Corinthios.

696. Huius rei hanc ſubiicio rationem. Apoſto-
lus alta, & ſublimi prudentia hanc epiſtolam
ad Hebræos hebraicè ſcripſit, ſciebat enim,
quod Hebræi maxime deteſtabantur gentes
& eos odio habebant; & inde Apoſtolus ſcri-
bens ad Hebræos nõ literas mandat ſermone
Gentilium, ſeu Græco, ſed Hebraico, ut in-
de doctrina in eis tradita eſſet magis accepta,
& plauſibilis.

Dices, Primo ſi ſcripſit habraice Apoſtolus, 697.
cur citans textum veteris Taſtamenti, non ci-
tat eum iuxta Textum hebraicum, ſed ſecun-
dum verſionem Septuaginta. Reſpondetur
quod D. Paulus retulit verba iuxta Textum
Hebræum, ut habentur in autographo He-
bræo, tamen interpres vertit ſecundum Sep-
tuaginta, utpote Græcis notiorem, & magis
communem. Sic verba Pauli iuxta Septuagin-
ta transferuntur. *Actor. 13. num. 35. &* 40. Ubi Actor.13.
D.Lucas lectionem Septuaginta ponit præcisè
tantum, ſicut & D.Matthæus *cap.13. num.14.* Matth.13.
ut ibi notat Ianſenius. Uel dic cum Galeno, Ianſenius.
Ribeira, Baronio *tom.1. pag.677.* Illo tempore Galenus.
tam apud Iudæos, quam Græcos lectionem Ribeira. Baronius.
Septuaginta fuiſſe cõmunem. Unde Ioſephus, Ioſephus.
& Philo Hebræus frequenter potius citant Philo.
loca ſacræ ſcripturæ iuxta lectionem Septua-
ginta, quam ipſum autographum Hebræum.

Dices ſecundo: Si Apoſtolus ſcripſit hanc 698.
epiſtolam hebraice, ad quid ergo hebraicum Hebr.7.
nomen unum per aliud interpretatur. *cap.7.
num.1. & 21. Melchiſedech, qui interpretatur rex
iuſtitiæ, & rex ſalem, id eſt* pacis. Reſpon-
detur, quod valde frequens eſt, quod
interpres transferens textum hebraicum, in
noſtram vulgatam Latinam, ſimul ponat il-
lius explicationem *Exod.12. num. 11. Phaſe,* Exod.12.
Id eſt tranſitus Domini; notat ibi Lyra, quod
illud *id eſt tranſitus Domini* nõ ſit in Hebræo,
ſed poſitum ſit ab interprete; ſicut ex pecunia
accepta ex venditione Chriſti, quam Iudas
proiecit in templum, emerunt agrum figuli,
ſcribit D. Matth. *cap.27. n.8. Propter hoc voca-* Matth.2.
*tus eſt ager ille Haceldama, hoc eſt ager ſangui-
nis.* Hæc ultima verba, *hoc eſt ager ſanguinis*,
non ſunt in Textu Hebræo, ſed interpres illa
appoſuit, ſicut & illa *Matth 27. num. 46.* Matth.27.
*Eli Eli Lammaſabacthani? Hoc eſt Deus meus,
Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* Hæc ultima
verba *Hoc eſt Deus meus*, &c. non ſunt in
Textu Hebræo, ſed ab interprete explicante,
ut ex gravibus Auctoribus notavi *tom. 5. in
Evang. lib.8. cap. 18. expoſit.1. num.1.* ſic & in
præſenti, illa explanatio, qui interpretatur *Rex
iuſtitiæ, Rex pacis*, non eſt in Textu He-
bræo D.Pauli, ſed interpres Græcus, has inter- Græcus.
pretationes D. Paulo addidit.

Quæstio XIV.

Utrum præter has quatuordecim epi-ſtolas Pauli ſint aliæ, ad Senecam, Laodicenſes, ac alios?

SUMMARIUM.

699 *Magni Patres videntur affirmare quod ſcripſerit.*
700 *Sixtus Senenſis refert ſex epiſtolas Pauli, quæ ex ſtylo deprehenduntur non eſſe Pauli.*
701 *Paulus aliquas ſcripſit ad Senecam, ſed non ſunt, quæ extant, & n.702.*

703. *Ad*

703 *Ad Laodicenſes nullam ſcripſit D. Paulus epiſtolam, & n.704.*

505 *Quod ſcripſerit tertiam ad Corinthios affirmant graves Patres, & alij negant, & num 706.*

707 *Tertiam ad Theſſalonicenſes, Origenes appellat eam adulterinam.*

Ad Senecam.

699. PErantiqua eſt dubitatio an D.Paulus, & Seneca habuiſſent inter ſe amicitiam, ac inter ſe epiſtolas mitterent: videntur affirmare S. Hieron. S. Auguſt. S. Linus Papa Petri ſucceſſor
D.Hieron. D. Hieron. in libro de viris illuſtribus, ait; *Lucius Seneca continentiſſime vitæ fuit, de quo epiſtolæ leguntur à plurimis, Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum.*
D. Auguſt. D. Auguſtinus epiſtol.14. ad Macedonium circa medium ait; *Seneca, qui temporibus Apoſtolorum fuit, cuius etiam quædam ad Paulum Apoſtolum epiſtolæ*
D. Linus. *leguntur.* D. Linus Papa *in Bibliotheca Patrum lib. de Paſſione Pauli*, in cuius initio loquens de amicitia Pauli cum Seneca ait: *Inſtitutor Cæſaris* nempe Seneca *adeo fuit illi*, ſcilicet Paulo *amicitia copulatus, ut ſe à colloquio illius temperare vix poſſet, quominus ſi ore ad os illum alloqui non valeret, frequentibus datis, & acceptis epiſtolis, ipſius dulcedine, & amicabili colloquio, atque conſilio frueretur.* Idem affir-
Honor. Aug. mat Honorius Auguſtodunenſis *lib. de lumina-*
Flavius. Dexter. *ribus Eccleſiæ.* Flavius Dexter vir magnæ auctoritatis, qui floruit tempore D.Hieronymi, cum quo habuit magnam amicitiam Anno Chriſti 64. ſic ait: *Lucius Annæus Seneca Cordubenſ, Hiſpanus, miſſis ultro citroque ad S. Paulum literis, de Chriſtiana re bene ſenſit, factuſque Chriſtianus occultus; eius fuiſſe diſcipulus creditur; dulciterque ſcribit ad Paulum in Hiſpania morantem.* Quod multis defendit
Biviar. eius commentator Franciſcus Bivjar. ibi.

700. Lipſius. Senen. Sixtus Senenſis *lib. 2. in ſua Bibliotheca* octo epiſtolæ Senecæ ad Paulum extant, & ſex Pauli ad Senecam; ſed hæ epiſtolæ ſunt falſæ, & fabuloſæ, ac fictitiæ, & ſtylus earum eſt omnino alienus à gravitate, ac ſanctitate Apoſtolica, fieri enim non poteſt, qui in ſumma humilitate ſemper verſabatur, & omnia mundi tanquam ſtercora reputabat, ut Chriſti ſervos, in quadam epiſtola dicat ad Senecam, ſe ex illius amicitia beatum reputari, *me arbitror tanti viri iudicio felicem.* In alia epiſtola monet Paulus Senecam, *ne ſuas epiſtolas Neroni oſtendat.* Generoſus animus Pauli omnes ſæculi poteſtates non timebat, maxime in cauſa propagandi Chriſti religionem, ergo dum eum tam timidum proponit alienum omnino eſt à veritate, ergo literas, quas refert Sixtus omninò ſuppoſititias eſſe, communis
Iuſtus. Lipſius. eſt ſententia, ut tenent Iuſtus Lipſius *de vita,*
Iuſtin. *& ſcriptis Senecæ cap.10. in fine.* Benedict. Iuſti.
Baron. *tom.1. in Paulum diſp.2. cap.2. num.1.* Baronius
Bellarm. *tom.1. art.80.* Bellarm. *lib. de ſcript. Eccleſiaſt. in Lino.*

701. Dicendum eſt, quod inter D. Paulum, & Senecam fuerint aliquæ epiſtolæ, ſed ut ait
Lipſius. Lipſios citatus, non ſunt hæ, quæ circumferuntur; ſed aliæ, quæ non ſunt, & omnino perierunt, quamquam auctoritas ſanctorum Patrum, non videatur multum adurgere.
Nam D. Hieronymus, & Auguſtinus dicunt D.Hieron.
leguntur, & illud non referunt ex propria D.Auguſt.
ſententia, & quamvis dicatur quod ſanctus
Linus ſcripſerit acta ſanctorum Apoſtolorum D.Linus.
Petri, & Pauli, quæ extant in Bibliotheca,
ut ibi in eorum præfatione notatur ex Bellar. Bellarm.
narrat ibi Auctor multa de actibus ſanctorum Apoſtolorum, quæ vel falſa, vel dubia, & tale opuſculum ſancti Lini, non habet à veteribus teſtimoniũ, & ideo ſuppoſitum videtur.

Diximus tamen, quod inter D. Paulum, 702.
ac Senecam fuerunt aliquæ epiſtolæ, quæ non
extant, ut tenent Lipſius citatus, Ioannes Lipſius.
de Lahay, Biblia Maxima *tom.13. proleg. novi* Lahay.
Teſtam ſect.7. cap 1. Quia ſancti Patres, Auguſt, & D.Hieron. quamvis dicant, *leguntur*, non tamen repugnant, ſed quodammodo videntur approbare, & quod magis me movet eſt expreſſum teſtimonium *Lucij Dexteri*, vir conſularis antiquiſſimus, in ſumma æſtimatione habitus à D. Hieronymo, utpote eius contemporaneus & amiciſſimus, & forte aliqui viri docti contrarium tenuerunt, quia Lucium Dextrum non legerunt, qui paucis ab hinc annis in lucem eſt datus.

Ad Laodicenſes.

Scribens Apoſtolus Paulus ad Coloſſenſes 703.
cap.4. num.14. loquens de epiſtolis, ait: *Eam quæ Laodicenſium eſt, vos legite.* Unde aliqui,
ut Philaſtrius *lib. de Hæreſibus c. 90.* dixerunt Philaſtrius
D. Paulum ſcripſiſſe epiſtolam ad Laodicenſes, & talem epiſtolam nomine Pauli ſcriptam
ad Laodicenſes refert Sixtus Senenſis *lib. 2. in* Senenſ.
Paulum, ſed talis epiſtola ex ſuis terminis in ſtylo, gravitate, ac ſpiritu omnino aliena eſt
à D. Paulo; & expreſſe hoc notat D. Hieron. D. Hieron.
in Catalog. ſcrips. Eccleſiaſtico in Paulo ait, *legunt quidam epiſtolam ad Laodicenſes, ſed ab omnibus exploditur.* Marcion, & alij Hæretici putabant epiſtolam ad Epheſios eſſe ſcriptam ad Laodicenſes, de quo dixi ſupra *quæſt. 1x.*
num. 784. Theophylactus tamen putat pri- Theophyl.
mam epiſtolam ad Timoth. ex eo quod ſcripta eſt Laodice eſſe ſcriptam ad Laodicenſes, & ex ipſo contextu epiſtolæ manifeſte conſtat eſſe ad Timotheum.

Totam hanc difficultatem explicat, & di- 704.
rimit Textos Græcus, cum ergo Apoſtolus ait Text.Græc
eam, quæ Laodicenſium eſt vos legatis. Græcus ſic habet *eam, quæ eſt ex Laodicea*, nempe ad me ſcriptam, vos legatis, ac proinde præcipit
ut epiſtolam, quam ad eum miſerunt, legant. Theodor.
ſicut vult Theodoretus, quam Laodicenſes miſerunt ad ipſos Coloſſenſes, in qua quædam habebantur, quæ maximè ad rem Coloſſenſium pertinebant, hanc Apoſtolus man-
dat legi. Ita D. Chriſoſtom. Syrus, Theodor. D Chryſ.
qui ait. *Non dixit Apoſtolus, eam, quæ eſt ad* Syrus.
Laodicenſes: ſed eam, quæ ex Laodicea eſt, legite: illi enim de aliquibus rebus ad eum ſcripſerunt. Veriſimile eſt autem eos, vel ea accuſaſſe, quæ fiebant Coloſſis, vel eodem morbo cum eis laboraſſe, & ideo dixit hanc quoque epiſtolam eſſe legendam.

De aliis epiſtolis.

D. Ambroſius, D. Thomas, Baronius, 705.
artic.7.

D Ambroſ D Thom. Baronius. Iuſtin. Cornelius. *art.* 7. & quibus adhærent Benedictus Juſtin. Cornelius à Lapide, quod per duas epiſtolas ad Corinthios aliam ſcripſiſſe ad eos, quæ eſt prima, & prima apud nos eſt ſecunda, & noſtra ſecunda eſt tertia. Fundantur, quia 1. Corint. 5. Apoſtolus 1. *Corinth. cap.* 5. *num.* 9. ait: *Scripſi vobis in epiſtola: ne commiſceamini fornicariis.* Non ait ſcripſi vobis in hac epiſtola, vel ſcripſi vobis ſuperius, ſed ait *ſcripſi vobis*, ac proinde ſupponit aliam epiſtolam antecedenter à ſe ſcriptam. Deinde quia 2. Corinth. 10. num. 11. *Hoc cogitet, qui hujuſmodi eſt, quia quales ſumus verbo per epiſtolas abſentes*, ergo ſupponit eis non unam epiſtolam, ſed plures ſcripſiſſe.

706. D. Chryſ. Theodoret. E contra D. Chryſoſtomus, Theodoret. tenent Apoſtolum tantum duas epiſtolas, quas habemus ſcripſiſſe Corinthiis; quia illud, quod ait: *Scripſi vobis in epiſtola ne commiſceamini fornicariis.* Quod bene intelligitur de verbis ſcriptis in illa epiſtola, dixerat ſuperius in eodem capite loquens de inceſtuoſo. *Tollatur de medio veſtri, qui hoc opus fecerit.* Et iterum: *Expurgate vetus fermentum.* Illud autem quod ait per epiſtolas, eſt figurata locutio, plures ponuntur, pro una. Utraque ſententia ſatis probabilis: in hanc ſecundam magis inclino, quia Corinthij qui in magna æſtimatione habebant, quæ erant Pauli, ſicut cuſtodierunt duas epiſtolas, cuſtodirent alterá.

707. Origen. Fuerunt etiam aliqui, qui dixerunt Apoſtolum Paulum tertiam epiſtolam ſcripſiſſe ad Theſſalonicenſes; ſed Origenes in ſua epiſtola, quam teſte Ruffino ſcripſit ad amicos ſuos in Alexandria, appellat talem epiſtolam adulteram, & corruptam, fabricatam à ſuis inimicis.

Quæstio XV.

Quare epiſtolæ D. Iacobi, Petri, Ioannis, ac Iudæ dicuntur Canonicæ, ſeu Catholicæ?

SVMMARIVM.

708 *Septem dicuntur epiſtolæ Canonicæ.*
709 *Quid ſit Catholicum, quid Canonicum.*
710 *Prima ſententia tenet dici Catholicas, quia non ad unam, ſed ad plures mittuntur, & impugnatur, & n. 711*
712 *Altera ſententia colligit rationem ex ſeptenario numero, ſed myſtica eſt.*
713 *Altera ſententia aſſerit dici Canonicas, ut diſtinguerentur ab aliis.*
714 *Vt uno nomine dicerentur.*
715 *Quia cum una, vel altera epiſtola ſit ab uno Auctore, ejus ſubſcriptio, & ſtylus non erat bene notus.*
716 *Epiſtolæ licet breves multis myſteriis abundant.*
717 *Ex dignitate Scriptoris Scriptura non habet primum locum.*
718 *Ratione temporis attenditur antecedentia.*

708. POſt epiſtolas Divi Pauli Septem ſequuntur epiſtolæ, una Divi Jacobi, duæ Divi Petri, tres D. Joannis Evangeliſtæ, una Judæ Thadæi Apoſtoli. Quæ Epiſtolæ communiter à Sanctis Patribus, D. Hieronymo *Præfat. in epiſtolas Pauli* D. Athanaſ. *in Synopſi.* Epiphanio *hæreſ.* 19. Origene apud Euſebium *lib.* 6. *cap.* 26. D. Auguſtino *epiſtol.* 170. *ad Severin.* Theodoreto, Oecumenio, & aliis, dicuntur Canonicæ, ſeu Catholicæ. Tamen in noſtra vulgata ſolum epiſtolæ Jacobi, & Judæ habent præfixum nomen Canonicæ; hujus epithetitationem quærimus. D Hieron. D. Athan. D. Epiph. Origenes. Oecumen.

Omnes hæ ſeptem epiſtolæ ſunt Canonicæ, & in Canone Apoſtolorum de fide tenendæ, ut definitum eſt in Concilio Laodicenſi, Carthag. 3. *cap.* 47. Florentino, ac Tridentino *Seſſione* 4. Advertendum deinde, quod Catholicum deducitur à nomine Græco, quod ſignificat *totum commune, ac univerſale*, ſeu quod per omnia verſatur, hinc Medici pharmacum Catholicum appellant medicamentum, quod inſervit ad omnes humores evacuandos. Ita Quintilianus *lib.* 2. *capit.* 14. Inde noſtra fides Chriſtiana, & ejus Sancta Eccleſia dicitur Catholica, quia ipſa eſt univerſalis, omnium gentium, locorum ac temporum, in quo maxime diſtinguitur à Synagoga antiqua, ac ejus lege, quæ tantum erat pro uno populo Hebraico, pro ooo loco ſacrificandi in templo, & pro determinato tempore uſque ad adventum Chriſti, in quo eſt finita, & abolita. Ita D August. *citatus, & in epiſtola contra epiſtolam fundamenti*, c. 4. & in Pſalm. 65. *Iubilate Deo omnis terra* D. Hilar. *ad Conſtant. Imperatorem.* Beda *in c.* 6. *Cant.* Sanct. Pacianus *epiſt.* 1. *ad Simpron.* & late Vincent. Lirinenſis *in auro Opuſculo contra prophanas hæreſum novitates* Canonicum, ſeu *Canon* dicitur quod fidelibus tradit Apoſtolicam normam, ſeu regulam recte credendi, vivendi, ac agendi in minoribus, ac actionibus. Ad quæſtionem. 709. Conc. Laod. Carthag. Florent. Trident. Quintil. D. Auguſt. D. Hilar. Beda. Pacian. Lirineo.

Reſpondent. Primò Oecumenius, D. Iſidorus *lib. Etymolog.* Leontius *de Sect. Act.* 2. Euthymius, & frequenter omnes Recentiores. Juſtinian. Cornelius, Eſtius, qui Catholicarum his epiſtolis nomen affixum putant, quia non ad unam gentem, vel provinciam, velut Paulinæ, ſed generaliter ad omnes gentes deſtinantur. 710. Oecumen. D. Iſidor. Leont. Euthym. Iuſtin. Cornel.

Hæc ſolutio nunquam mihi potuit placere, nec in illa quieſcit animus: Nam Paulus licet ſcriberet Romanis, Gallis, tamen doctrina data erat pro omnibus; ſic ſcribens *Corinth.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. ait ſe loqui Corinthiis *Et cum omnibus, qui invocant nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, in omni loco ipſorum, & noſtro*, & 2. Corinth. 11. ait, *Inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum.* Deinde epiſtola ſecunda Joannis Miſſa eſt *ad Electam primariam fœminam.* Tertia epiſtola *ad Caium virum inſignem.* Et Epiſtola Jacobi Apoſtoli, ut conſtans eſt *omnium Doctorum* ſententia, ut patebit ex quæſtione ſequenti Miſſa eſt ad Hebræos converſos ad fidem, ſicut epiſtolæ Pauli erant ſcriptæ ad Romanos, vel Corinthios. 711. 1. Cor. 1. 2. Cor. 11. 2. Ioan. 3. Ioan. Cao. Iacobi

Doctor Pais *in cap.* 2. *Proœm. epiſtolæ Divi Iacobi*, & nonnulli alij volunt dici Catholicas, quia ſeptem ſunt, & ſeptenario numero complentur, ſeptenarius autem numerus omnem univerſitatem importat, ac proinde hæ 712. Pais.

ſeptem epiſtolæ dicuntur Canonicæ, ſeu Catholicæ, quia quandam univerſitatem important, ſed ratio eſt valdè myſtica, & non fundamentalis.

713. Labay. D Hieron. Euſebius. Tertiò. Joannes de Labay *tom. 1. in Biblia Maxima, in Prologomio novi Teſtamenti, ſectio.* 8. *cap* 1. notat ex communi ſententia, ut advertunt D. Hierunym. *in Paulum, in Præfat.* Euſebius *lib. 5. cap.* 17. Quod Judæi, & Hæretici mittebant epiſtolas ad Chriſtianos converſos ad fidem, ut eos perverterent, ac ad ſuos errores traherent; è contra Sancti Apoſtoli, ac Sancti Patres, ut Clemens Romanus, Sanctus Ignatius, S. Polycarpus, & alij mittebant epiſtolas ad eos confirmandos, ac corroborandos in fide. Hoc ſuppoſito ait citatus Labay, ut epiſtolæ miſſæ ab Apoſtolis ſpiritu Sancto dictante ab aliis diſtinguerentur, ideo peculiariter inter Cæteros haberentur, dictæ ſunt epiſtolæ Canonicæ, ſeu Catholicæ; ſed hoc ſuam difficultatem patitur, cur ergo epiſtolæ ſimili modo non dicuntur Canonicæ.

714. Duas ſolutiones in hac re ſubjcio. Totum Teſtamentum vetus, & novum Canonicum, ac Catholicum eſt; & omnia, quæ ſunt in Teſtamento novo uno nomine dicuntur, verbi gratia, Evangelia, Epiſtolæ Pauli, Acta Apoſtolorum, Apocalypſis, cum autem hæ ſeptem epiſtolæ non habeat unum Auctorem, ſed quatuor *Iacobum, Petrum, Ioannem, & Iudam*, ut uno nomine dicerentur Canonicæ, vel Catholicæ ſunt appellatæ, & ut etiam diſtinguerentur ab aliis, quæ ſuppoſito nomine Petri, vel Joannis circumferuntur de quo infra

715. Ad ſecundam ſolutionem ſupponendum apud veteres fuiſſe ſolemnem conſuetudinem, ut etiam apud nos viget, quod in unaquaque epiſtola, ponatur ſubſcriptio proprij nominis, cujus eſſet, vel certa nota, ſeu ſignum, per quod illius Auctor cognoſcebatur, ut latè notat, ac oſtendit Simon Poſius *in Commen-* Simon Poſius. *tariis epiſtolis 1. ad Atticum.* Cum ergo D. Paulus quatuordecim epiſtolas ſcripſiſſet, & alias etiam, quæ non extant, ut dixi ſupra *quæſt.* 14. *num.* 702. Satis ejus ſubſcriptio, & nomen notum erat in mundo, deinde ſtylus, & modus loquendi aperte indicabit, quod eſſent Pauli, ſicut nos ſupra citata *quæſt.* 14. *n.* 700. & 703. cum communi ſententia diximus, quod epiſtolæ ad Senecam, & Laodicenſes ex modo loquẽdi, ac ſtylo non ſint Pauli, ita ex ſubſcriptione, ac methodo dicendi deprehendebatur, quod eſſent illius. At epiſtolæ D. Jacobi una, ſicut & Judæ, & Petri una vel altera, ſicut & Joannis, & deinde eorum ſubſcriptiones, formæ ac modus dicendi non erant bene noti apud omnes, & ideo ut eorum ſancta, ac ſacra doctrina agnoſceretur ab omnibus, à ſanctis Patribus dictæ ſunt Canonicæ, ac Catholicæ.

Hæc diximus de ſeptem epiſtolis Canonicis tanquam de eis in genere, de eorum excellentia, ac præclara doctrina, audi D. Hieron. D. Hieron: *epiſtol.* 103. *ad Paulinum*, ſic ait: *Iacobus, Petrus, Ioannes Iudas ſeptem epiſtolas ediderunt tam myſticas, quas ſuccinctas, breves pariter, ac longas, breves, in verbis, longas in ſententiis, ut rarus ſit, qui in eorum lectione non cæcutiat.*

De ordine harum epiſtolarum.

D. Hieron. *in Prologo, qui in Bibliis Regis habetur*, ait quia Petrus primus eſt in ordine Apoſtolorum, primæ ſunt epiſtolæ ejus in ordine. Cæterum D. Auguſt. *lib. de fide, & prophetia*, & Concil. Trid. *ſeſſ.* 4. ſic refert, Petri Apoſtoli duæ, Joannis Apoſtoli tres, Jacobi Apoſtoli, una, Judæ Apoſtoli una. Tamen in Bibliis correctis primo ponuntur epiſtola Jacobi deinde Petri, Joannis ac tandem Judæ, & merito ſanè: nam Scriptoris dignitas non ſufficit, ut ejus Scriptura præcedere debeat; ſicut nec inter Evangeliſtas, quamvis Joannes multum præcedat cæteris in gradu Apoſtolico, dignitate, ac prærogativis, tamen in ordine Evangeliorum ei præcedunt D. Matthæus, Marchus, & Lucas. Quia tamen omnium poſtremus Evangelicam doctrinam conſcripſit, ideo ultimum locum citra ullam injuriam occupat. 717. D. Hieron. D. Auguſt. Trident.

Proindéque attento ordine temporis, recta eſt ſeries epiſtolarum: nam ſi Auctor hujus epiſtolæ eſt Jacobus Zebedæi, ſeu major, ut multorum eſt ſententia, cum mortuus ſit uno anno poſt Chriſtum juxta Lucium Dextrum ſcripta eſt anno Chriſti 37. & ait ipſe Dexter ibi n. 7. *Quæ fuit prima Scriptura novi Teſtamenti, Apoſtolo tanto digna.* Ac proinde multo ante Petrum, & Joannem, tempore: ſi ejus Auctor eſt Jacobus Alphæi, ſeu minor. Hic Iacobus mortuus eſt ſex annis ante Petrum, & 36. ante Joannem Evangeliſtam: nam Sanctus Jacobus martyrio coronatur anno 65. Chriſti. Petrus autem martyrio laureatur anno 69. Joannes vero feliciter obdormit in Chriſto anno 100. vel ut alij volunt 101. 718. Dexter.

QUÆSTIO XVI.

De Epiſtola B. Iacobi Apoſtoli.

SUMMARIUM

719 *Hæretici negant hanc epiſtolam eſſe Canonicam.*
720 *Catholica fides fatetur eſſe Canonicam.*
721 *Duplex eſt Iacobus, unus Zebedæi, alter Alphæi.*
722 *Prima ſententia pugnat pro Zebedæo, & num.* 723.
724 *Secunda, & vera pro Iacobo Alphæi, & probatur, & num.* 725. 726. 727. 728. 729.
730 *Scripta Græco idiomate.*
731 *Scripta poſt epiſtolam Pauli ad Romanos.*
732 *Circumferuntur aliqua ſcripta falſo nomine Iacobi.*
733 *Liturgia, ſeu Miſſa dicta D. Iacobi.*

Epiſtola Canonica.

HAnc epiſtolam non eſſe Canonicã impiè aſſerunt Lutherus, Brentius, & alij ejus ſequaces, quia hæc epiſtola maximè adverſatur eorum doctrinæ, quæ tenet nos ſolum fidei juſtificari: quam impiam doctrinam Apoſtolus condemnat in hac epiſtola dicens. *Fides ſine operibus mortua eſt.* Ut etiam Paulus tenet 719. Lutherus. Brentius.

Rom. 3.

Rom. 3. Eraſm. Caietanus. *Rom. 3. num.* 28. Eraſmus hoc loco aſſerit eam-
non redolere gravitatem Apoſtolicam. Caieta-
nus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis vi-
detur dubitare de eius auctoritate.

720. Mileuitan. Tamen epiſtolam eſſe Canonicam, de fide
Carthagin. eſt. Ita docent, & tenent Concilium Milevi-
Florentin. tanum *Can.* 7. Carthaginenſe III. *cap.* 47. Flo-
Tridentin. rentinum & Trident. *ſeſſione* 4. Innocent. I. *in*
Innoc. III. *Canone Sancti Patres:* communiter etiam An-
D.Dionyſ. tiquiſſimi Divus Dionyſius Areopagita *de di-*
D.Ephrem. *vinis nominibus.* D. Ephrem. *ſermone de pœnit.*
D. Auguſt. D.Auguſt. *in Pſalm.* 31. *Concil.* 1. Cyprian. *lib.*
D.Cyprian. *ad Novat.* D. Gregorius Nazianz. *Orat.* 26.
D.Nazianz. D.Chryſoſt. *lib.* 3. *de Sacerdotio.* D. Damaſcen.
D.Chryſoſt. *lib.* 4. *de fide, cap.* 20. S. Athanaſius, D.Epiphan.
D.Damaſc. S.Hieronymus, & alij multi, quos citat, ac ſe-
D.Athanaſ. quitur Bellarm. *lib.* 1. *de Verbo Dei, cap.* 18. ubi
D. Hieron. octo argumenta, quæ Lutherani contra hanc
Bellarmin. epiſtolam obiiciunt, diſſolvit, & confutat; &
hanc veritatem etiam tenent, & fatentur mul-
ti Hæretici, Calvinus *lib.* 3. *Inſtit. cap.* 17. §. 11.
& 12. & ait: *Ego quia nullam eius repudiendæ*
cauſam ſatis juſtam video libenter eam ſine contro-
verſia amplector. Ei adhærent omnes eius ſe-
quaces Beza, Vvitacherus *lib.* 1. *q.* 1. *c.* 16.

Auctor hujus epiſtolæ.

721. Cum certum ſit de fide contra Lutherum
hanc epiſtolam Canonicam ſcriptam fuiſſe à
B. Iacobo Apoſtolo; & cum duo ſint inter
Apoſtolos, qui Iacobi vocati ſint; unus Zebe-
dæi filius, Ioannis Evangeliſtæ frater ab He-
Actor. 12. rode occiſus *Actor.* 12. *num.* 2. Totius Hiſpa-
niæ protector, qui cognominatur Major. Alter
dicitur Iacobus Alphæi, qui & frater Domini
Galat. 1. nominatur. Ad Galat. 1. num. 19. *Alium au-*
tem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum
fratrem Domini. Dicitur autem Iacobus Mi-
Marc. 15. nor à S. Marco *cap.* 15. *num.* 40. ſive quia æta-
te Iunior erat, ſive quia vocatione poſterior
venit, ut dixi loco citando, Dicitur Alphæi, ſi-
ve Cleophæ filius, & etiam Simonis, ac Iudæ
Thadæi, ac Ioſeph, qui cognominabatur Iuſ-
tus, frater. De utriuſque laudibus jam egi *tom.*
2. *in Apocal. cap.* 21. *de Iacobo Zebedæi, qu.* 26.
de Divo Iacobo Alphæi, ſeu Minori ibidem
egi *q.* 32. Hoc poſito.

722. Prima ſententia Auctorum huius epiſtolæ
fuiſſe Iacobum Zebedæi, ſeu Majorem, pro
qua pugnant multi graviſſimi Auctores Hiſ-
Alph. Rex. panici, Alphonſus Caſtellæ, & Legionis Rex
cognomento Sapiens *Liber dictus Theſaur.*
Bergomen. *cap.* 7. Philippus Bergomen. *in ſupplemento ad*
Forra *annum* 43. Sebaſtian. Forra, Auguſtin. 2 *part.*
Honcula. *diſcurſ. Prædicat.* Honcula *in Geneſim, cap.* 28.
Michaël. Michaël de Erze, *in libro Prædicationis*
Sancti Iacobi, part. 2. *tract.* 2. *cap.* 2. Franciſ-
Bivar. cus de Bivar *in Commentar. Dextri citandi.* Ro-
Caro. dericus Caro Hiſpalenſis, *in Commentario*
eiuſdem Dextri in eiuſdem defenſione. Et hanc
Sanchez. ſententiam probabilem dicit Gaſpar San-
chez *tractatu ſancti Iacobi in Hiſpaniam, p.* 3.
cap. 12.

723. Probántque hanc ſententiam, quia Miſſa
Muzarabicana quæ Magnæ auctoritatis eſt, &
ordinata à Sancto Iſidoro, apertè hanc
epiſtolam tribuit Beato Iacobo Zebedæi. Pro-
Luc. Dexter bántque ſecundo ex Lucio Dextro Auctore
graviſſimo eiuſdem ætatis cum Divo Hierony-
mo, qui agens de Hiſpania ait, *Multi ibidem*
Iudæi convertuntur ex duodecim tribubus mi-
grationis, ex Babylonia, quibus & ibi prædi-
cavit, & præcipuè Canonicam illis mittit epi-
ſtolam, quæ incipit: *Iacobus Dei, & Domini*
noſtri Ieſu Chriſti ſervus duodecim tribubus, quæ
ſunt in diſperſione, quæ fuit prima Scriptura no-
vi Teſtamenti. D. Iſidorus *libro de vita, &* D.Iſidor.
obitu Patrum, cap. 71. citatur etiam pro hac
ſententia Sixtus III. Pontifex Maximus *de* Sixtus III.
malis Doctoribus, quæ extat *tom.* 5. *Biblioth.*
Sanctorum Patrum, ſed ut bene notat ibi Do-
ctores Pariſienſes *in editione ultima,* & Bellarm. Pariſ.
de Scriptoribus Eccleſiaſt. Baronius, & alij, Bellar.
epiſtola illa falſo tribuitur Sixto III. Pon- Baron.
tifici. Multum ſapit Pelagianos; omnia
enim tribuit libero arbitrio, & gratiæ nihil;
aſtruitque etiam hominem poſſe vivere ſine
omni peccato; totumque opus plenum eſt
erroribus Pelagianorum. Ad D. Iſidorum di-
cimus, quod Baronius ad annum 633. tenet
illud opus non eſſe legitimum fœtum D. Iſi-
dori, ſicut multi idem affirmant de opere Lu-
cij Dextri, tamen bona pars Doctorum con-
trarium tenet.

Secunda ſententia verior, ac probabilior eſt 724.
graviſſimorum Patrum Euſebij Cæſarien. Euſebius.
lib. 2. *Hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 23. D. Hieron. *de* D.Hieron.
Scriptor. Eccleſiaſt. Nicephori Caliſti *lib.* 2. Nicephor.
Hiſtor. cap. 26. S. Clementis *lib.* 2. *Conſt. Apo-* Clemens.
ſtolicar. D.Chryſ. Theodor. Bedæ, Lyrani, Gloſ- D.Chryſ.
ſæ, Salmeron, Gaſparis Sanchez, Bellar. Bened. Theodor.
Iuſt. Cornel. inſignis Doctoris Balthaſaris Pais Beda.
Luſitan. ac Benedict. Iuſt. Cornel. à Lapide, Lyra.
Suarez *tom.* 2. *ad* 3. *p. diſp.* 5. *ſect.* 4. Ioannes de Gloſſa.
Lahay *in Prolog. novi Teſtamenti, ſect.* 9. *cap.* 2. Pais.

Probatur hæc ſententia; & primo aucto- 725.
ritate Concilij Tridentini *ſeſſ.* 14. *cap.* 1. *de ex-* Trident.
trema Vnctione, & ait: *Verè, & propriè Sacra-*
mentum novi Teſtamenti à Domino noſtro Ieſu
Chriſto, apud Marcum quidem inſinuatum, per
Iacobum autem Apoſtolum, & Domini fratrem,
fideliter commendatum, ac promulgatum; infir-
matur quis in vobis, inducat Presbyteros. Tunc
ſic Concilium loquitur de hac epiſtola Cano-
nica, in qua promulgatur Sacramentum
extremæ-Unctionis, ſed hoc Sacramentum
dicitur commendatum *per Iacobum fratrem*
Domini, ſed ſolus Iacobus Alphæi, & non
Iacobus Zebedæi dicitur frater Domini, ut
vidimus, ergo juxta Concil. hæc epiſtola
ſcripta eſt à Iacobo Alphæi.

Reſpondent adverſarij primò, quod Con- 726.
cilium tantum intendebat ibi diffinire Sacra-
mentum extremæ-Unctionis eſſe verè Sacra-
mentum inſtitutum à Chriſto Domino, in
Conciliis autem illa ſolum ſunt de fide, quæ
dicuntur diſpoſitive, non verò annuntiativè
per hæc, vel illa verba. Deinde etiam Iacobus
Zebedæi ab aliquibus frater Domini; ſic ait
Caliſtus Papa ſecundus, *ſerm.* 1. *de ſanct. Iaco-* Caliſt. Papa
bo, qui habetur *tom.* 15. in Bibliotheca editio-
nis Colon. ait: *Quiſquis aut Iacobum Zebedæi,*
aut Iacobum Alphæi fratrem Domini appellat,
verum dicit.

Sed contra, eum appellat fratrem Domini 727.
ſolum, quem Scriptura, ac Eccleſia, Ro-
mana dicit fratrem Domini, ſed ſolum Ia-
cobum Alphæi Scriptura nuncupat fratrem
Domini, ut patet ex citato loco Pauli, &

etiam Eccleſia Romana prima die Maij dicens
Trident. *Iacobus Frater Domini*, ergo cum Scriptura,
& Eccleſia Romana ſolum Jacobum Alphæi,
& non Zebedæi dicat fratrem Domini, cum
Concilium dicat Jacobum fratrem Domini
intelligit, Jacobum Alphæi, & non Ze-
bedæi.

728 Secundo probatur ex Breviario Romano
prima die Maij in ſexta lectione ad finem, ita
habet de ſancto Jacobo Alphæi: *Vnam ſcripſit*
Breviar. Roman. *epiſtolam, quæ de ſeptem Canonicis eſt.* Bre-
viarium autem Romanum multoties à ſacra
Congregatione Illuſtriſſimorum Domino-
rum Cardinalium, cum multis Viris Do-
ctiſſimis adhibitis multis vetuſtiſſimis, ac
veriſſimis munimentis eſt tecognitum, exa-
minatum; & approbatum; & unum ex po-
tiſſimis fundamentis, quod Beatus Jacobus
Zebedæi prædicaſſet in Hiſpania, ac quod
corpus eius requieſcat in Compoſtella, il-
lud communiter aſſignatur, quod ita te-
neat, ac decantet Breviarium Romanum, ut
Mariana. tencot Mariana, Morales, Catthagena, Iri-
Morales. næua à ſancto Jacobo, Thomas à ſancto Jo-
Carthag. ſeph, quos adduxi, & citavi *Opuſcul.* 1.
Irinæus. *Reſolutio* 1. *quæſtione prima, numero quinto*,
Thomas à S. Ioſeph. Hiſtoriæ, quæ habentur in Breviario, ſunt
tanquam Hiſtoriæ Canonizatæ, ut declarat
ſacra Congregatio, ac ſacra Rota, ut citato
loco dixi *num.* 4.

729. Probatur tertiò, quia hæc epiſtola eſt pa-
ſtoralis ſcripta Judæis ex duodecim tribubus
diſperſis; atqoi Beatus Jacobus fuit Jero-
ſolymæ creatus Epiſcopus, ac ſpecialis Apo-
ſtolus, ac prædicator gentis Judaicæ, &
non gentium; ergo hæc epiſtola eſt ei tri-
buenda, maximè cum ipſe eſſet fidei colum-
Galat. 2. na, ut cum appellat Paulus *Galat.* 2. *num.* 9.
Unde cum ſe Petrus vidiſſet è carcere libera-
Actor. 12. tum ouotium miſit ad Jacobum *Actor.* 12
numero 17.

Quo idiomate, ac tempore hæc epiſtola ſcripta eſt?

730. Cùm D. Jacobus eſſet Hebræus, & ſcri-
beret ad Hebræos per orbem diſperſos, ſcri-
ptam eſſe videretur Hebraïcè. Tamen com-
munis eſt ſententia, quod ſcripta fuiſſet Græ-
cè, ut tenet communis ſententia. Lingua
enim Græca tunc erat valdè communis,
ac vulgaris apud omnes; & ideo Judæi
promiſcuè utebantur verſione Græca Se-
Ioſephus & Philo. ptuaginta, ac Text. Hebraïce; ſicut & Jo-
ſephus, & Philo circa utramque lectionem
citant prophetias veteris Teſtamenti. Deinde
etſi Divus Jacobus ſcriberet hanc epiſtolam
primario ad Hebræos, tamen ſecundario
ſcribebat ad omnes gentes. Deinde quia ut
D. Athan. ſcribit Sanct. Athanaſius *in Synopſi*, quod
D. Jacobus tranſtulit Evangelium D. Matthæi,
ex Hebræo in Græcum, tanquam in univer-
ſalius idioma, ſicut Petrus, Joannes, & S. Ju-
das, ac Paulus, excepta illa, quæ eſt ad He-
bræos, ut ſupra dixi *quæſt.* 13. *num.* 693. Græ-
cè ſcripſerunt.

731. Circa tempus, quo fuit ſcripta, nihil cer-
tum de hac re dicere poſſumus, illud ta-
men certum quod literis data poſt epiſtolam
ad Romanos, quam Apoſtolus miſit anno
Chriſti 58. ut ſupra dixi *quæſtione* 18. *nume-*
ro 682. nam ut tenent Bellarminus, Corne- Bellarm.
lius à Lapide, Eſtius, Lahay citatus *ſection.* 8. Cornel.
capite 2. Jacobus habuit occaſionem ſcribendi Eſtius.
ſuam epiſtolam, quia multi ex doctrina Pauli Lahay.
malè, & ſiniſtrè intellecta *ad Roman.* 11. 12.
13. cogitabant, ut poſtea malignè excogita-
vit Lutherus, quod ſola fides ſufficeret ad ſa-
lutem, inde Iacobus ſcribens hanc epiſtolam
ait, quod *ſola fides ſine operibus mortua ſit*, ut
jam notavi in principio quæſtionis.

An plura alia ſcripſerit D. Iacobus.

Affirmat Sixtus Senenſis *lib.* 2. *Bibliothec.* 732.
Sancta Titulo *Iacobus*; & ſic ait, *Iacobus fra-* Sixtus Sen.
ter Domini, Auctor eius epiſtolæ, quæ inter ſe-
ptem Canonicas connumeratur, pleraque magnæ
ſanctitatis ſcripta reliquit, in quibus excellit
Evangelium, quod à quibuſdam Evangelium
Iacobi, à quibuſdam ſecundum Hebræos inſcri-
bitur, cuius ſæpè meminit Origenes, cui &
Hieronymus, qui illud ex Hebræo in Græcum
tranſtulit; egregium præbet teſtimonium in Ca-
talogo Scriptorum. Sed hoc Evangelium Ia-
cobi, ſicut & alia novem, quæ circumfere-
bantur, nomine Thadæi, Divi Thomæ,
Bartholomæi, ac Philippi reprobat Gelaſius Gelaſius.
Papa *in ſuo Canone ut apochrypha*, quatuor
ſunt tantum Evangelia vera, & legitima, ut
probavi *tom.* 1. *in Evangel. in præfat.*

D. Athanaſius *in Synopſi*, ſcribit D. Iaco- 733.
bum Evangelium Matthæi Hebraicè conſcri-
ptum, primum omnium ut verus paſtor, ac
præſul traduxit in Græcum. Extat etiam
quædam hiſtoria conſcripta ab Hæreticis
noſtrorum temporum, typis excuſſa, quæ
dicitur Prothoevangelium Iacobi Hebræo-
rum, & ſermo hiſtoricus de Nativitate
Deiparæ uſque ad Adventum Magnorum, in
quo multa falſa, ſiniſtra, ac iniqua continen-
tur, & ideo ut fœtus Hæreticorum damnan-
dus, ac reprobandus eſt.

Fertur etiam in uſu apud Græcos quædam 734.
liturgia, ſeu divina Miſſa, cujus initium eſt,
Peccatorum multitudine, iniquitatum, quam ut
veram & germanam Iacobi Scripturam te-
tinuit, & accepit Proculus Conſtaotius Ar- Conſtant.
chiepiſcopus, qui in Synodo Epheſina adver-
ſus Neſtorium firmiter, ac conſtanter pugna-
vit. Tamen Concilium univerſale cognomen- Conciliam.
to in Trullo *ſub Iuſtiniano celebratum*, re-
fellit, ac reiicit ex hac Miſſa perverſum do-
gma Hæreticorum aſſerentium in Miſſæ my-
ſterio vino tantum eſſe utendum: nam Iaco-
bus Apoſtolus, ac divinitus univerſalis tra-
ditio Eccleſiæ tenent; divinum poculum ex
vino permiſto aqua celebrandum.

QUÆSTIO XVII.

De Epiſtolis D. Petri Apoſtoli.

SUMMARIUM

735 *Prima epiſtola D. Petri Canonica.*

736 *Aucto*

736 *Auctor illius D. Petrus primario eam ſcribit ad Iudæos converſos, ſecundario ad gentes, quæ ſuſceperunt fidem.*
737 *Epiſtola ſcripta eſt Romæ anno 45.*
738 *Scripta eſt Græco idiomate.*
739 *De ſecunda epiſtola dubitarunt aliqui, de fide certum eſſe Canonicam, & num. 740. 741.*
742 *Auctor huius ſecundæ eſt D. Petrus: ſcripſit contra Simonem Magum jam proximè martyrio laureandus.*
743 *Objectio ex diverſo ſtylo nihil concludit.*
744 *Has epiſtolas D. Petri poſtulabat D. Bonifacius, ut literis aureis ſcriberentur.*
745 *Aliqua opera nomine D. Petri, ut adulterina, & aliena ab eo reiiciuntur.*

Prima Epiſtola.

735. DE magnalibus D. Petri, iam aliqua prò noſtra tenuitate dixi *tom. 2 in Apoc. c. 21. quæſt.* 24. Nunc vero agimus de eius epiſtolis. Quoad primam epiſtolam certum eſt apud
Euſebius. Omnes, eſſe Canonicam, ut teſtatur Euſebius *lib. 3. Hiſtor. cap. 3.* & ideo omnia Concilia Generalia, ac Sancti Patres, qui de libris Canonicis agunt, eam annumerant, & reponunt inter ipſos libros Canonicos, quos ſatis latè,
Iodocus. ac diffusè adducit, & citat Iodocus Coctius *in Theſauro Catholico, tom. 1. lib. 6. p. 720.*

739. Auctur illius eſt D. Petrus, ut ſtatim in primo verbo legitur *Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti*, qui pro ſui muneris ratione, Iudæos, qui in variis regionibus diſperſi, Chriſtiana ſacra ſuſceperunt, partim conſolatur, partim in fide ſuſcepta confirmat: nam hæc epiſtola primario ſcripta eſt ad ipſos Chriſtianos, qui ex Iudaiſmo converſi erant, & diſperſi per Pontum, Galileam, Cappadociam, Aſiam, & Bithiniam ut patet ex *cap. 1. n. 1.* eóſque in ſuis perſecutionibus corroborat in fide, ut patet *n. 6.* & notant Euſebius *lib. 3. Hiſtor. c 4.* D. Athan *in Synopſi.* D. Hier. *de ſcript. Eccleſiaſt. in Petro.* Dydamus, Oecumen. Beda, Caietan; Hugo, Titelman. Hi enim fuerunt primi Chriſtiani, quos Petrus prædicando convertit ad fidem. *Actor. 2. n 41.* & *Actor 5. n.* 14. Secundario hanc epiſtolam ſcripſit D. Petrus ut univerſalis Paſtor totius Eccleſiæ ad Chriſtianos ex Gentilitate converſos ad fidem. Quorum vocationem oſtendit *cap. 1. numero nono*, & eam ex *Oſee* confirmat *num.* 10. quod etiam inſinuavit *cap. 1. n.* 18 & *cap.* 4.

Euſebius. D Athan. D. Hieron. Dydamus. Oecumen. Beda. Caietan. Hugo. Actor. 2. Petri c. 1.

737. Hæc epiſtola ſcripta eſt Romæ, quam Babyloniam appellat *cap. 5. num.* 13. quia plena erat confuſione idolorum, ac Gentium, & miſſa eſt ad ipſos converſos ad fidem, per *Silam*, ſive *Silanum*, ut patet ex *cap. 5. num* 12. qui ex Roma deferens literas Petri in Orientem, invenit Sanctum Paulum, illique prædicationis comes adhæſit 1. *Theſſal. 1. num.* 1. ut ibi notant D. Hieron. Oecumen. & alii. Hæc autem epiſtola ſcripta eſt ad annum Nativitatis Chriſti 45. Ipſe enim D. Petrus tranſtulit Cathedram Pontificiam ex Antiochia ad Romam, idque patet, quia cum Petrus ſcriberet hanc epiſtolam ſecum habebat Marcum, quem *n.* 13. ſalutantem fideles introducit; Sanctus autem Marcus à Roma diſceſſit miſſus à D. Petro in Alexandriam anno 45. cum prius Romæ ſcripſiſſet ſuum Evangelium, ut ſupra diximus. Quare hæc epiſtola ſcripta eſt ante omnes epiſtolas D. Pauli, ut patet ex ſupra dictis *q. 12. à num. 777.*

1. Theſſ. 1. D. Hieron. Oecumen.

Quo autem idiomate fuerit ſcripta maximè 738.
dubitatur. D. Hieron. videtur innuere ſcriptam Hebraicè, & à Sancto Marco in Latinum
converſam. Sed D. Hieronymus tantum aſſerit D. Hieron.
D. Petrum variaſſe ſtylum, de hac prima in ſecundam, in qua diverſus eſt ſtylus, quod eſt verum, ut ſtatim dicam, etiamſi Hebraïcè, vel Græcè fuiſſet ſcripta; cum ergo hæc epiſtola ſit literis data ad eos, qui per diverſas regiones verſabantur, Ponticos, Cappadoces, Bithinos, Aſianos, communis ſententia, eſt quod fuerit ſcripta Græca lingua, quæ maxime erat communis, & vulgaris etiam apud Iudæos, extrà Iudæam degentes.

Secunda Epiſtola.

De eius auctoritate pauci aliqui antiqui 739.
anonymi, atque ignoti dubitarunt, ut teſtatur Euſeb.
Euſeb. *lib. 1. Hiſtor. cap. 25. ſub finem*, & hoc no- Luth.
ſtro ſæculo Lutherus, Eraſmus, & alii huius farinæ, quorum fundamentum eſt, quia hæc epiſtola maxime diſcrepat in ſtylo à prima; accedit quod in Syriaco non extat, ergo videtur
reiici à Canone librorum. 740.

De fide tenendum eſt hanc ſecundam epiſtolam D. Petri eſſe Canonicam, Sanctam, & Catholicam. Ita definitum eſt in multis Con- Catthag.
ciliis Catthag. III. *cap.* 47. Concil. Florent. Tri- Trident.
dent. *ſeſſ.* 4. Hancque veritatem amplectuntur communiter omnes Sancti Patres tam Orientalis, quam Occidentalis Eccleſiæ. Cyrillus Hieroſolymitan. *Cathec.* 4. Divus Hippolitus Martyr. *ſermone de Antichriſt.* D. Athanaſius *in Synopſi.* D. Nazianzenus *in Carm. de ſcripto*, D. Epiphan. *hæreſ.* 76. D. Chryſoſt. *in Pſalm.* 4. & 13. D. Hieron. *epiſt.* 150. *q.* 11. D. Damaſcen. *in Parallelis.* D. Gregor. *homil.* 18. *in Ezechielem*, ubi apertè aſſerit eſſe germanam Sancti Petri epiſtolam. Ita Auguſtin. Ambroſ. Origenes, & alij. Ad fundamentum adverſariorum infra reſpondebo.

D. Cyrill. D. Hippol. D. Athan. D. Nazian. D. Epiph. D Chryſ. D. Hieron. D Damaſc. D. Gregor. D. Auguſt. Origens.

Auctor hujus epiſtolæ eſt Sanctus Petrus, 741.
ut ſtatim in prima fronte dicitur, *Simon Petrus, ſervus, & Apoſtolus Ieſu Chriſti*, & *verſ.* 18. teſtatur ſe cum Joanne, ac Jacobo interfuiſſe in monte, & audiſſe vocem delapſam à Deo
Patre, & cap. 3. n. 1. *Hanc vobis chariſſimi ſe-* 2. Petr. 3.
cundum ſcribo epiſtolam. Ergo apertè ſupponit ſe jam primam ſcripſiſſe, & eodem capite num. 15. *Sicut chariſſimus Frater noſter Paulus ſecundam ſapientiam ſibi datam ſcripſit vobis.* Appellat Paulum Fratrem, ac ejuſdem muneris collegam, quod nullus alius niſi Apoſtolus auderet de ſe affirmare.

Scripſit autem D. Petrus hanc epiſtolam 742.
contra Simonem Magum, ac alios Hæreticos, qui inde erant prodituri, ut fuerunt Valentinus, Menander, Baſilides, &c. Supremus Chri-
ſti Vicarius brevi moriturus, ut ipſe exprimit 2. Petr. 1.
cap. 1. num. 14. *Certus quod velox eſt depoſitio tabernaculi mei.* Hanc ultimam Cygneam dat vocem, ultimum vale dicens Eccleſiæ, ac ſuis fidelibus, & ovibus, oſtendens erga eos ſuam eximiá charitatem, ac ſollicitudinem, tanquam in pignus ſui paſtoralis amoris relinquens,

antequam martyrio eſſet laureatus, quod accidit anno Chriſti 69. ergo poſt primam, hanc ſecundam ſcripſit ferè 24. annis: nam primam ſcripſit anno Chriſti 45. Hinc deducitur hanc ſecundam epiſtolam ſcriptam ex carcere Mamertino, ubi fuit Apoſtolus per novem menſes.

743. D.Hieron. Ad id, quod objiciunt Hæretici ex diverſo ſtylo, nondum facilè diſſolvit D.Hieronymus *Epiſtola* 105. *ad Edibiam, quæſt.* 11. & ſic ait: *Duæ, quæ feruntur epiſtolæ Petri ſtylo inter ſe, & charactere diſcrepant, ſtructuráque verborum; ex quo intelligimus pro diverſitate rerum diverſis eum uſum interpretibus, prioris namque epiſtolæ fuit Marcus, ut patet ex capite* 5. num. 11. & 13. *Hujus vero poſterioris videtur fuiſſe Glau-* Clem.alex. *cias, cujus meminit Alexandrum lib. 7. Stromatum.* Ac proinde pro diverſitate Interpretum diverſus potuit eſſe ſtylus; & valdè frequens eſt uſus apud rectè ſcribentes, ut pro rerum, locorum, temporum, ac perſonarum varietate, nunc grandiori, nunc humiliori dicendi charactere utantur, & frequenter ſenes diverſum ſtylum aſſumunt ab eo, quem obtinuerunt in juventutis flore, & D. Paulus diverſa methodo ſcribit ad Hebræos, ac ad alios. Unde hæc epiſtola multum differt à cæteris Divi Pauli, & hæc epiſtola D. Petri non multum differt à prima, utraque plena S.Ephrem. eſt charitate, ac vigilantia ſuper oves. Ad D.Damaſc. confirmat. ex Syriaco Textu S. Ephrem, & S. Damaſc. uterque Syrus hanc epiſtolam ut Canonicam recipiunt, & venerantur, & eſſe tranſlatam ex Syro in Latinum à Balthaſare Poſſevinus. Exelio teſtatur Poſſevinus in apparatu.

Opera D. Petri in multa æſtimatione, & an alia ſcripta ab eo.

744. Bonifac. Sanctus Bonifacius primus Moguntiæ Epiſcopus, & Germaniæ dictus Apoſtolus, ad quam à Gregorio ſecundo miſſus ad fidem prædicandum, & multos ad Chriſtum lucratus eſt, & tandem in Phriſia martyr occubuit, de quo *Martyrolog. Romanum* 5. *die Iunij*; in tanta æſtimatione habebat D. Petri epiſtolas, ut eas aureis literis poſtulaverit ſibi deſcribi ab Eadburga Abbatiſſa, ut conſtat ex ejus epiſtola, quam adducit Baronius *tom.* 9. *pag.* 39. Baronius 745.

Antiquitus quinque libri nomine D. Petri circumferebantur, ſcilicet *Acta, Prædicatio, Evangelium, Apocalypſis, & Iudicum.* Sed talia D Hieron. Ruffinus. opera eſſe ſuppoſita, & fœtum omninò à Divo Petro adulterinum, teſtatur D.Hieron. *de ſcriptor. Eccleſiaſt. in Petro,* & Ruffinus etiam *in expoſit. Symboli.* Sic & Similiter *itinerarium D. Petri*, ſub nomine Sancti Clementis editum, Gelaſius. inter Apocrypha annumerat Gelaſius Papa *diſt.* 15. *cap.* 5. *Romana.*

Quæstio XVIII.

De Epiſtolis B. Ioannis Apoſtoli.

SUMMARIUM.

747 *Prima epiſtola Ioannis ab omnibus recepta & tanquam Sol fulget inter alias.*
748 *Quare D. Ioannes in hac epiſtola tacet ſuum nomen, & n.* 749.
750 *Ad Epheſios, vel Parthos ſcripſit.*
751 *De tempore, quo ſcripſit.*
752 *Tres fuerunt Ioannes, ſed Ioannes Marcus, & Presbyter diſtincti ab Evangeliſta, & num.* 754. 755.
756 *De fide, Ioannes Evangeliſta Auctor harum Epiſtolarum, & n.* 757.
758 *Electa nobilis matrona pauperes alebat, ac recipiebat, & n.* 759.
760 *Caius hoſpitio recipiebat Chriſtianos, & Apoſtolos Paulum, & Ioannem, & numero* 761.

Epiſtola prima.

De hoc magno, ac præclariſſimo Apoſtolo, & Evangeliſta multa dixi *tom.* 5. *in* 746. *Evangelia, lib.* 9. *cap.* 8. *per totum*, & *tom.* 6. *in Evangel. Ioan. cap.* 21. & *tom.* 1. *in Apoc. cap.* 4. *quæſt.* 31. & *tom.* 2. *in Apocal. cap.* 21. *quæſt.* 17. Quæ videnda ſunt; nunc vero de epiſtolis ab eo ſcriptis dicendum.

Hanc primam epiſtolam Joannis illius 747. propriam, & germanam ab omnibus habetur receptum, ut teſtatur D.Hieron. *de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Ioanne*, que veluti Sol in medio Planetarum reſplendet: nam tres ſuper ſe habet; & totidem ſub ſe Planetas; itaque hæc prima epiſtola inter alias Canonicas, tanquam Sol fulgentiſſimus corruſcat, habet ante Jacobi unam, & Petri duas; at vero poſt ſe duas alias habet à ſe conſcriptas, & tertiam Judæ Apoſtoli fratris Jacobi, & omnes ſuos fulgentiſſimo ſplendore maximè illuſtrat. Epiſtola hæc à Patribus, ac Conciliis ut Canonica ſine ulla controverſia recipitur, & venetatur, & hoc privilegio gaudet, ſicut *prima* 1.Petr. *Petri*; quod nullus de ea dubitare, vel jam negare auſus eſt.

Quare hic D. Ioannes ſuum nomen non exponit?

Ut in duabus epiſtolis ſequentibus ſecunda 748. nempe, & tertia, ad quod reſpondet D. Gre- D.Gregor. gorius Magnus, quod in libris Canonicis non ſit requirendus Auctor, cum illorum principalis ſit Spiritus ſanctus, ſic ait S. Doctor Præfat. in Job cap. 1. *Cum Auctor libri Spiritus ſanctus fideliter credatur; ipſe igitur hæc ſcripſit, qui hæc ſcribenda dictavit. Si magni cujuſdam viri ſuſceptis epiſtolis, legeremus verba, eáque quo calamo ſcripta quæramus, ridiculum eſſet*, &c.

Deinde tres rationes peculiares ſubjicio. 749. Primo noſter Evangeliſta in ſecunda, & tertia epiſtolis ſequentibus, non ſe ipſum exprimit ſub nomine Joannis, ſed ſub nomine Senioris: *Senior Electæ Dominæ*, & in tertia *Senior* 1.Ioan.1. *Caio Chariſſimo.* Sic etiam in hac prima ait cap. 2. *Filioli mei hæc ſcribo vobis.* Cum filiolos appellat, ſe Seniorem dicit, & ideo ſuperfluum fuit tale nomen apponere. Secundò. D. Joannes præſentem epiſtolam, non tam ſuo nomine, ſed tanquam ex communi Apoſtolorum ſententia ſcribit, & ideo in plurali ſemper loquitur. Incipiens: *Quod fuit ab initio,* 1.Ioan.1. *quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris,*

quod

quod perſpeximus, *& manus noſtra contrecta-*
verunt de verbo vita , annuntiamus vobis , ad-
vocatum habemus. Et multoties *diximus ; an-*
nuntiamus , habemus &c. Tertio. Cum Div.
Joannes eſſet in exilio cauſa Chriſtianæ Reli-
gionis , iode ſubticet ſuum nomen , & etiam
ad quos mittebat , & per quem mittebat , ne
forte ex epiſtola abſque juſta cauſa fieret ali-
quod detrimentum , ſic Apoſtolus Paulus
Ad Hebr. ſcribens ad Hebræos ſubticet ſuum nomen, ne
nominis manifeſtatio lectionis utilitatem ex-
D. Hieron. cluderet , ot teſtis eſt D. Hieron. *de ſcriptori-*
bus Eccleſiaſticis in Paulo. Et ſæpe viri magni,
ac Patres ſubticent ſuum nomen in ſuis ope-
Tertullian. rihus , ut notat Tertullian. *de Præſcriptionibus*
Apoſtolie. Et frequenter ob ſuam humilitatem,
maxime cum Joannes hic dicat ſe vidiſſe , ac
contrectaſſe, verba vitæ , ut dicam ex Sanct.
Ambroſ.
750. D. Joannes jam ſenex , totuſque Chriſtom
anhelans , in ipſóque abſorptus , & terreno-
Rom. rum oblitus , prætermittit ſalutationem , ut
etiam *Paulus ad Romanos* , ac etiam nomina
eorum ad qoos ſcribebat , qui ſecundum mul-
torum ſeorentiam erant *Epheſij* , apud quos
diu vixit , ipſáſque Eccleſias rexit. Alij vo-
Hygynus. luot fuiſſe Parthos. Ita Hyginus antiquiſſi-
mus ſeptimus ſummus Pontifex à Petro
Ioan. prim. Papa. *epiſtola 1. ad Parthos.* Et Joannes primus Papa
D. Auguſt. *epiſtola 2. ad Valerium.* Et D. Auguſtinus
Actor. 2. *tom. 4. in quæſtionibus Evang. cap.* 39. Erant iſti
Parthi , de quibus dicitur *Actor. 2. Erant au-*
tem habitantes in Ieruſalem Iudæi , & Parthi , &
Medi. Et quia Apoſtolus in hac epiſtola ad
fioem ait : *Cuſtodite vos à ſimulachris* , à qui-
bus maximè Judæi abhorrebant , ideo juxta
Patres citatos , iſti Parthi qoidam ex gentili-
tate , qui colebant idola , alij vero ex circun-
ciſione ad Chriſtum converſi.
751. Circa tempus , qno Joannes has epiſtolas
ſcripſerit , non habemus fundamentum c er-
tum ad hoc , vel illud potius aſſignandum,
cum tam in ſecunda , quam tertia , ſe ſeoio-
rem dicat ; inde certum deducitur , quod fue-
rit circa ultimum tempus ſuæ ætatis , ac pro-
inde ſub eodem tempore ſcriptæ videntur hæ
epiſtolæ , quo ipſe ſuum Evangelium literis
mandavit , ob intimam conſonantiam , &
connexionem , quam doctrina harum epi-
ſtolarum habet cum ejus Evangelio , quæ
Baroni. omnia *ad annum Chriſti* 99. cooſignat Baro-
nius , qui fuit Clementis Pontificis ſeptimus,
Nervæ Imperatoris primus.

Secunda, & Tertia epiſtola Ioannis.

752. Fuerunt antiqoitus , qui dubitarunt , an
hæc ſecunda , & tertia epiſtola ſit Canonica ,
& an utriuſque ſit Auctor Joannes Evangeli-
Euſebius. ſta , ut teſtatur Euſebius *lib. 3. Hiſtori. cap.* 19.
D. Hieron. & D. Hieron. *de Scriptoribus Eccleſiaſticis in*
Ioannem. Et hojus ſententiæ immerito faciunt
Papias. Papiam Joanois Apoſtoli diſcipulum, qui non
negat hanc epiſtolam eſſe illius , ſed tantum
affirmat duos fuiſſe Joannes , cujus autem ſit
ſecunda, & tertia epiſtola non determinat.
753. Pro hujus rei majori intelligentia ſciendum
eſt tres fuiſſe Joannes. *Primus* noſter Evan-
Actor. 12. geliſta. *Secundus* Joannes dictus Marcus.
Actor. 12. num. 12. Sic habetur *Petrus è car-*
cere venit ad domum Mariæ matris Ioannis , qui
cognominatus eſt Marcus. Et iterum *verſ. 15.* Actor. 15.
Aſſumpto Ioanne , qui cognominatus eſt Mar-
cus. Similiter *cap. 15. num.* 37. Et hic erat
Apoſtolorum ſectator , & non Apoſtolos , ut
notat D. Dorotheus *in ſynopſin* ; ac proinde di- Dorotheus.
ſtinctus à noſtro Evangeliſtæ : quod apertè
conſtat ex *Secunda Pauli ad Timoth. cap. 2. num.* 2. Timot. 2.
11. Ubi Apoſtolus ex Epheſo vocans Timo-
theum ad Romam , præcepit ei , ut ſecum ad-
ducat Marcum , id eſt Joannem Marcum ;
Joannes Apoſtolus non venit Romam cum
Timotheo, ergo omnino diſtinctus eſt.
Ex quo etiam convincitur , quod epiſtola 754.
non ſit à Joanne Presbytero , qui omnino
eſt diverſus à noſtro Joanne Evangeliſta ; &
quamvis Joannes Presbyter eſſet valdè erudi-
tus , & inde nomen haberet Theologi, ex quo
aliqui arripuerunt anſam ad confuodendum
cum noſtro Apoſtolo , qui ob ſuam profun-
dam ſcientiam dictus eſt Theologus. Nihil
hoc facit , quia ad ſimilitudinem noſtri Apo-
ſtoli ille dicitur Theologus , & ut advertit
Dydimus Alexandrinus *lib. 7. cap.* 20. Epheſi, Dydimus.
oſtenduntur ſepulchra diſtincta , unum , in
quo recooditus eſt Joannes Apoſtolos ; Alte-
rum , in quo jacet Joanoes Presbyter.
Nec argumentum adverſariorum alicujus 755.
eſt conſiderationis , quia in his ſecunda , &
tertia Joannes ſe dicit ſeniorem, *Senior Electa.*
Et iterum, *Senior Caio chariſſimo.* Senior autem
Græcè idem eſt ac *Presbyter.* Reſpondetur , Græcus.
quod Joannes Apoſtolus ſe dicit ſeniorem,
quia illo tunc tempore Presbyter , & Epiſco-
pus pro eodem ſumebantor , ut patet *ex 1.*
Timoth. 4. num. 14. & notat D. Heron. *epiſtol.* 1. Tim 4.
85. ad Evagrium. Deinde Joannes ſe dicit D. Hieron.
ſeniorem , quia ipſe valde provectus erat æ-
tate plenus dierum , ac ſenior omnium Chri-
ſtianorum ; cum ergo ſe dicit ſeniorem, hoc eſt
valde annoſum , ſic *Ioan. 21 num.* 18. ait Do- Ioan. 21.
minus Petro : *Cum autem ſenueris , extendes*
manus tuas. Seu ut alij legunt , *cum ſenex fa-*
ctus fueris. Ex Græco legi poteſt , *cum Pres-* Græcus.
byter fueris. Ibi Presbyter non ſignificat ſa-
cerdotem , nec Epiſeopum , ſed hominem an-
noſum ac plenum dierum. Sic & in præſenti
S. Ambroſ. in Pſalm. 36. *Iunior fui, etenim ſenui,* D. Ambroſ.
quod Ioannes ſe dicit ſeniorem , ne ſe Apo-
ſtolum nominaret ſicut Apocalypſ. 1. ſe dicit Apoc. 1.
ſervum non Apoſtolum.
Dicendum eſt de fide certum eſſe anctorem 756.
ſecundæ, & tertiæ epiſtolæ eſſe Ioannem Apo-
ſtolum, ac Evangeliſtam. Ita definitum eſt in
Concilio Laodic. *cap.* 59. Carthag. III. *cap.* 47. Concil.
Trid. ſeſſ. 4 Canon Apoſtolorum 84. & conſtanter Laodicenſ.
omnes Patres has doas epiſtolas ut Canoni- Trident.
cas Ioannis recipiunt , ac venerantur. Divus Can. apoſt.
Chryſoſtomus *homil. 19. in Matth.* Noſter
D. Cyrillus *lib. 8. de Adoratione in ſpiritu, & ve-* D. Chryſ.
ritate D. Athanaſ. epiſtol. 39. numerans libros D. Cyrill.
novi Teſtamenti. Nazianz. *in Carm. de eiſdem* D. Anaſtaſ.
libris ſcripturæ. D. Damaſcen. *lib. 4. de Orthod.* D. Nazian.
fide cap. 18. D. Hieron. *epiſtola ad Paulum*, cujus D. Damaſc.
verba ſupra retuli. *quæſt. 15. num.* 816. D. Au- D. Hieron.
guſt. *de Doctrina Chriſtiana.* D. Amb. *in Pſal.* 36. D. Auguſt.
S. Gregor. *lib.* 31. *Moral. cap.* 7. & multi alij Pa- D. Ambroſ.
tres , quos citat Iodocus Coccius *in Theſauro*
Catholico lib. 6. art. 26.
Probatur ratione. Nam ſi has epiſtolas

Anagraphas hoc eſt ſine ullo titulo, ac inſcriptione legeremus, ipſe dicendi modus, ac ſtylus nobis apertè oſtenderet eſſe Joannem Evangeliſtam: nam ſicut ex ſimilitudine facierum, filij ex eodẽ Patre geniti agnoſcuntur, ſic tres iſtæ epiſtolæ, verbis, ſententiis, ſtylo, charactere, ignito fervore charitatis conſonantia, ac cohærentia cum Evangelio ipſius, cum tam aperto teſtimonio divinitatis Chriſti, ac Sanctiſſimæ Trinitatis clarè, & manifeſtè deprehendet Joannem Evangeliſtam illarum trium eſſe Auctorem, ac Scriptorem.

Electa Domina.

758. Secunda epiſtola incipit. *Senior Electæ Dominæ, & natis ejus*: fuerunt multi, & graves Auctores qui per Electam Dominam, Eccleſiam intelligerent, & per natos filios ejus ſpirituales in Chriſto regeneratos. Sed vera, & communis ſententia eſt, quod erat quædam mulier valdè nobilis, & dives habens filios, & omnia ſua erogabat pauperibus Chriſti, cóſque alimentabat, cujus opera Apoſtolus laudat, & confirmat in bono, ne ſeducatur à
Flavius. Dionyſius. malignis, ac adverſariis. Flavius Dexter anno Chriſti 100. ſic habet. *Sanctus Dionyſius ſcribit librum de divinis nominibus anno Chriſti* 105. *Sanctus Ioannes ſcripſerat ad Pruſiam fœminam Electam, ſecundam epiſtolam, quæ velut Eccleſiæ illius civitatis parens mira largitate, &*
Eſpencæus. *charitate tunc florebat.* Sic & ait Eſpençæus hanc Electam vocatam fuiſſe Druſianam, & Joannem Evangeliſtam hoſpitio ſuſcepiſſe.

759. Nec obſtat id, quod aliqui objiciunt videri inconveniens, quod liber Canonicus ſcribatur ad mulierem; Plebs Chriſtiana conſtat ex maſculis, & fœminis; qui omnes erudiendi
Ad Gal. 3. ſunt in Chriſto, ſic ait Paulus ad Galatas 3. numero 28. *Non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſervus, neque liber, non eſt maſculus, neque fœmina, omnes enim vos unum eſtis in Chriſto Ieſu.*

Caïus Chariſſimus.

760. Ad hunc Caïum miſſa eſt *Tertia epiſtola Ioannis*, & difficultates, quæ contra hanc epiſtolam objiciuntur, jam proximè cum de ſecunda epiſtola egimus ſolutæ ſunt. Hic Caius fuit vir magnus, dives, ac præclarus
Luc. Dexter Onupht. Epheſi, natione Hiſpanus, ut ait Lucius Dexter anno Chriſti 70 Onuphrius anno Chriſti 114. putat eum fuiſſe Romanum, & Tertium Mediolani Epiſcopum. Baptizatus fuit à D. Paulo,
1. Corint. 1. ut ipſe teſtatur. 1. Corinth. 1. num. 14. *Neminem veſtrum baptizavi, niſi Criſpum, & Caium.* Vir iſte inſignis charitate hoſpitalitatis, de quo noſter Evangeliſta eum laudat, n. 5. *Chariſſime fideliter facis, quidquid operaris in*
Beda. Gloſſa. Hugo. Dionyſ. Ansbert. Rom. 16. *fratres, hoc eſt in peregrinos.* Et juxta Bedam, Gloſſam, Lyram. Hugonem, Dionyſ. Ansbertum, *ad cap.* 16. *Rom num.* 23. ubi Paulus de Corintho ſcribens ad Romanos ait, *Salutat vos Caius hoſpes meus, & univerſa Eccleſia.* Hoſpes Latinè ſignificat, qui excipit, ac recipitur, ac proinde *hoſpes meus*, id eſt apud quem ego hoſpitio receptus; *Hoſpes meus, & univerſa Eccleſia.* Syrus, & Beda legunt, *univerſa Eccleſia*, quia non ſolum Paulum, ſed etiam quoſlibet de Eccleſia hoſpitio excipiebat, de quo etiam noſter Joannes eum hic laudat, ut eſt dictum.

Hic Caius fuit valdè familiaris ſancto Joanni, ut teſtatur ſanctus Athanaſius *in Synopſi*, qui etiam eundem dictante Sanct. Joanne ſcripſiſſe ejus Evangelium. Metaphraſtes in vita Sanct. Joannis affirmat, quod etiam ipſe Caius excepit hoſpitio Sanctum ab exilio revertentem, eique ſanctum Joannem tradidiſſe ſuum Evangelium legendum, retinendum, ac manifeſtandum, ad hunc tantum virum Joannes hanc brevem ſcribit epiſtolam. 761. D. Athanaſ. Metaphr.

Quæstio XIX.

De Epiſtola B. Iudæ Apoſtoli.

SUMMARIUM.

762 *Cur Divus Iudas dicitur Labbæus.*
763 *Dicitur filius Mariæ Alphæi, & quomodo dicitur ſoror Virginis.*
764 *Hæretici negant eſſe epiſtolam Canonicam.*
765 *Fide tenendum eſſe Canonicam.*
766 *Argumenta adverſariorum.*
767 *Apoſtoli non ſemper ſe nominant Apoſtolos.*
768 *Apoſtoli frequenter ſcribebant Græco ſermone.*
769 *Ex eo quod aliquid non referatur in Scriptura non eſt de falſitate arguendum.*
770 *Liber Henoc, eſto ſit Apocryphus, rectè, id quod eſt verum, citari poteſt, & num.* 771. 772. 773.

AUctor hujus epiſtolæ eſt Judas Apoſtolus, qui à *D. Matthæo* 10. *num.* 3. dicitur Thaddæus, dicitur etiam à Græcis, ac aliis multis Labbæus, ut notant Dorotheus *in Synopſi*. D. Chryſoſtomus *in cap.* 10. *Matthæi*. Nicephor. *lib.* 2. *cap.* 40. & 44. & etiam legit Syrus. *Labbæus* interpretatur à D. Hieronymo *in cap.* 10. *Matthæi* ex voce Hebraïca, quæ ſignificat cor, vel leonem; inde ſanctus Judas dicitur *Labbæus*, id eſt homo cordatus, generoſus, ac animoſus ob præclaram, ob eximiam generoſitatem, ac fortitudinem, quam oſtendit in prædicando Evangelium, & confundendo, ac comprimendo idololatras, ac Hæreticos, de cujus laudibus multa dixi *tom.* 2. *in Apocal. cap.* 1. *q.* 33. *per totam.* 762. Dorotheus. D. Chryſ. D. Hieron.

Auctor hujus epiſtolæ eſt Judas, non Iſcariotes, ſed dictus Thaddæus Frater Jacobi Minoris, *qui cognominatus eſt frater Domini*, habuit Matrem Mariam Alphæi, ſeu Cleophæ uxorem, quæ à *D. Marco* 15. *num.* 40. Mater Jacobi vocatur. Cúmque aſtitit juxta crucem, etiam dicitur ſoror B. Virginis. *Ioan.* 19. *n.* 25. non quod propriè fuerit ſoror ejus, filia ſcilicet ſanctorum Joachim, ac Annæ, ut exiſtimarunt Helvidius Theodoret. *Luc.* 6. Anſelmus *Galat.* 1. Sed ſoror, phraſi Hebræa, id eſt cognata, vel conſobrina; hæc ergo Maria Alphæi Cleophæve quatuor habuit illuſtriſſimos filios, qui à Chriſto vocati ſunt ad Apoſtolatum, tres ſcilicet Iacobi, Iudas, & Simon, quartus fuit Ioſeph cognominatus 763. Marc. 15. Ioan. 19. Helvidius. Theodor. Anſelmus.

juſtus

Math. 13. juſtus, qui ad ſortem vocatus cum Matthia *Actor.* 1. qui omnes *Matth.* 13. *num.* 51. vocantur Chriſti fratres, id eſt more Hebræorum conſanguinei, vel fratres, ſicut mater ejus vocatur ſoror; id eſt cognata Sanctiſſimæ Virginis Mariæ. Ita tenent, & ex multis probant D. Hieron. *contra Helvidium.* Beda *in cap.* 2. *Ioan.* Rupert. *in cap.* 1. *Mathei.* Magiſter *in* 4. *diſtinct.* 30 *cap. B. Maria.* D. Thomas 3. *part. quaſt.* 28. *art.* 3. *ad* 5. Caniſ. *lib.* 1. *de Deipara,* *cap.* 3, Suar *tom.* 2. *ad* 3. *part. diſp.* 5. *ſect.* 4. Toletus *in Ioan. cap.* 2. *Annot.* 18. quod latè dixi, & explicavi *tom.* 2. *in Evangel. cap.* 9. 9. & *tom.* 3 *cap.* 30. *q.* 1.

(D. Hieron. Beda. Rupert. Magiſt. D. Thomas. Caniſius. Suarez. Toletan.)

Auctor hujus Epiſtolæ.

746. Hanc epiſtolam eſſe Canonicam negarunt Hæretici, Lutherus, Centuriatores Brentius, & alij, imo Doctiſſimus Cardinalis Caietanus videtur de ejus auctoritate dubitare, eorum fundamenta ſtatim apponam.

(Luther. Centuria. Brentius.)

765. De fide tenendum eſt hanc epiſtolam eſſe Canonicam; ſic definitum eſt in Concilio Romano ſub Damaſo Papa, & in Concilio Laodiceuſ. *cap.* 58. Carthag. *cap.* 47. Florentin. & Trident. *ſeſſ.* 4. Eugenius Papa *in epiſtola ad Armenium,* conſtantiſſim omnes Patres ex Græcis D. Dionyſ. *de divinis nominibus: cap.* 4. D. Epiphan. D. Nazianzen. Dydimus, Occumenius, D. Anaſtaſius, Ephrem, D. Chryſoſtom. ex Latinis, D. Hieronym. *de Scriptor. Eccleſ. in Iuda.* Cornelius, Innocentius Primus, S. Cyprianus, S. Ambroſius, S. Auguſtinus, Ruffinus, Philaſtrius, Caſſianus, S. Proſper, S. Alcuinus, S. Gregorius, Beda, Rabanus, S. Fulgentius, S. Remig. Angelomus, quos omnes latè, & fusè adducunt, & citant Iodocus Cocius *in Theſauro Catholico, tom.* 1. *lib.* 6. *pag.* 370. Bellarm. *lib.* 1. *de Verbo Dei, cap.* 18.

(Roman. Laodiceuſ. Florent. Trident. Eugenius. Dionyſ. Epiphan. Nazianz. Dydimus. Occumen. D. Anaſtaſ. Ephrem. D. Chryſ. Iodocus. Bellarm.)

766. Hæretici contra hanc veritatem Catholicam multa obiiciunt. Et Primò, quia Iudas ſe non nominat Apoſtolum, cum alij in ſuis epiſtolis ſe ſoleant frequenter Apoſtolos nominare. Secundò, cum in Perſide Evangelium promulgaret, non Græcè, ſed Perſicè ſcripturus erat. Tertiò, facit mentionem de altercatione Archangeli Michaëlis cum Diabolo, de Moyſis corpore, quæ nunquam in ſacris libris legitur. Quartò, quia in ea profertur teſtimonium de libro Henoch, qui liber eſt Apocryphus.

767. Ad primum argumentum, nihil concludit, ex eo quod Iudas non ſe nominat Apoſtolum: nam etiam Divus Paulus *in epiſtola ad Philippenſes,* neque in duabus *ad Theſſalon.* neque *ad Philemonem,* ſe Apoſtolum dicit; nec Iacobus in ſua Canonica; nec Ioannes in ſuis tribus epiſtolis, nec in Apocalypſi ſe Apoſtolum vocat, ſed tantum ſervum, ſicut noſter Apoſtolus Iudas, ſibi tamen nomen ſervi appropriat, quod erat character Chriſtianæ militiæ.

(Ad Philip. Ad Theſſ. Ad Philem. Ioannes. Iacobus.)

768. Ad ſecundum fundamentum; quod obiiciunt, quia Iudas fidem Catholicam in Perſide prædicavit, Perſica ergo lingua debuit ſcribere. Argumentum nullius eſt ponderis; Petrus Romæ prædicavit, in Romaque duas epiſtolas ſcripſit, & tamen non lingua Latina, ſed Græca; ſicut Paulus omnes ſuas epiſtolas, excepta *ad Hebræos,* cum ſcriberet ad varias Nationes, Romanos, Aſianos, ſeu Epheſios, ac alios Græco idiomate eſt uſus; ſicut & Iacobus cum litteras ſuas mandaret ad Iudæos per totum orbem diſperſos. *Lingua enim Græca* erat tunc valdè communis, ac vulgaris apud omnes; deinde ſacri Apoſtoli ſic ſcribebant ſuas epiſtolas ad homines unius, vel alterius nationis, quamvis primario ad illos ſcriberent, tamen ſecundario ad omnes Catholicos ſuam doctrinam dirigebant, & ideo communi omnium idiomate utebantur.

(Petrus. Paulus. Iacobus.)

Ad tertium de altercatione Michaëlis cum Diabolo ſuper Moyſis corpus, inutile ſumitur argumentum. Nam ex Apocalypſi 12. num. 7. conſtat *Michaelem præliari cum Dracone:* ex quibus deducitur, Michaëlem ſolum pugnare cum Dracone. Conſtat enim cadaver Moyſis occultè à Domino ſepultum. *Deut.* 34. *num.* 6. ne à populo ad idololatriam pro eo adoraretur. Quid ergo mirum, ſi Michael pugnabat cum Dracone, pro Moyſis corpore non detegendo? Quod vero in Scriptura nulla fiat mentio de hac re, nil inde poteſt concludere de falſitate; unde merito ridet Toletus *Sanct. Ioannis Annotat.* 3. Quod Anabaptiſtæ ab Evangelio Ioannis radebant hiſtoriam de Paralytico ad Piſcinam Probaticam, eo quod nec Scriptura, nec Ioſephus, nec Philo Hebræus de illa faciant mentionem: ſimiliter patum Sobrius Ulricus Valenus dicebat falſum eſſe Pontificatum Petri in Roma, ac ibi colloquium eius cum Paulo, quia de his non agit D. Lucas in Actibus Apoſtolorum; unde ait citatus Toletus, *Ex tali ſilentio inſimulare falſitates ridiculum eſt, ac puerile.* Quia excludit traditiones Eccleſiæ, quod ſapit hæreſim, & etiam id quod conſtat ex graviſſimis, ac probatiſſimis Auctoribus, ut multis exemplis demonſtravi *Opuſculo primò, Reſolut.* 3. *qu.* 14. *numero* 122. 769.

(Apoc. 12. Deuter. 34. Toletus. Ioſephus. Philo. D. Lucas.)

Ad quartum argumentum de Henoc, dicimus quod Henoch fuit Propheta, qui vel viva voce prophetizavit, quæ D. Iudas Apoſtolus accepit ex traditione, vel ex libro ſcripto ab Henoc: nam ut cenſet Tertullian. *lib. de habitu mulierum, cap.* 3. ſervatus fuit ab Noë in Arca, vel ab ipſo Spiritu ſancto dictante memoriter redintegratus, ita etiam conſentiunt, & tenent D. Hieronymus *de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Henoch.* D. Athanaſius *in Synopſi.* Clemens *lib.* 3. *Stromatum.* & hic Beda, Dydimus, Carthuſianus, & alij, & liber Henoch frequenter citatus *in teſtamento duodecim Patriarcharum,* quem etiam frequenter citant, & laudant Origenes, ac Procopius, & licet modo non extet, potuit perire, ſicut perierunt multi alij, ut libri Nathan Prophetæ, Gad videntis, & multorum aliorum, viginti retuli ſupra *Reſolut* 1. *quaſt* 4. *num.* 46. Ita etiam liber verus, ac legitimus Henoch potuit perire. Dixi legitimus, & verus nam tempore D. Auguſtini, ut ipſe teſtatur *lib.* 18. *de Civit. cap.* 38. erat valde corruptus & adulterinus, dicebat enim *videntes filij Dei filias hominum,* ſcilicet Angeli, qui docuerunt homines amare mulieres, & multas alias fabellas, ac mendacia; potuit autem hic liber Henoch eſſe legitimus, & verus, & poſtea eſſet corruptus; Iudas Apoſtolus citat eum in his, quæ vera dixit 770.

(Tertull. D. Hieron. D. Athan. Clemens. Beda. Dydimus. Origen. Procop. D. Auguſt.)

rejectis

rejectis ejus figmentis, ac falſitatibus, ſic
Ad Tit. 1. Paulus Apoſtolus ad Titum *cap* 1. *num.* 12 adducit dictum Epimenidis poetæ: *Cretenſes ſemper mendaces, mala beſtia*, &c. & Epimenides ut gentilis poëta multa fabuloſa, ac mendacia dixit, tamen Paulus citat eum in his, quæ ipſe vera protulit; nam de libris ſæpe utendum, ut de pomis; in pomo putrida ejiciuntur foras, ſana vero aſſumuntur ad cibum, ac nutrimentum.

Quæstio XX.

De libro Apocalypſis Ioannis Apoſtoli.

SUMMARIUM.

771 *De fide eſt Apocalypſim eſſe librum Canonicum.*

772 *Dicitur liber Apocalypſis retento nomine.*

773 *Majeſtas Apocalypſis conſideranda ex quatuor perſonis.*

774 *Magna illius dignitas, quia de rebus futuris agat.*

775 *Utilitas Apocalypſis omnibus præſentibus, & futuris, & n. 776. 777.*

778 *Liber Apocalypſis valdè ordinate procedit & n. 779. 780. 781.*

782 *Ponitur in ultimo loco teſtamenti novi, non quia ultimo ſcriptus ſit.*

783 *Ponitur ultimo loco, quia de ultimis temporibus agit.*

771. Omnia, quæ hîc dicenda veniunt jam explicavi *tom.* 1. *in Apocalypſim in quæſtionibus Proœmialibus*, inter quas in quarta quæſtione dixi de fide eſſe hunc librum Apocalypſeos eſſe Canonicum ſcriptum à B. Ioanne Apoſtolo, ut definitum eſt in Concilio
Concil. Romano. Romano ſub Damaſo Papa. In Concilio Flo-
Florent. rentino, *in literis ſanctæ unionis.* Trident. *ſeſſ.* 4.
Trident. Toletan. Carthag. Toletano, Carthaginen. & idem tenent, ac docent omnes ſancti tam Græci, quam Latini, quos proxime citata *quæſt.* 4 adduxi.

772. Liber dicitur *Apocalypſis Ioannis Apoſtoli.*
Arabic. Arabicus, *viſio Ioannis Apoſtolis.* Syriacus, *Re-*
Syriac. *velatio, quæ facta eſt ſuper Ioannem.* Apocaly-
Græcus. pſis vox eſt Græca, & idem valet, ac reve-
Rupert. latio, ſeu viſio, ac manifeſtatio ſecretorum. Et quamquam bene poterat dici Latino verbo, Revelatio, ſeu viſio, dicitur, retento Græco nomine *Apocalypſis*, de quo varias dedi rationes *capite primo, ipſius libri quæſt.* 1. tamen genuina illa mihi videtur Ruperti, quod tali Græco nomine utitur, ob cultum, ac venerationem tantorum myſteriorum, quæ in hoc volumine clauduntur, ut ita etiam ipſa res ſignificata magno cultu, ac veneratione habeatur.

773. Et ſuprema dignitas tanti libri recte colli-
Aureolus. git Cardinalis Aurelius, cum ait, *Apocalypſis eſt revelatio, non quæcunque, ſed ſumma, authentica, quod apparet per auctoritatem quatuor perſonarum, quæ indicantur Ieſu Chriſti, Dei Patris, & Ioannis, & Angeli*, ſublimitas, ac altitudo hujus libri maximè auſpicanda, ex quatuor perſonis, quæ in eo proponuntur.

Primò *Ieſus Chriſtus* Apocalypſis, ſeu revelatio *Ieſu Chriſti.* Secundo Deus Pater, revelationem, *quam dedit illi Deus*, ſcilicet hanc Apocalypſim, ſeu revelationem Deus Pater in primo inſtanti conceptionis manifeſtavit filio ſuo Jeſu Chriſto, Tertio *Angelus* unus ex ſupremis. *Mittens per Angelum ſuum.* Quarto Ioannes, *ſervo ſuo Ioanni.* Cui Angelus hanc Apocalypſim deferens præcepit ei. *Scribe in* Apoc. 1.
libro, & mitte ad ſeptem Eccleſias, quæ ſunt in Aſia cap. 1. *num.* 14. Non ſolum divinus Spiritus interius movet Joannem, ut ſcribat, ſed etiam exterius rigido præcepto hoc mandat, ut inde maximè dignitas, utilitas, ac neceſſitas hujus libri innoteſcat.

Magna *dignitas* libri inde maxime expen- 774.
denda eſt, quia tota ejus materia eſt de rebus, quæ venturæ erant, ſcilicet futuræ Eccleſiæ perſecutiones adverſitates, ac duriſſimæ crudelitates ſub execrabili, ac abominabili Antichriſto, & tandem gloria futura Beato-
rum: cognitio autem futurorum eſt maxime Iſai. 41.
ſublimis, & alta. Unde ait Iſaias 41. *n* 23. *Annunciate quæ ventura ſunt, & ſciemus, quia dii eſtis*
vos. Hoc enim eſt irrefragabile Divinitatis ſi- Tertull.
gnum. Unde ait Tertullian. *in Apolog. cap.* 20. Teſtimonium enim Divinitatis eſt, Veritas divinationis. Et ratio hujus eſt, quia ſola infinita vis cognoſcitiva, infinitúſque intellectus, infinitumque illius lumen omne verum ubicumque ſit, ſive intra cauſas, ſive extra cauſas etiam quæ dependent à voluntate humana poſt centum mille annorum videt, ac penetrat; cum ſolum valeat videre id, quod nullo modo exiſtat, ex quo patet, quanta ſit nobilitas, ac ſublimitas hujus libri, ut ita dicant ſecretorum Dei, cum agat de admirabili diſpoſitione, ac ordinatione Divinæ ſapientiæ, ac providentiæ, de rebuſque poſt tot ſæculorum tempora futuris, maxime depêdentibus à voluntate humana, ac eius libertate

Magna utilitas ex hac libri lectione omni- 775.
bus nobis præſentibus, & qui ſub tyrannide Antichriſti erunt, & qui poſtea futuri
ſunt; nobis modo, ut ait Ansbertus, *Illo-* Aasberto
rum tolerantia magnum nobis documentum. Si enim illi, qui graſſante Antichriſti dira peſte inter multas, & acerbiſſimas pugnas, innumeraſque mundi perturbationes, ac perſecutiones, quales nunquam fuerunt ab initio, nec erunt, tamen illi firmi, ac conſtantes ſtabunt in fide, inde magnum nobis documentum, qualem in fide habere debemus perſeverantiam, cum à tot, & tam intricatis preſſuris ſimus liberi.

Valde etiam lectio hujus libri utilis his, 776.
qui tempore Antichriſti erunt, quia ex prophetia hujus voluminis intelligent, quod illa dura perſecutio brevi tranſeat, & cito finem
habebit; unde de illa loquens Daniel. 12. *n.* 3. Daniel. 12.
ait, *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti.* Quia autem illo tempore docti fuerint intelligent, non ſolum ut bene agant, ſed etiam ut ignaros, ac indoctos doceant illum impoſtorem eſſe Antichriſtum totum abundantem nequitia, malitia, omnique falſitate, ac mendacio, inſtare jam finem mundi, completáque eſſe, quæ in Apocalypſi annunciantur, quod ipſe tunc erit firmum

fidei

fidei argumentum, & veritatis propugnacu-
lum inexpugnabile.
777. Magna lætitia gaudendi his, qui poſt An-
tichriſtum futuri ſunt, cum ſe videant, acer-
bo illo tyranno extincto, à tam acerba per-
ſecutione evadere, cum aſpicerent Moyſes,
ac filij Iſraël Pharaonem cum ſuis exercitibus
demerſum in Mare. *Tunc cecinit Moyſes, &
filij Iſrael carmen hoc Domino.* Exod. 15. n. 1.
Exod. 5. Cum de Ægypto exeunt tot, & tantis mira-
bilibus, Deo operante, expoliato Ægypto ab
omnibus divitiis ſuis, quas ſecum aſporta-
bant feſtivè, ac cum omni muſicorum inſtru-
mento hymnum cantant? Quid jucundius, &
gratius poterat eis accidere, quam libertas à
tam diro, & acerbo flagello, ac jugo, ſub
quo premebantur, tunc non Canticis modu-
lantur, ſed modo cum ſuos hoſtes vident ſub-
merſos in mari? Plus gaudebant, & exulta-
bant, cum dejecto hoſte è manibus eorum
evaderent, quam dum obtenta deſiderata li-
D. Gregor. Nyſſen. bertate ſervitutis jugum excutiunt, D. Gre-
gorius Nyſſen. *lib. de vita Moyſis*, ſic ait: *He-
bræi tum de ſua ſalute: tum de inimicorum ſup-
plicio læti, magis quam ulli antea homines, in
hymnis, & hilaritate totam noctem exigunt.* Ex-
pende illud: *Quam nulli antea homines.* Etſi
cum exirent de Ægypto magno replerentur
gaudio, & multum jucundarentur, incomparabi-
biliter tamen magis lætantur, cum hoſtibus
proſtratis ab eis ſe liberos vident.
778. Hic liber Apocalypſis non confusè, ac in-
ordinatè procedit, ſed multa & alta directio-
ne diſponitur, in quo ſex conſideranda. Pri-
mò Chriſtus apparens cum multa majeſtate,
ut tanto Domino decebat, & ſermonem ha-
bens cum Joanne, & mittens per Angelum,
ut ea ſcribat, ac mittat ad Epiſcopos Aſiæ.
Secundò, tanquam ſupremus Dominus,
Apoc. 2. & 3. *cap.* 2. & 3. ſuos Domeſticos ſervos, ac Epiſ-
copos admonet, ac dirigit, ut à quibuſdam
defectibus emendentur, in quo corripit etiam
omnes Chriſtianos, ut à ſimilibus emenden-
Apoc. 4. & 5. tur. Tertiò, *cap.* 4. & 5. proponitur Dei maje-
ſtas ſedentis in throno, è cujus manu Agnus
accepit librum ſignatum ſigillis ſeptem, quem
ſolus Agnus potuit aperire, cujus laus, & glo-
ria decantatur à ſenioribus, ac à quatuor ani-
malibus.
779. Quartò, *cap.* 6. aperiuntur ſigilla, & finiun-
Apoc. 6. tur, *cap.* 10. quibus apertis manifeſtantur par-
Apoc. 10. tim multæ perſecutiones, ac tyrannides, quæ
evenient ſub Antichriſto, partim explicantur
variæ perſecutiones Eccleſiæ ſub Antonino,
Aurelio, Decio, Valentiniano, Diocletiano,
Maximiano, Mahometanis, quæ perſecutio-
nes erunt tanquam ſigna demonſtrativa, ac
prognoſtica, eorum quæ fient ſub Antichriſto,
in quibus etiam ſigillis multa ſigna dantur
eorum, quæ evenient ante diem judicij.
780. Quintò, *cap.* 11. aperitur liber, manifeſtan-
Apoc. 11. tur, ac declarantur ſcripta in eo, & primo
ſumma majeſtas, ac amplitudo Eccleſiæ, ſum-
maque Dei providentia erga illam, quia ad
tempus perſecutionum Antichriſti mittit duo
præclariſſima luminaria patentem Eliam, &
Henoch, ut luce ſuæ doctrinæ illuminent fi-
deles, & diſſipent tenebras errorum, ac falſi-
tatum Antichriſti. Tunc apparet Eccleſia
ſole veſtita, ſtellis coronata, & deſcribitur
bellum Michaëlis contra diabolum, quo de-
monſtrantur, ac deſignantur bella, perſecutio-
nes, tyrannides Antichriſti, & quomodo ipſe
occidetur, & mittetur cum ſuis in ſtagnum
ignis ardentis ſulphure, quæ omnia deſcri-
buntur, uſque ad *cap.* 19. Apoc. 19.
Sextò, *cap.* 20. narrantur quomodo Chriſtus 781.
Dominus veniet ad univerſale judicium, &
duobus ultimis capitibus gloria electorum, ac
Beatorum. Ecce ſupremus omnium Monarcha
Deus ſubditos rebelles, ſui regni cum omni æ-
quitate, ac juſtitia puniturus eſt; fideles vero,
ac ſibi obſequentes conſtiturus in aurea pa-
ce, ut omnibus bonis cœleſtis beatitudinis di-
tentur in omnem æternitatem.
Quæres tamen, cur Apocalypſis inter libros 782.
Canonicos ultimum teneat locum? Rejicien-
dum id, quod aliqui affirmant, quia fuit om-
nium noviſſimè ſcriptus, cum à nobis cum
communi ſententia ſuperius dictum ſit Joan-
nem Evangelium ſcripſiſſe poſt Apocalypſim,
hanc enim adhuc exul in inſula Pathmos,
Evangelium autem, ab exilio revocatus po-
ſteritati tradidit. Nec etiam admittendum id,
quòd Abulenſis *in Prologo Matthæi*, ait, ideo Abulenſ.
ultimum locum ſcripturarum Canonicarum
ſaltem novi Teſtamenti obtinuiſſe, quia præ
aliis minus eſt neceſſarius, cum in eo non ſit
aliquid de fide credendum, ac etiam de præce-
ptis vivendi. Hoc nullo modo eſt admitten-
dum; nam Apocalypſis multa continet de di-
vinitate Chriſti de ejus majeſtate ac magnitu-
dine, multáque de ejus morte, & reſurrectione,
ac imperio, de adventuque ad judicium, de
cœleſti Beatorum gloria, quæ omnia ſunt ar-
ticuli fidei; multáque etiam de peccatis, ac
vitiis fugiendis, de virtutibus, amplectendis,
ac de timore, ac perſeverantia in Dei obſe-
quio, in eo tractantur.
Dicendum quod ordinatiſſimè Sancta Ec- 783.
cleſia omnia diſpoſuit; nam in exordio novi
Teſtamenti ponitur *Liber quatuor Evangeliſta-
rum*, qui eſt fundamentum totius novi Teſta-
menti. In eo agitur de adventu Chriſti, &
quod *Verbum caro factum eſt*, de ejus ſacratiſ-
ſima vita, & operibus, morte, ac reſurrectio-
ne, ſequitur *actus Apoſtolorum*, in quo deſ-
cribitur Chriſti Aſcenſio in Cœlum, & ſan-
cti Spiritus adventus, ac exordium primitivæ
Eccleſiæ. Sequuntur *Epiſtolæ Apoſtolorum
Pauli, Petri, Iacobi, ac Iudæ*, quæ dant nor-
mam, ac documenta ad rectè, ac ſanctè vi-
vendum, ac operandum in fide, ac obſequio
Chriſti, tandem ponitur *Apocalypſis*, agens
de ultimis temporibus. Hiſtoria ejus eſt de fi-
ne dictum, ac termi, natione ſæculi; & ideo
ultimum habet locum, cum de ultimis tem-
poribus agat.

QUÆSTIO XXI.

De variis verſionibus, ſeu tranſlationibus novi Teſtamenti.

SUMMARIUM.

784 *Tranſlatio Græca valde celebris in totum Teſtamentum novum.*

785 *Ex*

Digitized by Google

785 *Ex hac Græca in Biblia Regia habetur alia tranſlatio in Hebræum, & Syriacum, Syriaco, & Hebraïco charactere.*
786 *Ea quæ deerant in dictis exemplaribus ſuppleta ſunt.*
787 *Qui fuit Auctor ex Græco in Syrum.*
788 *Præter tres dictas tranſlationes in Græcum, Hebraicum, & Syriacum dantur aliæ.*
789 *Referuntur alia Biblia.*

784. INter varias tranſlationes novi Teſtamenti,
illo eſt ſuprema, communis, & valdè authen-
tica, quæ eſt *Græca*. Totum novum Teſtamen-
tum lingua Græca primo exaratum eſt, ut patet
ex omnibus his quæſtionibus in hac Reſolu-
tione, excepto Evangelio Matthæi, ac epiſtola
Pauli ad Hebræos. Et Evangelium Matthæi
tranſlatum eſt ex Hebræo in Græcum, vel ab
Apoſtolo Jacobo, ut exiſtimat D. Athanaſius
D. Athanaſ. *in ſynopſi*, vel ab Apoſtolo Joanne, ut alij tra-
dunt, vel ab ipſo Matthæo, ut alij cenſent;
epiſtola verò ad Hebræos à B. Luca *Græcè fuit*
D. Lucas. D. Marcus. *donata*. Et tandem Evangelium Marci; etſi
Romæ fuerit primò Latinè ſcriptum; poſtea
in Aquilea Græcè eſt datum, ut dixi ſuprà.
Unde totus Codex Græcus novi Teſtamenti
Apoſtolicos viros habet Auctores, & ideo ab
Eccleſia in magna veneratione habetur, tan-
quam ſecundum omnes ſuas partes eſſet ori-
ginalis.

785. Ex hoc Græco autographo primo eſt verſio
Syriaca, ſeu myſtica cum Hebræa corrupta,
quam Syriaco Charactere typis Venetiæ dedit
Uvidmand. *Albertus Vvidmanſtadius* Cancellarius Ferdi-
nandi Imperatoris, *anno* 1555. & poſtea Sy-
riaco, & etiam Hebraico charactere in Biblia
Regia habetur, cum interpretatione Latina
Guid. Fabr. Bibl Reg. *Guidonis Fabricij Boderiani*, qui omnium pri-
mus hanc Syram editionem in Latinum con-
vertit. in utraque tamen editione, ſeu impreſ-
ſione deſunt Syriacæ epiſtola ſecunda Petri,
ſecunda, & tertia Joannis, & epiſtola Judæ, &
Apocalypſis Joannis. Nam quamvis apud
Syros in Biblia Regia, *In fine epiſtolæ primæ
Ioannis* notetur quod hæc omnia extent, tamen
in exemplaribus, quæ ſequutus eſt Vvid-
mãſtadius, antiquiſſimo Codice manu ſcripto,
quo ſimul cum illis Guido Fabricius uſus eſt,
defuerunt.

Poſtea vero ea, quæ in dictis exemplari-
786. Maronit. bus deerant, accepta ſunt à Maronitis, qui
ſunt Chriſtiani Catholici, incolæ montis
Libani, de quibus agunt noſter Diſcalciatus
Philippus à ſanctiſſima Trinitate *in ſuo Itine-* Philip. à Sanct. Trinit.
rario lib. 5. cap. 0. & Rua *Controverſ. 6. pro-* Rua.
poſitione, ſuppleta ſunt, eaque latine dedit Etzelnius.
Balthazar Etzelvius.

Quiſnam fuit Auctor, qui novum Teſta- 787.
mentum ex Græco in Syrum convertit, ma-
xime dubitatur; Syri conſtanter tenent fuiſſe
D. Marcum, qui poſtquam Romæ ſuum Evan- D. Marcus.
gelium latine ſcripſit, tum ipſum Evangelium,
tum etiam cæteros omnes novi Teſtamenti
libros, lingua ſua patria, ſeu Syra aſſerunt
tranſtuliſſe; & quod ita à Syris accepiſſet, cum
in Oriente multa diligentia, conquireret the-
ſauros linguæ Syriacæ, ac Arabicæ, affirmat Guillelm.
Guillelmus Poſtellus apud Guidonem Fa- Guido.
bricium *in epiſtola Dedicatoria ad lectorem*,
de qua feci mentionem ſupra *Reſolut. 4. quæſt. 7.
num.* 498. quæ Epiſtola eſt præfixa tranſlatio-
ni Latinæ novi Teſtamenti, ex lingua Syriaca.
Alij id negant, contenduntque hanc tranſla-
tionem factam fuiſſe ab Apoſtolis, vel ab
Apoſtolorum diſcipulis. Veriſimilius quod
multo poſt Apoſtolorum tempora hæc tranſ-
latio facta fuiſſet incerto Auctore, cum anti-
qui Patres, qui ſive in Syria Palæſtina, ſive
in Ægypto verſati ſunt, ejus mentionem non
faciant.

Præter has tres novi Teſtamenti Tranſla- 788.
tiones in Græcum, Hebraicum ac Syriacum,
ut videre eſt in Biblia Regia, & Pariſienſi
magna, ſunt etiam aliæ tranſlationes ipſius
novi Teſtamenti.

S. Heſichij Presbyteri Jeroſolymitani, & S. Heſich.
Epiſcopi Ægypti, de quo feci mentionem ſu-
pra *Reſolut. 4. quæſt. 3. num.* 481.

Extat etiam tranſlatio *Arabica*, & habetur Arabica.
in Biblia magna Pariſienſi, de qua dixi ſupra
quæſt. 7. num. 501.

Alia eſt etiam Æthyopica, quæ eſt ab An- Æthyop.
tiquiſſimo tempore, ſeu à tempore Apoſtolo-
rum, ut multi contendunt, de qua tractavi
ſupra citata *Reſolut. 4. quæſt. 8. n.* 506. & 607.

Sunt & aliæ tranſlationes *Xanti Pagnini* 789.
Ordinis Prædicatorum. Alia eſt etiam *Iſidori
Clari Brixiani*; & alia *Vatabli*, quæ etiam di-
citur *Biblia Tygurina*, eo quod Tyguri edita
ſit; & alia tranſlatio eſt etiam *Ariæ Montani* Arias Montanus.
in ſexto tomo Bibliæ Regiæ, & etiam tam
de his, quam aliis Bibliis feci mentionem
dicta *Reſolut. 4. quæſt. 9.* & multæ ex his tran-
ſlationibus parum diſtant à noſtra Vulgata, de
cujus excellentia, ac auctoritate jam tractavi
citata *Reſolut. 4. quæſt. 10. & 11.*

OPUSCU

OPVSCVLVM II.
EX MVLTIS, ET VARIIS CONSULTATIONIBUS, AC CASIBUS SÆPE OCCURRENTIBUS, per aliquas reſolutiones diſpoſitum ac digeſtum.

RESOLUTIO I.

De Abbatibus.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid ſignificet nomen Abbas, & quid in eo denotetur?

SUMMARIUM.

1 *Abbas Syriacum vocabulum, idem eſt, ac Pater.*
2 *Eo primus dictus eſt Antonius.*
3 *Significat eximium amorem Prælati erga ſubditos.*

1. ABBAS Syriacum vocabulum; vel Hebraicum, ut alij volunt, idem valet, ac Latinè, Pater: Cap final. Gloſſa. *cap. finali, de Regularibus.* Gloſſa *in Clement. I. de reſcriptis*, & notaront communiter Sancti Patres D. Aug. D. Chryſoſt. D. Remigius; D. Thomas *ad cap. 4. epiſtol. ad Galatas.* (D. Auguſt. D. Chryſ. D. Remig. D. Thom.) Aliqoando utraque vox ſimul ponitur. Ut Marc. 14. num. 36. (Marc. 14.) *Abba Pater omnia tibi poſſibilia ſunt*; idem eſt, ac ſi dicatur Pater, Pater; Geminatur vox ad indicandum eximium affectum; ut ibi notavi *tom. 5. in Evang. lib* 8. *c.* 2. ſicut & idem habetur Rom. 8. (Rom. 8.) n. 15 *In quo clamamus Abba Pater.*

2. Unde hoc nomine cœperunt uti primi & antiqui Anacorethæ; inter quos primus extitit Magnus Antonius, hoc titulo, inter eos verò, qui in civitatibus Monaſteria, & bona poſſederunt, primus fuiſſe traditur præclarus, & illuſtriſſimus Benedictus, ut advertunt Tamburin. *tom. 1. de jure Abbatum, diſput. 2. quæſt. 2. in fine*, Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 17. n. 25.* (Tamburin. Barboſa.)

3. Hoc autem nomine cœperunt uti iſti Patres ad indicandum ſuum eximium amorem erga ſubditos, qui eos tanquam filios habebant, ac erudiebant, ex quo poſtea hoc nomine dicti ſunt Prælati aliquarum Religionum, maximè Monachalium de quo agunt Pelagius *de planctu Eccleſiæ, lib. 2. c. 20.* Petrus. Greg. *lib. 15. ſyntagm. juris, 2. p. c. 13. n. 1.* Sozom. *l. 5. c. 10* (Pelagius. Petr. Greg. Sozomen.)

QUÆSTIO II.

Abbates in multiplici ſunt differentia.

SUMMARIUM.

4 *Abbates quidam ſæculares, quidam Regulares, ſæculares in quadruplici differentia.*
5 *Regulares in duplici defferentia.*

ABbates quidam ſunt ſæculares, quidam regulares, ut in cap. Tranſmiſſa ibi Gloſſa verb. *Abbates, de renunt.* & *in cap. Cum ad Monaſterium de ſtatu Monachor.* Abbates ſæculares ſunt in quadruplici differentia. 4. (C. Tranſmiſſ. Gloſſa. Cap. cum ad Monaſt.) Primò: quidam ſunt, qui non ſolum in cleros, ſed etiam in laicos ſibi ſubiectos quaſi Pontificalem, vel Epiſcopalem juriſdictionem obtinent, ac pariter pontificalia inſignia geſtant; utunturque annulo, Mitra, & baculo paſtorali, horum dignitas Epiſcopali proxima conſiſtit. Secundò: alij ſunt Abbates prædictis longe inferiores, qui nec Epiſcopalem juriſdictionem habent, nec Epiſcopalibus inſignibus utuntur, & quamvis eorum Abbatiæ dignitates ſint, non tamen proximè Epiſcopali dignitati accedunt. Tertiò: alij ſunt Abbates ſæculares, qui in quibuſdam Cathedralibus Eccleſiis inter cæteras dignitates magnum retinent locum; nulli tamen Collegio præſunt, ſed tantùm in choro, vel aliis actionibus capitularibus quandam prærogativam, ſeu primum locum honorificè habent. Quartò: alij ſunt Abbates Commendatarij; qui habent Abbatias non ſolum in titulum; ſed etiam in commendam ad perceptionem fructuum; de quibus Tamburinus *tom. 1. de iure Abbatum, diſput. 3. quæſt. 1. num. 6.* & *diſput. 4.* G. Chopin. *in Monaſtic. lib. 1. tit. 1. num. 14.* Rebuff. *in praxi tit. ſæcularia beneficia quotup. num 5.* Mendez de Caſtro *in praxi Luſitan. part 2. lib. 2. cap. 1. num. 20.* de his tamen ſæcularibus ad nos tractare non pertinet. (Tamburin. Chopin. Rebuff. Mendez.)

5. Abbates regulares de quibus in præſenti eſt ſermo ſunt in duplici differentia, quidam ſunt reales, qui actualiter habent ſubditos, ut Abbates S. Baſilij, & S. Benedicti, S. Bernardi; ex his quidam habent maiorem, quidam minorem juriſdictionem; maiorem ut gene-

rales minorum ut Conventuales; alij ſunt Abbates non reales, qui actu ſubditos non habent, vel quia fortaſſe Monachi locum reliquerunt, vel quia Monaſterium eſt extinctum, vel aliò tranſlatum, vel alicui ſæculari Clerico in commendam datum. Ita Abbas *conſ* 101.*in quæſt.n*.1. Card.Tuſch.*lit.A,Clem*.3.*n*.21. Sylveſter, Angelus *verb.Prælatus*.

Abbas. Tuſch. Sylveſt. Angel.

Quæſtio III

An benedictio ſit neceſſaria Abbatibus, ut ſuum munus exequantur.

SUMMARIUM.

6 *Abbatum benedictio non fit unctione, ſed deprecatione.*
7 *Abbas benedicendus à proprio Epiſcopo; & ſi Epiſcopus renuat, exerceat ſuum Officium.*
8 *Hæc benedictio poteſt dari qualibet die.*
9 *Hæc benedictio non reiteratur.*
10 *Abbates non benedicti gaudent omnibus privilegiis, ac benedicti.*
11 *Hæc benedictio non eſt eſſentialis Abbati.*

6. ABbates Regulares alij ſunt benedicti, alij non benedicti, iuxta uſum & modum ſuæ Eccleſiæ, quo ſolent benedici, cap. *Alienationes*, 12.*q*.2. Suar. *tom*.4.*de Relig.tr*.8.*lib*.2.*c*.29.*n*.1. & hoc in Abbatibus potius dicitur benedictio, quam conſecratio: nam conſecratio fit unctione Chriſmatis; hæc autem benedictio fit Eccleſiæ deprecatione, ut patet ex Pontificali Romano Clement. VIII & notat Azor.*tom*.1.*inſtit. Moral. lib*.12. *cap*.20.*q*.2. de ritu autem benedicendi Abbates, vide ipſum Pontificale Romanum *fol*.87.&.*fol*.117. & Caſtald.*in praxi cæremonial. lib*. 1. *ſect*. 11. *cap*.2. Tambur.*tom*. 1. *diſ*.11.*q*.14.

C. Alienat. Suarez. Pont.Rom. Azor. Caſtald. Tambur.

Abbas perpetuus, ut debeat exercere ſuum Officium, benedicendus eſt à proprio Epiſcopo, *cap*.1.*de ſupplenda neglig. Prælator. cap. Cum conting*. Et ſi Epiſcopus ter requiſitus ſine cauſa renuerit, Abbas poteſt exercere ſuum Officium. Ita *dict.c.de ſupplenda negligentia*. Ita Scipio *de Rubr. Fr. Emanuel. Miranda*; & alij multi, quos citat & ſequitur Barboſa de iure *Eccleſiaſt. lib*.1.*cap*.17.*n*.49.

C. 1. de ſup. C. Conting. Scipio. Fr Eman. Miranda. Barboſa.

8 Hæc autem benedictio, & ſi multi contendant, quod danda ſit die Dominico, vel feſtivo, ut cum Panormitano, Filino dicunt Sylveſter *verb. Abbas,n*.4. Angelus *eodem verb. n*. 6. tamen exiſtimo, quod aliis etiam diebus, in quibus minores ordines conferuntur dari poteſt, cum non ſit tanta quanta Epiſcopi, nec major, quam Eccleſiæ, vel altaris benedictio, quæ etiam aliis diebus præter Dominicos datur. Gavant. *verb. Abbas* Lezana *tom*. 2. *Regular. cap* 2.*n*.36.

Sylveſt. Angelus. Gavant. Lezana.

9. Hæc autem benedictio non reiteratur, quia etſi characterem non imprimat; æquiparatur in hoc tamen benedictioni nuptiali, & aliis benedictionibus Eccleſiaſticis, quæ circa eandem rem permanentem non ſolent reiterari. Navar.*conſ* 1.*de Sacramento non iterando*. Vgolinus *de officio Epiſcopi,cap*.31.§.1. Suar. *tom*.4.*de Relig.tract*.8.*lib*.2. *cap*.29.*num* 2. & 3. Vnde à Sacra Congregatione declaratum eſt, quod Abbas ſemel benedictus cum uſu mitræ, ſi transferatur ad aliam Abbatiam habentem uſum mitræ, non indiget alia benedictione, ſed poteſt per ſe ipſum mitram capere. Barboſa *Collectanea Bullarij verb. Abbas*. Navar. *in Lucerna Regular. verb. Benedicere, num*.11.

Navar Vgolin. Suarez. Barboſa. Navar.

Abbates non benedicti gaudent omnibus, & ſingulis honoribus, facultatibus, privilegiis, ac inſignibus competentibus Abbatibus benedictis, ac ſi benedictionis munus fuiſſent aſſecuti Ex indulto Eugenij IV. *pro Congregatione S.Iuſtinæ*, & Iulij II. *pro Abbatibus Olivetanis*, & Pij. V. *pro Canonicis Regularibus*. Ita Fr.Emanuel.*tom*.1. *quæſt*.12. *art*.4. Miranda *tom*.1.*quæſt*.38. *art*.9. *concl*.3. *Collector.Privileg Ciſter*.tit. *Abbas*.§.4 & 5. Caſtald. & alij, quos citat & ſequitur Barboſa *de iure Eccleſiaſtic. lib*.1. *cap*.17.*n*.47. 10.

Eugen.IV. Iulius II. Pius V. Fr.Emann. Miranda. Caſtald. Barboſa.

11. Nam ut notat Tambur.*tom*.1.*diſp*.11.*q*.5.*n*.3 Hæc benedictio non eſt eſſentialis, ſicut Epiſcopi conſecratio, ſed tantum inſervit ad bene eſſe, & ad majorem ſolemnitatem; ex quo deducit ipſe *n*. 4. Cum Card. Imola, Panormitano. Filino, quod Abbas ante benedictionem poteſt uti baculo paſtorali, & reliquis Pontificalibus, ac ſi eſſet benedictus.

Quæſtio IV.

Abbates aliquando veniunt nomine Monachi, ſeu Religioſi, ac etiam nomine Ordinarij.

SVMMARIVM.

12 *Abbates ſunt verè, ac propriè Prælati.*
13 *Abbates in favorabilibus veniunt nomine Monachi non vero in odioſis, & n*. 14.

ABbates ſunt verè & propriè Prælati, ut patet *ex c. Decernimus, C. Præſenti, de Officio Ord.n*.6. Proindéque ea, quæ de aliis Prælatis dicuntur eis competunt. De conditionibus, ac qualitatibus Abbatis dicam cum de Prælatis fuerit ſermo, eorum officium erat perpetuum, nunc vero poſt Trident. triennale, habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem erga ſuos ſubditos, imò magis qualificatam, quam Provinciales Mendicantium, utuntur ſignis Pontificalibus Mitra, baculo, &c. Hieronymus Rodriguez *Reſol*.1.*n*.12.

C. Decernl. C. Præſenti. Hier. Rodr.

13. Abbates nomine Monachi, ac Religioſi veniũt in favorabilibus, minimè verò in odioſis, Prima pars inde oſtenditur, quia Abbas per Abbatiam non deſinit eſſe Monachus, vel Religioſus, *cap. Ex ore, cap.ultimo de Privilegiis*; & ibi docent Hoſtien. D.Antonin. quos citat ac ſequitur Panormitanus *ibidem num*. 2. & duobus ſequentibus. Sicut Rector per Rectoratum Scholarium non deſinit eſſe Scholaris: ergo in favorabilibus nomine Scholaris venit Rector, & etiam nomine Monachi, Abbas. Secunda pars oſtenditur: quia Monachus adepta Abbatia retinet conditionem ſuperioris,

C. Ex ore. Hoſtien. D. Anton. Panormit.

Digitized by Google

C. Statutũ. C. Licet. Navar. Sanchez. Valenzuel. Porrel. Naldus.

ſuperioris, ac Prælati ſuper alios Monachos: ergo in odioſis non venit nomine Monachi. *Ex Text in ſimili Per c. Statutum.* Iuncto *c. Licet, Canon de electione, in 6.* Ubi declaratur, quod nomine Eccleſiæ Parochialis in materia odioſa non venit Eccleſia Parochialis, collegiata, quia licet ſit etiam Parochialis, inſuper retinet illam conditionem collegij, Navar. *lib. 3. Conſil. tit. de Regular. conſil. 79. dub. 15.* Sanchez *in Decalog. lib. 6. cap. 8. n. 84.* Valenzuel. *conſil. 74. num. 59.* Porrel *verb. Abbas, n. 5.* Naldus *in ſum. verb. Abbas, in 1.* Ex quo nota, quod excommunicatio in Monachos, non comprehendit Abbatem, niſi id ex verbis ſuperioris conſtet.

14. Nomine Ordinarij comprehendi etiam poſſunt Abbates: aliique Prælati, qui habent iuriſdictionem ordinariam ex vi ſui officij, ac proinde cum in aliquo iuris loco quidquam ordinariis committitur, vel de ordinariis eſt ſermo, niſi aliud requirat ſubiecta materia, tunc non tantum ad Epiſcopos, ſed etiam ad Abbates cæteróſque Prælatos juriſdictonem ordinariam habentes per reſpectum ad ſuos ſubditos id extenditur. Sylveſt. *verb. Excommunc. 9. caſu 47 n. 92.* Navar. *lib. 4. Conſil. in 2. editione.* Sanchez *de matrimonio, lib. 3. diſp. 29. num. 2.*

Sylveſt. Navar. Sanchez.

QUÆSTIO V.

Abbates Regulares uti poſſunt inſignibus Pontificalibus; & quænam hæc ſunt.

SUMMARIUM.

15 *Abbates multi utuntur ſignis Pontificalibus*
16 *Quid ſignificant ſigna Pontificalia.*
17 *Mitra triplex ſpecies.*
18 *Baculus Abbatis cum ſudario componendus.*
19 *Uſus Baldachini non debetur Abbatibus.*

15. Barboſa. Multi ſunt Abbates Regulares, quos ad octo ordines, ac titulos refert Barboſa *de iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 17. num. 55.* Qui uti poſſunt Pontificalibus inſignibus. Hæc autem Pontificalia inſignia ſunt *Mitra, Baculus paſtoralis, Annulus, Sandalia, Tunicella, Dalmatica, Chirotheca, Crux paſtoralis* Ita Iſidorus Moſcon. *tract. de magnitud. Militantis. Eccleſ. p. 1. lib. 1. cap. 8. verſ. Ornamenta,* & Mich. Leon Eſten. *in ſpeculo ſacrarum Carem. verb. Abbas, §. Abbatis veſtes.*

Iſidor. Mich.

16. Durand. Quidam ex Durando *in ſuo Ration. divin. Offic. lib. 3. à c. 13.* Notant, quòd, *Mitra*, ſignificat Chriſti coronam ſpineam, vel ut alij volunt propter duo cornua, quæ habet, duo teſtamenta, vel duo charitatis præcepta, quibus Prælatus debet repleri. *Baculus paſtoralis*: denotat poteſtatem juriſdictionis in ſubditos, vel in eos Virgam vigilantem. *Annulus*: ſignum ſpiritualis matrimonij Prælati cum ſua Eccleſia. *Sandalia*: præparationem ad ambulandam pro prædicatione Evangelica, ac ſuorum ſalute. *Tunicella*: virtutes animæ ſignificat, quibus cum perſeverantia debet eſſe undique præcinctus, ac indutus. *Dalmatica*: ob extenſas manicas, quas habet, pietatis liberalitatem denotat. *Chirothecæ* Sanctorum exempla adumbrant; quæ in manibus, ſeu operibus manifeſtanda ſunt. *Crux pectoralis*: Chriſti paſſionem in corde, in qua adinſtar Pauli mundo crucifixus ſit. *Ad Galatas 6. num. 14.* Ad Gal. 6.

Mitræ triplex eſt ſpecies, una, quæ, *pretioſa* dicitur, quia gemmis, & lapidibus pretioſis, vel laminis aureis, aut argenteis contexta eſſe ſolet. Secunda. *Auri frigiata*, ſine gemmis, ſine laminis aureis, vel argenteis, ſed aliquibus parvis margaritis, compoſita ex ſerico albo, auro intermixto, vel ex tela aurea ſimplici, ſine laminis, & margaritis. Tertia, quæ, *ſimplex*, vocatur, ſine auro & gemmis, ſimplici damaſco, vel alio, aut etiam linea, ex tela alba confecta rubeis laciniis, ſeu franciis, & vittis pendentibus Ita habetur ex *Caremen. Epiſcop. lib. 1. c. 17.* Caſtald. *in praxi Caremon. l. a. ſect. 5. cap. 4 n. 5.* Ex his tribus mitris, Abbates illa tantum uti debent, & non alterius ſpeciei, quæ eis à Sede Apoſtolica conceditur. Navar. *in Lucerna Regular. verb Mitra, n. 1.* Proindéque uniuſcuiuſque Abbatis privilegium conſultandum, ut monet Mich. Leon *in ſpeculo ſacrarum Caremon. verb. Abbas, §. Abbatis veſtes, verſ. Mitra Abbatis.* 17

Cæremon. Epiſc. Caſtald. Navar. Mich. Leod

Baculus paſtoralis Abbatis ornandus eſt ſudario ad differentiam baculi Epiſcopalis. Gavant. *in Manuali Epiſcop. verb. Abbas, num. 8.* Annulus habet Gemmam, in ea tamen nihil ſcriptum ſit. Stepſtan. Durand. *lib. 2. de Ritibus, cap. 9.* Prove. *libro tertio, de ſacra ſuppellectili.* 18.

Gavant. Stephan. Durand. Prove.

Uſus Baldachini quo fruuntur Epiſcopi, de ſe non eſt debitus Abbati, niſi ex peculiari privilegio concedatur, ut ex quadam declaratione Sacræ Congregationis conſtat; quam refert Barboſa *de officio Epiſcop, allegatione 8. n. 18.* & de facto eo uti poſſunt Abbates Olivetani, Caſſinenſes, & Cœleſtini, ſed tribus tantum feſtivitatibus, idque ex privilegio ipſis conceſſo, quod refert Gavant. *in manuali verb. Abbas, num. 6.* Quod etiam à S. Congregatione Rituum fuit extenſum ad Canonicos Regulares S. Salvatoris; ut refert Pellizar *tom. 2. tr. 8. cap. 5. n. 93.* & cum hæc conceſſio ſit tantum ad tres feſtivitates, & tales feſtivitates non determinentur, has poteſt pro ſua voluntate eligere Abbas. 19.

Barboſa. Gavant. Pellizar.

QUÆSTIO VI.

In quibus locis Abbates poſſunt uti ſignis Pontificalibus.

SUMMARIUM.

20 *Abbates in quibus Eccleſiis uſum Pontificalium habeant.*
21 *Abbas non poteſt indui in altari, niſi dum celebrat.*
Multa alia circa benedictionem Abbatis, Vide, *Benedicere.*

Abbates, quibus uſus Pontificalium conceditur, hunc tantum habent in ſuis

 Eccleſiis,

Eccleſiis, Eccleſiiſque ſuæ Abbatiæ unitis, in quibus conceditur ut poſſint benedicere populo, & non extra, ut cum communi ſententia tenet Tambur. *tom 1. diſp. 21. q. 2.* At vero extra prædictas Eccleſias talibus inſignibus non poteſt uti, nec ante ſe referre, ut declaratum eſt
Barboſa. Gavant. a S. Congregatione Rituum die 17. Iulij 1641 ut referunt Barboſa *in Compend. Bullarij, verb. Abbas, & eodem verb. Gavantus, n. 6.* quod intelligitur niſi detur aliquod ſpeciale privilegium, ut habetur conceſſum Cæleſtino Abbati de Salmona *ex Cæleſtino V. Eugenio IV. apud Bullar.* Rodrig. *tom. 1. Bulla. 18.*

21. Abbas non poteſt indui in altari, niſi tantum quando ſolemniter celebrat in Pontificalibus, ut conſtat *ex Decreto Vrbani VIII appoſito in exordio Miſſalis Romani*, de quo *verb. Abbate*, ubi de hac re.

Multa circa hanc rem, ac de benedictionibus quæ dantur ab Abbatibus, an hoc præſtare poſſint, dum celebrant coram Epiſcopo, ac per viam incedunt, & alia quamplurima dicam infra in conſulto *de Benedictionibus.*

QVÆSTIO VII.

An Abbates habentes Epiſcopalem iuriſdictionem poſſint omnia in ſuo territorio, quæ Epiſcopi poſſunt?

SVMMARIVM.

22 *Abbates qui habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poſſunt ea, quæ Epiſcopi.*
23 *Poteſt quæ Epiſcopus, & multa referuntur.*
24 *Poteſt indulgentias etiam concedere.*
25 *An habeant poteſtatem datam in Tridentino Epiſcopis, & n. 16.*

22. ABbates, qui Ordinarij locum tenent, habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poſſuntque omnia regulariter, quæ Epiſcopi in ſua diœceſi circa ea, quæ ſunt ſuæ iuriſdictionis, ita multi Auctores, quos citat
Barboſa. & ſequitur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, p. 2. allegat. 32. n 31.*

23. Indéque dicti Abbates poſſunt diſpenſare in votis ſuorum ſubditorum, eóſque à iuramentis abſolvere. Ita Sylveſter, Navarr.
Sanchez. Azor. Soar. quos citant, & ſequuntur Sanchez *in Decalog. tom. 1 lib. 4. cap. 38. num. 19.*
Reginald. Reginaldus *lib. 18. num. 339.* poſſuntque confeſſarios ad audiendas fidelium confeſſiones approbare, ſicut & prædicatores, denuntiationes matrimoniales remittere; poſſunt etiam matrimoniis contrahendis intereſſe, beneficiáque curata concedere, Synodum conſtituere, & facere, ſicut faciunt Epiſcopi. Ita
Tambur. Tamburinus cum multis *tom. 1. diſp. 24. quæſt. 7.*
Flores. Flores de Mena *var. reſol. lib. 3. q. 24. n. 9.* quod intelligitur de Abbate habente Provinciam, ut
Congreg. declaravit S. Congregatio Concilij die 17.
Garcia. Aug. 1619 refert Garcia *de benef. p. 9. 5. 2. n 131.*

24. Potéſtque ſicut Epiſcopus ad Concilium Ge-
Villadieg. nerale, ſeu Provinciale admitti. Ita cum Panormit. & aliis Villadiego *de legato c. 10. à n. 4.*
Potéſtque indulgentias concedere, quæ ſolitæ ſunt dari ab Epiſcopis; potéſtque dare ſuis clericis commendatias, & exercere per alium quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis; ut conſtat ex *c. Aſcendentibus de exceſſ. Prælator.* Ant. de Ro- C. Aſcend.
ſella *tract. de Indulgentiis. n. 34* Flores de Mena Aut. de Roſella
cit. q. 24. n. 12. Barboſa *de poteſtate Epiſcop. p 3.* Flores de Mena.
allegat. 88. a n. 17. Barboſa.

Maior difficultas eſt: An huiuſmodi Abbates habeant facultatem diſpenſandi, & ab- 25.
ſolvendi conceſſam Epiſcopis per Concilium Trident.
Tridentinum *ſeſſ. 4. cap. 6.* Aſſirmant Henriq. Henriq.
Fr. Emanuel. Flores de Mena, Avila, quos ci- Fr. Eman. Flores de Mena.
tant & ſequuntur Sayrus, Clavis Regia *lib. 6.* Avila.
cap. 11 num. 83. in fine. Sanchez *in Decalog.* Sayrus. Clavis Reg.
tom, 1. lib. 2. cap. 11. num. 5. & hæc ſententia eſt Sanchez.
probabilis.

Contrariam ſententiam tuentur multi, & 26.
graves Auctores Aragonius, Cenedo, Toletus, Aragon.
P. de Ledeſma, Riccius, Marius, Alter Armendatius, quos citant, & ſequuntur Suar. *tom 4. de* Suarez.
Pœnit. diſp 30 ſect. 2. num. 7. Bonacina *de Cenſ.* Bonacina.
diſp. 7. q. 5. p. 1. n. 6. & in hanc maximè inclinat Barboſa.
Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib 1. cap. 17 n. 99.* Fundamentum eſt, quia diſpoſitio Concilij in hac parte derogat iuri communi, & inde maximè eſt limitanda, ut nomine Epiſcopi, intelligamus ſecũdum propriam illius ſignificationem, illos tantum, qui Epiſcopali dignitate fulgent; quare Abbates, ac alij inferiores Prælati habentes iuriſdictionem ordinariam quaſi Epiſcopalem tali facultate conceſſa Epiſcopis abſolvendi, ac diſpenſandi, non gaudent.

QVÆSTIO VIII.

An Abbates regulares poſſint ſuis ſubditis conferre primam tonſuram, ac minores ordines, cum eiſque in interſtitiis diſpenſare?

SUMMARIUM.

27 *Tria requiruntur in Abbatibus, ut dent minores ordines.*
28 *Tales Abbates poſſunt dare primam tonſuram, & minores ordines ſuis ſubditis.*
29 *Poſſuntque cum eis diſpenſare in interſtitiis, & n. 30.*

VT Abbates valeant conferre primam 27.
tonſuram, ac minores ordines ſuis ſubditis tres conditiones requiruntur. Prima, ut ſit Sacerdos. Secunda, ut benedictionem acceperit ab Epiſcopo. Tertia, ut habeat uſum bacu- C. Abbates
li, ac mitræ *cap. Abbates, de Privil. in 6.* Riccius Riccius.
in praxi Epiſcop p. 1. n. 6. p. 16. Stephan. Garcia Garcia.
tom. 5. cap. 845. à principio.

Tales Abbates valent primam tonſuram, ac 28.
minores ordines conferre ſuis ſubditis profeſſis. Ex privilegio Greg. IX etiam non obſtante Greg. IX.
uſu longi temporis ex Innocent. VIII. pro Innoc. VIII
Ciſtercienſibus. In quo omnes conveniunt, ut parebit ex infra dicendis, & hoc tantum in ſuis Eccleſiis, ut conſtat ex *q. 6.*

In omni caſu, in quo huiuſmodi Abbates, 29.
primam tonſuram, minoréſque ordines ſuis

ſubditis

ſubditis regularibus conferunt, poſſunt cum eis diſpenſare in interſtitiis, hæc enim facultas annexa eſt ordinum collationi, ſicut enim ipſe poteſt ordines conferre, ſic & diſpenſare. (Sorbo) Sorbo. *in Compendio Medicanti. verb. Ordines ſacri. verſ. Quando vero Abbates.* (Miranda) Miranda *tom.1.quæſt.38.artic.7.Clem.* 3. (Cāpanella.) Campanella *in diverſis juris Canon.Rubr.*12. *cap.*13. *num.*41.

30\. Abbas licet non ſit benedictus, poteſt tamen conferre ordines minores ſuis ſubditis. (C.Quoniam. C. Cum conting. Sella.) Per *cap. Quoniam* 79. *diſtinct.* & *cap. cum contingat, de ætate & qualitate*, tenet Sella *ad dictum cap.* 19. *num.* 9. Referens ita fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione 8. Auguſti 1621. & hoc etiam conceſſum eſt ab Eugenio IV. Iulio II. pro Ciſtercienſ. & à Clemente VIII. pro Camaldulenſ. referunt (Arehan. Diana.) Arehan, Rom. *de Privileg. verb. Abbas.* Diana *p.*11.*tract.*2.*Reſol.*30.

Quæstio IX.

An Abbates primam tonſuram, ac minores ordines poſſint ſuis novitiis conferre?

SUMMARIUM.

31 *Partem negativam tuentur multi.*
32 *Pars affirmativa verior.*

31\. (Henriq. Sayrus. Barboſa.) Partem negativam tuentur Henriquez, Cardin. Tuſch. Rodriquez Miranda, Ugolinus; & alii multi quos citant, & ſequuntur Sayrus *de Cenſ.lib.*4.*c.*13.*num.*3. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, p.*2. *allegat.* 3. *n.* 9.

32\. (Suarez. Rebuff. Trident.) Oppoſita ſententia mihi ſimpliciter eſt vera, quam tenent Suar. *tom.* 4. *de relig. tract.* 8. *lib.*2.*cap.*29.*num.*19. Rebuff. *in praxi., part.* 1. *tit.de Clericis, num.* 18. nam Concilium Tridentinum *ſeſſ.*23.*de reformat.cap.* 10. ait: *Non liceat Abbatibus, cuiquam, qui Regularis ſubditus non ſit tonſuram, & minores ordines conferre.* Atqui novitij ſunt regulares ſubditi ſuorum Prælatorum, & privilegiis Religionis gaudent; ut reſolvunt (Molina. Azor.) Molina *de juſtitia, tract.*2.*diſp.*138.*verſ. Præter hos.* Azor. *part.* 1. *lib.*12.*cap.*2.& confirmatur: quia ipſemet Barboſa proximè citatus tenet cum (Ioan. Bapt.) Ioan. Baptiſta. *Tiber inſtruct. pro ordinandis, cap.* 7. *quæſt.* 5. (Sanchez. Vecchis.) Sanchez *in Decalogo, tom.*2.*lib.*6.*cap.* 10. *in fine.* Bartholomæo de Vecchis *in praxi ſervanda, diſp.*9.*q.*8.*num.*3. (Tambur.) Tamburin *tom.*2. *diſp.*2.*q.* 27. Quod ſi Abbates, & alij Religionum Prælati habeant privilegium concedendi ſuis Monachis dimiſſorias literas ad quemcunque Epiſcopum, licet de novitiis ibi non fiat expreſſa mentio, poterunt tamen etiam novitiis illa concedere, ut à quocunque Epiſcopo ordinentur, ſicut cæteris Monachis profeſſis concedere poſſunt: ergo ſi Abbas poterit dare dimiſſorias novitiis, poterit etiam eis conferre primam tonſuram, ac minores ordines; nulla videtur maior ratio.

Quæstio X.

An Abbates poſſint conferre ordines minores ſibi non ſubditis.

SUMMARIUM

33 *Affirmant multi Viri Doctiſſimi.*
34 *Sententia negativa etiam multorum.*
35 *Abbas habens territorium dat dimiſſorias, & n.*36.
37 *Non poſſunt conferre ordines ſibi non ſubditis.*

HÆc quæſtio maximè controverſa extitit inter Viros doctos multis in regnis; & partem affirmantem etiam poſt Tridentinum 33. tenent (Quaranta. Bonacina.) Quaranta *in Summ. Bullar. verb. Ordo, ad finem.* Bonacina *de Sacramento Ordinis, diſp.*8.*quæſt. unica, punct.*4.*n.*3. Azor.*p.*1. *lib.*12. *c.*20.*q.*7. (Sanchez. Lezana.) Sanchez *in conſil.lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 21. *à num.*5. Lezana *in Summa, tom.*1. *cap.*14.*lib.*12. & *cap.*18.*n.*65. Vgolinus, Layman, Arezedus, Marchinus, Marcellus Vulpe. Moſcan Formarius, ac multi alij, quos citat (Multi apud Barboſam.) Barboſa *de iure Eccleſiaſt.lib.*1. *cap.* 17. *num* 68. & ait, quod vidit multos magnos viros huic ſententiæ tenaciter adhærentes, & quod maximè optaverit declarationem Sedis Apoſtolicæ de hac re.

34\. (Suarez. Cunha.) Negativam ſententiam tenent Miranda *tom.* 1. *quæſt.* 38. *art.*9, *clon.*2. Suarez *tom.*4. *de relig.tract.*8.*lib.*2.*cap.*29.*num.*19. Illuſtriſſ. Rodericus à Cunha *in Com. ad cap.* 1. *num.*6. *diſtinct.*95. (Poſtel. Tannerus. Homobon. Tambur. Azor.) Poſtel. *in dub. verb. Abbas, num.* 2. Tannerus, Homobonus, & multi alij quos citat & ſequitur Tamburinus *tom.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.*7.*num.* 1. Ut clarè & breviter in hac materia procedamus,

35\. Dico Primò: quod Abbates, qui habent uſum mitræ & baculi, & habent ſuam juriſdictionem Eccleſiaſticam, quaſi Epiſcopalem, ſubditis ſæcularibus ſui territorii poſſunt dare dimiſſorias literas, ut à quocumque Epiſcopo ordines accipiant, & ita eſt in uſu, & faciunt Abbas de Guimaraës, Abbas S. Crucis Conimbric. Abbas de Alcala Real. ut teſtatur Sanchez citandus.

36\. (Synodus 7. C. Quoniam. C. Abbates. Miranda.) Probatur: quia hanc facultatem habent prædicti Abbates à jure *ex Concil. Generali* 7. *c.*14.& habetur *cap. Quoniam, diſt.* 69 & *c. Abbates, de Privileg. in* 6. Atqui Concil. Trid. *loco citato* ſolum derogat immemorabilem conſuetudinem, ac quodcunque privilegium, non de corpore iuris; quia hoc non derogatur per clauſulas communes, ſed ſpecificas: ergo hæc facultas manet integra Abbatibus. (Sanchez.) Alia fundamenta adducit Sanch. *citato c.*1.*dub.* 19. *n.*6.

37\. Dico ſecundò, quod hodie Abbates infulati non poſſunt primam tonſuram, nec ordines minores conferre, niſi tantum ſuis ſubditis regularibus, & non religioſis alterius Religionis, nec ſæcularibus Ita declaratū eſt à S. Congregatione die 13. Novembris 1641. (S. Congr.) Ubi ita habetur, cenſuit Sacra Congregatio Abbates Regulares Benedictos eiuſdem Congregationis Caſſinenſis; ſeu alterius Cōgregationis, vel Ordinis, aut inſtituti, habentes etiam jura

Epiſcopalia, ſeu quaſi Epiſcopalia, uſumque mitræ, & baculi, & benedicendi, ac facultatem primam tonſuram & minores ordines cõferendi, non poſſe iſtam primam tonſuram, nec alios ordines minores, niſi ſuis ſubditis regularibus conferre; non autem regularibus alterius ordinis, Congregationis, ac inſtituti, etiamſi habeant literas dimiſſorias ſuorum Regularium, & conſenſum Ordinariorum, intra quorum diœceſum fines ipſi regulares ordinandi exiſtunt: & multo minus perſonis ſæcularibus etiam habentibus literas dimiſſorias à ſuis ordinariis. Et ſubdit Sacra Congregatio; & ſi ſecus fiat, tam concedentes, quam ordinantes, à collatione Ordinum ſuſpenſi remaneant, præter alias pœnas arbitrio eiuſdem Congregationis reſervatas; quam declarationem approbavit Sanctiſſ. D. Vrbanus VIII. die 17. Janu. 1641. & refert Diana *p.7. tract.* 11. *Reſol.* 41. & teſtatur ſe eam accepiſſe à Secretario prædictæ Congregationis; & ſic iam ceſſat tota controverſia.

Vrb. VIII. Diana.

Quæstio XI.

Si aliquis ſæcularis, vel regularis alienæ Religionis ſit in minoribus ordinatus ab aliquo Abbate; an tales ordinationes non ſolum ſint illicitæ, ſed etiam invalidæ?

SUMMARIUM.

38 *Status quæſtionis.*
39 *Auctores affirmantes ordines invalidos.*
40 *Prædicti ordines validi, ſed illiciti, & n.* 41.

38. PRæſens difficultas eſt: An ſi aliquis teleguſtus alterius religionis, vel aliquis ſæcularis ordinetur ad aliquo Abbate; Quæritur an tales ordines minores cum prima tonſura, non ſolum ſint illiciti, ſed etiam invalidi; ita ut ſuſcipiens ſit ordinandus, tanquam nunquam tales ordines ſuſcepiſſet.

39. Quòd tales ordines ſint invalidi, ac nulli, ſic ſuſcepti; tenet Laurentius de Peirinis *de Prælato regular. tom.* 1. *quæſt.* 3. *cap.* 7. *num.* 23. & citatur etiam pro hac ſententia Suar. *tom.* 4. *de Releg. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 8. Fundatur: quia Concil. Tridentinum *citato loco ſeſſ.* 23. *cap.* 10. ait: *Non liceat Abbatibus cuiquam, qui regularis ſubditus non ſit primam tonſuram, ac minores ordines conferre.* Cum Concilium dicat, *non liceat*, videtur auferre poteſtatem Abbatibus, ac proinde tales ordines recipiuntur à non habente poteſtatem, & inde nullæ ſunt.

Peirin. Suarez. Tridens.

40. Oppoſita ſententia mihi eſt vera, quod tales ordines ſunt validi &, illiciti quoad uſus ordinum. Ita Fr. Emanuel, *tom.* 1. *quæſt.* 18, *art.* 1. Malfeſ. *tom* 1. *tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 18. *in fine*, Sanchez *in conſil. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 11. *num.* 17. Tamburin. *tom.* 2 *diſp.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 1. Præpoſitus *in* 3. *part. diſp. unica de Sacramento Ordinis, dub.* 13. *num.* 124. Marcel. Vulpe *cap.* 7. *n.* 10 Ludovic. de San Ioan *en ſu Lucid. de Sacerd. cap.* 7. *num.* 10.

Fr. Eman. Molfeſ. Sanchez. Tambur. Præpoſit. Vulpe. Ludovic.

41. Fundamentum eſt; quia Concilium ait: *Non liceat*; ac proinde ſolùm redditur actum illicitum; nam ad hoc ut actus eſſet invalidus, alia forma verborum erat utendum, v.g. Non poſſunt Abbates; vel non habent juriſdictionem. Confirmatur; quia cum quidam laicus ſuſcepiſſet primam tonſuram, ac minores ordines ab Abbate Caſſinenſi, & poſtea dubitaverit, an ordines eſſent validi, vel ipſe indigeret diſpenſatione, quòd dubium eum eſſet delatum ad Sedem Apoſtolicam, reſpondit ſacra Congregatio Cardinalium: *Quod indigebat diſpenſatione; ſed non eſt neceſſe, ut iterum ordinetur.* Hanc adducit Barboſa inter declarationes ad Tridentinum, & eſt ſecunda in ordine.

Quæstio XII.

An hodie Abbates poſſint conferre majores ordines Diaconatus, & Subdiaconatus?

SUMMARIUM.

42 *Setentia affirmans.*
43 *Sententia negans vera.*

42. AFfirmativam ſententiam tenent Philibertus *tract.* 1. *de Sacram. Ordinis, part.* 2. *cap.* 13. *n* 9. Brunus *part.* 2. *tract.* 7. *cap.* 3. *prop.* 5. & fortiter pro hac ſententia pugnat Caramuel. *cap.* 62. *num.* 1626. Hoc conceſſum eſſe Abbati Ciſtercienſi, & primis quatuor Abbatibus ab innocentio VIII. ann. 1489. Bulla, quæ incipit: *Expoſcit tua devotionis.* Ut ejus ſubditi oe extra clauſtrum vagare eogantur pro ſuſcipiendo Diaconatu, & Subdiaconatu, ut eis prædictos ordines conferre valeat ipſe Abbas.

Philibert. Brunus. Caramuel.

43. Contraria ſententia eſt vera, eam tenent Navarrus Fr. Emanuel. Vaſq. Layman, quos citant & ſequuntur Caſtr. Palaus *tom.* 4. *tr.* 27. *Reſol.* 40. quia quamvis concedatur quod illa poteſtas data ſit Ciſtercienſibus, tamen illa hodie nullo modo poteſt uti, nam ut notant Navarr. Fr. Emanuel. & alij citati, videtur uſu, ac conſuetudine abrogata: & hoc indicat Tridentinum *ſeſſ.* 23. *c.* 10. *de reform.* Nullam in Abbatibus talis poteſtatis facit mentionem, & ſolùm ei permittit primam tonſuram, ac minores ordines conferre, non omnibus, ſed tantum ſuis ſubditis, & cum Concilium ſolum agat de minoribus ordinibus, nullam aliam in eis agnoſcit poteſtatem. Et confirmatur: quia Tridentinum *ſeſſ.* 23. *cap.* 12 ad majores ordines, ut Diaconatus, & Subdiaconatus, requirit examen Epiſcopi cum clauſula revocatoria privilegiorum Regularium: ergo privilegium aliter ſuſcipiendi ordines revocatum eſt.

Navar. Fr. Eman. Vaſquez. Layman. Paulus. Diana. Tridens.

Quæstio XIII.

An Abbates poſſint miniſtrare Sacramentum Confirmationis?

SUMMARIUM.

44 *Ordinaria poteſtas non datur, ſed tantum delegata à Papa.*

44. Negativa ſcotentia eſt communis, & recepta ex ordinaria poteſtate, nam Sacramentum Confirmationis, ita eſt actus ordinis Epiſcopalis, ut non poſſit miniſtrari ab abbate, qui Epiſcopus non ſit, nec à ſimplici ſacerdote, etiam de licentia Epiſcopi; niſi tantum ex delegatione Summi Pontificis, & Chriſmate confecto ab Epiſcopo, ut probat expreſsè text. *in cap. pervenit*, 95. *diſtinct.* ita D. Thomas 3. *part. quæſt.* 72. *art.* 11. Bellarm. *de Confirmat. cap.* 12. Coninch. *de Confirmat. num.* 97 & 105. Vaſquez 3. *part. diſput.* 219. *cap.* 1. *num.* 3. C. Pervenit. D. Thom. Bellarm. Coninch. Vaſquez

Quæstio XIV.

Vtrùm Abbates aſſumi poſſint in Clericorum degradatione?

SUMMARIUM.

45 *Proponitur Decretum Concilij Tridentini.*

45. Tridcnt. Decrevit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 13. *cap.* 4. *de reformat.* Quod deficientibus Epiſcopis ex iure neceſſariis, io eorum locum in Clericorum degradatione, Abbates, qui vſum mitræ, & baculi, ex privilegio Apoſtolico habent, aſſumi valeant cum proprio Epiſcopo, quos quidem eſſe iudices aſſeſſores, & corum ſuffragio ſtandum eſſe; poſt Geminian. & Sylveſtrem tenet Suar. *tom.* 5. *ad* 3. *part. de cenſuris, diſp.* 30. *ſect.* 2. *num.* 20. ſed nec aſſeſſores, nec conſultores eſſe, ſed adhibitos tantum ad ſolemnitatem ex Aldret. de *Religioſa diſciplina tuenda, lib.* 12. *cap.* 17. *num.* 15. tenet Barboſa *de poteſtate Epiſcopi,* 3. *part. allegat.* 110. *num.* 26. & deficientibus Abbatibus aſſumi poſſunt aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, ætate graves, & ſcientia commendabiles, ut ſtatuit idem Concilium. Geminian. Sylveſt. Suarez. Aldret. Barboſa.

Quæstio. XV.

An Abbates vocandi ſint ad Concilium Generale, vel Provinciale, in eoque habeant votum deciſivum?

SUMMARIUM.

46 *Abbates ſicut, & Generales vocandi ad Concilium.*

47 *Abbates ſedent poſt Epiſcopos.*

46. Abbates Regulares præcipue qui habent iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem vocandi ſunt ad Concilia Generalia, ſive Provincialia, ut poſt Panormitan. Actor. Villadieg. Campeg. quos citat, & ſequitur Iacobatius, *de Conciliis lib.* 2. *art.* 2. *à num.* 38. licet contrarium teneat Flores de Mena. *lib.* 3. *quæſt.* 24. *num* 8. tamen ſaltem ex uſu, ac conſuetudine debent vocari, ſicut & Generales Ordinum Mendicantium; Vnde in Concilio Lateranenſi, Florentino, ac Tridentino vocati repetiuntur, ut notant citatus Iacobatius. Bellarmin. *De Concil. Eccleſia. lib.* 1. *c.* 15. *verſ. ad Catholic.* In eoque habent votum deciſivum, ſicut Epiſcopi. *ex cap. Convenientibus.* 1. *quæſt.* 7. & *cap. Adrianus.* 2 *diſt.* 63. Panorm. Azor. Villadieg. Campag. Iacobat. Flores de Mena. Bellarm. C Conveni. C. Adrian.

47. Quantum autem ad locum ſedent Abbates poſt Epiſcopos, & ante Epiſcoporum abſentium procuratores. Flavius Cheral. *in Compendio Bullarij. tom.* 2. *Pij IV.* Franciſcus Leon. *in Theſaur. For. Eccleſiaſtici. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 5. Flavius. Franc. Leon

RESOLUTIO II.

De Abbatiſſa, & Prioriſſa.

Quæstio I.

Abbatiſſa nomine monialis non venit in odioſis, maximè verò in favorabilibus.

SUMMARIM

21. *Abbatiſſa unde dicta.*

Abbatiſſa in odioſis non venit nomine monialis.

Incipiendo à nomine Abbatiſſæ Abbatiſſa, idem eſt, ac Mater, derivatur à nomine Hebræo, Abba, à quo nomine, Abbas, trahit originem; ut dixi ſuperiori. *Reſol. quæſt.* 1. Videnda ibi dicta 1.

Abbatiſſa, etſi in favorabilibus veniat nomine monialis ſeu Religioſæ; non tamen in odoiſis, ut ſuperiori *Reſol quæſt.* 4. *n.* 13. Quia ſupra conditionem monialium habet dignitatem Abbatiſſæ; Inde ille qui loquitur cum moniali Abbatiſſa non incidit in cenſuram latam contra loquentes cum monialibus. Lezana *verb. Abbas, n.* 6. Diana 3. *p. tract.* 2. *Reſol.* 58. Pellizar. *tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 6. *num.* 21. & idem dicunt de novitia. De quo infra cum de monialibus fuerit ſermo. 2. Lezana. Diana. Pellezar.

Quæstio II.

De ætate annorum, ac profeſſione Abbatiſſæ eligendæ iuxta Tridentinum.

SUMMARIUM.

3 *Ætas requiſita à Concilio ad Abbatiſſam.*

4 *Si non fuerit in conventu, talis ætatis.*

5 *In his duabus conditionibus ſolus Papa poteſt diſpenſare.*

6. *Prælatus habet facultatem, ut monialis electa exeat.*

3. ABbatiſſa, ut eligatur, non ſolum requiritur ut ſit expreſſe profeſſa, ſed etiam ut non ſit minor quadraginta annis, & ut octo annis poſt profeſſionem laudabiliter vixerit; ſic decernit Concilium Trident. *ſeſſ.*25. *cap.*7. *de reformatione*, his verbis: *Abbatiſſa, & Priorißa, & quocunque alio nomine præfecta, vel Præpoſita appelletur, eligatur non minor quadraginta annis, & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit.* Quòd ſi in conventu his qualitatibus monialis non inveniatur, Præſidens electioni, ſi judicaverit non eligere ex alio monaſterio ejuſdem ordinis, tanquam quid incommodum,

Trident.

4. Subdit Concilium: *Ex iis, quæ in eodem monaſterio annum trigeſimum exceſſerint, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint, Epiſcopo, vel alio ſuperiore conſentiente eligatur*, Suar. *tom.*4. *de Relig. lib.*2. *cap.*6. *num.*9. Teſtatur ſe à perſonis graviſſimis accepiſſe quandam declarationem ſacræ Congregationis, quòd licèt Abbatiſſa per quinquennium non manſerit in Religione, dummodo excedat triginta annos ad poſtulationem Monialium ex licentia Cathedralis dignitatis, ac ſui ſuperioris regularis eligi valet.

Trident. Suar.

5. In his duabus conditionibus annorum, & ætatis, & profeſſionis, quæ à Concilio requiruntur, nec Epiſcopus, nec alius ſuperior poteſt diſpenſare; eſt enim lex Pontificia ſuper quam inferiores Pontifici, nihil poſſunt niſi illis concedatur, Armendarius *in additionibus ad recopilat legis Navarræ, lib.*1. *tit.*18. *lib.*7.

Armendar.

6. Si verò in monaſterio nulla inveniatur, apta ad regimen, quæ habeat triginta annos ætatis, licèt habeat octo Religionis; tunc reſpondeo cum Suar. *citato, num.* 10. Quòd eligenda eſt Abbatiſſa ex alio monaſterio ejuſdem ordinis, licèt aliquæ difficultates ſint ſuperandæ; & ad hoc ut monialis electa exeat a monaſterio ad alium ejuſdem ordinis, non eſt neceſſaria licentia Papæ, ut cum Guarantra obſervat Tamburin. *tom.*4. *diſp.*28. *quæſt.*2. *num.* 12. ſed ad hoc ſufficit Prælatus Præſidens electioni, quæ enim facultas videtur ei data à Concilio: *Qui enim dat formam, dat conſequentia ad formam.*

Suar. Guarantra. Tamburin.

Quæstio III.

Utrùm anni requiſiti à Concilio ad eligendam Abbatiſſam ſint completi, vel ſufficiant incepti?

SUMMARIUM.

7 *Prima opinio pro incompletis.*
8 *Secunda ſententia pro completis.*
9 *Quæſtionis Reſolutio.*

7. QUòd quadraginta anni ætatis requiſiti à Concilio, & octo profeſſionis non ſint completi, ſed inchoati multis probat Portel. 1. *part. reſponſ. Moralium caſu,* 13. *num.*1. nam Trident. *citata, ſeſſ.*25. *cap.*7. ait, quòd ſi in monaſterio non reperiatur monialis, quæ habeat quadraginta annos ſubdit, quòd eligantur; *Qui in eodem monaſterio annum trigeſimum exceſſerint.* Ubi expreſsè Concilium in ætate triginta annorum requirit annos completos: *Trigeſimum exceſſerint*; ergo ſi idem valet in ætate quadraginta annorum, hoc etiam exprimeret.

Portel. Trident.

Oppoſitam ſententiam; quod anni debeant eſſe completi, tenet Garcia *de beneficiis, p.*7. *cap.*4. *num* 71. Barboſa *de jure Eccleſiaſtico, cap.*45. *num.*19. *lib.*1. Citátque pro ea Riccium, Didacum Narbona, Machado, Azor. Sigiſm. à Bononia, Mirandam, Urſelium, Hieronym. Rodrig. Novarin. Fundantur; quia Concilium Tridentinum *ſeſſ.*24. *cap.*12. *de reformatione*, ait: *Ad cæteras autem dignitates, vel perſonatus quibus animarum cura nulla ſubeſt, Clerici alioqui idonei, &* 22. *annis non minores aſſumantur.* Ubi ſacra Congregatio declaravit; quòd ille annus vigeſimus ſecundus debeat eſſe completus; ſic etiam annus quadrageſimus, requiritur quod ſit completus; tamen Henriquez *lib.*14. *cap.*8. *num.*50. *in Gloſſa liter. X.* Sà *Aphor. verb. beneficium, num.*31. Zarola *in praxi, part.*1. *verb. Beneficia,* §.1. *verſ. ad dignitates,* Azor. *part.*2. *lib.*6. *cap.*5. *quæſt.*3. *in fine.* Exiſtimant duos & viginti annos ſufficere inceptos, & non requiri completos, Diana *part.*7. *tract.*17. *Reſolut.*9. ait: Quòd diceret opinionem probabilem tam Porteli, quam Garciæ, niſi obſtaret declaratio Cardinalium adducta pro anno completo. 8.

Garcia. Barboſa. Trident. Henriq. 53. Zarola. Azor. Diana.

Secunda opinio communior, prima & Porteli probabilis, & ſecura in conſcientia, quia frequenter dum Concilium loquitur de annorum ætate, agit de annis completis, ut patet de ætate ordinandorum, & etiam citata *ſeſſ.*24. *cap* 12. *de reformatione.* Ad majores dignitates, quibus cura animarum ſubeſt diſponit Concilium, ut eligatur: *Qui vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum attigerit*: Ubi ſermo eſt de annis incompletis. Declaratio Cardinalium obſtaret ſi oſtenderetur authentica, & haberet vim legis, de quo infra cum de Cardinalium Declaratione fuerit ſermo. 9.

Reſolutio quæſtionis. Trident.

Quæstio IV.

An duæ conditiones annorum requiſitæ à Concilio ſint ſubſtantiales?

SUMMARIUM.

10 *Prima ſententia dicit eſſe ſubſtantiales.*
11 *Secunda dicit non eſſe ſubſtantiales.*
12 *Electio non eſt irrita, ipſo facto, ſed irritanda.*

EX defectu annorum, qui à Concilio apponuntur, ut retuli *quæſt.*2. electionem Abbatiſſæ eſſe nullam, & irritam, tenet Tamburin.4. *tom. diſp.*28. *quæſt.*2. *num.*7. & probat tum ex quadam declaratione ſacræ Congregationis *ſub die* 16. *Maij. ann.* 1623. relata à Barboſa *lib.*1. *de jure Eccleſiaſt. cap.*45. *n.*19. Cùm enim verba dant formam actus, ſi fiat actus, non ſervata illa forma, ipſo jure eſt nullus 10.

Tambur. Barboſa.

Barrol. Gomez. Lezana. Iul. Layor.

nullus; ut teoet Barrol. *in l. Gallus ff. lib. & poſthum*, Gomez *in cap. fin §. ſi vero de Iudic. lib.6.num.* 19. In hanc ſententiam inclinat Lezana *in ſumma, verb. Abbatiſſa, num.*2. ſi conſtet authenticè de illa declaratione, ac de alia, quam refert Iulius Lavotius, *lucubrat. tit.*4. *cap.*23. *num.* 6.

11. Suar.

Suarius tamen *tom.* 4. *de Relig. lib.* 2.*cap.* 6. *num.*8. ait: Quòd hæ duæ conditiones aunorum ætatis, & profeſſionis non ptoponuntur à Concilio tanquam ſubſtantiales, nec ab eo irritatur electio aliter facta, ſed ſimplex prohibitio ponitur, ut non aliter eligatut; ac poindeſi electio alioquin ſit facta iuxta commune ius, ipſo iure, non eſt irrita, ſed irritanda, & hanc ſententiam eſſe ſatis probabilem tenet Pellizat. *tom.* 3. *tract.* 10. *cap.* 10 *num* 92.

Pellizat.

12.

Quæ etiam ſententia mihi videtur multum ptobabilis, tum quia in Concilio non ponitur clauſula irritans & multa ſanè prohibentur, quæ facta tenent; tum quia in dubio interpretatio facienda eſt, pro valore actus, ut potius ſubſiſtat, quam corruat, *l. Quoties, ff. de rebus dubiis*, tum quia declaratio allegata non oſtenditur authentica, vel non obligat inſtar legis univerſalis; & actus ſine debita forma factus, tunc ſolum eſt nullus, quando forma ponitur tanquam ſubſtantialis, id autem in præſenti nullo modo colligitur ex verbo Concilij.

l. Quoties.

Quæstio V.

Circa ætatis annos requiſitos à Concilio ad electionem Abbatiſſæ; tres caſus proponuntur, ac reſolvuntur.

Summarium.

13 *Abbatiſſa electa ante ætatem, eam diſſimulans.*
14 *Si in uno conventu ſit una tantum monialis habens requiſita à Concilio.*
15 *Si concurrant duæ moniales, & in qualibet deficit una conditio Tridentini, & n.* 62.

13. Primus caſus contigit in hac civitate Vlyſiponenſi in quodam amplo monaſterio in quo erant multæ moniales pærantiquæ ſexagenariæ, & octogenariæ, tunc quædam nobiliſſima monialis occultans ætatem, non habebat quadraginta annos à ſua nativitate, tamen ferè viginti à ſua profeſſione. Sic electa cœpit ſcrupulis agitari, conſultis iuris doctiſſimis, ac etiam me, reſolutum fuit, quod in officio ſuo contiouatet, tum ad proprium dedecus vitandum; tum quia juxta dicta ſuperiori quæſtione, electio non erat ipſo facto irrita, ſed irritanda, tamen quòd diligenter quantum fieri poſſet interim à Sede Apoſtolica diſpenſationem impetraret.

Multi viri docti.

14. Secundus caſus: ſi in ono monaſterio inveniatur ona tantum monialis habens requiſita à Concilio; an tunc iſta neceſſario ſit eligéda; tunc eoim videtur, quod electio non ſit libera, ſed coacta, quod eſt contra ſubſtantiam electionis; reſpondet Tamburin. *tom.*4 *diſp.* 28 *quæſt.*2.*num.*10. Quod neceſſario illa Quadragenaria ſit eligenda quia illud non eſt reſtrictio hominis ad perſonam, ſed eſt reſtrictio juris ad qualitates ſubſtantiales actus. Tamen ſimpliciter illa electio non eſt libera, ſed coacta, quia neceſſario illa perſona, & non alia eſt eligenda, & ideo exiſtimo, quod recurrendum eſt ad remedium aſſignatum in Concilio *ſeſſ.* 25. *cap.*7. *de Regul.* Quod poteſt eligi alia, quæ excedat triginta ætatis annos, & habeat quinque profeſſionis, de quo dixi *quæſt.*2.

Tamburin. Conc. Trid.

Tertius caſus: Si in uno monaſterio concurrant duæ moniales ad Abbatiſſatum, & utraque digna ſit, & una ex eis habet quadraginta annos ætatis, non tamen quinque profeſſionis. Altera vero habet illos, imo & octo annos completos, non tamen habet quadrageſimum ætatis, licet triginta excedat? Quænam ex his præferenda eſt? 15.

Reſpondeo cum Suar. *tom.* 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.*6 *num.*10. & Pellizar. *tom.*3. *tract.* 10. *c.* 10. *num.*93. Quod quamvis ex utraque parte multa poſſint fieri argumenta, tamen res eſt arbitraria, & judicio prudenti Prælati reſolvenda, cum negotium ſit, ut excedens, & exceſſum ponderatis coram Deo aliis circumſtantiis religionis, reformationis, ac maturitatis, ad quam maximè conducit maior annorum ætas. 16.

Suar. Pellizat.

Quæstio VI.

Monialis non habens quadraginta annos poterit eligi in Vicariam in Capite?

Summarium.

17 *Non poteſt eligi in Vicariam.*

Reſolutum eſt juxta Concilium Trid. quòd monalis non habens quadraginta annos non poteſt eligi in Abbatiſſam, poterit ne eligi in Vicariam in capite? Reſpondeo negativè; Quia mens Concilij eſt, ut regimen Conventus ſit in perſona maturæ ætatis, & forma data in aliquo actu eſt adimpleoda per æquipollens, & ad unguem debet obſervari. Alexand. *in lib.* 1. *ff. de liber*, Gomezius *in c.*1. *n.*18. *de conſtit. lib.*6. ubi multos alios citat. 17.

Alexand. Gomez.

Quæstio VII.

Ex quonam Tempore Abbatiſſa electa debeat inchoare uſum ſuæ poteſtatis; agiturque de eius confirmatione.

Summarium.

18 *Electa Abbatiſſa confirmanda.*
19 *Electa & nondum confirmata non habet Authoritatem ad gubernandum.*
20 *Ab hac regula excipiuntur quatuor caſus.*

Electa Abbatiſſa coofirmanda & à ſuo ſuperiori immediato; ſi autem Prælatus confirmare 18.

confirmare noluerit, quid agendum ſit, & ob quas cauſas confirmatio poteſt differri, dicam infra cum de Confirmatione fuerit ſermo.

19. Abbatiſſa ergo electa, & nondum confirmata, nullam habet auctoritatem, & ideo ab omni regimine debet ſe abſtinere. *Ex cap Noſtri, cap. Qualiter, de electione, cap. jam dudum de præbendis, & cap. Avaritia, de elect. in 6.* Ita communiter Doctores apud Maſcard. *lib. 1. variar. Reſolut. cap. 35. num* 44. nam electio dat habitum, confirmatio exercitium, Gloſſa *in cap. Quarto, d.* 63. At verò ſi talis confirmatio non ſit in uſu, tunc regula data non procedit.

C. Noſtri. C. qualiter. C. Iamdudū. Maſcard. Gloſſa.

20. Hæc autem tradita doctrina, ut ex multis notat Tamburinus *tom. 4. diſput. 29. quæſt. 3.* Procedit, & primò; ſi à confirmante ita longe diſtet, ut non ſine magno periculo differri poſſit adminiſtratio, tunc ante confirmationem poterit adminiſtrare. *cap. Nihil, §. fin. de electione.* Secundò; quoad conſervationem rerum, quæ tempore conſumuntur; tamen melius erit abſtinere, ſi aliæ moniales illas adminiſtrare valeant. Tertiò; quando à majori parte eſt electa, & nihil objectum eſt contra ipſam, tunc impunè poterit adminiſtrare, *ex d. cap Indemnitatibus, verſ. Si verò.* Quartò; quando per compromiſſum eſt electa, ſi opponentes non fuerint duplo majori numero, quam conſentientes, *ex eodem, cap. Indemnitatibus, verſ. Cœtum Piſanella.*

Tambur. C. Nihil. C. Indemn.

QUÆSTIO VIII.

Vtrum monialis illegitima poſſit eligi in Abbatiſſam, vel Prioriſſam abſque diſpenſatione Apoſtolica?

SVMMARIVM.

21 *Prima ſententia affirmat eſſe neceſſariam diſpenſationem.*
22 *Vera ſententia. Non eſt neceſſaria talis diſpenſatio.*
23 *Illegitimus admiſſus ad profeſſionem eſt habilis ad omnia officia.*
24 *Si eſt neceſſaria diſpenſatio poteſt dari, ut datur Religioſis.*

21. QUòd monialis illegitima, ſecluſis privilegiis, abſque diſpenſatione Apoſtolica eligi poſſit in Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam, negant Navarr. *in manuali, cap. 27. num. 201. & in comm. 2. de Relig. num.* 60. Suar. *tom. 5. de cenſ. diſp. 50. ſect. 5. num.* 15. Sanchez *in Decalog. tom 2. lib. 5. cap. 5. num. 19. &* 20. Barboſ. *de jure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 45. num.* 21. pro hac ſententia citat Maiol. Mendoſium, Flamin. Sayrum, Bellarm. Naldum, Machad. Novarin, Sanctarel. Fundamentum eſt; quia jus Canonicum inhabiles reddens illegitimos videtur procedere tam de viris, quàm de fœminis. Deinde quia Congregatio Concilij ſub die 27. Aprilis, anno 1610. cenſuit electionem monialis in Abbatiſſam, quæ eſt illegitima, abſque diſpenſatione Apoſtolica eſſe ipſo jure irritam.

Navar. Suar. Sanch. Barboſa. Maiol. Mendoſ. Flamin. Sayrus. Bellarm. Naldus. Machad. Novarin. Sanctarel.

22. Oppoſitam ſententiam tenent Rodriguez *tom. 1. quæſt. 13. art. 11.* Miranda *de monialib. quæſt. 6. art. 3.* Poſtel. *verb. Abbatiſſa, num. 6.* Lezana *tom. 1. cap. 26. num. 6.* Hieron. Rodrig. *Reſol. 2. n. 21.* Lavor, *var. lucubr. tit. 4. cap. 24. n. 38.* Gavantus *verb. Monial. official. num. 7.* Et ratio eſt; quia in jure *cap. Generali, de elect. lib. 6.* in materia odioſa ſub nomine virorum, fœminæ non comprehenduntur, & hujus rei ſignum eſt; quia Sixtus V. *in ſua conſt.* contra illegitimos nullam mentionem facit de monialibus, & ſic declaratum eſt à ſacra Congregatione Cardinalium ſub die 14. Octobris ann. 1594. & anteà in Cordub. ann. 1582. moniales ex illegitimo thoro procreatas Conſt. Sixti V. contra Regulares illegitimos edita non comprehendi.

Rodrig. Miranda. Poſtel. Lezana. Hier. Rodr. Lavor. Gavant. C. General. Sixtus V. Congreg.

Et confirmatur, quia moniales gaudent privilegio conceſſo Religioſis ſancti Joannis Evangeliſtæ in Portugalia. In quorum compendio habetur hoc privilegium, *fol. 9. pag.* 2. quòd ego vidi & ita habet *Vt admiſſus ad profeſſionem inter illos, ſi habet defectum natalium, ipſo facto ſit diſpenſatus non ſolum ad ordines, ſed etiam ad omnia ſolita gubernari per fratres illius ordinis Prioratus, Rectoratus, &c.* Moniales per communicationem gaudent hoc privilegio, ac proinde ex eo quod eſt admiſſa ad profeſſionem, eſt etiam diſpenſata ad omnia. Ultimo tandem confirmatur; quia fœminæ non ſunt propriè Prælatæ prælaturæ, de qua loquuntur Canones, ut colligitur ex D. Thoma *in 4. diſtinct. 25. quæſt. 2. art. 1. quæſtiuncula* 1. quam opinionem tenet expreſsè Rodrig. *tom. 1. quæſtionum Regul. quæſt. 13. art. 21.* & pro eadem citat Bartolum, Cynum, Ancharranum; & favent Palud. Tabiena citati à Sanch. *allegato, cap. num.* 18. 23.

Privilegium Patrum ſancti Joannis Evang. D. Thom. Rodrig. Bartol. Cynum. Anchar. Pallud. Tabien.

Nec illa alia declaratio, quæ in oppoſitum adducitur, oſtenditur authentica, nec etiam quòd ſit lata per modum legis, nec habet vim ad derogandam conceſſionem Summi Pontificis authenticam, quam vidi; benè tamen addit Miranda *citatus*, eo caſu, quod ſi prima opinio ſuſtinenda eſſet, poſſent moniales illegitimæ habilitari ad officia eo modo, quo Religioſi; quod etiam docent Poſtel. *citatus, num. 6.* Diana *3. part. tract. 2. Reſol.* 101. ſed hæc diſpenſatio non eſt neceſſaria, ut dixi. 24.

Miranda. Poſtel. Diana.

QUÆSTIO IX.

An Monialis bigama poſſit eligi in Abbatiſſam abſque Apoſtolica diſpenſatione.

SUMMARIUM.

25 *Prima ſententia affirmat, neceſſariam eſſe diſpenſationem.*
26 *Non eſt neceſſaria talis diſpenſatio, & n. 27.*

BIgamus propriè dicitur, qui binas contraxit nuptias, vel qui unam contraxit cum muliere vidua, ut latiùs dicam cum de diſpenſationibus fuerit ſermo. Ad quæſtionem propoſitam, negantem partem tenent Maiol. Vivaldus; & alij quos citant, ac ſequuntur Sanch. *tom. 2. in Decalog. lib. 5. cap. 5. num.* 23. 25.

Maiol. Vivald. Sanchez.

Barboſa *num.*23.Barboſa *de iure Eccleſiaſt.lib.*1. *cap.* 45. *n.* 22.Fundantur,quia ſicut viri bigami Prælationum ſunt incapaces, ita & mulieres.

26. Hier.Rodr. Sed hæc ratio non eſt magni ponderis, ut obſervat Hieronym.Rodrig. *Reſol.* 2.*num.* 23. Nam lex pœnalis loquens de viris, non extenditur ad fœminas; ut ſuperiori quæſtione dixi.Et præcipuè, quia irregularitas indicta eſt à jure ad excludendos bigamos à ſuſceptione Ordinum ſacrorum primo & directè per ſe, ex quo ex vi huius prohibitionis, illi tantum indirectè incapaces videntur Prælationum, ac dignitatum, quatenus illis eſt annexa poteſtas clavium. Cum autem fœminæ incapaces ſint ſacrorum Ordinum, inde incapaces ſunt bigamiæ, ſeu huiuſmodi inhabilitatis, proindèque non repugnare illis habere officium Abbatiſſatus, quatenus eſt quædam adminiſtratio ſine iuriſdictione ſpirituali, & ſine poteſtate clavium, quæ adminiſtratio earum ſexui non repugnat, in hac ſententia eſt Poſtel.*in reſponſionibus moralibus*,3. *p. caſu* 25. *num.* 4. & pro hac re faciunt rationes datæ ſuper cap. & privilegium aſſignatum Congreg.S.Ioannis. Poſtel.

27. Indéque abſque ulla diſpenſatione fieri poteſt,& conſequenter ad ea quæ diximus ſuperiori quæſtione: nam ſicut ſub pœnis impoſitis erga illegitimos non veniunt fœminæ,ſic etiam ſub pœnis erga bigamos non comprehenduntur fœminæ Unde neſcio quo fundamento M.Lezana *tom.* 1. *cap.* 26. *num.* 7. dicat, quod Monialis bigama, non poteſt eligi in Abbatiſſam cum affirmet, quod illegitima valet eligi. Lezana.

Quæstio XIII.

An Monialis ex maculoſo genere orta poſſit eligi in Abbatiſſam ſine diſpenſatione?

SUMMARIUM.

18 *Sententia affirmativa eſt communis.*

18. COmmunis eſt reſolutio, quod Moniales deſcendentes ex maculoſo genere,utpote Hebræorum, aut Saracenorum, abſque ulla diſpenſatione eligi poſſunt in Abbatiſſas, ac Prioriſſas; non enim eis contradicit commune ius, & conſtitutiones Summorum Pontificum, quæ pro aliquibus Religionibus emanarunt,ſolum de viris expreſsè loquuntur, & non de fœminis, ac proinde ſub illis fœminæ non comprehenduntur, iuxta dicta proximis duabus quæſtionibus. Ita Fr. Emanuel *tom.* 1. *quæſt.*14. *art.*13. Miranda *de Monialibus*, *q* 6. *art.*2.& 3.Poſtel.*in dub.Regular. verb. Abbatiſſa*, *num.* 6. Lezana *eodem verb. Abbatiſſa. num.* 9. Hieron.Rodrig. *Reſol.* 2. *n.* 8. Pellizar. *tom.* 1. *tract.*10.*cap.*8.*n.*47.

Fr.Eman. Miranda. Poſtel. Lezana. Hier Rodr. Pellizar.

Quæstio XI.

An fœmina infamis poſſit eligi ad Religionis Prælationes.

SUMMARIUM.

29 *Sententia negativa eſt communis, ſive infamia ſit iuris,vel facti.*

MOnialis, ſive ſit infamis, infamia iuris vel facti, non poteſt eligi abſque diſpenſatione; ita Vivaldus, Maiolus, Navarrus,Card. Tuſcus,Garcia, Sigiſmundus, Sanchez, quos citant, ac ſequuntur Tamburin. *tom.*3.*diſp.*28.*quæſt.* 13. *num.* 3. Lezana *tom.* 1. *cap.*26.*num.* 7. & alij communiter, & probatur tum ex *cap. infames* 6. *quæſt.*1. aliiſque iuribus, in quibus ſtatuitur infames non poſſe eligi ad honores, ac dignitates, & iura videntur indiſtinctè loqui, tam de hominibus quam de mulieribus, tum etiã quia non decet Virginibus aſſumptis in ſponſas Chriſti,quod fœmina infamis ſive iure ſive facto, præſit; id etiam poſt emendationem: quanquam ſi infamia eſſet ſolum facti ſimpliciter poſſet monialis hoc modo infamis poſt emendationem eligi in Abbatiſſam, ob ea, quæ tradunt Doctores de infamia facti, ut Bonacina *diſp,de Cenſuris*, *quæſt.* 3. *part.* 1. *num.* 5.Pellizar.*tom*,3.*de Monialibus*,*tract.*10.*c.*8.*n.* 47. 29.

Vivaldus. Maiolus. Navar. Tuſchus. Garcia Sigiſmund. Sanchez. Tambur. Lezana. C.Infames. Bonacina. Pellizar.

Quæstio. XII.

An monialis quæ fuit in ſæculo vidua, poſſit eligi in Abbatiſſam,ſeu Prioriſſam abſque diſpenſatione, Apoſtolica?

SUMMARIUM.

30 *Prima ſententia requirit diſpenſationem.*
31 *Secunda aſſirmat non eſſe neceſſarium,& n.*32 *multis exemplis corroboratur,& n.*32.

MOnialis, quæ virgo non eſt, in Abbatiſſam poſſe eligi, negant Mandoſius Selva,Majol. Vivaldus; Caſtellinus, quos citant, ac ſequuntur Miranda *de monialibus quæſt.* 7. *art.* 6. Barboſa *de jure Eccleſiaſtico. lib.* 1. *cap.*45. *n.* 24. Diana 3.*part. tract.* 2. *Reſol.*99.& etiam citat Homobonom, Iulium Lavonum: Qui fundantur in *cap iuvenculas.* 20. *quæſt.* 1.& *cap.* 21. *quæſt.* 7. Sed hæc iura procedunt de Abbatiſſis benedictis, ac conſecratis velo Virginitatis, non vero velo Prælationis, vel perſonæ benedictæ, & in hoc ſenſu explicanda eſt quædam declaratio Sacræ Congregationis die 15. Iulij 1616. quam adducit Caſtellinus. 30.

Miranda. Barboſa. Diana. C.Iuvenc. Caſtellin.

Oppoſita ſententia affirmans, talem poſſe eligi mihi videtur verior, eam conſtanter tenet Poſtel.*verb. Abbatiſſa*, *num.* 20. Hieron. Rodrig.*Reſol.*2.*num.* 26. Lezana *tom.* 1. *c.* 26 *num.* 5 31.

Poſtel. Hier.Rodr. Lezana.

Vrſell. Navar. Fr. Eman. Machado. Suarius. Sanchez.

num. 5. Vrſell. *in Concluſ. legalibus, verb. Abbatiſſa electio concl. 3. num.* 3. Novatin. *in Lucerna Regul. verb. Abbatiſſa, num.* 1. *&* 2. Fr. Emanuel. *tom.* 3. *addit. ſumma, cap.* 3. *n.* 9. Machad. *document.* 4. *num.* 5. Hanc ſententiam approbavit Magiſter Suarius dum viveret, & probabilem dicit *tom.* 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 16. & Sanchez *in Decalog. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 22. ubi probat ad Abbatiſſæ munus non deſiderari Virginitatem, & pro hac ſententia videtur ſtare Diana 5. *part. tract.* 2. *Reſol.* 99.

32. Probatur, quia nullo iure probatur ad munus Abbatiſſæ requiri Virginitatem, & eſto aliquod daretur, etiam pontificium, per contrarium uſum tolli poterat, & ad hoc dicunt aliqui ſufficere decennium, & alij, attentis circunſtantiis, minus tẽpus requirũt quàm decenniũ, & qui maius tempus requirunt dicunt, per quadraginta annos ſufficientiſſimè legem tolli per contrarium uſum? ſed dato, & non conceſſo, quòd aliqua lex canonica prohiberet viduam fieri Abbatiſſam, eſſet abrogata per contrarium uſum; nam Poſtel. per diverſas ætates affert triginta exempla de monialibus viduis electis in Abbatiſſas, Hieronym. Rodrig apponit aliud exemplum ſuo tempore, & ego addo, quòd dum hæc ſcribo, in noſtro Conventu Carmelitano Iuliæ pacis, Virginis expectorionis, eſt modo Prioriſſa Momalis, olim in ſæculo vidua, & inde conſuetudo ſatis manet probata per tot ſæcula tot exemplis.

Poſtel. Hier. Rodr.

Quæstio XIII.

An Prioriſſa, vel Abbatiſſa finito ſuo tempore, poſſit iterum immediatè eligi, vel eius ſoror?

SVMMARIVM.

33 *Abbatiſſa finito triennio ceſſat ab officio per ſexennium, vel quadriennium.*

34 *Finito triennio poteſt continuare, ut vicaria.*

35 *In monaſterio novo poteſt reeligi.*

36 *Soror Abbatiſſæ poteſt eligi.*

33. Greg. XIII. Sixtus V.

ABbatiſſæ durant ſolùm per triennium, ut decernit Gregorius XIII. *in ſua Bulla die* 1. *Ianuarij* 1583. & Sixtus V. *in alia Bulla* 1587. At bulla Gregorij XIII. eſt pro ſola Italia, ac regnis utriuſque Siciliæ; & Bulla Sixti V. eſt pro ſolis Abbatiſſis S. Claræ unde notat Rodriguez *addit. ſum.* poſſe extra Italiam, & Abbatiſſas S. Claræ finito triennio continuari, quòd etiam habet Poſtel. *verb. Abbatiſſa, num* 4 Quòd intelligendum eſt niſi obſtent conſtitutiones, ac conſuetudines propriæ Religionis, ac monaſterij. Ut Moniales S. Claræ debent vacare per ſextennium; & noſtræ Carmelitanæ, 3. *part. conſtit. cap.* 12. *num.* 10. & Moniales S. Dominici per quadriennium.

Rodrig. Poſtel. Conſtitut.

34. Ex quo patet primò; quòd Monialis non poteſt eligi in Abbatiſſam aliarum Monialium, ut notat Tamburinus *tom.* 4. *diſput.* 30 *quæſt.* 1. *num.* 9. nam hoc pacto eſſent perpetuæ, quòd repugnat præfatis conſtitutionibus. tamen videntur procedere in eodem conventu, ut in multis vidi explicari. Secundò; Abbatiſſa completo ſuo triennio, munere præſidentis, ac vicariæ poteſt continuare per aliquod breve tempus uſque ad electionem novæ Prioriſſæ, hoc enim poteſt eſſe in magnum commodum, ac bonum conventus, ut notant Miranda *quæſt.* 7. *de monialibus, art.* 9. Lezana *verb. Abbatiſſa, num.* 12. Et ita Conſtitutio Gregorij XIII. & quædam declaratio Sacræ Congregationis relata à Gavanto *verb. Monialium officiales, num.* 10 ubi dicitur: *Officium Abbatiſſæ finito triennio expirat, nec Epiſcopus illud poteſt prorogare.* Quod benigne eſt interpretandum; non poteſt extendere ad aliud triennium: non vero ad breve tempus ac præſidentiam Conventus. Pellizat. *tom.* 3. *tract.* 10. *cap.* 8. *n.* 60.

Tambur. Miranda. Lezana. Card. Cong. Gavant. Pellizat.

Tertiò: ſi monaſterium fuerit novum, ac denuò fundatum; tunc videtur, quod finito tempore, poterit iterum eligi Abbatiſſa, ob bonum commune Religionis, ac reformationis, & ad maiorem fabricam conventus, eſt enim peculiaris, ac particularis caſus; & videtur exceptus à communi lege; & ita vidi viros doctos conſuluiſſe, habet Miranda *expoſitio regulæ S. Claræ.* Poſtel. *verb. Abbatiſſa num.* 10. 35.

Miranda. Poſtel.

Soror Abbatiſſæ immediatè antecedentis, poteſt eligi in Abbatiſſam electione Canonica, ut declaravit Sacra Congregatio Epiſcoporum circa Moniales de Vdivellas Vlyſipp. *die* 19. *Aprilis, ann.* 1619. ut referunt Caſtellinus *de electione, cap.* 17. *num.* 18. Novatin. *Lucerna Regul. verb. Abbatiſſa*, Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 26. Hoc intellige niſi peculiares Conſtitutiones Religionum reſiſtant, ut noſtræ Conſtitutiones *p.* 3. *cap.* 12. *num.* 10. nam Sacra Congregatio tem decidit ſecundum ius commune, & peculiares Religionum leges, non intendit derogare. 36.

Congreg. Caſtellin. Novatin. Barboſa. Conſtitut.

Qvæstio XIV.

Qualiter ſe debeant habere Prælatus, & ſcrutatores in electione Abbatiſſæ; & an ferant ſuffragium in ipſa?

SVMMARIVM.

37 *Prælati aſſiſtentes electioni non habent in ea ſuffragium.*

38 *Aliqui probabiliter affirmant; ſed hoc non extenditur ad vicarios, ſeu delegatos.*

39 *Scrutatores cum Prælato aſſiſtentes non habent votum.*

40 *Prælati aſſiſtentes ſi ſeminant diſcordias incidunt in excommunicationem,*

AN verò in hac electione Prælatus præſidens poſſit dare ſuffragium, etiam in caſu diſcordiæ exortæ inter Moniales? Expreſsè negat, & prohibet Sacra Congregatio 37.

Cardina

Cong.Card. Tambur. Iul Lavor. Cardinalium die 23.Maij anno 1621. ut tenent,ac teſtantur Tamburinus *tom.3. diſp* 28. *quaſt.6. num.* 6. Iulius Lavorius *variar. lucubrat.tit.* 4. *cap.* 24. itam tales electiones ſint nullæ; ut exprimunt noſtræ Conſtitutiones Carmelitanæ.3. *part.cap.*12.*n.*7.& ſi fiat aliter, electio eſt nulla. Conſt.Cat.

38. Portel. Sanctor. E contra Portel.*verb.Abbatiſſa,num.*9. quem ſequitur Sanctorius *in Conſtit. Minorum,c.*11. *ſtat.*7.*de* 4. ex eo probat, quia Præſes electionis caput eſt illius communitatis, ita ut ipſe cum Monialibus faciat unum collegium, tum quia ita fit à multis Epiſcopis in Portugalia; unde ait Lezana *verb. Abbatiſſa*, *num.* 4. Lezana. Quod ubi fuerit legitima conſuetudine introductum obſervari poterit, præcipuè cum à Sacra Congregatione non videatur derogata antiqua,& legitima conſuetudo: & cum hoc dependeat ex conſuetudine, obſervandum tamen eſt, quod hoc datur tantum Epiſcopis,&Prælatis,ut ipſi Auctores teſtantur,& ideo non eſſe extendendum ad eorum vicarios & legatos, quod conſideratè eſt agendum,aliter electio erit nulla.

39. S Congreg. Barboſa. Tamburin. Scrutatores tamen aſſiſtentes cum Prælato, non habent ſuffragium in tali electione, ut declaratum eſt à Sacra Congregatione. Ut referunt Barboſa *in collect.Bullarij,verb. Abbatiſſa*, & Tambur. *citatus, num.*6.Quod intelligitur de ſcrutatoribus extraneis,non verò ſi ſint ex numero Monialium, quia ipſæ aliunde habent ſuffragium.

40. Caveant quicumque Prælati,qui in talibus electionibus præſunt, vel ad eas dirigendas vocantur, ne inter Moniales ipſas ſeminent diſcordias, vel exortas foveant, ac nutriant: nam talia facientes ſubiacent excommunicationi latæ ſententiæ *cap. Indemnitatibus de electione,ac electi poteſtate, in* 6. Navar.*c.*27.*n.*124. Saytus *lib.* 3. *cap.* 37. C.Indemn. Navar. Saytus.

QUÆTIO II.

Qualiter ſe debeat habere Superior, cum Moniales nolunt concordare in electione?

SUMMARIUM.

41 *Si Moniales non concordant, dato tempore, poteſt præſidens nominare Abbatiſſam.*

42 *Poſt duo ſcrutinia, ſi Moniales non concordant; in Ordine S. Bernardi poteſt Præſidens nominare duas.*

41. HAbet Præſidens ius,ſi Moniales inter ſe diſcordent circa electionem Abbatiſſæ, nominandi eam, quam magis idoneam iudicaverit; ita tamen, ut prius deſignet Monialibus certum tempus competens ad concordandum,quo elapſo, ſi non concordaverint, poterit nominare Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam Conventus. Ita ſtatuit Sacra Congregatio Cardinalium 12.Octobris 1592.& iterum eadem Congregatio Sacra Epiſcopo Aſſiſij die 20. Novembris 1595. apud Piaſecum *in praxi Epiſcop. part.*2.*cap.*3.*num.*57. Tamburin. Sylveira Opuſcula. S.Congreg. Piaſecus. Tambur.

*tom.*4 *diſp.*28.*quaſt.*6.*n.*5.Pellizar.*t.*3.*tract* 10. *cap.*10.*ſect.*2.*n.*106.& Barboſa *Collectan.Bullarij,verb. Abbatiſſa.* Pellizar. Barboſa.

Adverto etiam ex Bulla Gregorij XIII. data die 16. Aprilis 1574. quæ inter Bullas Gregorij XIII. eſt in ordine 15. in qua conceditur Viſitatoribus, ab Abbatibus, ſeu Prælatis Monialium Ordinis ſancti Bernardi; quod ſi ad electionem Abbatiſſarum per duo ſcrutinia Moniales non convenerint; quod tunc poterit præſidens proponere duas, vel tres Moniales eiuſdem Conventus, quas ad regimen illius aptiores iudicaverit, & quæ plura vota habuerit, canonice eſt electa Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, & confirmanda eſt, quo privilegio per generalem communicationem uti poſſunt Prælati aliarum Religionum; imò etiam Epiſcopi reſpectivè ad Monaſteria ipſis ſubjecta Sic citatus Pellizarius *num.*107.Alia de hac re dicam cum de electionibus fuerit ſermo. 42. Greg.XIII. Pellizar.

QUÆSTIO XVI.

Cui ſpectat dare ſuffragium in electione Abbatiſſæ,ſeu Prioriſſæ?

SUMMARIUM.

43 *Moniales profeſſæ conveniunt ad electionem poſt tot annos profeſſionis.*

44 *Tacitæ profeſſæ, & converſæ ex iure non excluduntur, ſed conſuetudine.*

45 *Si Monialis ægrotat quomodo ejus ſuffragium requirendum.*

CErtum eſt, quod hæc electio ſpectat ad Moniales Conventus,cuius Abbatiſſa eligitur,*cap.Indemnitatibus, de elect. in* 6. Certum eſt etiam, quod ad hanc electionem conveniunt Moniales profeſſæ, non omnes: nam iuxta varia ſtatuta, ac conſuetudines Religionum,& Monaſterij, tot, & tot anni requiruntur poſt profeſſionem, quibus maximè ſtandum eſt. Ad hanc electionem debent vocari omnes Moniales Conventus, niſi ſint excommunicatæ,vel ex aliquo capite privatæ. 43. C.Indemn.

Secundum ius commune admitti poſſunt ad electionem profeſſæ tacitæ, iam enim ſunt Religionis membra, ſicut & converſæ, quia ſunt veræ religioſæ profeſſæ, & nullum ius eas excludit; ut notat Suar. *tom.* 4. *de Religione tract.*8.*lib.*2.*cap.*3.*num.*18.tamen regulariter excluduntur,niſi ex ſpeciali jure, vel conſuetudine alicujus loci,vel Religionis contrarium perſuadeatur. 44. Suar.

Caſu vero, quod tempore electionis ægrotet Monialis, Præſidens electionis non poteſt Ingredi Monaſterium ad recipiendum eius ſuffragium,ut expreſſè declaravit Sacra Congregatio 41.Iunij 1595. Teſte Gavanto *in manuali,verb.Monialium officiales,num.*18. tamen ſuffragium talis infirmæ requirendum eſt per duas,vel tres Moniales maturæ ætatis,ac bonæ conſcientiæ clauſa electionis urna, ut fit apud nos Carmelitas. 45. S Congreg. Gavant.

Quæstio. XVII.

An Monialis poſſit ſibimet dare ſuffragium?

SUMMARIUM.

46 *Si Monialis pro ſe habet maiorem partem poteſt, ſi electio in dubio eſt, non poteſt.*

46. AN verò dati poſſit caſus in quo Monialis poſſit ſibimetipſi dare ſuffragium & ſemetipſam eligere in Abbatiſſam? Reſpondeo, quod ſi electio eſt in dubio, & quod vota ex utraque parte videntur paria, tunc non poteſt, & peccat mortaliter, eſt enim nota ambitionis, quæ eſt peſſima cauſa; at verò ſi Monialis ſe ipſam electam moraliter intelligit, & ſe habere maiorem partem, tunc poterit conſentire in ſui electionem, ac veluti ſe coëligere.
Layman. Tamburin. Pellizar. Ut tenent Layman. *in quaſtion. Canonc. cap. ultimo, quaſt.* 233. Tamburinus *diſputat.* 28. *quaſt.* 9. *num.* 4. Pellizarius *tomo tertio, tractatu* 10. *cap.* 10. *n.* 105. Tunc enim ceſſat ambitionis ſuſpicio, & talis coëlectio ad maius bonum eſt Conventus, & ad maiorem pacem firmandam, & ut electio magis benignè recepta habeatur.

Quæstio XVIII.

Poſſintne Moniales per compromiſſum committere electionem Prælato præſidenti?

SUMMARIUM.

47 *Affirmativa ſententia habetur ex iure.*
48 *Si Prælatus elegit, non poteſt revocare electionem.*

47. SEcundum commune ius poſſunt Moniales compromittere electionem Abbatiſſæ ſeu Prioriſſæ idoneæ in Epiſcopum, vel alium Prælatum præſidentem, ita ut, quam ipſe elegerit, ſi ſit ſufficiens, & conveniens, canonicè habeatur electa.
C. Cauſam. Panormit. Rodrig. Layman. Tamburin. Ita colligitur ex *cap. Cauſam, de electione.* Panormitan. *ibi num.* 3. Rodriguez *tom.* 2. *q.* 54. *artic.* 7. Layman *q.* 232. Tanbur. *tom.* 4. *diſp.* 18. *q.* 8.

48. Lavor. Lezana. Et rectè etiam advertunt Lavorius *variarum lucubrat. tit.* 4. *cap.* 24. *num.* 60. Lezana *verb. Abbatiſſa.* Quod ſi tunc Epiſcopus malam elegerit, non poterit revocare electionem, quia iam functus eſt ſuo officio, ſive bene, ſive malè, & ideo iam amplius non poteſt in illo negotio ſe intromittere,
C In Cauſi, C. Innotuit. *cap. in cauſis. cap. Innotuit, de electione.*

Quæstio XIX.

Quo in loco debeat fieri electio Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ?

SVMMARIVM.

49 *Prælatus non poteſt ingredi Monaſterium iuxta Trident.*
50 *In caſu neceſſario, & ad maiorem quietem poteſt.*

PRælatus prætextu interveniendi electioni Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, regulariter non poteſt ingredi ſepta Monaſterij. 49.
Id apertè declarat Concilium Tridentinum *ſectione* 25. *cap.* 7. *de Regularibus. Clauſtra Monaſterij non ingrediatur, ſed ante cancellorum feneſtellam vota ſingularum audiat, vel accipiat.* Quod etiam multipliciter à Sacra Congregatione declaratum eſt. Conc. Trid

Tamen ſi Prælatus præſidens electioni, prudenter iudicet, nō poſſe fieri electionem quietè, ac canonicè, niſi ipſo ingrediente cum ſuis coaſſumptis ob diſſenſiones Monialium, ac probabilem ſuſpicionem ſubornationis, aliamve ſimilem cauſam; tunc licitè poterunt ingredi. 50.
Ita tenent Rodriguez *tom.* 1. *quaſt.* 46. *artic.* 5. Franciſc. Leo *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 46. Miranda *de Monialibus, quaſt.* 2. *art.* 15 Joan de la Cruce *lib.* 1. *de ſtat. Relig. cap.* 5. *dubio* 2. *col.* 3. Sanchez *in Decalog. tom.* 2. *lib* 6. *cap.* 16. *num.* 50. Hieronym. Vener. *in examine Epiſcopali, lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 7. & 8. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi. part.* 3. *allegat.* 102. *num.* 46. Rodrig. Franc. Leo. Miranda. Ioan. de la Cruce. Sanchez. Venerus. Barboſa.
& confirmatur ex Bulla Gregorij XIII. pro Monialibus, loquens de Prælatis, *quibus quovis modo Monialium cura incumbit, facultate ſibi ex officio attributa, ingredi Monaſteria prædicta, ita demum uti poſſe, ſi id faciant in caſibus neceſſariis.* Greg. XIII.

Quæstio XX.

Qualiter vota Monialium in electione Abbatiſſæ debeant eſſe ſecreta?

SUMMARIUM.

51 *Vota ſint ſecreta, aliter electio eſt nulla.*
52 *Monialis cæca, vel manu arida, poteſt dare votum ore ſuo.*
53 *Prælatus cum aſſiſtentibus tenetur ſub mortali ad ſecretum.*

IN electione omnium Prælatorum regularium, Abbatiſſarum, & aliarum Præpoſitarum præcipit Concilium Tridentinum 51. Trident.
ſeſſ. 25. *cap.* 6. *de Regularibus*, & ait: *Quo omnia rectè, & ſine ulla fraude fiant; in primis S. Synodus diſtrictè præcipit omnes ſupradictos eligi debere per vota ſecreta; ita ut ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur.* Quæ forma maximè ſervanda eſt in electione Prælatorum, ac Abbatiſſarum, itaut ſi aliter facta ſit etiam per ignorantiam decreti

Concilii,

Concilij electio, ipſo facto, eſt nulla, & in hoc nec Epiſcopus, nec alius Prælatus poteſt diſpenſare. Ita à Sacra Congregatione Cardinalium declaratum eſt, ut referunt Riccius *in deciſ. curi. Archiepiſcop. Neapolitan. p. 4. deciſ. 197. num. 7.* & Samuellius *tract. 1. de elect. Canon. diſp. 5. controverſ. 2. num. 18.* Riccius. Samuellius

52. Ipſa autem vota poſſunt dari ſcripta miſſa in urna, & ſtatim poſt electionem comburantur, vel ipſa vota dari poſſunt à Moniali oretenus, verbi gratia, ſi Monialis ſit cæca, vel habeat manum aridam, vel neſciat ſcribere; tunc ſecretè, ac ſubmiſſa voce poteſt proferre votum ſuum coram Epiſcopo, vel Prælato, ſeu eius Vicario, ſeu Secretario, vel alio ab eo aſſumpto, & hoc modo electio valida eſt, ut declaravit Sacra Congregatio apud Garciam *part. 5. de benefic. cap. 4. num. 190.* & Naldum *in Summa, verbo Moniales, num. 1.* & Barboſam *in collectan. Bullar. verb. Abbatiſſa*; & hoc apertè colligitur ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 26. cap. 7. de Regularibus*, ubi ait: *quod Superior ante Cancellorum feneſtellam vota ſingularum audiat, & excipiat.* Expende: *audiat*: ore, nempe, prolata, tamen cum magno ſigillo, & ſecreto; aliter electio non erit ſecreta, ac proinde nulla iuxta mentem Concilii Tridentini. Garcia. Naldus. Barboſa. Trident.

53. Garcia. Addit Garcia *citatus*, quod ſi vota ore proferantur coram Prælato, duobus, vel tribus aſſiſtentibus, adhuc electio erit ſecreta; tamen Prælatus cum ſuis aſſiſtentibus tenetur ſub peccato mortali nunquam talem perſonam publicare, ac evulgare.

Quæstio XXI.

Quid faciendum, ſi una ſchedula ſit vitiata?

SUMMARIUM.

54 *Omnes rumpantur, & fiat nova electio.*

54. SI tamen detur caſus, quod Epiſcopus, vel alius ſuperior, qui præeſt electioni Abbatiſſæ, recipiat omnes ſchedulas, & poſtea inveniat unam ſciſſam, vel ſignatam, aut inveniat plures, vel pauciores, quid agere debeat? Reſpondeo, quod tunc elector debet omnes ſchedulas rumpere, & inde urere, & facere denuò aliam electionem maiori circumſpectione. Ita docent Navar. Fr. Emanuel Rodrig. Venetus quos citat, & ſequitur Tamburin. *diſp. 28. q. 9. num. 4.* Cui ſententiæ adhæret Pellizar. *tom. 5. tract. 10. cap. 10. n. 102.* Circa quod plura dicam, cum de electionibus fuerit ſermo. Navar. Rodriguez. Venetus. Tamburin. Pellizar.

Quæstio XXII.

Qui numerus votorum requiritur ad Canonicam electionem Abbatiſſæ?

SUMMARIUM.

55 *Prima ſententia requirit duas partes votorum.* Sylveira Opuſcula.

56 *Secunda ſententia maiorem numerum requirit.*

55. BArboſa *lib. 1. de iure Eccleſiaſtic. cap. 45. num. 27.* Tamburinus *tom. 4. diſp. 28. qu. 9. num. 3.* Lezana *verb. Abbatiſſa, num. 6.* tenent ad Canonicam electionem Abbatiſſæ, requiri numerum duarum partium votorum ex tribus niſi aliud petat loci conſuetudo, quod probant ex quadam declaratione Sacræ Congregationis ſub die 20. Novemb. 1585. in qua ita eſt declaratum. Barboſa. Lezana.

56. Contraria ſententia mihi ſimpliciter eſt vera, quam tenent Sylveſter. *verb. Electio 2. quaſt. 9.* Miranda *de Monialibus, quaſt. 7. art. 4.* Suar. *tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 22.* Ut una Monialis ſit Canonicè electa ſufficit quod habeat pro ſe maiorem partem Capituli; hoc enim dicit formaliter ipſum verbum, *eligere*; unum præ alio, & quanquam Doctores aliqui requirant maiorem, & & ſaniorem partem. Iuxta *cap. Quia propter, de electione.* Tamen ſemper pars maior præſumitur ſanior, niſi perſona electa ſit apertè indigna; ut notat Suarez *citatus, num. 23.* Unde declarationem, quam adducunt Auctores contrarii noſtri Auctores non admittunt, utpote quia non oſtenditur authentica, aut certè, quia ubique non obligat; unde ſecluſa conſuetudine in contrarium, ac peculiaribus Religionum ſtatutis, ſi dentur, noſtra ſententia eſt tenenda. Sylveſter. Miranda. Suar. Cap. Quia.

Quæstio XXIII.

Quænam Abbatiſſæ ſunt benedicendæ?

SUMMARIUM.

57 *Ubi eſt conſuetudo Abbatiſſa benedicenda.*
58 *Abbatiſſa perpetua, & non triennales benedicendæ.*

57. IN hac difficultate maximè ponderanda eſt *Clementina Attendentes de ſtatu Monachorum.* In qua ſic habetur: *Ut quævis ad regimen Abbatiſſarum aſſumptæ in Monaſteriis, in quibus Abbatiſſæ ſunt ſolitæ benedici intra annum à ſua confirmationis tempore computandum, munus benedictionis ſuſcipiant alioquin à iure ſuo, niſi ſubſit cauſa rationabilis, prorſus ſe noverint cecidiſſe.* Ex quo apertè conſtat, quod ubi non eſt conſuetudo, Abbatiſſæ non ſunt benedicendæ, ait Text. *Quæ ſunt ſolitæ benedici.* Hæc autem, ut ibi notat Gloſſa *verb. Solitæ*; conſuetudo poterit cognoſci, ſi per quadraginta annos ſit continuata benedictio; tunc Abbatiſſa benedictione eget: ſi autem per ſpatium prædicti temporis contrarium invenitur, non erit benedicenda: ſi autem intra idem tempus conſtat, aliquas fuiſſe benedictas, aliquas vero non; tunc liberum erit Abbatiſſis benedictionem ſuſcipere, vel non ſuſcipere. Ita Azor. *p. 1. lib. 3. cap. 20. quaſt. 4.* Clem. Atten. Gloſſa. Azor.

58. Deinde etiam pro maiori claritate huius rei. Duo ſunt genera Prioriſſarum, ſeu Abbatiſſarum, quædam ſunt Abbatiſſæ perpetuæ, &

C. Indemn. Clem. Atten. & b æbenedici poſſunt, & debent; & de his
fortiian loquitur *cap. Indemnitatibus*, §. *Verum*,
de electi. lib.6. & citata *Clementina. Attendentes.*
Aliæ veto ſunt non perpetuæ, ſed tempora-
les ad bienuium, vel trienninm, & iſtæ de
iure communi non ſunt benediceodæ, niſi à
Sede Apoſtolica illis alind præcipiatur. Na-
Navar. Quaranta. Gavant. Barboſa. varrus *lib. 3. conſil. tlib. 3. de ſtatu Monacho-*
rum, *conſil.* 1. Quaranta *in Summa Bullarij*,
verb. Abbatiſſa. Gavant. *verb. Abbatiſſa*, *n.7.* &
alii, quos citat, & ſequitur Barboſa *de pote-*
ſtate Epiſcopi, *p.2. alleg.27.n.59.*

Quæstio XXIV.

Abbatiſſæ à quo debeant benedictionem accipere, & quo die, ac tempore?

SUMMARIUM.

59 *Prima opinio, ab Ordinario loci.*
60 *Secunda, & vera, à Prælato Monaſterii.*
61 *Stante conſuetudine, electa Abbatiſſa benedicenda intra annum.*
62 *Abbatiſſa electa ante benedictionem gaudet nomine Abbatiſſæ.*
63 *Qualibet die poteſt benedici.*
64 *Benedictio Abbatiſſæ non iteranda.*

59. Barboſa. QUod Abbatiſſæ debeant benedictionem
obtinere ab Ordinatio loci, tuetur Bar-
boſa *de poteſtate Epiſcopi*, *p.2. alleg.17. n.51.* &
alii etiam idem tenent.
60. Azor. Layman. Tambur. Lezana. Oppoſitum eſt ſtatuendum; ab illo enim
ſunt benedicendæ à quo habent confirmatio-
nem, & cui immediatè ſubiiciuntur, ſi ſubjectæ
ſunt Epiſcopo, ab Epiſcopo, ſi Prælato regula-
ri, ab ipſo ſunt benedicendæ. Ita Azor. *tom.1.*
lib.13.cap.10 quæſt.3. Layman. *in qq. Canon. de*
Prælatis electis, quæſt.233. Tamburin. *tom.4. diſp.*
23. quæſt.8. num.2. Lezana *tom.1. cap.25. n.46.*
Qui teſtatur hoc declaratum eſſe à Sacra Con-
gregatione, & inſuper addit Tamburin. hoc
Innoc. VIII. habetur ex privilegio expreſſo Innocentij
Clem. VIII. VIII. ac etiam ex alio privilegio Clementis
Greg. XV. VIII. nam quamvis per Conſtitutionem
Gregorij XV. concedanir Epiſcopo, quod
per ſe, vel per alium ſimul cum ſuperioribus
regularibus poſſit aſſiſtere electiooibus qua-
rumcumque Abbatiſſarum; tamen per hos jna
illas confirmãdi ipſis Epiſcopis non eſt datum
nam Prælatus regularis ex eo qood eſt Præ-
latus habet jus præſidendi, & confirmandi
electionem; hoc autem noo cenſetur deroga-
ri, niſi expreſsè habeatur.
61. Electa Abbatiſſa, & confirmata ſtante con-
ſuetudine ſui Monaſterij, ſi infra annom à die
ſuæ Confirmationis, munus benedictionis oon
ſuſceperit, à ſuo jure protſus ſe oovetit ceci-
Clement. Attendent. diſſe; ita *Clement. Attendentes*, §. *Statuimus*, *de*
ſtatu Monachor. Excuſatur tamen propter in-
firmitatem, vel ſi Prælatus ſæpius requiſitos,
Gloſſa Cardinal. noluit venire. Ita Gloſſa Cardinal. *in dicta*
Clement. Attendentes, *verb. Rationabilis*, & de hoc
vide ſuperiorem quæſtionem.
62. Ex quo infertur, quod Abbatiſſa electa, &
confirmata ante benedictionem, oomine Ab-
batiſſæ gaudet, & ita nuncupari poteſt. Ge-
min. *in cap. Indemnitatibus*, § *ſanè*, *num.4. de elect.* Gemin.
Ioan. de Anan. *cap. Meminimus.* Ioan. de Anan.
Si petas, quo die talis benedictio ſit im-
pendenda? Reſpondeo: qualibet die. Ita Gloſ- 63.
ſa *in dicta Clement. Attendentes*, §. *Statuimus*, *verb.* Gloſſa.
Benedici. Gavant. *in Manuali*, *verbo Abbatiſ-* Gavant.
ſa, *num.4.*
Si vero iterum petas: an talis benedictio 64.
Abbatiſſæ poſſit iterari? Reſpondeo negativè
cum Gloſſa, ac Cardinali *in dicta Clementina*
Attendentes, quia iſta benedictio eſt ad inſtar Gloſſa.
benedictionis ouptiarum *cap.1. & 2. de ſecun-* Cardin.
dis nupt. & hac de cauſa ita reſolvunt Navar. Navar.
dict. conſil. 2. de ſtatu Monachor. Azor. *tom.1.* Azor.
lib.13. cap.10. ſub quæſt.4. Miranda *de Moniali-* Miranda.
bus, *quæſt.7. art.7. concluſ. unica*, *verſ. Secundo*
probatur.

Quæstio XXV.

In quo loco Abbatiſſa ſit benedicenda, & an etiam ipſa valeat benedictionem impendere ſuis Monialibus.

SUMMARIUM.

65 *Abbatiſſa, ſi benedicenda, in ſuo Monaſterio benedicenda.*
66 *Abbatiſſa non poteſt publicè benedicere ſuas Moniales.*

ABbatiſſa, quæ ex antiqua conſuetudine 65.
benedici ſolet, pro benedictione obtinen-
da non debet egredi à Monaſterio, ac deferri
io Eccleſiam Cathedralem. Ita declaravit Sa-
cra Congregatio apud Ioannem Novarium Congreg. Novar.
Lucerna regularium, *verb. Abbatiſſa*, *n.12.* Hujus
benedictionis formam invenies apud Tambur.
tom.3. diſp.29. q 5.
Secundo inquito: an Abbatiſſa poſſit pu- 66.
blicè benedicere ſuas Monialea? Reſpondeo
negativè, quia benedictionis munus fundatur
in poteſtate, ac juriſdictione clavium, quæ ex
vi ſui muneris, ac officij fœminis non pote-
rit convenire; unde Abbatiſſa non valet pu-
blicè Moniales benedicere, ſed tantum priva-
tè, ad modum, quo parentes filios ſuos be-
nedicere ſolent, atq; proinde nec aquam, vel
alias res ſimiles valet benedicere. Sylveſter. Sylveſt.
verb. Abbatiſſa, 3. *n.8.* Miranda *de Monialibus*, Miranda.
q.6. art. 5. concl.2.

Quæstio XXVI.

An Abbatiſſa, ſeu Priorſſa poſſit ſuis Monialibus, aliquid præcipere ſub peccato mortali?

SUMMARIUM.

67 *Abbatiſſa poteſt præcipere poteſtate domeſtica, & civili, non ſpirituali, & n. 68. & num. 69.*

70 Si

70 Si vero Prælatus præcipiat Monialibus, ut obediant Abbatiſſæ, tunc tenentur Moniales obedire ſub peccato.

71 Poteſt præcipere ſub mortali ea prout conducunt ad perſectionem Religioſam.

67. Navar. Sotus. Henriq. Rodrig. Sanchez. Suar. Layman. COmmunis ſententia eſt, quod Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa iuxta gravitatem materiæ poteſt præcipere ſuis Monialibus aliquid ſub mortali; poteſtate civili, & domeſtica, non vero ſpirituali, cuius eſt incapax, niſi iuriſdictione delegata à Summo Pontifice tantum, qui poteſt diſpenſare in omni iure Canonico. Ita Navarrus, Sotus, Henriquez, Rodriguez; quos citant ac ſequuntur Sanchez *in Decalog. lib.6. cap.1.n. 23.* Suar. *tom.4. de Relig. tract.9. lib.1. cap.12. num.* 8. Layman *in qq. Canon. q.23.*

68. Dico: Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, ſtante gravitate materiæ poteſt ſuis Monialibus aliquid præcipere ſub peccato mortali, poteſtate domeſtica, ac civili. Ita Auctores citati, quia Abbatiſſa habet veram poteſtatem dominativam, & gubernativam, hoc eſt, adminiſtrandi, ac regendi Monaſterium, & bona illius, ac per conſequens Moniales tenentur illi obedire, ſicut aliis Prælatis; hoc enim poſtulat commune bonum Conventus; alias omnino periret. Et confirmatur: quia Abbatiſſa ſe habet ad Moniales, ut mater ad filias: hæc autem in re gravi imponit præceptum obligans ad mortale: ergo & iſta.

69. Quod autem Abbatiſſa non poſſit imponere præcepta ſpiritualia: ex eo probant citati Auctores, quia poteſtas ſpiritualis fundatur in poteſtate clavium; atqui hæc poteſtas tantum convenit viris, & non fœminis,
C. Dilecta. *cap. Dilecta, de maioritate, & obedientia.* Ibi communiter Canoniſtæ, & Theolo-
D. Thom. Caietan. Valentia. Vaſquez. Angles. Ægydius. Bonacina. gi cum D. Thoma *in 4. diſtinct. 25. quæſt. 2 &* Caietanus, Valentia, Vaſquez, Angles, Ægydius Coninch. quos citat, ac ſequitur Bonacina *de Sacram. diſp.* 8. *quæſt. unica, punct. 5. num.5.* & inde dicunt, quod cum hoc ſit de iure Canonico, poteſt Summus Pontifex in eo diſpenſare.

70. Sanchez. Bene tamen notat Sanchez *citatus num* 25. Quod ſi Prælatus præcipiat Monialibus in virtute obedientiæ, ut obediant Abbatiſſæ iubenti hanc, & illam rem, & eam non adimplentes, peccant mortaliter, quia tale præceptum obligans, non provenit ab Abbatiſſa, ſed à Prælato præcipiente, & idem dico ſi Prælatus præcipiat ſub excommunicationis ſententia, ut Moniales obediant Abbatiſſæ; contra facientes, incident in cenſuram, prout lata eſt à Prælato.

71. Suar. Caſtr. Pal. Advertunt tamen Suarius *tom. 3. de Relig. lib.* 10. *cap.1. num.* 20. Caſtro Palaus *tract.* 16. *diſp.4. part.2. num.3.* poſſe Abbatiſſam præcipere Monialibus ſuis ſub mortali quidquid expedire iudicaverit; etiam prout ea conducunt ad profectum eatum ſpiritualem, ut nempe, quod tali die confiteantur, vel quod cum ſæcularibus non loquantur.

QUÆSTIO XXVII.

Vtrùm Abbatiſſa, ſtante voto obedientiæ, quod ei faciunt Moniales, poſſit præcipere aliquid in virtute ſanctæ Obedientiæ, vel in virtute Spiritus Sancti?

SUMMARIUM.

72 Prima ſententia, in Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, negat hanc poteſtatem.

73 Secunda ſententia, & vera affirmat, & num. 74.

75 Saltem ſemper civili poteſtate obligat.

NEgativam partem tuentur Sanch. *tom.2. in Decalog. lib.6. c.1. n.21* Poſtel *verb. Abbatiſſa, n.1.* Ledeſma, Merolla, Baidell. Valentia, Sayrus, Vgolinus; quos citat, ac ſequitur Diana *p.5. tract. 9. Reſol.* 16. Probatur: quia præcipere aliquid in virtute Sanctæ Obedientiæ, vel virtute Spiritus ſancti, requirit poteſtatem ſpiritualem ex uſu, & praxi Eccleſiæ, ut faciunt Prælati, atqui fœmina talis poteſtatis ſpiritualis non eſt capax, cum hæc pro fundamento habeat iuriſdictionem clavium, quæ fœminis non competit. 72. Sanchez. Poſtel. Ledeſma. Merolla. Baidellus. Valentia. Sayrus. Diana.

Oppoſitam ſententiam tenet Rodriguez *in ſumma tom.1. c.5. n* 9. Ubi retractat ſententiam, quam tenuerat in quæſtionibus Regularibus. In hac ſententia eſt M. Cornejo *in 3. p.* D. Thomæ *tract.5. de excommun. diſp.1. dub.5. q.2. n.2.* Salas *de legibus, diſp.8. ſect.2. in fine.* Azor. *tom.1. lib.13. cap.10. quæſt.7. in fine.* Lezana *tom.1. c* 26. *num.* 10. Naldus *in ſumma, verb. Abbatiſſa, n.4.* Sanctor *in Conſtitut. Minorum, cap.11. ſtat.7.* cum Miranda *de Monialibus, quæſt. 6. artic.4. concluſ.3.* 73. Rodrig. Cornejo. Salas. Rodrig. Azor. Lezana. Naldus. Sanctor. Miranda.

Probatur, Moniales verum & proprium votum obedientiæ emittunt ſuis Superioribus, hoc enim votum non eſt phantaſticum: ergo aliquid operatur verum & proprium in re; non aliud niſi id quod ipſa natura voti poſtulat. Unde bene notat Sanctor citatus, quod talis obligatio in præcepto hoc obedientiæ non oritur à poteſtate ſpirituali, quia hæc nulla datur in fœminis, ſed à natura ipſius voti, quo Monialis ſe voluit ſubiicere ſuæ Abbatiſſæ. 74. Sanctor.

Advertunt deinde Sanchez *citatus, cap. 4. num.* 45. & Pellizarius *tom.4. tract.* 10. *cap.4. ſect.3. n.111.* cum Tamburino. Quod cum Abbatiſſa præcipit aliquid Monialibus in virtute Sanctæ Obedientiæ, quod ipſæ ſub mortali tenentur obedire, quia illa forma præcipiendi ſatis explicat mentem ſuam, ſe nempe illo præcepto velle obligare ſecundum totum id quod poteſt; ſi non iuriſdictione ſpirituali, ſaltem civili, & domeſtica. Addit Tamburinus, ſe non negare Abbatiſſam poſſe præcipere Monialibus in virtute Sanctæ Obedientiæ, ut etiam Princeps ſæcularis poteſt præcipere virtute Obedientiæ ſibi à ſubditis debitæ; in quo caſu Monialis peccaret mortaliter non obediendo, ſi res præcepta ſit gravis. 75. Sanchez. Pellizar. Tambur.

Quæstio XXVIII.

An Abbatiſsæ poſſint aliquid præcipere ſub pœna excommunicationis, ac per modum legis, ſaltem ex poteſtate Pontificis?

SVMMARIVM.

76 *De jure ordinario communis ſententia eſt negativa.*
77 *An vero de potentia abſoluta poſſit Papa; prima ſententia negat.*
78 *Probabilior eſt ſententia affirmans.*
79 *Variis modis hæc poteſt committi.*
80 *Officiales quando ex mandato Abbatiſſæ excommunicant hoc faciunt auctoritate ſuperioris.*

76. C. de Pœnit. D. Thom. Communis reſponſio eſt negativa, & patet ex *cap. de Pœnitentia, & remiſſione*, & docet D. Thomas *in 4. quæſt. 1. art. 1. dub. 19. q. 3. ad 4.* & *diſtinct. 15. quæſt. 2. artic. 1. ad 2.* & ita communiter omnes Theologi; Abbatiſſæ enim non ſunt Ordinis Clericalis, & non habent juriſdictionem ſpiritualem, cum non habeant poteſtatem Clavium, & ideo nec in foro interiori, nec exteriori poſſunt ferre cenſuras, nec præcepta imponere, quæ habeant vim legis & præcepti, ſicut Epiſcopi, & cæteri Prælati Eccleſiaſtici.

77. Avila. Coninch. Diana. An vero Summus Pontifex poſſit de abſoluta potentia committere juriſdictionem fœminæ ad ferendas cenſuras? Satis agitata eſt quæſtio in materia de cenſuris ex Avila, ac aliis; negat Coninch. *de Sacrament. diſputat. 1 . dub. 3. num. 35.* & Diana *part. 5. tract. 9. Reſolut.* 16. talis enim poteſtas mulieri repugnans eſt.

78. Cornejo. Suar. Præpoſi. Bonacina. Probabiliter tamen affirmant Paludanus, Ugolinus, Henriquez, Sayrus, quos citat ac ſequitur M. Cornejo *in 3. part. tract. 5. de Cenſ. diſp. 2. dub. 3* Suar *de Cenſ. diſp. 2. ſect. 2. num. 7.* Præpoſitus *in 3 part. quæſt. 1. de Cenſ. quæſt. 15. dub. 4.* Bonacina *diſp. 1. de Cenſ quæſt. 1. punct. 2. num 4.* nam Chriſtus Dominus dedit Petro, ejúſque ſucceſſoribus pleniſſimam poteſtatem ligandi, ac ſolvendi ſuper terram. Deinde hoc nec repugnat juri divino, nec naturali, ſed tantum Canonico, in quo Summus Pontifex poteſt diſpenſare; & de hoc latè Fragoſus *de regimine introduct. proœmial § 2. n. 10.* Fragoſus.

79. Suar. Notat tamen Suarius *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 9. num. 15.* præfatam facultatem variis modis concedi poſſe fœminis; nimirum ut directè, & ut per ſe id faciant: vel deſignando perſonam, quam Papa ſtatim liget ad declarationem, vel voluntatem. fœminæ habentis dictam facultatem: vel iis concedendo, ut per ſuos officiales poſſint cenſurare, quod eſt accipere poteſtatem cenſurandi, non à fœmina, ſed a Papa ad mandatum, ſeu deſignationem fœminæ, & tales cenſurandi modi Abbatiſſæ poſſunt concedi.

80. Fragoſus. Megala. Notat tamen Fragoſus *tom. 2 lib. 11 diſp. 24. §. 6. num. 18.* & Megala *verb. Abbatiſſa, num. 1.* Quod quando Abbatiſſa præcipit ſuis Officialibus, ut excommunicent, verbi gratiâ, debitores Conventus, quod tunc non agit propria auctoritate Abbatiſſæ, ſed auctoritate Romani Pontificis, vel ſui ſuperioris, qui ad mandatum Abbatiſſæ, Officialibus dant talem poteſtatem.

Quæstio XXIX.

Vtrum Abbatiſſa poſſit diſpenſare cum ſuis Monialibus circa obſervantias regulæ, ac etiam circa leges Eccleſiaſticas?

SVMMARIVM.

81 *Prima ſententia eſt negativa.*
82 *Secunda affirmat declarando præſentem neceſſitatem.*

Quod Abbatiſſa non poſſit diſpenſare cum ſuis Monialibus in præceptis Eccleſiæ, ac regulæ, ut verbi gratiâ, circa recitationem Officij divini, jejunia, ac eſum carnium, tenent Sanchez *tom. 2 in Decalog lib. 6. cap. 1. n. 24.* Tamburin. *tom. 4. diſp. 32. quæſt. 8. n. 1.* Barboſa à S. Fauſto *in Theſaur. Relig lib. 6. quæſt. 44.* Fundamentum eſt: quia diſpenſatio pertinet ad poteſtatem ſpiritualem, ſicut diſpenſare in legibus civilibus, ad poteſtatem temporalem; cum ergo Abbatiſſa tali poteſtate careat, non poteſt diſpenſare in talibus præceptis. Ita Pellizatius *tom. 3 tract. 10. cap. 10. n. 133. & 138.* 81. Sanchez. Tambur. Barboſa. Pellizar.

Tamen oppoſita ſententia mihi eſt vera, quia quando Abbatiſſa cognoſcit neceſſitatem, debilitatem, aut aliam juſtam cauſam, tunc poteſt declarare hujuſmodi jejunia, abſtinentias, ac recitationem Officij non eſſe ſervandam, quia tunc hoc non eſt propriè diſpenſatio dimanans à juriſdictione ſpirituali, (cujus fœmina eſt incapax) ſed Abbatiſſa declarat, & judicat præſentem neceſſitatem, & cauſam, ad cujus judicium Papa, vel Superior diſpenſat: nam dum Abbatiſſa confirmatur à ſuperiori, ei datur cura Conventus, ac Monialium, prout omnino expedit; atqui ſæpè expedit, ac convenit talia præcepta non ſervari: ergo ad præſentiam talis neceſſitatis judicio Abbatiſſæ, Prælatus diſpenſat; ut ſuperiori quæſtione in fine ex Suario diximus de deſignatione materiæ per reſpectum ad cenſuras; hanc noſtram ſententiam tenent, ac docent Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 2. num. 8.* Lezana *tom. 1. cap. 26. num. 16.* & *verb. Abbatiſſa, num. 14.* Poſtel. *in addit. verb. Abbatiſſa. num. 3.* Hieron. Rodrig. *Reſol. 2. num. 13.* Barboſa *de jure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 45. n. 39.* Qui etiam adducunt quandam declarationem *vivæ vocis oraculi Pauli III. pro Abbatiſſis S. Claræ*; in qua eis conceditur, ut poſſint cum ſuis Monialibus diſpenſare circa obſervantias regulæ; at hoc cum ſit vivæ vocis oraculum non ſubſiſtit. 82. Henriq. Lezana. Poſtel. Hier. Rodr. Barboſa.

Quæ

Quæstio XXX.

Vtrum Abbatiſſa poſſit irritare vota ſuarum monialium.

SAMMARIVM.

83 *Abbatiſſa poteſt irritare vota ſuarum monialium.*
84 *Non poteſt irritare votum tranſeundi ad arctiorem Religionem.*
85 *Abbatiſſa poteſt irritare vota ſupererogationis etiam ſine cauſa.*
86 *At vota ex eius licentia facta, ſine cauſa non poteſt irritare.*

83. Fatentur omnes communiter, quod Abbatiſſa habeat poteſtatem ſuarum monialium vota irritandi; eo modo quo pater vota à filio emiſſa irritare poteſt, ſicut & maritus, vota ſuæ vxoris. Et fundamentum eſt, quia omnes iſti poteſtatem dominativam habent, imo & Abbatiſſa, ut multis placet, maiorem autoritatem habet dominativam in ſuas moniales, quam Pater, & maritus ſuper filium, & uxorem; ita Emanuel Rodriguez *tom. 1. quæſtionum Regul. quæſt. 25* Leſſius *lib. 2. de iuſt. cap. 40. dub. 13 num* 107. Petrus Ledeſma, Angles, Ovandus, Vivaldus, Suar. Sayrus, Sotus, Navarr. Lezana, quos citant, & ſequuntur Vaſquez 1. 2. *quæſt. 56. art 4. diſp 176. cap. 4. num* 26. Tambur. *de iure Abbatiſſarum. diſp. 32. quæſt* 6.

Ledeſma. Angles. Ovandus. Vivaldus. Suarez. Sayrus. Navarr. Lezana. Vaſquez. Tambur.

84. Suar. Irritatio autem ab Abbatiſſa præſtita, propriè dicenda eſt irritatio, ut advertit Suarez *tom. 2. de Relig. tract. de voto, lib. 6. cap. 7. num. ultimo*, proindeque poteſt irritare vota ſuarum monialium omnia, excepto voto tranſeundi ad arctiorem Religionem, quòd non cadit ſub poteſtate dominativa ſuperiorum Regularium; nam ipſis invitis impleri poteſt. Ita Angelus, Sylveſter, Sotus, Navarrus, D. Thomas, quos citat, ac ſequitur Leſſius *citatus, n. 7.*

Angelus. Sylveſter. Sotus. Navarr. D. Thomas. Leſſius.

85. Nota tamen, quòd ſi moniales fecerint vota etiam ſupererogationis ſine licentia Abbatiſſæ, non peccare Abbatiſſam illa irritando, etiam ſine cauſa, ſicut nec peccant ſubditæ moniales irritationem abſque cauſa petendo, quia eorum votum ſub illa tacita conditione factum eſt, ſi eorum vota Abbatiſſæ non irritaverint; ita Rodriguez *tom. 1. quæſt. 25. art. 7. prope finem.*

Rodrig.

86. Exinde benè ſequitur, quòd Abbatiſſa peccet mortaliter vota irritando monialium de eius licentia emiſſa ſine cauſa, ut ex Caietan. Panormit. tenet Leſſius *citato, cap 40. dub. 13 num. 76. §. Peccabit tamen.* Et ratio eſt, quia licèt illa materia voti ſit ſubiecta prælato, tamen ex eius conſenſu eſt obſtricta Deo, & unde Prælatus non poteſt impedire, ne Deo offeratur promiſſum, ſine cauſa.

Caiet. Panorm. Leſſius.

Quæstio XXXI.

Vtrùm Abbatiſſa ſuarum monialium vota poſſit commutare, ac diſpenſare?

SVMMARIVM.

87 *Abbatiſſa, non poteſt diſpenſare, ac vota commutare.*
88 *Prælati Religionum poſſunt vota monialium commutare, ac diſpenſare.*
89 *Abbatiſſa declarando materiam diſpenſationis, Prælatus cenſetur diſpenſare.*

Constans, ac communis eſt omnium ferè ſententia negativa, & ratio eſt, quia commutatio, ac diſpenſatio dimanat à iuriſdictione ſpirituali, cuius fœmina eſt incapax, ac proinde talis iuriſdictio ei competere non poteſt. Ita ex Soto, Covar. Leſſio, Rodrig. Sayro, Clavi Regia, *lib. 6. cap* 10. *num.* 7. Lezana *tom. 1 cap. 26. num. 15.* Barthol. à Sanct. Fauſto *lib. 3 quæſt. 24.* Sanchez *lib. 4. in Decalog. cap. 39. num.* 7. Qui addunt, quòd ſolùm ex ſpeciali privilegio Summi Pontificis, hæc iuriſdictio Abbatiſſis competere poſſit. 87.

Sotus. Covar. Leſſius. Rodrig. Sayrus. Clavis Reg. Lezana. Barthol. Sanchez.

Certum eſt in hac re; quòd ſuperiores, ac Prælati ſub quorum obedientia ſunt moniales, poſſint earum vota commutare, ac diſpenſare. Ita Sylveſter, Sotus, Richardus, Angelus, Palacius, Valentia, Leſſius Navarrus, Lopez, Toletus, Sayrus, Suar. Sanchez; quos citant, ac ſequuntur Ioannes Benedictus *in Summa de peccatis, lib. 1. cap.* 9. Tamburio. *tom. 3. diſp. 32. quæſt. 7. num. 3.* Quæ poteſtas eſt ordinaria, ac eis competit ex vi muneris, ac officij. Azor. *part. 1. lib. 11. cap. 58. q. 4.* Aragon. 2. 2. *quæſt. 9. art. 6.* 88.

Sylveſt. Sotus. Richard. Angel. Palac. Valent. Leſſius. Navar. Lopez. Toletus. Sayrus. Suarez. Ioan Bened. Tambur. Azor. Aragon.

Ex his infero, quòd Abbatiſſa impropriè, ac indirectè poteſt diſpenſare, ac commutare vota ſuarum monialium; nam eis à ſuperioribus traditur pleniſſima cura Conventus, & Abbatiſſa conſiderata hac, & illa circunſtantia, & neceſſitate, poteſt iudicare, ac declarare, quòd datur ſufficiens materia ad diſpenſandum, ac commutandum; tunc ſtante hoc iudicio cenſetur Prælatus diſpenſare, ac commutare tale votum, ut ex multorum ſententiis dixi *quæſt.* 29. circa leges Eccleſiæ, ac regulæ, & Religionis.

Quæstio XXXII.

Abbatiſſa tenetur in conſcientia cogere moniales ad obſervantiam regularem; delicta punire, & ad indagandam veritatem poteſt iuramentum adhibere.

SUMMARIUM.

90 *Abbatiſſa ex ſuo officio tenetur punire delicta grandis notæ, quæ ad Prælatum ſpectant.*

 91 *Abba*

91 *Abbatiſſa poteſt dare juramentum ad inquirendum veritatem.*

93 *Poteſt ſine licentia ſuperioris admittere ad proprofeſſionem.*

ABbatiſſa ex vi, ac injuncto onere ſui offi-
90. cij tenetur moniales compellere ad ob-
ſervantiam regularem, ut fatentur omnes; de
Sanch. quo Sanchez *tom.2. in Decalog lib.6. cap.1.*
Vaſquez. *num.27.* Vaſquez, 1.2. *diſp.166. cap.4.num.28.*
Suarez. & inde poteſt exceſſus monialium punire; At
vero ſi exceſſus fuerit grandis, grandiſque notæ, ad Ordinarium, vel Prælatum regularem recurret Abbatiſſa, ut advertit Suar. *tom.4.de Relig.tract.8. lib.2.cap.9.num.15.*

Admonet tamen Sanchez *citatus* ex Barbo-
91. ſa, à ſancto Fauſto, ac Ledeſma; quòd ſicut
Sanch. quilibet judex legitime inquirens de delicto obligat ſub peccato mortali ad detegendam veritatem in rebus magni momenti, etiam ſecluſo juramento; ſic & Abbatiſſa inquirens de delicto, non ſolum adhibito juramento, ſed etiam ſuo precepro obligat ſub mortali ad aperiendam veritatem; nam ipſa poteſt punire delictum: ergo & inquirere: *Qui dat finem, dat media ad finem.*

Quæstio XXXIII

Abbatiſſa nec ſibi, nec ſuis Monialibus poteſt eligere confeſſorem.

SUMMARIUM.

62 *Abbatiſſa nec ſibi, nec ſuis monialibus poteſt eligere confeſſorem.*

93 *Si habet juriſdictionem quaſi epiſcopalem, rectori, quem conſtituit, dat Papa juriſdictionem.*

REſolutio negativa eſt certa, quia talis
92 facultas requirit poteſtatem clavium ac
juriſdictionem ſpiritualem, quam Abbatiſſa non habet, & inde verè, & propriè non eſt Prælata, ſed tantùm latè, & impropriè, ut communiter tradunt Doctores cum D.Thom.
D. Thom. *in 4.d.19. quaſt.1. art.1. quaſt.3. ad 4.* Fœmina
enim ſaltem jure Canonico incapax eſt talis
Megal. juriſdictionis; ita Megala *verb. Abbatiſſa, n.10.*

Si verò Abbatiſſa habeat juriſdictionem
93. quaſi Epiſcopalem privativè, nempe, ne ejus
ſubditi ſubjiciantur Epiſcopo, tunc ex privilegio Pontificis poteſt conſtituere rectorem,
Bellaſius. verbi gratia, cui ad deſignationem Abbatiſſæ
Summus Pontifex dat juriſdictionem; ita Bellaſius *verb. Abbatiſſa, num.16.* ad agenda ea quæ ſunt juris ſpiritualis.

Quæstio XXXIV.

An Abbatiſſa poſſit recipere novitias, & eas ad profeſſionem admittere ſine licentia ſui ſuperirois?

SUMMARIUM.

94 *Abbatiſſa ſine licentia ſuperioris non poteſt recipere novitias.*

NOn poteſt Abbatiſſa, ſeu Priotiſſa, etiam 94.
de conſenſu monialium, ſine ſuorum
Prælatorum liccotia recipere novitias, ita haber communis uſus, hoc enim eſt actus veræ
juriſdictionis; ſolum ad veros Prælatos perti- Caſarrubius.
nens, ita Caſarrubius, Miranda, quos citant, ac Miranda.
ſequuntur Lezana, *tom.1.cap.26.n.17.* Fr. Anto- Lezana.
nius à ſpirito Sancto *in director. tom.1.tract.2.* Fr. Anton.
diſp.1. num.239. Cum licentia ſuperioris bene & congruè eas recipit; apud enim prælatum
eſt totum regimen conventus, inde refert
Suar. *tom.4.de Relig.tract.9.lib.10.cap.11.num.1.* Saatez.
Quod renuente, ac contradicente Abbatiſſa poteſt Prælatus recipere novitiam ad habitum, ac ad profeſſionem admittere.

Es quamvis admittere ad profeſſionem mo- 95.
nialium pertineat ad Prælatos, quos jura, ac conſtitutiones Religioouin decernunt, tamen ſecundum jus commune Abbatiſſæ abſque licentia ſuperiorum poſſunt in ſuo monaſterio novitias, ſervatis requiſitis, ad profeſſionem admittere; nam acceptatio hæc non eſt actus juriſdictionis, ſed cujuſdam ſuperioritatis pertinentis ad poteſtatem œconomicam ſeu dominativam, quæ poteſt comprere etiam fœ-
minæ; ita Hoſtienſis Archidiacon. & alii quos Hoſtienſ.
citant, ac ſequuntur Azor. *lib 11 inſtruct. Mo-* Azor.
ral.cap.5.quaſt.6. Sanchez *lib.3.in Decalog.cap.4.* Sanch.
num. 76. Fragoſus, *tom.2. lib.13.diſp.24.§.76.* Fragoſ.
num.11. Quorum rationes addo, ex eo quod Prælatus admiſit novitiam in monaſterio, ſi ipſa recte ſe habeat in novitiatu tacitè dat licentiam ad ejus profeſſionem, non enim poteſt niſi injuſte ac inique eam expellere.

Quæstio XXXV.

An Abbatiſſa habeat liberam adminiſtrationem bonorum temporalium conventus, & an valeat ſuper illos contrahere?

SUMMARIUM.

96 *Abbatiſſa habet liberam adminiſtrationem bonorum Conventus ad contrahendum in rebus minoris momenti, & n.97.*

98 *Contractus factus in rebus magnis ſine conſenſu monialium, ac ſuperioris eſt nullus.*

ABbatiſſa habet liberam, & plenam admi- 96.
niſtrationem bonorum temporalium
conventus, ſicut & Abbas circa bona propria ſui conventus; unde poteſt inſtituere
procuratorem, & adminiſtratores illius, ita Panorm.
Panormitan. Cardinal. Navar. Sanchez, quos Cardin.
citat, ac ſequitur Pellizat. *tom.3. Tract.10.c.10.* Navar.
ſect.2.num.146. Tamen ut bene advertit. Tam- Sanch.
burin. *tom.4. diſp.32. queſt.13. num. 3.* Hodie Pellizar.
dicta adminiſtratio non videtur abſoluta, & Tamburin.
independens, ſed fere io omnibus monaſteriis habet relationem ad conſenſum, vel capitulum monialium, imo ad Epiſcopum, vel Prælatum regularem, in rebus, ſaltem, majoris momenti.

Google

79. Ex dictis patet reſolutio ad ſecundam partem quæſtionis, quod Abbatiſſa poſſit facere contractus ſuper bona conventus de conſenſu ſui capituli, imo & ſuperioris monaſterij, quod intelligitur de contractibus majoris momenti, niſi aliud habeat conſuetudo, & præſcribant Conſtitutiones Religionis.

98. Sanctor.
Unde infert Sanctorius *in conſtit. Minorum, cap. 11. ſtat. 7. quæſt.* 2. Contractum factum à monialibus circa bona immobilia, ſine conſenſu Superioris eſſe nullum ex defectu debitæ poteſtatis ad contrahendum, ac alienandum, cum moniales ſubiiciantur ſuis ſuperioribus; conſentiunt Poſtel. *verb. Alienatio bonorum, num.*1. *& verb. Moniales, n.*18. Fr. Emanuel. Rodrig. *tom.*1. *quæſt.*27. *art.*8. & refert *art.* 2. Quandam conceſſionem Leon X. & Gregorij XIII. factam monialibus ſancti Dominici, ac ſancti Auguſtini, ut poſſint bona immobilia permutare, vendere, & alienare, converſo pretio in utilitatem Conventus. *De conſenſu tamen Miniſtrorum Provincialium, & maioris partis conventus.* Addit Sanctorius, quod ultra conſenſum Superiorum requiratur expreſſa licentia Sacr. Congregationis ex Decreto ipſius Congregationis die 7. Septembris 1624. ſed hæc declaratio nec oſtenditur authentica, nec eſt in uſu.

Poſtel.
Rodriguez.
Leo X.
Greg. XIII.
Sanctor.
S. Congreg.

Quæstio XXXVI.

An Abbatiſſa, vel Prioriſſa ſuis monialibus poſſit concedere facultatem largiendi, poſſidendi, ac accipiendi de bonis ad earum uſum conceſſis?

SVMMARIVM.

99 *Abbatiſſa poteſt dare talem facultatem.*
100 *Hæc facultas ad quantum taxanda.*
101 *Abbatiſſa poteſt dare facultatem habendi peculium.*

99. CUm reſolutum ſit ſuperiori quæſtione, Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam habere plenam & liberam adminiſtrationem bonorum ſui monaſterij ad inſtar Abbatis; inde apertè ſequitur, quòd poſſit dare facultatem largiendi, poſſidendi, & accipiendi de bonis ad ipſarum uſum conceſſis, ſicut & cæteri Prælati regulares. Ita Corduba, Lopez, Sorbo, Sanchez, Bartholam, Ledeſma, quos citant, ac ſequuntur Tamburinus *tom.*4. *diſp.* 9. *quæſt.*3. *num.*9. cum Lezana *tom.*1. *cap.*26. *n.*14.

Corduba.
Lopez.
Sorbo.
Sanchez.
Barthol.

100. Quantum ad ſummam expendendi, multi Doctores apud Azorium *tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 12. *quæſt.* 4. dicunt Prælatum poſſe dare ſubdito licentiam expendendi ſingulis menſibus duos, vel tres aureos, ſingulisque annis extendunt hanc licentiam ad decem, aut duodecim, aut quindecim aureos; hoc tamen ſtante communi conſuetudine nimis rigoroſum eſt, ideo mihi aptior eſt ſententia Suarij *tom.*3. *de Relig. lib.* 8. *cap.* 15. *num.* 13. Hoc arbitrio prudentis viri, conſiderata neceſſitate, ac occaſione taxandum eſt; & addit Pellizar. *to.*3. *tract.* 10. *cap.*4. *ſect.*1. *num.*67. Quòd facultas accipiendi non videtur à monialium ſuperioribus reſtringenda, exinde enim maxime creſcunt bona religionis, ac monaſterij, hoc autem intelligitur, niſi aliter ſit determinatum per conſtitutiones Religionis.

Ledeſma.
Tamburin.
Lezana
Azor.
Suar.
Pellizar.

Ex his etiam ſequitur; quod Abbatiſſa poſſit dare ſuis monialibus licentiam habendi peculium, ut ſuperior Religionis dat ſuis religioſis, Corduba, Rodriguez, Ledeſma, & alij quos refert, ac ſequitur Fragoſus *tom.* 2. *lib.*11. *diſputat.*24. § 6. *num.*15. Caſtro Palaus *tom.*3. *diſput.* 3. *pag.* 5. *num.* 5. 101.

Bellarmino
Corduba.
Rodriguez.
Ledeſmam.
Fragoſ.
Caſtr. Pal.

Quæstio XXXVII.

An & quando Abbatiſſa poſſit extraneis concedere facultatem ingrediendi clauſuram monaſterij, vel ipſa poteſt ab ea exire?

SVMMARIM

102 *Solus ſuperior poteſt dare hanc licentiam, Abbatiſſa verò ex tacita, vel præſumpta licentia Prælati, & n.*103.
104 *Abbatiſſa exire poteſt ratione præſtandi fidelitatem.*
105 *Monialis energumena ad Eccleſiam ducenda.*

DE hac quæſtione latiùs dicam infrà, cum de clauſura monialium fuerit ſermo. Reſpondeo, quòd Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa non poteſt extraneis talem facultatem concedere, hoc enim tantùm pertinet ad Superiores conventus, *cap. Periculoſo de textu Regular. in* 6. & Concilium Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de Regularibus* ubi ait: *Ingredi autem intra ſepta monaſterij, nemini liceat, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia, &c.* & ſubdit ſactum Concilium, quod hæc licentia non detur, *niſi in caſibus neceſſariis:* Ita communiter Doctores, quos ad longum in magno numero citat, & ſequitur Barboſa *in Collectanea ad Concilium citato loco*; & ex Navarro, & Rodriguez dicunt Sanchez *in Decalog. lib.*6. *cap.*16. *num.*22. Campanela *in Diverſ. iuris Canon. Rubr.* 12. *cap.*16. *num.* 20. poſſe ſuperiores monialium generalem licentiam concedere Abbatiſſis dandi hanc licentiam in caſibus frequenter occurrentibus, & neceſſariis maxime. 102.

C. Pericul.
Concilium Tridentin.
Barboſa.
Navar.
Rodriguez.
Sanchez.
Campanel.

At in caſu repentino, in quo eſt periculum in mora, & Prælatus longe abeſt, tunc Abbatiſſa ex præſumpta proprij Prælati voluntate, poteſt ingrediendi facultatem concedere, ita Fr. Emanuel. *tom.* 1. *quæſt.* 46. *art.*2. *in fine*, Campanel. *citatus*, *num.*20. Fragoſus Barboſa, & alij, quos citat, & ſequitur Delben. *tom.*2. *cap.* 19. *dub.* 37. *num.* 17. & ita vidi in uſu obſervari. 103.

Fr. Eman.
Campan.
Fragoſ.
Barboſa.
Delben.

Adverte tamen quod Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa poterit exire de clauſura, quando ratione feudi tenetur præſtare fidelitatis iuramentum alicui principi ſæculari; ſi illud per procuratorem præſtare non poteſt, nec princeps vult ad monaſterium accedere; hoc cedit in bonum conventus; & ſic conceſſum à Boni- 104.

facio

Pericul. Sanchez. Bonac. Lezana. facio VIII. *in cap. Periculoſo, de ſtatu Regular. in 6.* Ita Sanchez *citatus. numero* 51. Bonacina *de clauſur. quæſt.* 1. *punct.* 5. *num.* 9. Lexana *tom.* 1. *cap.* 26. *num.* 20.

105. Monialis energumena extra ſepta monaſterij ad Eccleſiam deferenda, ut à Presbytero ſæculari, vel regulari exorcixetur; ita deciſum à ſacra Congregatione die 20. Septembris refert Aldan. *tit.* 10. *num.* 26. alios multos caſus, & ad text. Concilij adducam infra dum de clauſura monialium fuerit ſermo. (Sacr. Congregat. Aldan.)

Quæstio XXXVIII.

An & qualiter Abbatiſſa poſſit conferre beneficia Eccleſiaſtica, Clericos, & Capellanos inſtituere?

Summarium.

106 *Abbatiſſa beneficia curata annexa monaſterio poteſt conferre.*
107 *Penſio in qua quantitate ponenda ſit.*
108 *Abbatiſſa poteſt vicarios ſuſpendere.*

106. Abbatiſſa poteſt præſentare Clericos, & conferre beneficia curata ex Conſtitutione Pij V. *Bulla* 47. *in Ordine*; & hoc etiam ex privilegio Pontificio habent multa monaſteria, verbi gratia, in hoc regno Vdivellas, Conceptionis Virginis Iuliæ pacis, dummodo talia beneficia ſint unita, & annexa ſuis monaſteriis, tunc Abbatiſſa de, conſenſu ſui Capituli poteſt conferre tale beneficium, non tamen conferendo jus ſpirituale, ac clavium poteſtatem in eo incluſam, ſed inſtituere inſtitutione authorizabili, ut loquuntur in hac materia Fr. Emanuel. *tom.* 1. *quæſt.* 17. *artic.* 12. Miranda *de Monialibus quæſt.* 6. *art.* 5. Tambur. *diſp.* 32. *quæſt.* 12. *num.* 1. *tom.* 3. à quibus non diſſentit Suarez *tom.* 3. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 14. Monens, quod vel tunc Abbatiſſa præſentat Clericum Epiſcopo, & Epiſcopus ei confert juriſdictionem, vel Abbatiſſa abſolutè ipſum Clericum deſignat, ac præſentat, & tunc ſtante tali electione jus ſpirituale, etiam ad audiendas confeſſiones confertur à Papa, & in hoc ſenſu Abbatiſſa poteſt dare poſſeſſionem beneficij, quia talis actus non eſt juris ſpiritualis, & idem dicendum eſt etiam de capellanis quoad eorum collationem. (Pius V. Fr. Eman. Miranda. Tambur. Suarez.)

107. Pius V. in ſua citata Bulla *ad exequendum ſub die* 15. *Novembr.* 1567. determinat portionem reddituum annuorum aſſignandam Vicario, ſive perpetuo, ſive amovibili ab Abbatiſſa præſentato ad beneficia monaſterio unita, non debere excedere 100. aureos, nec minus 40. & idem ibi ſtatuitur quoad Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos erga vicarios, ſeu beneficiatos ab eis præſentatos, hoc tamen non eſt in uſu, ac praxi. (Pius V.)

108. Ex dictis benè ſequitur, quod poteſt Abbatiſſa vicarios, ſeu capellanos ſuſpendere ab officio, & beneficio, & ſubtrahere præbendas, & præcipere, ne celebrent in ſuis Eccleſiis, vel in pœnam, vel donec ſatisfecerint, & in tali caſu propriè non exercet juriſdictionem ſpiritualem, ſed ad eius voluntatem ipſemet Papa aufert juriſdictionem ſpiritualem. Ita Henriquez, Veiga, & alij, quos citat, ac ſequitur Fragoſus *tom.* 2. *lib.* 11. *diſp.* 24. §. 6. *num.* 1. & Pellixar. *tom.* 3. *tract.* 10. *cap.* 10. *ſect.* 2. *num.* 131. Fr. Anton. à Spiritu Sancto *in director. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 1. *ſect.* 5. *n.* 261. (Henriquez. Veiga. Fragoſ. Pellizar. Fr. Anton.)

Quæstio XXXIX.

An Abbatiſſa poſſit impedire ſubditæ moniali ne utatur licentia ſibi à Prælato data?

Summarium.

109 *Ex juſta cauſa poteſt impedire talem licentiam, minimè verò ſine illa.*

Si intervenit juſta cauſa, bene poteſt Abbatiſſa ſuſpendere gratiam factam à Prælato; ſecus ſi non datur juſta cauſa. Ita colligitur ex Sanch. *lib.* 6. *moralium, cap.* 3. *num.* 9. Corduba *in Regula Sancti Franciſci, cap.* 10. *q.* 2. *part.* 6. ac Peyrino *de reſtitut.* 5. *quæſt.* 1. *cap.* 8. §. 6. & patet, quia in priori caſu remiſſio, ac coarctatio non cenſetur fieri abſque conſenſu concedentis, ſaltem tacito, ac interpretativo: in poſteriori verò procedit licentia ut legitima. Reg. 17. num. 6. *Indultum à iure beneficium, non eſt alicui auferendum.* 109. (Sanchez. Corduba. Peyrin. Regul. iur.)

Resolutio III.

Abortus, ſeu Aborſus.

Quæstio Prima.

Quid ſit aborſus, & quam grande crimen?

Aborsus ſeu abortus eſt intempeſtiva ejectio fœtus immaturi ex utero matris. Hoc autem fieri poteſt vel ante fœtus animationem, vel poſt. Qui ejicit immaturè fœtum animatum rigide punitur tam à jure civili, quam Canonico, pœnis homicidarum, & præter peccatum mortale incidit in excommunicationem & irregularitatem. 1. (Ius Civile. Ius Canonicum.)

Qui vero ejicit fœtum nondum animatum, licet non committat homicidium, tamen gravi ſcelere, ac peccato mortali ſe obſtringit; tamen à jure civili reus hujus criminis punitur exilio; amiſſione partis bonorum, ſi perſona ſit bonæ, ac honeſtæ conditionis; ſi vero ſit inferioris, ac humilioris damnatur ad metallum, *l. Si quis aliquid*, §. *Qui abortionis, ff. de pœnis.* 2. (L. Si quis.)

Quæstio II.

Proponitur conſtitutio rigoroſa Sixti V, contra procurantes aborſum.

3. Sixtus V. Sixtus V. *in conſtitutione* 87. *edita anno.* 1588. Quæ incipit : *Effrænatam*, determinat §. 1. ut ij qui per ſe, vel interpoſitas perſonas abortum fœtus animati procuraverint percuſſionibus, venenis, medicamentis, oneribus, aliove quocumque modo, teneantur pœnis omnibus iure divino, canonico, & civili ſtatutis contra veros homicidas. §. 2. 3. & 4. Decernit eos incurrere irregularitatem, unde nec promoveri poſſint, nec ſi iam promoti ſint, miniſtrare, ſed eo ipſo omni privilegio clericali, officio; & beneficio eſſe privatos, quæ ſic vacatura reſerventur Papæ, atque inhabiles in futurum ſint, eſto delictum fuerit occultum, & qui foro Eccleſiaſtico ſunt ſubjecti, degradati tradantur ſæculari foro capitali pœna puniendi.

4. § 5. Similibus pœnis vult ſubiacere eos, qui ſterilitatis potiones, ac venena propinaverint mulieribus, aut quominus fœtus concipiant impedimentum præſtiterint, conſuluerint, ac auxiliati fuerint: nec non & mulieres, quæ ea ſcienter ſumpſerint, & §. 6. Vt detur in hoc crimine puniendo inter iudices præventio contra quoſcumque, & teſtes iure inhabiles ſuo arbitratu recipiant, & pœnis afficiant reos.

5. § 7. & 8. Eos omnes tam principales, quam ſocios, conſocioſve talis criminis, necnon opem; conſilium, aut favorem dantes ſubiicit excommunicationi, quam ipſo facto incurrant; & à qua nequeant abſolvi (niſi in mortis articulo) nec etiam in Iubilæis, aut vigore Concilij Trident. niſi à Romano Pontifice, & ſimiliter ab irregularitate hac de cauſa contracta, & ab eo tantùm urgentiſſimis de cauſis diſpenſari poſſit. Hæc eſt ſumma prædictæ conſtitutionis.

Quæstio III.

Ponitur moderatio Gregorij XIV. ad prædictam conſtitutionem.

6. Greg. XIV. Gregorius XIV. *in ſua conſtitutione* 8. *edita anno* 1591. quæ incipit : *Sede Apoſtolica* : Moderavit prædictam Bullam Sixti V. ſui anteceſſoris. Vnde §. 2. determinat, ſi fœtus animatus fuerit, tam ad eos, qui hactenus deliquerant, quam qui in futuro delinquent, ut à peccato, & excommunicatione poſſit quilibet Presbyter tam ſæcularis; quam regularis ad confeſſiones audiendas, & ad hos caſus ſpecialiter per ordinarium loci deputatus, in foro tamen conſcientiæ, abſolvere.

7. §. verò 3. ſubdit : Quòd ſi fœtus animatus non fuerit, pœnas abortum procurantium & exhibentium mulieribus, & ſuſcipientium venena ſterilitatis, aut quocumque modo dantium auxilium, & conſilium, reducit ad terminos iuris communis, ſacrorum Canonum, & Concilij Trid. tam quoad præterita, quam quoad futura, §. 4. Cætera verò omnia, quæ in Bulla Sixti V. continentur, vult in ſuo robore manere. Quæ omnia latiùs per ſequentes quæſtiones ſunt explicanda.

Quæstio IV.

Quando Proles animatur anima rationali.

SUMMARIUM.

8 *Opinio Leſſij & aliquorum.*
9 *Communis & recepta ſententia.*
10 *In dubio reputandus eſt fœtus maſculus.*

AD incurrendas pœnas contentas in conſtitutionibus Apoſtolicis, maximè præ oculis habendum eſt: an fœtus ſit animatus? 8.
de tempore autem quo fœtus animatur res eſt
dubia. Hyppocrates medicorum princeps, *lib.* Hyppocr.
de natura fœtus, n. 10. quem ſequuntur Leſſius Leſſius.
lib. 2. *cap.* 9. *dub.* 10. *num.* 65. Cornelius *in Pentihat. ad cap.* 12. *Levitici*, ad illa verba: *Sin an-* Cornel.
tem fœmina pepererit, Mazuchel. *de caſibus reſervatis, diſp.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. Portel. *in reſpon-* Mazuchl.
ſionibus, *tom.* 1. 3. *part. caſu* 12. *num.* 1. dicunt, Portel.
quòd in maſculis corpus anima informatur lõgiſſimè die trigeſima; fœminæ verò corpus longiſſimè informatur anima die quadrageſima ſecunda. Et ratione id perſuadent, quia corpos maſculi & fœminæ ſunt eiuſdem ſpeciei, quæ cauſa ergo poterit intercedere, ut anima fœminæ in duplo tardius infundatur, quam anima maſculi: vnde Portel citatus, ſecundam ſententiam referendam appellat fabulam.

Tamen communior ſententia hodie eſt cum
Ariſtotele *lib.* 7. *de animalibus*, *cap.* 3. Mares 9.
animari die quadrageſimo à conceptu, fœmi- Ariſtot.
nas verò die octogeſimo, & aliquando nonageſimo. Ita Marchinus, Molina, Megala, Co- Marchin. Molin.
riolanus. Quaranta, quos citant, ac ſequuntur Megala.
Layman *lib.* 3. *tract.* 3. *part.* 3 *cap.* 4. *n.* 2. Trul- Coriolan.
lench. *in Decalog. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *dub* 4. *n* 2. Quarant.
Et hoc intelligitur regulariter, quia ex calidi- Layman.
tate, vel frigiditate matris, hoc citiùs, vel Trulench.
tardiùs aliquando contingit.

In hac ſententia eſt Naldus *in ſumma verb.* 10.
Abortus, *num.* 2. ubi ait, Abortum poſt qua- Naldus.
draginta dies in maſculo, in fœmina autem poſt octoginta animatum eſſe anima rationali, tradunt omnes; In dubio autem, ideſt, ſitne maſculus, an fœmina, tunc cenſetur eſſe maſculus, & ſic animatus anima rationali; & ita ſervat ſacra pœnitentiaria, ita ille, quod
etiam docent Machadus *de perfect. Confeſſor.* Machad.
tom 1. *lib.* 2. *part.* 3. *tract.* 17. *docum.* 8. *num.* 2.
Bordon. *tom.* 1. *Regul. Reſol.* 45. *quæſt.* 2. *n.* 2. Burdon.
Diana *tom.* 1. *tract.* 5. *Reſol.* 7. Hæc ſententia Diana.
mihi videtur in praxi ſequenda, ex eo quod citati Auctores teſtantur, quod ſacra pœnitentiaria Romana ita obſervat.

Qvæstio V.

An procurans aborſum ante animationem incidat in cenſuras: & an aliquando hoc ſit licitum?

SVMMARIVM

11 *Cooperans ad aborſum fœtus inanimati, non incidit in excommunicationem, vel irregularitatem.*

12 *Qui ad talem aborſum cooperantur, peccant mortaliter, tamen propriè non ſunt homicidæ.*

13 *Pro conſervanda vita matris poteſt permitti aborſus fœtus inanimati.*

11. Sixtus V. Greg XIV. ATtenta Bulla Sixti V. affirmativa eſt reſponſio; At hodie ſtante Bulla Gregorij XIV. negativa ſententia eſt tenenda; & eſt communis; nam licet illas pœnas Sixtus V. impoſuiſſet; tamen Gregorius XIV. in ſua moderativa bulla §.3. omnino abſolvit & reduxit ad terminos iuris communis, ac Concilij Trident. Ac proinde mulier prægnans ſumens potionem, vel adhibens aliquod remedium ad abortum fœtus inanimati, vel conficiens talem potionem, dans auxilium, cooperans vel conſulens, non incurrit excommunicationem, nec irregularitatem, quia hoc non eſt impoſitum à iure communi, nec à Tridentino; ita Toletus *in ſumma lib.1.cap.76. num.16.* Portellus *in dub. Regul. verb. Aborſus, num 3.* Villalobos *in ſumma, tom.2.tract.12. diff.14.num.3.* Machadus *de perfect. Confeſſ. tom.2. lib.2. part.3. tract.17. docum.9. num.1. & 2.*

Toletus. Portell. Villalobos. Machad.

12. Qui omnes docent, quòd talia facientes, cooperantes, conſilium, aut auxilium dantes, graviter peccabunt mortaliter, quia ex induſtria, ac opere impediunt ſemen infuſum, ac fœtum à ſuo debito, ac connaturali fine, qui eſt generatio humana; ita præter Auctores citatos cum Azor. Sanchez *lib.9. de matrim. diſp.20.num.2.* propriè tamen non erit homicida, ſed quaſi homicida, quia non interficit hominem, cum fœtus adhuc non ſit animatus: deſumitur *ex cap. Si aliquis, ex cap. Sicut ex literarum de homicidio ſimul, cum cap. Quòd verò, §2.quæſt.2.* ut aduertunt Leſſius *lib.2.cap.9. dub.10.* Layman *lib.3. de iuſtitia, tract.3.part 3.cap.4.quæſt.2.*

Azor. Sanchez. C. Si aliquis. C. Sicut. C. Quòd verò. Leſſius. Layman.

13. Si autem certum reputetur, fœtum non eſſe animatum, tamen iudicio medicorum, ſi in lucem prodeat, matri mortem allaturus, aut de vita matris ſit magnum periculum, tunc abortus ſine peccato poteſt permitti; nam in tali caſu ius naturale conſervandi matris vitam præponderat bono prolis futuræ; nam fœtus eſt pars, ſeu aliquid matris, & bonum totius anteponendum bono partis. Ita citatus Sanchez *num.9.* Layman. citatus, § *Secundò ſi certum ſit*, Leſſius *lib.2 cap 9. dub.10. num 6.* Bonacina *citand. num.3.* M. Lezana *verb. Abortus, num.4. ad finem.* Qui etiam advertit, quòd abortus eſt caſus reſervabilis à Prælatis Regularibus reſpectu ſuorum ſubditorum, ut infra dicemus ex Clemente VIII. immò de facto eſt reſervatus in multis provinciis ab earum Conciliis provincialibus, ut obſervat Bonacina *de reſtitut, diſput.2.q.vltima, sect.1. punct.7. num.6.*

Sanch. Layman. Leſſius. Lezana. Bonacina.

Quæstio VI.

An liceat procurare abortum fœtus non animati ad evitandum periculum vitæ, vel infamiæ alicuius puellæ prægnantis?

SUMMARIUM.

14 *Caſus eſt ſi puellæ mors, vel infamia, non poteſt impediri niſi aborſu.*

15 *Sententia negans.*

26 *Sententia aſſerens eſſe licitum, ac illius fundamentum, & num.17.*

18 *Secunda ſententia valdè probabilis, & ſecura in praxi.*

CAſus eſt ſi fœmina nobilis, aut monialis peccaverit cum viro, & ſi ipſa gravida appareat, timetur mors, infamia, ſcandalum, & nulla alia via poteſt impediri mors, infamia, ſcandalum: An tunc licitum ſit procurare, conſulere, cooperari ad abortum fœtus inanimati? 14.

Negativam ſententiam tenent Tannerus, Sanchez, Sylvius Finellius, Azorius, Zanardus, Bellochius, Filliucius, quos citat ac ſequitur Diana *3.part.tract.9. Reſol 11.* In hac ſententia eſt Baſſeus *verb. Abortus, num.1.* Qui omnes dicunt nullo modo licere, & contrariam ſententiam eſſe improbabilem docet Candidus *tom.2. diſquiſit.1.art.1.* Quia hoc eſt agere contra ordinem naturæ ad impediendam conceptionem fœtus: *Et non ſunt facienda mala, ut veniant bona*, Rom.3.n.9. 15.

Tannes. Sanch. Sylvius. Finell. Azor. Zanard. Belloch. Filliuc. Diana. Baſſeus. Candidus. Rom.3.

Tamen contrariam ſententiam in propoſito caſu, hoc eſſe licitum, tenent Torreblanca *de Mag. lib.2. cap.43. num.10.* Leo Zambellus *in repertorio morali, verb. Medicus, n.11.* Bordon. *in Regular. Reſol. 45. quæſt.4. num.4. in fine.* Et eam probabilem dicunt, & tenent M. Lezana *tom.3. verb. Aborſus, num 5. in fine*, Trulench. *in Decalog. tom 2. lib.5 cap.1. dub.4. num.1.* & Diana *part.6. tract.8. Reſol.37.* Teſtatur, quòd vir doctiſſimus Societatis Ieſu, conſultus in hoc, dixerit, pro tuenda vita, ac honore puellæ prægnantis, licitum eſſe procurare aborſum fœtus inanimati. 16.

Torrebl. Zambel. Bordon. Lezana. Trulench. Diana.

Probatur quia ut ex multorum ſententia dixi ſuperiori *quæſtione num.13.* quando aliud non ſuppetat remedium pro ſalute infirmæ matris, poteſt qui licite procurare aborſum, ſi fœtus nondum eſt animatus: ergo etiam hoc facere licitum erit pro tuenda vita, ac honore matris; & hoc præcipue, quando fœmina eſt nobilis, vel monialis, quia illud maxime cadit in dedecus familiæ, domus, monaſterij, ac Religionis; quæ magis videntur ponderare, quam conſervatio vuius fœtus nondum animati. 17.

Hæc ſecunda ſententia mihi videtur valde probabilis, & tuta in praxi; quia cum habeat pro ſe graves Doctores, & ſufficiens fundamentum, negari non poteſt, quod ſit probabilis. 18.

Qvæ

Quæstio VII.

An procurantes, & intendentes, cooperantes, & conſulentes aborſum fœtus animati ſint excommunicati, ac irregulares?

SUMMARIUM.

19 *Tribus modis poteſt hoc impedimentum procurari.*
20 *Prima ſententia defendit matrem.*
21 *Mater & cæteri cooperantes comprehenduntur, & n.22.*
23 *Quando maritus uxorem verberat ſine intentione non incidit in cenſuras.*

19. TRibus modis poteſt hæc procuratio contingere. Primo quidem, ut fœtus conceptus, non tamen animatus ejiciatur; de quo egi ſuperiori quæſtione. Secundò: procurando ut fœtus animatus abigatur: de quo nunc eſt dicendum. Tertiò: impediendo ne fœmina concipiat, ut ſi antea, vel poſtea fiat aliquod remedium, ut ſterilis fiat.

20. Naldus. Avila. Alphonſ. Ad quæſtionem præſentem Naldus *verb. Aborſus, num. 1.* Avila *de cenſuris, part. 1. cap. 5. diſput. 3. dub. 12. concluſ. 2. §. quintò* Quod etiam tenet Alphonſus Leon *de cenſuris, Recollect. 7. num. 34.* qui dicunt, quod mulier prægnans, procurans proprium aborſum, non incurrit in pœnas impoſitas à Sixto V. contra procurantes aborſum, quia non colligitur ex aliquo verbo Conſtitutionis, quod talis mulier prægnans comprehendatur.

21. Sixtus V. Tamen oppoſita ſententia ſimpliciter eſt vera & tenenda: nam Sixtus V. ſubiicit excommunicationi, ac pœnis in ſua Conſtitutione §.7. & 8. *Omnes tam principales, quam ſocios, conſcios talis criminis, nec non opem, conſilium, ac favorem dantes:* nam mulier propinans potionem, maximè in tali crimine, eſt principalis & multam, & magnam opem dat; & valdè conſcia eſt ipſius criminis, & inde maximè in cenſuris, ac pœnis prædictæ conſtitutionis comprehenditur. Ita Dicaſtillus *de iuſtitia, lib 2. tract. 1. diſp. 10. dub. 13. n. 179.* Filliucius *tom. 1. tract. 14. cap. 6. num. 4.* Bonacina *de cenſuris, tom. 3. diſp. 1. quæſt. 2. punct. 20. num. 11. & 13.* & alij apud ipſos, & eſt communis. (Dicaſtill. Filliuc. Bonacina.)

22. Qui etiam cum communi ſententia docent, quod omnes procurantes aborſum, ſive per ſe, ſive per alios, aut cooperantes ore, conſilio, auxilio, aliave ratione adiuvantes, incidunt in excommunicationem, ac irregularitatem à Sixto V. latam cuiuſque gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, tam laici, quam clerici ſæculares, aut regulares cuiuſque ordinis, imò etiam mulieres ſæculares, vel profeſſæ, omnes iſti in Bulla exprimuntur.

23. An verò quando maritus graviter uxorem verberat, & inde illa, vel tunſionibus oppreſſa, vel furore agitata, paſſa eſt aborſum, an incurrat in pœnas Conſtitutionis Sixti V. ac illius cenſuras? Aliqui affirmant, diſtinctione tamen utendum; quod, tunc in cenſuras incidit maritus, ſi uxorem verberat ea intentione, ut abortus ſequatur. Verbum enim in Conſtitutione poſitum: *Procurare* ſignificat ſtudioſè, & ex induſtria quærere. Ita Diana *part. 7. tract. 5. Reſolut. 30. §. Hinc licet:* ſi verò abſque tali intentione in nullam pœnam incidit. Diana.

Quæstio VIII.

An applicans fœminæ remedia ſterilitatis incurrat in cenſuras?

SUMMARIUM.

24 *Applicans remedia ſterilitatis non incidit in cenſuras.*
25 *Peccat tamen graviter, ac mortaliter.*
26 *An liceat procurare ſterilitatem ſi mulier timet periculum mortis in partu: affirmant aliqui, & n.27.*
28 *Negativa ſententia vera, & n.29.*

QVia in Conſtitutionibus tam Sixti, quam Gregorij agitur de dante remedium ad ſterilitatem fœminæ: nam Sixtus V. 24.
tali crimini magnas pœnas, ac cenſuras impoſuit, quas tamen Gregorius XIV. abſolvit, & ad terminos iuris communis reduxit, & ideo dans remedium, ſeu potionem fœminæ ne concipiat, ſed ut ſterilis fiat, aut ipſa fœmina illud conficiens, aut accipiens, non incurrunt in excommunicationem, ac alias pœnas Sixti V. quia tales pœnæ non ſunt præſcriptæ in iure. Ita Sanchez *lib. 9. de matrimonio, diſp. 20. num. 9.* Caietan. Petrus Ledeſma, Tabiena, & alij quos citant, ac ſequuntur Maruchell. *tract. de caſibus reſervat. diſp. 1. cap. 3. diff. 4. n. 14.* Machadus *tom. 1. lib. 2. part. 2. art. 17. n. 2.* (Sanchez. Caietan. Ledeſma. Tabiena. Maruchel. Machadus.)

Tamen talia agentes, vel potione, vel in ipſo concubitu emittendo ſemen extra debitum vas, vel alio quocunque modo intendendo mulieris ſterilitatem, vel impediendo generationem, grave peccatum committunt, operantur enim contra intentionem naturæ: nam ſemen & copula inſtituta ſunt à natura ad prolis conceptionem, ac generationem. Ita præter Auctores citatos tenent Candidus *tom. 1. diſquiſit. moral. diſquiſit. 1. art. 2.* M. Lezana *verb. Aborſus, n. 5.* 25. (Candidus. Lezana.)

Dubitatur tamen, quod ſi probabiliter timeatur magnum periculum vitæ matris in partu, vel quia mulier eſt nimis arcta, vel quia valdè difficilis eſt in partu, & illius anguſtias ferre non poteſt: an liceat uti aliquo remedio ad ſterilitatem, & ad impediendam generationem? 26.

Affirmativam ſententiam tenent Torreblanea *in practica iuris ſpiritualis, lib. 12. c. 13. num. 31. & 36.* in qua ſententia etiam eſt Tannerus *tom. 3. diſp. 4. q. 8. dub. 4. n. 9.* quia ut vidimus *ſuprà q. 6.* aliquando licitum eſt procurare aborsum fœtus non animati ad conſervandam vitam, & honorem matris, ergo etiam licitum erit procurare ſterilitatem ad conſervandam vitam matris. 27. (Torrebl. Tanner.)

Contraria ſententia eſt omnino vera, quod 28.

ſcilicet, nulla iuſta cauſa dari poteſt ad procurandam ſterilitatem uxoris. Sanchez. Ita Sanchez *tom. 3 de matrimonio, lib. 9. diſp. 20. num 2. & 8. & 20.* Navar. Navartus *in Manuali, cap. 16. num. 35.* Turrianus Turrianus *1.2. diſp. 26. dub. 2. num. 45.* Sylveſt. Sylvius *2.2. quæſt. 64 art. 7. quæritur 4. concl. 3.* Rodrig. Rodrig. *in ſumma, cap. 15. n. 1.* Filliuc. Filliucius *tom. 1 tract. 29. c. 7. num 101.* nam tale remedium ſterilitatis eſt contra naturam, ac natulem finem generationis, ad quem intrinſecè ordinatur ſemen & & copula.

29. Sanchez. Filliuc. Ad argumentum oppoſitum Reſpondetur Sanchez & Filliucio, eſſe diſparem rationem in utroque caſu, quia quando expellitur fœtua ad tuendam vitam matris, fœtua aggreditur matrem, & periculum eſt præſentaneum, & actualiter inſtat cum tumore uteri; at in caſu præſenti ad ſterilitatem, fœtus non aggreditur matrem, & periculum eſt diſtans, & cauſæ phyſicæ multas habent mutationes, ac varietates.

Quæstio IX.

Procurans aborſum, in dubio an fœtus ſit animatus, an cenſendus ſit irregularis?

SUMMARIUM.

30 *Irregularitas hic intelligitur per reſpectum ad ordines, non vero ad alias pœnas.*
31 *Prima ſententia admittit talem irregularitatem.*
32 *Secunda cum ſuo fundamento valdè probabiliter negat, & n. 33.*

30 FActa ſufficienti diligentia, & ſecuto abortu, dubitatur: an fœtus eſſet animatus, vel non: Tota quæſtio eſt: an intendens, & procurans ſit irregularis, quæ irregularitas ſolum intelligitur de privatione quoad ſuſcipiendos ordines, & in illis ſuſceptis adminiſtrandis; has enim privationes intrinſecè includit irregularitas; ſecus verò quoad illas pœnas, quæ à Iudice imponi ſolent pro contracta irregularitate, qualis eſt privatio beneficiorum & ſimilia: nam pœna ordinaria ſtatuta delicto, non eſt imponenda delicto dubio. Sanchez: Vaſquez. Suar. Sayrus. Salas. Barboſa. Fagundez. Ita Sanchez, Suarius, Sayrus, Salas, Barboſa, quos citat, ac ſequitur Fagundez *in Decalog tom. 1. lib. 2. cap. 10. n. 15.*

31. Tota difficultas eſt: an in tali dubio de fœtu animato quis cenſendus ſit irregularis? Prima opinio & communis affirmat, eam tenet Merolla. Sayrus. Sotus. Merolla, Sayrus, Sotus, & alij, quot citant, ac ſequuntur Avila. Avila *de cenſur. part. 7. diſp. 1. dub. 1. concl. 1.* Sanch. *in Decalog tom lib. 1. c. 40. num. 43.* Bonacina. Molina. Molina *tom. 3. de iuſtit. tract. 3. diſp. 17. num. 4.* Barboſa. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, part. 3. allogat. 51. n 141.* Megala. Megala *in prompt tom. 1. verb. Aborſus, n. 3.* & alij, quia in dubiis tutior pars eſt eligenda, C. Ad audientiam. *cap. Ad audientiam, cap. Significaſti, 1. & 2. de homicidio:* quia in dubio homicidij quis ſe debet reputare irregularem, ut tradunt iura: hic autem eſt dubium de homicidio; ergo cenſendus eſt irregularis.

Secunda ſententia, & mihi valdè probabilis, negat talem irregularitatem. 32. Ita Ioannes Præpoſitus inſignis Theologus Societatis IESV *ad 3. part. quæſt. 5. de irregularitate, dubio 8. n. 58.* Ioan. Præp. Emmanuel de Moura *de Enſalm. & Incant. ſect. 3. c. 1. n. 27.* Moura. Gomez *de dictis c. 3. Rubr. de homicidio, n. 3. in fine.* Gomez. Bajardus *in Addit ad Iulium Clarum, q. 68. n. 8.* Bajardus. Brulius *in relect. de caſibus reſervatis, dub. 11. ſect. 3. num. 86.* Brulius. Machadus *de Perfecto Confeſſ. tom. 1. lib. 2. p. 3. tract. 17. docum. 10. n. 3.* Machadus. Pellizar. *tom. 2. tract. 7. cap. 5. n. 15.* Pellizar.

Fundamentum eſt: quia nulla eſt ratio ob quam debeat ſe homo reputare irregularē, non ratione dubij, quia facta bona diligentia, adhuc dubium perſeverat. 33. Et inde non ſe debet homo privare à ſua libertate, ac poſſeſſione, quod non ſit factus irregularis, nec ratione illius regulæ, quod *in dubio homicidij quis habendus ſit irregularis:* ut iura decernunt, quæ non comprehendunt hunc caſum noſtrum, quia in primo, dubium non eſt de ſubiecto, quia conſtat eſſe mortuum, vel probabiliter, ut tale habetur; ſed tantùm de actione pluribus concurrentibus, quæ erat ſufficiens ad mortem inferendam: at in noſtro caſu dubium eſt de conditione ſubiecti, an eſſet vivum, vel non; & etiam eſt dubium de ipſa actione generativa, cum penitus ignoretur tempus formationis fœtus; & ideo hæc ſententia eſt valdè probabilis, & tuta in conſcientia.

Quæstio X.

An aliquando liceat conſulere abortum; & agitur de eo, qui revocat conſilium datum.

SUMMARIUM.

34 *Prima ſententia tenet non eſſe licitum tale conſilium.*
35 *Secunda affirmat, licitum eſſe.*
36 *E duobus malis minus eſt eligendum.*
37 *De eo, qui revocat conſilium, & n. 38.*

CAſus eſt: Mulier prægnans firmo, & reſoluto animo ad evitandam infamiam vult ſe ipſam occidere; licitum erit tunc ei perſuadere: mulier noli te occidere, ſed potius fac, & intende abortum tui fœtus. 34. Negat Candidus *tom. 1. diſquiſit. 1. art. 2. dub. 2. n 5.* Candidus. Vbi affirmat non eſſe dandū conſiliū ad minus malum.

Tamen affirmativa ſententia tenenda eſt cum Maruchello *tractatu de caſibus reſervatis, diſp. 2. cap. 3. quæſt. 3. diffic. 1. num. 63* 35. Maruchel. quia tunc avertendo ab occiſione, & intendendo abortum, non eſt inducere ad malum ſimpliciter, ſed ad electionem minoris mali, quod eſt bonum; ſuadere, nempe, minus malum ad evitandum maius.

In hac ſententia eſt Cardinalis de Lugo *tom. 1. de iuſt. diſp. 19. ſect. 2. §. 1. n. 41* 36. Lugo. ubi ait: Hæc quæſtio ſupponit aliam: an volenti facere gravius peccatum, liceat conſulere minus? in qua quæſtione multi abſolutè negant id licere.

Anton. Gabriel. Sylveſtr. Caietan. Conrad. Covar. Sanchez. Ut Antoo. Gabriel, Sylveſter, Caitan. Conradus, Covar. quos citat Sanchez *lib. 7. de matrim diſput.* 11. *num.* 14. Alij tamen communiter, quos idem Sanchez refert, & ſequitur *n.* 16. dicunt, cum debitis circumſtantiis, id licitum eſſe, & ratio eſt, quia conſilium illud non eſt, abſolutum, ſed conditionatum explicitè, vel implicitè, ſcilicet, ſi unum ex his facturus es, fac hoc minus, & oon illud gravius; quod quidem veriſſimè, & rationabiliter: quia è duobus malis minus eſt eligendum. Ita Cardinalis Lugo.

37. Quia de conſulente hîc agitur. Obiter quæres: an qui dedit conſilium de abortu faciendo fœtus animati, ſi non poteſt dimovere fœminam à conſilio dato, an incurrat cenſuram, ac irregularitatem? Affirmant Navarrus, & alij, quos citant, ac ſequuntur Cardin. Lugo *de juſt. tom.* 1. *diſp.* 19 *ſect.* 2. §. 2. *n.* 39. M. Cornejo 3. *part. tract.* 5. *diſp.* 1. *dub* 2. *q.* 2. *num.* 5. quia illud conſilium, quamvis ſit revocatum ſemper movet, & influit, hæc ſententia eſt probabilis. Navar. Lugo. M. Cornejo.

38. Villalob. Diana. Tamen mihi maxime videtur probabilis ſententia Villalobos *tom.* 1. *tract.* 21. *diff.* 10. *n* 8. & Diana *part.* 4. *tract.* 2 *reſol.* 10. & aliorum negantium: nam ſi is fecit quod potuit, neque conſilium influit phyſicè, ſicut vêtus, vel aqua reſpectu ignis, nec enim, qui dedit conſilium tenetur impedire phyſicè, ſed ſatis eſt, ut impediat moraliter ſuaſionibus, precibus, quæ ſi non juvant non imputabitur conſilianti quia fecit in ſe quantum potuit.

Quæstio XI.

Utrum procurantes aborſum effectu non ſecuto, vel qui de eo dubitant, ſint excommunicati?

Summarium.

- 39 *Prima ſententia affirmat.*
- 40 *Negativa ſententia eſt tenenda.*
- 41 *Caſus Epiſcopalis intelligendus ſecuto effectu.*
- 42 *Procurans abortum, dubitans de effectu, non cenſendus irregularis.*
- 43 *Dans conſilium, poteſt ſtare dicto perſonæ fide dignæ.*

39. Bellochius. Zecchius. PRimo inquiro: An incidant in excommunicationem procurantes abortum animati ope, auxilio, conſilio; cum tamen effectus non ſit ſecutus? Affirmant Bellochius *de caſibus reſervatis, parte ſecunda, quæſtione* 8. *n.* 69. & Zechius *de caſibus reſervatis, caſu* 9. quia iſte fecit io ſe quantum erat ad abortum, & quia etiam io reſervatione Epiſcoporum comprehenduntur procurantes abortum, etiam non ſecuto effectu.

40. Bonacina. Naldus. Machadus. At ſimpliciter negativa ſententia tenenda eſt, quam docent Bonacina *tomo tertio, diſputat.* 2. *quæſtione* 2. *punct.* 20. *num.* 6. Naldus *in ſumma; verb. Abortus, numero* 5. Machadus *tom.* 1. *de Perfecto Confeſſ. part.* 3. *tract.* 17. & probatur, quia Sixtus V. in ſua Bulla ad incidendum in excommunicationem requirit effectum ſecutum, ut conſtat ex illis verbis: *Re ipſa abortus ſecutus fuerit.*

Sylveira Opuſcula.

Deinde etiam valde mihi probabile eſt, quòd procurantes abortum non animati non incurrunt in caſum Epiſcopalem, ſi non ſequatur effectus, quia reſervatio comprehendit actum externum cum effectu. Ita ex Finellio, Maruchell. *de caſibus reſervat diſp.* 2. *c.* 3. *q.* 2. *n.* 7. nam verba legis ſemper accipienda ſunt cum effectu ſecuto, quem legiſlator punire intendit, ut docent Navarrus *conſil.* 60. *de ſent. excommunic.* Novarius *tom.* 2. *tit. de Abortu, n.* 22. 41. Finellius. Maruchell. Navar.

Secundo quæro: quid ſi quis procuraverit abortum, ſed dubitat de effectu ſubſecuto? Non debet cenſeri irregularis, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis ſuam libertatem, à qua ſe non debet reputari privatum, & quia in dubio non proceditur contra quempiam ad pœnas, niſi conſtet de corpore delicti: quod habet locum tam in foro externo, quam interno; ut tenent Sanchez *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 10. *n.* 44. Navar. *conſil.* 47. *de homicidio.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, allegat.* 139. 42. Sanchez. Navar. Barboſa. Novarius.

Deinde adverte, quod ſi ego dedi conſilium ad perpetrandum aborſum, bene poſſum ſtare dicto perſonæ fide dignæ, cui datum eſt conſilium, ſi dicat ſe non fuiſſe ab eo motam: de quo latius videndus eſt Fagundez *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 16. 17. & 18. 43. Fagundez.

Quæstio XII.

An qui approbat abortum jam factum incidat in pœnas Sixti V.

Summaaium.

- 44 *Qui approbat aborſum jam factum non eſt irregularis, ſed peccat mortaliter.*
- 45 *Qui approbat aborſum antequam fieret eſt irregularis.*
- 46 *Quid ſi mulier inſcia de potione, poſt illam ſumptam gaudeat.*
- 47 *Mulier poſtea ſciens meditamentum ad abortum, & non impediens, non incidit in pœnas.*
- 48 *Pater non impediens abortum adultera non incidit.*

SI quis approbavit abortum jam factum, etiam ſuo nomine, non eſt irregularis, quamvis fœtus eſſet animatus, licet peccaverit mortaliter, ſicut qui complacet de gravi crimine, non tamen incidit in irregularitatem, aut alias pœnas; illæ enim ſolum ſunt appoſitæ pro illo, qui cooperatus eſt abortui. iſte autem nullo modo cooperatus eſt. Ita Potrel. *in Additionibus ad dubia regul. verb. Abortus, num.* 3. M. Lezana *verb. Abortus, n.* 17. Zambellus *in repertorio morali, verb. Abortus, n.* 1. 44. Pottel. M. Lezana. Zambell.

Qui omnes addunt, oppoſitum dicendum de eo, qui approbavit abortum antequam fieret, aut dum fieret, quia jam reputatur cauſa moralis illius tali approbatione; & idem dicendum etiam de illo, qui dixit fœminæ antequam fœtus eſſet animatus, quod procuraret abortum illius; ipſa vero id fecit, poſtquam animatus erat, quod intellige juxta Superius dicta, ſi hoc factum fuit ipſo ſciente, nec repugnante, nec revocante conſilium. 45.

46. Maruchel. Florus. Vnde dicunt Maruchel. *tract.de caſib. reſerv. diſp.2 c.3. q.3.n.4.* Flores *p. 2. caſu,de Procurantibus abortum,n.14. verſ.13.* Quod in caſum reſervatum non incidit mulier, cui inſciæ; & ignoranti amaſius medicatum, & potiones præbuerit, ut abortus ſequeretur, etiamſi poſt ſumptionem potionis rem illi amaſius aperiret, & ipſa de facto gauderet, illúdque ratum haberet; tunc nōn eſt dicenda procuraſſe, proindéque tantum mortaliter peccaſſe.

47. Diana. Addit vero Diana *part. 7. tract. 5. reſolut. 14.* quod idem dicendum, ſi mulier poſtquam fuiſſet monita de procuratione abortus illam nollet impedire cum poſſet per aliam potionem; adhuc enim non diceretur incidere in caſum, cum non diceretur abortum procurare, ſed tantum illum permittere.

48. Naldus. Portel. Lezana. Ex quibus etiam multi deducunt, quod Pater non impediens abortum adulteræ non incidit in pœnas Bullæ Sixti V. quamvis Naldus *in ſumma verb. Abortus,num.6.* Portel.*eodem verbo,n.14.*& Lezana *num.*18 teneant eſſe irregularem, quia Pater tenetur ex juſtitia ſervare vitam filii; & quamvis hæc ſententia ſit probabilis; tamen oppoſita eſt ſatis probabilis, quia tunc Pater ſolum eſt cauſa moralis, non impediens, non vero poſitiva influens, in iure autem niſi exprimatur, non incurrit irregularitas, niſi contra poſitivè homicidas: ut contra percuſſorem Clerici, non verò contra non impedientes. Ita ex Vaſquez Hurtado *diſp. 2. de irregularitate,diff.9 num.34.* Vaſquez. Hurtadus.

Quæstio XIII.

An ex ignorantia, vel metu, ſeu caſuali eventu quis excuſetur ex ſecuto effectu?

Summarium.

49 *Excuſantur procurantes abortum cum ignorantia iuris, vel facti.*

50 *Ex metu cadente in virum conſtantem excuſantur.*

51 *Ex abortu caſuali excuſantur.*

49. Bonacin. Trullench. AD primum excuſantur procurantes abortum cum ignorantia juris, vel facti, & quamvis hæc ignorantia non ſit probabilis, ſed vincibilis, craſſa, ſupina, vel etiam affectata, modo non ſit conjuncta cum ingenti temeritate. Ita Bonacina *tom.3. diſp.2. q.2. puncto 10. num.10.* Trullenchus *in Decalog.tom.1.lib.1.c.3. dub.9 §.5. num.21.*& ratio eſt, quia Pontifex in Bulla ponit particulam: *ſcienter*, quæ quamlibet ignorantiam excludit, modo cum ingenti temeritate conjuncta non ſit; tunc enim ex temeritate ignorantia latiſſimam culpam includit, dolo, ac malitiæ æquiparantem, ut advertit Maruchel. *tract. de caſib. reſerv.diſp.2. q.4.§.10. num.133.* Maruchel.

50. Ad ſecundum, dixi ſuperiori quæſtione, quod mulier prægnans ſumens potionem, vel alio modo procurans abortum incidat in excommunicationem Bullæ Sixti V. excuſatur tamen per metum cadentem in conſtantem virum, ſumens ipſam potionem, ex qua abortus ſequatur, quia ex eo quod coacta agit id, ex quo ſequitur abortus, non dicitur ſtudioſè quærere, ut fœtus abigatur. Ita cum Maruch. Diana *p.7 tract.5.reſol.79. Notandum.* Maruchel. Diana.

51. Ad tertium, ex caſuali abortu excuſatur quilibet ab excommunicatione. Caſualis abortus dicitur, quem quis facit non ex intentione, & animo abortiendi, ſed alio fine, etiam malo, vel odio, ut ex morte ſuccederet in hæreditate, ſive bonis, ſeu ut evitaretur infamia, id patet ex Bulla Sixti V. ubi facit mentionem de abortu voluntario, ut data opera, ac proinde non de caſuali. Ita Florus, Graffis, Lupus, quos citant, ac ſequuntur Bordon.*de Regular. tom. 1. Reſolut. 45. quæſt. 3. num. 3.* Maruchel. *tract.de caſibus reſervat. diſputat.2.cap.3.q.3.* Ex quo reſolvuntur multi caſus. Non incidunt in excommunicationem Medicus, verbi gratiâ, qui bona fide, ac animo dat medicamenta ad abortum, vel qui ad ſanitatem dat medicamenta mulieri prægnanti, vel qui animo explendi libidinem cum muliere prægnante rem habet multa agitatione, ex quibus ſequatur abortus. Florus. Graffis. Lupus. Bordon. Maruchel.

Quæstio XIV.

Circa mulierem prægnantem infirmam, multi caſus reſolvuntur.

Summarium.

52 *Ad vitam matris ſi fœtus non eſt animatus licitus eſt abortus.*

53 *Si medicamenta directè tendunt in ſalutem matris, & per accidens in mortem fœtus licita ſunt.*

54 *Si de vita matris, & fœtus nulla eſt ſpes, licet ſumere medicamentum cum periculo fœtus.*

55 *An ſi medicamenta æqualiter tendunt in ſalutem matris, & in mortem fœtus licita ſint, & n.56.*

57 *At vero ſi ſperatur, quod fœtus vivus baptizetur, remedium illius mortiferum non eſt licitum.*

PRimò: ſi fœtus non eſt animatus, & eius expulſio unicum eſt remedium ad vitam matris, licet, etiam ex intentione, ſumere illud medicamentum, ad fœtum expellendum, quia plus ponderat vita præſens matris, quam vitá futuræ prolis. Ita Naldus *in ſumma, verbo Abortus, num. 3.* Homoboous *de caſib. reſervat. p. 3. cap. 67.* Trullenchus *in Decalog tom.2.lib.5.cap.1.dub.4.n.1.* contra Leſſium Bonacinam, & alios. 52. Naldus. Homobon. Trullench.

At vero ſi poſt fœtus animationem mendicamenta, vel pharmaca, directè tendunt in ſanitatem matris, licet per accidens ſequendus ſit abortus, mulier ſumens talem potionem non incidit in pœnas, quia mulier ex lege naturali habet jus ad conſervandam propriam vitam per media ad talem finem, ſicut prægnans currendo poteſt fugere à fera, licet ex curſu detur periculum ad abortum. Ita Lugo *de iuſtitia, tomo ſecundo diſputat. 10. ſection. 5.* Layman. *libro tertio, tract. 3. part. 3. cap.4. num. 4.* Dicaſtillius *de iuſtitia, lib.2.tract. diſp.10.* 53. Lugo. Layman. Dicaſtil.

Lezana *diſp.* 10. *dub.* 13. *num.* 166. M. Lezana. *verb. Aborſus*, *num.* 12.

54\. Sanchez. At vero ſi de vita matris, & fœtus omnino ſit deſperatum, cum in magno periculo uterque verſentur, tunc non ſolum licitum, ſed etiam debitum erit medici ſecundum Sanchez *lib.* 3 *de matrim lib.* 9. *diſp.* 20. *num.* 19. & 20. applicare medicinas matri æquè primò directas ad ipſius ſalutem, ac ad fœtus abortum, quia in tali eventu melius eſt anceps auxilium experiri, quam omnino ſpe deſtitutam ſinere infirmam perire: quam ſententiam ipſe Sanchez docet in io caſu dubii.

55\. Corduba. Lopez. Rodrig. Veiga. Lezana. At vero ſi medicamenta directè, & æqualiter tendunt in ſalutem matris, ac abortum, ſeu mortem fœtus, an licita ſint? negant Corduba, Lopez, Rodriguez, Veiga apud Sanchez citatum & M. Lezana *verb. Abortus*, *n.* 12. quia nunquam licet per ſe, & directè intendere mortem innocentis.

56\. Ioan. de la Cruz. Villalobos. Trullench. Diana. Tamen oppoſita ſententia mihi videtur vera, quam docent Ioan. de la Cruz *in direct. p.* 1. *precept.* 5. *q.* 1. *dub.* 7. *concl.* 3. & 4. Villalob *tom.* 2. *tract.* 12. *dub.* 13. *n.* 2. Trullench *in Decalog. tom.* 2. *lib* 5. *cap.* 1. *dub.* 4. *num.*, Diana *p.* 7. *tr.* 5. *reſol.* 36. Cum non ſit aliud remedium ad vitam matris, talis medicina licita eſt, quia mater potius habet jus ad ſuam vitam conſervandam, quàm habet fœtus, cum hic à matre pendeat, & non è contra; deinde quia ut ait Sanchez *citat. diſp.* 20. *n.* 17. quod rariſſimum eſt, & moraliter impoſſibile, quod moriente matre fœtus ſit vivus: nam matris morbo laborantis lethali corrupti humores, alimentum quo puer nutriédus eſt, ita inficiunt, ut penè miraculum ſit, matre pereunte, fœtum incolumem evadere. Sanchez.

57\. Si vero detur caſus, quod valdè rarum ſit, quo certò credatur, non adhibito tali medicamento, etiamſi moriatur mater fœtum vivum in lucem edendum, & baptizandum, non poteſt adhiberi, etiam ſtante periculo mortis; ordo enim charitatis poſtulat, ut vita ſpiritualis fœtus animati præferatur vitæ corporali ipſius matris. Ita Layman. *lib.* 3. *tract.* 3. *p.* 3 *cap.* 4. *n.* 4. M. Lezana *citatus*, *num.* 12. Diana *p.* 7. *tract.* 5. *reſol.* 37. [Lay]man. [Le]zana. [Di]ana.

QUÆSTIO XV.

Quis poſſit abſolvere ab excommunicatione incurſa propter abortum?

SUMMARIUM.

58 *In foro interiori Confeſſor ad id deputatus poteſt abſolvere.*

59 *Quis ſit Confeſſor ad id ſpecialiter approbatus, & num.* 60.

61 *Habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poſſunt.*

62 *Virtute Iubilæi poteſt abſolvi.*

58\. IN terminis Bullæ Sixti V. ſolus Papa poterit abſolvere, eam tamen poſtea moderavit Gregorius XIV. & ideò in foro interno quilibet confeſſarius; *Approbatus ab Ordinario ad id ſpecialiter deputatus*, a dicta excommunicatione poteſt abſolvere: At in foro exteriori, *Sylveira Opuſcula*, ac contentioſo pro abſolutione obtinenda, recurrendum eſt ad ſummum Pontificem, cui eſt reſervata; hoc patet ex Bulla Gregorij XIV. ait enim, quod *Confeſſarius ad id deputatus ab Ordinario loci plenam & liberam in foro conſcientiæ tantum, abſolvendi habeat facultatem*: ergo non in foro externo.

59\. Bonacina. Machado. Quilibet Confeſſarius non ſufficit, ſed requiritur ad id ſpecialiter deputatus: Quæres tamen quiſnam dicatur Confeſſarius ſpecialiter ad id deputatus? Bonac. *tom.* 3. *diſput.* 2. *q.* 2. *punct.* 10 *n.* 16. & Machad. *de Perfecto Confeſſario*, *tom.* 1 *lib.* 2 *part.* 3. *tract.* 17. *docum.* 9 *numero* 5. Dicunt intelligi Confeſſarium, qui habeat facultatem abſolvendi ab omnibus cenſuris, & excommunicationibus Epiſcopo reſervatis: nam in huiuſmodi facultate hic etiam caſus comprehendi videtur; & hæc ſententia eſt probabilis.

60\. Tamen cum Gregorius XIV. ad abſolvendum hunc caſum dicat, quod poteſt abſolvere Confeſſarius *approbatus ab Ordinario ad id ſpecialiter deputatus*. Unde videtur, quod non ſufficit communis, & generalis facultas abſolvendi à reſervatis cenſuris, ſed requiritur ſpecialis, ac particularis facultas ad hunc caſum; hoc videtur magis conforme ad mentem Pontificis; & hæc ſententia mihi videtur probabilior, & eam tenent Maruchel. *de caſib. reſervat. diſp.* 2. *c.* 3. *q.* 1. *n.* 2. Novar. *in ſum. Bullar. to.* 2. *tit. de Abortu*, *n.* 13. Trullench *in Decalog. tom.* 2 *lib.* 5. *c.* 1. *dub* 4. *n* 8. M Lezana *verb. Abortu*, *n.* 7. Maruchel. Novar. Trullench. Lezana.

61\. Ex his ſequitur, quod Prælati habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poſſint ſuos ſubditos ab huiuſmodi caſibus, ac cenſuris abſolvere. Rodrig. *to.* 2. *q.* 33. *art.* 4. Coriolanus *de caſib reſerv. tit. de Abortu*, *n.* 10. Rodrig. Coriolan.

62\. An in facultate Iubilæi abſolvendi à caſibus, & cenſuris reſervatis, includatur abſolutio abortus, dubitabis? Negat Lavorius *de Iubil. parte ſecund. cap* 26. *num.* 23. niſi ſpecialiter ſpecificetur; at contraria ſententia eſt omnino vera; quia Gregorius XIV. fecit poteſtatem cuicunque Ordinario loci ad hunc caſum abſolvendum; atqui omnes caſus Epiſcopales cenſentur conceſſi in Iubilæo; Ergo illius virtute poſſunt abſolvi. Ita cum Rodrig. Quaranta, Gavanto tenet Diana *part.* 7. *tract.* 5. *reſol.* 19. ſicut etiam virtute Bullæ Cruciatæ, ut obſervant omnes cum Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſolut.* 40. Rodriguez. Quaranta. Gavant. Diana. Lavorius.

QUÆSTIO. XVI.

An Confeſſores regulares poſſint abſolvere ſæculares ab excommunicatione contracta ex abortu?

SUMMARIUM.

63 *Poſſunt ſi ſint ad id ſpecialiter deputati à ſuis Prælatis.*

64 *Videtur ſublata poteſtas abſolvendi à caſibus Epiſcopalibus.*

65 *Religioſi poſſunt abſolvere.*

63\. Portel. Villalobos. AFfirmativam ſententiam tenent Portel. *verb. Abortu*, *num.* 3. ſicut & Villalobos

tom.2.tract.12. difficult.14. num.4. Ita tamen ut talis confeſſor non ſolùm ſit approbatus à ſuo Generali, vel Provinciali, ſed etiam ſpecialiter deputatus ad hunc caſum abſolvendum, Peyrinus tom.1. Privilegior. Minorum in Conſtit. Iulij II. num. 65. credit poſſe confeſſarios Regulares virtute ſuorum privilegiorum; quia iſte caſus jam non eſt Papalis, ſed Epiſcopalis; Confeſſarij autem Regulares habent auctoritatem abſolvendi ab omnibus caſibus, à quibus abſolvere poſſunt Epiſcopi. — Peyrinus.

64. Lezana. Tamen obiicit M. Lezana *proximè citatus*; ex decreto Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium ſub Urbano VIII. & nunc iterum ſub Alexandro VII. quòd nullatenus poſſunt Confeſſarij regulares, quorumcunque privilegiorum virtute abſolvere ab ullo ex caſibus ordinario reſervatis, & cum iſte caſus ſit ordinariis reſervatus, ab illo non poſſunt Religioſi abſolvere.

65. Ut ergo dicamus quòd religioſi poſſint ab hac excommunicatione abſolvere, alia via incedendum, nempe, hic caſus nec comprehenditur in Bulla Cœnæ, neque in decreto Clementis VIII. reſervantis quinque caſus, ut infra dicam cum de reſervatis fuerit ſermo, nec ab ipſis Epiſcopis particulariter reſervatus eſt; ſed tantum ex jure conceſſa eſt facultas Epiſcopis abſolvendi ab eo: Atqui Religioſi ex privilegio Pauli III. conceſſo Religioſis Societatis Jeſu, & per communicationem Religioſis aliorum ordinum habent abſolvere ab omnibus caſibus, à quibus jure communi Epiſcopi poſſunt abſolvere: ergo etiam ab hoc caſu. Ita Pellizar. *tom. 2. tract. 8. cap. 3. num.97.* Caſtro Palaus *de cenſur. diſput. 3. punct. 34. §. 23. num. 19.* — Pellizar. Caſtr. Pal.

Quæstio XVII.

Quiſnam poſſit diſpenſare in irregularitate contracta ex abortu? Agitur de Epiſcopis, ac Prælatis Religionum.

SUMMARIUM.

66 *Epiſcopi non poſſunt diſpenſare in hac irregularitate.*

67 *Prælati Regulares poſſunt diſpenſare ſuper hanc irregularitatem.*

68 *Quæ poteſtas habetur ex Bulla Pauli III.*

69 *Ad hoc nihil officit Bulla Sixti, & num. 70.*

71 *Hanc auctoritatem poſſunt Prælati regulares confeſſori ſubdito communicare.*

72 *An hæc poteſtas non ſolùm ſit pro foro interno, ſed etiam externo.*

66. Novar. AD primum; an Epiſcopi poſſint diſpenſare in hac irregularitate? Affirmat Novarius *in ſumma Bullarum, tom.2. tit. de Abortu, num.21.* ſed contraria ſententia eſt communis & recepta; Quia irregularitas abortus oritur ex homicidio voluntario, & ad illam non ſe extendit auctoritas Epiſcopi; ut patet ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de reformat.* Vbi expreſsè dicitur quòd liceat Epiſcopis diſpenſare in omni irregularitate, ac ſuſpenſione, quæ provenit ex delicto occulto, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, de quo latè Alphonſus de Leone *de cenſur. relect. num. 58.* — Trident. Alphonſ. de Leon.

Ad ſecundum dicendum, quod Prælati Regulares vi ſuorum privilegiorum poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in irregularitate contracta ex abortu fœtus animati. Portel. *verb. Abortus, num.10. §. Hoc non obſtante, & part.3. Reſponſ. caſu 13. num. 3.* Villalobos *part. 2. tract. 12. diff. 14. num.6.* Bordon. *tom. 1. Reſol. 13. quæſt.5. num. 19.* Pellizatius, *tom.2. tract. 9 cap. 3. ſect.4. num.144.* Miranda *part.2. quæſt.8. art.10.* Diana *part.7. tract.5. Reſol. 22.* — Portel. Villalobos. Bordon. Pellizat. Miranda. Diana.

Fundamentum hujus concluſionis latiùs explicabo cum de diſpenſationibus fuerit ſermo. Auctores Antiqui, ut Covarrubias, Corduba, Sorbo, ex privilegio Martini V. & cum ſit vivæ vocis oraculum evanuit; alii illud apponunt ex privilegio Pij V. pro ordine Caſſinenſi, ſed per hoc tantum poteſt diſpenſari irregularitas contracta ante ingreſſum Ordinis; ideo validum fundamentum ſumendum eſt ex bulla Pauli III. conceſſa Benedictinis Valliſoletanis, ut prima die Quadrageſimæ; hoc eſt feria ſecunda poſt Dominicam primam Quadrageſimæ; Vt eorum Prælati: *Cum eis ſuper quibuſvis irregularitatibus per eos pro tempore, quavis occaſione, vel cauſa contractis diſpenſare valeant:* Cum nullam excipiat: ergo etiam ſupra hanc ex abortu animato. — 67. Caſſarrub. Corduba. Sorbo. Pauli III. Bulla.

69. Dices: Sixtus V. in ſua Conſtitutione revocavit omnia privilegia conceſſa regularibus ad diſpenſandum ſupra hanc irregularitatem; & Gregorius XIV. ſuper hoc nullam fecit moderationem, ſed Conſtitutio Sixti quoad hoc permanſit in ſuo robore: ergo non eſt abrogata.

70. Reſpondetur, quod poſtea Clemens VIII. confirmavit omnia privilegia Minorum ex certa ſcientia, quæ confirmatio juxta infra dicenda revalidat privilegia, etiam revocata ab antecesſoribus, & conſequenter etiam revalidavit privilegia dictis Minoribus tam directè ipſorum ordini conceſſa, quam per participationem, & conſequenter revalidavit privilegium conceſſum ad diſpenſandum ſuper hanc irregularitatem. Ita Portel. Villalobos, Pellizat. citati. — Portel. Villalobos. Pellizar.

71. Qui etiam monent, quod Prælati regulares cum habeant hanc facultatem ex privilegio ſummi Principis poſſunt eam delegare, & communicare uni confeſſori ſubdito, ut diſpenſet in foro conſcientiæ cum delinquente; ita Portel. *num.12.* — Portel.

72. Quæres; an hæc facultas diſpenſandi in hac irregularitate ſit tantùm in foro interno, vel etiam externo? Bordon. citata *Reſolut. 13. num.19. §. Tertium*, Fr. Anton. ab Spirit. ſanct. *tom.1. tract.2. diſp.1. ſect.2. num.77.* tenent etiam in crimine abſoluto notorio: Veiga, quem refert, ac ſequitur Bauny. *tom.2. tract 11. q.58. lit. E.* In crimine notorio apud fratres, occulto erga ſæculares, Hieron. Rodrig. *Reſolut.4. n. 15.* Corduba *in ſumma quæſt. 34.* An quòd tunc ſecurius eſt recurrere ad Papam; at Miranda *tom.2. quæſt 8. art. 10. concl.1.* ait, quòd non poteſt diſpenſari, quando delictum eſt notorium; ita ut in judicio probari poſſit, & — Bordon. Fr. Anton. ab Spiritu ſancto. Veiga. Bauny. Hieron. Rodrig. Corduba. Miranda.

in hac ſententia quieſcit Portel. quæ videtur ſecurior & probabilior.

Quæstio XVIII.

An Prælati Regulares poſſint habilitare ad officia ſuos ſubditos regulares qui procurarunt abortum.

SUMMARIUM.

73 *Reſolutio affirmativa eſt communis.*
74 *Si in viſitatione eſt præſens Religioſus eſt abſolutus.*

73. Portel. Villalobos. Zambellus COmmunis eſt reſponſio affirmativa; ita Portel. *in dub. verb. Abortus*, *num.* 10. §. *Majus argumentum*, *ad finem*, Villalobos *in ſumma tom.* 2. *tract.* 12. *diffic.* 14. *num.* 7. Zambellus *in repertorio Morali verb. Abortus*, *num.* 3. Tum quia inhabilitas impoſita a Sixto V. non eſt reſervata; tum etiam, quia ex privilegio conceſſo miniſtris infirmorum in Italia per Gregorium XIV. poſt Sixtum V. poſſunt Prælati habilitare ſuos ſubditos, & abſtergere ab omni inhabilitate. Vt refert Capucin. *verb. Abſolutio ordinaria quo ad fratres*, *fol.* 27. §. *Gregor. XIV.* Capucin.

74. Portel. Addit Portel. *citatus*, *n.* 11. Quòd ſi aliquis Religioſus innodatus fuerit aliqua hujuſmodi irregularitate; vel inhabilitate à quibus illius Prælatus poteſt diſpenſare, ſi inquam, talis Religioſus præſens fuerit in capitulo viſitationis, verbi gratia, Provincialis, in quo Prælatus in generali dicit: *Abſolvo vos ab omni cenſura, & diſpenſo vobiſcum in omni irregularitate, & habilito vos ad omnia.* Si ille qui præſens fuerit, ſit irretius aliquo ex his tribus, manet abſolutus à cenſura, irregularitate, & inhabilitate; nam talis abſolutio datur ab habente poteſtatem; & ſortitur ſuum effectum. Ita in terminis Navarrus *in ſumma Latina*, *cap.* 26. *num.* 13. & addit Zambellus *citatus*; quòd militat etiam ſi religioſus pro tempore viſitationis crediderit ſe tali diſpenſatione, abſolutione, ac habilitatione non indigere, & poſtea agnoſcat ſe illa indigere, manet abſolutus, quia abſolutio peccati tollit inhabilitatem præexiſtentem.

RESOLUTIO IV.

Abſolutio ſecundum ſe.

LONGA eſt tractatio de Abſolutione à peccatis reſervatis, ac cenſuris reſervatis, de quibus agam, cum de Confeſſore, ac Cenſuris fuerit ſermo; ſicut etiam de hæreſi, ac aliis criminibus, cum de unoquoque fuerit ſermo; nunc tractamus de Abſolutione ſecundum ſe.

Quæstio Prima.

Vtrum Abſolutio ſacramentalis proferenda ſit ſemper verbis.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à peccatis facienda eſt verbis; non ſic vero, quæ eſt a cenſuris.*

ABſolutio ſacramentalis juxta ſacra Concilia generalia, facienda eſt verbis in quo diſtinguitur ab abſolutione à cenſuris; nam abſolutio ſacramentalis, cum ſit pars ſacramenti; quod eſt ſignum ſenſibile; debet eſſe ſenſibilis humano modo, ac proinde per verba. At vero abſolutio à cenſuris, cum ſit actus juriſdictionis, juxta Jus poteſt fieri per ſigna, vel ſcripta. D. Thomas 3. *part. quæſt.* 84 *art.* 3. ibi expoſitores Suar. *de Cenſur. diſp.* 7. *ſect.* 9. An vero ſummus Pontifex poſſit ſolo animo, ac mente abſolvere? forte ſi de Cenſuris fuerit ſermo dicam. D. Thom. Suar.

Quæstio II.

An in extrema neceſſitate ſacerdos mutus ſignis, & nutibus poſſit miniſtrare Sacramentum?

SUMMARIUM.

2 *Prima ſententia affirmat.*
3 *Pugnat pro illa Pontius cum ſuis fundamentis.*
4 *Negat ſecunda ſententia.*

DUbitabis: An ſi detur caſus, quod adeſt unus tantum ſacerdos mutus, vel elinguis, an poſſit in articulo mortis moribundum abſolvere animo, ac mente externis ſignis adhibitis? Affirmat Nicolaus Iſambert. *in* 3. *part.* 3. *diſp.* 8. *art.* 3. *num.* 8. Martinon. *diſput.* 52. *de Pœnit. ſect.* 1. *num.* 1. *&* 6. Quia ingens pietas Chriſti debuit providere remedium pro tam ingenti neceſſitate; & quia non ſemper ſacramenta requirunt verba, ut patet in matrimonio celebrato à muto, cujus conſenſus ſatis exprimitur per ſigna externa; de quo latè Sanchez, *lib.* 2. *de Matrim. diſp.* 21. *num.* 1. *&* 2. 2. Iſambert. Martion. Sanchez.

3. Pontius. Inde Joannes Pontius *in curſu Theologico diſp.* 46. *Quæſt.* 2. *concluſ.* 1. *num.* 9. ait, quod in tali caſu, in extremo vitæ periculo licitum erit confiteri cum tali ſacerdote muto, vel ab eo recipere abſolutionem ſcripto, vel nutibus, & in neceſſitate melius eſt adhibere Sacramentum dubium, quam nullum Sacramentum; & inde multi dicunt, quod in extrema neceſſitate ſub conditione poteſt dari baptiſmus in aqua roſacea, cum non ſit alia.

His non obſtantibus contraria ſententia eſt vera, & certa inter Theologos tenenda eſt; ut teſtantur Cardinal. Lugo *de Euchariſt. diſp.* 13. Lugo.

Granad. Concil. Florent. Concil. Trident.

diſp 13. *ſect.* 1. *num.* 2. Granadus 3. *part. Contr.* 7. *tract.* 1. *diſp.* 6. *ſect.* 1. *num.* 1. & nititur hæc ſententia in modo loquendi Conciliorum ; Ex Florentino in Decreto Eugenij IV. ubi dicitur, quod Sacramenta perficiuntur verbis, & aſſignans formam hujus ſacramenti ait : *quod ſunt verba abſolutionis. Ego te abſolvo.* Similiter Tridentinum *ſeſſ.* 14. *cap.* 3. ait ; *quod forma poſita eſt in illis verbis miniſtri. Ego te abſolvo.* Ac proinde juxta doctrinam Conciliorum ex Chriſti inſtitutione, forma hujus ſacramenti conſiſtit in illis verbis : *Ego te abſolvo.*

5. Trident. Nam ut ait Concilium Tridentinum *citato loco cap.* 6. verba illa proferuntur per modum judicij modo humano in perſona Chriſti, qui in ultimo judicio proferet verbis ſententiam: *Venite benedicti* : ac proinde ſine illis verbis Sacramentum non eſt dubium, ſed certò invalidum ; in matrimonio autem requiritur expreſſio conſenſus, qui ſufficienter declaratur per nutus & ſigna.

Quæstio III.

De forma abſolutionis in Sacramento Pœnitentiæ.

SUMMARIUM.

6 *Forma per modum indicativi, ac etiam imperativi eſt valida.*
7 *Mutare formam conſuetam, eſt mortale.*
8 *Si ſacerdos dicat : nos abſolvimus vos : valida eſt forma, ſed illicita.*
9 *Si plures ſacerdotes audientes proferant formam valide abſolvunt.*
10 *Hæc verba : ego te abſolvo, ſolum ſufficiunt.*
11 *Hæc verba : abſolvo à peccatis tuis : ſufficiunt.*

6. Loquimur de forma Sacramentali, non vero cenſurarum : forma conſueta Eccleſiæ in Sacramento pœnitentiæ, eſt per modum indicativi : *Ego te abſolvo à peccatis tuis* : Si vero utatur modo imperativo : *Abſolvaris, vel abſolvatur Petrus* : valida erit, nam ut ex Scoto docent Vaſquez 3. *part. tom* 4. *quæſt.* 84. *art.* 3. *dub.* 3. Suar. *tom.* 4. *ad* 3. *part. diſp.* 19 *ſect.* 1. Forma abſolutionis eſt ſufficiens, quoties ſignificat actum judicialem & ſententiam deciſivam.

Scotus. Vaſquez. Suar.

7. Hurtadus. Quale autem peccatum ſit, ſi confeſſarius tali forma imperativi utatur ? Hurtadus *diſp.* 5. *de Pœnitent. diffic.* 3. ait eſſe veniale ; At tu dic eſſe mortale, cum ſit facere mutationem in re graviſſima, utpote in forma Sacramentorum ; modus enim abſolvendi ordinarius ex conſuetudine graviter obligat, nec poteſt occurrere juſta cauſa ad illum mutandum.

8. Si confeſſarius relicta communi forma: *Ego te abſolvo* : dicat, *nos abſolvimus vos* : utens plurali ad majorem auctoritatem, ut faciunt Reges & Epiſcopi, valide abſolvit, & ſufficienter exprimitur forma abſolutionis, peccat tamen mortaliter, cum omittat conſuetam formam Eccleſiæ Ita Granadus *in* 3. *part. controverſ.* 7. *tract.* 1. *diſp.* 6. *ſect.* 4. *num.* 30.

Granadus.

Si vero detur caſus, quod plures ſacerdotes audiant confeſſionem unius pœnitentis v. g. moribundi, qui bene, ac ſufficienter eſt diſpoſitus, valide omnes proferentes formam abſolvunt ; quia forma tunc prolata eſt à legitimo miniſtro ſuper materiam debitam, & non eſt major ratio, cur una abſolutio habeat effectum, quam alia : ita Card. Lugo *de Pœnitent. diſp.* 13. *ſect.* 7. *num.* 160. Diana *part.* 11. *tract.* 8. *Reſol.* 46. 9.

Lugo. Diana.

Hæc verba : *Abſolvo te* : nullo alio addito ſufficiunt ad validitatem Sacramenti : ea enim verba ſunt eſſentialia formæ alicuius Sacramenti, quæ proprium eius effectum determinatè ſignificant, prout coniunguntur debitæ materiæ, ſed ita ſe habent illa verba, ita docet D. Thomas 3. *part. quæſt.* 84. *art.* 3. & pro hac ſententia quadraginta tres Theologos refert Diana *part.* 11 *tract.* 6. *Reſol.* 11. 10.

D. Thom. Diana.

Tamen ſi ſacerdos dicat tantum : *abſolvo* : non eſt ſufficiens forma, nam quamvis illa particula, *ego*, bene includatur in verbo *Abſolvo*, tamen ponenda eſt illa particula *te* : quia ſententia iudicis debet ferri determinatè circa reum, qui exprimitur per particulam *te*. Tamen ſi confeſſarius dicat : *Abſolvo à peccatis tuis* : videtur ſufficiens forma ; nam in particula illa *à tuis* : includitur, & implicite continetur pronomen *te*. Ita Card. Lugo *de Pœnitent. diſput.* 17. *ſect.* 1 *num.* 24, Leandrus *de Sacram. tom.* 1 *tract.* 5. *diſput.* 2. *quæſt.* 4. At ſi ponitur particula *te* non ſunt de ſubſtantia Sacramenti ſequentia verba *à peccatis tuis.* 11.

Lugo. Leandr.

Quæstio IV.

Quàm utile ſit in verbis formæ ponere clauſulam, quidquid boni feceris ; *& de inſtanti in quo producunt gratiam ?*

SUMMARIUM.

12 *Illâ clauſulâ excuſantur confeſſores, ſi parvas imponunt pœnitentias, & n.* 13.
14 *Prima opinio agnoſcit productionem gratiæ in illis verbis*, à peccatis tuis.
15 *Producitur gratia in fine verborum* abſolvo te.

Poſt peccatorum abſolutionem, communiter apponitur illa clauſula : *Quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris* : Quæ valde ſancte, ac utiliter additur ex more Eccleſiæ ; illâ enim excuſantur confeſſores, ſi parvas imponant pœnitentias : quia homines ut plurimum aliqua bona ; faciunt, & mala plura ſuſtinent : quæ ſic applicata rationem habent ſatisfactionis. Ita Beja *in Reſp. part.* 3. *caſu* 1. Reginaldus *in praxi to.* 1. *lib.* 7. *cap.* 3. *ſect.* 1. *n.* 26. Filliucius *tom.* 1 *tract* 8. *cap* 2. *n* 47. 12.

Beja. Reginald. Fillíucius.

Ex quo Homobonus *in exam. part.* 1. *tract.* 5. *cap.* 15. *q.* 9. ait Admoneant Doctores confeſſarium, ut pœnitentiæ adjungere debeat hanc clauſulam, quod intelligitur, niſi pœnitentia ſit præſervativa, quia bona opera facienda non veniunt ad præſervationem peccato- 13.

Homobon.

tum ſed ad evitandas illorum occaſiones.

14. Prypoſit. De inſtanti in quo præfata verba abſolutionis producunt gratiam dubitabis. Joannes Præpoſitus 3. *part. quæſt.* 6. *de forma Sacram. Pœnit. dub.*1. *num.*6. ait, quod gratia producitur in fine illorum verborum : *à peccatis tuis* : Vaſquez. quia ibi completur ſenſus formæ legitimus, & verus, & in hac ſententia eſt Vaſquez *tom.* 4. *ad* 3 *p q.*84 *art.*3.*dub.*4.

15. Suar. Lugo. Tamen dicendum eſt cum Suar. *tom.*4.*ad* 3. *part.diſp.*19 *ſect.*1. *n.*20. Card. Lugo *de Sacram. Pœnit. diſput* 13. *ſect.*2.§.1. *n.*34 Quod quando proferuntur illa verba : *à peccatis tuis* : jam effectus gratiæ eſt productus in intrinſeco inſtanti illorum verborum : *abſolvo te* : quia in his ſuppoſita materia peccatorum, præfata verba faciunt integrum, & perfectum, ſenſum, verba autem quæ ſequuntur, ſolum inſerviunt ad id magis declarandum, ac exprimendum. Deinde illa verba : *abſolvo te* : ſufficiunt ad formam Sacramenti : ergo in totum terminatione producitur gratia.

QUÆSTIO V.

Vtrum ſit valida abſolutio ſub conditione de præſenti, præterito vel futuro?

SUMMARIUM.

16 *Abſolutio ſub conditione de præſenti, vel præterito eſt valida.*

17 *Conditio de præſenti, quæ non poteſt cognoſci, reddit invalidum Sacramentum.*

18 *Abſolutio data ſub conditione de futuro, eſt illicita, & invalida.*

19 *Si vero conditio ſit de futuro certo, juxta aliquos eſt valida.*

16. Abſolutio ſive à peccatis, ſive à cenſuris, valide dari poteſt ſub conditione de præſenti, vel præterito, ut ſi dicatur : *abſolvo te, ſi indiges* : vel, *ſi diſpoſitus es* : Tales conditiones actum non ſuſpendunt, & abſolutiones ſub illis impenſæ æquivalent abſolutis ; ſine cauſa rationabili illicitè ponuntur, habentur enim tanquam impertinentes, & irreverenter poſitæ, rationabiliter autem adhibentur, vel quando confeſſarius dubitat de materia, vel an abſolutio fuerit data, ut ſi dicat, *ſi materiam habes ego te abſolvo*, vel *ſi non es abſolutus* Vaſquez. Reginald. *abſolvo te.* Ita Vaſquez *de Pœnitent quæſt.* 84. *art.*3 *dub.*5. Reginaldus *lib.*8.*num.*6. Sic etiam in abſolutione à cenſuris ex uſu Eccleſiæ dicitur : *Si teneris aliquo vinculo excommunicationis* : vel, *ſi in aliquam excommunicationem incurriſti abſolvo te.*

17. At vero ſi ponatur conditio de præſenti, vel præterito, quæ nullo modo moraliter cognoſci poteſt, nec à ſacerdote abſolvente, nec à pœnitente confitente, tunc Sacramentum eſt nullum, ut ſi dicatur : *ego te abſolvo, ſi modo Tinca dormit*, vel *ſi Luſitani heri pugnarunt in India* : Abſolutio data cum talibus conditionibus videtur impertinens, nec eſt veriſimile, quod Deus inſtituerit pro forma Sacramenti formam veluti ridiculam, præterea forma Sacramenti talis eſſe debet ex natura ſua, ut cognoſcatur moraliter à pœnitente, ac ſacerdote valide collatam fuiſſe ; modo pœnitens ſit bene diſpoſitus ; & ex hac de cauſa valeat accedere ad Euchariſtiam. Ita Diana Diana. *p.*11.*tr.*4.*Reſol.*18. §.*exiſtimo.*

Abſolutio Sacramentalis à peccatis, data 18. ſub conditione de futuro non ſolum eſt illicita, ſed etiam omnino invalida. Fundamentum eſt : quia, vel illa abſolutio valet quando datur, vel quando adimpletur conditio ; non primum, cum abſolvens non intendat, quod tunc habeat effectum ; intentio enim miniſtri neceſſaria eſt ad Sacramenti effectum ; non ſecundum, quia tunc non adeſt materia, & forma, quia jam præceſſerunt. Ita ex Vaſquez, Reginaldo, ac aliis M. Lezana Vaſquez. Reginald. *verb. abſolutio, num.* 11. At vero abſolutio à Lezana. cenſuris ſub conditione de futuro : Ut *ſi reſtitueris*, vel *ſatisfeceris*, valida eſt de quo alibi dicam.

At verò ſi conditio ponatur de futuro cer- 19. to, & infallibili, tunc Hiquæus exiſtimat, quod Hiquæus. non impedit validitatem Sacramenti, ut ſi dicatur : *Abſolvo te ſi Antichriſtus ſit futurus*, idem valet, ac ita, *abſolvo te*, cum verum ſit, quod Antichriſtus ſit futurus, & hæc conditio non ſuſpendit effectum quantum ad cognitionem Eccleſiæ, pœnitentis, ac ſacerdotis, quia certa fide credunt Antichriſtum futurum, & habetur pro cognitione de præſenti. Ita Diana citatus.

QUÆSTIO VI.

An ſi quis in forma Abſolutionis, ac aliorum Sacramentorum mutet verba retinendo legitimum ſenſum, peccet mortaliter?

SUMMARIUM.

20 *Prima opinio negat peccare mortaliter.*

21 *Secunda & verior affirmat eſſe mortale.*

Præſens quæſtio : ſi, exempli gratia, pro 20. his verbis : *Ego abſolvo te a peccatis tuis* : dicat ſacerdos : *ego tibi peccata tua remitto, condono*, vel *remittuntur tibi peccata tua* vel *Sacramentum abſolutionis tibi impendo* : non eſſe peccatum mortale tenent Sotus *in* 4.*diſput.*14. Sotus. *quæſt.*1. *art.* 3. *in fine* & Valentia *tom.* 4. *diſp.*7. Valentia. *quæſt.* 2. *punct.* 5.

Exiſtimo tamen eſſe peccatum mortale ; 21. eò quod modus ordinarius abſolvendi ex conſuetudine Eccleſia graviter obligat ; neque poteſt occurrere juſta cauſa illum mutandi. Ita Vaſquez *in* 3. *parte tom.*4. *quæſt.*84. *artic.*3. Vaſquez. *dub.*3.*num.* 12. Ioannes Præpoſitus *in* 3. *part.* Præpoſit. *quæſt.*6. *de forma Sacram.Pœnitent.dub.*2.*n.*8.

QUÆSTIO VII.

An eodem verbo, Abſolvo, *poſſit Confeſſor abſolvere pœnitentem à peccatis, ac cenſuris?*

SUMMARIUM.

22 *Eodem verbo*; Abſolvo, *poteſt dari abſolutio à peccatis, ac cenſuris.*

22. Hoc eodem verbo: *Abſolvo te*: poteſt confeſſor ſimul abſolvere pœnitentem à peccatis & à cenſuris, modo intendat utrumque facere, hoc enim verbo: *Abſolvo te*, optime exprimitur ſenſus formæ Sacramentalis, & relaxatio vinculi cenſuræ. Navar. *de Pœnitent. dub. 6. cap.* 1. M. Cornejo *de cenſuris diſputat.* 11. *dub.* 3. In hoc tamen caſu abſolutio ab excommunicatione erit prior natura abſolutione à peccatis, nam modus abſolvendi prius à cenſuris, & poſtea à peccatis eſt communis ſecundum uſum Eccleſiæ, & ideo eo uti debent Confeſſarij ordinariè loquendo, tamen ſi detur caſus in quo pœnitens eſt valde proximus morti, ut non ſit tempus ad id faciendum v. g. ad dicendum: *abſolvo te à cenſuris, & à peccatis*: tunc poteſt ſimul uno verbo utrumque fieri Bonacina *de Cenſuris diſput.* 1. *q.3.punct.5.* Navar. Cornejo. Bonac.

QUÆSTIO VIII.

An neceſſario ſemper abſolutio danda in ipſa confeſſione?

SUMMARIUM.

23 *Confeſſio non poteſt dari inter abſentes.*
24 *An Abſolutio ſemper danda ſit in ipſa confeſſione.*

23. Certum eſt hodie, quod Confeſſio Sacramentalis non poteſt fieri confeſſario ab abſenti, & ab ipſo pœnitente abſente recipi abſolutio, ut patet ex decreto Clementis VIII. *anno* 1602. de quo latius infra cum de confeſſione agam. Nunc vero quærimus: an ipſa abſolutio ſemper danda ſit in ipſa confeſſione, ut ſi, verbi gratiâ, Confeſſor inadvertenter non abſolvit pœnitentem, vel de hoc dubitat, poſſit illum abſolvere parum diſtantem. Clem. VIII.

24. Ad quod ſic reſpondit Petrus Ochagaviæ *de Sacram. tract.* 2. *de Confeſſion. Sacramento quæſt.* 41. *num.* 6. Ubi ſic ait: quod ſi confeſſor pœnitentem debitè diſpoſitum dimiſit ſine abſolutione per inadvertentiam, aut alia via, ſi poſſet ſine gravi incommodo, deberet illum revocare, & admonere; cum vero non poſſet ſine ſcandalo revocare, & pœnitens, vel expectat communionem, vel ex qualitate perſonæ cognoſcit, quod non incidat in novum peccatum, debet abſolvi, ſi eſt præſens, licet aliquantulum remotus, aliàs commoditas expectanda, & admonendus. Ita ex Ochagavia etiam Diana *part.* 5. *tract.* 13. *Reſol.* 56. At verò ſi pœnitens diſceſſit à confeſſore quamvis non multum diſtet, cum multa ſit fragilitas humana, tutius mihi videtur eſſe abſolvendum ſub conditione *ſi eſt capax.* Ochagaviæ. Diana.

QUÆSTIO IX.

An ſi quis bona fide confiteatur cum ſimplici Sacerdote de venialibus, ac mortalibus valida ſit abſolutio.

SUMMARIUM.

25 *Prima opinio negat.*
26 *Secunda affirmat.*

Negat Candidus *diſquiſit.24.art.66.num.4* & citat pro ſe Nugnum, & alios; & idem dicit de peccatis mortalibus invincibiliter oblitis, ac de reſervatis, quæ ut non reſervata habebantur. 25. Candidus. Nugnum.

Tamen contraria ſententia tenenda eſt, quia pœnitens erat ritè diſpoſitus, & bona fide confitetur, & Sacerdos intendit abſolvere ſecundum omne id quod poteſt, etſi culpabiliter abſolvat, tamen pœnitens in bono ſenſu accipit abſolutionem, proindéque per illam directè ſanctificatur à venialibus indirectè verò à mortalibus, tenetur tamen pœnitens, ubi certior factus fuerit, quòd ille Sacerdos non habebat juriſdictionem ſuper mortalia, iterum peccata mortalia confiteri Sacerdoti approbato, ut directe ab his abſolvatur; ſicut ille, qui confitetur reſervata non habenti juriſdictionem. Ita ea Navarro & Caëtano Suar. *tom.4 ad 3.part.diſp.31. ſect.2.num.*8. Granadus *tract.* 10. *diſp.* 4. *num.* 7. Reginaldus *in praxi to.1.lib.8.n.*81. Maruchell. *de caſib. reſervatis, diſput.1.diff.*14. *n.*43. *&* 44. Amicus *tom.*8. *diſp.*13. *ſect.*10. *num.*123. Diana *part.*9. *tract.*9. *Reſol.*29 §. *Dies*, & de reſervatis Fagundez *lib.* 1. *in Decalog. cap.*16. *num.*12. 26. Navar. Suar. Caëtan. Granad. Reginald. Maruchell. Amicus. Fagundez.

An Sacerdos regularis poſſit validè, & licitè abſolvere ab omnibus venialibus, ac mortalibus jam confeſſis ſine licentia ſuorum Prælatorum?

SUMMARIUM.

27 *Prima ſententia negat.*
28 *Secunda affirmat licitè, & validè, & num.*29.

Negat validè & licitè fieri Mirand. *tom.*2. *quæſt.*45. *art.*11. *conc.*2. tamen Paludanus *in 4.diſtinct.*17. *quæſt.*3. D. Anton. 3. *part tit.*17. & Angelus *verb. Confeſſ.* 10. *n.* 4. dicunt fieri validè, ſed non licitè. 27. Miranda. Paludan. D. Anton. Angelus.

Tamen verior & probabilior ſententia eſt, quòd 28.

quòd talis religioſus validè & licitè illa abſolvit, etiam ſi ad id non ſit expoſitus à ſuis prælatis, dummodo tamen ipſi Religioſo non ſit impoſitum præceptum, ne adhuc illorum peccatorum excipiat confeſſiones, quia tunc licèt validè, non tamen licitè abſolveret. Ita Navar. *cap.4. num.4.* Vaſq. *tom.4. ad 3. part. quæſt. 93. art.1. dub.6. num.5.* Granadus *tract.10. diſput.4. num.6. pag. 1281.* Molfeſius *tract.7. cap.15. num 71.* Leandrus *de pœnitent. tract.5. diſp.11. quæſt.15.*

Navar. Vaſquez. Granad. Molfeſ. Leandr.

29. Probatur prima pars; quia omnis ſacerdos in ſua ordinatione ex iure divino accipit iuriſdictionem ſuper peccata venialia: ergo licite & valide illa abſolvit. Secunda pars quoad peccata mortalia iam confeſſa probatur: quia illa peccata cum iam ſint ſubiecta Eccleſiæ, & abſoluta, non ſunt materia neceſſaria confeſſionis: ergo ſicut liberè poſſunt non explicari in confeſſione, ita & liberè poſſunt aperiri cuicumque ſacerdoti, ſicut & venialia.

Quæstio XI.

An poſſit abſolvi, qui in occaſione peccandi eſt, retinens; v. g. Concubinam in domo?

SUMMARIUM.

30 *Quid ſit occaſio proxima, & quid ſit remota.*
31 *Negat prima ſententia.*
32 *Secunda affirmat abſolvendum eſſe.*

30. DUplex eſt occaſio, proxima, & remota. Proxima eſt, in qua poſitus homo, conſideratis circunſtantiis, aut nunquam, vel fere nunquam, ſeu raro & difficiliter deſinet peccare, ſed ablata occaſione non peccaret, ut v. g. qui habet concubinam in domo. Remota vero occaſio illa dicitur, quæ talis non eſt, & tantum diſponit valde remotè ad peccatum, ut ſunt omnes creaturæ, quarum malus uſus ex utentium culpa eſſe contingit. Ita Navarrus *in ſumm. cap. 3.* Suar. *tom. 4. ad 3. part. diſp.32. ſect.2. num.4* Sanchez *lib.1. in Decalog. cap.8.* Lopez, Henriquez, Bonacina, quos citat, ac ſequitur Trullcoehus *in Decalog lib.6. dub.6. num 3.*

Navar. Suarez. Sanchez. Lopez. Henriq. Bonacin. Trullench.

31. Qui omnes conveniunt in hoc, quod occaſio remota, non impedit abſolutionem; ſed tantum proxima. Ex quo dubitabis: An poſſit abſolvi concubinarius, qui in domo ſua retinet concubinam, de qua iam admonitus eſt ut expellat; Negant poſſe abſolvi Angelus *verb. confeſſ. num.6.* Tabiena, Suarez, Caëtanus, Armilla, quos citant, ac ſequuntur Sanctius *in ſelect. diſp. 10. num.4.* Candidus *Diſquiſit.24. art.27. dub.9.*

Angelus. Taoiena. Suarez. Caëtan. Armilla. Sanct. Candidus.

32. Valde tamen probabile eſt, poſſe licite ſemel, iterum, ac iterum abſolvi concubinarium antequam ejiciat concubinam, dummodo denuo proponat Confeſſario firmiter illam è domo ejicere: (aliter tamen dicendum, ſi ſæpius iam admonitus adhuc in domo ſua retinet, vel in alia domo ad quam ei libere patet aditus:) & ratio eſt, quia ex prima, ſecunda, & tertia promiſſione fracta de ejicienda concubina, aut alia occaſione proxima, non ſumitur efficax iudicium ex defectu diſpoſitionis pœnitentis, quia cum tali fractione poteſt ſtare optima diſpoſitio, ac præparatio, ergo licite, & valide poteſt abſolvi. Ita Medina *lib. 2. ſumma.* Corduba *quæſt. 4. concl. 8. fol. 27.* Leandus *de pœnitem. diſput. 7 quæſt.35.*

Medina. Cordub. Leandr.

Qvæstio XII.

An ex aliqua circunſtantia abſolvi poſſit concubinarius, non rejecta concubina è domo?

SUMMARIUM.

33 *Poteſt abſolvi ſi ceſſet periculum reincidendi.*
34 *Poteſt abſolvi: ſi non poteſt ejicere niſi cum magno detrimento, & n 35. & 36.*
34 *Et ſi filius habet concubinam & non poteſt ejicere.*
38 *Si non poteſt ejicere niſi amiſſa pecunia.*

AD quæſtionem breviter per varios caſus reſpondeo. Et primo: bene poteſt abſolvi concubinarius, ſi reincidendi periculum aliquo modo ceſſavit; quia tunc ibi abeſt periculum proximum, proximaque occaſio peccandi v. g. quia concubina deformis facta eſt, vel inter eos ſubortus eſt contemptus, & tædium, aut morbus, vel ſenectus intervenit, tunc concubinarius ſi doleat de præteritis, & proponat firmiter in futurum abſtinere; bene poteſt abſolvi. Ita Graffis *1. part. deciſ. lib.1. c.18. num.9.* Lopez, Antonius Fernandes, quos citant, ac ſequuntur Sanchez, *citat. diſp. 10. n.12.* Candidus *citat. dub.2.* 33.

Graff. Lopez. Anton Fern Sanch. Candidus.

Secundo: An abſolvi poſſit concubinarius non rejecta concubina è domo, eo quod id facere non poſſit abſque magno detrimento vitæ, honoris, famæ, ac pecuniæ? Negant Navarrus *cap.3. num.21.* Suar. *diſp.32 ſect.2 in fine.* Reginaldus *lib.8. n.19.* apud ipſos Graffis, Coriolanus, & alij. 34.

Navarr. Suar. Reginald.

Tamen valde probabile eſt, quod licite, & valide poteſt abſolvi, imo & debet toties quoties vere pœnituerit, non ſolum quando intervenit aliqua emendatio, ſed etiam dum nullus apparet profectus, dummodo talis concubinarius verum dolorem habeat de peccatis, verumque propoſitum de illis in futurum cavendis. Ita Vivaldus *verb. Abſolut. num.89.* Lugo *de Pœnitent. diſp. 14. num 152. & 156.* Sanct *in ſelectis diſp.10. n.16.* Hurtado *diſp.18. diffi. ul 23.* Bonacina *de Sacram. quæſt 4 punct.4. n.11. § Dixi regulariter* Sà *verb. Abſolutio.* Veiga, Layman, Navarr. Graffis, quos citat, ac ſequitur Baunius *tract.4 quæſt.14.* & Leandr. *de pœnitent. diſp.7. q.36.* 35.

Graff. Coriolan. Vivaldus. Sanctius. Hurtad. Bonacina. Sà. Veiga. Layman. Navarr. Graff. Baunius. Leandr.

36. Probatur noſtra reſolutio; quia adhuc poſt experientiam quamvis nullus profectus appareat, poteſt ſtare verus dolor, verumque propoſitum neceſſarium abſque voluntate auferendi

rendi occaſionem cum tanto detrimento ſpirituali, vel temporali; ergo poteſt abſolvi pœnitens, & maximè petendum auxilium à Deo ad reſiſtendum: ſic ait Pontifex, *in cap. Conſultation. de frigidis, & malefic.* Et confirmatur; quia in hoc caſu non dicitur pœnitens velle occaſionem peccandi, ſed tantùm illam permittere ad evitandum magnum damnum in vita, honore, fama, ac pecunia, tam ſuæ rei, quàm mulieris, ſeu concubinæ. D.Conſuls.

37. Tertiò: ex hac doctrina colligitur reſolutio plurimorum caſuum quos refert Navarrus *citato loco*, verbi gratia, filiusfamilias, qui rem habet cum ſorore, vel in domo Patris habet concubinam, cum qua ſolet peccare, illam tamen expellere non poteſt, niſi cum magno detrimento, ſi intervenit verus dolor cum firmo propoſito poteſt abſolvi. Ita Lugo *citat. n.* 52. & alij quos citat, ac ſequitur Bonacina *de Matrim. q.* 4. *punct.* 14. *n.* 13.

38. Quartò: Abſolvendus eſt concubinarius non rejecta concubina, quia dictæ fœminæ dedit mutuò, verbi gratia, centum aureos, & credit illos eſſe amiſſurum, ſi è domo illam expellat, dummodo habeat verum dolorem, & & firmum propoſitum non peccandi; nemo enim tenetur evitare occaſionem proximam cum magno ſuo detrimento, etiam temporali. Ita Sanchez *citatus, n.* 20 Lugo Bonacina *citati.*

Sanch.
Lugo.
Bonacin.

Quæstio XIII.

Vtrùm poſſint abſolvi pænitentes, qui ſæpius relabuntur in eadem peccata, verbi gratia, periurium, mollitiem, quorum occaſio nullo modo, aut vix expelli poteſt?

SUMMARIUM.

39 *Prima ſententia negat.*
40 *Secunda ſententia affirmat hunc relapſum poſſe abſolvi.*
41 *Aſſuetus mollitiei ordinariè abſolvendus.*

39. Etſi aliqui Doctores negent beneficium abſolutionis, his dandum; ut Petrus Ledeſma *tom.* 2. *ſumma, tract.* 1. *cap.* 9. & Medina *in ſumma, cap.* 14. §. 2. Lopez 1. *part. cap.* 25. *num.* 182.

Ledeſma.
Medina.
Lopez.

40. Tamen contraria ſententia eſt verior, & probabilior, quia ſi confeſſarius iudicat in his eſſe verum dolorem, ac propoſitum non peccandi, poſſunt abſolvi; nam diſpoſitio requiſita, eſt propoſitum præſens, & non emendatio futura: ergo etiam optimè poſſunt abſolvi, etiam ſi eorum recidentia iudicetur; At verò ſi Sacerdos iudicat non eſſe verum dolorem, tunc pœnitens omnino eſt incapax abſolutionis. Ita Henriq. & alij, quos citant, ac ſequuntur Sanch. *in Decalog. lib.* 2. *c.* 32. *n.* 45. & *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 18. Suar. *tom.* 2. *de Relig. lib.* 3. *cap.* 8. *in fine*, Reginaldus *in praxi, tom.* 2. *lib.* 18. *cap.* 87. Lugo *disp.* 14. *ſect.* 10. *n.* 166. Azor. *tom.* 1. *lib.* 11. *cap* 3. *quæſt.* 4.

Henriq.
Sanch.
Suar.
Reginald.
Lugo.
Azor.

41. Confirmatur: Et maximè quantum ad peccatum mollitiei, quia quamvis huiuſmodi occaſio ſit proxima, eſt tamen talis conditionis, ut nullo modo poſſit auferri, cum fundata ſit in propria carne, ac natura pœnitentis. Ita citatus Bonacina *n.* 14. & Lugo *n.* 159 Henriquez, Candidus, Granadus, Trullenchus, Hurtado apud Baunium *tract.* 4. *quæſtione* 15. *pag.* 96.

Bonacina.
Lugo.
Henriq.
Candid.
Granadus.
Trullench.
Hurtad.
Baunius.

Quæstio XIV.

An abſolui poſſint adoleſcentes, quicum fœminis verſantur, laborando, vel converſando, cum ex tali occaſione peccent mortaliter conſenſu, tactibus, & copula?

SUMMARIUM.

42 *Negat prima ſententia.*
43 *Si non cohabitant in eadem domo benè poſſunt abſolvi.*
44 *At ſi ſunt in eadē domo non poſſunt abſolvi.*

Abſolutionem eis eſſe dandam negant Caëtanus, Lopez, Rodriguez, Ledeſma apud Granadum *tract.* 16. *diſp.* 9. *n.* 21. Trullenchus *lib.* 6. *in Decalog cap.* 1. *dub.* 9. *n.* 3. 42.

Caëtan.
Lopez.
Rodrig.
Ledeſma.
Granad.
Trullench.

Meo videri, diſtinctione in hac re opus eſt, ſi talis converſatio ſit cum fœminis, quæ in eadem domo cum ipſis adoleſcentibus non cohabitant, bene poſſunt abſolvi; ſi tamen verus dolor, & firmum propoſitum non peccandi datur, tunc enim illa occaſio non cenſetur proxima, ſed remota, nec enim in tali occaſione ſemper ſolent homines peccare mortaliter, alias homines tendent in eremum ad evitandum colloquia fœminarum. Ita Navarr. *cap.* 3. *num* 17. Lugo *citata diſp.* 14. *num.* 150. Candidus, Beja, quos citat ac ſequitur Leandrus *de Pænitent. diſp.* 7. *q.* 34. 43.

Navarr.
Lugo.
Candid.
Beja.
Leandr.

At vero ſi adoleſcentes ſunt in eadem domo cum fœminis, & ſæpe ſunt admoniti, ut à pravis deſideriis, ac tactibus deſiſtant, non poſſunt abſolvi, niſi ipſi exeant à tali domo, vel fœminæ ab ea eijeiantur; quia ex præſentia fœminarum maxime fomenta ad illa turpia naſcuntur, quod intelligitur niſi magnum detrimentum, & damnum ſive ſpirituale, ſive temporale proveniat ex ſeparatione à tali domo, vel ipſis adoleſcentibus, vel ipſis fœminis. Ita Thomas Hurtadus *tom.* 1. *tract.* 1. *cap* 6. *Reſol* 23. Baunius *tract.* 4. *de Pænit. quæſt.* 15. §. *Quòd ſi ex turpi.* Ut dictum eſt ſupra *q.* 12. *n.* 33. 44.

Hurtadus.
Baunius.

Quæstio. XV

An poſſit confeſſarius differre abſolutionem pænitenti per aliquod tempus, ob occaſionem proximam, in qua verſatur?

SVMMARIVM

45 *Prima ſententia tenet abſolutionem non poſſe differri.*

46 *Secunda*

46 *Secunda affirmat.*
47 *Poteſt confeſſarius ex cauſa differe abſolutionem*
48 *Non poteſt differre, ſi timet aliquod damnum.*

45. NOn poſſe confeſſarium abſolutionem differre pœnitenti cum vero dolore, aut eum ſtatim non abſolvere, tenet multis rationibus
Ioan.Sanch Ioannes Sanchez *in ſuis practicis diſputationibus, diſp. 9. num 6. & ſeqq.* In hac etiam
Maura. ſententia ſunt Maura, Henriquez, Sylveſter
Henriq. Sylveſt. Navar. Navarrus apud Thomam Hurtaq. *tract. 1. Reſol. Moral. cap. 6. Reſol. 21. num. 206.* ex quo in-
Hurtad. fert Sanchez *citatus*, quòd confeſſarius non habet ius ad interrogandum pœnitentem de conſuetudine peccandi, quia hoc erit cogere pœnitentem ad aperienda peccata iam con-
Diana. feſſa, Diana *part. 1. tract. 7. de circumſp. Reſol. 55.* quamvis hanc opinionem laudet, eam tamen non audet approbare.

46. Alij verò abſolutè affirmant poſſe confeſſarium, etiam per menſem abſolutionem differre pœnitenti peccatis aſſueto, ad melius cognoſcendum ejus propoſitum non peccandi, ac firmum dolorem, deinde etiam, ut tali medicamento ipſe à peccatis cohibeatur. Ita
Henriq. Henriq. *lib. 4. cap. 14. num. 4.* Petrus Ledeſma
Ledeſma. *tom 2. ſumma tract. 1. cap. 9 in fine.* Toletus *lib. 3.*
Toletus. *cap. 18. n. 6.* Suar. *de pœnit. diſp. 32 ſect. 2. in fine,*
Suar. Sanchez: Sanchez *in Decalog. lib. 2. cap. 32 n. 45. & lib. 5.*
Graffis *cap. 5. num. 18.* Graffis *part. 1. deciſ. lib. 1. cap. 20.*
Banez. *n. 24.* Bañez *in 2. 2. quaſt. 1. art. 8. dub. 2.* Villalo-
Villalobos. bos *tom. 1. tract. 11. diffi ult. 25. in fine.* Delrius
Delrius. *in diſquiſ. Mag. lib. 1 cap. 5. quaſt. 4. ad finem,*
Lugo. Card. Lugo. *diſp. 4. num 169.*

In hac materia cum diſtinctione reſponden-
47. dum eſt Et primò dico, licitè poteſt confeſſarius differre abſolutionem pœnitenti peccatis aſſueto, licèt aliàs rectè agnoſcat eius bonam diſpoſitionē; quia licet facta confeſſione pœnitens legitimè diſpoſitus, habeat ius ad ſententiam, & abſolutionem, non tamen habet jus ad hoc, ut ſtatim ſententia proferatur; ſed ex cauſa poteſt judex illam differre, ac ſuſpendere. Confirmatur, quia confeſſarius nō ſolùm eſt judex, ſed etiam medicus: ergo licèt in proferenda ſententia principaliter exerceat munus judicis, tamen ut medicus ipſa abſolutione debet medicamentum adhibere, quod magis cedat in remedium, & utilitatem ægroti, & ſæpè ad hoc expedit abſolutionis dilatio.

48. Dico ſecundò: non poteſt confeſſor licitè abſolutionem differre, quando pœnitens eſt bene diſpoſitus, & ex dilatione timetur potius damnum ſpirituale, quam utilitas pœnitentis
Lgo. ſperetur; ut v.g quod tædio affectus non redi-
Sanchez. bit, vel in deſperationis actus prorumpet. Sic
Azor. Lugo *cit. n. 168.* Sanch. *cit. loc n. 45.* Azor, & alij.

QVÆSTIO XVI.

An confeſſarius poſſit abſolvere complicem ſui peccati, cum quo peccavit?

SUMMARIUM.

49 *Prima ſententia negat.*
Sylveirà Opuſcula.
50 *Secunda, & vera affirmat.*
51 *An duo Clerici, vel duo Religioſi ſe mutuò percutientes, poſſint ſe ad invicem abſolvere, & n. 52.*

QVæſtio eſt: An confeſſarius poſſit ſacramentaliter abſolvere cōplicem ſui pec- 49.
cati, cum quo peccavit carnaliter, v.g. vel furto ſeu alio crimine? Confeſſionem eſſe invalidam tenet Bonacina *tom. 1. diſp. 5. de Pœnit. quaſt. 7.*
punct. 5 §. 5. n. 11. Quod probat ex Concil. 7. Bonacin.
& 12. Mediolanenſi, ubi confeſſario admittur poteſtas ſuum complicem abſolvendi; nos autem excitamus quæſtionem extra Mediolanum, ubi præcepta talis Concilij non vigent, nec obligant; & Bonacina nullum auctorem citat pro ſe, ſuáque ſententia.

Dico, quod talis confeſſio eſt valida, & po- 50.
teſt eſſe fructuoſa, ſi fiat abſque ſcandalo, & periculo alicuius pravitatis, ac reminiſcentiæ delectabilis; & ratio eſt clara & manifeſta, quia confeſſarius per illud peccatum quod commiſit cum pœnitente complice non amiſit juriſdictionem ad abſolvendum; ſuppono quod confeſſarius per illud peccatum non incurrit excommunicationem, vel ſuſpenſionem quia ſi illas incurrit, poterit priùs ab illis abſolvi, & poſtea ſic abſolutus poterit confeſſionem ſui complicis validè audire. Dixi (abſque ſcandalo, & periculo, quia ſi ex ipſa confeſſione, tanquam ex quodam colloquio ſe-
quatur aliqua impudicitia, aut aliquid diſſo- Sotus.
num, tunc fieri non debet. Ita Sotus *in 4. di-* Villalobos.
ſtinct. 14. quaſt. 4. art. 3. Villalobos *tom. 1. tract. 9.* Pottel.
difficul. 39. n. 2. Pottel. *in reſponſionibus Moralibus, caſu 50. num. 2.*

Circa hanc rem proponit Beja 4. *part. Reſ-* 51.
ſponſionum Moralium caſu 6. ſatis difficilem Beja.
caſum. In quodam oppido erant tantum duo confeſſores approbati, & tempore jubilæi hi duo irato animo ſe percuſſerunt in præſentia multorum, & caſus fuit publicus in toto oppido: die ſequenti amicabiliter reconciliati ſunt, & ad invicem unus alteri confeſſus eſt Sacramentaliter, & virtute jubilæi ſe ad invicem abſolverunt, & ſtatim celebrarunt. Quæſitum eſt, an illi Clerici publicè excommunicati ob notoriam percuſſionem clerici, ſe potuerint abſolvere valide? Reſpondet Beja potuiſſe, dato quod urgeat neceſſitas celebrandi, vel miniſtrandi aliud Sacramentum, quod ſine ſcandalo differri nequeat: Probat; quia neceſſitas non habet legem; & pia mater Eccleſia non intendit in tam urgenti neceſſitate privare filios remedio neceſſario. Præterea, quia irregularis ad vitandum ſcandalum, & periculum famæ, poteſt celebrare, ut tenet
Navarrus *in Manuali cap. 27. num. 279.* Navar.

Et confirmatur ex ſimili caſu poſito à Sor- 52.
bo Capucino *annot. ad Compend. verb. Abſo-* Sorbo.
lutio Ordinaria quoad fratres. §. ſi ſuccedat. ubi probat, quod ſi duo religioſi ſe ad invicem percutiant, & aliàs habeant facultatem abſolvendi à tali cenſura potuerunt ſe ad invicem abſolvere.

De hac re, Vide multa verb.
Bulla Cœnæ.
Bulla Cruciatæ.
Confeſſor.

RESOLUTIO V.

Accuſare, ſeu Accuſator.

QUÆSTIO PRIMA

Quid ſit Accuſatio, & quomodo diſtinguatur à denuntiatione, ac querela?

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit accuſatio.*
2 *Accuſatio tendit ad vindictam, denuntiatio ad emendationem.*
Ad accuſationem ordinariè non præmittenda correctio fraterna.
3 *Accuſator tenetur probare delictum, non vero denuntiator.*
4 *Denuntiator poteſt eſſe teſtis, non vero accuſator.*
5 *Accuſatio tendit in vindictam, querela in bonum partis læſæ*

1\. ACCUSATIO, eſt delatio rei de crimine ad vindictam publicam libello factam ad Superiorem zelo juſtitiæ, ut ex punitione unius rei cæteri omnes ab hujuſmodi delictis abſtineant. Ita communiter Doctores apud Clarum *lib. 5. pract. fin. quæſt.* 14 dixi (zelo juſtitiæ) quia ſi fiat malo animo, tunc peccabit; & ideo ait Alderet. *lib.* 1. *de Religioſa diſcipl. cap.* 4. *num.* 13. quod debet jurare de calumnia, quod ſcilicet non calumniandi animo faciat.

Clarus.
Alderete.

2\. Accuſatio diſtinguitur à denuntiatione. Primò: quia accuſatio tendit, ut crimina puniantur in aliorum exemplum, ut omnes à malo abſterreantur; at denuntiatio, ſaltem Evangelica, ad emendationem delinquentis: unde nulla eſt cauſa denuntiandi ſi proximus putetur privatim emendandus. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 10 & 11. Ex quo ſequitur, quod accuſator poteſt crimen occultum deferre nulla præmiſſa correctione fraterna, quod aliter dicendum in denuntiatione *cap. Qualiter quando, de Accuſatione.* Navarrus *in manuali, cap.* 18. *num.* 3. Caſtr. Palaus *tract.* 6. *punct.* 15. *n.* 3. M. Lezana *tom.* 1. *cap* 27. *num.* 23. Leſſius *citatus n.* 10 & 13. Qui etiā advertunt quod aliquando erit contra charitatem, non præmiſſa monitione, accuſare, v.g. ſi certo ſciatur fratrem privatis monitis emendandum, quod ut tutius eligendum. Leſſius *citatus, num.* 13. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 10. *lib.* 10. *cap.* 12. *n.* 45.

Leſſius.
C. Qualiter
Navarr.
Caſtr. Pal.
Lezana.
Suar.

3\. Secundò differunt, quod accuſator tenetur probare delictum, non verò denuntiator, ut tenent Sotus *de juſtitia & jure, quæſt.* 4. *art.* 3. *quæſt.* 5. *art.* 4. Bañez 2. 2. *quæſt.* 33. *art* 8. *dub.* 3. Unde ſi non probet, non ideo multandus; non enim ſumit ſuper ſe onus probandi, ſed tantum præparat viam judici, ut ipſi inquiunt; at verò accuſator ad probandū tenetur, ut ex multis adnotat M. Fr. Thom. de Jeſu *de Viſitatione Regulari, tract.* 1. *cap.* 16. *n.* 13. aliàs tenebitur pœna Talionis, D. Thom. 2. 2. *q.* 68. *art.* 4. ſufficit, quod accuſator crimen objectum probet ſemiplena probatione, ſcilicet, per famam, vel unum teſtem integrum vel per alia judicia. Navarrus *in manuali, cap.* 25. & *tit. de Pecc. Rei accuſat. & inquiſit. num* 35. Franſciſcus Aretinus *in pract. crimin. de Accuſatione, cap.* 5. M. Lezana *citatus, n.* 24. Qui etiam probant, quod hodie ſecundum communem conſuetudinem accuſator ſi non ſemiplenè probat, non punitur pœna Talionis, ſed mitiori pro arbitrio judicis, ne homines ab accuſatione deterreantur. Ita etiam Alderete *lib.* 2. *c.* 23. *n.* 5.

Sotus.
Bañz.
Fr. Thom.
D. Thom.
Navar.
Aretin.
Lezana.
Alderete.

Tertiò: denuntiator poteſt eſſe teſtis, ſi aliunde non habet aliud impedimentum; eo quod non procurat vindictam delinquentis, ſed correctionem. Navarrus *in manuali; cap.* 25. *num.* 33. Sotus 5. *de juſtitia, part.* 6. *art.* 2. *comm.* 4. ſecus eſt de accuſatore; neque enim ipſe, aut ejus cognati, & domeſtici poſſunt eſſe teſtes *cap,* 1. 2. 4. *q.* 4. *l.* 3. *teſtes.* Quartò, denuntiatio poteſt fieri verbalis; at accuſatio debet eſſe ſcriptis, vel coram notariis; de quo quæſtione ſequenti. 4.

Navar.
Sotus.
Le 3. Teſtes

Diſtinguitur accuſatio à querela. Primò, quia querela non fit ſēper propter publicam vindictam criminis, vel propter emendationem delinquentis, ſed propter bonum partis læſæ. Secundò, quia accuſatio fit oblato libello accuſatorio, ſubſcriptione accuſatoris; at querela fit nudis verbis, & judex inde procedit ad accipiendos teſtes, & informationē cōtra Reum, Baſſeus *verb. Accuſatio. n.* 2. M. Fr. Antonius ab Spir. Sanct *in Director. part.* 3. *tract.* 4. *diſp.* 3. *ſect.* 7. *n.* 167. 5.

Baſſeus.
Fr. Ant. ab Spir. Sanct.

QUÆSTIO II.

Quæ conditiones requirantur ad veram accuſationem;

SUMMARIUM.

6 *Accuſatio ſit in ſcriptis, vel coram notario.*
7 *Non eſt adnotanda dies quo accuſatio intentatur.*
8 *Debet exprimi nomen accuſatoris, ac accuſati.*
Exprimenda ſpecies delicti.
9 *Exprimendus annus, dies, & hora, ſi petatur.*

AD veram accuſationem ſex conditiones proponuntur. Primò: requiritur, ut fiat in ſcriptis, tamen hodie communi conſuetudine ſat eſt, ut fiat verbis, dummodo adſit notarius, qui ſtatim eam in ſcriptis redigat, ut inde conſtet quid incumbit accuſatori probare. Ita Clarus *quæſt.* 12. *numero quinto, & numero ſeptimo* Leſſius *lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 2. Tambutin. *in praxi crim. tom.* 3. *quæſtio* 4. *n.* 5. 6.

Clarus.
Leſſius.
Tambur.

Secundò, requiritur, ut exprimatur dies, & annus, quo accuſatio intentatur, ac objicitur, ſed hoc hodie non eſt neceſſarium, & 7.

parum

parum ad rem facit, ut notant Doctores
Tambur. cum Tambutino *citato*, *num.* 9. Quod intelligitur niſi in Religione ſit ſtatutum determinans certum tempus, quo proceſſus finiantur, ut apud nos Carmelitas, ſi fiunt à
Conſt.Car. Provinciali *part.* 2. *Conſtitut.cap.* 2. *num.* 8. intra duos menſes.

8. Tertiò: ut exprimatur nomen accuſatoris, & accuſati quod eſt omnino neceſſarium, ut conſtet, quis ſit accuſator, & quis accuſatus, & ſi nomen accuſati omnino ignoretur, poteſt ex habitu, forma, officio, ac aliis circunſtantiis notari. Quartò: ſpecies delicti, quod eſt etiam omnino neceſſarium; in hoc enim fundatur intentio accuſantis.

Quintò: requiritur, ut aſſignetur locus
9 tempus, & annus, ac menſis, quo crimen commiſſum fuit, aliàs accuſatio incerta, & futilis reddetur, nõ tamen tenetur accuſans exprimere diem, vel horam criminis perpetrari, niſi aliàs Reus petat exprimendum diem ad intercludendum accuſatorem, nempe, quod tali die,
Clarus. vel hora erat infirmus, & non in illo loco; &
Gomez. ideo ad petitionem Rei dies, vel hora danda,
Emman. Ita Clarus, Gomez, Emmanuel. Soarez, quos
Soar. citant, ac ſequuntur Leſſius *n.* 5. & Tambur.
Leſſius. *ſupra n.* 9 & Franciſcus Aretinus *in pract.crim.*
Tambur. *de Accuſatore, c.* 6.
Aretin.

10. Sextò: inſcriptio accuſantis, ut colligitur
C.Qualiter ex *cap. Qualiter quando,* 2. *de Accuſatione*, ubi dicitur: *Sicut ante inquiſitionem precedit clamoſa inſinuatio, ita ante accuſationem debet precedere inſcriptio.* Vbi notat Suar. *tom.* 4. *de Re-*
Suar. *lig.tract.* 10. *lib.* 10. *c.* 12. *n.* 45. quod licet inter regulares non ſerventur omnes ſolemnitates juris, tamen maximè eſt neceſſarium, ut accuſatio fiat in ſcriptis, ut ſciat accuſator, quod
D. Thom. probare debet ut ait D. Thomas 2.2 *quaſt.* 68. *art.* 2. & ut etiam ipſe ſubſcribat, ne poſtea negare valeat.

QUÆSTIO III.

Vtrum procedere via accuſationis conveniens ſit inter Religioſos?

SUMMARIUM.

11 *Accuſationis modus relegandus à Religione.*
12 *Quiſque licitè poteſt accuſare alterum.*
13 *Bono communi bene ſubvenitur per denuntiationem.*
Prælatus admoneat, omittatur accuſatio. ibid.

11. Licèt modus procedendi per accuſationem maximè relegãdus ſit à Religioſis, utpote quod Religioſorum paci, quieti, ac fraternæ unioni videatur repugnare, & proinde in aliquibus regnis non permittitur, eo vel maximè, quod per denuntiationem juridicam ſuppleri valeat. Vt advertit M. Fr.
F.Thomas. Thomas de Ieſu *de Viſitatione Regulari, tract.* 1.
de Ieſu. *cap.* 4 *num.* 6. Pellizarius *tom.* 1. *tract.* 9. *cap.* 4.
Pellizar. *ſect.* 2. *n.* 83.

Nihilominus dato, quod admittatur, fieri
12. poteſt abſque injuſtitia, ut v. g. qui injuriam paſſus eſt, contra injuriantem agat ad vindictam juſtam, & ſine peccato contra charitatem, ſi non ex odio, vel malo animo fiat, ſed vel ex affectu Religionis, ne ſimiles injuriæ in ea introducantur; & ſi tales exceſſus fuerint impuniti, alij ad ſimilia fient audaces, vel etiam fieri poteſt ex affectu reſarciendi juſtum honorem, & bonum nomen, cui unuſquiſque tenetur conſulere. Ita Suar. Suar.
tom. 4. *de Relig.lib.* 10. *c.* 12. *num.* 45. M. Lezana Lezana.
tom. 1. *c.* 27. *n.* 22. ex communi ſenſu Theolog. D.Thomas. 2. 2. *q.* 68. *art.* 2. & Canoniſtarum D.Thom.
in c. Novit. de Iudiciis. C.Novit.

Vnde bene advertit Sotus *Relect. de teg. ſecreto, membro* 2. *quaſt.* 5. *concluſ* 2 quod ceſſat 13.
obligatio rigoroſè accuſandi: nam per denuntiationem ſufficienter ſubvenitur bono communi. Ut concludit Suarez, quod licet Suarez.
accuſare ob vindictam, & in recompenſationem proprij nocumenti ſit periculoſum, & alienum à Regularibus, & inde ab eis maximè vitandum; tamen ſi accuſatio legitimè fiat, debet ſuperior illam per ſe, vel per notarium ſcriptam acceptare Tamen adverto quod Prælatus Regularis ut Pater debet ſemper admonere, ut relicta accuſatione procedatur per denuntiationem, quæ etiam lato modo eſt quædam accuſatio. Vt nos Peirin. *de ſubdito*, Peirin.
q. 1. *cap.* 16. *dicto* 5.

QUÆSTIO IV.

Quilibet Religioſus ſi velit poterit alterum accuſare, tam pro damno ſibi, quam Religioni illato?

SVMMARIVM.

14 *Idem eſt actor, ac accuſator.*
15 *Quiſquis tenetur crimen pernicioſum Religioni accuſare, ſeu denuntiare.*
16 *In aliquibus caſibus non tenetur denuntiare.*
27 *Quilibet poteſt alterum accuſare debitis circunſtantiis, & n.* 18.
19 *Non tenetur quilibet alterum accuſare.*

IN hac materia illud ſemper præ oculis eſt 14.
habendum, quod in præſenti ſumimus pro eodem actorem, & accuſatorem, quia qui in civilibus cauſis actor dicitur, *leg.* l.Cui prior.
Qui prior. ff. de judiciis, in criminalibus accuſator appellatur, *ff. de accuſatione, & inſcriptis.*

Dico Primò: tenentur Regulares non ſolum in viſitationibus conventuum, ſed etiam 15.
extra illas accuſare, vel ſaltem denuntiare crimen, quod maximè contrariatur bono communi Religionis, vel Reipublicæ, ut proditio, & præcipuè ſi eſt in fieri, & repugnat reformationi, & cedit in dedecus, ac damnum Religionis; tunc etiam extra viſitationẽ ſub peccato mortali accuſandum, ac denuntiandum, etſi aliquod grave nocumentum inde proveniat accuſato, ac denuntiato. Bonum enim commune anteponi debet bono privato cuiuſcunque & generalis regula eſt, quando crimen eſt pernicioſum, & alia ratione impediti

D.Thom. Sylæſt. Naldus. non poteſt, extat obligatio illud accuſandi, vel renuntiandi. Ita D. Thomas 2.2.*quæſt.*68. *art.*1.Sylveſter,*verb. Accuſatio,quæſt.*2.Naldus *verb.Accuſare, n.*3.

16. Bene ſcio, quod ſunt aliqui caſus, in quibus non intervenit obligatio denuntiandi, verbi gratiâ, ſi crimen eſt occultum, vel ſub ſecreto ſcitur, vel ſi Reus eſt emendatus, vel ſi etiam ipſe eſt comprehenſus in delicto; de quibus ſigillatim agam, cum de viſitatione fuerit ſermo.

17. Dico ſecundo: quilibet Religioſus ſi velit poterit alterum accuſare pro injuria ſibi illata. Ita communiter Doctores apud Tamburinum *in praxi criminali, tom.*3 .*quæſt.*4.*n.*10. & Peirinum *citatum dicto* 5. Baſſeum *verb. Accuſatio, num.* 5. & patet ex dictis *quæſt.*3. & Probatur 1 quia accuſatio, ſeu vindicatio ſi fiat publica auctoritate, eſt actus virtutis iuſtitiæ, ac proinde optimè fieri poteſt, & maximè pro iniuria ſibi illata; quilibet enim poteſt uti iure ſuo.

(Tamburin. Peirin. Baſſeus.)

18. Hoc tamen intelligitur, debitis circunſtantiis, nempe, ſine odio, ſed intuitu iuſtitiæ, & quando delictum in iudicio poteſt probari, & non eſt occultum, quia tunc debet præcedere correctio fraterna, ut dixi *q.* 1.

19. Dico tertiò: licet quilibet poſſit pro iniuria ſibi illata alterum accuſare, ut diximus, tamen non tenetur, ſi velit poteſt iniuriam remittere, in quo conveniunt omnes AA. apud Doctores proximè citatos, unuſquiſque poteſt non ſolùm iniuriam ſibi illatam remittere, ſed etiam eius reſtitutionem; ut docet D.Thom. 2.2.*q.*64.*art.*5.& *quæſt.*73.*art.*4.

(D.Thom.)

Quæstio V.

Reſpectu accuſationis maximè conſiderandum ſi delictum eſt factum, vel faciendum: & eſt in miniſtris de iuſtitia

SVMMARIVM.

20 *Si delictum eſt iam completum nón tenemur dicere, niſi advocati.*

21 *Si eſt damnum tertia perſonæ pendens in futurum, tenemur accuſare.*

Miniſtri ex iuſtitia tenentur. ibid.

20. Circa doctrinam traditam ſuperiori quæſtione, tres, vel quatuor caſus excipiuntur Primò, ſi delictum eſt in fieri, & adverſatur bono cõmuni, & eſt in damnum Reipublicæ: nam tunc neceſſario eſt accuſandũ, vel manifeſtandum, ut dixi *q.*4.*concl.*2.& dicam *q.*8. Secundo, ſi delictum etiam contra bonum commune, iam perpetratum, & completũ eſt, non tenetur accuſare, vel denuntiare, niſi vocatus in iudicium Toletus *lib.*5.*c.*7.Filliuc. *tract.*40.*n.*216.

(Toletus. Filliuc.)

21. Tertiò: ſi eſt damnum tertiæ perſonæ pẽdens in futurũ, & aliàs non eſt ſpes certa, ut per correctionem fraternã impediatur, tenemur accuſare, vel denũtiare. Ita D.Th. 2.2.*q* 33 *art.*7 Salon. 2.2.*q*.68 *controv.* 1. Filliuc. Bonacina, Clavis Regia, quos citat Baſſeus *verb. Accuſatio,n.*7.

(D.Thom. Salon. Filliuc. Bonacina. Clavis Reg. Baſſeus.)

Quartò excipiũtur, qui ex iuſtitia tenẽtur accuſare, vel denuntiare ut ſunt Prælati, officiales, ac cuſtodes, qui ex iuſtitia, & ex officio tenentur conſulere rei ſibi commiſſæ. Baſſeus *n.*8.

Quæstio VI.

Religioſus poteſt ſuum Prælatum accuſare, & utrique neceſſariæ expenſæ ſunt dandæ à Conentu.

SVMMARIUM.

22 *Religioſus poteſt accuſare ſuum Prælatum.*

23 *Dandæ ſunt expenſæ neceſſariæ.*

24 *Dandæ expenſæ niſi habeat peculium.*

25 *Si Prælatus agat contra ſubditum dandæ expenſæ.*

26 *Prælatus accuſatus habet expenſas.*

27 *Accuſans tenetur obedire.*

Religioſus ſi velit, poteſt agere cõtra ſuum Prælatum, vel accuſando, vel denũtiando illius crimen coram competenti ſuperiore; & ad hoc non tenetur expectare licentiam illius, quem accuſat, utitur enim iure ſuo; & hoc frequenter cedit in utilitatem Conventus, & hoc habetur expreſsè, *c. Ex parte* 11. *de accuſationib.* ubi Gloſſa, & communiter DD. quòs in magno numero citat Barboſa *in Collectan. ibidem.* 22.

(C. Ex parte. Gloſſa. Barboſa.)

Quando Religioſus ſuum Prælatum accuſat, non ſunt ei denegãdæ expenſæ, tam victus, quam aliæ neceſſariæ ad litem proſequendam; ita habetur expreſsè eodem *cap. Ex parte*, ubi dicitur *Quibus cum proprium non habeant, de rebus Monaſterij expenſa debentur.* Ita ibi *Gloſſa Monach.* Rebuffus, & alij apud Barboſam *in Collectan.* & notat Surdus *de Aliment. tit.*4.*q.*23. *num.*39. Quod debentur expenſæ neceſſariæ, & non utiles; & ut explicat Valaſcus *Conſul.* 161 *n.* 3. Expenſæ neceſſariæ ſunt, ſine quibus res non poteſt ſuſtineri, ſed omnino periret; utiles verò ſunt, quæ ad maiorem rei utilitatem, ac commoditatem inſerviunt. 23.

(C. Ex parte. Gl. Monach. Rebuff. Barboſa. Surdus. Valaſcus.)

Limitatur hæc doctrina cum Sanch. *lib.*6.*in Decal.*12.*n.* 21. niſi Religioſus accuſans habeat aliquod peculium; tunc enim non tenetur Monaſterium litis expenſas miniſtrare, quia ceſſat ratio oppoſita *cap. Ex parte*, eo quod Monachus aliunde habeat expenſas. 24.

(Sanchez. C. Ex parte.)

At verò ſi Prælatus agat contra Monachum eum accuſans de aliquo delicto: Etſi aliqui negent, communior, & verior eſt ſententia, quod Monacho dandæ ſunt expenſæ à Monaſterio, v.g. ad inquirendos teſtes longe diſtantes; magna eſt utilitas Monaſterij ut veritas agnoſcatur, & quod non pereat innocentia unius religioſi, qui eſt Monaſterij membrum. Ita Anchar. Filinus, Lupus, quos citat & ſequitur Sanchez *citatus, n.* 25. 25.

(Anchar. Filin. Lupus. Sanch.)

Similiter Prælatus accuſatus à ſubdito habet expenſas neceſſarias ad ſui defenſionem uſque ad finem litis: nam ſuperior pars eſt Monaſterij, & Monaſterij intereſt, quod Prælatus ſe defendat, & ſit immunis à culpa. Ita Gloſſa *n.*12. & cum multis aliis Surdus *de Alimentis, tit.*1. *q.*127. *num.* n Quod limitat niſi Abbas habeat 26.

(Gloſſ. C. Ex parte. Abbas. Henriq. Surdus.)

habeat ſufficiens peculium; ut de Monacho modo diximus.

27. Notetur tamen hîc, quod Religioſus ſuum Prælatum accuſans, durante lite, tenetur ei obedire, ut antea; adhuc enim Prælatus ſuo officio fungitur & ab illo non eſt privatus. Gloſſa *citato cap. Ex parte*. Lezana *verb. Accuſare, n. 5.* Sanchez *citatus, n. 32.* ubi advertit quod quando aliqui DD. contrarium dixerunt, quod non teneatur obedire Prælato, hoc intelligitur, quod non tenetur ei obedire ut à lite, ac accuſatione deſiſtat.

Gloſſa. Lezana. Sanchez.

Quæstio VII.

Religioſi non poßunt eße Auctores, ſeu accuſatores in judicio forenſi ſine licentia ſuorum Prælatorum.

Summarium.

28 *Sine licentia Prælati non poteſt Religioſus aliquid agere in judicio forenſi.*

29 *Abbas, invito ſubdito, poteſt remittere injuriam ei factam.*

30 *Cauſa mota à Monacho ſine licentia Superioris eſt nulla.*

31 *Religioſus ſine licentia Prælati nec poteſt accuſare, nec denuntiare.*

28. CErta & communis reſolutio eſt, quod non poteſt ſine licentia ſui Prælati. Ita Sanchez *lib. 6. in Decalog. c. 12. n. 5.* cum Sylveſtro, Armilla, S. Antonino, Navarro, Lopez; & aliis multis Canoniſtis. In hoc æquiparantur Religioſi cum ſervis, ac filiis familias, & quaſi pro mortuis habentur, ut tradunt DD. *cap. Cum dilecti, de Reſcriptis, & Authentica cauſa, quæ fit cum Monacho, C. de Epiſcopo, & Cleric.* Monachus enim non eſt ſui juris, ac proinde non poteſt litem movere ſine Prælati licentia.

Sanchez. Sylveſter. Armilla. S. Anton. Navar. Lopez. C. Cum dilecti.

29. Ex quo inferunt Sanchez *citatus, num 6.* & Pellizar. *tract. 6. cap. 12. num. 31.* Poſſe Abbatem, invito Monacho, remittere injuriam eidem Monacho illatam; cum is nullam actionem habeat, omnémque ſuam voluntatem tranſtulerit in Monaſterium; ita ut ipſe neque habear velle, neque nolle; è contra verò Monachus non poteſt remittere talem injuriam, cum non ſit ſui juris, ac agendi jure deſtituatur.

Sanchez. Pellizar.

30. Ex qua ratione ſequitur, quod judicium agitatum cum Monacho abſque licentia Superioris in caſu non conceſſo (de quo ſtatim) ſit nullius momenti, cum perſona Monachi non ſit legitima ad comparendum in judicio ſive ut Actor, ſive ut Reus ſine licentia ſui Superioris: nam judicium, ut ſit legitimum, debet conſtare judice, actore, & Reo legitimis. *Cap. Forus, de verborum ſignificationibus*; ex communi ſententia Doctorum: illud autem judicium caret actore legitimo. Ita Sanchez *citatus, numero duodecimo.* Lezana *verb. Accuſator, numero ſecundo*, & Pellizarius *num. 32.* Qui etiam advertunt poſſe Superiorem, ſi voluerit ratum habere illud judicium, in quo Religioſus actor fuit, ſeu accuſator, ſine licentia ipſius.

C. Forus. Sanchez. Lezana. Pellizar.

31. Deducitur etiam, quod religioſi ſicut non poſſunt accuſare, ita nec poſſunt denuntiare, denuntiatione tendente ad punitionem perſonæ denuntiatæ, adeóque ſicut non poſſunt accuſare, niſi ſimul concurrant licentia Superioris, & utilitas Monaſterij. Ut notant Sanch. *citatus, n. 27.* Ex *cap. Monachi 2. 16. q. 1.* ita nec poſſunt modo dicto denuntiare, niſi illa duo ſimul concurrant. Ita Gloſſa *cap. Ex parte*, ſupra citato, *verb. Licet*, & DD. communiter Pellizar. *tom. 1. c. 12. n. 34.*

Sanchez. C. Monach. Gloſſa. Pellizar.

Quæstio VIII.

Proponuntur aliqui caſus, in quibus Regulares ſine Superioris licentia poſſunt agere in judicio.

Summarium.

32 *Non requiritur licentia Prælati, quando Monachus ab eo diſtat.*

33 *Si agit contra Prælatos, vel ipſos accuſat, & num. 34.*

35 *In caſu hæreſis, ad accuſandum non eſt neceſſaria licentia Prælati.*

36 *Ad denuntiandum Confeſſorem ſollicitantem, talis licentia non eſt neceſſaria.*

37 *Idem eſt in crimine læſæ Majeſtatis.*

PRimò, quando Monachus eſt extra Monaſterium, videlicet, in ſtudio, aut alibi negotij cauſa cum licentia ſui Superioris, & quando Superior ita eſt abſens, ut commodè abſque periculo in mora non poſſit haberi ejus reſponſum; tunc poteſt agere in judicio ratione licentiæ præſumptæ in iſtis caſibus. Navar. *Comm. 2. de Regul. n. 65.* Azor. *lib. 12. cap. 11. q. 9.* imò ratione licentiæ datæ poteſt agere in judicio: nam talis licentia ſic intelligitur data, ut convenienti modo ſe habeat, prout ad ipſum ſpectat. 32.

Navar. Azor.

Secundò: ſi Religioſus agere velit contra Prælatos; ut in Religione teneatur, vel ut ab ea expulſus admittatur, vel ne ei, quæ de jure ordinis debentur, denegentur; tunc poterit ſine licentia ipſius, litem agere, ſervatis tamen aliis ſervandis; in hoc enim caſu ipſa Religio, & jus naturale dat talem licentiam. Sanch. *lib. 6. in Decalog. cap. 12 num. 16.* Lezana *tom. 1. cap. 9. num. 11.* & etiam ab ipſo jure naturali habet licentiam quando à Prælato patitur Religioſus magnam violentiam, ut inde recurrat ad principem; ut dicam cum de appellationibus fuerit ſermo. 33.

Sanchez. Lezana.

Tertiò: ſi velit accuſare ſuum Prælatum, ut facere poteſt, niſi aliqua rationabilis cauſa obſtet, verbi gratiâ, quod ſit excommunicatus, vel ejus inimicus declaratus, tunc ab ipſo jure habet licentiam. 34.

Quartò: in caſu hæreſis, vel ſuſpicionis hæreſis tenentur Religioſi accuſare, ſeu denuntiare omnes, & quaſcunque perſonas tam ſui Ordinis, quam alterius, etiam ſæculares, Dominis Inquiſitoribus, nulla expectata licentia, 35.

Paul V. Lezana. Peirin.

licentia, ſeu conſenſu ſuorum ſuperiorum. Vt conſtat Conſtitut. Pauli V. quæ incipit: *Romanus Pontifex*: quam refert Lezana *verb. Accuſare num.7.* & idem habetur ex quodam Decreto Dominorum Cardinalium univerſalis inquiſitionis, quod incipit: *univerſis, & ſingulis*: quod refert Peirinus *tom.2. Privileg. Minor. in Conſtitut.9. Pauli V.n.25.*

Greg. XV.

36. Quinto. Perſonæ ſollicitatæ à confeſſoribus tenentur eos denuntiare ſancto officio inquiſitionis, vel locorum Ordinariis juxta Conſtitut. Gregorij XV. & ad hoc non tenentur tales perſonæ religioſæ ſollicitatæ poſtulare licentiam a Prælatis, cum enim de hoc extet mandatum, nihil aliud eſt neceſſarium.

Fr. Ant. à Spiritu S.

37. Sexto. Idem dicendum tenet M. Fr. Anton. ab Spiritu ſancto *tom 3. tract 4.diſp. 3. ſect. 7.* Quando crimen eſt læſæ maieſtatis, conſpirationis in principem, rebellionis, falſificationis monetæ, ſubornationis ſuffragiorum in electionibus, & his ſimilia, à iure naturali quiſquis tenetur hæc denuntiare, inde videtur ab eo habere licentiam, & ratio eſt, quia unuſquiſque tenetur meliori modo, quo poſſit ſubvenire bono communi, ſed ſi alio modo non poteſt, niſi accuſando, ad hoc tenebitur ſub mortali, quod verum eſt etiam ſi delictum habeatur ſub ſecreto naturali, & iuramento, modo ſecretum non ſit confeſſionis.

QUÆSTIO IX.

Qualiter, & quomodo Religioſus poſſit eligere procuratorem.

SUMMARIUM.

38 *Monachus non poteſt conſtituere procuratorem ſine licentia Prælati.*

39 *Quando Religioſus poteſt ſtare in judicio ſine licentia Prælati, poteſt, ſine illa facere procuratorem.*

Clem. Religioſus. Sicca. Sanchez. Lezana.

38. EX dictis *quæſt.7.* bene ſequitur, quod Religioſus non poſſit licitè, & validè abſque ſuperioris licentia conſtituere procuratorem, qui eius nomine rem agat in judicio, nam ſicut ipſe per ſe non poteſt agere, ita nec per alium poteſt. Nam in *Clement. Religioſus de Procuratore*, talis procurationis conſtitutio prohibetur. Ponitur enim ibi clauſula: *non poteſt*: quæ actum reddit nullum, & invalidum, ſaltem quando res non interdicitur ob ſolam perſonæ honeſtatem, ſed ob ipſius vitium, ut in præſenti caſu, in quo propter incapacitatem monachi ad ſtandum in judicio ſine ſuperioris licentia, id interdicitur. Vt ex Sicca obſervat Sanchez *lib.6. in Decalog.c.12. n.10.* Lezana *verb. Accuſare n.6.*

Palaus. Gloſſa. Navarr. Sanch.

39. Tamen quotieſcumque Religioſus poteſt ſtare in judicio abſque licentia Prælati, ut dixi *quæſt. ſup.* poteſt etiam ſine licentia Prælati eligere procuratorem, qui pro eo comparear in judicio, vel agendo, vel ſe defendendo, quæ enim poteſt per ſe ipſum præſtare, poteſt à fortiori per alium. Ita Caſtr. Palaus *tract.16. diſp.4.part.12. §.2. num. 5.* Ex Gloſſa, Navarr. Sanch. & aliis, *Monens in hoc caſu formandum eſſe libellum nomine Religioſi, & in eius perſonam publicari debere ſententiam condemnatoriam, ſi Religioſus debet condemnari.*

QUÆSTIO X.

Qualiter, & quomodo accuſatio apud judices ſæculares in cauſa criminali ſit prohibita monachis?

SVMMARIVM.

40 *Monachi abſque irregularitate, poſſunt accuſare in judicio facta proteſtatione.*

41 *Hæc proteſtatio, quamvis fiat ficto animo, ſufficit.*

42 *Qui accuſat petendo vindictam, etiam cum proteſtatione fit irregularis.*

43 *Si accuſatio fit coram judice Eccleſiaſtico, non eſt neceſſaria proteſtatio.*

44 *Talis proteſtatio neceſſaria eſt laicis ad evitandam irregularitatem.*

45 *Forma, qua facienda ſit proteſtatio.*

CErtum eſt, apud omnes, quòd omnes Eccleſiaſtici prohibentur accuſare aliquem apud judices ſæculares in cauſa ſanguinis, patet ex *Cap Sententiam ſanguinis, tit. ne Clerici, vel Monachi.* Et tamen ne pravis hominibus larga eſſet facultas inferendi iniuriam Eccleſiaſticis ob periculum irregularitatis, ſtatutum eſt, *cap. Poſtulaſti de homicidio*, & *cap. Prælatis etiam, de homicidio in 6.* Quòd permiſſum ſit Clericis, & conſequenter Religioſis, non ſolùm ſine peccato, ſed etiam ſine aliqua irregularitate accuſare apud judices ſæculares ſuos malefactores in defenſionem ſui, ſuarumque rerum, etiam ſuper criminalibus, quibus pœna ſanguinis debetur, dummodo proteſtentur ſe non intendere dictam pœnam ſanguinis, etſi poſtea impoſita ſit à judice. Ita M. Cornejo *tract.5. de irregular. diſput. 11. dub.1.* Coninch. *diſp.13.num. 92.* Bonac. *diſp.7. de irregul quæſt.3.punct. 2.num. 3.* Naldus *verb. Irregularitas, num.11.* 40.

C. Sentent. C. Poſtulaſti. C. Prælatis. Cornejo. Coninch. Bonac. Naldus.

An verò hæc proteſtatio debeat fieri ex animo vero, & ſincero, an ſufficiat animo ficto, & apparenti; dubitant Auctores, Multi affirmant requiri animum verum; ſed contraria ſententia ſimpliciter eſt tenenda, quòd ſufficiat animus fictus exteriùs apparens ad evitandam irregularitatem, nam *in cap. Prælatis* allegato, ſolùm requiritur proteſtatio externa, & deſiderium illud internum, quandiu exterùs non oſtenditur, impertinens eſt ad contrahendam irregularitatem, nulla enim ratione influit in mortem Rei. Ita citatus M. Cornejo *dub.1.quæſt.6.* Suar. *de cenſur.diſp. 47. ſect.2.num.3.* Filliucius *tract.19.cap.9. quæſt. 9. num.148.* Turrian. Hurtadus, Præpoſitus, Henriquez, Coninchus, Avila; quos citat ac ſequitur Diana *part.4.tract.2. Reſolut. 75. §. Sed fallitur.* 41.

C. Prælatis. Cornejo. Suar. Filliucius. Turrianus. Hurtad. Præpoſit. Henriq. Coninch. Avila. Diana.

Unde ſequitur, quòd ille, qui accuſat alium in cauſa criminali petendo externis verbis vindictam, fieri irregularem, ſecuta mutilatione, vel morte, etiam ſi proteſtetur ſe non 42.

inten

intendere pœnam mortis, vel ſanguinis. Ita Henriquez *cap.* 10.*num.*4. Molin.*tom* 1. *tract* .. *diſp* 8 *num* 3. & *tom.* 4. *tract.*3. *diſp.*74. Auila, Suarez, Fillucius, Reginaldus, quos citat, ac ſequitur Bonacina *diſput.* 7. *de irregul quæſt.*5. *punct*... *num* 2. Et ratio eſt, quia eo ipſo, quòd in cauſa criminali petit vindictam, vult Reum puniri pœna ſanguinis, quæ propter illius delictum à lege imponitur, & conſequenter cenſetur petere pœnam ſanguinis.

Henriq. Molin. Avila. Suar. Fillucius. Reginald. Bonacina.

43. Hæc autem proteſtatio non eſt neceſſaria, quando accuſatio fit coram iudice Eccleſiaſtico; ut ſi Religioſus accuſet aliquem apud ſuum Prælatum, vel apud alium iudicem Eccleſiaſt. cum de crimine mortis pœna digno; & ratio eſt, quia textus dicti *cap. Prælatis* id exprimit dum dicit: *Penes ſæcularem iudicem*: Tum quia iudex Eccleſiaſticus, non poteſt inferre pœnam ſanguinis, & quamvis eum tradat brachio ſæculari, non cenſetur concurrere ad mortem, nec etiam accuſator apud eus. Ita Molina *tract.* 3. *diſp* 8. *num.* 7. Saytus *lib.*8.*de cenſur.cap.*18.*num.* 14 & alij communiter apud Bonacinam *de cenſur. diſput.*7. *quæſt.*4. *punct.*1. *num.*74.

C.Prælatis. Molina. Saytus. Bonacina.

44. Advertunt tamen Fillucius *citatus*. Lezana *verb. Accuſare num.*19 Pellizar. *tom.* 2. *tract.*7. *cap.*5.*ſect.*4.*num.*18. Quod talis proteſtatio non ſolum eſt vtilis, ſed etiam laicis neceſſaria, ſi velint vitare irregularitatem incurrendam ex accuſatione facta in cauſa ſanguinis.

Fillucius. Lezana. Pellizar.

45. Si vero quæras: Quomodo facienda ſit talis proteſtatio ad evitandum irregularitatem; Dico, quod coram iudice ſæculari ita facienda: *Domine, peto mihi ſatisfactionem, aut reſtitutionem exhiberi à Titio, qui mihi damnum intulit: proteſtor tamen, me nulla ratione intendere pœnam ſanguinis, aut mutilationem, aut mortem.* Ita Bonacina *citatus num.* 9. Qui etiam addit, quod quamvis, non ſit neceſſe, ut talis proteſtatio fiat ſcriptis, cum id nullo iure oſtendatur, ea tamen debet eſſe expreſſa, ut colligitur *ex citato cap.*2. *de homicid.* 1.*n.*6.

Bonacina.

Quæstio XI.

An Regularis ſit immunis ab irregularitate accuſans coram ſæculari, cum proteſtatione ob ſuam, ſuorumque cauſam, etiam comprehenſo latrone?

SUMMARIUM.

46 *Non ſit irregularis accuſans in cauſa criminali ob iniuriam illatam ſuis conſanguineis ſubditis, & num* 47.

48 *Eccleſiaſticus poteſt capere latronem, & cum proteſtatione tradere iudici ſæculari.*

49 *Theologus in periculo vitæ poteſt dare conſilium ad accuſandum.*

64. Quanquam graves Theologi teneant, quod non evitatur irregularitas quando quis accuſat in cauſa criminali coram iudice ſæculari ob iniuriam ſuis illatam, tamen contraria ſententia eſt verior, & communior, facta proteſtatione, ante accuſationem. Ita Avila, Hurtadus, Coninckius, Villalobos, Præpoſitus & alij, quos citant, ac ſequuntur Diana 4.*part tract* 2. *Reſol.*33 Layman *lib.*3. *de Iuſt. tract.*3. *part.* .. *cap.*7. *Aſſerti.*1. *num* 6. Caſtr. Palaus *de Cenſur. part.* 14. §. 2. *num.* 6. Bonacin. *citatus punct* 2.*n* 4.

Auila. Hurtad. Coninch. Villalob. Præpoſit. Diana. Caſt. Pal. Bonacina.

47. Dico ergo, quod accuſator excuſatur ab irregularitate, quando proteſtatione facta ob læſionem inflictam in propria perſona, aut propriis bonis, aut ob læſionem propriis perſonis, quæ ad ipſum attinent, ut ſunt eius propinqui, ut v. g. parentes, filij, fratres, ac conſanguinei, ac etiam ob læſionem factam, eis, qui ſunt eius curæ commiſſi, ut ſunt eius ſubditi, ut conventus, ſi illius eſt Prælatus: & Probatur hæc reſolutio ex multis deciſionibus, quas adducit Riccius *collect* 618. *part.*5. Quæ in hoc caſu militant, teſte Naldo *verb. irregularitas num.* 11. & Probatur, quia *cap. Prælatis de homicid. in* 6. conceditur ut quis conqueratur *de ſuis malefactoribus*; tui autem malefactores ſunt omnes iſti, qui tuis adverſantur: nam malum noſtrorum propinquorum; ac ſubditorum, moraliter noſtrum malum cenſetur, qui enim agit cauſam ſuorum propinquorum, agit cauſam ſui ſanguinis: nempe cognatorum intra quartum gradum exprimit Caſtr. Palatus, & qui agit cauſam ſubditorum, agit ea, quæ ſunt ſua, ratione officij, & maximè quia bona Eccleſiæ pro ſuis ab Eccleſiaſticis reputantur ut ait Bonacina *citatus n.*5. poſt alios.

Riccius. Naldus. C.Prælatis. Caſtr.Pal. Bonacina.

48. Iuxta hanc doctrinam ſequitur, quòd regularis, ſive Eccleſiaſticus, poſſit capere, detinere, & tradere iudici ſæculari talem malefactorem, proteſtatione tamen præmiſſa; cum enim finis ſit permiſſus, etiam media neceſſaria permiſſa cenſentur; cum ergo illi permittitur accuſatio, etiam hæc, quæ ad ordinariam accuſationem ordinantur. Et confirmatur; nam *cap. Prælatis, de homicidio, in* 6. videtur concedere omnes actiones, quæ per ſe conjunctæ ſunt cum ipſa accuſatione, ne Eccleſiaſticus ſuam rem deperdat, Suar. *tom.*5. *ad* 5. *diſp.*47.*ſect.*2. *num.*19. & 20. cum Covarruuias, Tabiena, Franco, & aliis, & Lezana *verb. Accuſare, num.*19. *ad medium*, cum aliis.

C.Prælatis. Suar. Covar. Tabiena. Francus. Lezana.

49. Imò etiam, poteſt Theologus ſacerdos dare conſilium alteri conſtituto in periculo vitæ, aut amiſſionis bonorum ſuorum, ut accuſet, ac denuntiet iudici laico perſonas ſibi infidiantes, ac ſpoliantes, prætermittendo tamen proteſtationem. Ita Pellizar. *tom.*2. *tract.*7. *cap.*5. *ſect.*4. *num.*180.

Pellizar.

Quæstio XII.

An dentur aliqui caſus, in quibus Religioſi abſque proteſtatione & irregularitate accuſent coram iudice ſæculari, licèt ipſe damnet ad mortem?

SUMMARIUM.

50 *Non ſit irregularis, qui accuſat de levi, licèt index condemnet ad mortem.*

O 4 51 Non

51 Non eſt irregularis, qui accuſavit de levi, licèt poſtea fuerint teſtes ad mortem.

52 Qui accuſat propter obligationem, ex præcepto naturali, etiam ſine proteſtatione, non fit irregularis, & n. 53.

54 Non eſt irregularis, qui accuſat de damno inferendo.

50. PRimus eſt, quando crimen adeò eſt leve, ut non videatur dignũ morte, aut mutilatione, & tamen judex pro ſua malitia, aut ignorantia Reum condemnat ad mortem, tunc non accuſator, ſed judex cenſetur cauſa efficax mortis, & inde accuſator licet omiſerit proteſtationem non fit irregularis. M. Cornej. *tract. de irregular. diſp.* 11. *dub.* 11. Lezana *verb. Accuſare, num.* 20. (Cornejo. Lezana.)

51. Secundus caſus eſt, quando quis accuſavit reum de levi crimine, tamen poſtquam reus detentus eſt in carcere, acceſſerunt accuſatores aliorum criminum propter quæ reus ad mortem damnatus eſt; & ratio eſt, quia mors non videtur imputanda propriè ipſi accuſatori, etiam ſi proteſtationem omiſerit. Ita Saytus *lib.* 6. *cap.* 18, *num.* 6 Ugolin. *cap.* 6. §. 4. M. Cornejo *proximè citatus*, Covarr. Henriquez, Avila, quos citat, ac ſequitur Bonacina *diſp.* 7. *de irregularitate. quaſt.* 3. *punct* 2. *num.* 7. §. *Secundus.* Quòd maximè procedit quando non prævidetur illud periculum; at verò ſi prævitum fuerit proteſtatio facienda eſt. (Saytus. Ugolin. Covarr. Covarr. Henriq. Avila. Bonacina.)

52. Tertius caſus eſt, quod eximitur ab irregularitate Eccleſiaſticus, ſeu Religioſus, quando accuſat apud judicem quemcumque propter obligationem, quam habet ex charitate, vel juſtitia, verbi gratia, ſi accuſat volentem prodere Rempublicam, aut occidere innocentem; Canones enim non ſupponunt irregularitatem ob obligationem debitam ex præcepto naturali, vel divino charitatis, juſtitiæ, vel alterius virtutis, quòd maximè eſt verum, quando damnum imminens alio modo non poteſt impediri, ac proinde hic caſus non videtur comprehenſus, *cap. Prælatis, de homicidio, in* 6. Suarez *diſp.* 47. *ſect.* 2. *n.* 15. (C. Prælatis, Suar.)

53 An verò adhuc in hoc caſu facienda ſit proteſtatio? Affirmat Sanchez *tom.* 2. *conſil. lib.* 6. *cap.* 2. *dub.* 10. Diſpoſitio juris ad hos caſus ſe extendit, ſed quod talis proteſtatio in hoc caſu non ſit neceſſaria, mihi videtur verius, quia nulla poteſt eſſe irregularitas in his adimplendis ad quæ tenetur homo ex præcepto divino, & naturali. Ita M. Cornejo *de irregularitate diſp.* 11. *dub.* 1. Layman *lib.* 3. *de iuſt. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 7. *aſſert.* 5. *num.* 6. M. Lezana *verb. Accuſare. num.* 21. cum Molina, Avila, & aliis. (Sanchez. Cornejo. Layman. Molina. Avila.)

54. Quartus caſus eſt; quando quis accuſat non de injuria illata extraneis, ſed inferenda, & præcavenda, quæ aliter caveri non poteſt niſi accuſando; ac denuntiando, ſi quidem non eſt æquum, ut perſona Eccleſiaſtica damnum patiatur, eo quòd præſtat quo ad id tenetur ex jure naturæ, quòd ſine dubio eſt magnum inconveniens ad quòd evitandum, dicendum eſt iſtum caſum non comprehendi, *cap.* 2. *de homicidio, in* 6. ita Bonacina *citatus, num.* 7. Pellizar. *tract.* 7. *cap.* 5 *ſect.* 4. *num.* 184. (C. 2. de homicidio. Bonacina. Pellizar.)

Quæstio XXIII.

Vtrum Religioſus omittens proteſtationem ex oblivione in cauſa criminis incurrat irregularitatem?

SUMMARIUM.

55 Communis ſententia affirmativa.

REſpondetur incurrere irregularitatẽ; ita Saytus 6. *cap.* 19. *num.* 5. Bonac. *num.* 8. nam quamvis in eo caſu iſta irregularitas non ſit ex delicto, quæ neceſſariò ſupponere debet peccatum; eſt tamen ex defectu lenitatis, quæ contrahitur etiam ſine culpa contrahentis: Ut, verbi gratia, judex ſæcularis condemnans ad mortem. 55. (Saytus. Bonacina.)

Quæstio XIV.

An Regulares incurrant irregularitatem accuſando in cauſa criminis coram judice ſæculari, cum aliud detur medium ad evitandum damnum.

SUMMARIUM.

56 In cauſa propria liberè poſſunt accuſare, non autem in aliena cauſa, & n. 57.

COmmunis eſt reſponſio cũ diſtinctione; vel Regularis accuſat in cauſa propria, & ſic, facta proteſtatione poteſt liberè accuſare, ſive alia via poſſit res ſuas recuperare, aut ſuum damnum impedire, ſive non; in tali enim ſua cauſa, id non ſolùm licèt jure naturali defenſionis, ſed etiam ſpeciali jure poſitivo, *cap.* 2. *de homicidio, in* 6. Ubi Eccleſiaſticis datur facultas conquerendi de ſuis malefactoribus coram judice ſæculari, & talis facultas eſt libera, & non reſtricta, verbi gratia, dummodo aliud non detur medium, quòd nullo modo dicitur; & ideò tali via poteſt Eccleſiaſticus licitè uti. 56. (C. 2. de homicidio.)

At verò ſi Regularis accuſat in cauſa aliena, & in ordine ad effugiendam irregularitatem, id non poſſunt facere, niſi quando aliter præveniri, ac præcaveri non poteſt damnum, aut periculum imminens, cum in tali caſu accuſatio ſolùm concedatur jure naturali defenſionis innocentis, quæ tamen non habet locum, ubi alia via averti poteſt malum imminens, Suarez *tom.* 5. *ad* 3. *part. diſputatione* 47. *ſectione* 2. *num.* 16. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 19. *num.* 149. 57. (Suar. Filliucius.)

Quæ

QUÆSTIO XV.

An ſi totus conventus conſtituat procuratorem ad accuſandum, ſecuta morte, ſint omnes irregulares?

SAMMARIVM.

58 *Qui fecerunt accuſationem ſine proteſtatione ſiunt irregulares, non verò alij.*

58. CUm diſtinctione reſpondendum eſt in hac re. Si accuſatio facta ſit abſq; debita proteſtatione, & ſinguli Religioſi talis monaſterij conſenſum præbuerunt in conſtituendo tali procuratore, ſeu ſyndico ad accuſandum coram judice ſæculari, & mors, ſeu mutilatio inde ſequatur accuſato, omnes manent irregulares; At verò ſi omnes non conſenſerunt, tunc quippe irregulares fiunt ij tantum, qui ſupradicto modo aſſenſum præſtiterunt, ſi quidem monaſterium, ut tale, cum non ſit perſona realis, ſed ficta, non eſt capax ordinis, & conſequenter neque irregularitatis niſi in ſuis membris. Ita cum Panorm. *cap. Dilectus, 2. n. 11.* Vgolino *de irregularitate, cap. 10.* Bonac. *diſp. 7. punct. 2. num. 13.*

Panorm. C. Dilectus. Vgolin. Bonacina.

QVÆSTIO XVI.

An totus conventus poſſit accuſari, ac criminaliter puniri?

SVMMARIVM.

59 *Si univerſitas collegij delinquit, caſtiganda.*
60 *Quomodo totum collegium caſtigandum.*

59. SI omnes delinquant, qui ſunt in conventu, præmiſſa publici conſilij convocatione ac deliberatione, tunc totus conventus ſecundum omnes ſuos Religioſos poteſt accuſari, ac puniri. Ita Abbas *cap. dilectus, & 2. num. 13. de Simon.* ex communi ſententia & alij quos citat, ac ſequitur Clarus *lib. 5. §. fin pract. quæſt. 16.* Monens, quod ſi omnes de collegio non ſunt delinquentes, matura deliberatione, tunc non punictur totum collegium; ſed tantum illi qui criminosè deliquerunt tanquam ſinguli, & particulares.

Abbas. Clarus.

60. Quomodo autem univerſitas, quæ deliquit, puniri poſſit; explicat ipſe Clarus, modo adimendo; abrogando eius privilegia, juraque illius impediendo quoad ſolutionem, modò ejus bona publicando, modo etiam imponendo multam pecuniariam. Ita etiam Pellizarius *tract. 9. cap. 4. ſectione 2. num. 83. §. Nota tamen.*

Pellizar.

QVÆSTIO XVII.

Religioſi non poſſunt accuſari à laicis vel à Religioſis alterius Ordinis;

SVMMARIVM.

61 *Non poſſunt conveniri niſi dum ſuam injuriam tueantur.*
62 *Iudex & accuſantes excommunicantur à Leone X.*

COncluſio eſt communis, & vera, quod non poſſunt accuſari niſi in caſu, quod ſuam, vel ſuorum injuriam proſequantur; *cap De cætero, de teſtibus*; Ita Emmanuel Rodrig. *tom. 2. quæſt. 7. art. 7.* Alderete *lib. 1. de Religioſa diſciplin. cap. 4. num. 7.* M. Lezana *tom. 1. cap. 17. num. 25.* Hieron. Rodrig. *Reſol. 41. n. 7.* Soto *de ſecreto, membr. 2. quæſt. 5. concl. 3.* 61.

61. C. De cætero. Emman. Rodrig. Alderete. M. Lezana. Hier. Rodrig. Soto.

Imò tam accuſantes, quam judices talem accuſationem recipientes incurrunt excommunicationem latam à Leone X. in favorem Prædicatorum, contra omnes qui Religioſos ejuſdem ordinis adducunt coram judice extraneo, ipſo etiam judice talia admittente comprehenſo; vide Conſetrium *in compendio Bullarum Leon. X. tit. 6. cap. 1.* 62.

62. Leo X. Conſetrium.

Et ratio eſt; quia accuſator, & accuſatus debent eſſe ejuſdem fori, ad hoc, ut ſi accuſator deficiens non probet delictum ab eodem judicio puniatur, quòd minimè fieri poteſt, ſi accuſator non eſt ſubiectus judicij, coram quo facta eſt accuſatio.

QUÆSTIO XVIII.

An Prælatus teneatur aliquando non acceptare accuſationem; & acceptam abſolvere ac impedire accuſatorem, ne proſequatur?

SUMMARIUM.

63 *Prælatus aliquando poteſt imò & tenetur impedire accuſationes pro bono pacis.*
64 *Prælatus aliquando poteſt impedire accuſationes contra aliquem Religioſum.*

PRælati regulares; ut ſunt Generales, & Provinciales in ſua Provincia poſſunt, imò & ſæpè tenentur non acceptare accuſationem contra aliquos Religioſos, ſed alia via debent procedere ad remedium, ſi credant, quòd ex tali accuſatione naſcitura eſſent mala bono communi ordinis adverſantia, utpotè ſeditionis, perturbationes inter Religioſos, eorumque etiam mala fama; nam bonum commune præferendum eſt bono particulari; Deinde ſi lex obligat ad acceptandam accuſationem per epiiKiam, in his caſibus videtur non obligare; quia pax ut commune bonum maximè intenditur ab omni Prælato. Ita ex Aragonio, Clavi Regia, Fegundez Card. Lugo *in juſtitia, diſput. 37. num. 74.* Vnde referunt citati 63.

63. Aragoni. Clav. Reg. Fagund. Lugo.

citati Auctores poſſe in Religione communi lege prohiberi, ne Prælati via accuſationis procedant in viſitationibus.

64. Ex quo etiam infertur poſſe Prælatos ex juſta cauſa accuſationem ipſis factam contra aliquem religioſum abſolvere, & etiam impedire accuſatorem, ne ultra procedat. Ita benè colligitur ex Sanch. *lib.6. conſil. cap. 4. dub.* 1.
Sanchez. *num.6.* Rodrig. *tom.* 2. *quæſt. 7. art.* 7. & Cajet.
Caietan. & Sotus citati à Sanchez, dummodo hoc fiat
Sotus. ex juſta cauſa, & ſine ſcandalo, & hoc procedit, ſive injuria ſit publica, ſive privata, & damnum alia via poſſit reſtaurari, & probatur, quia ſi eſt ſupremus Princeps poteſt diſpenſare in lege, & ſtante juſta cauſa, utpotè communi pace conventus: & ſi eſt inferior, & non ſit facilis recurſus ad Principem ſupremum ex epiikia, poteſt inferior ita agere, quia pax, & quietudo maximè intereſt ad bonum commune, ac reformationem Religionis.
Pellizat. Ita Pellixatius *tract.9.cap.4.num.*88.

Quæstio XIX.

An accuſator poſſit deſiſtere ab accuſatione incœpta, ſi de Reo in particulari non conſtat?

Summarium.

65 *Accuſator poteſt deſiſtere ab accuſatione incepta.*

65. Dico, quòd inchoata accuſatione ſi de reo non conſtat, poteſt accuſator deſiſtere, vel ex charitate, vel ob petitionem alicuius, vel ad majorem pacem, & quietem habendam, quia ſi ad hoc non tenetur ex officio talis accuſatio fuit libera: ergo licitè poteſt deſiſtere ab illa; ſicut & Prælatus inchoatam accuſationem non proſequi; ut dixi ſuperiori quæſt. At verò ſi ad hoc tenebatur ex officio, tenetur obligationem ſui muneris adimplere,
Lugo. & accuſationem proſequi. Ita Card. Lugo *de juſtitia, diſput.* 56. *num.* 9. Dixi niſi de reo conſtet quia ſi de illo in particulari conſtat, & maximè ſi de delicto eſt infamia nata, bonum commune poſtulat, ne Reus maneat impunitus, ut alij timore pœnæ à ſimilibus fugiant, & ideò accuſatio proſequenda.

Quæstio XX.

An ſubditus teneatur accuſare, vel denuntiare, quando certò ſcit Prælatum, nullum remedium adhibiturum?

Summarium.

66 *Nemo tenetur accuſare ſi certò ſcit nullum remedium adhibendum eſſe a Prælato.*

66. Reſpondeo, quòd quando ſubdito conſtat certò, & evidenter Prælatum nullum remedium adhibiturum, vel quia negligens, ſeu remiſſus eſt in puniendo, vel quia eſt amicus delinquentis; nullus obligatur ad accuſandum, ſeu denuntiandum delicta; quia nemo tenetur ad actum fruſtraneum, & ad opus inutile. Ita Caietanus, Sylveſter, Ar- Caietan.
milla, Tabiena, Durandus, Richardus, Sylveſt. Armila.
Paludanus, quos citat, ac ſequitur Sanchez Tabiena
lib.6.Conſilior.cap. 2. *dub.* 8. *num.* 2. Portel. *in* Durand.
dub. Regul., verb. Correctio fraterna, num. 19. Richard.
Lezana *verb. Iudex, num.*7. Advertunt tamen Peludan. Portel.
citati Auctores, quod ſi detur dubium de hoc Lezana.
effectu, præſumendum eſt pro Prælato, & illi eſt obediendum. Ita Portel. & M. Lezana.

Quæstio XXI.

Explicantur tria vitia, quæ contingere poſſunt in accuſatione?

Summaaium.

67 *Calumnia, quando quis falsò, & dolosè accuſat.*

68 *Prævaricatores colorant crimina.*

69 *Tergiverſatores faciunt pactum de de non accuſando.*

Tria vitia dari poſſunt in accuſatione; 67.
Primùm: calumnia. Secundùm, prævaricatio, Tertium, tergiverſatio: quæ breviter explico. Primum; calumnia quando quis aliquem ſcienter, ac ex propoſito accuſat falsò, ac dolosè, peccat mortaliter, & tenetur reſtitutione ad damnum; ut decidit, *cap.* 2. *de ca-* C. de calū
lumniatoribus, & *cap. Si quem pænituerit*, 2. C. ſi quem
*quæſt.*3. & expreſsè definitur, *cap. Accuſatio*, 2. C. Accuſat.
in fine, quæſt. 7.

Prævaricatores ſunt, qui colorant crimen 68.
verum ſceleratis hominibus, verbi gratia, vel exterius accuſando, & ſecretò iniquos in ſuis criminibus fovendo, vel qui ſubticent gravia crimina, & levia inculcant, hi graviter peccant, & in laqueum diaboli incidunt.

Tergiverſatores ſunt, qui facientes pactum 69.
non proſequuntur accuſationem in grave damnum Reipublicæ, aut tertij; hi graviter D. Thom.
delinquunt, maximè ſi fiat cum grandi præ- Navar.
judicio tertij, & cum pernicioſo mendacio, Sotus
vel injuſta munerum acceptatione. Ita D. Tho- Banes.
mas 2.2. *quæſt.*68. *art.*3. Navar. Sotus, Báñez, Aragoni.
Aragonius, quos citant, ac ſequuntur Sa- Salon, Rodrig.
lon 2.2. *quæſt.*68. *art.*4. Rodrig. *tom.*2. *quæſt.* 7. Miranda.
art. 5. Miranda *tom*, 1. *quæſt.* 13. Hieronymus Hieron.
Rodriguez *Reſol.*41. *art.* 5. Rodrig.

Resolutio I.

Advocatus.

Quæestio Prima.

Religioſi, interveniente licentia Prælati, & utilitate conventus poſſunt eſſe advocati, ſeu procuratores pro ſæcularibus in judicio forenſi civili.

Summarium.

1 *Religioſi cum licentia Prælati munus procuratoris poſſunt agere, & n.2.*

3. *Vtraque*

3 *Vtraque conditio ſimul requiritur.*
4 *In cauſis miſerabilium perſonarum non requiritur utilitas conventus.*

1. RELIGIOSI non poſſunt exercere
munus advocati, ſeu procuratoris in
iudicio forenſi pro ſæcularibus, niſi
ſimul concurrat licentia Prælati, & utilitas,
ſaltem iodirecta convenus, his conditioni-
bus ſtantibus, tale munus ritè peragere poſ-
ſunt coram iudice ſæculari in cauſa civili, co-
ram autem iudice Eccleſiaſtico, etiam in cau-
ſis criminalibus, ita habetur expreſſè, *cap.*
G.Monach. *Monac. 16. quaeſt. 1.* ubi dicitur: *Nullus mona-
chorum forenſis negotij ſuſceptor, vel executor
exiſtat, niſi quod monaſterij expoſcit utilitas,
Abbate ſibi nihilominus imperante.* Et quamvis
textus loquatur de Monachis, ibi etiam com-
prehendit cæteros Religioſos, non tamen
novitios, ut ex multis, & cum multis probat
Sanch. Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 13. num. 1. & 2.*
& alij communiter.

2. Si vero adverſarius objiciat contra Reli-
gioſum procurantē in cauſa ſæculari de licen-
tia prælati, eum non eſſe admittendum, cum
id non vertatur in conventus utilitatem, ta-
lis objectio non eſt audienda, cum eius non
ſit inquirere monaſterij utilitatem, & hæc
ſæpe expediat, ut occulta ſit, ita ut adverſa-
3. rium lateat.

Et cum prædictus textus indiſtinctè loqua-
tur, & utramque conditionem ſimul requirat,
inde fit quòd una ſine altera non ſufficit, di-
Pellizar. ſpoſitio Textus firmiter hoc prohibet, & ve-
4. tat, ideò utraque conditio eſt neceſſaria. Ita
Novar. Pellizar. *tom. 1. tract. 6. cap. 12. num. 12.*

Advertit etiam Novarius *in Lucerna Regu-
lar. verb. Procurator, num. 4* Quòd in cauſis
miſerabilium perſonarum, pro illis, ſcilicet,
defendendis, ac patrocinandis bene poſſunt
Religioſi de licentia ſui Prælati, etiamſi inde
non habeatur aliqua conventus utilitas, pro-
curatoris munus exercere, hoc enim maximè
pertinet ad ſtatum Eccleſiaſticum tales perſo-
nas præſidio deſtitutas tueri.

QUÆTIO II.

An officium procuratoris ſuſceptum à Religioſo ſine licentia Prælati ſit irritum, & quam neceſſaria ſit hæc licentia pro omni cauſa?

SVMMARIVM

5 *Officium procuratoris ſine licentia Prælati eſt invalidum, & n. 6.*
7 *Nec unam cauſam poteſt Religioſus patrocinari ſine licentia prælati.*
8 *Si conſtitutiones non obſtant, ſufficit licentia Prælati immediati.*

5. AD primum; an officium procuratoris,
ſeu advocati à Religioſo ſuſceptum abſ-
Caſtr. Pal. que Prælati licentia ſit validum, illiuſque ge-
ſta teneant; Affirmat Caſtro Palaus *tract. 16.
diſp. 4. punct. 2. §. 4. num. 5.* Tamen diſtinctio-
ne utendum eſt, ſi Prælatus ſcit, & videt Re-
ligioſum tale officium exercere, videtur dare
ſuum aſſenſum, & valida ſunt geſta, ſi Præ-
latus ignorat, ſine ejus licentia acta ſunt nulla,
Ita Pellizar. *tract. 6. cap. 12 num. 17.* Quia reli- Pellizar.
gioſus non habet perſonam legitimam ſtandi
in iudicio pro ſe, nec pro alio, abſque ſupe-
rioris licentia, quippe æquiparatur ſervo, cum
quo proceſſus eſt nullus. Et confirmatur, quia Clement. Relig.
Clement. Religioſus, de Procuratoribus, utitur
verbo: *Non poteſt*: Quòd reddit perſonam in- Sanch.
habilem, ut probat Sanchez *lib. 6. de Matrim.
diſp. 38. num. 20.*

Inde benè ſequitur, quòd pars oppoſita, 6.
cuius intereſt, vel iudex ex officio poterunt
requirere à Religioſo teſtimoniū licētiæ, & ſi
non habeat, poterit repelli, ut optimè probat Bellamer.
Bellamerus *cap. 2. n. 2. quaeſt. 1. de poſtulando.* 7.

An autem hæc licentia Prælati, ita ſit ſtri-
ctè neceſſaria, ut neque in una cauſa liceat
regularibus patrocinari in iudicio abſque illa? Palaus.
Reſpondet affirmativè Caſtro Palaus *citatus*, G. Menoch.
§. 3. num. 6. quamvis aliqui aliud in contrarium Clemen de Procurat.
dicant; nam *cap. Monach*, & citata *Clement.* Sanch.
de Procuratoribus, cuiuſlibet cauſæ patroci- Pellizar.
nium prohibetur; unde Religioſi contra ve- Fr. Anton.
nientes peccant mortaliter, cum prohibitio ab Spir.
de re gravi habeatur, Ita Sanchez *in Decalog.* ſanct.
cap. 13. num. 10. Pellizar. *citatus, num. 13.* Fr.
Anton. ab Spir. ſanct. *in director. tom. 2. tract. 3.
diſp. 6. num. 1452.* 8.

Licentia autem ſufficit, quòd ſit Prælati
immediati, ut Prioris, in Societate Ieſu hæc
licentia ſolùm poteſt eſſe à Generali, iuxta ſuas
Conſtitut. Franciſcani autem, nec de licentia
ſuorum ſuperiorum, poſſunt eſſe procuratores, Sanchez.
ut ex multis probat Sanchez *citatus, n. 11.*

QUÆSTIO III.

An Religioſus de alterius mandato ſaltem poſſit conſtituere procuratorem, aut ſubſtituere ſine ſui proprij Prælati licentia?

SUMMARIUM.

9 *Sine licentia Prælati non poteſt*
10 *De alterius mandato cum licentia Prælati ſine utilitate conventus poterit conſtituere.*
11 *Vt nuntius poterit de alterius mandato nominare.*

RESpondeo non poſſe, hoc enim ei prohi- 9.
betur *in Clement. Religioſus, de Procurato-* Clem. Relig.
ribus Et meritò ſanè: nam licèt à primo conſti-
tuente derivetur poteſtas ſubſtituti, non ta-
men poteſt ad alium tranſire, niſi mediante
Religioſo, qui ſine licentia ſui ſuperioris ta-
lia facere non poteſt; ut optimè probat San-
chez *lib. 6. in Decalog. cap. 13. num. 12.* ex quo
infert ipſe Sanch. *n. 15.* Quòd talis ſubſtitutio Sanch.
non ſolùm eſt illicita, ſed etiam invalida; nam
ad actum forenſem nil valet Religioſus ſine
licentia Prælati.

Poteritne de alterius mandato cum licentia 10.
Prælati conſtituere procuratorem, etiam ſi
non

non deiut militas conventus: Affirmativè reſpondet Pellizar. *tract. 6. cap. 15. num. 12.* nam ad hoc nec *Clementina Religioſus Procuratorib.* Pellizar. Clem. Rel. nec alij textus requirunt conventus utilitatem ſolùm enim hoc poſtulant, quando ipſemet Religioſus dicitur procurator.

11. At verò ſi Religioſus non fuerit conſtitutus procurator, ſed ſimplex nuntius, poterit alterius nomine dicere, ac nominare procuratorem etiam ſine licentia Prælati; nam hoc non eſt ſubſtituere procuratorem, ſed nomine alterius illum dicere, ac nominare. Ita Caſtro Palaus *tract. 16. diſp. 4. punct. 12. §. 3. num. 7.*

QUÆSTIO IV.

Vtrum ſi poſt litem conteſtatam, Procurator alicuius ingrediatur religionem, poſſit tunc illam cauſam proſequi?

SUMMARIUM.

12 *Non poteſt tale munus proſequi?*

12. RESpondeo non poſſe, tam tempore novitiatus, quàm poſt emiſſam profeſſionem, proindeque revocandum eſſe, ut conſtat tum L. Aut. ex *L. Aut Religionis iuxta legem precedem. ff. de Procuratorib.* Tum etiam, quia procurator, interveniente iuſta cauſa, poteſt revocari: hic autem intervenit iuſta cauſa ratione ſtatus religioſi, ut patet. Ita Sanchez *in Decalog. lib. 6. cap. 13. num. 26.* ex Iacobino de S. Georgio, & aliis.

QUÆSTIO V.

Prælatus regularis, tenetur religioſo Reo dare advocatum, & an hic poſſit eſſe ſæcularis?

SUMMARIUM.

13 *Advocatus dandus de iure naturali.*
14 *In cauſa graviſſima, & rara poteſt dari advocatus ſæcularis.*
15 *In Religione non ſervantur apices iuris.*

13. CConveniunt omnes, Prælatum regularem teneri de iure naturali dari Religioſo reo advocatum ſufficientem, qui illum defendat, patrocinetur, ac conſilium præbeat: Advocati patrocinium pertinet ad ius naturale. Ita Alderete *lib. 1. Diſciplina Religioſa, c. 2. n. 3.* & Alderete. C. Ex litter. Gloſſa. patet ex *cap. Ex litteris de officio iudicis* & Gloſſa *ibidem verb. implorando.*

14. Ex quo ſequitur, quod ſi in Religione nullus eſſet omnino ſufficiens religioſus, qui in re graviſſima reum defendat, tenetur Prælatus illi dare advocatum ſæcularem valdè idoneum, quia ſi ex iure naturæ requiritur advocatus, requiritur advocatus ad tale negotium ſufficiens. Dixi (in re graviſſima) quia in cauſis levibus, & ordinariis, id non concederem, pro hac ſententia ſtat Paulinus Bertus Paulin. Bert. vir doctiſſimus Ordinis S. Auguſt. *in praxi criminali, fol. 272.* ubi ait: In ſua Religione numquam fuiſſe datum advocatum ſæcularem alicui religioſo, niſi ſemel tantùm in una cauſa, in qua agebatur de condemnatione cum periculo vitæ; & in tali cauſa, advocatum ſæcularem recluſum fuiſſe cum reo in una domo ſecreta, ne ordinis fama, & ſecretum periclitaretur. Idem tenet Rodrig. *tom. 2. quæſtionum, quæſt. 19. art. 4.* Rodrig. Affirmans non eſſe conſuetudinem in religionibus dari advocatum ſæcularem, maximè cum hodie in Religione ſint multi viri; & maximè in praxi criminali ſufficienter verſati.

Pro hac facit etiam, quòd tradit idem Rodriguez 15. Rodrig. *eodem tom. 2. quæſt. 3. §. Pro cuius, & § ſequenti.* Vbi dicit, ideò in Religionibus non ſervari apices iuris, ne Religioſi teneantur conſulere legiſperitos ſæculares, cum Rodrig. cohæret Miranda in ordine iudiciali, Miranda. *quæſt. 14. art. 7. concluſ. 4.* non enim decet ſecreta religionis ſciri ab advocatis ſæcularibus. Et confirmatur; quia in cauſis, in quibus proceditur de plano ſine iuris apicibus, videtur quod non ſit obligatio dari advocatum, ut colligitur ex *Clem. emina, ſæpè contingit, de Verborum ſignificatione* Clem ſæpe. Vbi dicitur, quòd quando cauſa committitur cum clauſula: *Vt procedatur de plano*: ait Pontifex; & abſint *Partium, Advocatorum, & Procuratorum contentiones*: At Prælati Religionum, habent privilegium, ut in cauſis Religionum procedatur, de plano, non ſervatis iuris apicibus, ut infrà dicam.

RESOLUTIO VII.

Alienatio.

QUÆSTIO PRIMA

Quid ſit alienatio?

SUMMARIUM.

1 *Propriè & ſtrictè, quid ſit alienatio.*
2 *Quid ſit dominium directum, & utile.*

ALIENATIO propriè, & ſtrictè, eſt omnis actus, per quem dominium transfertur, 1. ſi latè autem ſumatur in materia favorabili, etiam comprehendit conductionem ad longum tempus, ſeu perpetuam donationem, venditionem, permutationem, & emphyteuſim perpetuam, & etiam contractum ſub conditione factum, patet ex *cap. Nulli liceat, de rebus Eccleſiæ non alienandis,* C. Nulli. Hoſtienſ. Leſſius. Covar. Baſſeus. Villalob. Hoſtienſi, Archidiacono, & Sylveſtro, *verb. Alien. & emphyteuſis, quæſt. 6.* Leſſio *lib. 2. de iuſt. cap. 24. dub. 11.* Covar. 2. *variar. cap. 16. & 17.* Baſſeo *verb. Alienatio, num. 1.* Villalobos 2. *part. ſumma. tract. 25. difficult. 17.*

Cum ergo alienatio importet actum, per 2. quem dominium transfertur, ut diximus, duplex dominium conſideratur: *Directum & utile*: & ut explicat Leſſius *lib. 2. cap. 3. dub. 1. num. 4.* Leſſius. Dominium directum continet ſolam rei proprietatem, unde continens hoc dominium

nium, dicitur proprietarius; eius vero, ut notat
Molina. Molina *de contractibus*, *tract.2. diſp.464.* actus
ſunt venditio, donatio, & permutatio. *Dominium autem utile*, ſolam continet rei utilitatem, & commoditatem; eius actus, ut refert
Quaranta. Quaranta *in ſumma Bullarij*, *v. Alienatio, n.16.* ſunt ſex, videlicet, ſuperficiarius, locatio, emphyteuſis, libarius, feudus; & precaria; his etiam iuxta Molinam *citatum*, adde actus, quibus res alteri traditur, & nõ pertinet neque ad dominium directum, neque utile; manet tamen periculo alienationis obnoxia, ut pignus & hypotheca; de his omnibus latè Iuriſtæ, de his autem, quæ ſolum ad regulares pertinent, agimus.

QUÆSTIO II.

De multiplici prohibitione, quæ datur de rebus Eccleſiæ non alienandis maximè de Extravagante: Ambitioſæ.

SUMMARIUM.

3 *Multiplici iure prohibita rerum Eccleſiaſticarum alienatio.*
4 *Extravagans*: Ambitioſæ,
5 *Sententia affirmat, quod multis in locis non ſit in uſu.*
6 *Alia ſententia affirmat eſſe receptam quoad nullitatem, non quoad pœnas.*
7 *Vera ſententia aſſeris, receptam quoad omnia*
8 *Recepta in Hiſpania & Luſitania.*
9 *Probatur vera ſententia.*

3. VAldè ſolemnis omni communi iure poſitivo rerum Eccleſiaſticarum alienatio
l. Iubemus. eſt prohibita, iure civili *l. Iubemus*, & *Authent.*
Authent. *Hoc ius porrectum*, *de Sacroſanct. Eccleſ.* & hoc determinatum, ac præceptum in multis decre-
Trident. tis, ac decretalibus, & etiam in Conc. Trid. *ſeſſ.25. cap.11. de reform.* & de hac re multæ ſunt
Paul. II. Paul. IV. Pius IV. conſtitutiones Apoſtolicæ talem alienationem prohibentes, præſertim à Paulo II. Paulo IV. Pio IV. *in Bulla, quæ incipit: Provida.* Et hoc etiam rigidè prohibent conſtitutiones ſpeciales ſacrarum Religionum; & in hac re
Extravag. valdè celebris eſt Extravagans Pauli II. *Ambitioſa. de rebus Eccleſiæ non alienandis*: Eſt in corpore iuris, & ſic habet.

4. *Omnium rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, omnéque pactum, per quod ipſorum dominium transfertur conceſſionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in caſibus iure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc cum evidenti Eccleſiarum utilitate, ac de fructibus & bonis, quæ ſervando ſervari non poſſunt, pro inſtanti temporis exigentia, hac perpetuo valitura conſtitutione fieri prohibemus.* Quod præcipit obſervari ſub pœna excommunicationis. Prælatum verò alienantem, ſi pontificali, vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ab ingreſſu Eccleſiæ interdicit; alios verò Prælatos inferiores ſuis officiis & dignitatibus, ipſo facto, abſque ulla declaratione, privatos eſſe denuntiat, quæ

Sylveira Opuſcula.

omnia per ſequentes quæſtiones altius ſunt examinanda, & de his pœnis quæſtione ultima.

An verò hæc Extravagans ſit hodie uſu re- 5.
cepta, & in praxi; maximè dubitatur. Sylveſt Sylveſt.
v. Alienatio n.15. ait, non eſſe moribus utentium
receptam. Bonac. *de Alienatione*, *diſp.2. q. unica.* Bonacina.
punct.5. §.1. n.4. teſtatur eſſe paucisſimis in locis
uſu receptam, non ſolùm quoad privationes
officiorum, ſed etiam quoad cenſuras, cui ſen-
tentiæ videntur adhærere. Delben. *tom.2. c.17.* Delben.
dub.4. ſect.2. n.15. & Ventigr. *de Alienat. art.1.* Ventigr.
§.4. n.19.

Alij è contra dicunt, quod Extravagans re- 6.
cepta ſit, & in uſu, ac praxi quoad nullia- Sarment.
tem contractus, nõ verò quoad pœnas excom- Toletus.
municationis, ac alias. Ita Sarmentus, Toletus, Caietan.
Caietan. Salzedo, Quaranta, *Zenedo*, Gamma; Salzed. Quaranta.
quos citāt & ſequuntur Sayr. Clavis Reg. *lib.4.* Zenedo.
c.4 n.15. Azor. *p.2. lib.9. c.2. verſ. Quod attinet.* Gamma.
Molina *de iuſtitia*, *tract.2. diſp.466. n.10.* Sayrus.

Tamen ſimpliciter eſſe uſu, ac praxi recepta, Clav. Reg. 7.
tenent Balbinus, Riccius, Henriquez, Redoan. Azor.
Fachin. Maſtrill. Camillus, Filliucius, Caſtro Molina.
Palaus, Marcus Anton. Genoven. Gutier. quos Balbin.
citat ac ſequitur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi*, Riccius.
3. p. alleg.95. n.49. & *in Collectan. ad dictam Ex-* Henriq.
travagant. Tamburin. *de iure Abbatum, diſp.13.* Rednan. Fachin.
quæſito 12. n.12. M. Lezana *in Conſiliis, conſil.23.* Maſtric.
n.35. & ſeqq. Camillus.

Et quod ſit communi uſu recepta in tota Filliuc.
Hiſpania, & Portugallia teſtatur Avendan.
Salzedus, Dias Gutier. Molina, quos citat, ac 8.
ſequitur Phœbus *deciſ. 82.* & quod in noſtra Caſtr Pal.
Luſitania habeatur in communi uſu affirmant Marc. Ant. Gen.
Barboſa apud Tamburin. *citatum*, Gamma, Guttier.
Caldas, ut refert, ac ſequitur Phœbus *ſupra*, Barboſa.
Rebellus *de iuſtitia, 2. lib.10. q.5 n.9.* Molina & Tambur.
alij, ut teſtatur Fragoſus *2. part. lib.11. diſp.24.* Lezana. Avendan.
§.3. num.6. Salzed.

Probatque hanc ſententiam Filliuc. *tract.44.* Dias Gut.
l.1. n.8. cum Vaſq. Quaranta, tum quia ex eo Molina.
quod eſt inſerta in corpore iuris, indéque præ- 9.
ſumitur uſu recepta, niſi contrarium probetur: Phœbus.
tum quia quotidie ea citatur in foro iudiciali, Barboſa. Tambur.
& Romana Curia pro eius obſervantia pu- Gamma.
gnat: tum quia praxis Datariæ ita ſe habet, Caldas.
& iuxta illam ſe regit in expediendis Brevi- Rebellus.
bus: tum quia in Sacra Pœnitentiaria quoti- Molina. Fragoſ.
die emanant abſolutiones à cenſuris, diſpen- Filliucius.
ſationes, & habilitationes quoad cõtravenien- Vaſquez.
tes, quod eſt ſignum Papam eam velle ob- Quaranta.
ſervari, abſolutè loquendo. Ita Filliucius addens tamen *num.9.* huiuſmodi conſtitutionem in aliquibus partibus non eſſe uſu receptam quoad pœnas, & cenſuras, maximè verò quoad nullitatem.

QUÆSTIO · III.

Proponitur aliud decretum Urb. VIII. prohibentis alienationem rerum Eccleſiaſticarum?

SUMMARIUM.

10 *Decretum Urbani VIII. revocantis omnia privilegia.*

P Ex

10 *Excommunicatio contenta in dicto decreto, non eſt reſervata.*

11 *Recepta ubi ſufficienter authentica & recepta.*

In Luſitania non eſt recepta ibid.

10. DIe 7.Septembr.anno 1624. manavit aliud decretum Sacræ Congregationis iuſſu Vrbani VIII. ſub excommunicatione latæ ſententiæ, ac privatione omnium officiorum, & inhabilitatis in perpetuo ad illa; ſi fiat alienatio abſque licentia Sacræ Congregationis, niſi tantum in caſibus expreſſis in iure; & confirmat Extravagantem, *Ambitioſæ*, & adhuc revocat omnia privilegia, ac indulta regularibus conceſſa; eam referunt Bonacina *de Alienatione, q. unic. punct.* 1. *n.* 8. Lezana *tom.* 1 *c.* 10. *n.* 2. Pellizar. *tract.* 6. *c.* 8. *n.* 3. & Tambur. *tom.* 3. *diſp.* 13. *q.* 6. *n.* 2. Excommunicatio ibi poſita non eſt reſervata, ut notant Gavantus *in manuali, n.* 28. & Lezana *eodem verb. Alienatio. n.* 20.

Bonacina. Pellizar. Lezana. Tambur. Gavant.

11. An verò hæc conſtitutio Vrbani ſit ubique recepta in uſu, ac praxi maximè dubitatur, ac proinde virtute illius, an etiam ſint revocata conceſſa privilegia Regularibus ad alienandum. Reſpondeo, quod ubi hoc decretum fuit ſufficienter authenticum, promulgatum, ac receptum, ibi obligat; ſecus vero, ubi non eſt ſufficienter authenticum, promulgatum, ac receptum; ad aliud ſimile decretum Vrbani VIII. ita reſpondet Quintanos multa adducens argumenta, & multos Auctores, ut refert Diana 9 *p. tract.* 6. *Reſol.* 5. Vrbani *tract.* 2. *diſp.* 1. *c.* 1. *Regul.* 7. Fr. Martin. à S. Ioſeph *fol.* 530. Vidal *tit. de caſib. reſervat. inquiſ.* 1. *n.* 121. Tambur. *in methodo Confeſſ. lib.* 3. *c.* 7. §. 4. *n.* 17. M. Fr. Anton. ab Spiritu Sancto *tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 1. *ſect.* 4. *n.* 160. Vbi teſtator hoc decretum non fuiſſe legitimè promulgatum, ac receptum in hoc noſtro regno Luſitaniæ: nam contrarium paſſim vidimus practicari, & multas alienationes fieri à Regularibus, non ſervato ipſo decreto.

Quintan. Diana. Vrban. Fr. Mart. à S. Ioſeph. Tambur. Vidal. Fr. Ant. ab Spir. Sancto

QUÆSTO. IV.

Explicantur quinque caſus excepti à iure, in quibus licitæ ſunt rerum Eccleſiaſticarum alienationes.

SUMMARIUM.

12 *Excipiuntur neceſſitas, pietas, incommoditas, utilitas, inutilitas.*

13 *Prima cauſa neceſſitas ad debitum, vel ad ſuſtentationem.*

14 *Secunda pietas ad captivos redimendos*

15 *Tertia incommoditas; ut v.g. maior fiat expenſa, quam redditus.*

16 *Quarta evidens utilitas.*

17 *Quinta inutilitas, quia eſt infructifera.*

12. TAm in Extravoganti Pauli II. *Ambitioſæ*, quam decreto Vrbani VIII. in quibus prohibentur alienationes rerum Eccleſiaſticarum ſubditur: *Præterquam in caſibus iure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis.* Excipiuntur à talibus conſtitutionibus, ac diſpoſitionibus caſus expreſſi in iure. Quinam ſint hi caſus inquirendum eſt, & quinque communiter aſſignantur à Doctoribus: neceſſitas, pietas, incommoditas, maior evidens utilitas, & inutilitas rei.

Paul. II. Vrban. VIII

13. Primus caſus eſt *neceſſitas Eccleſiæ*, ut ſi debitum urgeat ab ipſa Eccleſia contractum, vel ſi nullo alio modo poſſibili poteſt ſubvenire præſenti neceſſitati: *Authentica, Sancimus, C. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Marcus Antonius Genuenſis *practica Eccleſiaſt. q.* 459. *num.* 2. Caſtro Palaus *tom.* 2. *tract.* 12. *quæſt. unica, punct.* 15. §. 2. *n.* 2. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi part.* 3. *allegat.* 95. *num.* 23. Et tanta poteſt eſſe neceſſitas, ut liceat ſine ſolemnitate rem aliquam alienare. Ita Rebuffus, Quaranta, quos citant, ac ſequuntur Dicaſtillius *de iuſtitia, lib.* 2. *tract.* 15. *diſp.* 1. *dub.* 6. *n.* 186. M. Fr. Anton. ab Spir. Sanct. *Director. tom.* 2. *tract.* 3. *diſp.* 6. *n.* 1208.

Auth. Sanc. Marc. Ant. Caſtr. Pal. Barboſa. Rebuff. Quaranta. Fr. Ant. ab Spir. Sanct.

14. Secundus: *Pietatis cauſa*: verbi gratia, pro Redemptione Captivorum, vel pro alimonia pauperum, ad exemplum Sanctorum Patrum, ne fame, & frigore pereant. ita Gloſſa *c.* 1. 12. *quæſt.* 1. Franciſcus Leo in *Theſauro fori Eccleſiaſtici, part.* 1. *cap.* 15. *num.* 9. & *inſtituta de rerum diviſione*, §. *Sacra, l. Sancimus, C. de Sacroſanctis Eccleſiis, c. Aurum Eccleſia*, 12. *q.* 1.

Gloſſa. Franciſ. Leo Inſtituta. L. Sancimus

15. Tertius: *Incommoditatis cauſa*, ut quando res eſt Eccleſiæ incommoda, veluti ſi res aliqua potius afferret Eccleſiæ incommoditatem, quam utilitatem, ut quia nullus, ſeu modicus ex ea percipiatur fructus, vel quando expenderetur pluſquam redditus, tunc poteſt alienari *in d. c. ſine exceptione*, & *l. ſed an ultro*, §. 1. *ff. de negot. geſtis.* Marcell. Vulpe, quem citat, & ſequitur Barboſa *allegatus n.* 24.

C. Sine excep. L. Sed an. Vulpe. Barboſa.

16. Quartus: *Maior, & evidens utilitas Eccleſiæ; cap. Vt ſuper* 8. *de rebus Eccleſiæ non alienandis.* Vivir. *tom.* 1. *comm. opinionum, tit.* 1. *n.* 36. *verſ.* 9. *pag.* 150. & ita poteſt vendi unus ager, ut ematur melior. Riccius, Quaranta, & alij quos refert & citat Dicaſtillus *ſuprà*, *num.* 188. Barboſa *citatus, num.* 45. & inde probat cum Antonio, Gabriele, Maſcard. Rebuff. & Rodrigues, quod contractus ſi ſint utiles Eccleſiæ, quod ſunt validi, etiamſi fiant ſine ſolemnitate, & hoc non debet eſſe quælibet utilitas, ſed evidens cum multa ſecuritate, ac firmitate.

C. Vt ſuper Vivir. Riccius. Quaranta. Dicaſtill. Barboſa. Ant. Gabr. Maſcard. Rebuff. Rodrig.

17. Quintus caſus, cum res eſt inutilis, tunc Prælatus illam alienare poteſt, *cap. Sine exceptione*, 11. *q.* 2. *cap. Non liceat*, 12. *q.* 2. *cap. Terrulas, Clement.* 1. *de rebus Eccleſiæ non alienandis l. Iubemus, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Unde ſi in refectione domus, maiores futuræ ſint expanſæ Eccleſiæ, quam utilitas, poteſt alienari, *Authent. ſi quas, C. illo tit.* Ex quo patet, quod emphyteuſis perpetua bonorum Eccleſiæ fieri poteſt de rebus incultis parum utilibus Eccleſiæ, ut tenent Rebuffus, Capyc, Penedo, Quaranta, Camillus, quos citant, ac ſequuntur Gamma *deciſ.* 105. *num.* 1. Caldas Pereira *de nominat. emphyt. quæſt.* 23. *num.* 55. 56.

C. Sine. C. Non liceat. C. Terrulas L. Iubemus Auth. ſi quas. Rebuff. Capyc. Penedo. Quaranta. Camillus. Gamma. Pereira.

QVÆ

QVÆSTIO V.

An in his prædictis caſibus, ut fiat alienatio conſulenda ſit Sacra Congregatio?

SUMMARIUM.

18 *Status quæſtionis.*
19 *Adhuc in illis caſibus neceſſaria eſt facultas Sacræ Congregationis.*

18. Extravag. Vrb. VIII. IN Extravaganti *Ambitioſæ*: prohibetur quod non fiat alienatio, niſi *Conſulto Romano Pontifice*: & Decretum Vrbani VIII. ait, quod non fiat, niſi *habita licentia à S. Congregatione*; & tamen in talibus Decretis excipiuntur caſus à iure permiſſi, qui ſunt illi quinque ſuperiori quæſtione annumerati; ideo in præſenti inquiritur; eam ad illos neceſſaria ſit facultas S. Congregationis?

19. Lezana. Pellizar. Barboſa. Reſpondeo affirmativè. Ita M. Lezana *tom.* 1. *c.*10.*n* 4. Pellizar *tract.*6.*c.*8.*n.*123. Barboſa cum multis *de poteſtate Epiſcopi, part.* 3. *allegat.* 95. *num.* 2. quia Sacra Congregatio reſervat ſibi jus iudicandi, an in tali caſu cum talibus circunſtantiis detur vera cauſa, vera neceſſitas, utilitas: vel inutilitas ad alienandum; & quamvis hi caſus ſint permiſſi à iure, tamen non poteſt fieri alienatio, niſi interveniente cauſa, quæ iudicanda eſt à Sacra Congregatione, quæ ſibi hoc judicium reſervavit, & merito ſanè, quia experientia compertum eſt, quod ſæpè neceſſitas, utilitas, vel inutilitas ad alienandum fabricatur, ac cõponitur ob varios reſpectus, & ideo ſanctiſſimè S. Congregatio judicium de tali utilitate, vel inutilitate ſibi reſervavit, ita obſervatur communi praxi in Curia Romana.

QVÆSTIO VI.

Quæ ſolemnitates requirantur ex iure ad alienandam rem Eccleſiaſticam?

SVMMARIVM.

20 *Quinque requiruntur.*
21 *Prima: licẽtia Prælati juxta ſuas conſtitutiones.*
22 *Secunda: tractatus Capituli, ſeu communitatis.*
23 *Tertia: Conſenſus Capituli, & n.*24.
25 *Quarta conditio: ſubſcriptio, & ſufficit per manum notarij.*
26 *Si minor pars cognoſcit evidenter damnum eſſe, non tenetur ſubſcribere.*
27 *Quinta conditio: licentia Congregationis, & num.*28.
29 *Si contractus ſit in favorem Eccleſiæ eſt validus, etſi ei deſit aliqua ſolemnitas.*

20. SEcundum jus antiquum, quatuor requiruntur conditiones ad alienandam rem Eccleſiaſticam, ſcilicet, auctoritas Prælati, tractatus habitus cum Capitulo, illius conſenſus, ſingulorum ſubſcriptio, ſaltem per Notarium; nunc verò ex decreto Vrbani VIII. addenda eſt quinta conditio, ſcilicet, licentia S. Congreg. Vrb. VIII

Sylveira Opuſcula.

21. Prima conditio eſt *Auctoritas Prælati*, id eſt, illius licentia, Abbatis in Monachis, Provincialis in Mendicantibus, Generalis in Societate. Ita Molina *tract.*2 *diſp.*468. *n.*12. Azor. *p.*2.*l.*9.*c.*1.*q.*4. Filliuc. *tract.* 44. *cap* 5.*num.* 11. & 12. Addit tamen Bordon. *tom.*1. *Reſolut.*27. *num.* 18. de iure communi ad alienanda bona Monaſterij, quod ſufficit facultas Prælati localis, ſcilicet, Prioris; tamen in hac re conſulendæ ſunt propriæ Conſtitutiones uniuſcuiuſque Religionis, noſtræ verò Carmelitanæ Conſtitutiones *p.*1 *c.*2.*n.*9. requirunt ad alienandum, licentiam Generalis, vel Capituli Provincialis. Molina. Azor. Filliuc. Bordon. Conſt. Car.

22. Secunda conditio: *Vt fiat tractatus*: nempe, ut convocatis Religioſis Monaſterij proponuntur, & examinentur cauſæ alienationis, an conveniant; ut habetur ex *Clement. de rebus Eccleſiæ non alienandis*; tamen ex privilegio Pij V. concesſo anno 1566. & Gregorij XIII, anno 1575. ſufficit conſenſus ipſius Generalis, ut advertunt Molina *proximè citatus*, & Filliucius *ubi ſuprà*, *num.*9. & alij apud eos. Caſtro Palaus *tract.*9. *diſp. unica*, *de rebus Eccleſiaſt. non alienandis, part.*15.§.2.*num.*9. ubi advertit, quod ius requirit tractatum, in ſingulari, ac proinde unius tractatus ſufficit, nempe, à Generali. Clem de rebus. Pius V. Greg. XIII. Molina. Filliuc. Caſtr. Pal.

23. Tertia conditio: *Vt detur conſenſus*, diſcuſſo tractatu, & examinata re, requiritur Capituli conſenſus, & debet eſſe expreſſus, *c.*1.*de his, quæ fiunt a Prælato*; & hic conſenſus ſufficit, quod ſit à maiori parte Conventus, uno ſuffragio excedente. Suar. *tom.*4. *de Relig. tract.*8. *lib.*2.*cap.*27. *num.*11. & hic conſenſus non requiritur, quod detur in ipſo Capitulo congregato, ſed ſufficit quod detur ſingulariter: nam conſenſus ſingulariter datus, dicitur conſenſus Capituli. Ita Sylveſter, Vaſquez, Bonacina. quos citant, ac ſequuntur Caſtr. Palaus *ſuprà*, *n.*10. Dicaſtillus *de iuſtitia, lib.*2.*tract.*15.*diſp.*1. *dub.* 9.*n.*199. C.1. de his. Suar. Sylveſt. Vaſquez. Bonacin. Caſtr. Pal. Dicaſtil.

24. Qui advertunt, quod ſi Prælatus ſine conſenſu Capituli alienat bona Monaſterij, alienatio eſt invalida: *cap. Irrita, c. Continebatur: de his, quæ fiunt à Prælato.* Capitulum tamen poteſt poſtea illam ratam habere, *c. Cum nos iam pridem de his, quæ fiunt à Prælato.* C. Irrita. C. Contin. C. Cũ nos.

25. Quarta conditio eſt: *Vt fiat ſubſcriptio*, à Capitularibus, *c.*1.*de his quæ fiunt à Prælato*; ſufficit tamen, quod fiat manu notarij ut tenent Molina, & Leſſius, quos citat, ac ſequitur Dicaſtillus *citatus n.*214. C.1. de his. Molina. Leſſius. Dicaſtill.

26. Tamen dubitatur, ſi minor pars Conventus non conſenſit alienationi teneatur ſubſcribere? Reſpondeo non teneri, ſi id, quod determinatum eſt, agnoſcitur eſſe in damnum, ac præjudicium Conventus, non tenetur ſubſcribere, immo reclamare, & appellare ad ſuperiorem; ita conſtat ex *cap. ſi quis Presbyter. de rebus Eccleſ. non alienandis*. Peirinus, quem citat Pellizar *tom.*1. *tract.*6.*c.*8. *n.*123. Si verò dubitat an illud ſit conveniens; tunc tenetur ſubſcribere, & conformare ſe cum maiori parte communitatis, & ita obſervatur in Senatu Regio. C. Si quis. Peirinus. Pellizar.

27. Quinta conditio: *licentia S. Congregationis*:

Vrb.VIII. ex decreto Vrbani VIII. quia ad alienandum
requiritur iuſta cauſa; ut fatentur omnes.
Filliuc. Filliucius *tractatu* 44.*cap*.5.*num*.12.ius autem
iudicandi an in caſibus occurrentibus detur
Lezana. iuſta cauſa alienandi ſibi reſervat Sacra Con-
Pellizar. gregatio.Lezana *tom*.1.*cap*.10.*num*.4. Pellizar.
citatus,§.*Quares*,*num*.47.quæ licentia habenda
eſt in ſcripris, ut multipliciter declaratum eſt
à S.Congregatione, & obſervat praxis Roma-
næ Curiæ.

28. Proindéque quamvis aliæ Religiones ha-
Greg.XIII. beant indulta à Sede Apoſtolica alienandi ſua
bona,ut Carmelitæ à Gregorio XIII. Patres
Vrb. VIII. Societatis ab eodem Gregorio,& Patres S.Au-
guſtini ab eodem Gregorio. Vrbanus VIII.re-
vocavit omnia privilegia regularibus conceſſa
ad alienandum.At ſolùm videntur ibi revoca-
ri privilegia regularium quoad hoc, ut non
poſſint fieri alienationes ſine conſenſu ipſius
Lezana. Congregationis; non autem quoad alia quæ
Pellizar. pertinent ad earum ſolemnitatem.Lezana *tom*.
2.*c*.19.*n* 62.Pellizar.*citatus*,*n*.111.

29. Azor. Advertendum tamen eſt cum Azor. Regin.
Reginald. Sylveſt. Rodrig Naldo,& aliis, quos citat, ac
Sylveſt. ſequitur Diana *tom*.1.*tract*.7. Contractum ini-
Rodrig. tum in gratiam & utilitatem Eccleſiæ, etſi ei
Naldus. deſit legitima forma,ac ſolemnitas, eſſe vali-
Diana. dum, cum forma requiſita ad evitandas frau-
des,ceſſantéque fraudis periculo,talis ſolemni
tas non eſt neceſſaria, quæ introducta fuit in
gratiam Eccleſiæ, ne vertatur in illius damnū.
Gutierr. Ita Gutier *in qq.Canon.tom*.1.*lib*.2.*q*.23.*n*.9.

QUÆSTIO VII.

Proponuntur aliqui caſus in quibus licita eſt alienaio, vel pignoratio rerum Monaſterij abſque ſolemnitate iuris, vel licentia Sedis Apoſtolicæ.

SVMMARIVM.

30 *Si neceſſitas urget non eſt neceſſarium, & num*.31.
32 *Cauſa data utilitatis Eccleſiæ ne elabatur.*
33 *Licet remittere hæreditatem nondum incorporatam Monaſterio.*
34 *Permutatio rei unius Eccleſiæ in aliam.*
35 *Donatio inter fratres, & Conventus eiuſdem Provinciæ, & n*.36.
37 *Si res eſt exigua, licet.*
38 *Alia remiſſivè, & n*.39.

30. MAteria huius quæſtionis valdè fre-
quēs eſt apud Religioſos. Primus caſus:
ſi vehemens, ac urgens neceſſitas irruat, ut
minimè poſſit expectari beneplacitum Papæ,
v.g. ſi deficiat victus pro Religioſis, vel pro
alendis pauperibus, vel ut captivi redimantur
Abbas. à Piratis, &c. tunc non ſolum bona immo-
Rebuff. bilia, ſed etiam pretioſa mobilia, licitè non
Vgolin. tantum pignorari, ſed etiam vendi poſſunt.
Quaranta. Ita Abbas, Rebuffus, Vgolinus. Quaranta,
Tamburin. quos citat, ac ſequitur Tamburinus *tom*.3.
Molina. *de iure Abbatum*, *diſp*.13. *quæſt* 9.*n*.4. Molina
Lezana. *de iuſtitia*, *tom* 2. *diſp*.468. M Lezana *tom* 1.
Peitin. *cap*.10.*num*.4. Peitin. *in ſuo formulario*, *lit*. *A*,
cap. 11. *num*.3. Filliucius *tom*.3.*tract* 44.*cap*.5. Filliucius.
num 11. & hanc reſolutionem eſſe commu-
nem inter omnes Doctores teſtatur Diana *p*.5. Diana.
tract.3. *Reſol*.6.

Probatur: quia lex non ligat, quando de 31.
facto moraliter ſervari non poteſt, *l*.1.§.*Dies*,
ff.*quando appellandum*. Deinde, quia lex ſer- C.1.§ Dies.
vanda non eſt quando iniquus effectus ſeque-
retur, ſi ſervaretur, ut probat D. Thomas D.Thom.
2.2.*quæſt*.120. *art*.1. Tandem quia in qualibet
prohibitione, cenſetur excepta cauſa, quæ op-
poſitum ſuadet, *cap*.*de cætero*, *cap*. *Quamvis de* C. de Cætero.
ſentent. *excommun*. Denique quia impoſſibi- C.Quamvis
lium nulla eſt obligatio, *l*.*impoſſibil*.*ff*. *de Re-* C.impoſſib.
gulis iuris.

Secundus caſus: Data occaſione magnæ 32.
utilitatis Eccleſiæ,& ſi expectarent conſenſus
Apoſtolicus elaberetur; tunc ſine tali conſenſu
fieri poteſt. Ita Filliuc. ac Quaranta, quos ci- Filliucius.
tant, ac ſequuntur Ventrigilia *de alien*.*annot*.1. Quaranta.
§ 3.*num*.1. Delbene *tom*.2.*c*.17. *dub*.23. *num*.2. Ventrigil. Delben.
Quæ enim in favorem,& commodum ſunt in-
troducta, non debent in odium, ac damnum
retorqueri, *l*. *Nulla iuris ratio*, *ff*. *de lege reg*. L.Nulla.
quod ob gratiam de reg. *iur*. *in* 6. nam ut opti-
mè notavit Cevallos, quem citat, ac ſequi- Cevallos.
tur Belaſius *verb*. *Alienatio*, *num* 7. Alienatio
prohibita eſt voluntaria, non neceſſaria, ſeu Belaſius.
quæ fit ex cauſa neceſſaria; quod eſt notatu
digniſſimum, ait Belaſius, propter alienatio-
nes, quæ fiunt, quod etiam habet Bordon.*tom*.1 Bordon.
Reſol.27.*n*.7.

Tertius caſus: an liceat remittere, ſeu repu- 33.
diare legatum, ſeu hæreditatem Monaſterio
præſcriptam, ac relictam, non tamen adhuc
incorporatam Monaſterio? huius reſolutio erit
manifeſta ex iis, quæ dicam *q*. 26. coincidit
enim cum his, quæ ibi dicenda ſunt.

Quartus caſus eſt: ſi fiat permutatio, vel alie- 34.
natio rerum in aliam Eccleſiā: nam tunc bene
poſſunt res Eccleſiæ alienari ſine dictis ſo-
lemnitatibus, ac conſenſu Apoſtolico; patet ex
c.*Hoc ius porrectum*.§.*ſibi invicem*, 10.*q*.2.& *c*.1. C.Hoc ius
de rebus Eccleſiæ non alienandis. Ita Riccius, Pe- C.1.de reb.
regrin. Megala, Bordon. Paſcalig. Ita Tambur. Riccius. Peregrin.
citatus,*n*. 8. Delben. *tom*.2.*c*.17. *dub*.13.*num*.5. Megala.
Quæ doctrina maximè procedit inter Religio- Bordon.
ſos, qui ſunt ſub eodem Generali, ac Provin- Paſcalig.
ciali, qui habet omnium regimen. Tambur. Delben.

Quintus caſus eſt: ſi fiat donatio inter 35.
fratres eiuſdem Monaſterij, vel à Regulari
unius Monaſterij regulari alterius Monaſte-
rij eiuſdem Provinciæ; vel donatio ab uno
Conventu ad alium eiuſdem Provinciæ, quia
omnes Conventus unius religionis tanquam
in unam Congregationem, ac corpus myſti-
cum coadunantur, & ideo non videtur domi-
nium tranſlatum, ſi res unius Monaſterij tranſ- Riccius.
fertur ad aliud. Ita Riccius, Tamburinus, Nal- Tambur. Naldus.
dus, Delbene, quos citat, ac ſequitur M Fr. Delben.
Anton. ab Spirit. Sanct. *in Direct*.*tom*.1.*tract*.2. Fr. Ant. ab Spir. Sanct.
diſp.1.*n* 69.

Nec obſtat prohibitio Extravagantis *Am-* 36.
bitioſæ, ac Decretum Vrbani VIII. quia hæc in- Extravag.
telliguntur de alienatione per quam transfer- Decretum Vrb. VIII.
tur dominium, vel de alienatione ſæcularibus
facta, vel aliis Conventibus alterius Religio-
nis; nec etiam obſtat *cap*.1. *de rebus Eccleſiaſt*. C. 1. de rebus.
non alienandis. In quo dicitur non licere Ab-
bati, rertam unius Eccleſiæ vertere ad aliam,
quamvis

quàmvis ambæ ſint ſub eius poteſtate: nam ut ibi explicat Gloſſa; non poteſt Abbas illud facere pro ſuo arbitrio, & ſine cauſa, poteſt verò quando datur vera cauſa prudentis viri judicio, ut quando unus Conventus multis abundans, alteri pauperi ſubvenit. Ita Peirinus *tom.1. Privileg.c.3.n.22.*

Gloſſa. Peirin.

37. Sextus caſus eſt: quando res eſt exigua, & modici valoris, ſine conſenſu Apoſtolico alienari poteſt. *c. Terrulas* 12. *quæſt.*2. & S. Congregatio declaravit Conſtitutionem Pauli II. & Conc. Trid. non derogaſſe *cap. Terrulas.* Ita Abbas, Rodoan. Quaranta, quos refert ac ſequitur Tambur. *tom.3. de iure Abbatum, diſp.*13.*q.*9.*n.*2. Si vero quæras: quando res reputanda ſit modici valoris? Reſpondet ipſe, quod hoc prudentis viri judicio judicandum ſit, Molina, Caſtr. Palaus, & alij, quos citat, ac ſequitur Delbene *tom.*2.*c.*13. *dub.*23.*n.*4. Quod res modica alienanda ſine conſenſu Apoſtolico ſit res, quæ valet centum aureos.

C. Terrulas. S. Congr. Abbas. Rodoan. Quaranta. Tambur. Molina. Caſtr. Pal. Delbene.

38. Septimus caſus eſt: quando bona immobilia ſunt relicta Monaſterio incapaci talium bonorum. Ita cum multis Sanchez *in Decal. lib.* 7. *cap.*26.*num.* 30. & *cap.* 27. *num.* 17. Lezana *tom.*1. *cap.*10.*num.*4. Idem dicendum putat de re mobili pretioſa relicta Monaſterio incapaci bonorum immobilium, quæ bene alienari poteſt; cum Navar. Diana 5. *part. tract.* 13. *Reſol.* 8. *ad primum.*

Sanchez. Lezana. Navar. Diana.

39. Octavus caſus eſt: ſi res eſt relicta cum tali onere, ut ſit alienanda ab Eccleſia; item ſi res eſt relicta cum tali onere: ut poſt aliquod tempus alteri reſtituatur. Ita cum Quaranta, Vgolino, & Caſtro Palao, Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, parte tertia, allegat.*96. *num.*61. Item ſi ſunt bona ſolita infeudari, & in emphyteuſim dari. Ita Rodriquez, Molina, quos citat ac ſequitur Lezana *tom.*1. *cap.* 10. *numero quarto.* Item ſi fiat pro remuneratione meritorum, quia ad hoc poteſt Prælatus res Eccleſiæ alienare, quod cum multis probat Barboſa *proximè citat. c.* 62. dummodo tamen Prælatus remunerationis metas, & limites non excedat.

Quaranta. Vgolin. Caſtr. Pal. Barboſa. Rodrig. Molina. Lezana. Barboſa.

Quæstio VIII.

Quænam ſunt bona, quæ alienari prohibentur ab Eccleſiaſticis?

SVMMARIVM.

40 *Status quæſtionis.*
41 *Immobilia non poſſunt alienari.*
42 *Mobilia pretioſa veniunt ſub nomine immobilium.*
43 *Si hæc relinquantur religioni incapaci poſſunt alienari.*
44 *Bona inutilia poſſunt alienari.*

40. CUm Eccleſiaſticis prohibita ſit omnium rerum Eccleſiaſticarum alienatio, omnéque pactum, per quod transfertur dominium, omniſque hypothetica conceſſio, locatio, conductio ultra triennium, ut diximus *q.*2. & 3. quærimus quænam ſint hæc bona, quæ ſub tali prohibitione veniunt?

Primò, certum eſt in hac materia, quod in hac prohibitione interdicitur alienatio bonorum immobilium, ſub quibus veniunt non ſolum res corporeæ permanentes, ut vineæ, ac oliveta, ſed etiam actiones, & iura, redditus diuturni temporis, quale reputatur illud quod eſt decem annorum, ac etiam iura, vel debita rerum immobilium, quæ eorum naturam participant. In concluſione conveniunt omnes Doctores unanimiter. 41.

Communis Doctorum.

Secundò, eſt etiam certum, quod res mobiles pretioſæ, quæ ſervando ſervari poſſunt, ut ſunt vaſa aurea, vel argentea, gemmæ, veſtes aureæ, aut ſericæ maioris pretij, aut copioſa Bibliotheca Monaſterio relicta, & ingens grex ovium, aut ſimilium rerum, quæ utiles & fructiferæ ſunt, pari paſſu, tanquam immobilia communi æſtimatione reputantur, & nullimè alienari poſſunt. Ita *l. Sancimus, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Azor. *Inſtitut. Moral. part.*2. *lib.* 9 *cap* 4.*quæſt.*5. & 7. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi part.*3. *allegat.* 93. *num.*39. Suarez *tom.*4. *de Religione, tractatu* 8. *lib.*2. *cap.*27. *num.*16. & 18. Lezana *tom.*1.*c.*10. *n.*4. Res autem pretioſa dicitur, ſi excedit pretium vigintiquinque aureorum, ut declaravit Sacra Congregatio, & teſtatur Delbene *tom.*2. *cap.*27.*n.*5. 42.

l. Sancimus. Azor. Barboſa. Suarez. Lezana.

Advette tamen primò, quod ſi Religioni incapaci habendi immobilia, vel vaſa aurea relinquatur etiam in teſtamento aliquid immobile, vel vas aureum, illa poſſunt abſque ſolemnitatibus, & licentia Apoſtolica alienari, quamvis relicta fuiſſent ſub hac conditione, ne alienentur. Ita tenet cum Rebuffo, Rolando, Hyppolit. Franco, Quaranta, Fillincius *tractatu* 44. *cap.*4. *num.*32. Moton. *reſp.* 62. *num.* 27. cum quibus convenit Sanchez *lib.*7. *in Decalog. cap.*26. *num.*3. & *cap.*27. *num.* 17. Quia prohibitio alienandi non eſt niſi pro bonis Eccleſiæ incorporatis, qualia non ſunt bona relicta Eccleſiæ incapaci. Ita Caſtro Palaus *tractatu* 13. *diſp. unica, de rebus Eccleſiæ non alienandis, part.*15. §.1. *num.*12. 43.

Rebuff. Roland. Hypolit. Franc. Quaranta. Fillincius. Moton. Sanchez. Caſtr. Pal.

Adverte ſecundò: quod ſub hac prohibitione non cadunt bona inutilia relicta Monaſterio, verbi gratia, ſi Conventui Monialium relinquatur copioſa Bibliotheca librorum Latinorum, ſeu Græcorum. Pellizarius *tract.*6. *cap.*8. *num.*21. quia in hoc caſu ceſſat finis prædictæ prohibitionis: nam talis finis eſt, ut conſulatur utilitati, ac commodo Monaſteriorum, ne eorum bona diſſipentur; in præſenti autem aptius geritur negotium Monaſterij, ſi venditur illa Bibliotheca, redacto eius pretio pro re fructuoſa Monaſterio; ergo tali negotio optimè adimpletur finis legis; & ita in hoc regno Luſitaniæ à Collectore Apoſtolico in caſu ſimili, declaratum eſt, ut teſtatur Puteal. *part.* 1. *caſu* 17. *num.*5. nempe Bibliothecam librorum Latinorum relictam cuidam Monialium Monaſterio poſſe vendi, converſo pretio in rem fructiferam Conventui. 44.

Pellizar. Puteal.

QUÆSTIO IX.

Pecunia ſervata in arca Monaſterij, quam naturam habeat, ut expendi valeat.

SUMMARIUM.

45 *Pecunia habita ex re immobili, vel mobili pretioſa, ut talis repntatur, & n. 46.*

47 *Immobile venditum habens affixum onus Miſſarum, aliud immobile eſt emendum, & n 48.*

49 *Pecunia ad immobilia deſtinata poteſt in aliud expendi.*

50 *Pecunia, quæ eſt vtilis, & fructifera inter immobilia computatur.*

45. PEcunia vel comparata ex eleemoſynis, vel relicta ex legato teſtatoris vel babita ex reddiribus Conventus, vel ex rebus. Conventus, quæ ſetvando ſervari non poſſunt, nt ex vino, olen, & ſimilibus expendenda eſt in iis, quæ ſunt neceſſaria Conventui, quia pecunia vſui quotidiano deſeruit, & ad illum eſt deſtitura, & ſervata nullum fiuctum patt. Molina *tom. 2. diſp. 465 ad finem.*

Molina.

46. At vero ſi pecunia habita eſt ex re immobili, vel ex re mobili pretioſa vendiro, nt renovaretur, nullo modo poreſt expendi ſine licentia Apoſtolica in alia re, ſed ex illa emenda eſt alia res immobilis, vel mobilis prerioſa, quia illa pecunia habet naturam illius rei, ex qua compatata eſt. Ita Axor. *p. 2. lib. 9. cap. 1. q. 5.* Caſtro Palaus *tom. 2. tract. 12. diſp. vnica, p. 15. §. 1. n. 5.*

Azor. Caſt. Pal.

47. Si autem illnd immobile vendirum habebar affixum onus miſſarum prerium, ſub pœna interdicti, convertendum eſt in aliud immobile fructifernm; ſic declaratum eſt à Sacra Congregatione *in decreto de celebratione Miſſarum*, ut referunt Gavantus *in Manuali, verb. Alienalio. n. 56.* Lezana *verb. Alienatio, n. 17.*

S. Congreg. Gavant. Lezana.

48. At vero ſi pecunia, vel à reſtatore, vel auctoritate Prælati, & conſenſu Religioſorum, deſtinata eſt ad emendam rem immobilem, vel mobilem pretioſam, non poteſt in alind expendi: nam talis pecunia deſtinata ad rem immobilem inter res immobiles computatur. Ira Cevallos, Caldas Peteira, Filliucius, Quaranta, Azot, & Bonacina, quos citat, & ſequitnr Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, p. 3. allegat. 95 num. 41.* Azor. & alij dicunt, quod ad hoc ſufficit auctoritas Prælati localis; idèmque etiam dicunt de dote Monialis, quia voluntas donantium eſt, ut illud perſeveret in Monaſterio pro ſuſtentatione Monialis. Ita etiam cum multis Dicaſtillus *de iuſtitia, lib. 2. tract. 15 diſputat. 1. num. 179.* Fr. Antonius ab Spiritu Sanct. *in director. tom. 2 tract. 3. diſp. 6. num. 1157.*

Cevallos. Caldas. Filliuc. Quaranta. Azor. Bonacina. Barboſa. Dicaſtill. Fr. Ant. ab Spir. Sanct.

49. Hæc tamen doctrina in multis mihi videtur difficilis: nam verũ eſt, quod ſi pecunia à Prælato ſuperiori deſtinata eſt ad rem immobilem cum conſenſu Conventus: cum eodem conſenſu à Prælato inferiori non poteſt illud tranſmutati; at vero ab eodemmet Prælato cum Conventu, ex circunſtantiis occurrentibus, poterit in rebus neceſſariis Conventus expendi: namque eadem eſt poteſtas ligandi, atque ſolvendi, & decreta Summorum Pontificum loquuntur de bonis immobilibus; at verò illa pecunia tantum eſt in potentia ad immobilia ex hominum voluntate, quæ revocari poteſt. In hac ſententia eſt Menochius *de preſumpt. lib. 4. queſt. 138. num. 3.* cum expreſsè tenet Bordon *tom. 1. Reſol. 27. num. 51.* de dote Monialium; quamvis id, quod dicitur de perſeverantia ad ſuſtentationem ſit commune inter Doctores; tamen in praxi in neceſſitaribus Conventus conſumi ſolet, ut experientia notum eſt.

Menoch. Bordon.

Ex quibus facilè deducitur, quod pecunia, quæ deſtinata eſt ad emptionem ſtabilium cenſuum, vel mobilium pretioſorum, vel quæ eſt fructifera, & non otioſa, qualis eſt pecunia in montibus, vel cēſibus collocata, vel in bancis campſorum cum utilitate repoſita inter bona immobilia, ſeu mobilia pretioſa, quæ ſervando ſervari poſſunt, connumeratur; ac per conſequens ſine licentia Apoſtolica alienari non poteſt. Ita Sylveſter, Quaranta, & alij, quos citant, ac ſequuntur Bonacina *de Alienatione bonor. Eccleſiaſt. diſp. 2. queſt. unica, punct. 2. num. 5.* M. Lezana *tom. 2. cap. 19. num. 59.* 50.

Sylveſt. Quaranta. Bonacina. Lezana.

QUÆSTIO X.

Quomodo, & pro quo tempore poſſint Regulares, res locales Conventus conducere?

SUMMARIUM

51 *Res Eccleſiæ poſſunt ad triennium, ſeu ad tres fructuum proventus conduci.*

52 *Res Monaſterij non poſſunt locari ad xv. vel novem annos.*

53 *In locatione per decennium, v. g. ſi ſit diverſis actibus, primum triennium eſt validum, ſi uno actu nullum, & n. 54.*

55 *Si locatio fiat à beneficiario, vel Commendatario per totam vitam; quadam ſententia negat, quod ſit valida, alia affirmat, cuius ratio non procedis in regularibus, & n. 56. 57. & 58.*

59 *Locatio pro tempore incerto diſtinctione exponenda.*

60 *Locatio facta ab anteceſſore, ubi eſt conſuetudo eſt valida, & n. 61.*

REſpondeo, quod poſſunt res locales Conventus, ut prædia, ad triennium conduci; & non ultra ordinariè loquendo, patet ex Extravaganti *Ambitioſæ*. Ubi expreſsè prohibetur fieri *locationem, conductionem ultra triennium*; at verò ſi res ſit ex illis, quæ ſolent fructum ferre, non quotannis, ſed alternis annis, tunc poterunt locari ad ſex annos; & ſi res locata non fert fructum, niſi de triennio in triennium, ita poteſt locari per novem: per tres, nempe, annos vtiles, ac feraces; & 51.

ratio

ratio eſt, quia annus in locatione non computatur ex ſimplici temporis decurſu, ſed ex decurſu, ac proventu fructuum; proindeque locatio rei computanda eſt ex tribus fructuum collectionibus. Ita Covarruvias, Henriquez, Vgolinus, Azor. Caldas, Pereira, Zenedo, & multi alij, quos citant, ac ſequuntur Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 11. *num.* 68. Vaſquez *de reddit. cap.* 2 §. 2. *dub.* 9. *num.* 30. Barboſa *de poteſtate Epiſcop. part.* 3. *allegation.* 95. *num.* 3.

Covarr. Henriq. Vgolin. Azor. Caldas. Zenedo. Leſſius. Vaſquez. Barboſa.

52. Si verò quæras, an res monaſterij valeant locari ad ſex, vel novem annos, appoſita clauſula, ut tot ſint locationes, quòd ſunt triennia, itaut elapſo primo triennio, pro hoc res denuò cenſeantur locari; Reſpondeo negativè; quia illa triplicata locatio præſumitur fieri in fraudem legis prohibentis locationes ultra triennium, ac proinde irrita eſt, & inanis, ſicut ſunt omnia pacta in fraudem legis facta. Ita Barthol. Covar. Valaſcus, & multi alij, quos citant, ac ſequuntur Molina *de iuſtitia, tract.* 2. *diſput.* 466. *ad finem*. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 36. *cap.* 1. *num.* 6. Caſtr. Palaus *tract.* 12. *diſp. vnica de reb. Eccleſ. non alienandis*; *p.* 14. *num.* 3. tamen ut advertit Tamburin. *de iure Abbat. tom* 3. *diſp.* 14. *quæſt.* 2. *num.* 2. Poterunt Religioſi promittere conductori ad alterum triennium ſe locaturos, dummodo de hoc ſcriptura publica non conficiatur.

Barboſa. Covar. Valaſcus. Molina. Filliucius. Caſtr. Pal. Tambur.

53. Gravius dubium hic inſurgit: facta locatione ultra triennium, verbi gratia, per decem annos, an ſaltem firma, & ſtabilis ſit pro parte triennali, licèt ſecundum quòd excedit triennium nulla ſit? & pro vtraque parte magni, & graves ſtant Auctores magnis, & gravibus rationibus, ut videre eſt apud Barboſam *citatum*, *a num.* 5.

Barboſa.

54. Qui citatus Barboſa *num.* 11. & Filliucius *tract.* 44. *cap* 2. *num.* 11. Pellizar. *tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 16. Cùm diſtinctione ſolvunt quæſtionem, quia vel illæ locationes fiunt tanquam vnico contextu, quòd multum intereſt, quia in vno anno poteſt perdi, in alio lucrari vel ſit tot diverſis actibus: & contractibus, ſi verò primum dicatur; pars negans validitatem actus tenenda eſt; quia Extravagans *Ambitioſa*: punit locantem ultra triennium, & talem contractum nullum reddit, ac proinde cum hic non detur niſi unus tantum contractus, inde qui locavit afficitur pœnis Extravagantis; proindeque contractus nullus redditur. Si verò ſecundum dicatur, pars affirmãs validitatem contractus, quoad primum triennium ſuſtinenda eſt, quia utile per inutile non vitiatur in iis quæ ſunt ſeparabilia, ut pluribus Doctoribus oſtenditur in libello de principiis utriuſque iuris *litera V. num* 78.

Barboſa. Filliucius. Pellizar. Extravag. *Principia iuris.*

55. Maximè tamen dubitabis: an liceat locatio ad tempus incertum, verbi gratia, donec Bellum duret, vel uſque ad tempus vitæ locantis, ut beneficiarius locare valeat fructus ſui beneficij per totam vitam; Communiter Doctores reſpondent negativè cum Filliucio *tractat.* 44. *cap.* 2. *num.* 14 & 15. Si illa locatio excedat triennium taxatum, ac appoſitum in Extravaganti *Ambitioſæ*.

Filliucius.

56. Tamen quòd beneficiarius, poſſit locare fructus ſui beneficij per novem annos, ſicut & commendatarius fructus ſuæ commendæ, quæ ſunt bona Eccleſiaſtica, ut patet ex decimis per novem annos, tenet expreſsè Vaſquez in *opuſculis, tract. de redditibus Eccleſiæ, cap* 2, *dub.* 6. *num.* 31. & citat Covarruviam. Idem tenet Azor. *tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *quæſt.* 5. *in fine*, citans Abbatem, Fredericum, Hoſtienſem, Redoanum, & idem tenet Reginald *tom.* 2. *lib.* 25. *num.* 538. Bonac. *tom.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 11. *num.* 8. & Camillus Borellus *tom.* 1. *deciſion. tract.* 16. *num.* 18. Porrel. *tom.* 2. *caſu* 9. *num.* 1. *in ſuis reſponſionibus.*

Vaſques. Covar. Azor. Abbas. Frederic. Hoſtienſ. Redoan. Reginald. Bonacina. Porrel.

57. Prima ratio huius rei eſt, quam tradit Vaſquez *citatus*, *num.* 31. ex Covarruvia; quia dicta Extravagans ſolùm intelligitur de rebus Eccleſiæ, quæ ſunt immobiles, vel ſunt res pretioſæ, quæ ſervando ſervari poſſunt, ut calix pretioſus, & ſimilia: At fructus annui beneficij, vel commendæ, non ſunt res immobiles, neque pretioſæ, quæ ſervando ſervari poſſunt, ut apertè conſtat. Secundò: quia ratio ob quam beneficiarius, vel Prælatus non poſſunt alienare bona immobilia Eccleſiæ ea eſt; quia non habent dominium bonorum, ſed tantum habent adminiſtrationem, manente dominio penes Eccleſiam, vel Summum Pontificem: nemo enim poteſt alienare id, cuius non eſt dominus; At beneficiarius habet verum dominium fructuum ſui beneficij: ergo poteſt alienare fructus ſui beneficij per totam vitam. Probatur minor, quòd, ſcilicet, beneficiarius, vel commendatarius ſit Dominus fructuum ſui beneficij. Primò; id expreſsè docent Covarruvias, Sarmientus, Sylveſter, Adrian. Corduba apud Vaſquez *citatum*, *cap.* 1. §. 2. *num.* 7. qui ſunt graviſſimi Auctores.

Covar. Sarmient. Sylveſter. Adrian. Cordub. Vaſquez.

58. Et probatur etiam expreſsè ex *cap.* 1. *de Clericis non reſidentibus*. Vbi Pontifex ait, quod Clericus, vel Canonicus qui non reſidet non ſit Dominus diſtributionum; ex quibus verbis Doctores argumentantur à contrario ſenſu, videlicet: ergo ſi Canonicus reſidet ſit, verè Dominus fructuum ſui beneficij: tandem idem probant citati Auctores ex communi uſu, ac praxi totius Hiſpaniæ, in qua beneficiarij ex redditibus ſuorum beneficiorum, dant dotes in vita nepotibus ex fratre, vel ſorore: Item ex prædictis fructibus relinquunt legata perpetua in ſuo teſtamento, neque de hoc aliquis eos condemnat, quòd ſignum eſt illos verè eſſe dominos prædictorum fructuum, ac proinde ſicut in morte de illis poſſunt diſponere in perpetuum; item de illis poterunt diſponere per locationem, per novem annos, vel per totam vitam. Ex prima ratione patet reſponſio ad citatam Extravagantem, & vltima hæc ratio non procedit in prælatis Religionum, quia non ſunt Domini, ſed tantum diſpenſatores, ac miniſtri prædictorum bonorum.

C. 1 de Cler. non reſid.

59. Si verò locatio fiat pro tempore incerto, ac ambiguo, verbi gratia, quantum bellum duraverit, ſi tempus illud eſt communi æſtimatione valdè longum, ut excedat triennium, eſt nulla licèt triennium non exprimatur, ſubintelligitur; quia in æquivalentibus eadem militat ratio; ſi verò locatio eſt pro brevi tempore, quod includitur tempore legis valida eſt.

60. Tandem in hac re quæres vbi viget conſuetuo, fieri locationem ultra triennium

abſque conſenſu Sedis Apoſtolicæ ; ſucceſſor in beneficio teneatur ſtare tali locationi, quæ facta fuit à ſuo anteceſſore ?

61. Reſpondeo : ſi locatio facta ſit nomine Eccleſiæ ; & in evidentem, ac manifeſtam ipſius utilitatem, teneri ſucceſſorem. Socinus, Calderinus, Rota, Vincentius, Francus, Sylveſter, Covarr.& alij quos citant, ac ſequuntur Quaranta *verb. Alienatio num.*10.Filliucius *tract.* 44. *cap.*2. *num.*22. Si verò facta eſt nomine perſonali, ſucceſſor non tenetur, nec illi viciſſim conductor. Covarr. lib. 2. *variar.cap.*15.Pariſius.*lib.* 1. *de Reſign. quæſt.*16. Gotierr. *lib.* 1 *quæſtionum, Canonic. cap.* 36. *num.*8.

Socinus. Calderin. Rota. Vincent. Franc. Sylveſt. Covar. Quaranta. Filliuc. Covarr. Pariſi. Gutierr.

Quæstio XI.

Ad maiorem cognitionem huius, explicatur, quid ſit locatio, emphyteuſis & feudum ?

SUMMARIUM.

62 *Quid ſit locatio.*
63 *Quid ſit Emphyteuſis.*
64 *Differentia inter locationem, & Emphyteuſim.*
65 *Quid ſit Feudum.*
66 *Differentia inter Feudum, & Emphyteuſim.*

62. DE aliis contractuum ſpeciebus non agimus, quia ad nos non pertinent. Locatio *Eſt contractus quo perſona, vel res aliqua ad uſum, vel fructum pretio conceditur.* Dicitur autem : *ad uſum, vel fructum* : quædam enim locantur ſolum ad uſum, ut ſervus, equus, domus, & ſimilia, quorum fructus non eſt alius, quam uſus ipſorum ; quædam verò ad fructum, ut agri, & paſcua, item iura, redditus, & vectigalia, dicitur : *pretio*, id eſt, pecunia.

63. Emphyteuſis, eſt contractus quo quis tradit tam ſuam immobilem alteri quoad dominium utile, ſub certa penſione reali ſolvenda in recognitionem dominij directi, *l.* 1.*C.ad de iure Emphyteutico*, Res autem ipſa tradita, dicitur Emphyteuta.

L. 1. C. de Iure Emph.

64. Differt à contractu locationis. Primò, quod emphyteuſis ſolum conſtitui poteſt in re immobili, quæ cultura melior effici poteſt. Secundo ; quod per eam transfertur dominium utile, manente ſolo dominio directo apud priorem dominum. Tertiò, quod non fiat ad brevius tempus, quam decennij.

65. Feudum, quod dictum eſt à fide, ſeu fidelitate : eſt contractus, quo quis tradit feodatario, ſeo vaſſalo rem ſuam immobilem quoad dominium utile, cum onere obſequij, & ſervitij perſonalis, quod conceditur ex benevolentia, vel propter merita, Iulius Clarus *de Feudo quæſt.*4.& 5.

Iul. Clar.

66. Inter Feudum, & emphyteuſim, quamvis in utroque transferatur dominium utile in recipientem, remanente dominio directo apud tradentem, tamen differentia eſt, ratione penſionis, nam quatenus penſio eſt perſonalis, id eſt, conſiſtens in obſequio perſonali, dicitur Feudum, quatenus vero penſio eſt realis, id eſt, conſiſtens in pecunia, vel frumento, vel alia re ſimili, dicitur emphyteuſis, aliquando vero in feudo aliquid ſolvitur in recognitionem dominij directi, ſed ex hac parte declinat ad conditionem emphyteuſis. Ut notat Leſſius *lib.*2.*cap.*4. *dub.*4.*n.*5.

Leſſius.

Quæstio XII.

Utrum Regulares poſſint bona immobilia ſuorum conventuum infeudare, ſeu emphyteuticare ?

SUMMARIUM.

67 *Religioſi bona immobilia ſuorum conventuum non poſſunt infeudare, ſeu emphyteuticare.*
68 *Niſi ſint ab antiquo ſolito dari in emphyteuſim.*
99 *Quando res dicitur incorporata conventui, & num.*70.
71 *Bona prohibita ſunt tam generaliter, quam ſpecialiter accepta.*
Poſſunt Prælati dare ſuis conſanguineis ibid.
72 *Bona ſolita dari in emphyteuſim non poſſunt dari in feudum.*

DIco : Bona immobilia ſuorum conventuum non poſſunt regulares infeudare, ſeu emphyteuticare, niſi ſolita ſint ab antiquo infeudare, ſeu emphyteuticare. Fillincius *tract.*44.*cap.*4.*num.*36. Bonacina *diſp.*3.*quæſt.*8. *punct.*4.*num.*20. Caſtr. Palaus *tract.*12. Probatur primo : quia emphyteuſis, & infeudatio, eſt alienatio largè accepta. *L.Ulti c.de rebus, non alienandis.* Secundò : quia prohibita eſt locatio ad tempus longum, ut dixi *quæſt.*10.ergo multo magis emphyteuſis. Tertiò : quia expreſsè Extravagans: *Ambitioſæ* : prohibet contractum emphyteuticum, ut bene notat Molina *diſp.*470. 67.

Fillincius. Bonacina. Caſtr. Pal. L. Ulti. Molina.

Dixi in concluſione : *niſi ſolita ſint dari in emphyteuſim* : antequam, nempe, incorporentur monaſterio, & fiant de menſa, ac uſu Religioſorum ; dummodo hoc fiat in evidentem, ac manifeſtam Eccleſiæ utilitatem, abſque ulla ambiguitate, & eodem modo, quo antea erat emphyteuſis ; quia ſi antea erat ad tres vitas, modo non fiat ad plures ; & ratio huius rei deſumitur aperte ex dicta Extravaganti : *Ambitioſæ* : ubi dicitur : *vel contractum emphyteuticam, præterquam in caſibus a iure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis.* Deinde quia in hoc caſu non intervenit nova alienatio, ſed potius continuatur prior emphyteuſis, hic autem non prohibetur continuatio alienationis, ſed tantum alienatio ſimpliciter. Ut rectè notarunt cum Iulio Claro Covarruvias Gregor.Lopez, Molina *diſp.*469 *n.*7.Barboſa *de offic. Epiſcop.*3. *part. Alleg* 95.*num.*29. 68.

Extravag. Iul. Clar. Covar. Greg. Lop. Molina. Barboſa.

69. Res autem dicitur incorporata monaſterio, quando Prælatus una cum conventu determinat, ut ſit ad ſuſtentationem eius. Ita Panormitan. Gloſſa : & alij cum Filliucio *citato tract.*44.

Panormit. Gloſſa. Filliucius.

Ventigril. *tract.44 cap.4.num.39.* & Ventigrilia *Anu.de alienat.§.1. num.23.* ſi verò Prælatus rem retineat per aliquod tempus, quoad uſque inveniat bonum Vaſſallum, cui in feudet, vel ob aliam iuſtam cauſam, non ideo res cenſetur incorporata, & ſi longo tempore retineat, ut Rodoan. notvait Rodoan. *de rebus Eccleſ. non alienand. q 62.n.4.*

70. Bordon. Bordon. *tom.2.quaeſt.17.* contendit, quod ut res dicatur incorporata conventui, ultra requiri, quod manu notarij deſcripta ſit in Catalogo aliorum bonorum Conventus; ad cuius confirmationem adducit Bartol. Rinald. & alios; tamen ut dicatur incorporata Monaſterio, vel Eccleſiæ ſat eſt, quod ſit deſtinata ad illius ſuſtentationem, & ut dicitur de menſa Rota. Clement. Panorm. Filliuc. Epiſcopi, vel Abbatis. Vt colligitur in Rota *Clementina unica, de exceſſib. Prælator. verb. Ad menſam.* Panormitan. & alij apud Filliucium *cit. num.39.*

71. Bona, quæ hic prohibentur emphyteuticari, ſunt bona tum generaliter, quam ſpecialiter accepta, quia licet in omnibus maneat dominium directum apud Dominum, transfertur tamen dominium utile, & utrumque Molina. Lezana. Barboſa. Caſtr Pal. Bonacina. Layman. Pellizar. prohibetur in Extravaganti. Ita Molina, Lezana, Barboſa, Caſtr Pal. Bonacina, Layman. apud Pellizarium *tract. 6. cap. 8. num. 15.* Qui etiam omnes docent, quod Prælati Conventus bona ſolita in emphyteuſim, ſeu feudum concedi, poſſunt etiam ſuis conſanguineis, & cognatis dare omnibus conditionibus, & magna Conventus utilitate.

72. An verò Prælatus bona Conventus ſolita dari in emphyteuſim, poſſit etiam in feudum tranſmutare; Reſpondeo negativè, quia mutatur ſubſtantia contractus, & deterior fit conditio Eccleſiæ: nam emphyteuta Eccleſiæ ceſſando à ſolutione cenſus per biennium, cadit à iure ſuo, *cap. Potuit. de locato, l.2. cap de Iure Emphyteuſis.* An verò feudatarius Eccleſiæ, C. Potuit. L. 2. c. de Iure. Ventigril. etiamſi per mille annos non ſolvat cenſum, à iure ſuo non cadit, ſed perſiſtit in eo. Ita cum multis Ventigrilia. *Annotat. de Alienat. §.1. num.23.*

Quæstio XIII.

An Regulares poſſint trăſigere, aut compromittere ſuper bonis Monaſterij?

SUMMARIUM.

73 *Tales contractus ſunt prohibiti ſine licentia Apoſtolica.*
74 *Talis contractus factus non præiudicat ſucceſſori, & poteſt ab eo annullari.*
75 *Bene tamen talis contractus poteſt fieri à Religioſis ſuper re litigioſa.*

73. Reboff. Redoan. Frederic. Barbat. Francus. Filliuc. Pellizar. Reſpondeo, tales contractus prohiberi decretis Pontificum. Ita Rebuffus, Redoan. Frederic. de Seris, Barbat. Philipp. Francus, quos citat, ac ſequitur Filliucius *tract 43.c.2. num.25.* cui adhæret Pellizar. *tractat. 9. cap.8. num.26* & concluſio procedit de bonis iam incorporatis monaſterio, quæ ipſo iure ad illud ſpectant; & probatur, quia tranſactio, & compromiſſum cum fiunt ſuper re immobili ſunt veræ ſpecies alienationis; ut latè probant Cravetta, Abbas, Pariſ. Valaſcus, apud Craveta. Abbas. Pariſ. Valaſcus. citatum Filliucium: ergo cum ſint veræ alienationes includuntur in Conſtitutione Pontificia, ac proinde ſine illius facultate alienari non poſſunt, excipitur tamen, ſi eſt conſuetudo loci, ut ſine conſenſu Apoſtolico, ac aliis ſolemnitatibus fiat.

Advertunt tamen Filliucius, & Quaranta 74. Filliuc. Quaranta. *verb. Alienatio, num.20.* per tranſactionem, aut compromiſſum illegitimè factum ab anteceſſore, nihil præiudicari ſucceſſori, ab eoque poteſt legitimè invalidari, ac annullari.

Concedit etiam Bordon. *Reſol.27. num. 59.* 75. Bordon. Religioſos poſſe tranſigere, & compromiſſum facere ſuper re litigioſa, aut aliàs præiudiciali; & probatur, quia res litigioſa non cenſetur adhuc incorporata monaſterio, & ideò poſſunt Religioſi cedere, attento periculo damni impendentis, deinde, quia alienatio alicuius prohibita in iure non eſt alienatio neceſſaria, ſed libera, *l. 1. ff. de fundo, dot.* L. 1. ff *l. Alienationes, ff. famil.* ut iam ſuprà dixi. L. Alienat.

Quæsto. XIV.

Vtrum, ſtante prohibitione Apoſtolica poſſint Regulares fideiubere pro aliis, aut etiam cum ipſis contractum aſſecurationis inire?

SUMMARIUM.

76 *Quid ſit fideiuſſio.*
77 *Quid ſit contractus aſſecurationis.*
78 *Prima ſententia affirmat, validum.*
79 *Secunda, & vera ſententia dicit, eſſe nullum.*

AD exactam explicationem eorum, quæ dicenda ſunt, ſupponendum, quod fideiuſſio, ſignificat fidem ſuam alteri iubere, ac dare, & eſt contractus, quo quis in ſe ſuſcipit obligationem alterius, promittens ſub fide ſua illius adimpletionem, ſeque in illius defectum obligans. Ita Gomezius *2. variar. cap.13. num.1.* Azor. *3. part. lib.11. cap. 22. dub. 10.* Rebellus, Leſſius, Reginaldus, quos citat, ac ſequitur Mantica *tom.2. de tacit. & ambig lib.16. tit.9.* 76. Gomezius. Azor. Rebellus. Leſſius. Reginald. Mantica.

Contractus aſſecurationis, tunc fit, quando 77. quis ob pretium, vel aliud intereſſe, vel gratis ſuſcipit in ſe periculum rei alienæ, obligando ſe ad compenſationem totius, ſi tota res perierit. Ita Sylveſter, Molina cum Bonacina *de contractibus, diſp 3.q.9. punct.3. n.1.* Sylveſt. Molina. Bonacin.

In hac re Lezana *tom.1. cap.9 num 18.* Pel- 78. lizarius cum Cardinali Lugo *tract. 6. cap.8. num.3.* dicunt cum licentia Prælati talem contractum licere, ut patet ex *cap. penultimo, fideiuſſione*; & quia huiuſmodi contractus, tam fideiuſſionis, quam aſſecurationis, non includuntur in Generali hypotheca: ergo non veniunt in communi prohibitione, ac proinde ſine ſolemnitatibus requiſitis fieri poſſunt. Lezana. Pellizar. Lugo. C. Penult.

Dico tamen, quod tales contractus non 79.

51 *Non eſt irregularis, qui accuſavit de levi, licèt poſtea fuerint teſtes ad mortem.*

52 *Qui accuſat propter obligationem, ex præcepto naturali, etiam ſine proteſtatione, non fit irregularis, & n. 53.*

54 *Non eſt irregularis, qui accuſat de damno inferendo.*

50. PRimus eſt, quando crimen adeò eſt leve, ut non videatur dignũ morte, aut mutilatione, & tamen judex pro ſua malitia, aut ignorantia Reum condemnat ad mortem, tunc non accuſator, ſed judex cenſetur cauſa efficax mortis, & inde accuſator licet omiſerit proteſtationem non fit irregularis M. Cornej. *tract. de irregular. diſp.* 11. *dub.* 11. Lezana *verb. Accuſare, num.* 20.

Cornejo. Lezana.

51. Secundus caſus eſt, quando quis accuſavit reum de levi crimine, tamen poſtquam reus detentus eſt in carcere, acceſſerunt accuſatores aliorum criminum propter quæ reus ad mortem damnatus eſt; & ratio eſt, quia mors non videtur imputanda propriè ipſi accuſatori, etiam ſi proteſtationem omiſerit. Ita Sayrus *lib.* 6. *cap.* 18, *num* 6 Ugolin. *cap.* 6. §. 4. M. Cornejo *proximè citatus*, Covarr. Henriquez, Avila, quos citat, ac ſequitur Bonacina *diſp.* 7. *de irregularitate. quæſt.* 3. *punct* 2. *num.* 7. §. *Secundus.* Quòd maximè procedit quando non prævidetur illud periculum; at verò ſi prævisum fuerit proteſtatio facienda eſt.

Sayrus. Vgolin. Covarr. Covarr. Henriq. Avila. Bonacina.

52. Tertius caſus eſt, quod eximitur ab irregularitate Eccleſiaſticus, ſeu Religioſus, quando accuſat apud judicem quemcumque propter obligationem, quam habet ex charitate, vel juſtitia, verbi-gratia, ſi accuſat volentem prodere Rempublicam, aut occidere innocentem; Canones enim non ſupponunt irregularitatem ob obligationem debitam ex præcepto naturali, vel divino charitatis, juſtitiæ, vel alterius virtutis, quòd maximè eſt verum, quando damnum imminens alio modo non poteſt impediri, ac proinde hic caſus non videtur comprehenſus, *cap. Prælatis, de homicidio, in* 6. Suarez *diſp.* 47. *ſect.* 2. *n.* 15.

C. Prælatis. Suar.

53 An verò adhuc in hoc caſu facienda ſit proteſtatio? Affirmat Sanchez *tom.* 2. *conſil. lib.* 6. *cap.* 2. *dub.* 10. Diſpoſitio juris ad hos caſus ſe extendit, ſed quod talis proteſtatio in hoc caſu non ſit neceſſaria, mihi videtur verius, quia nulla poteſt eſſe irregularitas in his adimplendis ad quæ tenetur homo ex præcepto divino, & naturali. Ita M. Cornejo *de irregularitate diſp.* 11. *dub.* 1. Layman *lib.* 3. *de juſt. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 7. *aſſert.* 5. *num.* 6. M. Lezana *verb. Accuſare. num.* 21. cum Molina, Avila, & aliis.

Sanchez. Cornejo. Layman. Molina. Avila.

54. Quartus caſus eſt; quando quis accuſat non de injuria illata extraneis, ſed inferenda, & præcavenda, quæ aliter caveri non poteſt niſi accuſando; ac denuntiando, ſi quidem non eſt æquum, ut perſona Eccleſiaſtica damnum patiatur, eo quòd præſtat quo ad id tenetur ex jure naturæ, quòd ſine dubio eſt magnum inconveniens ad quòd evitandum, dicendum eſt iſtum caſum non comprehendi, *cap.* 2. *de homicidio, in* 6. ita Bonacina *citatus, num.* 7. Pellizar. *tract.* 7. *cap.* 5 *ſect.* 4. *num.* 184.

C. 2. de homicidio. Bonacina. Pellizar.

QUÆSTIO XXIII.

Vtrum Religioſus omittens proteſtationem ex oblivione in cauſa criminis incurrat irregularitatem?

SUMMARIUM.

55 *Communis ſententia affirmativa.*

55. RESpondetur incurrere irregulatitatẽ; ita Sayrus 6. *cap.* 19. *num.* 5. Bonac. *num.* 8. nam quamvis in eo caſu iſta irregularitas non ſit ex delicto, quæ neceſſariò ſupponere debet peccatum; eſt tamen ex defectu lenitatis, quæ contrahitur etiam ſine culpa contrahentis: Ut, verbi gratia, judex ſæcularis condemnans ad mortem.

Sayrus. Bonacina.

QUÆSTIO XIV.

An Regulares incurrant irregularitatem accuſando in cauſa criminis coram judice ſæculari, cum aliud detur medium ad evitandum damnum.

SUMMARIUM.

56 *In cauſa propria liberè poſſunt accuſare, non autem in aliena cauſa, & n.* 57.

56. COmmunis eſt reſponſio cũ diſtinctione; vel Regularis accuſat in cauſa propria, & ſic, facta proteſtatione poteſt liberè accuſare, ſive alia via poſſit res ſuas recuperare, aut ſuum damnum impedire, ſive non; in tali enim ſua cauſa, id non ſolùm licèt jure naturali defenſionis, ſed etiam ſpeciali jure poſitivo, *cap.* 1. *de homicidio, in* 6. Vbi Eccleſiaſticis datur facultas conquerendi de ſuis malefactoribus coram judice ſæculari, & talis facultas eſt libera, & non reſtricta, verbi gratia, dummodo aliud non detur medium, quòd nullo modo dicitur; & ideò tali via poteſt Eccleſiaſticus licitè uti

C. 1 de homicidio.

57. At verò ſi Regularis accuſat in cauſa aliena, & in ordine ad effugiendam irregularitatem, id non poſſunt facere, niſi quando aliter præveniri, ac præcaveri non poteſt damnum, aut periculum imminens, cum in tali caſu accuſatio ſolùm concedatur jure naturali defenſionis innocentis, quæ tamen non habet locum, ubi alia via averti poteſt malum imminens, Suarez *tom.* 5. *ad* 3. *part. diſputatione* 47. *ſectione* 2, *num.* 16. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 19. *num.* 149.

Suar. Filliucius.

Quæstio XV.

An ſi totus conventus conſtituat procuratorem ad accuſandum, ſecuta morte, ſint omnes irregulares?

Sammarium.

58 *Qui fecerunt accuſationem ſine proteſtatione ſiunt irregulares, non verò alij.*

58. CUm diſtinctione reſpondendum eſt in hac
re. Si accuſatio facta ſit abſq; debita pro-
teſtatione, & ſinguli Religioſi talis monaſte-
rij conſenſum præbuerunt in conſtituendo
tali procuratore, ſeu ſyndico ad accuſandum
coram judice ſæculari, & mors, ſeu mutila-
tio inde ſequatur accuſato, omnes manent ir-
regulares; At verò ſi omnes non conſenſe-
runt, tunc quippe irregulares ſiunt ij tantum,
qui ſupradicto modo aſſenſum præſtiterunt,
ſi quidem monaſterium, ut tale, cum non ſit
perſona realis; ſed ficta, non eſt capax ordi-
Panorm. nis, & conſequenter neque irregularitatis niſi
C. Dilectus. in ſuis membris. Ita cum Panorm. *cap. Dile-*
Vgolin. *ctus, 2. n. 11.* Vgolino *de irregularitate, cap. 10.*
Bonacina. Bonac. *diſp. 7. punct. 2. num. 13.*

Quæstio XVI.

An totus conventus poſſit accuſari, ac criminaliter puniri?

Summarium.

59 *Si univerſitas collegij delinquit, caſtiganda.*
60 *Quomodo totum collegium caſtigandum.*

59. SI omnes delinquant, qui ſunt in conven-
tu, præmiſſa publici conſilij convocatione
ac deliberatione, tunc totus conventus ſe-
cundum omnes ſuos Religioſos poteſt accuſa-
Abbas. ri, ac puniri. Ita Abbas *cap. dilectus, & 2.*
num. 13. de Simon. ex communi ſententia & alij
Clarus. quos citat, ac ſequitur Clarus *lib. 5. §. fin pract.*
quæſt. 16. Monens, quod ſi omnes de collegio
non ſunt delinquentes, matura deliberatione,
tunc non punietur totum collegium; ſed tan-
tum illi qui criminoſè deliquerunt tanquam
ſinguli, & particulares.
60. Quomodo autem univerſitas, quæ deliquit,
puniri poſſit; explicat ipſe Clarus, modo adi-
mendo; abrogando eius privilegia, juraque
illius impediendo quoad ſolutionem, modò
ejus bona publicando, modo etiam impo-
Pellizar. nendo multam pecuniariam. Ita etiam Pelli-
zarius *tract. 9. cap. 4 ſectione 2. num. 83. §. Nota*
tamen.

Quæstio XVII.

Religioſi non poſſunt accuſari à laicis vel à Religioſis alterius ordinis;

Summarium.

61 *Non poſſunt conveniri niſi dum ſuam injuriam tueantur.*
62 *Iudex & accuſantes excommunicantur à Leone X.*

COncluſio eſt communis, & vera, quod 61.
non poſſunt accuſari niſi in caſu, quod C. De cætero.
ſuam, vel ſuorum injuriam proſequantur; *cap* Emman.
De cætero, de teſtibus; Ita Emmanuel Rodrig. Rodrig.
tom. 2. quæſt. 7. art. 7. Alderete *lib. 1. de Religio-* Alderete.
ſa diſciplin. cap. 4. num. 7. M. Lexana *tom. 1.* M. Lezana.
cap. 17. num. 25. Hieron. Rodrig. *Reſol. 41. n. 7.* Hier. Rodrig.
Soto *de ſecreto, membr. 2. quæſt. 5. concl. 3.* Soto.
Imò tam accuſantes, quam judices talem ac- 62.
cuſationem recipientes incurrunt excommu- Leo X.
nicationem latam à Leone X. in favorem Præ-
dicatorum, contra omnes qui Religioſos ejuſ-
dem ordinis adducunt coram judice extraneo, Conſertium.
ipſo etiam judice talia admittente compre-
henſo; vide Conſertium *in compendio Bulla-*
rum Leon. X. tit. 6. cap. 1.
Et ratio eſt; quia accuſator, & accuſatus
debent eſſe ejuſdem fori, ad hoc, ut ſi accuſa-
tor deficiens non probet delictum ab eodem
judicio puniatur, quòd minimè fieri poteſt, ſi
accuſator non eſt ſubiectus judicij, coram quo
facta eſt accuſatio.

Quæstio XVIII.

An Prælatus teneatur aliquando non acceptare accuſationem; & acceptam abſolvere ac impedire accuſatorem, ne proſequatur?

Summarium.

63 *Prælatus aliquandò poteſt imò & tenetur impedire accuſationes pro bono pacis.*
64 *Prælatus aliquando poteſt impedire accuſationes contra aliquem Religioſum.*

PRælati regulares; ut ſunt Generales, & 63.
Provinciales in ſua Provincia poſſunt,
imò & ſæpè tenentur non acceptare accuſa-
tionem contra aliquos Religioſos, ſed alia
via debent procedere ad remedium, ſi credant,
quòd ex tali accuſatione naſcitura eſſent mala
bono communi ordinis adverſantia, utpotè
ſeditionis, perturbationes inter Religioſos,
eorumque etiam mala fama; nam bonum
commune præferendum eſt bono particulari;
Deinde ſi lex obligat ad acceptandam accu-
ſationem per epiKiam, in his caſibus videtur
non obligare; quia pax ut commune bonum Aragoni.
maximè intendiunt ab omni Prælato. Ita ex Clav. Reg.
Aragonio, Clavi Regia, Fagundez Card. Lugo Fagund.
In juſtitia, diſput. 37. num. 74. Vnde referunt Lugo.
citati

citati Auctores poſſe in Religione communi lege prohiberi, ne Prælati via accuſationis procedant in viſitationibus.

64. Ex quo etiam infertur poſſe Prælatos ex juſta cauſa accuſationem ipſis factam contra aliquem religioſum abſolvere, & etiam impedire accuſatorem, ne ultra procedat. Ita benè colligitur ex Sanch. *lib.6. conſil. cap. 4. dub. 1.*
Sanchez. *num.6.* Rodrig. *tom. 2. quæſt. 7. art. 7.* & Cajet.
Caietan. & Sotus citati à Sanchez, dummodo hoc fiat
Sotus. ex iuſta cauſa, & ſine ſcandalo, & hoc procedit, ſive injuria ſit publica, ſive privata, & damnum alia via poſſit reſtaurari, & probatur, quia ſi eſt ſupremus Princeps poteſt diſpenſare in lege, & ſtante juſta cauſa, utpotè communi pace conventus: & ſi eſt inferior, & non ſit facilis recurſus ad Principem ſupremum ex epiikia, poteſt inferior ita agere, quia pax, & quietudo maximè intereſt ad bonum commune, ac reformationem Religionis.
Pellizar. Ita Pellizarius *tract.9. cap.4. num.*88.

Quæstio XIX.

An accuſator poſſit deſiſtere ab accuſatione incæpta, ſi de Reo in particulari non conſtat?

SUMMARIUM.

65 *Accuſator poteſt deſiſtere ab accuſatione incepta.*

65. Dico, quòd inchoata accuſatione ſi de reo non conſtat, poteſt accuſator deſiſtere, vel ex charitate, vel ob petitionem alicuius, vel ad majorem pacem, & quietem habendam, quia ſi ad hoc non tenetur ex officio talis accuſatio fuit libera: ergo licitè poteſt deſiſtere ab illa; ſicut & Prælatus inchoatam accuſationem non proſequi; ut dixi ſuperiori quæſt. At verò ſi ad hoc tenebatur ex officio, tenetur obligationem ſui muneris adimplere, & accuſationem proſequi. Ita Card. Lugo
Lugo. *de juſtitia, diſput. 56. num. 9.* Dixi niſi de reo conſtet quia ſi de illo in particulari conſtat, & maximè ſi de delicto eſt infamia nata, bonum commune poſtulat, ne Reus maneat impunitus, ut alij timore pœnæ à ſimilibus fugiant, & ideò accuſatio proſequenda.

Quæstio XX.

An ſubditus teneatur accuſare, vel denuntiare, quando certò ſcit Prælatum, nullum remedium adhibiturum?

SUMMARIUM.

66 *Nemo tenetur accuſare ſi certò ſcit nullum remedium adhibendum eſſe a Prælato.*

66. Reſpondeo, quòd quando ſubdito conſtat certò, & evidenter Prælatum nullum remedium adhibiturum, vel quia negligens, ſeu remiſſus eſt in puniendo, vel quia eſt amicus delinquentis; nullus obligatur ad accuſandum, ſeu denuntiandum delicta; quia nemo tenetur ad actum fruſtraneum, & ad opus inutile. Ita Caietanus, Sylveſter, Armilla, Tabiena, Durandus, Richardus, Paludanus, quos citat, ac ſequitur Sanchez *lib.6. Conſilior. cap. 2. dub. 8. num. 2.* Portel. *in dub. Regul. verb. Correctio fraterna, num. 19.* Lezana *verb. Iudex, num.7.* Advertunt tamen citati Auctores, quod ſi detur dubium de hoc effectu, præſumendum eſt pro Prælato, & illi eſt obediendum. Ita Portel. & M. Lezana. Caietan. Sylveſt. Armila. Tabiena Durand. Richard. Peludan. Portel. Lezana.

Quæstio XXI.

Explicantur tria vitia, quæ contingere poſſunt in accuſatione?

SUMMAAIUM.

67 *Calumnia, quando quis falsò, & doloſè accuſat.*
68 *Prævaricatores colorant crimina.*
69 *Tergiverſatores faciunt pactum de de non accuſando.*

Tria vitia dari poſſunt in accuſatione; Primùm: calumnia. Secundùm, prævaricatio, Tertium, tergiverſatio: quæ breviter explico. Primum; calumnia quando quis aliquem ſcienter, ac ex propoſito accuſat falsò, ac doloſè, peccat mortaliter, & tenetur reſtitutione ad damnum, ut deciditur, *cap. 2. de calumniatoribus*, & *cap. Si quem pœnituerit, 2. quæſt. 3.* & expreſsè definitur, *cap. Accuſatio, 2. in fine, quæſt. 7.* 67. C. de calũ. C.6 quem C. Accuſat.

Prævaricatores ſunt, qui colorant crimen verum ſceleratis hominibus, verbi gratia, vel exterius accuſando, & ſecretò iniquos in ſuis criminibus fovendo, vel qui ſubticent gravia crimina, & levia inculcant, hi graviter peccant, & in laqueum diaboli incidunt. 68.

Tergiverſatores ſunt, qui facientes pactum non proſequuntur accuſationem in grave damnum Reipublicæ, aut tertij; hi graviter delinquunt, maximè ſi fiat cum grandi præjudicio tertij, & cum pernicioſo mendacio, vel injuſta munerum acceptatione. Ita D. Thomas *2.2. quæſt.68. art.3.* Navar, Sotus, Bañez, Aragonius, quos citant, ac ſequuntur Salon *2.2. quæſt.68. art.4.* Rodrig. *tom.2. quæſt. 7. art. 5.* Miranda *tom, 1. quæſt. 13.* Hieronymus Rodriguez *Reſol.41. art. 5.* 69. D.Thom. Navar. Sotus Banes. Aragoni. Salon. Rodrig. Miranda. Hieron. Rodrig.

RESOLUTIO I.

Advocatus.

Quæstio Prima.

Religioſi, interveniente licentia Prælati, & utilitate conventus poſſunt eſſe advocati, ſeu procuratores pro ſæcularibus in judicio forenſi civili.

SUMMARIUM.

1 *Religioſi cum licentia Prælati munus procuratoris poſſunt agere, & n.2.*

3 *Vtraque conditio ſimul requiritur.*
4 *In cauſis miſerabilium perſonarum non requiritur utilitas conventus.*

1. RELIGIOSI non poſſunt exercere munus advocati, ſeu procuratoris in iudicio forenſi pro ſæcularibus, niſi ſimul concurrat licentia Prælati, & utilitas, ſaltem indirecta conventus, his conditionibus ſtantibus, tale munus ritè peragere poſſunt coram iudice ſæculari in cauſa civili, coram autem iudice Eccleſiaſtico, etiam in cauſis criminalibus, ita habetur expreſsè, *cap.*
G.Monach. *Monac.* 16. *quaſt.*1. ubi dicitur: *Nullus monachorum forenſis negotij ſuſceptor, vel executor exiſtat, niſi quod monaſterij expoſcit utilitas, Abbate ſibi nihilominus imperante.* Et quamvis textus loquatur de Monachis, ibi etiam comprehendit cæteros Religioſos, non tamen novitios, ut ex multis, & cum multis probat
Sanch. Sanchez *lib.6. in Decalog. cap.*13. *num.* 1. & 2. & alij communiter.

2. Si vero adverſarius objiciat contra Religioſum procurantē in cauſa ſæculari de licentia prælati, eum non eſſe admittendum, cum id non vertatur in conventus utilitatem, talis objectio non eſt audienda, cum eius non ſit inquirere monaſterij utilitatem, & hæc ſæpe expediat, ut occulta ſit, ita ut adverſa-
3. rium lateat.

Et cum prædictus textus indiſtincte loquatur, & utramque conditionem ſimul requirat, inde fit quòd una ſine altera non ſufficit, di-
Pellizar. ſpoſitio Textus firmiter hoc prohibet, & ve-
4. tat, ideò utraque conditio eſt neceſſaria. Ita
Novar. Pellizar. *tom.* 1. *tract.*6. *cap.*12. *num.* 12.

Advertit etiam Novarius *in Lucerna Regular. verb. Procurator, num.* 4 Quòd in cauſis miſerabilium perſonarum, pro illis, ſcilicet, defendendis, ac patrocinandis bene poſſunt Religioſi de licentia ſui Prælati, etiamſi inde non habeant aliqua conventus utilitas, procuratoris munia exercere, hoc enim maximè pertinet ad ſtatum Eccleſiaſticum tales perſonas præſidio deſtitutas tueri.

QUÆSTIO II.

An officium procuratoris ſuſceptum à Religioſo ſine licentia Prælati ſit irritum, & quam neceſſaria ſit hæc licentia pro omni cauſa?

SVMMARIVM

5 *Officium procuratoris ſine licentia Prælati eſt invalidum, & n.6.*
7 *Nec unam cauſam poteſt Religioſus patrocinari ſine licentia prælati.*
8 *Si conſtitutiones non obſtant, ſufficit licentia Prælati immediati.*

5. AD primum; an officium procuratoris, ſeu advocati à Religioſo ſuſceptum abſque Prælati licentia ſit validum, illiuſque ge-
Caſtr.Pal. ſta teneant; Affirmat Caſtro Palaus *tract.*16. *diſp.* 4. *punct.*2.§. 4.*num.* 5. Tamen diſtinctione utendum eſt, ſi Prælatus ſcit, & videt Religioſum tale officium exercere, videtur dare ſuum aſſenſum, & valida ſunt geſta, ſi Prælatus ignorat, ſine ejus licentia acta ſunt nulla, Ita Pellizar. *tract.* 6. *cap.*12 *num.*17. Quia religioſus non habet perſonam legitimam ſtandi in iudicio pro ſe, nec pro alio, abſque ſuperioris licentia, quippe æquiparatur ſervo, cum quo proceſſus eſt nullus. Et confirmatur, quia *Clement. Religioſus, de Procuratoribus*, utitur verbo: *Non poteſt*: Quòd reddit perſonam inhabilem, ut probat Sanchez *lib.*6.*de Matrim. diſp.*38. *num.*20. Pellizar. Clement. Relig. Sanch.

Inde benè ſequitur, quòd pars oppoſita, cuius intereſt, vel iudex ex officio poterunt requirere à Religioſo teſtimoniū licētiæ, & ſi non habeat, poterit repelli, ut optimè probat Bellamerus *cap.*2.*n.*1. *quaſt.*1.*de poſtulando.* 6. Bellamer. 7.

An autem hæc licentia Prælati, ita ſit ſtrictè neceſſaria, ut neque in una cauſa liceat regularibus patrocinari in iudicio abſque illa? Reſpondet affirmativè Caſtro Palaus *citatus*, §.3.*num.*6. quamvis aliqui aliud in contrarium dicant; nam *cap. Monach*, & citata *Clement. de Procuratoribus*, cuiuſlibet cauſæ patrocinium prohibetur; unde Religioſi contra venientes peccant mortaliter, cum prohibitio de re gravi habeatur. Ita Sanchez *in Decalog. cap.*13. *num.* 10. Pellizar. *citatus*, *num.*13. Fr. Anton. ab Spir. ſanct. *in director. tom.*2.*tract.* 3. *diſp.*6. *num.*1452. Palaus. G.Menoch. Clemen de Procurat. Sanch. Pellizar. Fr. Anton ab Spir. ſanct. 8

Licentia autem ſufficit, quòd ſit Prælati immediati, ut Prioris, in Societate Ieſu hæc licentia ſolùm poteſt eſſe à Generali, iuxta ſuas Conſtitut. Franciſcani autem, nec de licentia ſuorum ſuperiorum, poſſunt eſſe procuratores, ut ex multis probat Sanchez *citatus.n.*11. Sanchez.

QUÆSTIO III.

An Religioſus de alterius mandato ſaltem poſſit conſtituere procuratorem, aut ſubſtituere ſine ſui proprij Prælati licentia?

SUMMARIUM.

9 *Sine licentia Prælati non poteſt*
10 *De alterius mandato cum licentia Prælati ſine utilitate conventus poterit conſtituere.*
11 *Vt nuntius poterit de alterius mandato nominare.*

RESpondeo non poſſe, hoc enim ei prohibetur *in Clement. Religioſus, de Procuratoribus* Et meritò ſanè: nam licèt à primo conſtituente derivetur poteſtas ſubſtituti, non tamen poteſt ad alium tranſire, niſi mediante Religioſo, qui ſine licentia ſui ſuperioris talia facere non poteſt; ut optimè probat Sanchez *lib.6. in Decalog. cap.*13. *num.* 12. ex quo infert ipſe Sanch. *n.*15. Quòd talis ſubſtitutio non ſolùm eſt illicita, ſed etiam invalida; nam ad actum forenſem nil valet Religioſus ſine licentia Prælati. 9. Clem.Relig Sanch.

Poteritne de alterius mandato cum licentia Prælati conſtituere procuratorem, etiam ſi non 10.

non detor militas conventus: Affirmativè reſpondet Pellizar. *tract.6.cap.15. num.12.* nam ad hoc nec *Clememina Religioſus Procuratorib.* nec alij textus requirunt conventus utilitatem (Pellizar. Clem.Rel.) ſolùm enim hoc poſtulant, quando ipſemet Religioſus dicitur procurator.

11. At verò ſi Religioſus non fuerit conſtitutus procurator, ſed ſimplex nuntios, poterit alterius nomine dicere, ac nominare procuratorem etiam ſine licentia Prælati; nam hoc non eſt ſubſtituere procuratorem, ſed nomine alterius illum dicere, ac nominare. Ita Caſtro Palaus *tract.16. diſp.4. punct. 12.§.3. num.7.*

Quæstio IV.

Vtrum ſi poſt litem conteſtatam, Procurator alicuius ingrediatur religionem, poſſit tunc illam cauſam proſequi?

Summarium.

12 *Non poteſt tale munus proſequi?*

12. Reſpondeo non poſſe, tam tempore novitiatus, quàm poſt emiſſam profeſſionem, proindeque revocandum eſſe, ut conſtat tum (L. Aut.) ex *L. Aut Religionis iuxta legem præcedent. ff. de Procuratorib.* Tum etiam, quia procurator, interveniente iuſta cauſa, poteſt revocari: hic autem intervenit iuſta cauſa ratione ſtatus religioſi, ut patet. Ita Sanchez *in Decalog.lib.6. cap.13. num. 26.* ex Iacobino de S. Georgio, & aliis.

Quæstio V.

Prælatus regularis, tenetur religioſo Reo dare advocatum, & an hic poſſit eſſe ſæcularis?

Svmmarivm.

13 *Advocatus dandus de iure naturali.*
14 *In cauſa graviſſima, & rara poteſt dari advocatus ſæcularis.*
15 *In Religione non ſervantur apices iuris.*

13. Conveniunt omnes, Prælatum regularem teneri de iure naturali dari Religioſo reo advocatum ſufficientem, qui illum defendat, patrocinetur, ac conſilium præbeat: Advocati patrocinium pertinet ad ius naturale. Ita (Alderete. C.Ex litter. Gloſſa.) Alderete *lib. 1. Diſciplina Religioſa, c.2.n.3.* & patet ex *cap. Ex litteris de officio iudicis* & Gloſſa *ibidem verb. implorando.*

14. Ex quo ſequitur, quod ſi in Religione nullus eſſet omnino ſufficiens religioſus, qui in re graviſſima reum defendat, tenetur Prælatus illi dare advocatum ſæcularem valdè idoneum, quia ſi ex iure naturæ requiritur advocatus, requiritur advocatus ad tale negotium ſufficiens. Dixi (in re graviſſima) quia in cauſis levibus, & ordinariis, id non concederem, pro hac ſententia ſtat Paulinus Bettus (Paulin.Bett.) vlt doctiſſimus Ordinis S. Auguſt. *in praxi criminali, fol. 272.* ubi ait: In ſua Religione numquam fuiſſe datum advocatum ſæcularem alicui religioſo, niſi ſemel tantùm in una cauſa, in qua agebatur de condemnatione cum periculo vitæ; & in tali cauſa, advocatum ſæcularem recluſum fuiſſe cum reo in una domo ſecreta, ne ordinis fama, & ſecretum periclitaretur. Idem tenet Rodrig. *tom.2.quæſtionum, quæſt.19.art.4.* (Rodrig.) Affirmans non eſſe conſuetudinem in religionibus dari advocatum ſæcularem, maximè cum hodie in Religione ſint multi viri; & maximè in praxi criminali ſufficienter verſati.

Pro hac facit etiam, quòd tradit idem Rodriguez *eodem tom.2. quæſt.3. §. Pro cuius, & § ſequenti.* (15. Rodrig.) Vbi dicit, ideò in Religionibus non ſervari apices iuris, ne Religioſi teneantur conſulere legiſperitos ſæculares, cum Rodrig. cohæret Miranda in ordine iudiciali, (Miranda.) *quæſt. 14. art.7. concluſ. 4.* non enim decet ſecreta religionis ſciri ab advocatis ſæcularibus. Et confirmatur; quia in cauſis, in quibus proceditur de plano ſine iuris apicibus, videtur quod non ſit obligatio dari advocatum, ut colligitur ex *Clem.emina, ſæpè contingit, de Verborum ſignificatione.* (Clem ſæpe.) Vbi dicitur, quòd quando cauſa committitur cum clauſula: *Vt procedatur de plano*: ait Pontifex; & abſint *Partium, Advocatorum, & Procuratorum contentiones*: At Prælati Religionum, habent privilegium, ut in cauſis Religionum procedatur, de plano, non ſervatis iuris apicibus, ut infrà dicam.

Resolutio VII.

Alienatio.

Quæstio Prima

Quid ſit alienatio?

Summarium.

1 *Propriè & ſtrictè, quid ſit alienatio.*
2 *Quid ſit dominium directum, & utile.*

Alienatio propriè, & ſtrictè, eſt omnis actus, per quem dominium transfertur, ſi latè autem ſumatur in materia favorabili, etiam comprehendit conductionem ad longum tempus, ſeu perpetuam donationem, venditionem, permutationem, & emphyteuſim perpetuam, & etiam contractum ſub conditione factum, patet ex *cap. Nulli liceat, de rebus Eccleſiæ non alienandis,* Hoſtienſi, Archidiacono, & Sylveſtro, *verb. Alien. & emphyteuſis, quæſt.6.* Leſſio *lib.2. de iuſt. cap. 24. dub. 11.* Covar. 2. *variar. cap.16. & 17.* Baſſeo *verb. Alienatio, num.1.* Villalobos *2.part. ſumma. tract.25. difficult.17.* 1. (C.Nulli. Hoſtienſ. Leſſius. Covar. Baſſeus. Villalob.)

Cum ergo alienatio importet actum, per quem dominium transfertur, ut diximus, duplex dominium conſideratur: *Directum & utile*: & ut explicat Leſſius *lib.2. cap.3. dub.1. num. 4.* (Leſſius.) Dominium directum continet ſolam rei proprietatem, unde continens hoc dominium 2.

Molina. Quaranta.

nium, dicitur proprietarius; eius vero, ut notat Molina *de contractibus*, *tract.2. diſp.464.* actus ſunt venditio, donatio, & permutatio. *Dominium autem utile*, ſolam continet rei utilitatem, & commoditatem; eius actus, ut refert Quaranta *in ſumma Bullarij*, *v. Alienatio, n.16.* ſunt ſex, videlicet, ſuperficiarius, locatio, emphyteuſis, libarius, feudus; & precaria; his etiam iuxta Molinam *citatum*, adde actus, quibus res alteri traditur, & nõ pertinet neque ad dominium directum, neque utile; manet tamen periculo alienationis obnoxia, ut pignus & hypotheca; de his omnibus latè Iuriſtæ, de his autem, quæ ſolum ad regulares pertinent, agimus.

QUÆSTIO II.

De multiplici prohibitione, quæ datur de rebus Eccleſiæ non alienandis maximè de Extravagante: Ambitioſæ.

SVMMARIVM.

3 *Multiplici iure prohibita rerum Eccleſiaſticarum alienatio.*
4 *Extravagans*: Ambitioſæ,
5 *Sententia affirmat, quod multis in locis non ſit in uſu.*
6 *Alia ſententia affirmat eſſe receptam quoad nullitatem, non quoad pœnas.*
7 *Vera ſententia aſſerit, receptam quoad omnia*
8 *Recepta in Hiſpania & Luſitania.*
9 *Probatur vera ſententia.*

I Iubemus. Authent. Trident. Paul. II. Paul IV. Pius IV. Extravag.

3\. VAldè ſolemnis omni communi iure poſitivo rerum Eccleſiaſticarum alienatio eſt prohibita, iure civili *l. Iubemus*, & *Authent. Hoc ius porrectum*, *de Sacroſanct. Eccleſ.* & hoc determinatum, ac præceptum in multis decretis, ac decretalibus, & etiam in Conc. Trid. *ſeſſ.25. cap.11. de reform.* & de hac re multæ ſunt conſtitutiones Apoſtolicæ talem alienationem prohibentes, præſertim à Paulo II. Paulo IV. Pio IV. *in Bulla*, *qua incipit*: *Provida.* Et hoc etiam rigidè prohibent conſtitutiones ſpeciales ſacrarum Religionum, & in hac re valdè celebris eſt Extravagans Pauli II. *Ambitioſæ. de rebus Eccleſiæ non alienandis*: Eſt in corpore iuris, & ſic habet.

4\. *Omnium rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, omnéque pactum, per quod ipſorum dominium transfertur conceſſionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in caſibus iure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc cum evidenti Eccleſiarum utilitate, ac de fructibus & bonis, quæ ſervando ſervari non poſſunt pro inſtanti temporis exigentia, hac perpetuo valitura conſtitutione fieri prohibemus.* Quod præcipit obſervari ſub pœna excommunicationis. Prælatum verò alienantem, ſi pontificali, vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ab ingreſſu Eccleſiæ interdicit; alios verò Prælatos inferiores ſuis officiis & dignitatibus, ipſo facto, abſque ulla declaratione, privatos eſſe denuntiat, quæ omnia per ſequentes quæſtiones altius ſunt examinanda, & de his pœnis quæſtione ultima.

5\. Sylveſt. Bonacina. Delben. Ventigr.

An verò hæc Extravagans ſit hodie uſu recepta, & in praxi; maximè dubitatur. Sylveſt *v. Alienatio n.15.* ait, non eſſe moribus utentium receptam. Bonac. *de Alienatione*, *diſp.2. q. unica. punct.5. §.1. n.4.* teſtatur eſſe pauciſſimis in locis uſu receptam, non ſolùm quoad privationes officiorum, ſed etiam quoad cenſuras, cui ſententiæ videntur adhærere. Delben. *tom.2. c.17. dub.4 ſect.2. n.15.* & Ventigr. *de Alienat. art.1. §.4. n.19.*

6\. Sarment. Toletus. Caietan. Salzed. Quaranta. Zenedo. Gamma. Saynus. Clav. Reg.

Alij è contra dicunt, quod Extravagans recepta ſit, & in uſu, ac praxi quoad nullitatem contractus, nõ verò quoad pœnas excommunicationis, ac alias. Ita Sarmentus, Toletus, Caietan. Salzedo, Quaranta, *Zenedo*, Gamma; quos citãt & ſequuntur Sayr. Clavis Reg. *lib.4. c.4 n.15.* Azor. *p.2. lib.9. c.2. verſ. Quod attinet.* Molina *de iuſtitia*, *tract.2. diſp.466. n.10.*

7\. Azor. Molina. Balbin. Riccius. Henriq. Redoan. Fachin. Maſtric. Camillus. Filliuc.

Tamen ſimpliciter eſſe uſu, ac praxi recepta, tenent Balbinus, Riccius, Henriquez, Redoan. Fachin. Maſtrill. Camillus, Filliucius, Caſtro Palaus, Marcus Anton. Genoven. Gutier. quos citat ac ſequitur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi*, *3. p. alleg.95. n.49.* & *in Collectan. ad dictam Extravagant.* Tamburin. *de iure Abbatum, diſp.13. quæſito 12. n.18.* M. Lezana *in Conſiliis, conſil.25. n.35. & ſeqq.*

8\. Caſtr. Pal. Marc. Ant. Gen. Gutier. Barboſa. Tambur. Lezana. Avendan. Salzed. Dias Gut. Molina.

Et quod ſit communi uſu recepta in tota Hiſpania, & Portugallia teſtatur Avendan. Salzedus, Dias Gutier. Molina, quos citat, ac ſequitur Phœbus *deciſ.* 82. & quod in noſtra Luſitania habeatur in communi uſu affirmant Barboſa apud Tamburin. *citatum*, Gamma, Caldas, ut refert, ac ſequitur Phœbus *ſupra*, Rebellus *de iuſtitia, 2. lib.10. q.5 n 9.* Molina & alij, ut teſtatur Fragoſus *2. part. lib.11. diſp.24. §.5 num.6.*

9\. Phœbus. Barboſa. Tambur. Gamma. Caldas. Rebellus. Molina. Fragoſ. Filliucius. Vaſquez. Quaranta.

Probatque hanc ſententiam Filliuc. *tract.44. l.1. n 8.* cum Vaſq. Quaranta, tum quia ex eo quod eſt inſerta in corpore iuris, indéque præſumitur uſu recepta, niſi contrarium probetur: tum quia quotidie ea citatur in foro iudiciali, & Romana Curia pro eius obſervantia pugnat: tum quia praxis Datariæ ita ſe habet, & juxta illam ſe regit in expediendis Brevibus: tum quia in Sacra Pœnitentiaria quotidie emanant abſolutiones à cenſuris, diſpenſationes, & habilitationes quoad cõtravenientes, quod eſt ſignum Papam eam velle obſervari, abſolutè loquendo. Ita Filliucius addens tamen *num.9.* huiuſmodi conſtitutionem in aliquibus partibus non eſſe uſu receptam quoad pœnas, & cenſuras, maximè verò quoad nullitatem.

QUÆSTIO III.

Proponitur aliud decretum Vrb. VIII. prohibentis alienationem rerum Eccleſiaſticarum?

SUMMARIUM.

10 *Decretum Vrbani VIII. revocantis omnia privilegia.*

QVÆSTIO V.

An in his prædictis caſibus, ut fiat alienatio conſulenda ſit Sacra Congregatio?

SUMMARIUM.

18 *Status quæſtionis.*
19 *Adhuc in illis caſibus neceſſaria eſt facultas Sacra Congregationis.*

18. Extravag. Vrb. VIII. IN Extravaganti *Ambitioſæ*: prohibetur quod non fiat alienatio, niſi *Conſulto Romano Pontifice*: & Decretum Vrbani VIII. ait, quod non fiat, niſi *habita licentia à S. Congregatione*; & tamen in talibus Decretis excipiuntur caſus à iure permiſſi, qui ſunt illi quinque ſuperiori quæſtione annumerati; ideo in præſenti inquiritur; eam ad illos neceſſaria ſit facultas S. Congregationis?

19. Lezana. Pellizar. Barboſa. Reſpondeo affirmativè. Ita M. Lezana *tom. 1. c. 10. n. 4.* Pellizar *tract. 6. c. 8. n. 123.* Barboſa cum multis *de poteſtate Epiſcopi, part. 3. allegat. 95. num. 2.* quia Sacra Congregatio reſervat ſibi jus iudicandi, an in tali caſu cum talibus circumſtantiis detur vera cauſa, vera neceſſitas, utilitas: vel inutilitas ad alienandum; & quamvis hi caſus ſint permiſſi à iure, tamen non poteſt fieri alienatio, niſi interveniente cauſa, quæ iudicanda eſt à Sacra Congregatione, quæ ſibi hoc judicium reſervavit, & merito ſanè, quia experientia compertum eſt, quod ſæpè neceſſitas, utilitas, vel inutilitas ad alienandum fabricatur, ac cõponitur ob varios reſpectus, & ideo ſanctiſſimè S. Congregatio judicium de tali utilitate, vel inutilitate ſibi reſervavit, ita obſervatur communi praxi in Curia Romana.

QUÆSTIO VI.

Quæ ſolemnitates requirantur ex iure ad alienandam rem Eccleſiaſticam?

SUMMARIUM.

20 *Quinque requiruntur.*
21 *Prima: licẽtia Prælati juxta ſuas conſtitutiones.*
22 *Secunda: tractatus Capituli, ſeu communitatis.*
23 *Tertia: Conſenſus Capituli, & n. 24.*
25 *Quarta conditio: ſubſcriptio, & ſufficit per manum notarij.*
26 *Si minor pars cognoſcit evidenter damnum eſſe, non tenetur ſubſcribere.*
27 *Quinta conditio: licentia Congregationis, & num. 28.*
29 *Si contractus ſit in favorem Eccleſiæ eſt validus, etſi ei deſit aliqua ſolemnitas.*

20. SEcundum jus antiquum, quatuor requiruntur conditiones ad alienandam rem Eccleſiaſticam, ſcilicet, auctoritas Prælati, tractatus habitus cum Capitulo, illius conſenſus, ſingulorum ſubſcriptio, ſaltem per Notarium; nunc verò ex decreto Vrbani VIII. addenda eſt quinta conditio, ſcilicet, licentia S. Congreg. Vrb. VIII.

Prima conditio eſt *Auctoritas Prælati*, id eſt, illius licentia, Abbatis in Monachis, Provincialis in Mendicantibus, Generalis in Societate. Ita Molina *tract. 2. diſp. 468. n. 12.* Azor. *p. 2. l. 9. c. 1. q. 4.* Filliuc. *tract. 44. cap. 5. num. 11. & 12.* Addit tamen Bordon. *tom. 1. Reſolut. 27. num. 28.* de iure communi ad alienanda bona Monaſterij, quod ſufficit facultas Prælati localis, ſcilicet, Prioris; tamen in hac re conſulendæ ſunt propriæ Conſtitutiones uniuſcuiuſque Religionis, noſtræ verò Carmelitanæ Conſtitutiones *p. 1. c. 2. n. 9.* requirunt ad alienandum, licentiam Generalis, vel Capituli Provincialis. 21. Molina. Azor. Filliuc. Bordon. Conſt. Carm.

Secunda conditio: *Vt fiat tractatus*: nempe, ut convocatis Religioſis Monaſterij proponuntur, & examinentur cauſæ alienationis, an conveniant; ut habetur ex *Clement. de rebus Eccleſiæ non alienandis*; tamen ex privilegio Pij V. conceſſo anno 1566. & Gregorij XIII. anno 1575. ſufficit conſenſus ipſius Generalis, ut advertunt Molina *proximè citatus*, & Filliucius *ubi ſuprà, num. 9.* & alij apud eos. Caſtro Palaus *tract. 9. diſp. unica, de rebus Eccleſiaſt. non alienandis, part. 15. §. 2. num. 9.* ubi advertit, quod ius requirit tractatum, in ſingulari, ac proinde unus tractatus ſufficit, nempe, à Generali. 22. Clem. de rebus. Pius V. Greg. XIII. Molina. Filliuc. Caſtr. Pal.

Tertia conditio: *Vt detur conſenſus*, diſcuſſo tractatu, & examinata re, requiritur Capituli conſenſus, & debet eſſe expreſſus, *c. 1. de his, quæ fiunt à Prælato*; & hic conſenſus ſufficit, quod ſit à maiori parte Conventus, uno ſuffragio excedente. Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 27. num. 11.* & hic conſenſus non requiritur, quod detur in ipſo Capitulo congregato, ſed ſufficit quod detur ſingulariter: nam conſenſus ſingulariter datus, dicitur conſenſus Capituli. Ita Sylveſter, Vaſquez, Bonacina, quos citant, ac ſequuntur Caſtr. Palaus *ſuprà, n. 10.* Dicaſtillus *de iuſtitia, lib. 2. tract. 15. diſp. 1. dub. 9. n. 199.* 23. C. 1. de his. Suar. Sylveſt. Vaſquez. Bonacin. Caſtr. Pal. Dicaſtil.

Qui advertunt, quod ſi Prælatus ſine conſenſu Capituli alienat bona Monaſterij, alienatio eſt invalida: *cap. Irrita, c. Continebatur; de his, quæ fiunt à Prælato.* Capitulum tamen poteſt poſtea illam ratam habere, *c. Cum nos iam pridem. de his, quæ fiunt à Prælato.* 24. C. Irrita. C. Contin. C. Cũ nos.

Quarta conditio eſt: *Vt fiat ſubſcriptio*, à Capitularibus, *c. 1. de his quæ fiunt à Prælato*; ſufficit tamen, quod fiat manu notarij ut tenent Molina, & Leſſius, quos citat, ac ſequitur Dicaſtillus *citatus n. 214.* 25. C. 1. de his. Molina. Leſſius. Dicaſtill.

Tamen dubitatur, ſi minor pars Conventus non conſenſit alienationi teneatur ſubſcribere? Reſpondeo non teneri, ſi id, quod determinatum eſt, agnoſcitur eſſe in damnum, ac præjudicium Conventus, non tenetur ſubſcribere, imo reclamare, & appellare ad ſuperiorem; ita conſtat ex *cap. ſi quis Presbyter. de rebus Eccleſ. non alienandis*, Petrinus, quem citat Pellizar *tom. 1. tract. 6. c. 8. n. 123.* Si verò dubitat an illud ſit conveniens; tunc tenetur ſubſcribere, & conformare ſe cum maiori parte communitatis, & ita obſervatur in Senatu Regio. 26. C. Si quis. Petrinus. Pellizar.

Quinta conditio: *licentia S. Congregationis*: ex 27.

ex decreto Vrbani VIII. quia ad alienandum requiritur iuſta cauſa; ut fatentur omnes. Filliucius *tractatu* 44.*cap.*5.*num.*12. ius autem iudicandi an in caſibus occurrentibus detur juſta cauſa alienandi ſibi reſervat Sacra Congregatio. Lezana *tom.*1.*cap.*10.*num.*4. Pellizar. *citatus*,§.*Quares*,*num.*47. quæ licentia habenda eſt in ſcriptis, ut multipliciter declaratum eſt à S.Congregatione, & obſervat praxis Romanæ Curiæ.

28. Proindéque quamvis aliæ Religiones habeant indulta à Sede Apoſtolica alienandi ſua bona, ut Carmelitæ à Gregorio XIII. Patres Societatis ab eodem Gregorio, & Patres S.Auguſtini ab eodem Gregorio. Vrbanus VIII. revocavit omnia privilegia regularibus conceſſa ad alienandum. At ſolùm videntur ibi revocari privilegia regularium quoad hoc, ut non poſſint fieri alienationes ſine conſenſu ipſius Congregationis; non autem quoad alia quæ pertinent ad earum ſolemnitatem. Lezana *tom.*2.*c.*19.*n* 62. Pellizar. *citatus*,*n.*111.

29. Advertendum tamen eſt cum Azor. Regin. Sylveſtr Rodrig Naldo, & aliis, quos citat, ac ſequitur Diana *tom.*1.*tract.*7. Contractum initum in gratiam & utilitatem Eccleſiæ, etſi ei deſit legitima forma, ac ſolemnitas, eſſe validum, cum forma requiſita ad evitandas fraudes, ceſſantéque fraudis periculo, talis ſolemnitas non eſt neceſſaria, quæ introducta fuit in gratiam Eccleſiæ, ne vertatur in illius damnũ. Ita Gutier *in qq.Canon.tom.*1.*lib.*2.*q.*23.*n.*9.

QUÆSTIO VII.

Proponuntur aliqui caſus in quibus licita eſt alienatio, vel pignoratio rerum Monaſterij abſque ſolemnitate iuris, vel licentia Sedis Apoſtolicæ.

SVMMARIVM.

30 *Si neceſſitas urget non eſt neceſſarium, & num.*31.
32 *Cauſa data utilitatis Eccleſia ne elabatur.*
33 *Licet remittere hæreditatem nondum incorporatam Monaſterio.*
34 *Permutatio rei unius Eccleſia in aliam.*
35 *Donatio inter fratres, & Conventus eiuſdem Provincia, & n.*36.
37 *Si res eſt exigua, licet.*
38 *Alia remiſſivè, & n.*39.

30. Materia huius quæſtionis valdè frequẽs eſt apud Religioſos. Primus caſus: ſi vehemens, ac urgens neceſſitas irruat, ut minimè poſſit expectari beneplacitum Papæ, v.g. ſi deficiat victus pro Religioſis, vel pro alendis pauperibus, vel ut captivi redimantur à Piratis, &c. tunc non ſolum bona immobilia, ſed etiam pretioſa mobilia, licitè non tantum pignorari, ſed etiam vendi poſſunt. Ita Abbas, Rebuffus, Vgolinus. Quaranta, quos citat, ac ſequitur Tamburinus *tom.*3. *de iure Abbatum*, *diſp.*13. *quæſt* 9.*n.*4. Molina *de iuſtitia*, *tom* 2. *diſp.*468. M Lezana *tom.*1. *cap.*10.*num.*4. Peirin. *in ſuo formulario*, *lit. A*, *cap.* 11. *num.*3. Filliucius *tom.*3.*tract* 44.*cap.*5. *num* 11. & hanc reſolutionem eſſe communem inter omnes Doctores teſtatur Diana *p.*5. *tract.*3. *Reſol.*6.

31. Probatur: quia lex non ligat, quando de facto moraliter ſervari non poteſt, *l.*1.§.*Dies*, *ff.quando appellandum*. Deinde, quia lex ſervanda non eſt quando iniquus effectus ſequeretur, ſi ſervaretur, ut probat D. Thomas 2.2.*quæſt.*120.*art.*1. Tandem quia in qualibet prohibitione, cenſetur excepta cauſa, quæ oppoſitum ſuadet, *cap.de catero*, *cap. Quamvis de ſentent. excommun.* Denique quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, *l.impoſſibil.ff. de Regulis iuris.*

32. Secundus caſus: Data occaſione magnæ utilitatis Eccleſiæ, & ſi expectaretur conſenſus Apoſtolicus elaberetur; tunc ſine tali conſenſu fieri poteſt. Ita Filliuc. ac Quaranta, quos citant, ac ſequuntur Ventigrilia *de alien.annot.*1. §.3.*num.*1. Delbene *tom.*2.*c.*17, *dub.*23. *num.*2. Quæ enim in favorem, & commodum ſunt introducta, non debent in odium, ac damnum retorqueri, *l. Nulla iuris ratio*, *ff. de lege reg. quod ob gratiam de reg. iur. in* 6. nam ut optimè notavit Cevallos, quem citat, ac ſequitur Belaſius *verb. Alienatio*, *num* 7. Alienatio prohibita eſt voluntaria, non neceſſaria, ſeu quæ fit ex cauſa neceſſaria; quod eſt notatu digniſſimum, ait Belaſius, propter alimationes, quæ fiunt, quod etiam habet Bordon *tom.*1 *Reſol.*27.*n.*7.

33. Tertius caſus: an liceat remittere, ſeu repudiare legatum, ſeu hæreditatem Monaſterio præſcriptam, ac relictam, non tamen adhuc incorporatam Monaſterio: huius reſolutio erit manifeſta ex iis, quæ dicam *q.* 26. coincidit enim cum his, quæ ibi dicenda ſunt.

34. Quartus caſus eſt: ſi fiat permutatio, vel alienatio rerum in aliam Eccleſiã: nam tunc bene poſſunt res Eccleſiæ alienari ſine dictis ſolemnitatibus, ac conſenſu Apoſtolico; patet ex *c.Hoc ius porrectum.*§.*ſibi invicem*,10.*q.*2.& *c.*1. *de rebus Eccleſiæ non alienandis.* Ita Riccius, Peregrin. Megala, Bordon. Paſcalig. Ita Tambur. *citatus*,*n.* 8. Delben. *tom.*2.*c.*17. *dub.*13.*num.*5. Quæ doctrina maximè procedit inter Religioſos, qui ſunt ſub eodem Generali, ac Provinciali, qui habet omnium regimen.

35. Quintus caſus eſt: ſi fiat donatio inter fratres eiuſdem Monaſterij, vel à Regulari unius Monaſterij regulari alterius Monaſterij eiuſdem Provinciæ; vel donatio ab uno Conventu ad alium eiuſdem Provinciæ, quia omnes Conventus unius religionis tanquam in unam Congregationem, ac corpus myſticum coadunantur, & ideo non videtur dominium tranſlatum, ſi res unius Monaſterij transfertur ad aliud. Ita Riccius, Tamburinus, Naldus, Delbene, quos citat, ac ſequitur M Fr. Anton. ab Spirit. Sanct. *in Direct.tom.*1.*tract.*2. *diſp.*1.*n* 69.

36. Nec obſtat prohibitio Extravagantis *Ambitioſæ*, ac Decretum Vrbani VIII. quia hæc intelliguntur de alienatione per quam transfertur dominium, vel de alienatione ſæcularibus facta, vel aliis Conventibus alterius Religionis; nec etiam obſtat *cap.*1. *de rebus Eccleſiaſt. non alienandis.* In quo dicitur non licere Abbati, terram unius Eccleſiæ vertere ad aliam,

quamvis

Gloſſa. Peirin.

quàmvis ambæ ſint ſub eius poteſtate: nam ut ibi explicat Gloſſa; non poteſt Abbas illud facere pro ſuo arbitrio, & ſine cauſa, poteſt verò quando datur vera cauſa prudentis viri judicio, ut quando unus Conventus multis abundans, alteri pauperi ſubvenit. Ita Peirinus *tom.* 1. *Privileg. c.* 3. *n.* 22.

C. Terrulas. S. Congr. Abbas. Rodoan. Quaranta. Tambur. Molina. Caſtr. Pal. Delbene.

37. Sextus caſus eſt: quando res eſt exigua, & modici valoris, ſine conſenſu Apoſtolico alienari poteſt. *c. Terrulas* 12. *quæſt.* 2. & S. Congregatio declaravit Conſtitutionem Pauli II. & Conc. Trid. non derogaſſe *cap. Terrulas*. Ita Abbas, Rodoan. Quaranta, quos refert ac ſequitur Tambur. *tom.* 3. *de iure Abbatum, diſp.* 13. *q.* 9. *n.* 2. Si vero quæras: quando res reputanda ſit modici valoris? Reſpondet ipſe, quod hoc prudentis viri judicio judicandum ſit, Molina, Caſtr. Palaus, & alij, quos citat, ac ſequitur Delbene *tom.* 2. *c.* 13. *dub.* 23. *n.* 4. Quod res modica alienanda ſine conſenſu Apoſtolico ſit res, quæ valet centum aureos.

Sanchez. Lezana. Navar. Diana.

38. Septimus caſus eſt: quando bona immobilia ſunt relicta Monaſterio incapaci talium bonorum. Ita cum multis Sanchez *in Decal. lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 30. & *cap.* 27. *num.* 17. Lezana *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. Idem dicendum putat de re mobili pretioſa relicta Monaſterio incapaci bonorum immobilium, quæ bene alienari poteſt; cum Navar. Diana 5. *part. tract.* 13. *Reſol.* 8. *ad primum*.

Quaranta. Vgolin. Caſtr. Pal. Barboſa. Rodrig. Molina. Lezana. Barboſa.

39. Octavus caſus eſt: ſi res eſt relicta cum tali onere, ut ſit alienanda ab Eccleſia; item ſi res eſt relicta cum tali onere: ut poſt aliquod tempus alteri reſtituatur. Ita cum Quaranta, Vgolino, & Caſtro Palao, Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, parte tertia, allegat.* 96. *num.* 61. Item ſi ſunt bona ſolita infeudari, & in emphyteuſim dari. Ita Rodriquez, Molina, quos citat ac ſequitur Lezana *tom.* 1. *cap.* 10. *numero quarto*. Item ſi fiat pro remuneratione meritorum, quia ad hoc poteſt Prælatus res Eccleſiæ alienare, quod cum multis probat Barboſa *proximè citat. c.* 62. dummodo tamen Prælatus remunerationis metas, & limites non excedat.

Quæstio VIII.

Quænam ſunt bona, quæ alienari prohibentur ab Eccleſiaſticis?

SVMMARIVM.

40 *Status quæſtionis.*
41 *Immobilia non poſſunt alienari.*
42 *Mobilia pretioſa veniunt ſub nomine immobilium.*
43 *Si hæc relinquantur religioni incapaci poſſunt alienari.*
44 *Bona inutilia poſſunt alienari.*

40. CUm Eccleſiaſticis prohibita ſit omnium rerum Eccleſiaſticarum alienatio, omnéque pactum, per quod transfertur dominium, omniſque hypothetica conceſſio, locatio, conductio ultra triennium, ut diximus *q.* 2. & 3. quærimus quænam ſint hæc bona, quæ ſub tali prohibitione veniunt?

Sylveira Opuſcula.

Communis Doctorum.

41. Primò, certum eſt in hac materia, quod in hac prohibitione interdicitur alienatio bonorum immobilium, ſub quibus veniunt non ſolum res corporeæ permanentes, ut vineæ, ac oliveta, ſed etiam actiones, & iura, redditus diuturni temporis, quale reputatur illud quod eſt decem annorum, ac etiam iura, vel debita rerum immobilium, quæ eorum naturam participant. In concluſione conveniunt omnes Doctores unanimiter.

l. Sancimus. Azor. Barboſa. Suarez. Lezana.

42. Secundò, eſt etiam certum, quod res mobiles pretioſæ, quæ ſervando ſervari poſſunt, ut ſunt vaſa aurea, vel argentea, gemmæ, veſtes aureæ, aut ſericæ maioris pretij, aut copioſa Bibliotheca Monaſterio relicta, & ingens grex ovium, aut ſimilium rerum, quæ utiles & fructiferæ ſunt, pari paſſu, tanquam immobilia communi æſtimatione reputantur, & minimè alienari poſſunt. Ita *l. Sancimus, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Azor. *Inſtitut. Moral. part.* 2. *lib.* 9 *cap.* 4. *quæſt.* 5. & 7. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi part.* 3. *allegat.* 95. *num.* 39. Suarez *tom.* 4. *de Religione, tractatu* 8. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 16. & 18. Lezana *tom.* 1. *c.* 10. *n.* 4. Res autem pretioſa dicitur, ſi excedit pretium vigintiquinque aureorum, ut declaravit Sacra Congregatio, & teſtatur Delbene *tom.* 2. *cap.* 27. *n.* 5.

Rebuff. Roland. Hypolit. Franc. Quaranta. Filliucius. Moron. Sanchez. Caſtr. Pal.

43. Adverte tamen primò, quod ſi Religioni incapaci habendi immobilia, vel vaſa aurea relinquatur etiam in teſtamento aliquid immobile, vel vas aureum, illa poſſunt abſque ſolemnitatibus, & licentia Apoſtolica alienari, quamvis relicta fuiſſent ſub hac conditione, ne alienentur. Ita tenet cum Rebuffo, Rolando, Hyppolit. Franco, Quaranta, Filliucius *tractatu* 44. *cap.* 4. *num.* 32. Moron. *reſp.* 62. *num.* 27. cum quibus convenit Sanchez *lib.* 7. *in Decalog. cap.* 26. *num.* 3. & *cap.* 27. *num.* 17. Quia prohibitio alienandi non eſt niſi pro bonis Eccleſiæ incorporatis, qualia non ſunt bona relicta Eccleſiæ incapaci. Ita Caſtro Palaus *tractatu* 13. *diſp. unica, de rebus Eccleſiæ non alienandis, part.* 15. §. 1. *num.* 12.

Pellizar. Portel.

44. Adverte ſecundò: quod ſub hac prohibitione non cadunt bona inutilia relicta Monaſterio, verbi gratia, ſi Conventui Monialium relinquatur copioſa Bibliotheca librorum Latinorum, ſeu Græcorum. Pellizarius *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 21. quia in hoc caſu ceſſat finis prædictæ prohibitionis: nam talis finis eſt, ut conſulatur utilitati, ac commodo Monaſteriorum, ne eorum bona diſſipentur; in præſenti autem aptius geritur negotium Monaſterij, ſi venditur illa Bibliotheca, redacto eius pretio pro re fructuoſa Monaſterio; ergo tali negotio optimè adimpletur finis legis; & ita in hoc regno Luſitaniæ à Collectore Apoſtolico in caſu ſimili, declaratum eſt, ut teſtatur Portel. *part.* 1. *caſu* 17. *num.* 5. nempe Bibliothecam librorum Latinorum relictam cuidam Monialium Monaſterio poſſe vendi, converſo pretio in rem fructiferam Conventui.

Quæstio IX.

Pecunia ſervata in arca Monaſterij, quam naturam habeat, ut expendi valeat.

SVMMARIVM.

45 *Pecunia habita ex re immobili, vel mobili pretioſa, ut talis reputatur, & n. 46.*

47 *Immobile venditum habens affixum onus Miſſarum, aliud immobile eſt emendum, & n 48.*

49 *Pecunia ad immobilia deſtinata poteſt in aliud expendi.*

50 *Pecunia, quæ eſt vtilis, & fructifera inter immobilia computatur.*

45. PEcuoia vel compatata ex eleemoſynis, vel relicta ex legato teſtatoris vel habira ex redditibus Conventus, vel ex rebus Conveotus, quæ ſervaodo ſervari non poſſunt, ut ex vino, oleo, & ſimilibus expendenda eſt in iis, quæ ſunt neceſſaria Convcotui, quia pecunia vſui quotidiano deſeruit, & ad illum eſt de-
Molina. ſtituta, & ſervata nullum fructum patt. Molina *tom. 2. diſp. 465. ad finem.*

46. At vero ſi pecunia habita eſt ex re immobili, vel ex re mobili pretioſa vendita, ut renovaretur, nullo modo poteſt expendi ſine licentia Apoſtolica in alia re, ſed ex illa emenda eſt alia res immobilis, vel mobilis pretioſa, quia illa pecunia habet naturam illius rei,
Azor. ex qua comparata eſt. Ita Azor. *p. 2. lib. 9. cap. 1.*
Caſtr. Pal. *q. 5.* Caſtro Palaus *tom. 2. tract. 12. diſp. vnica, p. 15. §. 1. n. 5.*

47. Si autem illud immobile venditum habebat affixum onus miſſarum pretium, ſub pœna interdicti, convertendum eſt in aliud immobile fructiferum; ſic declaratum eſt à Sa-
S. Congreg cra Congregatione *in decreto de celebratio-*
Gavant. *ne Miſſarum*, ut referunt Gavantus *in Ma-*
Lezana. *nuali, verb. Alienatio n. 36.* Lezana *verb. Alienatio, n. 17.*

48. At vero ſi pecunia, vel à teſtatore, vel auctoritate Prælati, & conſenſu Religioſorum, deſtinata eſt ad emendam rem immobilem, vel mobilem pretioſam, non poteſt in aliud expendi: nam talis pecunia deſtinata ad rem immobilem inter res immobiles com-
Cevallos. putatur. Ita Cevallos, Caldas Pereira, Filliu-
Caldas. cius, Quaranta, Azor, & Bonacina, quos citat,
Filliuc. ac ſequitur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, p. 3.*
Quaranta. *allegat. 95 num 41.* Azor. & alij dicunt, quod ad
Azor. boc ſufficit auctoritas Prælati localis; idèm-
Bonacina. que etiam dicunt de dote Mooialis, quia vo-
Barboſa. luntas donantium eſt, ut illud perſeveret in Monaſterio pro ſuſtentatiooe Monialis. Ita
Dicaſtill. etiam cum multis Dicaſtillus *de iuſtitia, lib. 2.*
Fr. Aut. ab *tract. 15 diſputat. 1. num. 179.* Fr. Antonius ab
Spir. Sanct. Spiritu Saoct. *in director. tom. 2 tract. 3. diſp. 6. num. 1137.*

49. Hæc tamen doctrina in multis mihi videtur difficilis: oam verū eſt, quod ſi pecunia à Prælato ſup. riori deſtinata eſt ad rem immobilem cum conſenſu Conveotus: cum eodem conſenſu à Prælato inferiori uoo poteſt illud tranſmutati; at vero ab eodemmet Prælato cum Conventu, ex circunſtantiis occurrentibus, poterit in rebus neceſſariis Conventus expendi: namque eadem eſt poteſtas ligandi, atque ſolvendi, & decreta Summorum Pontificum loquuntur de bonis immobilibus; at verò illa pecunia tantum eſt in potentia ad immobilia ex hominum voluntate, quæ re-
voeari poteſt. Io hac ſententia eſt Menochius Menoch.
de præſumpt. lib. 4. quæſt. 138. num. 3. cam expreſsè
tenet Bordoo *tom. 1. Reſol. 27. num. 52.* de dote Bordon.
Monialium; quamvis id, quod dicitur de perſeverantia ad ſuſtentationem ſit commuoe inter Doctores; tamen in praxi in neceſſitatibus Conventus conſumi ſolet, ut experientia ootum eſt.

Ex quibus facilè deducitur, quod pecunia, 50.
quæ deſtinata eſt ad emptionem ſtabilium cenſuum, vel mobilium pretioſorum, vel quæ eſt fructifera, & non otioſa, qualis eſt pecunia in montibus, vel cēſibus collocata, vel in bancis campſorum cum utilitate repoſita inter bona immobilia, ſeu mobilia pretioſa, quæ ſervando ſervari poſſunt, connemuratur; ac
per conſequens hoc licentia Apoſtolica alie- Sylveſt.
nati non poteſt. Ita Sylveſter, Quaranta, & Quaranta.
alij, quos citant, ac ſequuotur Bonacioa *de* Bonacina.
Alienatione boner. Eccleſiaſt. diſp. 2. quæſt. unica, Lezana.
punct. 2. num. 5. M. Lezaoa *tom. 2. cap. 19. num. 59.*

Quæstio X.

Quomodo, & pro quo tempore poſſint Regulares, res locales Conventus conducere?

SVMMARIVM

51 *Res Eccleſiæ poſſunt ad triennium, ſeu ad tres fructuum proventus conduci.*

52 *Res Monaſterij non poſſunt locari ad x, vel novem annos.*

53 *In locatione per decennium, v. g. ſi ſit diverſis actibus, primum triennium eſt validum, ſi uno actu nullum, & n. 54.*

55 *Si locatio fiat a beneficiario, vel Commendatario per totam vitam; quadam ſententia negat, quod ſit valida, alia affirmat, cuius ratio non procedit in regularibus, & n. 56. 57. & 58.*

59 *Locatio pro tempore incerto diſtinctione exponenda.*

60 *Locatio facta ab anteceſſore, ubi eſt conſuetudo eſt valida, & n. 61.*

REſpoodeo, quod poſſunt res locales Con- 51.
ventus, ut prædia, ad trienoium conduci; & non ultra ordinariè loquendo, patet ex Extravaganti *Ambitioſa*. Ubi expreſsè prohibetur fieri *locationem, conductionem ultra triennium*; at verò ſi res ſit ex illis, quæ ſolent fructum ferre, noo quotannis, ſed alternis annis, tunc poterunt locari ad ſex annos; & ſi res locata non fert fructum, niſi de triennio in triennium, ita poteſt locari per novem: per tres, oempe, annos vtiles, ac feraces; &

ratio

ratio eſt, quia annua in locatione non computatur ex ſimplici temporis decurſu, ſed ex decurſu, ac proventu fructuum; proindeque locatio rei computanda eſt ex tribus fructuum collectionibus. Ita Covarruvias, Henriquez, Vgolinus, Azor. Caldas, Pereira, Zenedo, & multi alij, quos citant, ac ſequuntur Leſſius *de iuſtit. lib. 2. cap. 24. dub. 11. num. 68.* Vaſquez *de reddit. cap. 2 §. 2. dub. 9. num. 30.* Barboſa *de poteſtate Epiſcop. part. 3. allegation. 95. num. 3.*

Covarr. Henriq. Vgolin. Azor. Caldas. Zenedo. Leſſius. Vaſquez. Barboſa.

52. Si verò quæras, an res monaſterij valeant locari ad ſex, vel novem annos, appoſita clauſula, ut tot ſint locationes, quòd ſunt triennia, itaut elapſo primo triennio, pro tunc res denuò cenſeantur locari; Reſpondeo negativè; quia illa triplicata locatio præſumitur fieri in fraudem legis prohibentis locationes ultra triennium, ac proinde irrita eſt, & inanis, ſicut ſunt omnia pacta in fraudem legis facta. Ita Barthol. Covar. Valaſcus, & multi alij, quos citant, ac ſequuntur Molina *de iuſtitia, tract. 2. diſput. 466. ad finem.* Filliucius *tom. 2. tract. 36. cap. 1. num. 6.* Caſtr. Palaus *tract. 12. diſp. vnica de reb. Eccleſ. non alienandis; p. 14. num. 3.* tamen ut advertit Tamburin. *de iure Abbat. tom 3. diſp. 14. quæſt. 2. num. 2.* Poterunt Religioſi promittere conductori ad alterum triennium ſe locaturos, dummodo de hoc ſcriptura publica non conficiatur.

Barboſa. Covar. Valaſcus. Molina. Filliucius. Caſtr. Pal. Tambur.

53. Gravius dubium hic inſurgit: facta locatione ultra triennium, verbi gratia, per decem annos, an ſaltem firma, & ſtabilis ſit pro parte triennali, licèt ſecundum quòd excedit triennium nulla ſit? & pro vtraque parte magni, & graves ſtant Auctores magnis, & gravibus rationibus, ut videre eſt apud Barboſam *citatum, a num. 5.*

Barboſa.

54. Qui citatus Barboſa *num. 11.* & Filliucius *tract. 44. cap 2. num. 11.* Pellizar. *tom. 1. tract. 6. cap. 8. num. 16.* Cùm diſtinctione ſolvunt quæſtionem, quia vel illæ locationes fiunt tanquam vnico contextu, quòd multum intereſt, quia in vno anno poteſt perdi, in alio lucrari vel fit tot diverſis actibus: & contractibus, ſi verò primum dicatur; pars negans validitatem actus tenenda eſt; quia Extravagans *Ambitioſæ*: punit locantem ultra triennium, & talem contractum nullum reddit, ac proinde cum hic non detur niſi unus tantum contractus, inde qui locavit afficitur pœnis Extravagantis; proindeque contractus nullus redditur. Si verò ſecundum dicatur, pars affirmãs validitatem contractus, quoad primum triennium ſuſtinenda eſt, quia utile per inutile non vitiatur in iis quæ ſunt ſeparabilia, ut pluribus Doctoribus oſtenditur in libello de principiis utriuſque iuris *litera V. num 78.*

Barboſa. Filliucius. Pellizar. Extravag. *Principia iuris.*

55. Maximè tamen dubitabis: an liceat locatio ad tempus incertum, verbi gratia, donec Bellum duret, vel uſque ad tempus vitæ locantis, ut beneficiarius locare valeat fructus ſui beneficij per totam vitam; Communiter Doctores reſpondent negativè cum Filliucio *tractat. 44. cap. 2. num. 14 &* 15. Si illa locatio excedat triennium taxatum, ac appoſitum in Extravaganti *Ambitioſæ.*

Filliucius.

56. Tamen quòd beneficiarius poſſit locare fructus ſui beneficij per novem annos, ſicut & commendatarius fructus ſuæ commendæ, quæ ſunt bona Eccleſiaſtica, ut patet ex decimis per novem annos, tenet expreſsè Vaſquez in *opuſculis, tract. de redditibus Eccleſiæ, cap. 2. dub. 6. num. 31.* & citat Covarruviam. Idem tenet Azor. *tom. 2. lib. 7. cap. 10. quæſt. 3. in fine,* citans Abbatem, Fredericum, Hoſtienſem, Redoanum, & idem tenet Reginald *tom. 2. lib. 25. num. 538.* Bonac. *tom. 3. diſp. 2. quæſt. 4. punct. 11. num. 8.* & Camillus Borellus *tom. 1. deciſiet. tract. 16. num. 18.* Portel. *tom. 2. caſu 9. num. 1. in ſuis reſponſionibus.*

Vaſquez. Covar. Azor. Abbas. Frederic. Hoſtienſ. Redoan. Reginald. Bonacina. Portel.

75. Prima ratio huius rei eſt, quam tradit Vaſquez *citatus, num. 31.* ex Covarruvia; quia dicta Extravagans ſolùm intelligitur de rebus Eccleſiæ, quæ ſunt immobiles, vel ſunt res pretioſæ, quæ ſervando ſervari poſſunt, ut calix pretioſus, & ſimilia: At fructus annui beneficij, vel commendæ, non ſunt res immobiles, neque pretioſæ, quæ ſervando ſervari poſſunt, ut apertè conſtat. Secundò: quia ratio ob quam beneficiarius, vel Prælatus non poſſunt alienare bona immobilia Eccleſiæ ea eſt; quia non habent dominium bonorum, ſed tantum habent adminiſtrationem, manente dominio penes Eccleſiam, vel Summum Pontificem: nemo enim poteſt alienare id, cuius non eſt dominus; At beneficiarius habet verum dominium fructuum ſui beneficij: ergo poteſt alienare fructus ſui beneficij per totam vitam. Probatur minor, quòd, ſcilicet, beneficiarius, vel commendatarius ſit Dominus fructuum ſui beneficij. Primò; id expreſsè docent Covarruvias, Sarmientus, Sylveſter, Adrian. Corduba apud Vaſquez *citatum, cap. 1. §. 2. num. 7.* qui ſunt graviſſimi Auctores.

Covar. Sarmient. Sylveſter. Adrian. Cordub. Vaſquez.

58. Et probatur etiam expreſsè ex *cap. 1. de Clericis non reſidentibus.* Vbi Pontifex ait, quod Clericus, vel Canonicus qui non reſidet non ſit Dominus diſtributionum; ex quibus verbis Doctores argumentantur à contrario ſenſu, videlicet: ergo ſi Canonicus reſidet ſit verè Dominus fructuum ſui beneficij: tandem idem probant citati Auctores ex communi uſu, ac praxi totius Hiſpaniæ, in qua beneficiarij ex redditibus ſuorum beneficiorum, dant dotes in vita nepotibus ex fratre, vel ſorore: Item ex prædictis fructibus relinquunt legata perpetua in ſuo teſtamento, neque de hoc aliquis eos condemnat, quòd ſignum eſt illos verè eſſe dominos prædictorum fructuum, ac proinde ſicut in morte de illis poſſunt diſponere in perpetuum; item de illis poterunt diſponere per locationem, per novem annos, vel per totam vitam. Ex prima ratione patet reſponſio ad citatam Extravagantem, & vltima hæc ratio non procedit in prælatis Religionum, quia non ſunt Domini, ſed tantum diſpenſatores, ac miniſtri prædictorum bonorum.

C. 1 de Clericis.

59. Si verò locatio fiat pro tempore incerto, ac ambiguo, verbi gratia, quantum bellum duraverit, ſi tempus illud eſt communi æſtimatione valdè longum, ut excedat triennium, eſt nulla licèt triennium non exprimatur, ſubintelligitur; quia in æquivalentibus eadem militat ratio; ſi verò locatio eſt pro brevi tempore, quod includitur tempore legis valida eſt.

60. Tandem in hac re quæres vbi viget conſuetudo, fieri locationem ultra triennium

abſque conſenſo Sedis Apoſtolicæ ; ſoceeſſor
in beneficio teneatur ſtare tali locationi, quæ
facta fuit à ſuo anteceſſore ?

61. Reſpondeo : ſi locario facta ſit nomine
Eccleſiæ ; & in evidentem, ac manifeſtam ip-
Socinus. ſius utilitatem, teneri ſucceſſorem. Socinus,
Calderin. Calderinus, Rota, Vincentius, Francus,
Rota. Vincent. Sylveſter, Covarr. & alij quos citant, ac ſe-
Franc. quuntur Quaranta *verb. Alienatio num.*10. *Fil-*
Sylveſt. liucins *tract.* 44. *cap.*2. *num.*22. Si verò facta
Covar. eſt nomine perſonali, ſucceſſor non tenetur,
Quaranta. nec illi viciſſim conductor. Covarr. lib. 2.
Filliuc. *variar. cap.*15. Pariſius *lib.* 1. *de Reſign. quaſt.*16.
Covarr. Gutierr. *lib.* 1 *quaſtionum, Canonic. cap.* 36.
Pariſi. Gutierr. *num.*8.

QUÆSTIO XI.

Ad maiorem cognitionem huius, explicatur, quid ſit locatio, emphyteuſis & feudum ?

SUMMARIUM.

62 *Quid ſit locatio.*
63 *Quid ſit Emphyteuſis.*
64 *Differentia inter locationem, & Emphyteuſim.*
65 *Quid ſit Feudum.*
66 *Differentia inter Feudum, & Emphyteuſim.*

62. DE aliis contractuum ſpeciebus non agi-
mus, quia ad nos non pertinent. Loca-
rio *Eſt contractus quo perſona, vel res aliqua*
ad uſum, vel fructum pretio conceditur. Dicitur
autem *: ad uſum, vel fructum* : quædam enim
locantur ſolum ad uſum, ut ſervus, equus,
domus, & ſimilia, quorum fructus non eſt
alius, quam uſus ipſorum ; quædam verò ad
fructum, ut agri, & paſcua, item iura, red-
ditus, & vectigalia, dicitur : *pretio*, id eſt,
pecunia.

63. Emphyteuſis, eſt contractus quo quis
tradit tam ſuam immobilem alteri quoad do-
minium utile, ſub certa penſione reali ſolven-
L.1.C.de da in recognitionem dominij directi, *l.*1. *C. ad*
Iure Emph. *de iure Emphyteutico*, Res autem ipſa tradita,
dicitur Emphyteuta.

64. Differt à contractu locationis. Primò,
quod emphyteuſis ſolum conſtitui poteſt in re
immobili, quæ cultura melior effici poteſt.
Secundo ; quod per eam transfertur domi-
nium utile, manente ſolo dominio directo
apud priorem dominum. Tertiò, quod non
fiat ad brevius tempus, quam decennij.

65. Feudum, quod dictum eſt à fide, ſeu fide-
litate : eſt contractus, quo quis tradit feuda-
tario, ſeu vaſſalo rem ſuam immobilem quoad
dominium utile, cum onere obſequij, &
ſervitij perſonalis, quod conceditur ex be-
Iul.Clar. nevolentia, vel propter merita, Iulius Clarus
*de Feudo quaſt.*4. & 5.

66. Inter Feudum, & emphyteuſim, quamvis
in utroque transferatur dominium utile in re-
cipientem, remanente dominio directo apud
tradentem, tamen differentia eſt, ratione
penſionis, nam quatenus penſio eſt perſonalis,
id eſt, conſiſtens in obſequio perſonali, dici-
tur Feudum, quatenus vero penſio eſt realis,
id eſt, conſiſtens in pecunia, vel frumento,
vel alia re ſimili, dicitur emphyteuſis, ali-
quando vero in feudo aliquid ſolvitur in re-
cognitionem dominij directi, ſed ex hac par-
te declinat ad conditionem emphyteuſis. Vt
notat Leſſius *lib.*2. *cap.*4. *dub.*4. *n.*5. Leſſius.

QUÆSTIO XII.

Vtrum Regulares poſſint bona immobilia ſuorum conventuum infeudare, ſeu emphyteuticare ?

SUMMARIUM.

67 *Religioſi bona immobilia ſuorum conventuum non poſſunt infeudare, ſeu emphyteuticare.*
68 *Niſi ſint ab antiquo ſolito dari in emphyteuſim.*
99 *Quando res dicitur incorporata conventui, & num.*70.
71 *Bona prohibita ſunt tam generaliter, quam ſpecialiter accepta.*
Poſſunt Prælati dare ſuis conſanguineis ibid.
72 *Bona ſolita dari in emphyteuſim non poſſunt dari in feudum.*

DIco : Bona immobilia ſuorum conven- 67.
tuum non poſſunt regulares infeudare,
ſeu emphyteuticare, niſi ſolita ſint ab antiquo
infeudare, ſeu emphyteuticare. Filliucius Filliucius.
*tract.*44. *cap.*4. *num.*36. Bonacina *diſp.*3. *quaſt.*8. Bonacina.
*punct.*4. *num.*20. Caſtr. Palaus *tract.*12. Proba- Caſtr. Pal.
tur primo : quia emphyteuſis, & infeudatio,
eſt alienatio largè accepta. *L. Vlt. c. de rebus, non* L. Vlt.
alienandis. Secundò : quia prohibita eſt loca-
tio ad tempus longum, ut dixi *quaſt.*10. ergo
multo magis emphyteuſis. Tertiò : quia ex-
preſſè Extravagans: *Ambitioſæ* : prohibet con-
tractum emphyteuticum, ut bene notat Mo- Molina.
lina *diſp.*470.

Dixi in concluſione *: niſi ſolita ſint dari in* 68.
emphyteuſim : antequam, nempe, incorporen-
tur monaſterio, & fiant de menſa, ac uſu Re-
ligioſorum ; dummodo hoc fiat in evidentem,
ac manifeſtam Eccleſiæ utilitatem, abſque
ulla ambiguitate, & eodem modo, quo antea
erat emphyteuſis ; quia ſi antea erat ad tres
vitas, modo non fiat ad plures ; & ratio huius
rei deſumitur aperte ex dicta Extravaganti : Extravag.
Ambitioſæ ; ubi dicitur : *vel contractum emphy-*
teuticum, præterquam in caſibus a iure permiſſis,
ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo
concedi ſolitis. Deinde quia in hoc caſu non
intervenit nova alienatio, ſed potius conti-
nuatur prior emphyteuſis, hic autem non
prohibetur continuatio alienationis, ſed tan-
tum alienatio ſimpliciter. Vt rectè notarunt Iul. Clar.
cum Iulio Claro Covarruvias Gregor. Lopez, Covar. Greg. Lop.
Molina *diſp.*469 *n.*7. Barboſa *de offic. Epiſcop.*3. Molina.
part. Alleg 95 *num.*29. Barboſa.

Res autem dicitur incorporata monaſterio, 69.
quando Prælatus una cum conventu determi- Panormit.
nat, ut ſit ad ſuſtentationem eius. Ita Panor- Gloſſa.
mitan. Gloſſa : & alij cum Filliucio *citato* Filliucius.
*tract.*44.

Ventigril. *tract.* 44 *cap.* 4. *num.* 39. & Ventigrilia *Ann. de alienat.* §. 1. *num.* 23. ſi verò Prælatus rem teneat per aliquod tempus, quoad uſque inveniat bonum Vaſſallum, cui infeudet, vel ob aliam iuſtam cauſam, non ideo res cenſetur incorporata, & ſi longo tempore retineat, ut

Rodoan. notavit Rodoan. *de rebus Eccleſ. non alienand. q* 62. *n.* 4.

70. Bordon. Bordon. *tom.* 2. *quaſt.* 17. contendit, quod ut res dicatur incorporata conventui, ultra requiri, quod manu notarij deſcripta ſit in Catalogo aliorum bonorum Conventus, ad cuius confirmationem adducit Bartol. Rinald. & alios; tamen ut dicatur incorporata Monaſterio, vel Eccleſiæ ſat eſt, quod ſit deſtinata ad illius ſuſtentationem, & ut dicitur de menſa

Rota. Clement. Panorm. Filliuc. Epiſcopi, vel Abbatis. Ut colligitur in Rota *Clementina unica, de exceſſib. Prælator. verb. Ad menſam.* Panormitan & alij apud Filliucium *cit. num.* 39.

71. Bona, quæ hic prohibentur emphyteuticari, ſunt bona tum generaliter, quam ſpecialiter accepta, quia licet in omnibus maneat dominium directum apud Dominum, transferatur tamen dominium utile, & utrumque

Molina. Lezana. Barboſa. Caſtr. Pal. Bonacina. Layman. Pellizar. prohibetur in Extravaganti. Ita Molina, Lezana, Barboſa, Caſtr. Pal. Bonacina, Layman. apud Pellizarium *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 25. Qui etiam omnes docent, quod Prælati Conventus bona ſolita in emphyteuſim, ſeu feudum concedi, poſſunt etiam ſuis conſanguineis, & cognatis dare omnibus conditionibus, & magna Conventus utilitate.

72. An verò Prælatus bona Conventus ſolita dari in emphyteuſim, poſſit etiam in feudum transmutare; Reſpondeo negativè, quia mutatur ſubſtantia contractus, & deterior fit conditio Eccleſiæ: nam emphyteuta Eccleſiæ ceſſando à ſolutione cenſus per biennium, cadit à iure ſuo, *cap. Potuit. de locato*, *l.* 2. *cap de Iure Emphyteuſis.* An verò feudatarius Eccleſiæ,

C. Potuit. L. 2. c. de Iure. Venigtril. etiamſi per mille annos non ſolvat cenſum, à iure ſuo non cadit, ſed perſiſtit in eo. Ita cum multis Venigtrilia. *Annotat. de Alienat.* §. 1. *num.* 23.

Quæstio XIII.

An Regulares poſſint trãſigere, aut compromittere ſuper bonis Monaſterij?

SUMMARIUM.

73 *Tales contractus ſunt prohibiti ſine licentia Apoſtolica.*

74 *Talis contractus factus non præiudicat ſucceſſori, & poteſt ab eo annullari.*

75 *Bene tamen talis contractus poteſt fieri à Religioſis ſuper re litigioſa.*

73. Rebuff. Redoan. Frederic. Barbat. Francus. Filliuc. Pellizar. RESpondeo, tales contractus prohiberi decretis Pontificum. Ita Rebuffus, Redoan. Frederic. de Senis, Barbat. Philipp. Francus, quos citat, ac ſequitur Filliucius *tract* 43. *c.* 2. *num.* 25 cui adhæret Pellizar. *tractat.* 9. *cap.* 8. *num.* 26 & concluſio procedit de bonis iam incorporatis monaſterio, quæ ipſo iure ad illud ſpectant; & probatur, quia tranſactio, & compromiſſum cum fiunt ſuper re immobili ſunt veræ ſpecies alienationis; ut latè pro-

Craveta. Abbas. Pariſ. Valaſcus. bant Craveta, Abbas, Pariſ. Valaſcus, apud citatum Filliucium: ergo cum ſint veræ alienationes includuntur in Conſtitutione Pontificia, ac proinde ſine illius facultate alienari non poſſunt, excipitur tamen, ſi eſt conſuetudo loci, ut ſine conſenſu Apoſtolico, ac aliis ſolemnitatibus fiat.

74. Filliuc. Quaranta. Advertunt tamen Filliucius, & Quaranta *verb. Alienatio, num.* 10. per tranſactionem, aut compromiſſum illegitimè factum ab anteceſſore, nihil præiudicari ſucceſſori, ab eoque poteſt legitimè invalidari, ac annullari.

75. Bordon. Concedit etiam Bordon. *Reſol.* 27. *num.* 59. Religioſos poſſe tranſigere, & compromiſſum facere ſuper re litigioſa, aut aliàs præjudiciali; & probatur, quia res litigioſa non cenſetur adhuc incorporata monaſterio, & ideò poſſunt Religioſi cedere, attento periculo damni impendentis, deinde, quia alienatio alicuius prohibita in iure non eſt alienatio neceſſaria, ſed libera, *l.* 1. *ff. de fundo, dot. l. Alienationes, ff. famil.* ut iam ſuprà dixi. L. 1. ff. L. Alienat.

Quæsto. XIV.

Utrum, ſtante prohibitione Apoſtolica poſſint Regulares fideiubere pro aliis, aut etiam cum ipſis contractum aſſecurationis inire?

SUMMARIUM.

76 *Quid ſit fideiuſſio.*

77 *Quid ſit contractus aſſecurationis.*

78 *Prima ſententia affirmat, validum.*

79 *Secunda, & vera ſententia dicit, eſſe nullum.*

AD exactam explicationem eorum, quæ dicenda ſunt, ſupponendum, quod fideiuſſio, ſignificat fidem ſuam alteri iubere, ac dare, & eſt contractus, quo quis in ſe ſuſcipit obligationem alterius, promittens ſub fide ſua illius adimpletionem, ſeque in illius defectum obligans Ita Gomezius 2. *variar. cap.* 13. *num.* 1. Azor. 3. *part. lib.* 11. *cap.* 22. *dub.* 10. Rebellus, Leſſius, Reginaldus, quos citat, ac ſequitur Mantica *tom.* 2. *de tacit. & ambig lib.* 16. *tit.* 9. 76. Gomezius. Azor. Rebellus. Leſſius. Reginald. Mantica.

Contractus aſſecurationis, tunc fit, quando quis ob pretium, vel aliud intereſſe, vel gratis ſuſcipit in ſe periculum rei alienæ, obligando ſe ad compenſationem totius, ſi tota res perierit. Ita Sylveſter, Molina cum Bonacina *de contractibus, diſp* 3. *q.* 9. *punct.* 3. *n.* 1. 77. Sylveſt. Molina. Bonacin.

In hac re Lezana *tom.* 1. *cap.* 9 *num* 18 Pellizarius cum Cardinali Lugo *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 3. dicunt cum licentia Prælati talem contractum licere, ut patet ex *cap. penultimo, fideiuſſione*; & quia huiuſmodi contractus, tam fideiuſſionis, quam aſſecurationis, non includuntur in Generali hypotheca: ergo non veniunt in communi prohibitione, ac proinde ſine ſolemnitatibus requiſitis fieri poſſunt. 78. Lezana. Pellizar. Lugo. C. Penult.

Dico tamen, quod tales contractus non 79.

poſſunt

poſſint fieri à Regularibus ſine debita ſolemnitate, ac licentia Apoſtolica: nam per huiuſmodi contractus tam fideiuſſionis, quam aſſecurationis, regularium bona maneot ſubiecta, ac obligata ſatisfactioni, ac alienationi; ergo ſicut non poſſunt alienari, nec alienationi obligari, ac proinde talis contractus ſine debita ſolmnitate eſt invalidus, & claudicat ad *cap. penultim. fideiuſſion.* verum eſt, quod ibi ad talem contractum requirur licentia Prælati, per hoc tamen non excluditur alia ſolemnitas requiſita in iure in Extravaganti *Ambitioſæ*, ac in decreto Vrbani VIII. & confirmatur, quia ut fatentur Auctores contrarij, ea quæ alienari non poſſunt, neque etiam poſſunt pignorari, quia remanent ſubiecta alienationi; ergo neque in his contractibus obligari ob eandem rationem, & periculum.

C. penult.

Extravag. Vrb. VIII.

QVÆSTIO XV.

An Regulares bona mobilia pretioſa Monaſterij poſſint oppignerare?

SVMMARIVM.

80 *Regulares non poſſunt oppignerare mobilia pretioſa, & n.81.*

82 *Maximè tamen in vrgenti neceſſitate.*

83 *Ad hoc non requiritur conſenſus Ordinarij.*

84 *Maximè notanda lex Regia Luſitaniæ.*

80. Regulares ſine prædictis ſolemnitatibus nun poſſunt bona mobilia pretioſa, aurea, vel argentea, & veſtes magni valoris oppignerare, niſi in caſu, quo aliqua vehemens neceſſitas vrgeat. M. Lezana *tom.1.cap.10.n.4. & tom.2.cap.19.num.55.* Quaranta *verb. Alienat. num. 27.* Molina, Layman, Bonacina, Caſtro Palaus, Hieronymus Rodriguez, Leſſius, Barboſa, quos citat, & ſequitur Diana *5 part.tract.13. Reſol.6* quibus adhærent Pellizarius *tract.6. cap.18. num 28.* M Fr. Anton. ab Spir. Sanct. *tom.2. tract.3. diſp.6. ſect. 6. num 1151.*

Lezana. Quaranta. Molina. Layman. Bonacina. Caſtr. Pal. Hier Rodr. Leſſius. Barboſa. Diana. Fr. Ant. ab Spir. Sanct.

81. Probatur: quia prohibita à iure alienatio, prohibita eſt etiam pigneratio, ex *l.fin. C. de rebus alienis non alienandis*; idque ob periculum, eui exponuntur res pignetatæ, ne omnino alienentur; tum quia, ut teſtatur Quaranta: Oppigneratio eſt quædam alienatio, præcipuè quando res tanti eſt obligata, quanti eſt; ita ut non ſit facilis redemptio, indéque probabilis alienationis periculo ſubiicitur.

L.fin.C.

82 Diximus tamen, quod *niſi in caſu, quo ſumma neceſſitas vrgeat*: quia in tali caſu, ut teſtatur Diana *citatus* omnes Doctores tenent, talem alienationem, ſeu oppignerationem eſſe licitam, abſque licentia Papæ, & Sacræ Congregationis; nulla enim lex ligat, cum de facto ſervari non poteſt. Vt oſtendi *ſupra, quæſt.7. num.30.& 31.*

Diana.

83. Nec audiendus eſt in hac re Peregrinus *in novo Compendio Privileg verb. Alienatio n.9.* dicens ad oppignerationem in tali caſu faciendam, requiri conſenſum Ordinarij cum commodè haberi poſſit; at Doctores aſſerentes Regulares in caſu neceſſitatis poſſe oppignerare mobilia pretioſa ſine licentia Papæ, nullam faciunt mentionem de licentia ab Ordinario obtinenda; ipſa extrema neceſſitas ab omni lege excipitur.

Peregrin.

Maximè notanda eſt lex Regia noſtræ Luſitaniæ, *lib. 2. tit. 24. Ordinationum.* Ubi pro omnibus Eccleſiis eſt ſtatutum, quod nullus in pignus accipiat aurum, argentum, vel veſtes Sacras Eccleſiæ cujuſcunque, ſive Regularis, ſive ſæcularis, etiamſi ſumma adurgeat neceſſitas abſque licentia petita, & obtenta a Rege; qui verò contra talem agunt, vel accipiendo aliquid Eccleſiarum in pignus, vel pretio emunt ſine prædicta Regis licentia, præcipit lex, ut amittat valorem dictarum rerum, ſolvendo exceſſum novem partium, & res ſic pignerata, vel empta abſque ullo pretio Eccleſiæ reddatur. De qua re videndus eſt Emmanuel Barboſa *in remiſſionibus ad Regiam Ordinationem. Ibidem.* 84.

Ordinationes Luſitaniæ.

Emmanuel. Barboſa.

QVÆSTIO XVI.

An Regulares poſſint ſuper bona ſua conſtituere contractus ad uſum, vitalitios vel precarios?

SVMMARIVM.

85 *Qui ſit contractus ad vſum; vitalitius, vel precarius.*

86 *Contractus ad uſum eſt prohibitus.*

87 *Contractus vitalitius eſt prohibitus, & num.88.*

68 *Contractus precarius eſt prohibitus.*

Contractus ad vſum, tunc fit, quando res datur, & conceditur ad vſum, ut vocant, ſeu ut quis illa vtatur; contractus vitalitius, cum res alicui datur ad eius vitam. Contractus precarius eſt, quo quis concedit alteri aliquid, cum poteſtate illud repetendi, quoties voluerit, ut ſi ego tradam tibi petenti librum, vel meam vineam, cum pacto ut poſſim huiuſmodi facultatem, ſeu meum librum, meámque vineam revocare quoties voluero; dicor tecum inire precarium. Ita Leſſius *lib. 2. cap.17. dub.1. num. 4.* Molina *diſp.298.* Bonacina *diſp. 3. de Contractib.q.14. punct. unico, n.1.* 85.

Dico Primò: Regulares non poſſunt bona ſua dare ad vſum, ut dicitur. Paſqualigos *tom.2. quæſt.280.* Pellizar. *tract.6.cap.8.num.32.* Probatur, quia talis contractus eſt ſpecies emphyteuſis, ut ex eius natura patet; emphyteuſis autem ſpecies eſt alienationis, proindéque ea quæ cadunt ſub emphyteuſi prohibita ſunt, itaque ſenſerunt Sapientiſſimi Theologi, ut teſtatur Pellizarius, ac proinde ſine debitis ſolemnitatibus fieri non poteſt.

Paſqualig. Pellizar.

Dico ſecundò: cum eiſdem Auctoribus contra Bordonium *tom.1. Reſol. 27. num. 180.* Quod contractus ſeu cenſus vitalitius cadit ſub hac prohibitione, quia eſt ſpecies emphyteuſis, ut Auctores fatentur, indéque prohibitus;

Bordon.

bitus; Deinde, quia alienatio ideo eſt prohibita ob periculum amiſſionis Eccleſiæ rei; atqui cenſus vitalitius eſt in continuo periculo amiſſionis: ergo, ubi enim militat eadem ratio, militat eadem iuris diſpoſitio.

88. Ex quibus ſequitur quòd Religioſi ſua propria auctoritate, non poſſunt concedere alicui domum monaſterij per totam vitam cum onere ſolvendi certam penſionem monaſterio, ut teneatur illam reſarcire, quando opus fuerit, quod ex quod hic contractus includit locationem dictæ domus ultra triennium; quæ locatio prohibita eſt Eccleſiaſticis, ut patet ex dictis *quæſt.*10.*num.*51.

89. Dico tertio: Prohibitum eſſe regularibus conſtituere, ſeu inire contractum precarij in bonis monaſterij, quia per talem contractum transfertur dominium utile ad arbitrium concedentis, quòd ſecum importat alienationem ultra triennium, ac proinde includitur in præ-

Riccius. Quatania. Lezana. ſenti prohibitione, Riccius *in praxi Eccleſiaſtica, dec.*64. Quatania *verb. Alienatio. n.*16. M Lezana *tom.*2.*cap.*19.*n.*56.

QUÆSTIO XVII.

An Regulares poſſint bona unius monaſterij ad aliud monaſterium transferre, eique illa donare, vel tum altero monaſterio bona ſua permutare, ac ei accommodare?

SUMMARIUM.

90 *Unus Religioſus alteri religioſo ejuſdem monaſterij poteſt aliquid dare.*

91 *Prima ſententia negat poſſe dari alteri monaſterio.*

92 *Secunda & vera affirmat licitam eſſe talem donationem.*

93 *Naldus ait: quòd licita ſit permutatio de una Eccleſia ad aliam.*

94 *Extravagans loquitur de permutatione inter diverſos Prælatos.*

95 *Res unius cõventus poteſt accomodari ad aliũ.*

90. SUppono ut certum, quòd Religioſus unius monaſterij poſſit alteri religioſo ejuſdem monaſterij ſive immobile, ſive mobile pre-

Lezana. tioſum dare, Lezana *verb. Alienatio, num.*11. Quia conſtitutionibus Apoſtolicis ſolùm prohibetur ea donatio, quæ eſt alienatio, donatio autem illa inter regulares ejuſdem monaſterij, non eſt alienatio, cum dominium illius rei non transferatur; ſed maneat, ſicut antea,

Naldus. in monaſterio, Naldus *in ſumma verb. Alienatio, num.*4.

91. Quæſtio præſens primò inquirit: An bona unius monaſterij poſſunt ad aliud monaſterium ejuſdem provinciæ ac religionis ſine licentia Apoſtolica transferri, illique dari? Ne-

Bonacina. gativam ſententiam tenent Bonacina *de Alienatione bonorum Eccleſiaſtic. diſp.*2. *quæſt. unica,*

Lezana. Pellizar. *punct.*2. *num.* 14. & 17. Lezana *tom.*2.*c.*19. *num.*56. & *tom.*3. *verb. Alienatio, num.*12. Pellizar. *tract.*6.*cap.*8.*num.*24. Et probatur; quia per talem translationem verè transfertur dominium, proindeque eſt alienatio verè prohibita.

Oppoſita ſententia, quod licita ſit talis permutatio, ac donatio de re immobili, de mobili pretioſa, de uno conventu ad alium ejuſdem provinciæ, mihi videtur vera, eam tenent Riccius *in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.*38. 92.

& 74. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi allegat.* 95. *num.*62. Diana apud Pellizar. *citatum. num.*13. in eamque inclinat M. Lezana *citatus, num.*11. Riccius. Barboſa. Diana. Lezana.

Probatur; quia dominium talis rei adhuc manet ſub dominio talis Religionis, ac ſub eius Prælato, Generali, Provinciali, vel capite Provinciali, & hoc maximè video obſervari communi praxi in hoc regno Luſitaniæ; ut bona, ſive immobilia, ſive mobilia ob convenientem rationem à Provinciali, vel capite Provinciali dentur, ac transferantur à conventu pingui ad conventum pauperem, & hoc maxime in fundatione alicuius novi conventus.

Sic Naldus *verb. Alienare num.* 4. ex Innocenti *in cap. quæſitum de rerum permutatione,* 93.

& Berojo. *Conſil.*124. *num.* 14. *vol.*1. Exiſtimat clericos ejuſdem Eccleſiæ poſſe permutare inter ſe res ejuſdem Eccleſiæ abſque legitima ſolemnitate, & confirmatur: quia dans ſorori ſuæ; non dicitur alienare Gloſſa *in cap. Apoſtolica ſedes verb. Alienare de iis, quæ ſunt à maiori parte*: ergo dans alteri Eccleſiæ, ut ſorori, non dicitur alienare. Naldus. Innocent. Berojo. Gloſſa.

Unde dicendum ad Extravagantem. *Ambitioſæ*: quod in ea prohibetur permutatio, tanquã 94.

ſpecies peculiaris alienationis; ibi non eſt ſermo de præſenti permutatione, ſed de ea quæ fit inter perſonas Eccleſiaſticas, & ſæculares diverſas, ac quando transfertur dominium de uno capite ad illud, ac de uno Prælato ad diverſum. Extravag.

Ex quo bene ſequitur; quod poſſunt Regulares accommodare ad breve tempus bona monaſteriorum, ita ut merus illorum uſus concedatur, non autem dominium directum, aut indirectum, cùm per Extravagantem, ac decretum Congregationis, ſolùm alienationes prohibeantur, id autem, quòd accommodatur, non alienatur. Riccius *deciſ.*74. & 68. Bonacina, *de Alienat. bonorum Eccleſiaſticorum, diſp.*2. 95.

*quæſt. unica. punct.*2.*n.*5. Riccius. Bonacina.

QUÆSTIO XVIII.

Utrùm Regulares ſuper pecuniam poſſint nire contractum Societatis, vel montis pietatis, vel recipere ad Cambium; aut mutuum cum ſolutione lucri ceſſantis; vel alios ſimiles contractus?

SUMMARIUM

96 *Religioſi non poſſunt pecunias implicare in contractu ſocietatis.*

97 *Poſſum ponere in Monte pietatis.*

98 *Religioſi non poſſum dare pecunias ad Cambium, vel mutuas.*

99 Reli

99 *Religioſi non poſſunt accipere pecunias ad Cambium, & n. 100.*
101 *Poſſunt tamen in gravi neceſſitate.*
102 *Magna quantitas pecuniæ ſervata in monaſterio, non poteſt alienari ſine licentia Apoſtolica.*

96\. Dico primo, quod ob prohibitiones Pontificias non poſſunt Regulares implicare in contractu Societatis pecuniam monaſterij cum onere, ut inveſtiatur in bonis immobilibus fructiferis. Pelixar. *tract.* 6. *cap.* 8. *n.* 47. M. Fr. Anton. ab Spiritu ſancto *tom.* 2. *tract.* 3. *diſp.* 4. *num.* 1156. Probatur; quia ordinationes Apoſtolicæ prohibent Regularibus alienationem ob conſervationem bonorum eorum; atqui ea, quæ ſubjacent contractui ſocietatis ſunt expoſita periculo perditionis, ipſaque ſocietate res perit, ut docent communiter Doctores, cum Navarro *cap.* 17. *num.* 271. Molin. *tract.* 2. *diſp.* 415. Axor. *part.* 3. *lib.* 9. *cap.* 1. Deinde, quia jus exigendi, quod oritur ex contractu ſocietatis non eſt fixum, ac ſtabile, & perpetuum, ut volunt jura pontificia, ſed eſt inconſtans, & incertum: ergo ex jure prohibitum eſt implicari in tali contractu.

Pellizar. Fr. Ant. ab ſpir Sanct Navarr. Navarr. Molin. Azor.

97\. Dico ſecundò: Non obſtante prohibitione Apoſtolica, poſſunt regulares deponere ſuper aliquo pietatis Monte pecuniam expendendam in bonis mobilibus, idque quotannis, excipiendo certum lucrum, verbi gratia, quinque pro ſingulis centenariis. Et probatur; quia tale jus exigendi quinque pro ſingulis centenariis, cum ex ſe ſit certum, & fixum, æquiparatur bono immobili, proindeque bona deſtinata ad emptionem immobilium poterunt in tali monte pietatis conſtitui, cum pecunia, quæ in tali monte conſtituitur nulli periculo ſubjaceat, ut obſervatur in Ferraria, & ſic Coſinas II. Magnus Ethruriæ dux aſſignavit pro præfato monte Florentino feudum redditum ex vectigalibus illius civitatis; ſi verò in aliquo regno, vel civitate Mons pietatis verſatur in periculo, tunc pecunia Eccleſiaſtica, in eo non poteſt conſtitui.

98\. Dico tertiò: Prohibitum eſt Religioſis, conſtitutionibus Apoſtolicis, dare pecunias ad Cambium, vel mutuum, ſeu aliquod lucrum, verbi gratia, quinque pro centenariis alicui homini, etiam diviti, quia talis pecunia ſemper eſt expoſita periculo, quod conſtitutiones Apoſtolicæ evitare intendunt, & quamvis hoc fiat cum magna ſecuritate, ſemper hoc eſt prohibitum Religioſis, quibus omnis negotiatio intercluſa eſt, ut probant Riccius, Ugolinus, Megala, Genuenſ. & alij apud Dianam *part.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 72.

Riccius. Vgolin. Megala. Genuenſ. Diana

99\. Dico quartò: Prohibitum eſt etiam, conſtitutione Apoſtolica, ne Religioſi recipiant pecunias ad Cambium, aut mutuum cum ſolutione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, ut conſtat ex Decreto Sacræ Congregationis 21. Maij, anno 1626. ſub Urbano VIII. Ubi expreſsè dicitur. *Regulares prohibentur cenſus impónere ſuper bonis ad eorum monaſteria pertinentibus, loco cenſuum hujuſmodi pecunias ad Cambium, vel mutua accipere, cum ſolutione lucri ceſſantis, & damni emergentis.* Et ſtatim imponuntur pœnæ contentæ in conſtitutionibus Apoſtolicis, *quæſt.* 2. & 3. Decretum refert Pellixar. *citato, cap.* 8. *num.* 37. Ubi expreſsè Sacra Congregatio prohibet pecunias acceptas ad Cambium, ac mutuum.

Sacr. Congr. Pellizar.

110\. Dubitatur tamen: An ſaltem ex gratitudine poſſint regulares aliquid ſolvere mutuatoribus pró intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis? Aliqui graves Doctores affirmant, quia jura prohibentia Regularibus donationes, non prohibentur ea, quæ fiunt ex gratitudine, ut docent Rodriguez, Homobonus, Valerius, de la Crux, Axor. Molina, Zenedus, & multi alij apud Dianam 1. *part. tract.* 6. *Reſol.* 15. alij ut Pellizar. *citat. num.* 38. Simpliciter negant hoc fieri poſſe à Regularibus, quia fraus, & dolus nemini patrocinantur, quod autem dicto modo ex gratitudine ſolvitur, videtur eſſe in fraudem legis. Ego verò diſtinctione utendum exiſtimo, ſi ex pacto antecedenti aliquid ſolvitur ex gratitudinis titulo, videtur prohibitum, quia fit illo gratitudinis nomine in fraudem legis, ſi verò poſt pecunias acceptas aliquid largiatur ex mera gratitudine, non eſt prohibitum; nam gratificari beneficium acceptum, eſt ex jure naturæ.

Rodrig. Homobon. Valerius. De la Crux Azor. Molina. Zenedus. Pellizar.

101\. Dico quintò: quòd in caſu urgentis neceſſitatis, in quo non poteſt ſummus Pontifex vel Sacr. Congregatio adiri, poſſunt Religioſi pecunias ad Cambium, vel mutuum ſolvendo intereſſe accipere. Delbene *tom.* 2. *cap.* 17. *dub.* 8. *num.* 3. & hoc oſtendunt rationes, quas adduxi ſupra *quæſt.* 7. *num.* 30. & 31. Item Decreta Congregationis non tenent, ſi detur conſuetudo legitime præſcripta. Ita Delbene *citatus num.* 4. & in hoc Regno ſæpè, ſæpiùs vidi, quod Religiones graviſſimorum hominum virtute, & literis, pro neceſſitate urgenti ſumerent pecunias mutuas, & ad Cambium.

Delbene.

102\. Dico ſextò: quòd magna quantitas pecuniæ, quæ ſervatur in aliquo monaſterio, non poteſt alienari abſque aſſenſu ſedis Apoſtolicæ, & ita reſolutum fuit à Romana Rota in una Venetiarum; ubi fuit dictum, hoc procedere licèt præfata pecunia eſſet convertenda in Eccleſiæ utilitatem. Barboſa *de Offic. & poteſtate Epiſcop. Allegat.* 95. *num.* 43. M. Lezana *tom.* 2. *cap.* 19.

Rom. Rota Barboſa. Lezana.

Quæstio XIX.

Qualiter ſe debeant habere Regulares in extinguendo, ac redimendo cenſu?

SUMMARIUM.

103 *Si cenſus eſt conſtitutus ut redimatur, tunc fieri poteſt, aliter non.*
104 *Pecunia ex illo cenſu extincto eſt implicanda in re immobili.*
105 *Tali pecunia non poſſunt ſolvi debita conventus.*

103\. Dico in hoc; quòd poſſunt Regulares ſine ſolemnitatibus juris admittere extinctionem, & redemptionem cenſus legitimè conſtituti, ſi talis naturæ eſt, ut redimi valeat

quoties

quoties debitoe voluerit, quia tunc fieret ei
magna injutia contra natuiam contractus; ſi
verò cenſus talis natuiæ non eſt, ſed abſolu-
tè, & veluti perpetuo eſt impoſitus, ut in
manu Religioſorum ſit illum exungnere, vel
non; tunc non poſſunt illius extinctionem
admitteee; hoc enim eſt alienate bona Con-
ventus, & ita video obſervari in praxi.

Pecunia, quæ reſultat ex cenſu extincto,
104. non eſt conſumenda à Regulatibus, cum re-
ſultet ex te immobili, ut patet ex ſupradictis,
ſed aliud immobile ex illa eſt comparandum,
vel ſi Conventus haber aliquem cenſum ſu-
per ſua bona conſtitutum, tali peccunia, ut ad-
vertit Pellizar *ſupra citatus, in.* 43. poteſt extin-
Pellizar. gui, ac eedimi ſine licentia S. Congregationis:
quia tunc non fit alienatio bonorum, ſed po-
tius acquiſitio.

Tali autem pecunia ex cenſu extincto non
105. poſſunt Regulares ſolvere debita Conventus,
etiamſi quotannis pro debito ſolvant inte-
reſſe: nam Sacta Congregario declaravit,
non debere alienari cenſus pro ſolutione æris
alieni debiti, ut Gavantus tenet *in Enchiridio.*
Gavant *verb. Alienatio. num.* 40. nec his advertatur,
quod inde magnum commodum Conventus
ſequatur, cum à ſolutione intereſſe abſolvatur,
quod enim talis alienatio ſit utilis Eccleſiæ,
non eſt alienandi ſufficiens cauſa, inconſulta
Congregatione; ad ipſam Congregationem
pertinet de hac utilitate iudicare.

Quæstio XX

An res gravatas debitis alienis poſſint Regulares alienare?

SUMMARIUM.

106 *Res gravatas debitis ſine nlla ſolemnitate poſſunt regulares alienare.*
107 *Si ſatisfacta parte, aliqua pecunia reſtat, implicanda eſt in rebus immobilibus.*

Dico, quod res gravata debitis alienis
106. abſque ſolemnitate poteſt vendi, & alie-
nari, ut parti ſatisfiat, etiamſi res iam ſit
incorporata Eccleſiæ, quando alia via ſatis-
fieei non poteſt, quia illud legatum ſempee
maner obligatum, & legatarius non poteiat
donate, vel eelinquere, quod alteri erat de-
bitum, ut ex Pariſ. & Grilen. tenet Bordon.
Pariſius *Reſolut.* 27. *num.* 63. & non ſolùm ſtante judi-
Grilem. cis ſententia, vel petitione partis, ſed etiam
Bordon. abſque eorum interventu, ſatis eſt, quod ne-
ceſſitas urgeat ſatisfaciendi in conſcientia, ut
tenet Rodoan, *quæſt.* 51. *de Alienatione, cap.* 8.
Redoan. *num.* 18.

Si res aſtricta ære alieno venditur, & ſatis-
107. facta parte adhuc eeſtat magna pecuniæ quan-
titas, non poteſt conſumi, ſed implicanda eſt in
eebus immobilibus; ex illis enim habetur, ac
reſultat, eotúmque naturam ſortitue ut ſupra
diximus.

Quæstio XXI.

An Regulares ſine licentia Sacræ Congregationis poſſint alienare bona ſibi relicta tali conditione, ut ea liberè poſſint alienare?

SUMMARIUM.

108 *Prima ſententia negat.*
109 *Secunda & vera affimat.*
110 *Solum prohibentur alienari res Eccleſia abſolutè data.*
111 *Res relicta ut nunquam alienetur urgenti neceſſitate poteſt alienari, & n.* 112.

IN hac re Armilla, Riccius, Quaranta alle-
gati à Caſtro Palao citando, tenent quod 108.
talis res non poſſit alienari, talis condi- Armilla.
tio ut turpis, ac contraria iuri rejicienda eſt, & Riccius.
tanquam nòn appoſita. Quaranta.

Oppoſita ſententia mihi videtur probabi-
lior, eam tenent Caſtro Palaus *tract.* 11. *diſpu-* 109.
tatione unica, de rebus Eccleſ. non alienand. Caſtr. Pal.
punct. 15. §. 2. *num.* 14 Filliucius *tractatu* 44.
num. 29. Bordon. *Reſol.* 27. *num.* 69. & Proba- Filliu. cit.
tur: quia teſtator, ut dominus ſuarum re-
rum, poteſt eas relinquere cum tali, & tali
conditione, quod verbi gratia, poſt aliquot
annos tranſeat ad ſuos conſanguineos, &
talis tranſlatio poteſt fieri abſque licentia
Sacræ Congregationis, ut patet ex *l.* 1. & 3.
C. quando decreto opus non eſt. In quo etiam L. 1. & 3.
conveniunt Quaranta, Vgolinus, Barboſa Quaranta,
citati ab eodem Caſtro Palao; ergo in pro- Vgolin.
poſito caſu poteſt inſtituere, ut ſua bona tranſ- Barboſa.
ferantur.

Deinde illa conditio non eſt rejjcienda ut
turpis, ac iuri contraria, cum ius ſolum prohi- 110.
beat alienare res, quæ ſunt Eccleſiæ abſoluté
& perpetuo, non vero res, quæ ſunt datæ ei,
ut eas retineat quandiu ei placuerit, vel
vendat.

Si verò quæras: An legatum eelictum Re-
gularibus ſub bac conditione, ut nunquam 111.
alienari poſſit, an occurrente iuſta cauſa,
ſervata debita ſolemnitate, alienari poſſit?
Reſpondeo affirmativè, interveniente urgen-
ti neceſſitate, cui alio modo ſubveniri non Goffrid.
poteſt, quia tunc alienatio non eſt voluntaria, Hoſtienſ.
ſed neceſſaeia. Goffridus, Hoſtienſis, Inno- Innocent.
centius, Panormitan. Sylveſter, Azot, Ca- Panormita. Sylveſt.
ſtro Palaus *num.* 15. quos citat, & ſequitur Azor.
Pellizar. *tract.* 6. *c.* 8 *n* 54. Caſtr. Pal.

Idemque dicunt citati Auctores in caſu Bellarm.
maioris utilitatis conventus, quia in boc caſu 112.
illud iura concedunt, cui teſtator non poteſt
contradicere; ſed boc mihi non placet; quia
teſtator ut dominus ſuarum rerum poteſt eas
legaee, ac donare prout voluerit, ut de fa-
cto vult illam hæreditatem perpetuò in mona-
ſterio conſervari ad monomentum ſuæ memo-
riæ, ac nominis, vel ut onus affixum miſſa-
rum, verbi gratia, exactius obſervetur, & in
oblivionem non abeat.

O QUÆ

Quæstio XXII.

Vtrum poſſint Regulares alienare bona immobilia, quæ tempore facta ſunt inutilia?

SVMMARIVM.

113 *Si in bonis ſterilibus nulla ſit ſpes utilitatis, poſſunt alienari, non vero ſi detur aliqua, & n.* 114.

115 *Probatur prædicta reſolutio.*

116 *Prædium relictum à teſtatore cum onere.*

117 *Domus relicta Monaſterio, & ſæculari, ſi ſæcularis vult vendere, poteſt & Monaſterium.*

113. BOna Conventus in duplici differentia conſideranda ſunt, vel ita ſunt de præſenti ſterilia, ut tractu temporis poſſint eſſe utilia, vel quia nulla eſt ſpes eorum utilitatis, ſed perpetuùm habentur ut infructifera.

114. Dico ergo, quod ſi talia bona ita facta
ſunt ſterilia ut ſit ſpes aliqua eorum utilitatis,
quod non poſſunt Regulares alienare; maxi-
Filliuc. mè verò ſi nulla ſit ſpes. Filliucius *tr* 44.*c*.4.
Bonacina. *num*.6. Banacina *de Alienation. bonorum, quæſt.*
Quaranta, *unica.punct.* 2.*num*.9.§. *Rurſus patet.* Quaranta
Rebuff. *verb. Alienat.n*.37 cum Rebuffo, & aliis Leza-
Lezana. na *tom*.2.*c*.19.*n*.55.

115. Probatur prima pars: quia lex Eccleſiaſtica prohibet alienationem bonorum Eccleſiæ pro eorum conſervatione tam de præſenti, quam de futuro; atqui illud de futuro poteſt eſſe utile: ergo ſine ſolemnitate requiſita alienari non poſſunt, nec in eis extingui cenſus impoſitus. Secunda pars inde oſtenditur, quia tale immobile idem eſt Conventui, ac ſi non eſſet, & ideo cenſus in eo impoſitus pro rata periit: nam iuxta Conſtitu-
Pius V. tionem Pij V. *de cenſibus*. Extincto prædio
ſuper quod cenſus eſt impoſitus, extinguitur
obligatio cenſus; & ideo talis remiſſio non
eſt dicenda voluntaria, ſed neceſſaria, ut
L.1.ff. probatur ex *l*.1.*ff.de Fund. dot.l. Alienationes,ff.*
L.Alienat. *famil.* Megala 2.2.*lib*.1.*c*.91.*n*.91.

116. Similiter dicendum cum Molina, Leſſio?
Molina. Medina, & aliis quos citat & ſequitur Bor-
Leſſius. don. *Reſolut*.17. *num*.3. de prædio relicto à
Medina. teſtatore, qui antea inierat contractum cum
Bordon. alio de illius permutatione, poſſunt tunc Regulares ſine ſolemnitatibus talem permutationem facere, quia illa permutatio non eſt vera alienatio, ſed potius executio contractus initi à ſuo teſtatore, ac legatario, & res tranſit cum ſuo onere.

117. Idem etiam dicendum cum eodem Bordo-
Bordon. nio *citato,num*. 5. ſi domus, vel vinea, v.g. relinquatur diviſim Eccleſiæ, ac ſæculari: tunc ſæcularis ſi vult vendere ſuam partem, poteſt Eccleſia ſine alia facultate vendere etiam partem ſuam; ſæcularis enim tunc utitur
L. Cum eo. iure ſuo, licet præiudicium afferat tertio,
Megala. *l. Cum eo, ff. de ſervit. vrb. Præd.* Megala *ſecunda ſecunda. lib*. 21.*cap*. 3. *num*. 11. Tamen pecunia illa pertinens ad Eccleſiam, ſi fuerit bonæ quantitatis implicanda eſt in bonis immobilibus.

Quæstio XXIII.

Vtrum Regulares ſine debita ſolemnitate gregem pecudum, armentum boum vendere, & arbores cædere in ſuis prædiis valeant?

SUMMARIUM.

118 *Regulares, greges pecudum, bene tamen eorum fructus, alienare non poſſunt*

119 *Arbores ſi utiles, non poſſunt cadi, ſecus vero, ſi inutiles.*

120 *Poſſunt cadi arbores, ut meliores ponantur, & ad reparandam Eccleſiam.*

121 *Poſſunt arbores moderate cadi pro uſu domus, & etiam ut vendantur.*

SUb communi prohibitione, quod bo- 118.
na, quæ ſervando ſervari non poſſunt,
quæ nempe, per triennium durant, & uſu
non conſumuntur, vel fructificant: veniunt grex pecudum, & armenta boum, eorúmque præſepium, & inde ſine debita forma iuria non poſſunt alienari: bene tamen fructus gregis & armenti, vendendo, nempe, oves, capras, vitulos, & pullos; hæc enim æquiparantur fructibus camporum, areæ, ac vineæ, & ſimiliter, aliqui boves, vel oves ex ipſo grege, ut ſolent facere alij paſtores, cum hoc non fiat multa ipſius gregis diſſipa-
pațione. Ita Suarez *tom*.4. *de Religione, tracta-* Suarez.
tu 8.*lib*.2.*cap*.27.*num*.19. Filliucius *tractatu* 44. Filliucius.
cap.4 *num*.24. M.Lezena *tom*.2.*cap*.19.*num* 55. Lezana.
Molina, Quaranta, Leſſius, quos citat, & Molina. Quaranta.
ſequitur Bonacina *de Alienat.quæſt. unica, punct.* Leſſius.
2.*num*.4. Bonacina.

Quantum ad ſecundum dico contra Bona- 119.
cinam *citatum,num*.8.& *de Contractibus,diſp*.3.
quæſt. 8. *num*. 19. Quod arbores ferè caducæ, vel umbratiles, ſeu nimis condenſæ, quarum conſervatio prædiis potius eſt nociva, quam proficua, bene poſſunt cædi: at verò ſi arbores ſint fructiferæ, utiles, vel magnæ æſtimationis, & maximè inſerviunt ad ornatum, & elegantiam, quibus ablatis, prædium fit
deterioris conditionis præſcindi non poſſunt.
Ita Navarrus, Rodriguez, Quaranta, quos Navarr.
citant, & ſequuntur Peirin. *tom*. 1. *Privileg.* Rodrig.
Conſtitut.9 *Iulij I I. annot*. 17. Caſtro Palaus *de* Gavant.
rebus Eccleſ.non alienand.punct. 15.§. 1. *num*.7.& Peirin.
& Probatur: quia arbores ſunt bona mobilia Caſtr.Pal.
pretioſa, ac magnæ æſtimationis, quæ ſervando ſervari poſſunt; ergo veniunt ſub hac prohibitione.

Ex his deducitur, quod non incidit in 120.
cenſuras qui arbores extirpat, ac cædit, ut vineam, ac alias utiliores ibi conſtituat, ut
docent Riccius *deciſ*.136. Rodriguez *quæſt*.17.
artic.4. Navarrus *Conſil*.6.& 7. Nec etiam liga- Riccius.
tur cenſuris, qui ſine debita ſolemnitate Rodrig.
amputat arbores ad reparationem Eccleſiæ, Navar.
quia hoc non videtur alienatio, ſed localis mutatio,

Bonacina. mutatio; & hic caſus videtur per Epiichiam exceptus ob neceſſitatem. Ita Bonacina *de Alienat. loco citato, n. 8. §. Tertius caſus eſt.*

121. Tandem ſequitur, quod Eccleſiaſtici, ac Regulares poſſunt in utroque fotofaecere cæſionem arborum moderatam, abſque notabili damno pro uſu foci, ac domus, & etiam ad vendendum; ſecus verò ſi talis cæſio fuerit immoderata, ac indiſcreta. Et probatur: quia Eccleſiaſticus debet uti arboribus, & fundo L. Item. arbitrio boni viri tanquam bonus Paterfa- Quaranta. milias, *l. Item ſi fundi, ff. de uſufruct.* Vt etiam notat Quaranta *verb. Alienat. num. 33. in fine.* At boni Patresfamilias communiter, ſingulis annis cædunt aliquas arbores in ſuis fundis pro uſu foci, & etiam ad aliquam partem vendendam, teſte experientia: ergo Caſtr. Pal. & ſimiliter Eccleſiaſtici poſſunt ſe gerere. Caſtro Palaus *tract. 9. de rebus Eccleſ.* Pellizar. *non alienand. punct. 15. §. num. 7.* Ingenioſus Fr. Ant. ab quidam Recentior apud Pellizarium *tract. 6.* Spir. Sanct. *cap. 8. num. 98. §. Imo ingenioſ.* M. Fr. Anton. ab Spirit. Sanct. *tom. 2. tract. 3. diſput. 6. ſect. 6. num. 1182.*

QUÆSTIO XXVI.

An Religioſi poſſint alienare reliquias Sanctorum, at oblationes ex devotione fidelium?

SUMMARIUM.

- 122 *Reliquiæ Sanctorum non poſſunt alienari.*
- 123 *Ratio Reſolutionis.*
- 124 *Vota fidelium magni valoris, non poſſunt alienari, maximè minimi.*
- 125 *Donata pretioſa cum clauſula, ut non alienentur, etiam Apoſtolicè confirmata; ſi fiunt inutiles, poſſunt vendi ad aliam rem utilem, & n. 126.*
- 127 *Quid Prælatus Eccleſiæ de his valeat ordinare, & n. 128.*

122. Dico in hac re; quod ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, ac aliis ſolemnitatibus requiſitis, non poſſunt Regulares inſignes reliquias Sanctorum, quæ in ſuis Eccleſiis habentur, & inde conſequenter reliquias, ſeu corpora, quæ in monumentis per- Bonacina. petuo conſtitutæ ſunt extrahere, & aliena- Diana. re. Ita Bonacina *de Alienatione bonorum Ec-* Dicaſtil. *cleſiæ, diſp. 2. quæſt. unica, punct. 2. num. 31.* Diana *4. part. tract. 4. Reſol. 223.* Dicaſtill. *de juſtitia, lib. 2. tract. 15. diſp. 1. dub. 6. num. 27.* & alij contra Caſtrum Palaum *tract. 12. diſp. unica, de rebus Eccleſiæ non alienandis, punct. 15. §. 1. num. 8.* pro ſe citantem Riccium, Bonacinam ſibi contrarium *de Contractibus, diſp. 3. q. 8. punct. 4. num 17.*

123. Et ratio noſtræ reſolutionis eſt: quia in hac prohibitione comprehenduntur bona pretioſa immobilia quamvis temporalia: atqui reliquiæ Sanctorum ſunt ſuper omnem temporalem æſtimationem, nec pretio æſtimari poſſunt: ergo à fortiori veniunt in hac prohibitione: cum hoc tamen bene ſtat, quod aliqua reliquia poſſit dari de una Eccleſia, ac de uno Conventu ad aliam Eccleſiam, ac ad alium Conventum, dummodo Eccleſia dans non ſit defraudata, vel ſi aliunde ei fiat magna recompenſatio, & in hoc ſenſu intelligenda eſt ſententia aliorum Doctorum.

Dico ſecundò, quantum ad oblationes, 124. ac vota fidelium facta alicui imagini, ſi fuerint magni valoris, auri, & argenti, vel alterius eximij valoris, quæ ſervando ſervari valent, non poſſunt alienari; ſecus ſi fuerint parvi, & minimi valoris. Riccius Riccius. *deciſ. 102.* Bonacina *diſputatione 2. quæſtione* Bonacina. *unica, de Alienatione, punct. 2. num. 6.* M Le- Lezana. zana *tom. 2. cap. 19. numero 57. prope finem.* & Probatur: quia huiuſmodi vota ſi ſint magni valoris habentur tanquam bona immobilia pretioſa, proindéque alienari non poſſunt, ut diximus, aliter ſi ſint minimi valoris; tamen eſto ſit magni valoris, ſi aperiè & evidenter ſunt inutiles communi praxi video transmutari in aliud ad ipſius Eccleſiæ, vel imaginis ornamentum, ac obſequium.

Ex quo patet reſolutio cuiuſdam caſus. 125. Quædam Regina cuidam Monialium Monaſterio in hoc Regno Portugalliæ donavit quædam mobilia pretioſa, conditione appoſita, ut nunquam alienari, vel vendi poſſent, & ad hoc impetravit Bullam à Romano Pontifice abſque ullis cenſuris, & inter illa pretioſa erat quædam Porta-pax; tamen per novum Miſſale Romanum, uſus illius inſtrumenti dandi pacem ſublatus eſt; quæſitum eſt: An ille Conventus poſſet vendere, & alienare illam porta-pacem, & aliam pretioſam rem mobilem emere ad uſum altaris, ad cuius miniſterium relicta eſt à Regina?

Optimè reſponderunt Viri Doctiſſimi, 126. quod talis res pretioſa bene poterat vendi, ac alienari, ut commutaretur in aliam rem ad uſum altaris. Fundamentum eſt: quia ceſſante fine legis, ceſſat lex, *cap. Cum* C. Cū ceſ. *ceſſante de Appellationibus, l. Finali, ff. de hæredum inſtitut.* Navarrus *in Conſiliis, titu-* Navarr. *lo de ſententia Excommunication. Conſilio 57.* Suarez *lib. 6. de leg. cap. 9. numero undecimo.* Suarż Atqui in prædicto caſu ceſſavit finis donantis, & finis Papæ Confirmantis: nam mens donantis erat, ut ſerviret in altari; atqui talis uſus per novam Eccleſiæ cæremoniam eſt ablatus: ergo ceſſavit finis fundatricis, ac Papæ Confirmantis, quia iam non poteſt inſervire in altari. Et confirmatur: quia conſtitutiones Summorum Pontificum poſitæ in iure communi, interveniente rei inutilitate non obligat, ſed poſſunt alienari ad maiorem utilitatem Eccleſiæ, ut ſupra diximus; & per multos Textus ad Doctores citatos ad marginem probat Rodriguez *tom. 1. qq. Re-* Rodrig. *gularium, q. 27. art. 2.* ergo nec illa confirmatio Apoſtolica obligat in prædicto caſu.

Si verò quæres: An teſtator inſtituens Mo- 127. naſterium hæredem, cum ſufficientibus, poſſit hanc conditionem apponere, ut oblationes in tali Eccleſia factæ expendantur in pios uſus ipſius? Reſpondeo, quod laicus abſolute non poteſt talem conditionem apponere, cum

non detur utilitas conventus: Affirmativè reſpondet Pellizar. *tract. 6. cap. 15. num. 18.* nam ad hoc nec *Clementina Religioſus Procuratorib.* Pellizar. ClemRel. nec alij textus requirunt conventus utilitatem ſolùm enim hoc poſtulant, quando ipſemet Religioſus dicitur procurator.

11. At verò ſi Religioſus non fuerit conſtitutus procurator, ſed ſimplex nuntius, poterit alterius nomine dicere, ac nominare procuratorem etiam ſine licentia Prælati; nam hoc non eſt ſubſtituere procuratorem, ſed nomine alterius illum dicere, ac nominare. Ita Caſtro Palaus *tract. 16. diſp. 4. punct. 12. §. 3. num. 7.*

Quæstio IV.

Vtrum ſi poſt litem conteſtatam, Procurator alicuius ingrediatur religionem, poſſit tunc illam cauſam proſequi?

SUMMARIUM.

12 *Non poteſt tale munus proſequi?*

12. Reſpondeo non poſſe, tam tempore novitiatus, quàm poſt emiſſam profeſſionem, proindeque revocandum eſſe, ut conſtat tum L.Aut. ex *L. Aut Religionis iuxta legem præcedent. ff. de Procuratorib.* Tum etiam, quia procurator, interveniente iuſta cauſa, poteſt revocari: hic autem intervenit iuſta cauſa ratione ſtatus religioſi, ut patet. Ita Sanchez *in Decalog. lib. 6. cap. 15. num. 26.* ex Iacobino de S. Georgio, & alijs.

Quæstio V.

Prælatus regularis, tenetur religioſo Reo dare advocatum, & an hic poſſit eſſe ſæcularis?

SVMMARIVM.

13 *Advocatus dandus de iure naturali.*
14 *In cauſa graviſſima, & rara poteſt dari advocatus ſæcularis.*
15 *In Religione non ſervantur apices iuris.*

13. Conveniunt omnes, Prælatum regularem teneri de iure naturali dari Religioſo reo advocatum ſufficientem, qui illum defendat, patrocinetur, ac conſilium præbeat: Advocati patrocinium pertinet ad ius naturale. Ita Alderete *lib. 1. Diſciplina Religioſa, c. a. n. 3.* & patet ex *cap. Ex litteris de officio iudicis* & Gloſſa *ibidem verb. implorando.* Alderete. C. Ex litter. Gloſſa.

14. Ex quo ſequitur, quod ſi in Religione nullus eſſet omnino ſufficiens religioſus, qui in re graviſſima reum defendat, tenetur Prælatus illi dare advocatum ſæcularem valdè idoneum, quia ſi ex iure naturæ requiritur advocatus, requiritur advocatus ad tale negotium ſufficiens. Dixi (in re graviſſima) quia in cauſis levibus, & ordinariis, id non concederem, pro hac ſententia ſtat Paulinus Bertus Paulin. Bert. vir doctiſſimus Ordinis S. Auguſt. *in praxi criminali, fol. 272.* ubi ait: In ſua Religione numquam fuiſſe datum advocatum ſæcularem alicui religioſo, niſi ſemel tantùm in una cauſa, in qua agebatur de condemnatione cum periculo vitæ; & in tali cauſa, advocatum ſæcularem recluſum fuiſſe cum reo in una domo ſecreta, ne ordinis fama, & ſecretum periclitaretur. Idem tenet Rodrig. *tom. 2. quæſtionum, quæſt. 19. art. 4.* Rodrig. Affirmans non eſſe conſuetudinem in religionibus dari advocatum ſæcularem, maximè cum hodie in Religione ſint multi viri; & maximè in praxi criminali ſufficienter verſati.

Pro hac facit etiam, quòd tradit idem Ro- 15.
drigvez *eodem tom. 2. quæſt. 3. §. Pro cuius, &* Rodrig.
§ ſequenti. Vbi dicit, ideò in Religionibus non ſervari apices iuris, ne Religioſi teneantur conſulere legiſperitos ſæculares, cum Rodrig. cohæret Miranda in ordine iudiciali, Miranda. *quæſt. 14. art. 7. concluſ. 4.* non enim decet ſecreta religionis ſciri ab advocatis ſæcularibus. Et confirmatur; quia in cauſis, in quibus proceditur de plano ſine iuris apicibus, videtur quod non ſit obligatio dari advocatum, ut colligitur ex *Clem. emina, ſæpè contingit, de Verborum ſignificatione* Clem ſæpe. Vbi dicitur, quòd quando cauſa committitur cum clauſula: *Vt procedatur de plano*: ait Pontifex; & abſint *Partium, Advocatorum, & Procuratorum contentiones*: At Prælati Religionum, habent privilegium, ut in cauſis Religionum procedatur, de plano, non ſervatis iuris apicibus, ut infrà dicam.

RESOLUTIO VII.

Alienatio.

Quæstio Prima

Quid ſit alienatio?

SUMMARIUM.

1 *Propriè & ſtrictè, quid ſit alienatio.*
2 *Quid ſit dominium directum, & utile.*

Alienatio propriè, & ſtrictè, eſt omnis actus, per quem dominium 1.
transfertur, ſi latè autem ſumatur in materia favorabili, etiam comprehendit conductionem ad longum tempus, ſeu perpetuam donationem, venditionem, permutationem, & emphyteuſim perpetuam, & etiam contractum ſub conditione factum, patet ex *cap. Nulli liceat, de rebus Eccleſiæ non alienandis,* Hoſtienſi, Archidiacono, & Sylveſtro, *verb. Alien. & emphyteuſis, quæſt. 6.* Leſſio *lib. 2. de iuſt. cap. 24. dub. 11.* Covar. *2. variar. cap. 16. & 17.* Baſſeo *verb. Alienatio, num. 1.* Villalobos *2. part. ſumma. tract. 25. difficult. 17.* C. Nulli. Hoſtienſ. Leſſius. Covar. Baſſeus. Villalob.

Cum ergo alienatio importet actum, per 2.
quem dominium transfertur, ut diximus, duplex dominium conſideratur: *Directum & utile*: & ut explicat Leſſius *lib. 2. cap. 3. dub. 1. num. 4.* Leſſius. Dominium directum continet ſolam rei proprietatem, unde continens hoc dominium

nium, dicitur proprietarius; eius vero, ut notat
Molina. Molina *de contractibus*, *tract.* 2. *diſp.* 464. actus
ſunt venditio, donatio, & permutatio. *Dominium autem utile*, ſolam continet rei utilita-
tem, & commoditatem; eius actua, ut refert
Quaranta. Quaranta *in ſumma Bullarij*, *v. Alienatio*, *n.* 16.
ſunt ſex, videlicet, ſuperficiarius, locatio, emphyteuſis, libarius, feudus; & precaria; his
etiam iuxta Molinam *citatum*, adde actus, quibus res alteri traditur, & nō pertinet neque ad
dominium directum, neque utile; manet tamen periculo alienationis obnoxia, ut pignus & hypotheca; de his omnibus latè Iuriſtæ, de his autem, quæ ſolum ad regulares pertinent, agimus.

Quæſtio II.

De multiplici prohibitione, quæ datur de rebus Eccleſiæ non alienandis maximè de Extravagante: Ambitioſæ.

SVMMARIVM.

3 *Multiplici iure prohibita rerum Eccleſiaſticarum alienatio.*
4 *Extravagans*: Ambitioſæ,
5 *Sententia affirmat, quod multis in locis non ſit in uſu.*
6 *Alia ſententia affirmat eſſe receptam quoad nullitatem, non quoad pœnas.*
7 *Vera ſententia aſſerit, receptam quoad omnia*
8 *Recepta in Hiſpania & Luſitania.*
9 *Probatur vera ſententia.*

3. VAldè ſolemnis omni communi iure poſitivo rerum Eccleſiaſticarum alienatio
l. Iubemus. eſt prohibita, iure civili *l. Iubemus*, & *Authent.*
Authent. *Hoc ius porrectum*, *de Sacroſanct. Eccleſ.* & hoc
determinatum, ac præceptum in multis decre-
Trident. tis, ac decretalibua, & etiam in Conc. Trid.
ſeſſ. 25. *cap.* 11. *de reform.* & de hac re multæ ſunt
Paul. II. conſtitutiones Apoſtolicæ talem alienationem
Paul IV. prohibentes, præſertim à Paulo II. Paulo IV.
Pius IV. Pio IV. *in Bulla*, *quæ incipit*: *Provida.* Et
hoc etiam rigidè prohibent conſtitutiones ſpeciales ſacrarum Religionum, & in hac re
Extravag. valdè celebris eſt Extravagans Pauli II. *Ambitioſæ. de rebus Eccleſiæ non alienandis*: Eſt
in corpore iuris, & ſic habet.

4. *Omnium rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, omnéque pactum, per quod ipſorum dominium transfertur conceſſionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in caſibus iure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc cum evidenti Eccleſiarum utilitate, ac de fructibus & bonis, quæ ſervando ſervari non poſſunt, pro inſtanti temporis exigentia, hac perpetuo valitura conſtitutione fieri prohibemus.* Quod præcipit obſervari ſub pœna excommunicationis. Prælatum verò alienantem, ſi pontificali, vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ab ingreſſu Eccleſiæ interdicit; alios verò Prælatos inferiores ſuis officiis & dignitatibus, ipſo facto, abſque ulla declaratione, privatos eſſe denuntiat, quæ

omnia per ſequentes quæſtiones altius ſunt examinanda, & de his pœnis quæſtione ultima.

An verò hæc Extravagans ſit hodie uſu recepta, & in praxi; maximè dubitatur. Sylveſt 5.
v. Alienatio n. 13. ait, non eſſe moribus utentium Sylveſt.
receptam. Bonac. *de Alienatione*, *diſp.* 2. *q. unica.* Bonacina.
punct. 5. §. 1. *n.* 4. teſtatur eſſe paucisſimis in locis
uſo receptam, non ſolùm quoad privationes officiorum, ſed etiam quoad cenſuras, cui ſententiæ videntur adhærere. Delben. *tom.* 2. *c.* 17. Delben.
dub. 4. *ſect.* 2. *n.* 15. & Ventigr. *de Alienat. art.* 1. Ventigr.
§. 4. *n.* 19.

Alij è contra dicunt, quod Extravagans recepta ſit, & in uſu, ac praxi quoad nullia- 6.
tem contractus, nō verò quoad pœnas excom- Sarment.
municationis, ac alias Ita Sarmentus, Toletus, Toletus.
Caietan. Salzedo, Quaranta, *Zenedo*, Gamma; Caietan.
quos citāt & ſequuntur Sayr. Clavis Reg *lib.* 4. Salzed.
c. 4. *n.* 15. Azor. *p.* 2. *lib.* 9. *c.* 2. *verſ.* *Quod attinet.* Quaranta.
Molina *de iuſtitia*, *tract.* 2. *diſp.* 466. *n.* 10. Zenedo. Gamma. Sayrus. Clav. Reg.

Tamen ſimpliciter eſſe uſu, ac praxi recepta, 7.
tenent Balbinus, Riccius, Henriquez, Redoan. Azor.
Fachin. Maſtrill. Camillus, Filliucius, Caſtro Molina.
Palaus, Marcus Anton. Genoven. Gutier. quos Balbin.
citat ac ſequitur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi*, Riccius.
3. *p. alleg.* 95. *n.* 49. & *in Collectan. ad dictam Extravagant.* Tamburin. *de iure Abbatum*, *diſp.* 13. Henriq.
quæſtio 12. *n.* 18. M. Lezana *in Conſiliis*, *conſil.* 25. Redoan. Fachin.
n. 35. *& ſeqq.* Maſtric. Camillus.

Et quod ſit communi uſu recepta in tota Filliuc.
Hiſpania, & Portugallia teſtatur Avendan.
Salzedus, Dias Gutier. Molina, quos citat, ac 8.
ſequitur Phœbus *deciſ.* 82. & quod in noſtra Caſtr. Pal.
Luſitania habeatur in communi uſu affirmant Marc. Ant.
Barboſa apud Tamborin. *citatum*, Gamma, Gen.
Caldas, ut refert, ac ſequitur Phœbus *ſupra*, Gutier.
Rebellus *de iuſtitia*, 2. *lib.* 10. *q.* 5. *n.* 9. Molina & Barboſa.
alij, ut teſtatur Fragoſus 2. *part. lib.* 11. *diſp.* 24. Tambur.
§. 5. *num.* 6. Lezana. Avendan. Salzed.

Probatque hanc ſententiam Filliuc. *tract.* 44 Dias Gut.
l. 1. *n.* 8. cum Vaſq. Quaranta, tum quia ex eo Molina.
quod eſt inſerta in corpore iuris, indéque præ- 9.
ſumitur uſu recepta, niſi contrarium probetur: Phæbus.
tum quia quotidie ea citatur in foro iudiciali, Barboſa.
& Romana Curia pro eius obſervantia pu- Tambur.
gnat: tum quia praxis Dataria ita ſe habet, Gamma.
& iuxta illam ſe regit in expediendia Brevi- Caldas.
bus: tum quia in Sacra Pœnitentiaria quoti- R. bellus.
die emanant abſolutionea à cenſuris, diſpen- Molina.
ſationes, & habilitationes quoad cōtravenien- Fragoſ.
tes, quod eſt ſignum Papam eam velle ob- Filliucius.
ſervari, abſolutè loquendo. Ita Filliucius ad- Vaſquez.
dens tamen *num.* 9. huiuſmodi conſtitutionem Quaranta.
in aliquibus partibus non eſſe uſu receptam
quoad pœnas, & cenſuras, maximè verò quoad
nullitatem.

Quæſtio III.

Proponitur aliud decretum Vrb. VIII. prohibentis alienationem rerum Eccleſiaſticarum?

SUMMARIUM.

10 *Decretum Vrbani VIII. revocantis omnia privilegia.*

Qvæstio V.

An in his prædictis caſibus, ut fiat alienatio conſulenda ſit Sacra Congregatio?

SUMMARIUM.

18 *Status quaſtionis.*
19 *Adhuc in illis caſibus neceſſaria eſt facultas Sacræ Congregationis.*

18. Extravag. Vrb. VIII. IN Extravaganti *Ambitioſæ*: prohibetur
quod non fiat alienatio, niſi *Conſulto Romano Pontifice*: & Decretum Vrbani VIII. ait,
quod non fiat, niſi *habita licentia à S. Congregatione*; & tamen in talibus Decretis excipiuntur caſus à iure permiſſi, qui ſunt illi quinque ſuperiori quæſtione annumerati; ideo in præſenti inquiritur; eam ad illos neceſſaria ſit facultas S. Congregationis?

19. Lezana. Pellizar. Barboſa. Reſpondeo affirmativè. Ita M. Lezana *tom.* 1. *c.*10.*n* 4. Pellizar. *tract.*6.*c.*8.*n.*123. Barboſa cum multis *de poteſtate Epiſcopi, part.* 3. *allegat.*95: *num.* 2. quia Sacra Congregatio reſervat ſibi jus iudicandi, an in tali caſu cum talibus circunſtantiis detur vera cauſa, vera neceſſitas, utilitas: vel inutilitas ad alienandum; & quamvis hi caſus ſint permiſſi à iure, tamen non poteſt fieri alienatio, niſi interveniente cauſa, quæ iudicanda eſt à Sacra Congregatione, quæ ſibi hoc judicium reſervavit, & merito ſanè, quia experientia compertum eſt, quod ſæpè neceſſitas, utilitas, vel inutilitas ad alienandum fabricatur, ac cõponitur ob varios reſpectus, & ideo ſanctiſſimè S. Congregatio judicium de tali utilitate, vel inutilitate ſibi reſervavit, ita obſervatur communi praxi in Curia Romana.

Quæstio VI.

Quæ ſolemnitates requirantur ex iure ad alienandam rem Eccleſiaſticam?

SVMMARIVM.

20 *Quinque requiruntur.*
21 *Prima: licẽtia Prælati juxta ſuas conſtitutiones.*
22 *Secunda: tractatus Capituli, ſeu communitatis.*
23 *Tertia: Conſenſus Capituli, & n.*24.
25 *Quarta conditio: ſubſcriptio, & ſufficit per manum notarij.*
26 *Si minor pars cognoſcit evidenter damnum eſſe, non tenetur ſubſcribere.*
27 *Quinta conditio: licentia Congregationis, & num.*28.
29 *Si contractus ſit in favorem Eccleſiæ eſt validus, etſi ei deſit aliqua ſolemnitas.*

20. SEcundum jus antiquum, quatuor requiruntur conditiones ad alienandam rem Eccleſiaſticam, ſcilicet, auctoritas Prælati, tractatus habitus cum Capitulo, illius conſenſus, ſingulorum ſubſcriptio, ſaltem per Notarium; nunc verò ex decreto Vrbani VIII. addenda eſt quinta conditio, ſcilicet, licentia S. Congreg. Vrb. VIII.

21. Prima conditio eſt *Auctoritas Prælati*, id eſt, illius licentia, Abbatis in Monachis, Provincialis in Mendicantibus, Generalis in Societate. Ita Molina *tract.*2.*diſp.*468.*n.*12. Azor. *p.*1.*l.*9.*c.*1.*q.*4. Filliuc. *tract.* 44. *cap.*5.*num.* 11. & 12. Addit tamen Bordon. *tom.*1. *Reſolut.*27. *num.* 28. de iure communi ad alienanda bona Monaſterij, quod ſufficit facultas Prælati localis, ſcilicet, Prioris; tamen in hac re conſulendæ ſunt propriæ Conſtitutiones uniuſcuiuſque Religionis, noſtræ verò Carmelitanæ Conſtitutiones *p.*1.*c.*2.*n.*9. requirunt ad alienandum, licentiam Generalis, vel Capituli Provincialis. Molina. Azor. Filliuc. Bordon. Conſt. Car.

22. Secunda conditio: *Vt fiat tractatus*: nempe, ut convocatis Religioſis Monaſterij proponuntur, & examinentur cauſæ alienationis, an conveniant; ut habetur ex *Clement. de rebus Eccleſiæ non alienandis*; tamen ex privilegio Pij V. conceſſo anno 1566. & Gregorij XIII. anno 1575. ſufficit conſenſus ipſius Generalis, ut advertunt Molina *proximè citatus*, & Filliucius *vbi ſuprà*, *num.*9. & alij apud eos. Caſtro Palaus *tract.*9. *diſp. vnica*, *de rebus Eccleſiaſt. non alienandis, part.*15.§.2.*num.*9. ubi advertit, quod ius requirit tractatum, in ſingulari, ac proinde vnius tractatus ſufficit, nempe, à Generali. Clem. de rebus. Pius V. Greg. XIII. Molina. Filliuc. Caſt. Pal.

23. Tertia conditio: *Vt detur conſenſus*, diſcuſſo tractatu, & examinata re, requiritur Capituli conſenſus, & debet eſſe expreſſus, *c.*1.*de his, quæ fiunt a Prælato*; & hic conſenſus ſufficit, quod ſit à maiori parte Conventus, uno ſuffragio excedente. Suar. *tom.*4. *de Relig. tract.*8. *lib.*2.*cap.*27. *num.*11. & hic conſenſus non requiritur, quod detur in ipſo Capitulo congregato, ſed ſufficit quod detur ſingulariter: nam conſenſus ſingulariter datus, dicitur conſenſus Capituli. Ita Sylveſter, Vaſquez, Bonacina. quos citant, ac ſequuntur Caſtr. Palaus *ſuprà*, *n.*10. Dicaſtillus *de iuſtitia, lib.*2.*tract.*15.*diſp.*1. *dub.* 9.*n.*199. C.1. de his. Suar. Sylveſt. Vaſquez. Bonacin. Caſtr. Pal. Dicaſtil.

24. Qui advertunt, quod ſi Prælatus ſine conſenſu Capituli alienat bona Monaſterij, alienatio eſt invalida: *cap. Irrita, c. Continebatur: de his, quæ fiunt à Prælato.* Capitulum tamen poteſt poſtea illam ratam habere, *c. Cum nos iam pridem. de his, quæ fiunt à Prælato.* C. Irrita. C. Contin. C. Cũ nos.

25. Quarta conditio eſt: *Vt fiat ſubſcriptio*, à Capitularibus, *c.*1.*de his quæ fiunt à Prælato*; ſufficit tamen, quod fiat manu notarij ut tenent Molina, & Leſſius, quos citat, ac ſequitur Dicaſtillus *citatus. n.*214. C.1. de his. Molina. Leſſius. Dicaſtill.

26. Tamen dubitatur, ſi minor pars Conventus non cenſenſit alienationi teneatur ſubſcribere? Reſpondeo non teneri, ſi id, quod determinatum eſt, agnoſcitur eſſe in damnum, ac præjudicium Conventus, non tenetur ſubſcribere, imo reclamare, & appellare ad ſuperiorem; ita conſtat ex *cap. ſi quis Presbyter. de rebus Eccleſ. non alienandis*, Peirinus, quem citat Pellizar. *tom.*1. *tract.*6.*c.*8. *n.*123. Si verò dubitat an illud ſit conveniens; tunc tenetur ſubſcribere, & conformare ſe cum maiori parte communitatis, & ita obſervatur in Statu Regio. C. Si quis. Peirinus. Pellizar.

27. Quinta conditio: *licentia S. Congregationis*:

Vrb. VIII. Filliuc. Lezana. Pellizar.

ex decreto Vrbani VIII. quia ad alienandum requiritur iuſta cauſa; ut fatentur omnes. Filliucius *tractatu* 44.*cap*.5. *num*.12. ius autem iudicandi an in caſibus occurrentibus detur juſta cauſa alienandi ſibi reſervat Sacra Congregatio. Lezana *tom*.1.*cap*.10.*num*.4. Pellizar. *citatus*, §. *Quæres*, *num*.47. quæ licentia habenda eſt in ſcriptis, ut multipliciter declaratum eſt à S.Congregatione, & obſervat praxis Romanæ Curiæ.

28\. Greg. XIII. Vrb. VIII.

Proindéque quamvis aliæ Religiones habeant indulta à Sede Apoſtolica alienandi ſua bona, ut Carmelitæ à Gregorio XIII. Patres Societatis ab eodem Gregorio, & Patres S.Auguſtini ab eodem Gregorio. Vrbanus VIII. revocavit omnia privilegia regularibus conceſſa ad alienandum. At ſolùm videntur ibi revocari privilegia regularium quoad hoc, ut non poſſint fieri alienationes ſine conſenſu ipſius Congregationis; non autem quoad alia quæ pertinent ad earum ſolemnitatem. Lezana *tom*. 2.*c*.19.*n* 62. Pellizar. *citatus*, *n*.111.

Lezana. Pellizar.

29\. Azor. Reginald. Sylveſt. Rodrig. Sylveſt. Rodrig. Naldus. Diana. Gutierr.

Advertendum tamen eſt cum Azor. Regin. Sylveſtr Rodrig Naldo, & aliis, quos citat, ac ſequitur Diana *tom*.1.*tract*.7. Contractum initum in gratiam & utilitatem Eccleſiæ, etſi ei deſit legitima forma, ac ſolemnitas, eſſe validum, cum forma requiſita ad evitandas fraudes, ceſſantéque fraudis periculo, talis ſolemnitas non eſt neceſſaria, quæ introducta fuit in gratiam Eccleſiæ, ne vertatur in illius damnũ. Ita Gutier *in qq. Canon. tom*. 1.*lib*.2.*q*.23.*n*.9.

QUÆSTIO VII.

Proponuntur aliqui caſus in quibus licita eſt alienaio, vel pignoratio rerum Monaſterij abſque ſolemnitate iuris, vel licentia Sedis Apoſtolicæ.

SVMMARIVM.

30 *Si neceſſitas urget non eſt neceſſarium, & num*.31.

32 *Cauſa data vtilitatis Eccleſiæ ne elabatur.*

33 *Licet remittere hæreditatem nondum incorporatam Monaſterio.*

34 *Permutatio rei unius Eccleſiæ in aliam.*

35 *Donatio inter fratres, & Conventus eiuſdem Provinciæ, & n*.36.

37 *Si res eſt exigua, licet.*

38 *Alia remiſſivè, & n*.39.

30\. Abbas. Rebuff. Vgolin. Quaranta. Tamburin. Molina. Lezana. Petrin.

MAteria huius quæſtionis valdè frequẽs eſt apud Religioſos. Primus caſus: ſi vehemens, ac urgens neceſſitas irruat, ut minimè poſſit expectari beneplacitum Papæ, v.g. ſi deficiat victus pro Religioſis, vel pro alendis pauperibus, vel ut captivi redimantur à Piratis, &c. tunc non ſolum bona immobilia, ſed etiam pretioſa mobilia, licitè non tantum pignorari, ſed etiam vendi poſſunt. Ita Abbas, Rebuffus, Vgolinus. Quaranta, quos citat, ac ſequitur Tamburinus *tom*.3. *de iure Abbatum*, *diſp*.13. *quæſt* 9.*n*.4. Molina *de iuſtitia*, *tom* 2. *diſp*.468. M Lezana *tom*.1. *cap*.10.*num*.4. Petrin. *in ſuo formulario*, *lit. A*, *cap*. 11. *num*.3. Filliucius *tom*.3.*tract* 44.*cap*.5. *num* 11. & hanc reſolutionem eſſe communem inter omnes Doctores teſtatur Diana *p*.5. *tract*.3. *Reſol*.6.

Filliucius. Diana.

Probatur: quia lex non ligat, quando de facto moraliter ſervari non poteſt, *l*.1.§.*Dies*, *ff. quando appellandum*. Deinde, quia lex ſervanda non eſt quando iniquus effectus ſequeretur, ſi ſervaretur, ut probat D. Thomas 2.2.*quæſt*.120. *art*.1. Tandem quia in qualibet prohibitione, cenſetur excepta cauſa, quæ oppoſitum ſuadet, *cap. de cætero*, *cap. Quamvis de ſentent. excommun*. Denique quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, *l. impoſſibil. ff. de Regulis iuris*. 31.

C.1 § Dies. D.Thom. C. de Cætero. C Quamvis C. Impoſſib.

Secundus caſus: Data occaſione magnæ utilitatis Eccleſiæ, & ſi expectaretur conſenſus Apoſtolicus elaberetur; tunc ſine tali conſenſu fieri poteſt. Ita Filliuc. ac Quaranta, quos citant, ac ſequuntur Ventigrilia *de alien. annot*.1. §.3.*num*.1. Delbene *tom*.2.*c*.17, *dub*.23. *num*.2. Quæ enim in favorem, & commodum ſunt introducta, non debent in odium, ac damnum retorqueri, *l. Nulla iuris ratio*, *ff. de lege reg. quod ob gratiam de reg. iur. in* 6. nam ut optimè notavit Cevallos, quem citat, ac ſequitur Belaſius *verb. Alienatio*, *num* 7. Alienatio prohibita eſt voluntaria, non neceſſaria, ſeu quæ fit ex cauſa neceſſaria; quod eſt notatu digniſſimum, ait Belaſius, propter alienationes, quæ fiunt, quod etiam habet Bordon. *tom*.1 *Reſol*.27.*n*.7. 32.

Filliucius. Quaranta. Ventigril. Delben. L.Nulla. Cevallos. Belaſius. Bordon.

Tertius caſus: an liceat remittere, ſeu repudiare legatum, ſeu hæreditatem Monaſterio præſcriptam, ac relictam, non tamen adhuc incorporatam Monaſterio? huius reſolutio erit manifeſta ex iis, quæ dicam *q*.26. coincidit enim cum his, quæ ibi dicenda ſunt. 33.

Quartus caſus eſt: ſi fiat permutatio, vel alienatio rerum in aliam Eccleſiã: nam tunc bene poſſunt res Eccleſiæ alienari ſine dictis ſolemnitatibus, ac conſenſu Apoſtolico; patet ex *c. Hoc ius porrect num*.§. *ſibi invicem*, 10.*q*.2.& *c*.1. *de rebus Eccleſiæ non alienandis*. Ita Riccius, Peregrin. Megala, Bordon. Paſcalig. Ita Tambur. *citatus*, *n*. 8. Delben. *tom*.2.*c*.17. *dub*.13 *num*.5. Quæ doctrina maximè procedit inter Religioſos, qui ſunt ſub eodem Generali, ac Provinciali, qui habet omnium regimen. 34.

C.Hoc ius C.1.de reb. Riccius. Peregrin. Megala. Bordon. Paſcalig. Tambur. Delben.

Quintus caſus eſt: ſi fiat donatio inter fratres eiuſdem Monaſterij, vel à Regulari unius Monaſterij regulari alterius Monaſterij eiuſdem Provinciæ; vel donatio ab uno Conventu ad alium eiuſdem Provinciæ, quia omnes Conventus unius religionis tanquam in unam Congregationem, ac corpus myſticum coadunantur, & ideo non videtur dominium tranſlatum, ſi res unius Monaſterij transfertur ad aliud. Ita Riccius, Tamburinus, Naldus, Delbene, quos citat, ac ſequitur M Fr. Anton. ab Spirit. Sanct. *in Direct. tom*.1.*tract*.2. *diſp*.1.*n* 69. 35.

Riccius. Tambur. Naldus. Delben. Fr. Ant. ab Spir. Sanct.

Nec obſtat prohibitio Extravagantis *Ambitioſæ*, ac Decretum Vrbani VIII. quia hæc intelliguntur de alienatione per quam transfertur dominium, vel de alienatione ſæcularibus facta, vel aliis Conventibus alterius Religionis; nec etiam obſtat *cap*.1. *de rebus Eccleſiaſt. non alienandis*. In quo dicitur non licere Abbati, terram unius Eccleſiæ vertere ad aliam, 36.

Extravag. Decretum Vrb. VIII. C. 1. de rebus.

quamvis

quàmvis ambæ ſint ſub eius poteſtate : nam ut ibi explicat Gloſſa ; non poteſt Abbas illud facere pro ſuo arbitrio, & ſine cauſa, poteſt verò quando datur vera cauſa prudentis viri judicio, ut quando unus Conventus multis abuodans, alteri pauperi ſubvenit. Ita Peirinus *tom.1. Privileg.c.3.n.22.*

Gloſſa. Peirin.

37. Sextus caſus eſt : quando res eſt exigua, & modici valoris, ſine conſenſu Apoſtolico alienari poteſt. *c. Terrulas* 12. *quæſt.* 2. & S. Congregatio declaravit Conſtitutionem Pauli II. & Conc. Trid. non derogaſſe *cap. Terralas.* Ita Abbas, Rodoan. Quaranta, quos refert ac ſequitur Tambur. *tom.3. de iure Abbatum, diſp.13.q.9.n.2.* Si vero quæras: quando res reputanda ſit modici valoris? Reſpondet ipſe, quod hoc prudentis viri judicio jodicandum ſit, Molina, Caſtr. Palaus, & alij, quos citat, ac ſequitur Delbene *tom. 2.c.13. dub.23.n.4.* Quod res modica alienanda ſine conſenſu Apuſtolico ſit res, quæ valet centum aureos.

C. Terrulas. S. Congr. Abbas. Rodoan. Quaranta. Tambur. Molina. Caſtr. Pal. Delbene.

38. Septimus caſus eſt: quando bona immobilia ſunt relicta Monaſterio incapaci talium bonorum. Ita cum multis Sanchez *in Decal. lib. 7. cap. 26. num. 30.* & *cap. 27. num. 17.* Lezana *tom. 1. cap. 10. num. 4.* Idem dicendum putat de re mobili pretioſa relicta Monaſterio incapaci bonorum immobilium, quæ bene alienari poteſt; cum Navar. Diana 3. *part. tract. 13. Reſol. 8. ad primum.*

Sanchez. Lezana. Navar. Diana.

39. Octavus caſus eſt: ſi res eſt relicta cum tali onere, ut ſit alienanda ab Eccleſia; item ſi res eſt relicta cum tali onere: ut poſt aliquod tempus alteri reſtituatur. Ita cum Quaranta, Vgolino, & Caſtro Palao, Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, parte tertia, allegat. 96. num. 61.* Item ſi ſunt bona ſolita infeudari, & in emphyteuſim dari. Ita Rodriquez, Molina, quos citat ac ſequitur Lezana *tom. 1. cap. 10. numero quarto.* Item ſi fiat pro remunetatione meritorum, quia ad hoc poteſt Prælatus res Eccleſiæ alienare, quod cum multis probat Barboſa *proximè citat. c. 62.* dummodo tamen Prælatus remuneratiouis metas, & limites non excedat.

Quaranta. Vgolin. Caſtr. Pal. Barboſa. Rodrig. Molina. Lezana. Barboſa.

QUÆSTIO VIII.

Quænam ſunt bona, quæ alienari prohibentur ab Eccleſiaſticis?

SUMMARIUM.

40 *Status quæſtionis.*
41 *Immobilia non poſſunt alienari.*
42 *Mobilia pretioſa veniunt ſub nomine immobilium.*
43 *Si hæc relinquantur religioni incapaci poſſunt alienari.*
44 *Bona inutilia poſſunt alienari.*

40. CUm Eccleſiaſticis prohibita ſit omnium rerum Eccleſiaſticarum alienatio, omnéque pactum, per quod transfertur dominium, omniſque hypothetica conceſſio, locatio, conductio ultra triennium, ut diximos *q. 2. & 3.* quærimus quænam ſint hæc bona, quæ ſub tali prohibitione veniunt?

Primò, certum eſt in hac materia, quod in hac prohibitione interdicitur alienatio bonorum immobilium, ſub quibus veniunt non ſolum res corporeæ permanentes, ut vineæ, ac oliveta, ſed etiam actiones, & iura, redditus diuturni temporis, quale reputatur illud quod eſt decem annorum, ac etiam iura, vel debita rerum immobilium, quæ eorum naturam participant. In concluſione conveniunt omnes Doctores unanimiter. 41.

Communis Doctorum.

Secundò, eſt etiam certum, quod res mobiles pretioſæ, quæ ſervando ſervari poſſunt, ut ſunt vaſa aurea, vel argentea, gemmæ, veſtes aureæ, aut ſericæ maioris pretij, aut copioſa Bibliotheca Monaſterio relicta, & ingens grex ovium, aut ſimilium rerum, quæ utiles & fructiferæ ſunt, pari paſſu, tanquam immobilia communi æſtimatione reputantur, & minimè alienari poſſunt. Ita *l. Sancimus, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Azor. *Inſtitut. Moral. part. 2. lib. 9 cap. 4. quæſt. 5. & 7.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi part. 3. allegat. 95. num. 39.* Suarez *tom. 4. de Religione, tractatu 8. lib. 2. cap. 27. num. 16. & 18.* Lezana *tom. 1. c. 10. n. 4.* Res aotem pretioſa dicitur, ſi excedit pretium vigintiquinque aureorum, ut declaravit Sacra Congregatio, & teſtatur Delbene *tom. 2. cap. 27. n. 3.* 42.

l. Sancim. Azor. Barboſa. Suarez. Lezana.

Adverte tamen primò, quod ſi Religioni incapaci habendi immobilia, vel vaſa aurea relinquatur etiam in teſtamento aliquid immobile, vel vas aureum, illa poſſunt abſque ſolemnitatibus, & licentia Apoſtolica alienari, quamvis relicta fuiſſent ſub hac conditione, ne alienentur. Ita tenet cum Rebuffo, Rolando, Hyppolit. Franco, Quaranta, Filliucius *tractatu 44. cap. 4. num. 32.* Moton. *reſp. 62. num. 27.* cum quibus convenit Sanchez *lib. 7. in Decalog. cap. 26. num. 3.* & *cap. 27. num. 17.* Quia prohibitio alienandi non eſt niſi pro bonis Eccleſiæ incorporatis, qualia non ſunt bona relicta Eccleſiæ incapaci. Ita Caſtro Palaus *tractatu 13. diſp. unica, de rebus Eccleſiæ non alienandis, part. 15. §. 1. num. 12.* 43.

Rebuff. Roland. Hypolit. Franc. Quaranta. Filliucius. Moton. Sanchez. Caſtr. Pal.

Adverte ſecundò : quod ſub hac prohibitione non cadunt bona inutilia relicta Monaſterio, verbi gratia, ſi Conventui Monialium relinquatur copioſa Bibliotheca librorum Latinorum, ſeu Græcorum. Pellizarius *tract. 6. cap. 8. num. 21.* quia in hoc caſu ceſſat finis prædictæ prohibitionis : nam talis finis eſt, ut conſulatur utilitati, ac commodo Monaſteriorum, ne eorum bona diſſipentur; in præſenti autem aptius geritur negotium Monaſterij, ſi venditur illa Bibliotheca, redacto eius pretio pro re fructuoſa Monaſterio; ergo tali negotio optimè adimpletur finis legis; & ita in hoc regno Luſitaniæ à Collectore Apoſtolico in caſu ſimili, declaratum eſt, ut teſtatur Portel. *part. 1. caſu 17. num. 5.* nempe Bibliothecam librorum Latinorum relictam cuidam Monialium Monaſterio poſſe vendi, converſo pretio in rem fructiferam Conventui. 44.

Pellizar. Portel.

Quæstio IX.

Pecunia ſervata in arca Monaſterij, quam naturam habeat, ut expendi valeat.

SVMMARIVM.

45 *Pecunia habita ex re immobili, vel mobili pretioſa, ut talis reputatur, & n. 46.*

47 *Immobile venditum habens affixum onus Miſſarum, aliud immobile eſt emendum, & n 48.*

49 *Pecunia ad immobilia deſtinata poteſt in aliud expendi.*

50 *Pecunia, quæ eſt utilis, & fructifera inter immobilia computatur.*

45. PEcunia vel comparata ex eleemoſynis, vel relicta ex legato teſtatoris vel habita ex redditibus Conventus, vel ex rebus Conventus, quæ ſervando ſervari non poſſunt, ut ex vino, oleo, & ſimilibus expendenda eſt in iis, quæ ſunt neceſſaria Conventui, quia pecunia vſui quotidiano deſeruit, & ad illum eſt deſtituta, & ſervata nullum fructum parit. Molina. Molina *tom. 2. diſp. 465. ad finem.*

46. At vero ſi pecunia habita eſt ex re immobili, vel ex re mobili pretioſa vendita, ut renovaretur, nullo modo poteſt expendi ſine licentia Apoſtolica in alia re, ſed ex illa emenda eſt alia res immobilis, vel mobilis pretioſa, quia illa pecunia habet naturam illius rei, Azor. Caſtr. Pal. ex qua comparata eſt. Ita Azor. *p. 2. lib. 9. cap. 1. q. 5.* Caſtro Palaus *tom. 2. tract. 12. diſp. vnica, p. 15. §. 1. n. 5.*

47. Si autem illud immobile venditum habebat affixum onus miſſarum pretium, ſub pœna interdicti, convertendum eſt in aliud immobile fructiferum; ſic declaratum eſt à Sa- S. Congreg. Gavant. Lezana. cra Congregatione *in decreto de celebratione Miſſarum*, ut referunt Gavantus *in Manuali, verb. Alienatio n. 36.* Lezana *verb. Alienatio, n. 17.*

48. At vero ſi pecunia, vel à teſtatore, vel auctoritate Prælati, & conſenſu Religioſorum, deſtinata eſt ad emendam rem immobilem, vel mobilem pretioſam, non poteſt in aliud expendi: nam talis pecunia deſtinata ad rem immobilem inter res immobiles com- Cevallos. Caldas. Filliuc. Quaranta. Azor. Bonacina. Barboſa. putatur. Ita Cevallos, Caldas Pereira, Filliucius, Quaranta, Azor, & Bonacina, quos citat, ac ſequitur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, p. 3. allegat. 95 num. 41.* Azor. & alij dicunt, quod ad hoc ſufficit auctoritas Prælati localis; idèmque etiam dicunt de dote Monialis, quia voluntas donantium eſt, ut illud perſeveret in Monaſterio pro ſuſtentatione Monialis. Ita Dicaſtill. Fr. Aut. ab Spir. Sanct. etiam cum multis Dicaſtillus *de iuſtitia, lib. 2. tract. 15 diſputat. 1. num. 179.* Fr. Antonius ab Spiritu Sanct. *in director. tom. 2 tract. 3. diſp. 6. num. 1137.*

49. Hæc tamen doctrina in multis mihi videtur difficilis: nam verū eſt, quod ſi pecunia à Prælato ſuperiori deſtinata eſt ad rem immobilem cum conſenſu Conventus: cum eodem conſenſu à Prælato inferiori non poteſt illud tranſmutari; at vero ab eodemmet Prælato cum Conventu, ex circunſtantiis occurrentibus, poterit in rebus neceſſariis Conventus expendi: namque eadem eſt poteſtas ligandi, atque ſolvendi, & decreta Summorum Pontificum loquuntur de bonis immobilibus; at verò illa pecunia tantum eſt in potentia ad immobilia ex hominum voluntate, quæ revocari poteſt. In hac ſententia eſt Menochius Menoch. *de præſumpt. lib. 4. quæſt. 138. num. 3.* cum expreſsè tenet Bordon *tom. 1. Reſol. 27. num. 51.* de dote Bordon. Monialium; quamvis id, quod dicitur de perſeverantia ad ſuſtentationem ſit commune inter Doctores; tamen in praxi in neceſſitatibus Conventus conſumi ſolet, ut experientia notum eſt.

Ex quibus facilè deducitur, quod pecunia, 50. quæ deſtinata eſt ad emptionem ſtabilium cenſuum, vel mobilium pretioſorum, vel quæ eſt fructifera, & non otioſa, qualis eſt pecunia in montibus, vel cẽſibus collocata, vel in bancis campſorum cum utilitate repoſita inter bona immobilia, ſeu mobilia pretioſa, quæ ſervando ſervari poſſunt, connumeratur; ac per conſequens ſine licentia Apoſtolica alie- Sylveſt. nari non poteſt. Ita Sylveſter, Quaranta, & Quaranta. Bonacina. alij, quos citant, ac ſequuntur Bonacina de Lezana. *Alienatione bonor. Eccleſiaſt. diſp. 2. quæſt. unica, punct. 2. num. 5.* M. Lezana *tom. 2. cap. 19. num. 59.*

Quæstio X.

Quomodo, & pro quo tempore poſſint Regulares, res locales Conventus conducere?

SVMMARIVM

51 *Res Eccleſiæ poſſunt ad triennium, ſeu ad tres fructuum proventus conduci.*

52 *Res Monaſterij non poſſunt locari ad xi, vel novem annos.*

53 *In locatione per decennium, v. g. ſi fit diverſis actibus, primum triennium eſt validum, ſi uno actu nullum, & n. 54.*

55 *Si locatio fiat a beneficiario, vel Commendatario per totam vitam; quadam ſententia negat, quod ſit valida, alia affirmat, cuius ratio non procedit in regularibus, & n. 56. 57. & 58.*

59 *Locatio pro tempore incerto diſtinctione exponenda.*

60 *Locatio facta ab anteceſſore, ubi eſt conſuetudo eſt valida, & n. 61.*

REſpondeo, quod poſſunt res locales Conventus, ut prædia, ad triennium conduci; 51. & non ultra ordinariè loquendo, patet ex Extravaganti *Ambitioſæ.* Ubi expreſsè prohibetur fieri *locationem, conductionem ultra triennium*; at verò ſi res ſit ex illis, quæ ſolent fructum ferre, non quotannis, ſed alternis annis, tunc poterunt locari ad ſex annus; & ſi res locata non fert fructum, niſi de triennio in triennium, ita poteſt locari per novem: per tres, nempe, annos utiles, ac feraces; &

ratio

ratio eſt, quia annus in locatione non computatur ex ſimplici temporis decurſu, ſed ex decurſu, ac proventu fructuum; proindeque locatio rei computanda eſt ex tribus fructuum collectionibus. Ita Covarruvias, Henriquez, Vgolinus, Azor. Caldas, Pereira, Zenedo, & multi alij, quos citant, ac ſequuntur Leſſius *de iuſtit. lib. 2. cap. 24. dub. 11. num. 68.* Vaſquez *de reddit. cap. 2 §. 2. dub. 9. num. 30.* Barboſa *de poteſtate Epiſcop. part. 3. allegation. 95. num. 3.*

Covarr. Henriq. Vgolin. Azor. Caldas. Zenedo. Leſſius. Vaſquez. Barboſa.

52. Si verò quæras, an res monaſterij valeant locari ad ſex, vel novem annos, appoſita clauſula, ut tot ſint locationes, quòd ſunt triennia, itaut elapſo primo triennio, pro tunc res denuò cenſeantur locari; Reſpondeo negativè; quia illa triplicata locatio præſumitur fieri in fraudem legis prohibentis locationes ultra triennium, ac proinde irrita eſt, & inanis, ſicut ſunt omnia pacta in fraudem legis facta. Ita Barthol. Covar. Valaſcus, & multi alij, quos citant, ac ſequuntur Mulina *de iuſtitia, tract. 2. diſput. 466. ad finem.* Filliucius *tom. 2. tract. 36. cap. 1. num. 6.* Caſtr. Palaus *tract. 12. diſp. unica de reb. Eccleſ. non alienandis; p. 14. num. 3.* tamen ut advertit Tamburin. *de iure Abbat. tom 3. diſp. 14. quæſt. 2. num. 2.* Poterunt Religioſi promittere conductori ad alterum triennium ſe locaturos, dummodo de hoc ſcriptura publica non conficiatur.

Barboſa. Covar. Valaſcus. Molina. Filliucius. Caſtr. Pal. Tambur.

53. Gravius dubium hic inſurgit: facta locatione ultra triennium, verbi gratia, per decem annos, an ſaltem firma, & ſtabilis ſit pro parte triennali, licèt ſecundum quòd excedit triennium nulla ſit? & pro utraque parte magni, & graves ſtant Auctores magnis, & gravibus rationibus, ut videre eſt apud Barboſam *citatum, a num. 5.*

Barboſa.

54. Qui citatus Barboſa *num. 11.* & Filliucius *tract. 44. cap 2. num. 11.* Pellizat. *tom. 1. tract. 6. cap. 8. num. 16.* Cùm diſtinctione ſolvunt quæſtionem, quia vel illæ locationes fiunt tanquam unico contextu, quòd multum intereſt, quia in uno anno poteſt perdi, in alio lucrari vel fit tot diverſis actibus: & contractibus, ſi verò primum dicatur; pars negans validitatem actus tenenda eſt; quia Extravagans *Ambitioſæ*: punit locantem ultra triennium, & talem contractum nullum reddit, ac proinde cum hic non detur niſi unus tantum contractus, inde qui locavit afficitur pœnis Extravagantis; proindeque contractus nullus redditur. Si verò ſecundum dicatur, pars affirmãs validitatem contractus, quoad primum triennium ſuſtinenda eſt, quia utile per inutile non vitiatur in iis quæ ſunt ſeparabilia, ut pluribus Doctoribus oſtenditur in libello de principiis utriuſque iuris *litera V. num 78.*

Barboſa. Filliucius. Pellizar. Extravag. *Principia iuris.*

55. Maximè tamen dubitabis: an liceat locatio ad tempus incertum, verbi gratia, donec Bellum durer, vel uſque ad tempus vitæ locantis, ut beneficiarius locare valeat fructus ſui beneficij per totam vitam; Communiter Doctores reſpondent negativè cum Filliucio *tractat. 44. cap 2. num. 14.* & 15. Si illa locatio excedat triennium taxatum, ac appoſitum in Extravaganti *Ambitioſæ.*

Filliucius.

56. Tamen quòd beneficiarius poſſit locare fructus ſui beneficij per novem annos, ſicut & commendatarius fructus ſuæ commendæ, quæ ſunt bona Eccleſiaſtica, ut patet ex decimis per novem annos, tenet expreſsè Vaſquez in *opuſculis, tract. de redditibus Eccleſiæ, cap 2, dub. 6. num. 31.* & citat Cuvarruviam. Idem tenet Azor. *tom. 2. lib. 7. cap. 10. quæſt. 3. in fine,* citans Abbatem, Fredericum, Hoſtienſem, Redoanum, & idem tenet Reginald *tom. 2. lib. 25. num. 538.* Bonac. *tom. 3. diſp. 2. quæſt. 4. punct. 11. num. 8.* & Camillus Borellus *tom. 1. deciſiot. tract. 16. num. 18.* Portel. *tom. 2. caſu 9. num. 1. in ſuis reſponſionibus.*

Vaſquez. Covar. Azor. Abbas. Frederic. Hoſtienſ. Redoan. Reginald. Bonacina. Portel.

57. Prima ratio huius rei eſt, quam tradit Vaſquez *citatus, num. 31.* ex Covarruvia; quia dicta Extravagans ſolùm intelligitur de rebus Eccleſiæ, quæ ſunt immobiles, vel ſunt res pretioſæ, quæ ſervando ſervari poſſunt, ut calix pretioſus, & ſimilia: At fructus annui beneficij, vel commendæ, non ſunt res immobiles, neque pretioſæ, quæ ſervando ſervari poſſunt, ut apertè conſtat. Secundò: quia ratio ob quam beneficiarius, vel Prælatus non poſſunt alienare bona immobilia Eccleſiæ ea eſt; quia non habent dominium bonorum, ſed tantum habent adminiſtrationem, manente dominio penes Eccleſiam, vel Summum Pontificem: nemo enim poteſt alienare id, cuius non eſt dominus; At beneficiarius habet verum dominium fructuum ſui beneficij: ergo poteſt alienare fructus ſui beneficij per totam vitam. Probatur minor, quòd, ſcilicet, beneficiarius, vel commendatarius ſit Dominus fructuum ſui beneficij. Primò; id expreſsè docent Covarruvias, Sarmientus, Sylveſter, Adrian. Corduba apud Vaſquez *citatum, cap. 1. §. 2. num. 7.* qui ſunt graviſſimi Auctores.

Covar. Sarmient. Sylveſter. Adrian. Cordub. Vaſquez.

58. Et probatur etiam expreſsè ex *cap. 1. de Clericis non reſidentibus.* Vbi Pontifex ait, quod Clericus, vel Canonicus qui non reſidet non ſit Dominus diſtributionum; ex quibus verbis Doctores argumentantur à contrario ſenſo, videlicet: ergo ſi Canonicus reſidet ſit, verè Dominus fructuum ſui beneficij: tandem idem probant citati Auctores ex communi uſu, ac praxi totius Hiſpaniæ, in qua beneficiarij ex redditibus ſuorum beneficiorum, dant dotes in vita nepotibus ex fratre, vel ſorore: Item ex prædictis fructibus relinquunt legata perpetua in ſuo teſtamento, neque de hoc aliquis eos condemnat, quòd ſignum eſt illos verè eſſe dominos prædictorum fructuum, ac proinde ſicut in morte de illis poſſunt diſponere in perpetuum; item de illis poterunt diſponere per locationem, per novem annos, vel per totam vitam. Ex prima ratione patet reſponſio ad citatam Extravagantem, & ultima hæc ratio non procedit in prælatis Religioſorum, quia non ſunt Domini, ſed tantum diſpenſatores, ac miniſtri prædictorum bonorum.

C. 1 de Clericis.

59. Si verò locatio fiat pro tempore incerto, ac ambiguo, verbi gratia, quantum bellum duraverit, ſi tempus illud eſt communi æſtimatione valdè longum, ut excedat triennium, eſt nulla licèt triennium non exprimatur, ſubintelligitur; quia in æquivalentibus eadem militat ratio; ſi verò locatio eſt pro brevi tempore, quod includitur tempore legis valida eſt.

60. Tandem in hac re quæres ubi viget conſuetudo, fieri locationem ultra triennium

abſque conſenſu Sedis Apoſtolicæ ; ſoccesſot in beneficio teneatur ſtate tali locationi , quæ facta fuit à ſuu anteceſſure ?

61. Reſpondeo : ſi locatio facta ſit nomine
Eccleſiæ ; & in evidentem, ac manifeſtam ip-
Socinus. ſius utilitatem , teneri ſucceſſorem. Socinus ,
Calderin. Calderinus , Rota , Vincentius , Francus ,
Rota. Sylveſter , Covarr.& alij quos citant , ac ſe-
Vincent. quuntur Quaranta *verb. Alienatio num.10.Fil-*
Franc. liucius *tract. 44. cap.2. num.22.* Si verò facta
Sylveſt. eſt nomine perſonali , ſucceſſor non tenetur ,
Covar. nec illi viciſſim conductor. Covarr. lib. 2.
Quaranta. *variar.cap.15.*Pariſius.*lib.1. de Reſign. quæſt.16.*
Filliuc. Gutierr. *lib. 1 quæſtionum, Canonic. cap. 36.*
Covarr. *num.8.*
Pariſi.
Gutierr.

Quæstio XI.

Ad maiorem cognitionem huius, explicatur, quid ſit locatio, emphyteuſis & feudum ?

SUMMARIUM.

61 *Quid ſit locatio.*
63 *Quid ſit Emphyteuſis.*
64 *Differentia inter locationem , & Emphyteuſim.*
65 *Quid ſit Feudum.*
66 *Differentia inter Feudum , & Emphyteuſim.*

62. DE aliis contractuum ſpeciebus non agimus , quia ad nos nun pertinent. Locatio *Eſt contractus quo perſona , vel res aliqua ad uſum , vel fructum pretio conceditur.* Dicitur autem *: ad uſum , vel fructum* : quædam enim locantur ſolum ad uſum , ut ſervus , equus , domus , & ſimilia , quorum fructus non eſt alius , quam uſus ipſorum ; quædam verò ad fructum , ut agri , & paſcua , item iura , redditus , & vectigalia, dicitur : *pretio* , id eſt , pecunia.

63. Emphyteuſis , eſt contractus quo quis
tradit tam ſuam immobilem alteri quoad do-
minium utile,ſub certa penſione reali ſolven-
L.1.C.de da in recognitionem dominij directi, *l.1.C.ad*
Iure Emph. *de iure Emphyteutico,* Res autem ipſa tradita ,
dicitur Emphyteuta.

64. Differt à contractu locationis. Primò , quod emphyteuſis ſolum conſtitui poteſt in re immobili , quæ cultura melior effici poteſt. Secundo ; quod per eam transfertur dominium utile , manente ſolo dominio directo apud priorem dominum. Tertiò , quod non fiat ad brevius tempus , quam decennij.

65. Feudum , quod dictum eſt à fide , ſeu fide-
litate : eſt contractus , quo quis tradit feuda-
tatio,ſeu vaſſalo rem ſuam immobilem quoad
dominium utile , cum onere obſequij , &
ſervitij perſonalis , quod conceditur ex be-
Iul.Clar. nevolentia , vel propter merita , Iulius Clarus
de Feudo quæſt.4.& 5.

66. Inter Feudum , & emphyteuſim , quamvis in utroque transferatur dominium utile in recipientem , remanente dominio directo apud tradentem , tamen differentia eſt , ratione penſionis,nam quatenus penſio eſt perſonalis,
id eſt , conſiſtens in obſequio perſonali, dicitur Feudum , quatenus vero penſio eſt realis, id eſt , conſiſtens in pecunia , vel frumento , vel alia re ſimili , dicitur emphyteuſis , aliquando vero in feudo aliquid ſolvitur in recognitionem dominij directi , ſed ex hac par-
te declinat ad conditionem emphyteuſis. Vt
notat Leſſius *lib.2.cap.4. dub.4.n.5.* Leſſius.

Quæstio XII.

Vtrum Regulares poſſint bona immobilia ſuorum conventuum infeudare, ſeu emphyteuticare ?

SUMMARIUM.

67 *Religioſi bona immobilia ſuorum conventuum non poſſunt infeudare , ſeu emphyteuticare.*
68 *Niſi ſint ab antiquo ſolito dari in emphyteuſim.*
99 *Quando res dicitur incorporata conventui , & num.70.*
71 *Bona prohibita ſunt tam generaliter , quam ſpecialiter accepta.*
Poſſunt Prælati dare ſuis conſanguineis ibid.
72 *Bona ſolita dari in emphyteuſim non poſſunt dari in feudum.*

DIco : Bona immobilia ſuorum conven- 67.
tuum non poſſunt regulares infeudare ,
ſeu emphyteuticare,niſi ſolita ſint ab antiquo
infeudare , ſeu emphyteuticare. Filliucius Filliucius.
tract.44.cap.4.num.36. Bonacina *diſp.3.quæſt.8.* Bonacina.
punct.4.num.20. Caſtr. Palaus *tract.12.* Proba- Caſtr. Pal.
tur primo : quia emphyteuſis , & infeudatio,
eſt alienatio largè accepta.*L.Vlti c.de rebus, non* L. Vlti.
alienandis. Secundò : quia prohibita eſt loca-
tio ad tempus longum , ut dixi *quæſt.10.*ergo
multo magis emphyteuſis. Tertiò : quia ex-
preſsè Extravagans: *Ambitioſa* : prohibet con-
tractum emphyteuticum , ut bene notat Mo- Molina.
lina *diſp.470.*

Dixi in concluſione *: niſi ſolita ſint dari in* 68.
emphyteuſim : antequam , nempe ,incorporen-
tur monaſterio ; & fiant de menſa, ac uſu Re-
ligioſorum ; dummodo hoc fiat in evidentem,
ac manifeſtam Eccleſiæ utilitatem , abſque
ulla ambiguitate , & eodem modo , quo antea
erat emphyteuſis ; quia ſi antea erat ad tres
vitas , modo non fiat ad plures; & ratio huius
rei deſumitur aperte ex dicta Extravaganti : Extravag.
Ambitioſa : ubi dicitur : *vel contractum emphy-
teuticum , præterquam in caſibus a iure permiſſis ,
ac de rebus , & bonis in emphyteuſim ab antiquo
concedi ſolitis.* Deinde quia in hoc caſu non
intervenit nova alienatio , ſed potius conti-
nuatur prior emphyteuſis , hic autem non
prohibetur continuatio alienationis , ſed tan-
tum alienatio ſimpliciter. Vt rectè notarunt Iul. Clar.
cum Iulio Claro Covarruvias Gregor.Lopez , Covar.
Molina *diſp.469 n.7.*Barboſa *de offic. Epiſcop.3.* Greg. Lop.
part. Alleg 95.num.19. Molina.
Barboſa.

Res autem dicitur incorporata monaſterio , 69.
quando Prælatus una cum conventu determi- Panormit.
nat , ut ſit ad ſuſtentationem eius. Ita Panor- Gloſſa.
mitan. Gloſſa : & alij cum Filliucio *citato* Filliucius.
tract.44.

Ventigril. *tract.44 cap.4.num.39.* & Ventigrilia *Ann.de alienat.§.1. num.23.* ſi verò Prælatus rem retineat per aliquod tempus, quoad uſque inveniat bonum Vaſſallum, cui in feudet, vel ob aliam iuſtam cauſam, non ideo res cenſetur incorporata, & ſi longo tempore retineat, ut notavit Rodoan. *de rebus Eccleſ. non alienand. q 62.n.4.* Rodoan.

70. Bordon. Bordon. *tom.2.quaeſt.17.* contendit, quod ut res dicatur incorporata conventui, ultra requiri, quod manu notarij deſcripta ſit in Catalogo aliorum bonorum Conventus, ad cuius confirmationem adducit Bartol. Rinald. & alios; tamen ut dicatur incorporata Monaſterio, vel Eccleſiæ ſat eſt, quod ſit deſtinata ad illius ſuſtentationem, & ut dicitur de menſa Epiſcopi, vel Abbatis. Vt colligitur in Rota *Clementina unica, de exceſſib. Prelator. verb. Ad menſam,* Panormitan. & alij apud Filliucium *cit. num.39.* Rota. Clement. Panorm. Filliuc.

71. Bona, quæ hic prohibentur emphyteuticari, ſunt bona tum generaliter, quam ſpecialiter accepta, quia licet in omnibus maneat dominium directum apud Dominum, transfertur tamen dominium utile, & utrumque prohibetur in Extravaganti. Ita Molina, Lezana, Barboſa, Caſtr Pal. Bonacina, Layman. apud Pelliaarium *tract. 6. cap. 8. num.25.* Qui etiam omnes docent, quod Prælati Conventus bona ſolita in emphyteuſim, ſeu feudum concedi, poſſunt etiam ſuis conſanguineis, & cognatis dare omnibus conditionibus, & magna Conventus utilitate. Molina. Lezana. Barboſa Caſtr Pal. Bonacina. Layman. Pellizar.

72. An verò Prælatus bona Conventus ſolita dari in emphyteuſim, poſſit etiam in feudum transmutare; Reſpondeo negativè, quia mutatur ſubſtantia contractus, & deterior fit conditio Eccleſiæ: nam emphyteuta Eccleſiæ ceſſando à ſolutione cenſus per biennium, cadit à iure ſuo, *cap. Potuit. de locato, l.2. cap de Iure Emphyteuſis.* An verò feudatarius Eccleſiæ, etiamſi per mille annos non ſolvat cenſum, à iure ſuo non cadit, ſed perſiſtit in eo. Ita cum multis Ventigrilia. *Annotat. de Alienat. §.1. num.23.* C. Potuit. L. 2. c. de Iure. Ventigril.

Quæstio XIII.

An Regulares poſſint trãſigere, aut compromittere ſuper bonis Monaſterij?

SUMMARIUM.

73 *Tales contractus ſunt prohibiti ſine licentia Apoſtolica.*

74 *Talis contractus factus non praiudicat ſucceſſori, & poteſt ab eo annullari.*

75 *Bene tamen talis contractus poteſt fieri à Religioſis ſuper re litigioſa.*

73. Rebuff. Redoan. Frederic. Barbari. Francus. Filliuc. Pellizar.

RESpondeo, tales contractus prohiberi decretis Pontificum. Ita Rebuffus, Redoan. Fredericus de Senis, Barbat. Philipp. Francus, quos citat, ac ſequitur Filliucius *tract 43.c.2. num.25* cui adhæret Pellizar. *tractat. 9. cap.8. num.26* & concluſio procedit de bonis iam incorporatis monaſterio, quæ ipſo iure ad illud ſpectant; & probatur, quia tranſactio, & compromiſſum cum fiunt ſuper re immobili ſunt veræ ſpecies alienationis; ut latè probant Craveta, Abbas, Pariſ. Valaſcus, apud citatum Filliucium: ergo cum ſint veræ alienationes includuntur in Conſtitutione Pontificia, ac proinde ſine illius facultate alienari non poſſunt, excipitur tamen, ſi eſt conſuetudo loci, ut ſine conſenſu Apoſtolico, ac aliis ſolemnitatibus fiat. Craveta. Abbas. Pariſ. Valaſcus.

Advertunt tamen Filliucius, & Quaranta *verb. Alienatio, num. 20.* per tranſactionem, aut compromiſſum illegitimè factum ab anteceſſore, nihil præiudicari ſucceſſori, ab eoque poteſt legitimè invalidari, ac annullari. 74. Filliuc. Quaranta.

Concedit etiam Bordon. *Reſol.27. num. 59.* Religioſus poſſe tranſigere, & compromiſſum facere ſuper re litigioſa, aut aliàs præjudiciali; & probatur, quia res litigioſa non cenſetur adhuc incorporata monaſterio, & ideò poſſunt Religioſi cedere, attento periculo damni impendentis, deinde, quia alienatio alicuius prohibita in iure non eſt alienatio neceſſaria, ſed libera, *l. 1. ff. de fundo, dot. l. Alienationes, ff. famil.* ut iam ſuprà dixi. 75. Bordon. L. 1. ff. L. Alienat.

Quæsto. XIV.

Vtrum, ſtante prohibitione Apoſtolica poſſint Regulares fideiubere pro aliis, aut etiam cum ipſis contractum aſſecurationis inire?

SUMMARIUM.

76 *Quid ſit fideiuſſio.*

77 *Quid ſit contractus aſſecurationis.*

78 *Prima ſententia affirmat, validum.*

79 *Secunda, & vera ſententia dicit, eſſe nullum.*

AD exactam explicationem eorum, quæ dicenda ſunt, ſupponendum, quod fideiuſſio, ſignificat fidem ſuam alteri iubere, ac dare, & eſt contractus, quo quis in ſe ſuſcipit obligationem alterius, promittens ſub fide ſua illius adimpletionem, ſeque in illius defectum obligans. Ita Gomezius *2. variar. cap.13. num.1.* Azor. *3. part. lib.11. cap. 22. dub. 10.* Rebellus, Leſſius, Reginaldus, quos citat, ac ſequitur Mantica *tom.2. de tacit. & ambig lib.16. tit.9.* 76. Gomezius. Azor. Rebellus. Leſſius. Reginald. Mantica.

Contractus aſſecurationis, tunc fit, quando quis ob pretium, vel aliud intereſſe, vel gratis ſuſcipit in ſe periculum rei alienæ, obligando ſe ad compenſationem totius, ſi tota res perierit. Ita Sylveſter, Molina cum Bonacina *de contractibus, diſp.3.q.9. punct.3. n.1.* 77. Sylveſt. Molina. Bonacin.

In hac re Lezana *tom.1. cap.9 num 18* Pelliaarius cum Cardinali Lugo *tract. 6. cap.8. num.3.* dicunt cum licentia Prælati talem contractum licere, ut patet ex *cap. penultimo, fideiuſſione*; & quia huiuſmodi contractus, tam fideiuſſionis, quam aſſecurationis, non includuntur in Generali hypotheca: ergo non veniunt in communi prohibitione, ac proinde ſine ſolemnitatibus requiſitis fieri poſſunt. 78. Lezana. Pellizar. Lugo. C. Penult.

Dico tamen, quod tales contractus non poſſint 79.

poſſint fieri à Regularibus ſine debita ſolemnitate, ac licentia Apoſtolica: nam per huiuſmodi contractus tam fideiuſſionis, quam aſſecurationis, regularium bona manent ſubiecta, ac obligata ſatisfactiooi, ac alienationi; ergo ſicut non poſſunt alienari, nec alienationi obligari, ac proinde talis contractus ſine debita ſolmnitate eſt invalidus, & claudicat
C.penult. ad *cap. penultim. fideiuſſion.* verum eſt, quod ibi ad talem cuntractum requitur licentia Prælati, per hoc tamen non excluditur alia
Extravag. Vrb. VIII. ſolemnitas requiſita in iure in Extravaganti *Ambitioſa*, ac in decreto Vrbani VIII. & confimatur, quia ut fatentur Auctores contrarij, ea quæ alienari non poſſunt, neque etiam poſſunt pignotari, quia remanent ſubiecta alienationi; ergo neque in his contractibus obligati ob eandem rationem, & periculum.

Quæstio XV.

An Regulares bona mobilia pretioſa Monaſterij poſſint oppignerare?

SVMMARIVM.

80 *Regulares non poſſunt oppignerare mobilia pretioſa, & n.81.*
82 *Maximè tamen in vrgenti neceſſitate.*
83 *Ad hoc non requiritur conſenſus Ordinarij.*
84 *Maximè notanda lex Regia Luſitania.*

80. Regulares ſine prædictis ſolemnitatibus non poſſunt bona mobilia pretioſa, aurea, vel argentea, & veſtes magni valoris oppignerare, niſi in caſu, quo aliqua vehemens
Lezana. Quaranta. Molina. Layman. Bonacina. Caſtr. Pal. Hier. Rodr. Leſſius. Barboſa. Diana. Fr. Ant. ab Spir. Sanct. neceſſitas vrgeat. M. Lezana *tom.1.cap.10.n.4.* & *tom.2.cap.19.num.55.* Quaraota *verb. Alienat. num.* 27. Molina, Layman, Bonacina, Caſtro Palaus, Hieronymus. Rodriguez, Leſſius, Barboſa, quos citat, & ſequitur Diana *5.part.tract.13. Reſol 6* quibus adhærent Pellizarius *tract.6. cap.18. num* 28. M Fr. Anton. ab Spir. Sanct. *tom.2. tract.5. diſp.6. ſect. 6. num* 1151.

81. L.fin.C. Probatur: quia prohibita à iure alienatio, prohibita eſt etiam pigneratio, ex *l.fin. C. de rebus alienis non alienandis*; idque ob periculum, cui exponuntur res pigneratæ, ut omnino alienentur; tum quia, ut teſtatur Quaranta: Oppigneratio eſt quædam alienatio, præcipuè quando res tanti eſt obligata, quanti eſt; ita ut non ſit facilis redemptio, indéque probabili alienationis periculo ſubiicitur.

82 Diana. Diximus tamen, quod *niſi in caſu, quo ſumma neceſſitas urgeat*: quia in tali caſu, ut teſtatur Diana *citatus* omnes Doctores teoent, talem alienationem, ſeu oppignerationem eſſe licitam, abſque licentia Papæ, & Sacræ Congregationis; nulla enim lex ligat, cum de facto ſervati non poteſt. Vt oſtendi *ſuprà, quæſt.7. num.30.& 31.*

83. Peregrin. Nec audiendus eſt in hac re Peregrinus *in novo Compendio Privileg verb. Alienatio n.9.* dicens ad oppignerationem in tali caſu faciendam, requiri conſenſum Ordinarij cum commodè haberi poſſit; at Doctores aſſerentes Regulares in caſu neceſſitatis poſſe oppignerare mobilia pretioſa ſinè licentia Papæ; nullam faciunt mentionem de licentia ab Ordinario obtinenda; ipſa extrema neceſſitas ab omni lege excipitur.

Maximè notanda eſt lex Regia noſtræ Luſitaniæ, *lib.2. tit.24. Ordinationum.* Ubi pro 84. Ordinationes Luſitaniæ.
omnibus Eccleſiis eſt ſtatutum, quod nullus in pignus accipiat aurum, argeotum, vel veſtes Sacras Eccleſiæ cujuſcunque, ſive Regularis, ſive ſæcularis, etiamſi ſumma adurgeat neceſſitas abſque licentia petita, & obtenta à Rege; qui verò contra talem agunt, vel accipiendo aliquid Eccleſiarum in pignus, vel pretio emunt ſine prædicta Regis licentia, præcipit lex, ut amittat valorem dictarum rerum, ſolvendo exceſſum novem partium, & res ſic pignerata, vel empta abſque ullo pretio Eccleſiæ reddatur. De qua re videndus eſt Emmanuel. Barboſa.
Emmanuel Barboſa *in remiſſionibus ad Regiam Ordinationem. Ibidem.*

Quæstio XVI.

An Regulares poſſint ſuper bona ſua conſtituere contractus ad uſum, vitalitios vel precarios?

SUMMARIUM.

85 *Qui ſit contractus ad vſum; vitalitius, vel precarius.*
86 *Contractus ad uſum eſt prohibitus.*
87 *Contractus vitalitius eſt prohibitus, & num.88.*
68 *Contractus precarius eſt prohibitus.*

Conttactus ad vſum, tunc fit, quando res datur, & conceditur ad vſum, ut vocant, 85.
ſeu ut quis illa vtatur; contractus vitalitius, cum res alicui datur ad eius vitam. Contractus precarius eſt, quo quis concedit alteri aliquid, cum poteſtate illud reperendi, quoties voluerit, ut ſi ego tradam tibi petenti librum, vel meam vineam, eum pacto ut poſſim huiuſmodi facultatem, ſeu meum librum, meámque vineam revocare quoties voluero; dicor tecum inire precarium. Ita Leſſius *lib. 2. cap.17. dub.1. num. 4.* Molina *diſp.298.* Bonacina *diſp. 3. de Contractib.q.14. punct. unico, n.1.*

Dico Primò: Regulares non poſſunt booa ſua dare ad vſum, ut dicitur. Paſqualigus *tom.2.* Paſqualig. Pellizar.
quæſt.280. Pellizar. *tract.6.cap.8.num.32.* Probatur, quia talis contractus eſt ſpecies emphyteuſis, ut ex eius natura patet: emphyteuſis autem ſpecies eſt alienationis, proindéque ea quæ cadunt ſub emphyteuſi prohibita ſunt, itaque ſenſerunt Sapientiſſimi Theologi, ut teſtatur Pellizarius, ac proinde ſine debitis ſolemnitatibus fieri non poteſt.

Dico ſecundò: cum eiſdem. Auctoribus contra Bordonium *tom.1. Reſol. 27. num. 180.* Bordon.
Quod contractus ſeu cenſus vitalitius cadit ſub hac prohibicione, quia eſt ſpecies emphyteuſis, ut Auctores fatentur, indéque prohibitus;

bitus; Deinde, quia alienatio ideo eſt prohibita ob periculum amiſſionis Eccleſiæ rei; atqui cenſus vitalitius eſt in continuo periculo amiſſionis: ergo, ubi enim militat eadem ratio, militat eadem iuris diſpoſitio.

88. Ex qoibus ſequitur, quòd Religioſi ſua propria auctoritate, non poſſunt concedere alicui domum monaſterij per totam vitam cum onere ſolvendi certam penſionem monaſterio, ut teneatur illam reſarcire, quando opus fuerit, quod ex quod hic contractus includit locationem dictæ domus ultra triennium; quæ locatio prohibita eſt Eccleſiaſticis, ut patet ex dictis *quæſt. 10. num. 51.*

89. Dico tertio: Prohibitum eſſe regularibus conſtituere, ſeu inire contractum precarij in bonis monaſterij, quia per talem contractum transfertur dominium utile ad arbitrium concedentis, quòd ſecum importat alienationem ultra triennium, ac proinde includitur in præ-

Riccius. Quaranta. Lezana. ſenti prohibitione, Riccius *in praxi Eccleſiaſtica, dec. 64.* Quaranta *verb. Alienatio, n. 16.* M. Lezana *tom. 2. cap. 19. n. 56.*

QUÆSTIO XVII.

An Regulares poſſint bona unius monaſterij ad aliud monaſterium transferre, eique illa donare, vel cum altero monaſterio bona ſua permutare, ac ei accommodare?

SUMMARIUM.

90 *Unus Religioſus alteri religioſo ejuſdem monaſterij poteſt aliquid dare.*

91 *Prima ſententia negat poſſe dari alteri monaſterio.*

92 *Secunda & vera affirmat licitam eſſe talem donationem.*

93 *Naldus ait: quòd licita ſit permutatio de una Eccleſia ad aliam.*

94 *Extravagans loquitur de permutatione inter diverſos Prælatos.*

95 *Res unius cõventus poteſt accomodari ad aliũ.*

90. Suppono ut certum, quòd Religioſus unius monaſterij poſſit alteri religioſo ejuſdem monaſterij ſive immobile, ſive mobile pre-

Lezana. tioſum dare, Lezana *verb. Alienatio, num. 11.* Quia conſtitutionibus Apoſtolicis ſolùm prohibetur ea donatio, quæ eſt alienatio, donatio autem illa inter regulares ejuſdem monaſterij, non eſt alienatio, cum dominium illius rei non transferatur; ſed maneat, ſicut antea,

Naldus. in monaſterio, Naldus *in ſumma verb. Alienatio, num. 4.*

91. Quæſtio præſens primò inquirit: An bona unius monaſterij poſſunt ad aliud monaſterium ejuſdem provinciæ ac religionis ſine licentia Apoſtolica transferri, illique dari? Ne-

Bonacina. gativam ſententiam tenent Bonacina *de Alienatione bonorum Eccleſiaſtic. diſp. 2. quæſt. unica,*

Lezana. Pellizar. *ca, punct. 2. num. 14. & 17.* Lezana *tom. 2. c. 19. num. 56. & tom. 3. verb. Alienatio, num. 12.* Pellizar. *tract. 6. cap. 8. num. 24.* Et probatur; quia per talem tranſlationem verè transfertur dominium, proindeque eſt alienatio verè prohibita.

Oppoſita ſententia, quod licita ſit talis permutatio, ac donatio de re immobili, de mobili pretioſa, de uno conventu ad alium ejuſdem provinciæ, mihi videtur vera, eam tenent Riccius *in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ. 38. & 74.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi allegat. 95. num. 62.* Diana apud Pellizar. *citatum. num. 23.* in eamque inclinat M. Lezana *citatus, num. 11.* Probatur; quia dominium talis rei adhuc manet ſub dominio talis Religioſi, ac ſub eius Prælato, Generali, Provinciali, vel capite Provinciali, & hoc maximè video obſervari communi praxi in hoc regno Luſitaniæ; ut bona, ſive immobilia, ſive mobilia ob convenientem rationem à Provinciali, vel capite Provinciali dentur, ac transferantur à conventu pingui ad conventum pauperem, & hoc maximè in fundatione alicuius novi conventus. 92. Riccius. Barboſa. Diana. Lezana.

Sic Naldus *verb. Alienare num. 4.* ex Innocenti *in cap. quæſitum de rerum permutatione,* & Berojo. *Conſil. 124. num. 14. vol. 1.* Exiſtimat clericos ejuſdem Eccleſiæ poſſe permutare inter ſe res ejuſdem Eccleſiæ abſque legitima ſolemnitate, & confirmatur: quia dans ſorori ſuæ, non dicitur alienare Gloſſa *in cap. Apoſtolica ſedes verb. Alienare de iis, quæ ſunt à maiori parte*: ergo dans alteri Eccleſiæ, ut ſorori, non dicitur alienare. 93. Naldus. Innocent. Berojo. Gloſſa.

Unde dicendum ad Extravagantem *Ambitioſæ*: quod in ea prohibetur permutatio, tanquã ſpecies peculiaris alienationis; ibi non eſt ſermo de præſenti permutatione, ſed de ea quæ fit inter perſonas Eccleſiaſticas, & ſæculares diverſas, ac quando transfertur dominium de uno capite ad illud, ac de uno Prælato ad diverſum. 94. Extravag.

Ex quo bene ſequitur; quod poſſunt Regulares accommodare ad breve tempus bona monaſteriorum, ita ut merus illorum uſus concedatur, non autem dominium directum, aut indirectum, cùm per Extravagantem, ac decretum Congregationis, ſolùm alienationes prohibeantur, id autem, quòd accommodatur, non alienatur. Riccius *deciſ. 74. & 68.* Bonacina, *de Alienat. bonorum Eccleſiaſticorum, diſp. 2. quæſt. unica. punct. 2. n. 5.* 95. Riccius. Bonacina.

QUÆSTIO XVIII.

Utrùm Regulares ſuper pecuniam poſſint inire contractum Societatis, vel montis pietatis, vel recipere ad Cambium, aut mutuum cum ſolutione lucri ceſſantis; vel alios ſimiles contractus?

SUMMARIUM

96 *Religioſi non poſſunt pecunias implicare in contractu ſocietatis.*

97 *Poſſunt ponere in Monte pietatis.*

98 *Religioſi non poſſunt dare pecunias ad Cambium, vel mutuas.*

99 *Reli*

99 *Religioſi non poſſunt accipere pecunias ad Cambium,& n.100.*

101 *Poſſunt tamen in gravi neceſſitate.*

102 *Magna quantitas pecuniæ ſervata in monaſterio, non poteſt alienari ſine licentia Apoſtolica.*

96. DIco primo, quod ob prohibitiones Pontificias non poſſunt Regulares implicare in contractu Societatis pecuniam monaſterij cum onere, ut inveſtiatur in bonis immobilibus fructiferis. Pelixar. *tract.* 6. *cap.* 8. *n.* 47. M. Fr. Anton. ab Spiritu ſancto *tom.* 2. *tract.*3.*diſp.* 4. *num.*1156. Probatur; quia ordinationes Apoſtolicæ prohibent Regularibus alienationem ob conſervationem bonorum eorum; atqui ea, quæ ſubjacent contractui ſocietatis ſunt expoſita periculo perditionis, ipſaque ſocietate res perit, ut docent communiter Doctores, cum Navarro.*cap.*17.*num.*271. Molin.*tract.* 2 *diſp.*415. Azor.*part.*3.*lib.*9.*cap.*1. Deinde, quia jus exigendi, quod oritur ex contractu ſocietatis non eſt fixum, ac ſtabile, & perpetuum, ut volunt jura pontificia, ſed eſt inconſtans, & incertum: ergo ex jure prohibitum eſt implicari in tali contractu.

Pellizar. Fr. Ant. ab Spir. Sanct. Navarr. Navarr. Molin. Azor.

97. Dico ſecundò: Non obſtante prohibitione Apoſtolica, poſſunt regulares deponere ſuper aliquo pietatis Monte pecuniam expendendam in bonis mobilibus, idque quotannis, excipiendo certum lucrum, verbi gratia, quinque pro ſingulis centenariis. Et probatur; quia tale jus exigendi quinque pro ſingulis centenariis, cum ex ſe ſit certum, & fixum, æquiparatur bono immobili, proindeque bona deſtinata ad emptionem immobilium poterunt in tali monte pietatis conſtitui, cum pecunia, quæ in tali monte conſtituitur nulli periculo ſubjaceat, ut obſervatur in Ferraria, & ſic Coſinas II. Magnus Ethruriæ dux aſſignavit pro præfato monte Florentino feudum redditum ex vectigalibus illius civitatis; ſi verò in aliquo regno, vel civitate Mons pietatis verſatur in periculo, tunc pecunia Eccleſiaſtica, in eo non poteſt conſtitui.

98. Dico tertiò: Prohibitum eſt Religioſis, conſtitutionibus Apoſtolicis; dare pecunias ad Cambium, vel mutuum, ſeu aliquod lucrum, verbi gratia, quinque pro centenariis alicui homini, etiam diviti, quia talis pecunia ſemper eſt expoſita periculo, quod conſtitutiones Apoſtolicæ evitare intendunt, & quamvis hoc fiat cum magna ſecuritate, ſemper hoc eſt prohibitum Religioſis, quibus omnis negotiatio intercluſa eſt, ut probant Riccius, Ugolinus, Megala, Gennenſ.& alij apud Dianam *part.*1.*tract.*8.*reſol.*72.

Riccius. Vgolin. Megala. Genuenſ. Diana

99. Dico quartò: Prohibitum eſt etiam, conſtitutione Apoſtolica, ne Religioſi recipiant pecunias ad Cambium, aut mutuum cum ſolutione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, ut conſtat ex Decreto Sacræ Congregationis 21. Maij, anno 1626. ſub Urbano VIII. Ubi expreſsè dicitur. *Regulares prohibentur cenſus imponere ſuper bonis ad eorum monaſteria pertinentibus, loco cenſuum hujuſmodi pecunias ad Cambium, vel mutua accipere, cum ſolutione lucri ceſſantis, & damni emergentis.* Et ſtatim imponuntur pœnæ contentæ in conſtitutionibus Apoſtolicis, *quæſt.* 2. & 3. Decretum refert Pellizar. *citato, cap.* 8. *num.*37. Ubi expreſsè Sacra Congregatio prohibet pecunias acceptas ad Cambium, ac mutuum.

Sacr. Congr. Pellizar.

100. Dubitatur tamen: An ſaltem ex gratitudine poſſint regulares aliquid ſolvere mutuatoribus pro intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis? Aliqui graves Doctores affirmant, quia jura prohibentia Regularibus donationes, non prohibentur ea, quæ fiunt ex gratitudine, ut docent Rodriguez, Homobonus, Valerius, de la Crux, Azor, Molina, Zenedus, & multi alij apud Dianam 1. *part. tract.*6. *Reſol.*15. alij ut Pellixar. *citat. num.*38. Simpliciter negant hoc fieri poſſe à Regularibus, quia fraus, & dolus nemini patrocinantur, quod autem dicto modo ex gratitudine ſolvitur, videtur eſſe in fraudem legis. Ego verò diſtinctione utendum exiſtimo, ſi ex pacto antecedenti aliquid ſolvitur ex gratitudinis titulo, videtur prohibitum, quia fit illo gratitudinis nomine in fraudem legis, ſi verò poſt pecunias acceptas aliquid largiatur ex mera gratitudine, non eſt prohibitum; nam gratificari beneficium acceptum, eſt ex jure naturæ.

Rodrig. Homobon. Valerius. De la Crux Azor. Molina. Zenedus. Pellizar.

Dico quintò: quòd in caſu urgentis neceſſitatis, in quo non poteſt ſummus Pontifex vel Sacr. Congregatio adiri, poſſunt Religioſi pecunias ad Cambium, vel mutuum ſolvendo intereſſe accipere. Delbene *tom.* 2. *cap.*17.*dub.*8. *num.*3.& hoc oſtendunt rationes, quas adduxi ſupra *quæſt.*7. *num.*30. & 31. Item Decreta Congregationis non tenent, ſi detur conſuetudo legitime præſcripta. Ita Delbene *citatus num.* 4. & in hoc Regno ſæpè ſæpiùs vidi, quod Religiones graviſſimorum hominum virtute, & literis, pro neceſſitate urgenti ſumerent pecunias mutuas, & ad Cambium. 101.

Delbene.

Dico ſextò: quòd magna quantitas pecuniæ, quæ ſervatur in aliquo monaſterio, non poteſt alienari abſque aſſenſu ſedis Apoſtolicæ, & ita reſolutum fuit à Romana Rota in una Venetiarum; ubi fuit dictum, hoc procedere licèt præfata pecunia eſſet convertenda in Eccleſiæ utilitatem. Barboſa *de Offic. & poteſtate Epiſcop. Allegat.*95.*num.*43. M. Lezana *tom.*2.*cap.*19. 102.

Rom. Rota Barboſa. Lezana.

QUÆSTIO XIX.

Qualiter ſe debeant habere Regulares in extinguendo, ac redimendo cenſu?

SUMMARIUM.

103 *Si cenſus eſt conſtitutus ut redimatur, tunc fieri poteſt, aliter non.*

104 *Pecunia ex illo cenſu extincto eſt implicanda in re immobili.*

105 *Tali pecunia non poſſunt ſolvi debita conventus.*

DIco in hoc; quòd poſſunt Regulares ſine ſolemnitatibus juris admittere extinctionem, & redemptionem cenſus legitimè conſtituti, ſi talis naturæ eſt, ut redimi valeat quoties 103.

quoties debitor voluerit, quia tunc fieret ei magna injuria contra naturam contractus; ſi verò cenſus talis naturæ non eſt, ſed abſolutè, & veluti perpetuo eſt impoſitus, ut in manu Religioſorum ſit illum extinguere, vel non; tunc non poſſunt illius extinctionem admittere; hoc enim eſt alienare bona Conventus, & ita video obſervari in praxi.

104. Pecunia, quæ reſultat ex cenſu extincto, non eſt conſumenda à Regularibus, cum reſultet ex re immobili, ut patet ex ſupradictis, ſed aliud immobile ex illa eſt comparandum, vel ſi Conventus habet aliquem cenſum ſuper ſua bona conſtitutum, tali peccunia, ut advertit Pellizar *ſuprà citatus, in.* 43. poteſt extingui, ac redimi ſine licentia S. Congregationis: quia tunc non fit alienatio bonorum, ſed potius acquiſitio. Pellizar.

105. Tali autem pecunia ex cenſu extincto non poſſunt Regulares ſolvere debita Conventus, etiamſi quotannis pro debito ſolvant intereſſe: nam Sacra Congregatio declaravit, non debere alienari cenſus pro ſolutione æris alieni debiti, ut Gavantus tenet *in Enchiridio. verb. Alienatio. num.* 40. nec his advertatur, quod inde magnum commodum Conventus ſequatur, cum à ſolutione intereſſe ſolvatur, quod enim talis alienatio ſit utilis Eccleſiæ, non eſt alienandi ſufficiens cauſa, inconſulta Congregatione; ad ipſam Congregationem pertinet de hac utilitate iudicare. Gavant.

Quæstio XX

An res gravatas debitis alienis poſſint Regulares alienare?

SUMMARIUM.

106 *Res gravatas debitis ſine ulla ſolemnitate poſſunt regulares alienare.*

107 *Si ſatisfacta parte, aliqua pecunia reſtat, implicanda eſt in rebus immobilibus.*

106. Dico, quod res gravata debitis alienis abſque ſolemnitate poteſt vendi, & alienari, ut parti ſatisfiat, etiamſi res iam ſit incorporata Eccleſiæ, quando alia via ſatisfieri non poteſt, quia illud legatum ſemper manet obligatum, & legatarius non poterat donare, vel relinquere, quod alteri erat debitum, ut ex Pariſ. & Grilen. tenet Bordon. *Reſolut.* 27. *num.* 63. & non ſolùm ſtante iudicis ſententia, vel petitione partis, ſed etiam abſque eorum interventu, ſatis eſt, quod neceſſitas urgeat ſatisfaciendi in conſcientia, ut tenet Rodoan, *quæſt.* 51. *de Alienatione, cap.* 8. *num.* 18. Pariſius Grilem. Bordon. Rodoan.

107. Si res aſtricta ære alieno venditur, & ſatisfacta parte adhuc reſtat magna pecuniæ quantitas, non poteſt conſumi, ſed implicanda eſt in rebus immobilibus; ex illis enim habetur, ac reſultat, eorúmque naturam ſortitur ut ſupra diximus.

Quæstio XXI.

An Regulares ſine licentia Sacræ Congregationis poſſint alienare bona ſibi relicta tali conditione, ut ea liberè poſſint alienare?

SUMMARIUM.

108 *Prima ſententia negat.*

109 *Secunda & vera affimat.*

110 *Solum prohibentur alienari res Eccleſiæ abſolutè data.*

111 *Res relicta ut nunquam alienetur urgenti neceſſitate poteſt alienari, & n.* 112.

In hac re Armilla, Riccius, Quaranta allegati à Caſtro Palao citando, tenent quod talis res non poſſit alienari, talis conditio ut turpis, ac contraria iuri rejicienda eſt, & tanquam nôn appoſita. 108. Armilla. Riccius. Quarantà.

Oppoſita ſententia mihi videtur probabilior, eam tenent Caſtro Palaus *tract.* 11. *diſputatione unica, de rebus Eccleſ. non alienand. punct.* 15. *§.* 1. *num.* 14 Filliucius *tractatu* 44. *num.* 29. Bordon. *Reſol.* 27. *num.* 69. & Probatur: quia teſtator, ut dominus ſuarum rerum, poteſt eas relinquere cum tali, & tali conditione, quod verbi gratia, poſt aliquot annus tranſeat ad ſuos conſanguineos, & talis tranſlatio poteſt fieri abſque licentia Sacræ Congregationis, ut patet ex *l.* 1. *&* 3. *C. quando decreto opus non eſt.* In quo etiam conveniunt Quaranta, Vgolinus, Barboſa citati ab eodem Caſtro Palao; ergo in propoſito caſu poteſt inſtituere, ut ſua bona transferantur. 109. Caſtr. Pal. Filliu. citth. L. 1. & 3. Quaranta. Vgolin. Barboſa.

Deinde illa conditio non eſt reijcienda ut turpis, ac iuri contraria, cum ius ſolum prohibeat alienare res, quæ ſunt Eccleſiæ abſolutè & perpetuo, non vero res, quæ ſunt datæ ei, ut eas retineat quandiu ei placuerit, vel vendat. 110.

Si verò quæras: An legatum relictum Regularibus ſub hac conditione, ut nunquam alienari poſſit, an occurrente iuſta cauſa, ſervata debita ſolemnitate, alienari poſſit? Reſpondeo affirmativè, interveniente urgenti neceſſitate, cui alio modo ſubveniri non poteſt, quia tunc alienatio non eſt voluntaria, ſed neceſſaria. Goffridus, Hoſtienſis, Innocentius, Panormitan. Sylveſter, Azot, Caſtro Palaus *num.* 15. quos citat, & ſequitur Pellizar. *tract.* 6. *c.* 8 *n* 54. 111. Goffrid. Hoſtienſ. Innocent. Panormita. Sylveſt. Azot. Caſtr. Pal. Bellarm.

Idemque dicunt citati Auctores in caſu maioris utilitatis conventus, quia in hoc caſu illud iura concedunt, cui teſtator non poteſt contradicere; ſed hoc mihi non placet; quia teſtator ut dominus ſuarum rerum poteſt eas legare, ac donare prout voluerit, ut de facto vult illam hæreditatem perpetuò in monaſterio conſervari ad monomentum ſuæ memoriæ, ac nominis, vel ut onus affixum miſſarum, verbi gratia, exactius obſervetur, & in oblivionem non abeat. 112.

O Qu Æ

Quæstio XXII.

Vtrum poſſint Regulares alienare bona immobilia, quæ tempore facta ſunt inutilia?

SVMMARIVM.

113 *Si in bonis ſterilibus nulla ſit ſpes utilitatis, poſſunt alienari, non verò ſi detur aliqua, & n. 114.*
115 *Probatur prædicta reſolutio.*
116 *Prædium relictum à teſtatore cum onere.*
117 *Domus relicta Monaſterio, & ſæculari, ſi ſæcularis vult vendere, poteſt & Monaſterium.*

113. BOna Conventus in duplici differentia conſideranda ſunt, vel ita ſunt de præſenti ſterilia, ut tractu temporis poſſint eſſe utilia, vel quia nulla eſt ſpes eorum utilitatis, ſed perpetuùm habentur ut infructifera.

114. Dico ergo, quod ſi talia bona ita facta ſunt ſterilia ut ſit ſpes aliqua eorum utilitatis, quod non poſſunt Regulares alienare; maxi-
Filliuc. mè verò ſi nulla ſit ſpes. Filliucius *tr.* 44. *c.* 4.
Bonacina. *num.* 6. Banacina *de Alienation. bonorum, quæſt.*
Quaranta, *unica. punct.* 2. *num.* 9. §. *Rurſus patet.* Quaranta
Rebuff. *verb. Alienat. n.* 37. cum Rebuffo, & aliis Leza-
Lezana. na *tom.* 2. *c.* 19. *n.* 55.

115. Probatur prima pars: quia lex Eccleſiaſtica prohibet alienationem bonorum Eccleſiæ pro eorum conſervatione tam de præſenti, quam de futuro; atqui illud de futuro poteſt eſſe utile: ergo ſine ſolemnitate requiſita alienari non poſſunt, nec in eis extingui cenſus impoſitus. Secunda pars inde oſtenditur, quia tale immobile idem eſt Conventui, ac ſi non eſſet, & ideo cenſus in eo impoſitus pro rata periit: nam iuxta Conſtitu-
Pius V. tionem Pij V. *de cenſibus.* Extincto prædio ſuper quod cenſus eſt impoſitus, extinguitur obligatio cenſus; & ideo talis remiſſio non eſt dicenda voluntaria, ſed neceſſaria, ut
L. 1. ff. probatur ex *l.* 1. *ff. de Fund. dot. l. Alienationes, ff.*
L. Alienat. *famil.* Megala 2. 2. *lib.* 2. *c.* 91. *n.* 92.

116. Similiter dicendum cum Molina, Leſſio?
Molina. Medina, & aliis quos citat & ſequitur Bor-
Leſſius. don. *Reſolut.* 27. *num.* 3. de prædio relicto à
Medina. teſtatore, qui antea inierat contractum cum
Bordon. alio de illius permutatione, poſſunt tunc Regulares ſine ſolemnitatibus talem permutationem facere, quia illa permutatio non eſt vera alienatio, ſed potius executio contractus initi à ſuo teſtatore, ac legatario, & res tranſit cum ſuo onere.

117. Idem etiam dicendum cum eodem Bordo-
Bordon. nio *citato, num.* 5. ſi domus, vel vinea, v. g. relinquatur diviſim Eccleſiæ, ac ſæculari: tunc ſæcularis ſi vult vendere ſuam partem, poteſt Eccleſia ſine alia facultate vendere etiam partem ſuam; ſæcularis enim tunc utitur iure ſuo, licet præiudicium afferat tertio,
L. Cum eo. *l. Cum eo, ff. de ſervit. vrb. Præd.* Megala ſe-
Megala. *cunda ſecundæ. lib.* 21. *cap.* 3. *num.* 11. Tamen pecunia illa pertinens ad Eccleſiam, ſi fuerit bonæ quantitatis implicanda eſt in bonis immobilibus.

Quæstio XXIII.

Vtrum Regulares ſine debita ſolemnitate gregem pecudum, armentum boum vendere, & arbores cædere in ſuis prædiis valeant?

SUMMARIUM.

118 *Regulares, greges pecudum, bene tamen eorum fructus, alienare non poſſunt*
119 *Arbores ſi utiles, non poſſunt cædi, ſecus vero, ſi inutiles.*
120 *Poſſunt cædi arbores, ut meliores ponantur, & ad reparandam Eccleſiam.*
121 *Poſſunt arbores moderate cædi pro uſu domus, & etiam ut vendantur.*

SUb communi prohibitione, quod bo- 118.
na, quæ ſervando ſervari non poſſunt, quæ nempe, per triennium durant, & uſu non conſumuntur, vel fructificant: veniunt grex pecudum, & armenta boum, eorúmque præſepium, & inde ſine debita forma iuris non poſſunt alienari: bene tamen fructus gregis & armenti, vendendo, nempe, oves, capras, vitulos, & pullos; hæc enim æquiparantur fructibus camporum, atque, ac vineæ, & ſimiliter, aliqui boves, vel oves ex ipſo grege, ut ſolent facere alij paſtores, cum hoc non fiat multa ipſius gregis diſſipa-
patione. Ita Suarez *tom.* 4. *de Religione, tracta-* Suarez.
tu 8. *lib.* 2 *cap.* 27. *num.* 19. Filliucius *tractatu* 44. Filliucius.
cap. 4 *num.* 24. M. Lezena *tom.* 2. *cap.* 19. *num* 55. Lezana.
Molina, Quaranta, Leſſius, quos citat, & Molina. Quaranta.
ſequitur Bonacina *de Alienat. quæſt. unica, punct.* Leſſius.
2. *num.* 4. Bonacina.

Quantum ad ſecundum dico contra Bona- 119.
cinam *citatum, num.* 8. & *de Contractibus, diſp.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 19. Quod arbores ferè caducæ, vel umbratiles, ſeu nimis condenſæ, quarum conſervatio prædiis potius eſt nociva, quam proficua, bene poſſunt cædi: at verò ſi arbores ſint fructiferæ, utiles, vel magnæ æſtimationis, & maximè inſerviunt ad ornatum, & elegantiam, quibus ablatis, prædium fit deterioris conditionis præſcindi non poſſunt.
Ita Navarrus, Rodriguez, Quaranta, quos Navarr.
citant, ac ſequuntur Peirin. *tom.* 1. *Privileg.* Rodrig. Gavant.
Conſtitut. 9 *Iulij I I. annot.* 17. Caſtro Palaus *de* Peirin.
rebus Eccleſ. non alienand. punct. 15. §. 1. *num.* 7. & Caſtr. Pal.
& Probatur: quia arbores ſunt bona mobilia pretioſa, ac magnæ æſtimationis, quæ ſervando ſervari poſſunt; ergo veniunt ſub hac prohibitione.

Ex his deducitur, quod non incidit in 120.
cenſuras qui arbores extirpat, ac cædit, ut vineam, ac alias utiliores ibi conſtituat, ut
docent Riccius *deciſ.* 136. Rodriguez *quæſt.* 27. Riccius.
artic. 4. Navarrus *Conſil.* 6. & 7. Nec etiam liga- Rodrig.
tur cenſuris, qui ſine debita ſolemnitate Navar.
amputat arbores ad reparationem Eccleſiæ, quia hoc non videtur alienatio, ſed localis mutatio,

mutatio; & hic caſus videtur per Epiichiam exceptus ob neceſſitatem. Ita Bonacina *de Alienat. loco citato, n. 8. §. Tertius caſus eſt.* Bonacina.

121. Tandem ſequitur, quod Eccleſiaſtici, ac Regulares poſſunt in utroque forofacere cæſionem arborum moderatam, abſque notabili damno pro uſu foci, ac domus, & etiam ad vendendum; ſecus verò ſi talis cæſio fuerit immoderata, ac indiſcreta. Et probatur: quia Eccleſiaſticus debet uti arboribus, & fundo arbitrio boni viri tanquam bonus Paterfamilias, *l. Item ſi fundi, ff. de uſufruct.* Vt etiam notat Quaranta *verb. Alienat. num. 33. in fine.* At boni Patresfamilias communiter, ſingulis annis cædunt aliquas arbores in ſuis fundis pro uſu foci, & etiam ad aliquam partem vendendam, teſte experientia: ergo & ſimiliter Eccleſiaſtici poſſunt ſe gerere. Caſtro Palaus *tract. 9. de rebus Eccleſ. non alienand. punct. 15. §. num. 7.* Ingenioſus quidam Recentior apud Pellizatium *tract. 6. cap. 8. num. 98. §. Imo ingenioſ.* M. Fr. Anton. ab Spirit. Sanct. *tom. 2. tract. 3. diſput. 6. ſect. 6. num. 1182.*

L. Item. Quaranta. Caſtr. Pal. Pellizar. Fr. Ant. ab Spir. Sanct.

Quæstio XXVI.

An Religioſi poſſint alienare reliquias Sanctorum, at oblationes ex devotione fidelium?

SUMMARIUM.

122 *Reliquiæ Sanctorum non poſſunt alienari.*
123 *Ratio Reſolutionis.*
124 *Vota fidelium magni valoris, non poſſunt alienari, maximè minimi.*
125 *Donata pretioſa cum clauſula, ut non alienentur, etiam Apoſtolicè confirmata; ſi ſiunt inutiles, poſſunt vendi ad aliam rem utilem, & n. 126.*
127 *Quid Prælatus Eccleſiæ de his valeat ordinare, & n. 128.*

122. Dico in hac re, quod ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, ac aliis ſolemnitatibus requiſitis, non poſſunt Regulares inſignes reliquias Sanctorum, quæ in ſuis Eccleſiis habentur, & inde conſequenter reliquias, ſeu corpora, quæ in monumentis perpetuo conſtitutæ ſunt extrahere, & alienare. Ita Bonacina *de Alienatione bonorum Eccleſiæ, diſp. 2. quæſt. unica, punct. 2. num. 31.* Diana *4. part. tract. 4. Reſol. 223.* Dicaſtill. *de juſtitia, lib. 2. tract. 15. diſp. 1. dub. 6. num. 27.* & alij contra Caſtrum Palaum *tract. 12. diſp. unica, de rebus Eccleſiæ non alienandis, punct. 15. §. 1. num. 8.* pro ſe citantem Riccium, Bonacinam ſibi contrarium *de Contractibus, diſp. 3. q. 8. punct. 4. num 17.*

Bonacina. Diana. Dicaſtill.

123. Et ratio noſtræ reſolutionis eſt: quia in hac prohibitione comprehenduntur bona pretioſa immobilia quamvis temporalia: atqui reliquiæ Sanctorum ſunt ſuper omnem temporalem æſtimationem, nec pretio æſtimari poſſunt: ergo à fortiori veniunt in hac prohibitione: cum hoc tamen bene ſtat, quod aliqua reliquia poſſit dari de una Eccleſia, ac de uno Conventu ad aliam Eccleſiam, ac ad alium Conventum, dummodo Eccleſia dans non ſit defraudata, vel ſi aliunde ei fiat magna recompenſatio, & in hoc ſenſu intelligenda eſt ſententia aliorum Doctorum.

Sylveira Opuſcula.

Dico ſecundò, quantum ad oblationes, ac vota fidelium facta alicui imagini, ſi fuerint magni valoris, auri, & argenti, vel alterius eximij valoris, quæ ſervando ſervari valent, non poſſunt alienari; ſecus ſi fuerint parvi, & minimi valoris. Riccius *deciſ. 102.* Bonacina *diſputatione 2. quæſtione unica, de Alienatione, punct. 2. num. 6.* M. Lezana *tom. 2. cap. 19. numero 57. prope finem.* & Probatur: quia huiuſmodi vota ſi ſint magni valoris habentur tanquam bona immobilia pretioſa, proindéque alienari non poſſunt, ut diximus, aliter ſi ſint minimi valoris; tamen eſto ſit magni valoris, ſi apertè & evidenter ſunt inutiles communi praxi video tranſmutari in aliud ad ipſius Eccleſiæ, vel imaginis ornamentum, ac obſequium. 124.

Riccius. Bonacina. Lezana.

Ex quo patet reſolutio cuiuſdam caſus. Quædam Regina cuidam Monialium Monaſterio in hoc Regno Portugalliæ donavit quædam mobilia pretioſa, conditione appoſita, ut nunquam alienari, vel vendi poſſent, & ad hoc impetravit Bullam à Romano Pontifice abſque ullis cenſuris, & inter illa pretioſa erat quædam Porta-pax; tamen per novum Miſſale Romanum, uſus illius inſtrumenti dandi pacem ſublatus eſt; quæſitum eſt: An ille Conventus poſſet vendere, & alienare illam porta-pacem, & aliam pretioſam rem mobilem emere ad uſum altaris, ad cuius miniſterium relicta eſt à Regina? 125.

Optimè reſponderunt Viri Doctiſſimi, quod talis res pretioſa bene poterat vendi, ac alienari, ut commutaretur in aliam rem ad uſum altaris. Fundamentum eſt: quia ceſſante fine legis, ceſſat lex, *cap. Cum ceſſante de Appellationibus, l. Finali, ff. de hæredum inſtitut.* Navarrus *in Conſiliis, titulo de ſententia Excommunication. Conſilio 57.* Suarez *lib. 6. de leg. cap. 9. numero undecimo.* Atqui in prædicto caſu ceſſavit finis donantis, & finis Papæ Confirmantis: nam mens donantis erat, ut ſerviret in altari; atqui talis uſus per novam Eccleſiæ cæremoniam eſt ablatus: ergo ceſſavit finis fundatricis, ac Papæ Confirmantis, quia iam non poteſt inſervire in altari. Et confirmatur: quia conſtitutiones Summorum Pontificum poſitæ in iure communi, interveniente rei inutilitate non obligat, ſed poſſunt alienari ad maiorem utilitatem Eccleſiæ, ut ſupra diximus; & per multos Textus ad Doctores citatus ad marginem probat Rodriguez *tom. 1. qq. Regularium, q. 27. art. 2.* ergo nec illa confirmatio Apoſtolica obligat in prædicto caſu. 126.

C. Cum ceſſ. Navarr. Suar. Rodrig.

Si verò quæres: An teſtator inſtituens Monaſterium hæredem, cum ſufficientibus, poſſit hanc conditionem apponere, ut oblationes in tali Eccleſia factæ expendantur in pios uſus ipſius? Reſpondeo, quod laicus abſolute non poteſt talem conditionem apponere, cum 127.

non poſſit diſponere de rebus ſpiritualibus, ut ſunt oblationes, & teſtator non poteſt apponere conditiones iuri contrarias, *cap. Si ex laicis*, *cap. Sic quidem*, *cap. Noverint*, 10. *quæſt.* 1.

C. Si laicis. C. Sic quidem. C. Noverint.

128. Loquendo tamen de Eccleſiis ſubiectis Ordinario, ſi talis conditio appoſita à teſtatore ſit approbata ab Ordinario, tunc ſubſiſtit, quia ex officio diſponit de iis, quæ ſunt ſub iure ſuarum Eccleſiarum. *cap. Sic quidem*, 10. *quæſt.* 1. Poteſt enim ſtatuere, quod oblationes convertantur in uſus inſtitutos à teſtatore, ſic & Prælatus Monaſterij in hoc eodem caſu, talia præſtare poteſt, cum illius ſit conſentire, de cuius commodo agitur. Bonacina *de Alienatione*, *diſp.* 2. *quæſt. unica*, *punct.* 2. *num.* 6. Pellizar. *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 32. *§. Concedo tamen.*

C. Sic quidem. Bonacina. Pellizar.

Quæstio XXX.

An Regulares poſſint alienare capellas ſuæ propriæ Eccleſiæ?

SUMMARIUM.

129 *Capellæ Eccleſiarum non poſſunt vendi quoad dominium, maximè quoad uſum.*

130 *Locus Eccleſiæ diruta, ſi eſt inutilis Eccleſiæ novæ, poteſt vendi.*

131 *Iura, annui redditus, actiones ſervitutes, non poſſunt alienari.*

129. Dico, quod ſtante prohibitione Apoſtolica, non poſſunt Regulares vendere capellas ſuarum Eccleſiarum, ita ut earum dominium transferatur ad extraneos, poſſunt tamen illas concedere in uſum ipſorum, verbi gratia, in ſepulturam. Ita Quaranta, Menochius, & alij, quos citat, ac ſequitur Riccius *deciſ.* 42. quibus adde Bonac. *de Alien. diſp.* 2. *quæſt. unica*, *punct.* 2. *num.* 12. M. Lezana *cap.* 39 *num.* 56. Probatur prima pars: quia capellæ ſunt bona immobilia Eccleſiaſtica, proindéque comprehenduntur ſub hac generali prohibitione. Secunda pars ex communi praxi verificatur. Deinde illæ ſiunt ad uſum ſæcularium; conceſſio autem illarum ſolum ad uſum non eſt alienatio.

Quaranta. Menoch. Riccius. Lezana. Bonacina.

130. Riccius *citatus*; & alij, quos citat, ac ſequitur Dicaſtill *de iuſtitia*, *lib.* 2. *tract.* 15. *diſp.* 1 *dub.* 6. *num.* 311. de loco in quo fuit condita Eccleſia, quæ modo diruta, ac deſtructa eſt, adhuc enim cenſetur Eccleſiæ locus, & inde ſine debita ſolemnitate alienari non poteſt; ita citati Auctores. Tamen aliter mihi dicendum videtur, ſi talia loca, in quibus fuit Eccleſia, ſunt omnino inutilia, ac nullius commodi Eccleſiæ novæ, bene poſſunt alienari ſine ulla ſolemnitate, ut ſupra diximus, & docent citati Auctores de bonis immobilibus, quæ tractu temporis ſunt inutilia *ſuprà*, *quæſt.* 22. *n.* 114. & 115.

Riccius. Dicaſtil.

131. Dicendum eſt etiam, quod ſine debita ſolemnitate non poſſunt alienari bona incorporata, ut ſunt iura, actiones, & ſervitutes annui redditus, & cætera ſimilia: nam ius ad res immobiles pertinet, & inter eas computatur, proindéque comprehenduntur in generali prohibitione. Sylveſter, Bonacina, Vaſquez, Molina, Quaranta, & alij, quos citant, ac ſequuntur M. Lezana *tom.* 2. *cap.* 19. *n.* 56. Dicaſtil. *citatus*, *n.* 313.

Sylveſt. Bonacina. Vaſquez. Molina. Quaranta. Lezana. Dicaſtil.

Quæstio XXVI.

An Regulares, non obſtante prohibitione Apoſtolica, poſſint repudiare hæreditatem Monaſterio relictam, non ſervata ſolemnitate requiſita ad alienationem?

SUMMARIUM.

132 *Prima ſententia eſt negativa.*

133 *Secunda affirmativa.*

134 *Tertia diſtinctione utitur.*

Duæ ſunt ſententiæ in hac re. Prima contendit, quod talis alienatio fieri non poteſt. Molina *tract.* 2. *diſp.* 468. *num.* 11. Filliucius *tract.* 44. *cap* 4 *num.* 34. Azor. *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *quæſt.* 12. Quaranta *verb. Alienatio.* *n.* 23. Naldus *verb. Alienatio.* *num.* 5. & alij apud Sanchez *lib.* 6. *de matrimonio*, *diſp.* 4. *num.* 11. & 12. Probatur; quia legatario mortuo, ipſo iure legata ſiunt legatarijs, licet ab ipſo non apprehendantur, pro quo multa iuris loca adducit citatus Filliucius: ſed quæ ipſo iure ſunt Eccleſiæ, ab eius Rectore alienari non poſſunt, ergo nec iſta legata repudiari. 132.

Molina. Filliuc. Azor. Quaranta. Naldus. Sanch.

Secunda ſententia ex oppoſito affirmat, quod talis alienatio fieri poſſit non ſervata ſolemnitate juris requiſita. Ita Sanchez *citatus*, *num.* 12. Suar. *tom.* 4. *de Religione*, *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 18. Layman, Bonacina, Peirin. Lezana *tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 6. quos citat, ac ſequitur Pellizar. *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 6. Probatur: Quia in iure ſolùm prohibetur alienatio bonorum Eccleſiaſticorum; repudiatio autem legati, aut hæreditatis nondum rei acceptatæ, potius eſt non acquiſitio, quam alienatio, cum alienatio ſit diſtractio rei iam incorporatæ, qualis non eſt hæreditas nondum acceptata. 133.

Sanchez. Suarez. Layman. Bonacin. Peyrin. Lezana. Pellizar.

In hac tamen re diſtinguendum puto. Si hæreditas repudiatur ob negligentiam Rectoris, vel ut ipſa hæreditas tranſeat ad alios fortè ſuos conſanguineos, vel amicos, vel ex aliquo doloſo pacto inito, tunc procedit prima ſententia, quia illa eſt doloſa alienatio juris iam acquiſiti in præjudicium Eccleſiæ; quod Conſtitutiones Apoſtolicæ maximè intendunt evitare, ſi verò talis hæreditas ſecum involvit lites; & controverſias, & odia: tunc ſecunda ſententia habet locum quia illud ius non eſt planè acquiſitum, ſed litigioſum, quod ſecum multa portat incommoda, & ius quod eſt conſtitutum in favorem Eccleſiæ non poteſt verti in eius præjudicium. 134.

Quæſtio XXVII.

In quas penas incidant Regulares alienantes bona Eccleſiaſtica?

SUMMARIUM.

135 *Alienantes peccant mortaliter.*
136 *Alienantes incidunt in excommunicationem non reſervatam, ſi ex dolo, non verò ſi ex ignorantia.*
137 *In nullam excommunicationem incidunt ex Tridentino.*
138 *Epiſcopi & Abbates incidunt in interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ.*
139 *Alii Prælati præter excommunicationem incurrunt privationem ſuorum officiorum.*
140 *Quia dicitur, abſque aliqua declaratione, in foro interiori ſtatim ligat.*
141 *Et præter prædictas pœnas talis contractus eſt irritus.*
142 *Ad incurrendas prædictas pœnas requiritur realis alienatio; & non ſufficit attentata, etiam cum inſtrumento.*

135 PRo bona intelligentia huius rei videnda ſunt ea, quæ ex decretis Summorum
Pontificum retulimus *quæſtione* 1. & 3. &
Primò: alienantes peccant mortaliter, &
committunt ſacrilegium, cum irreverenter
ſe habeant erga res ſacras Deo dedicatas.
Caietan. Caietanus *in ſumma, verb. Excommunicatio*,
Quaranta *cap.* 75. Quaranta *in ſumma Bullarij, verb,*
Alienatio.num. 49.
136. Secundò: incurrunt in ſententiam excom-
Extravag. municationis, ut expreſſè dicitur in Extra-
vaganti *Ambitioſa*: & cum ibi Pontifex
Paulus II. uſus ſit illo verbo: *præſumpſerint*:
ideò non incidunt in cenſuram, niſi qui
malitiosè, ac cum dolo alienationem fece-
rint; non verò qui ex ignorantia probabili,
vel culpabili talem alienationem perpetra-
Quaranta. verint. Quaranta *verb. Alienatio. numero* 50.
Lezana. Lezana *eodem verbo, num.* 20. Hæc autem
excommunicatio nulli eſt reſervata, & patet
ex contextu, ut omnes notant. Gavantus
Gavant. *in manuali, verb. Alienatio. num.* 28. Unde
Prælati regulares in foro conſcientiæ poſſunt
abſolvere ſuos ſubditos, & Confeſſarii ſuos
pœnitentes.
137. Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſia-*
Leo. *ſtici, cap.* 15. *num.* 8 §. *Nota circa.* Ait, quod
quamvis illa excommunicatio non ſit reſer-
vata in Extravaganti, eſt tamen reſervata in
Concilio Tridentino *ſeſſ.* 22. *cap.* 11. Sed Con-
cilium ibi ſolùm loquitur de uſurpantibus;
ac convertentibus in proprios uſus bona Ec-
Fillico. cleſiarum, ac proinde prædicta doctrina non
eſt extendenda ad ſimpliciter alienantes, Fil-
liucius *tract.* 44. *cap.* 6. *num.* 3. §. *Dico ſecundo.*
Bonacina. Bonacina. *de Alienatione. diſp.* 2. *quæſt. unica,*
punct. 2. *n.* 9.
Epiſcopi, & Abbates alienantes bona
138. Eccleſiaſtica incidunt in interdictum ab in-
greſſu Eccleſiæ, & etiam ſuſpenſionis à re-
gimine, ac adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ,
ſeu Monaſterij, cui præſident in ſpirituali-
bus; & temporalibus, eo ipſo incurrendæ,
ſi ſex menſibus elapſis ſequentibus ſub in-
terdicto huiuſmodi animo perſeveraverint in-
durato.
Alij verò Prælati inferiores prædictas alie- 139.
nationes facientes, præterquam quod in-
cidunt in excommunicationem, ut ſupra di-
ximus, non reſervatam, addit tamen Pon-
tifex, quod Prælati tales alienationes fa-
cientes, incidunt in pœnas privationis
ſuorum officiorum, ac inhabilitatis in po-
ſterum ad illa, abſque aliqua declaratio-
ne; & quamvis prædictæ pœnæ privatio-
nis ex vi Extravagantis non ſint reſervatæ;
cum, ſine ſufficienti ratione induci non de-
beat reſervatio in pœnis, ut infra dicemus;
tamen ex decreto Sacræ Congregationis ſub
Urbano VIII. de quo *q.* 3. ſunt reſervatæ, ut Urb. VIII.
conſtat ex illis verbis: *Sublata etiam generali,*
& protectori illas moderandi, aut relaxandi
facultate, ex quo Sedi Apoſtolicæ reſervatæ
cenſendæ ſunt, ut notant M. Lezana *verb.* Lezana.
Alienatio. num. 22. Pellizarius *tract.* 6. *c.* 8. *n.* 4. Pellizar.
ad finem.
Quia verò in dicta Conſtitutione dicitur,
quod *abſque ulla declaratione* incurrant in di- 140.
ctas pœnas, ideò valdè communis, & re-
cepta eſt ſententia, quod tales pœnæ incur-
rantur ſaltem in foro conſcientiæ ante om-
nem declarationem. Et ratio eſt, quia nihil
aliud videntur intendere Pontifices, ac la-
tores harum legum, dum his terminis utun-
tur, niſi quod nulla expectetur ſententia
adhuc, quod illæ pœnæ teneant in foro
conſcientiæ: nam alias ſuperfluè appone-
retur illa clauſula: *abſque ulla declaratione.*
Suar. *lib.* 5. *de leg. cap.* 8. Vaſquez 1. 2. *diſpu-* Suar.
tatione 170. licet tamen in foro exteriori, Vaſquez.
ſententia declaratoria judicis requiratur, quia
nullus tenetur in ſe ipſum exequi pœnam
ſui delicti. Sanchez *lib.* 6 *in Decalog. cap.* 1. 5. Sanchez.
num. 65.
Præter prædictas pœnas, ponitur etiam 141.
irritatio alienationis factæ ſine legitima ſo-
lemnitate inducta, tum in citata Extrava-
ganti, tum in decreto Sacræ Congregatio-
nis *quæſtione* 3. & tenet abſque alia ſententia,
vel declaratione, cum id in ipſa lege ſatis
apertè explicetur, ut talis irritatio propriè
non ſit pœna, ut ad incurrendam deſideretur
ſententia, ſed inducta eſt ad præcavendum,
ne aliter fiat & ideo factum conſtitutioni-
bus Apoſtolicis, eſt nullum. Ita Suar *tom* 4. Suar.
de Religione, tract. 8. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 20. con-
tra Navarrum *Commentar. de Alienat. rerum* Navar.
Eccleſiaſtic. num. 15. *& ſequentibus*; & alios
exiſtimantes, interveniente juſta cauſa, ac
utilitate Eccleſiæ ob ſolum defectum ſolem-
nitatis omiſſæ in alienandis Eccleſiæ bonis,
non eſſe invalidum contractum: cum ſo-
lemnitas prædicta poſita ſit ad præſumen-
dam juſtam cauſam, & conſequenter ubi in-
tervenit veritas ceſſat præſumptio. Hæc dixit
Navarrus: non vidit ipſe decretum Sacræ
Congregationis reſervantis ſibi judicium co-
gnoſcendi de utilitate, ac vera cauſa ad alie-
nandum, ut diximus cum communi ſententia
ſuprà q. 5.
Si verò quæras: an ad incurrendas prædi- 142.
ctas pœnas requiratur realis alienatio; an ſuf-

Filliucius. Navarr. Covar. Cap. Si quis

ficiat attentatio, inſtrumento facto? rectè reſpondet Filliucius *tract.* 44. *cap*, 6. ex Navarro & Covaruvia, requiri realem rei traditionem, & colligitur ex *cap. Si quis Presbiter. de reb. Eccleſ. non alienand.* & ex eo probatur, quia regulariter pœnæ impoſitæ intelliguntur de actu perfecto, ac conſummato, qualis non eſt attentatio alienationis, non ſecuto effectu; hæc diximus regulariter, qui attentantes, conſulentes, & conſentientes in infeudationem locorum Sedis Apoſtolicæ, ipſo facto excommunicantur, etiam effectu non ſecuto, ut notat idem Filliucius *loco citato.*

QUÆSTIO XXVIII.

An bona Confraternitatis, Collegij, Congregationis, ac Hoſpitalis alienari poſſint?

SUMMARIUM.

143 *Eorum bona non poſſunt alienari, ſi ſint auctoritate Epiſcopi fundata, ſecus ſi ſine illa.*

144 *Si dubitatur, an ſit erectum auctoritate Epiſcopi, affirmativè præſumendum.*

145 *De alienantibus bona Confraternitatis.*

143. HVjuſmodi bona Confraternitatis, Collegij, Congregationis, Hoſpitalis conſtituti, ac erecti Auctoritate Epiſcopi, non poſſint alienari ſine debita ſolemnitate; ſunt enim loca pia, illa enim reputantur eſſe pia loca, quæ Epiſcopi auctoritate ſunt erecta, ac fundata. In Extravaganti autem *Ambitioſa*: expreſſè irritatur *alienatio piorum locorum*: aliter verò dicendum de Confraternitatibus Hoſpitalibus, Congregationibus, aliiſque ſimilibus locis fundatis ſine auctoritate, ac licentia Epiſcopi; hæc enim inter pia loca non recenſentur. Ita Riccius *deciſ.* 48. Rodoan. *quaeſt*, 28. Quaranta *verb. Alienatio, num.* 28. & 41. Cardinalis Pariſius, Soporanus, quos citat, ac ſequitur Bonacina *de Alienat. bonor. Eccleſ. diſp.* 2. *quæ. unica, punct.* 2. *num.* 10.

Extravag. Riccius. Rodoan. Quaranta Pariſius. Soporan. Bonacina.

144. Si verò in dubio habeatur ean talis hoſpitalis, vel domus ſit erecta auctoritate Epiſcopi, Reſpondendum eſt cum Maſcardo *tom.* 1. *de probat. concluſ.* 869. Quaranta *citato loco.* Rota *deciſ.* 725. *diverſ.* 1. Riccio, Soporano, ac aliis apud citatum Bonacinam, & Filliucium *tract* 44. *cap.* 4. *quaeſt.* 18. & aliis, præſumi auctoritatem Epiſcopi erectam; ad quam præſumptionem iuvat.

Maſcard. Quaranta. Rota. Riccius. Soporan. Bonacina. Filliuc.

Primò, ſi habeat, vel ibi ſint ſepulturæ; vel Cæmeterium.

Secundò, ſi in eo adminiſtretur Baptiſmus.

Tertiò, ſi recipiat decimas, vel ſit locus immunis à ſolutione collectarum.

Quartò, ſi habeat Campanile erectum cum campana, ibique divina celebrentur.

145. Alienantes autem huiuſmodi bona Confraternitatum, incidunt in pœnas Extravagantis *Ambitioſa*: ſunt nempe excommunicati, excommunicatione maiori non reſervata, ſimùlque habent privatioonem ſuorum officiorum, ac dignitatum.

Extravag.

RESOLUTIO VIII.

Altare.

QUÆSTIO PRIMA

Quid & quotuplex ſit Altare?

SUMMARIUM.

1 *Etymologia nominis Altaris.*

2 *Altare duplex, definitio portatilis.*

3 *Altare ſtabile, illius definitio.*

4 *Altare ſaltem maius quantum fieri poteſt, debet reſpicere Orientem.*

ALTARE ab altitudine dictum: nam ut teſtatur Theſaurus linguæ Latinæ, antiqui Diis ſuperis in ædificiis à terra exaltatis ſacrificabant: Diis terreſtribus, in terra: Diis inferis, in foſſa terræ. Altare ergo idem eſt, ac *Alta ara*, & ut ait Varro *Divinarum, lib.* 5. Aras primum, anſas dictas, quia ſacrificantes tanquam velut per anſam neceſſe erat eas tenere; commutatione verò literarum, aræ poſtea cœperunt dici: Ara autem dicitur à verbo Græco, quod eſt orare, quia ſacrificantes orabant. De quo latè Durandus *in rationali, lib.* 1. *c.* 2. & 7. & cum aliis multis Bellarm. *tom.* 3. *Controverſ. lib.* 1. *de Miſſa, cap.* 14. *verb. Denique.* Aliis placet, quod altare dicitur, id eſt, Alta res. 1.

Theſaur. Varro. Græcus. Durand. Bellam.

Duplex eſt altare, unum portatile, quod transferri poteſt de loco ad locum; & ex hac ratione *cap. de Privileg. in* 6 vocatur Viaticum, *ad l. Can. Concedimus de conſecratione.* Appellatur: *Tabula conſecrata:* vulgo dicitur *Petra ara:* Definitúrque communiter *Parvus lapis, continens in ſe foramen, cum conſecratione, ac ſigno ſuperpoſito?* requiritur, quod ſit capax pedis calicis, ac hoſtiæ conſecratæ. Ita Durantes, Graſſis, Petrus Gregorius, Suarez, Henriquez, quos citat, ac ſequitur Fagundez *de quinque præceptis, p.* 1. *lib.* 3. *c.* 22 *n.* 1. 2.

C. de Privil. Can. Conc. Durantes. Graſſis. Petr. Greg. Suar. Henriq. Fagundez.

Alterum altare eſt fixum, & immobile, quale in Eccleſiis habetur communiter; definirique poteſt: *tota menſa, in qua integrum ſacrificium, ſeu tota Miſſa celebratur.* Ita Sylveſter, Azor. Fuſcus, Henriquez, Bellarminus, Lambertus, Lotter. & alij, quos citant ac ſequuntur Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *allegat.* 27. *num* 20. Tamburinus *de iure Abbatum. tom.* 1. *diſp.* 23. *quaeſt.* 4. 3.

Sylveſt. Azor. Fuſcus. Henriq. Bellarm. Lambert. Lotter. Barboſa. Tambur.

Altare, ſaltem maius, debet Orientalem mundi plagam reſpicere, ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine hoc ſervatum eſt, ut verſus Orientem conſtituatur, Pariſius *in praxi nova Epiſcopali, part.* 1. *cap.* 5. *num.* 2. Azor. *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *quaeſt.* 12. Bonacina *de Sacrament diſp.* 4. *quaeſt. ultima punct.* 4. *n.* 13. *verſ Praeterea*, Barboſa *citatus, num.* 32. oppoſitum tenet Vaſquez *in* 3. *part diſp.* 233. *cap.* 2. *num.* 19. Ubi ait, hoc non eſſe neceſſarium, & aliquando obſervatur in praxi, nam in hac civitate 4.

Pariſius. Azor. Bonacina. Barboſa.

civitate illuſtriſſimi conventus S. Franſciſci, S Antonij, Capucinorum, & B. Mariæ Virginis de Penha de Franca Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, altare maius verſum eſt ad occidentem; ac proinde quantum fieri poteſt, conſtitui debet ad Orientem; tamen ſi ratione ſitus loci, meliorisque diſpoſitionis Eccleſiæ ædificetur, ut reſpiciat Occidentem, non video in hoc magnum inconveniens.

Cum ergo duplex ſit Altare, portatile, & ſtabile, portatile neceſſarium eſt, quod ſit lapideum, & conſecratum, ſtabile verò ſi ſit totum lapideum poteſt eſſe conſecratum, & non poteſt eſſe ligneum, vel terreum; ut patet ex *cap Altare, de conſecrat. diſt*, 1. eſt enim
C. Altare. 1. Cor. 10. ſignum Chriſti, qui dicitur Petra 1. Cor. 10. *num.* 4. Si verò non ſit lapideum, & per conſequens, nec conſecratum, indiget Altari por-
Azor. tatili, ſeu petra aræ, ut notat Azor. *tom* 1. *Inſtit. Moral. lib.* 10. *cap.* 17. *quæſt.* 2. Et tunc poteſt eſſe ligneum, vel terreum, non obſtante
Barboſa. confirmatione Synodali, ut notat Barboſa *in in collect. Bullar. verb. Altare.*

Quæstio II.

An Altaris conſecratio in omni caſu pertineat ad Epiſcopum, & qualiter Religioſi ſe debeant habere cum eis?

SUMMARIUM.

5 *Conſecratio Altaris, ſeu petra ara ad ſolum Epiſcopum pertinet.*
6 *Non poteſt Epiſcopus ſimplici ſacerdoti committere.*
7 *Si Epiſcopus requiſitus à Religioſis pro altaris conſecratione renuerit, poterunt vocare alium Epiſcopum Catholicum*, n. 8.
9 *In locis remotiſſimis poſſunt vocare Epiſcopum tranſeuntem.*

CONſecratio petræ aræ, ſicut Calicis, &
5. patenæ, ad ſolos Epiſcopos ex iure ſpectat, ex privilegio, ſolus Summus Pontifex poteſt concedere, ut per ſimplicem ſa-
Henriq. Suar. cerdotem fiat. Ita Henriq. *lib* 9 *c.* 28. §. 1. Suar. *tom.* 3. *n.* 3. *part. diſp* 81. *ſect* 5. *verſ. Tertio additur*

6. Et in tantum conſecrare altare pertinet ad Epiſcopum, ut hæc facultas non poſſit per Epiſcopum ſimplici presbytero delegari: hoc autem proprium eſt Ordinis Epiſcopalis,
Azor. Lotter. Reginald. Barboſa. & non iuriſdictionis, Azor. Lotter Reginaldus, quos citat, & ſequitur Barboſa *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 27. *num.* 23.

7. Tamen ſi Ordinarius bis, aut ter requiſitus à mendicantibus intra diœceſum exiſtentibus pro ſuorum altarium conſecratione renuerit, poſſunt adire quemquam Catholicum Epiſcopum ad id peragendum; ex conceſſione
Sixtus V. Leo X. Trident. Sixti V. & Concilij Lateranenſ. ſub Leone X. & hoc non eſt revocatum per Concilium Trident. *ſeſſ.* 6. *cap.* 5. *de reformatione.* Nam hic caſus ob neceſſitatem videtur per epiKiam ex-
Lezana. ceptus, ut notat Lezana *verb. Altare, num.* 5. Deinde, quia etſi Concilium revocaverit omnia privilegia Regularium, hæc tamen facultas, potiùs eſt ius commune, quam privilegium, quia *cap.* 1. *de ſupplenda negligentia Prælatorum*; expreſſe decernitur, quòd ſi Epiſco- C. 1. de ſup.
pus diœceſanus ter requiſitus noluerit Abbates benedicere, poterunt ſuos monachos benedicere, & alia, quæ ad eorum officium ſpectant, exercere; & ſubdit Textus: *Donec Epiſcopi ſuam duritiem recogitent*; quæ deciſionis ratio etiam in noſtro caſu militat, poſita neceſſitate, ubi enim militat eadem ratio ſtat eadem iuris diſpoſitio. Rodriguez *tom* 1. *q.* 19 Rodrig. Miranda.
art. 4. Miranda *in manuali Prælatorum*, *tom.* 2. *quæſt.* 39. *art.* 1. *concl.* 3. Azor. *tom.* 1. *lib.* 10. *c.* 27. *quæſt.* 3. 4 *&* 6.

Idem dicendum eſt etiam, Sede vacante, ſi 8.
Epiſcopus fuerit requiſitus à fratribus ex Sixto IV. Eugenio IV. apud Bullarium, ut no- Sixtus IV. Eugen. IV.
tant citati Auctores; & Hieronym. Rodrig. Hieron. Rodrig.
Reſol 9. *num.* 2.

Quia ſæpe in locis remotiſſimis, ut in 9.
India, & Braſilia non eſt copia Epiſcoporum, hoc privilegium conceſſit Sixtus IV. noſtris Sixtus IV.
Carmeliticis in bulla *dum attenta*: & idem etiam Auguſtinianis, refert Rodriguez *citata* Rodrig.
quæſt. 19. *art.* 4 *Quia vero interdum propriorum Epiſcoporum, copiam non habetis, ſi quos Epiſcopos Romanæ ſedis communionem, & gratiam habentes; de quibus plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eis benedictionem vaſorum, & veſtium & conſecrationem altarium, authoritate ſedis Apoſtolicæ recipere valeatis*, & quamvis Rodriguez *citatus* dicat, Rodrig.
quod ad executionem huius privilegij requiritur licentia Diœceſani, propter decretum Concilij Tridentini, tamen hoc mihi non videtur verum, & ratio eſt, quia caſus privilegii militat quando non eſt copia Epiſcoporum, & ſi in partibus remotiſſimis non eſt altare conſecratum, & eſt neceſſitas celebrandi, tunc tranſiens Epiſcopus Catholicus bene notus, poteſt altaria fratrum conſecrare, quæ tamen non ſunt revocata per Concilium Trident notat Lezana *citatus n.* 4. & demonſtrat ratio adducta ſupta *n.* 8.

Quſtio III.

Vtrùm Abbates, & alij religioſi habeant ex privilegio, altaria conſecrare?

SVMMARIVM.

10 *Abbates ex multis privilegiis poſſunt altaria conſecrare.*
11 *Obiectio ex decreto Congregationis.*
12 *Solvitur prædicta obiectio.*
13 *Hæc facultas conceſſa Abbatibus non extenditur ad Prælatos aliarum Religionum.*
14 *Privilegium Pauli III. Presbyteris Societatis Ieſu in terris remotiſſimis infidelium.*

REligioſi, etiam Abbates, ex iure non 10.
poſſunt conſecrare altaria, patenas, & calices, ut patet ex *cap Abbates* iuncta Gloſſa C. Abbates Gloſſa.
verb. Cenſura de Privilegiis in 6. Bene tamen

Innoc. VIII. ex privilegio Innocentij VIII. conceſſo Ianni
Abbati Ciſtercienſi, & quatuor primis coab-
batibus pro tempore exiſtentibus, tam pro ſuis
Pius. IV. Eccleſiis, quam pro aliis extraneis Pius IV.
Abbatibus Benedictinis pro ſuis Eccleſiis tan-
tum *Conſtitut. 97. in Ordine*. Idem etiam con-
Honori. II. ceſſerunt Honorius II. Adrianus VI. Six-
Adrian VI. tus IV. Eugenius IV. Ita Barboſa *de poteſt.*
Sixtus IV. *Epiſcop. allegat. 27. n. 36.* Miranda *tom. 2. quæſt. 41*
Eugen IV. *art. 4.* Tamburinus *de iure Abbatum*, *tom. 1.*
Barboſa. *diſput. 23. quæſt. 13.* Rodriguez *tom. 3. ſumma,*
Miranda. *cap. 19. num. 2.* Portel. *dub. Reg. verb. Abbas*,
Tamburin *num. 3.* Hieron. Rodrig. *Reſol. 9. num. 2.* Diana
Rodrig. *part. 3. tract. 2. Reſol. 13.*
Portel.
Hieron.
11. Tota difficultas eſt; an huiuſmodi facultas
Rodrig. ac poteſtas ſit revocata per decretum Sacræ
Diana. Congregationis anno 16, 2. die 13. Martij:
quod refetunt Barboſa *collect. Bullarij*, *verb.*
Barboſa. *Abbas*, Ioannes Maria Novariu. *Lucerna Re-*
Novarin. *gul. verb. Benedicere*, & ita habet. *Abbates,*
Sacr. Cong *Priores, Guardiani, & alii Regularium Prælati,*
etiam ex Societate Ieſu, habentes privilegia be-
nedicendi veſtes ſacras, cœmeteria, & ſimilia,
dicto privilegio uti non poſſunt, niſi in iis rebus,
in quibus ſacra unctio non adhibetur, & pro
ſervitio dumtaxat Monaſteriorum, & Eccle-
ſiarum propriarum In quo decreto compre-
henditur altaris conſecratio, quæ chriſmate
fit, ſolùm permittuntur ea, *in quibus ſacra un-*
ctio non adhibetur, ac proinde facultas conſe-
Lezana. crandi altaria videtur revocata. Ita M. Lezana
verb. Altare num. 3. Nutans, quod ibi poni-
tur benedicere pro conſecrare.

12. Tameo oppoſita ſententia tot ſummorum Pontificum conceſſionibus corroborata, videtur in ſua firmitate ſtare, nec obſtat prædicta declaratio Sacræ Congregationis, nam Naldus *verb. Abbas num. 4.* Poſtquam eam retulit, ſubdit, quod inſtante procuratore Generali Congregationis Caſſinenſis, ac exhibente ſummarium privilegiorum, ac gratiarum ſuo Ordini conceſſarum; tunc Sacram Congregationem hanc declarationem feciſſe
Reſponſio Sacræ Congregationis in hæc verba: *Deciſionem alias à ſe editam, quod Abbates, utrumque benedicti, benedicere non poſſunt ea, in quibus unctio requiritur, non obſtare, quo minus iidem munus prædicta benedictionis, quoad ea in quibus unctio requiritur impendere queant, ſi ſpecialibus ſedis Apoſtolicæ privilegiis, quibus Concilium Tridentinum, nequaquam derogat, muniti fuerint.* Cum ergo prædicta facultas data Abbatibus non ſit derogata per Concilium Tridentinum, eſt in ſuo
Pellizar. vigore. Ita Pellizar. *tract. 8. cap. 5. num. 103.* Deinde illa declaratio Congregationis, cum non oſtendatur ſufficienter authentica, & publicata, non videtur derogare tot Pontificum privilegiis bullatis, & authenticis.

13. Suppoſita hac firmitate privilegiorum, quæ conceſſa ſunt Abbatibus, hæc tamen privilegia non communicantur aliis ſuperioribus aliarum Religionum; eſto generalem habeant communicationem cum aliis ordinibus, etiam monachalibus; nunquam enim iſta privilegia taliter fuerunt intellecta, & ex eo iſta privile-
Suar. gia conceſſa ſunt Abbatibus, quia ipſi habent
Miranda. uſum pontificalium; quod non competit aliis
Diana. ſuperioribus Regularibus, ut notarunt Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 29. num. 27.* Miranda *in manuali tom. 2. q. 40. art. 4.* Diana *tom. 3. tract. 2. de dubiis Regularib. Reſol. 15.*

Paulus III. in ſua Bulla anno 1549. conceſſit ſacerdotibus ſimplicibus Societatis Ieſu ut in partibus remotiſſimis infidelium poſſent altaria conſecrare, ut de facto eſt in uſu. 14. Paul. III.

Quæstio IV.

Sub peccato mortali celebrandum eſt in altari conſecrato, & ſaltem portatile, debet eſſe integrum.

SUMMARIUM.

15 *Celebrans in altari non conſecrato, peccat mortaliter.*

16 *Petra aræ debet eſſe integra, ut ſimul recipiat calicem, & hoſtiam.*
Significatio ipſius Petræ. ibid.

NEceſſariò celebrandum eſt in altari conſecrato, *cap. Altaria 2. de Conſecrat. diſt. 1.* aliter faciens, peccat mortaliter; eſt enim gravis tranſgreſſio legis, ac conſuetudinis univerſalis, in qua nec Epiſcopus poteſt diſpenſare, nec ſummus Pontifex unquam diſpenſavit, ut obſervat Suar. *tom. 3. in 3. part. diſp. 81. ſect. 5.* Si altare fixum totum fuerit conſecratum, ſufficit, & non requiritur altare portatile, ſeu petra aræ conſecrata. 15.

Altare portatile, ſeu petra aræ, non poteſt componi ex duabus lapidibus invicem colligatis ad modum tabulæ, qua inſtar libri claudatur, & aperiatur, ita ut in uno lapide hoſtia, in altero calix reponatur; hoc eſt contra uſum univerſalem Eccleſiæ, contraque ipſius altaria ſignificationem; illa enim petra ſignificat unam in Chriſto perſonam; ut bene notat Vaſquez *tom 3. ad 3. part. diſp. 233. cap. 2. num. 16.* cum Sylveſtro *verb. Altare, quæſito 3.* Bonacina *de ſacrificio Miſſæ diſp. 4. quæſt. ultima. punct. 9. num. 12.* Ac proinde petra aræ debet eſſe integra, ut ſimul recipiat hoſtiam, & calicem. 16. Vaſquez. Sylveſt. Bonacina.

Quæstio V.

De Conſecratione altaris, an neceſſario in eo ponendæ ſint reliquiæ.

SUMMARIUM.

17 *Non eſt de eſſentia conſecrationis altaris, ut in eo ponantur reliquiæ, & n. 18.*

19 *Non obſtat oratio ſacerdotis in principio Miſſæ.*

20 *Loco reliquiarum non eſt ponenda pars corporalis, & n. 21.*

22 *Reſpondetur ad factum Leonis,*

23 *Reliquiæ ponendæ debent eſſe ſanctorum, qui approbati ſunt ab Eccleſia.*

PRo exacta explicatione huius rei videndū eſt Pontificale Romanum, ubi agitur de conſecratione Chriſmatis, & de alia, quæ 17.

conſecrantur

conſecrantur, quantum ad præſens quæſitum multi fuerunt Canoniſtæ, qui exiſtimarunt de eſſentia conſecrationis altaris eſſe, ut in eo aliquæ reliquiæ ponerentur; & hanc ſententiam noviſſime tenent Thomas Hurtadus *tom.1. variar.tract.1.cap.6. Reſol.23. num.254.* Scortia *de ſacrificio Miſſæ lib. 2. cap. 14. num.4.*

Thom. Hurtad. Scortia.

18. Oppoſita ſententia, quòd tales reliquiæ Sanctorum, non ſunt neceſſariæ ad conſecrationem altaris fixi, & permanentis, eſt communiſſima, & certa, eam tenet Panormitanus, Suar. Ægydius Coninch. Vaſq. Layman, Franciſc. Lugo, Dicaſtill. Gaſpar. Hurtad. Leander, quos citant ac ſequuntur Caſtr. Palaus *tom.4.tract.22.punct, 9. num.5.* Diana *part. 11. tract.6. Reſol.25.* Et probatur; quia licèt concedamus, quòd tempore antiquo præceptum erat, ne ullum altare conſecraretur abſque reliquiis Sanctorum in ipſo poſitis, tamen communi, ac univerſali conſuetudine totius Eccleſiæ eſt abrogatum; nam in tota Eccleſia maximè multiplicata ſunt altaria, ut vix pro tot altaribus, certæ reliquiæ Sanctorum inveniri poſſint: ergo non eſt obligatio reponendi ibi reliquias.

Panormitã. Suar. Ægyd. Coninch. Vaſquez. Layman. Franc. Lugo. Dicaſtill. Gaſp. Hurtadus. Leandr. Caſtr. Pal. Diana.

19 Nec obſtat oratio ſacerdotis in introitu Miſſæ: *Oramus te Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hic ſunt.* Explicat Palaus. Quorum reliquiæ hîc fuerint, vel dic, quorum reliquiæ hic ſunt in altaribus, nempe, per totam Eccleſiam: Cæremoniale autem noſtrum Carmelitanum *lib. 2. rubr 53. num.6.* diſponit, quòd in altari ubi non ſunt reliquiæ, non dicat Sacerdos: *Quorum reliquiæ hic ſunt*; quòd etiam ex antiquis rubricis refert Sylveſter *verb. Altare . num.1.*

Oratio ſacerdotis. Palaus. Cærem. Carmel. Sylveſt.

20. Nec obſtat ſecundò id quod ait Thomas Hurtadus citatus, quod pro reliquiis ſaltem reponatur pars corporalis, quod probat ex facto Leonis I. qui dedit partem corporalis, ut loco reliquiarum poneretur, ſi enim veſtimenta alicuius Sancti, ac Crux Chriſti ex contactu pro magnis reliquiis habentur, à fortiori etiam corporalia ex contactu corporis Chriſti

Thom. Hurtad. Leo, I.

21. Tamen conſtans eſt ſententia Theologorum cum Panormitano, Vaſquez, Suar. Ægyd. Conincho, Emmanuele Sà, Cardinali Lugo, Paul. Fagundez & aliis, quos citat, ac ſequitur Diana *allegatus, §. ſed licèt*: quòd nempè pars corporalis tanquam reliquia non ſit ponenda in petra aræ, nam quamvis corporalia ſemper in Eccleſia fuerint habita in magna veneratione, tamen nunquam tanquam reliquiæ expoſita ſunt populo ad adorandum, illud tamen quod dicitur de veſtimento, ac cruce Chriſti, iſta habuerunt contactum phyſicum cum corpore Chriſti; quòd de corporalibus dici non poteſt.

Panormitã. Vaſquez. Suar. Ægyd. Coninch. Emman. Sà Cardinal. Lugo. Paul. Fagundez Diana.

22. Ad factum Leonis Papæ; quòd, ſcilicet, dediſſet partem corporalis, imò & partem hoſtiæ conſecratæ, ut pro reliquia poneretur in petra aræ, ut Valdè dubium, & apocryphum reiicitur a proximè citatis Auctoribus; non eſt enim credendum ſanctum Pontificem talia feciſſe; & maximè contra reverentiam debitam Sacramento illud corruptioni apponendo Ita cum Panormitan. Vaſq. *tom. 3. ad 3. part. diſp.133. cap. 2. num. 17.* Cardinalis Lugo *de Sacram.diſp.20.ſect.3 n.75.*

Leo Papa. Panormitã. Vaſquez. Lugo.

23. Adverte tandem; quod à Sacra Congregatione Epiſcoporum determinatum eſt apud Gavantum *in manuali verb. Altare num. 12.* quòd reliquiæ ponendæ in altari ſint ſanctorum, qui approbati ſunt ab Eccleſia.

Gavant.

Quæstio VI.

De reverentia debita altari, ne ſub eo ſint cadavera, nec cùm Epiſcopus celebrat, alius eo die celebret.

SUMMARIUM.

24 *Sub altari conſecrato non ſint cadvera mortuorum.*

25 *In altari ſuper quod vel in eius medio eſt cadaver mortui, non eſt in eo celebrandum.*

26 *Ad altare renes non ſunt vertendi.*

27 *Eo die, quo Epiſcopus celebrat in altari; nullus alius celebret, niſi aliter ſit conſuetudine introductum.*

PRimo: Sacra Congregatio declaravit, non eſſe conſecranda altaria, ſub quibus recondita ſunt cadavera mortuorum. Gavantus *in manuali verb. Altare num. 9.* Secundò: eadem Sacra Congregatio apud eundem Gavantum *verb ſepultura, num. 9.* declaravit, quòd cadavera mortuorum non reponantur, neque ſub altaribus, neque ſub gradibus eorum. 24.

Gavant. Gavant.

Tertiò; eadem Sacra Congregatio, ut refert Naldus *verb. Miſſa, num.33.* declaravit, quòd ſi darentur aliqua altaria, quæ ſuperiùs, vel in medio continerent cadavera ſive laicorum, ſive etiam prælatorum, non eſſe in eis celebrandum. Quartò: eadem Sacra Congregatio, ut teſtatur ipſe Naldus, ordinavit Epiſcopo Ternenſi, ut faceret amovere ſepulchra, quæ extabant ſubter altaria, vel ipſorum bradellam. 25.

Naldus.

Quintò; eadem Sacra Congregatio declaravit pro altaris reverentia, quod renes non ſunt vertendi altari, & melius eſſe, ut Epiſcopus vertat renes, & terga Canonicis, quàm altari, Barboſa *collectan. Bullar. verb. Altare.* Sexto; eadem Sacra Congregatio, approbante Vrbano VIII. determinavit, & habetur ad initium Miſſalis Romani novi *Paramenta non debent ſumi de altari pro celebratione Miſſarum, cum id competat tantum Epiſcopis, ſive ſolemniter, ſive privatim celebrent; inferioribus vero habentibus uſum Pontificalium, non niſi quando in Pontificalibus celebrant.* 26.

Barboſa. Miſſale.

In die etiam; quo Epiſcopus in altari celebravit, nullus ipſa die poteſt in eo celebrare abſque ipſius Ordinarij licentia pro reverentia ipſius Epiſcopi, ut expreſsè habetur *cap. finali, de conſecrat. diſt. 2.* & quamvis Textus dicant, ut notant Gloſſa *ibi*, & Ugolinus *de officio Epiſc.cap. 2. §. 2.num. 4.* Epiſcopo Miſſam Cantante; tamen ſummarium Textus habet: *Vbi celebravit Epiſcopus.* Videtur, quòd nulla ſit differentia inter Cantare, ac celebra- 27.

Cap. finali. Gloſſa. Vgolin. Summar.

re,

Naldus. Bonacina. Lezana. Scotcia. Layman. Azor. re, ut tenent Naldus *verb. Epiſcop. num.* 51. Bonacina *de ſacrificio Miſſæ, diſp.* 4. *quæſt. ultima: punct.* 9. *num.* 15. Lezana *verb. Altare, n.* 11. admonent tamen Scotcia *lib.* 2. *de ſacrificio, cap.* 14. *num.* 6. Layman *de ſacrificio Miſſæ, lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 10. & Azor. *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *quæſt.* 10. Quòd hic Canon videatur deſuetudine abrogatus aliquibus in locis, proinde conſuetudini patriæ, ac locorum ſtandum eſt.

QUÆSTIO VII.

In quibus locis valeant erigi altaria?

SVMMARIVM.

28 *Religioſi in ſuis Eccleſiis, tam ſacratis quam non ſacratis, ac intra eorum ambitum erigunt altaria, & n.* 29.

30 *Religioſi in ſuis miſſionibus poſſunt erigere altare.*

31 *Religioſi in cellulis infirmantium poſſunt celebrare in altari portatili.*

32 *Religioſi in prædiis, ac grangiis ſuorum monaſteriorum poſſunt in altari portatili celebrare.*

28. Dico primò; quòd Religioſi poſſunt erigere altaria in ſuis Eccleſiis, ac ſuo clauſtro, ac cappellis intra ambitum ſui monaſterij. Quamvis juri communi ſtando, in Eccleſiis conſecratis non poſſit erigi altare ſine Epiſcopi conſenſu, *Can. Nullus, Presbyter. de conſecrat. diſt.* 1. & *cap. Quamvis diſt.* 68. Et hoc tamen licitum eſſet Presbiteris in Eccleſiis non conſecratis, de quo latiùs Azor. *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *quæſt.* 6. (Can. Nullus C. Quamvis; Azor.)

29. Tamen Religioſi tam in ſuis Eccleſiis conſecratis, quam non conſecratis poſſunt altaria erigere, cum eorum loca ſint protſus exempta ab omni juriſdictione Epiſcopali. Et in ius & proprietatem Sedis Apoſtolicæ ſumpta, & ad hoc adduco privigelum Ioannis XXII. conceſſum nobis Carmelitis; & refertur Mare Magnum Carmelitar. Sixti IV. & eſt in Bullario Rodriguez *fol. mihi* 177. *num.* 5. *In compendio Carmelitar. Diſcalceatorum, fol.* 14. & ita habet. *Propterea dilecti filij devotionis veſtræ ſpecialibus favoribus annuentes, vos & prædictum Ordinem, perſonas, Eccleſias, Oratoria, domos, res alias, & loca veſtra, ac ſpectantia ad eadem quibus inhabitatis ad præſens, vel inhabitabitis in futurum, cum omnibus juribus ac pertinentibus, ac perſonis degentibus in eiſdem, in ius, ac proprietatem Beati Petri, ac Apoſtolicæ Sedis aſſumimus*, & poſtea ſubdit. *Itaque nec locales Ordinarij, nec alia gravis perſona Eccleſiaſtica in vos, & ordinem, perſonas, ac Eccleſias, & oratoria, ac loca, utpote prorſum exempta, poteſtatem, ſeu jnriſdictionem aliquam exercere valeat.* Cùm ergo noſtræ Eccleſiæ ſint exemptæ ab omni Ordinarij juriſdictione, inde paſſim in hac noſtra Eccleſia Vlyſſiponenſi conſecrata, ac aliis, Regulares erigunt altaria abſque Ordinarij conſenſu, quamvis prædictæ Eccleſiæ ſint conſecratæ. (Rodrig.)

30. Dico ſecundò: Religioſi in ſuis miſſionibus pro Deo, ac fide, ac etiam in caſtris militum, poſſunt ſuper altare portatile Miſſas celebrare, ita conceſſit Paulus III. Religioſis Societatis Ieſu, & poſtea confirmavit Gregorius XIII. per ſuam bullam eiſdem Religioſis die 1. Octobris 1579. Quod privilegium videtur communicari ab aliis Religioſis, ut teſtatur Fagundez, *De præceptis Eccleſiæ, lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 18. Qui in ſimili exercitio miſſionum; iuſſu ſuperiorum, Deo, & Eccleſiæ inſerviunt; nam cum Gregorius dictos Religioſos non excluſit, eos videtur voluiſſe includere. (Paul. III. Greg XIII. Fagundez.)

Dico tertiò: poſſunt Regulares celebrare in altari portatili in privatis cellulis, ac cubiculis Religioſorum ægrotantium, ad hoc ut ipſi audiant miſſam, & Sacram Eucharistiam communicent, eſt pro hac re magna conceſſio Pii IV. Canonicis Regularibus ſancti Salvatoris Lateranenſibus die 18. Maii 1565. quòd eſt poſt Concilium Tridentinum, cum clauſula derogatoria Synodalium Conſtitutionum Generalium, quòd obſervat Peitin. *in conſt. Pii. num.* 34. & maximè eſt in uſu, & practicatur in tota Hyſpania, teſte Lezana *verb. Altare num.* 15. & in hoc regno Luſitaniæ video frequenter obſervari, & ut notat Paſqualigus *deciſ.* 176. *num.* 5. *Et ad hoc* non requiritur gravis morbus Religioſi; ſed ſat eſt, quòd non poſſit commodè exire à cellula 31. (Pius IV. Peitin. Lezana. Paſqualig.)

Dico quartò: poſſunt Religioſi in grangiis, ac prædiis ſuorum monaſteriorum facere oratoria, erigere altare portatile, & in eo Miſſas celebrare, etiam contradicente Epiſcopo. Ita Rodriguez, Ioannes à Cruce, & Peytinis, quos citat ac ſequitur Lezana *verb. Altare, num.* 15. & ratio eſt; quia Concilium Trident. *In decreto de vitandis, & obſervandis in celebratione Miſſarum,* (de quo latiùs quæſtione ſequenti) tantùm concedit Epiſcopis; ne permittant celebrare in domibus privatis extra Eccleſiā; atqui huiuſmodi prædia, ſeu grangiæ non ſunt privatæ domus, non enim ſunt domus privatorum perſonarum, aut ſæcularium, ſed communitatum Religioſorum, aut monaſteriorum, nec omnino ſunt Extra Eccleſiam; quia ſunt partes Eccleſiæ, ac bona ipſius. 32. (Rodrig. Ioan. à Cr. Lezana. Concil. Trident.)

QUÆSTIO VIII.

An Religioſi nunc poſt Concilium Tridentinum poſſint ex urgenti neceſſitate celebrare privatis in domibus?

SUMMARIUM.

33 *Secundùm ius antiquum poterant Religioſi celebrare in quolibet loco honeſto.*

34 *Prima ſententia affirmat, poſt Tridentinum eſſe revocata privilegia.*

35 *Secunda, & vera non eſſe revocata, ſed dari facultatem Epiſcopis, ne patiantur.*

36 *Graves Auctores tenent fuiſſe revocata privilegia.*

37 *Graves Auctores tenent non revocaſſe pro foro interiori.*

38 *Sententia*

38 *Sententia Auctoris, quòd licèt, non permittente Epiſcopo, Religioſi non poſſint celebrare in altari portatili, optime tamen in neceſſitate, & n. 39.*

33. Sixtus IV. Iulius II. Innoc. IV. Alex. IV. Lezana. Peyrin. Ioan. à Cruc. Portel. Balaſ. Dicaſtill.

CErtum eſt, quòd antiquitùs ante Concilium Tridentinum poterant Religioſi Miſſas celebrare in quolibet loco decenti, ac honeſto cum altari portatili. Ita conceſſit Sixtus IV. Prædicatoribus *Bulla* 33. & idem Pontifex hoc conceſſit Carmelitanis. *In mari Magno*, ut habetur *in ſpeculo Ordinis ſol.* 69. & 89. & Minimis Iulius II. *Bulla* 2. Innocentius IV. *Bulla* 24. Alexander IV. *Bulla* 14. Ita M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 21. *num.* 14. Peyrin *ad conſtit. Pirrhi*, *num.* 31. Ioannes à Cruce *in epitome*, *lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 7. *conclus.* 2. Portel. *verb. Altare*, *num.* 1. Balaſ. *num.* 2. & 3. Dicaſtill. *de Euchariſtia*, *tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 6. *n.* 104.

34. Trident. Navar. Duarantes. Henriq. Suar. Miranda. Molfeſ. Homobon. Beja. Ioan. Valer. Coninch. Barboſa.

Tota difficultas huius rei eſt: an huiuſmodi privilegia ſint revocata; quia Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 22. poſt Canones de Miſſa, ponit quoddam decretum de obſervandis, ac vitandis in celebratione Miſſarum, §. *Neve patiantur*, ſcilicet, Epiſcopi, *Privatis in domibus, atque omnino extra Eccleſiam, & ad divinum tantum cultum dedicata oratoria ab eiſdem ordinariis deſignanda, & viſitanda, ſanctum hoc ſacrificium à ſecularibus, aut regularibus quibuſcunque peragi*; & poſt pauca ſubdit: *Non obſtantibus privilegiis.* Vbi privilegia Regularium ibi videntur derogari; ut tenent Navarr. Stephanus Duarantes, Henriq. Suar. Miranda, Molfeſ. Humubonus, Beja, Ioannes Valer. & alij multi, quos citant ac ſequuntur Coninch. *quæſt.* 83. *num.* 226. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 23. *n.* 4. & *in collect. ad Concil. num.* 22.

35. Rodrig. Villalob. Ledeſma. Ioan à Cruc. Portel. Lezana. Hier. Rodr.

Veriùs tamen è contra Rodriguez *tom.* 1. *Regular. quæſt.* 43. *num.* 5. Villalobos *in ſumma*, *part.* 1. *tractat.* 8. *difficult.* 23. *num.* 6. §. *Tambien*, Petrus de Ledeſma, Ioannes à Cruce, quos citat ac ſequitur Portel. *in dub. Regula*, *verb. Altare*, *num.* 1. M. Lezana *tom* 3. *verb. Altare*, *num.* 13. Hieronym. Rodrig. *Reſol.* 9. *num.* 4. Qui omnes affirmant, poſſe Regulares hodie uti ſuis privilegiis, ſi Epiſcopi patiantur, & non contradicant: Quæ ſententia mihi eſt vera, & in multis conſului; nam Concilium non prohibet, ſed dat poteſtatem Epiſcopis, ne patiantur, & ne permittant, ut privatis in domibus Religioſi celebrent.

36. Diana. Præpoſitus.

Imò Diana 4. *part. tract.* 4. *Reſol.* 106. cum Ioanne Præpoſito 3. *part. q.* 83. *num.* 151. Conſtanter videntur tenere privilegia Regularium non fuiſſe revocata per Concilium Tridentinum; nec obſtat, quòd in fine prædicti Decreti dicatur. *Non obſtantibus privilegiis, exemptionibus, conſuetudinibus quibuſcumque.* Hæc enim commodè poſſunt referri ad immediatè præcedentia, nimirum: *Atque ad ea inviolatè ſervanda cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque pœnis, illorum arbitrio conſtituentur, fidelium populum compellere.* Vnde cenſet ipſe privilegium datum Prædicatoribus, ac Minoribus, *cap. In his de privilegiis.* (C. in his.) Vt nempe ubicumque fuerint cum altari valeant viaticè celebrare, non eſſe revocatum per Concilium Tridentinum, quia ius non revocatur per clauſulas generales, niſi expreſsè, ac ſufficienter exprimatur, ut communiter tradunt Iuriſtæ; & ut dicam infrà de privilegiis, iuris revocatio eſt valdè odioſa, & hoc refert Pellizar. *tract.* 8. *cap.* 2. *n.* 87. (Pellizar.) Et non impugnat, ſed quieſcit, de quo privilegio participant aliæ Religiones.

37. Petr. ab Angel. Henriq. Rodrig. Sanchez. Veiga. Compend. Soci. Barthol. à S. Fauſt. Fr. Ant. ab Spir. Sancti

Et etiam ſacrum Concilium non revocaſſe privilegia pro foro interiori, ſecluſo ſcandalo, ſed tantum pro foro exteriori ad evitandas controverſias tenent Petrus ab Angelis noſter Carmelita Diſcalceatus vir Doctiſſimus *in ſpeculo privilegiorum*, *diſp.* 7. *ſect.* 3. §. 4. & 5. & citat Henriquez *lib.* 7. *de indulg. cap.* 24. *num.* 8. & *lib.* 3. *de excommunic. cap.* 40. *num.* 2 Rodrig. *tom.* 3. *quæſtionum*, *quæſt.* 15. *art.* 6. Sanch. *tom.* 2. *in Decalog. lib.* 5. *cap* 4. *num.* 16. Veiga 4. *part. caſu* 38. compendium Societatis 2. *part. ſol.* 68. Bartholom. à S. Fauſto *in theſauro*, *lib.* 5. *q.* 167 *num.* 5. In eademque ſententia eſt Fr. Anton. ab Spir. ſanct. *tom.* 1. *tract.* 5. *diſp.* 1. *num.* 118. De quo latiùs dicam agens de privilegiis.

38. Riccius. Suar. Naldus. Fagundez.

Dico ultimò: ſtante Decreto Concilij Tridentini, ac Epiſcopo non permittente, non poſſunt Religioſi erigere altare, ac Miſſas celebrare in domibus ſæcularium, ac privatarum perſonarum, niſi in Oratorio approbato ab Ordinario ex licentia Sedis Apoſtolicæ, vel aliqua magna neceſſitate interveniente. Concluſio tres habet partes, & prima quòd Epiſcopo non permittente, non poſſunt celebrare eſt communis, & patet ex Decreto Concilij Tridentini. Ita Rodrig. *tom.* 1. *quæſt.* 43. *art.* 4. & 5. Suar. *tom.* 3. *ad.* 3. *part. diſp.* 81. *ſectione* 3. §. *Quarta exceptio.* Secunda pars, quòd non niſi in Oratoriis ex licentia Sedis Apoſtolicæ, quàm Epiſcopus non poteſt dare, ut declaravit Sacra Congregatio, & refert Naldus *verb. Miſſa*, *num.* 31. & 32. & *cum multis* tenet Fagundez *de quinque præcept. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 8.

39. Pellizar. Sà. Henriq. Navar. Soto. Suar. Azor. Sylveſt. Fagundez.

Tertia pars concluſionis: quòd ex magna aliqua neceſſitate poſſint hodie Religioſi celebrare; etiam in domibus ſæcularium in loco honeſto, ac decenti tenet Pellizarius *tract.* 8. *cap.* 2. *num.* 90. in qua ſententia ſunt etiam multi viri docti ab eo conſulti. Probatur primò; quia multi doctores cum Sà *verb. Miſſa*, *num.* 20. tenent, ſecluſo ſcandado, ac contemptu, non eſſe peccatum mortale celebrare in quovis loco honeſto, etiam ſine licentia Epiſcopi, dummodo celebretur ſuper altari ſacro. Secundò; Henriq. Navarr. Soto, Suar. Azor. Sylveſter, & alij apud Fagundez *citatum*, *n.* 14. exiſtimant, quòd quamvis Epiſcopis omnino ſit ſublata poteſtas dandi licentiam ad celebrandum in domo privata, tamen in caſu neceſſitatis eam concedere poſſunt; nam neceſſitas non habet legem, & attenta tali neceſſitate cenſetur Papa, iure ipſo, interpretativè diſpenſare: ergo & Religioſi ex paritate rationis. Tertiò, ſi retineas opinionem Ioannis Præpoſiti, & Dianæ ſuprà in hac quæſtione, *n.* 36. Concilium non derogaſſe privilegium Mendicantium, fortiùs procedit Concluſio, ſicut etiam ſi teneas ſententiam modò ſuprà relatam *n.* 37. Concilium non derogaſſe privilegia pro foro interiori, ſecluſo ſcandalo, quæ ſententiæ cum ſint graviſſimorum Doctorum, ſi Religioſus ſe illis accommodauerint, non condemnabo. Quartò; ſæpè vidi viros doctos, ac timoratos ſacra celebrare in altari portatili in domo ſæcularium ad dandam

commu

communionem Religioſo graviter infirmanti ob neceſſitatem, quæ in præſenti conſideratur, vel alia cauſa urgenti.

Quæstio VIII.

Quid ſit altare privilegiatum, & quam utiliſſima ſit eius indulgentia animabus, pluſquam alia, etiam bulla defunctorum?

SUMMARIUM.

40 *In altari privilegiato datur indulgentia pro defunctis, quæ infallibiliter habet effectum.*

41 *Si anima non eſt in purgatorio, prodeſt miſſa magis indigentibus.*

44 *Cæteris paribus, utilior eſt miſſa in altari privilegiato, quam bulla defunctorum?*

43 *Tamen ratione certitudinis, ac cauſæ indulgentiæ conceſſæ, utilior videtur bulla.*

40. ALtare privilegiatum eſt illud in quo à Papa conceſſa eſt indulgentia plenaria pro animabus purgatorij liberandis, quæ indulgentia conceditur à Papa non per modum abſolutionis, ſed ſuffragij, ac ſubſidij, quæ indulgentia applicata pro defunctis habet infallibilem effectum, ut tenet Eccleſiæ traditio perpetua, ac antiquiſſima, daturque divina promiſſio, Matth.16.num.19. ait Chriſtus Petro: *Quodcumque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cælis.* Ac ſi dixiſſet Dominus; quæcunque tu ô Petre, tuiſque legitimus ſucceſſor ſolveris, ac feceris vivens, ac exiſtens ſuper terram, factum & ſolutum erit in cælo coram Patre meo. Ita D. Thomas *in 4.diſt.21. quæſt.2. art.6. quæſtiuncula* 2. Sotus, Suar. Valentia, Coninch. quos citant, ac ſequuntur Caſtr Palaus *tom.4.tract.24.diſp.unic. punct.10. num.* 4. Leſſius *in 3 part.cap.5. de indulgentiis, dub.3.n.31.* Villalob. *in ſumma, tom.1. tract.26. diffic.7.num.3.*

Matth.16. D.Thom. Sotus. Suar. Valentia. Coninch. Caſtr.Pal. Leſſius. Villalob.

41. At verò ſi anima, pro qua applicatur Miſſa in altari privilegiato tali ſacrificio non indigeat, quia verbi gratia, vel eſt in cælo, vel in inferno, tunc ait D. Thomas *in 4.diſt.45. quæſt.3. ad 2.* Corduba. Adrianus, & alij apud Fraxinellum *ſect.3.§.11. num.* 3. ex Dei miſericordia applicari magis indigentibus; quia tamen Deus eſt cauſa univerſalis, & debet determinari ad effectum per cauſam particularem, ideò dicimus, quòd in eo caſu à ſuffragantibus, ac offerentibus, voluntate interpretativa, ac virtuali applicatur magis indigentibus in purgatorio. Ita Lavorius *de indulgent. part.2.cap.30.num.*140. & inde monet Philippus à Cruce *in Theſauro Eccleſiæ, tract.2.§.6. num* 5. Ut ita ſacrificium à Sacerdote offeratur pro tali, nempe, anima, ſi eſt in purgatorio, aliter verò pro magis indigente, vel magis ſibi coniunctis.

D Thom. Corduba. Adrian. Fraxinel. Lavori. Philip. à Cruce.

42. Tanta eſt indulgentia altaris privilegiati, ut dicat Trullenchus *in Bullam Cruciatam, lib.4. dub.12. num.* 4. Cæteris paribus, id eſt ſuppoſita æquali cauſa, & certitudine utriuſque indulgentiæ, efficacius eſſe animæ purgatorij dicere pro ea Miſſam in altari privilegiato, quàm accipere pro ea Bullam defunctorum; nam licèt indulgentia, quæ conceditur ratione Bullæ defunctorum, & quæ conceditur ratione Miſſæ in altari privilegiato ſint æquales, eo quòd ſint totales ad effectum, differunt tamen in hoc, quia, videlicet, indulgentia conceſſa in altari privilegiato animæ, habet inſuper coniunctum gradum ſatisfactionis, quæ ex divina inſtitutione correſpondet ſacrificio Miſſæ, quem gradum non includit Bulla defunctorum, ac proinde ex hac parte, cæteris paribus, utilior eſſe poteſt Miſſa altaris privilegiati pro anima, quàm Bulla defunctorum.

Trullench.

Dixi: *cæteris paribus, ſeu ſuppoſita æquali cauſa & certitudine indulgentiæ.* Et ratio eſt: 43.
quia ad valorem indulgentiæ requiritur cauſa magna, certa, & proportionata, etſi ſemper ad concedendas indulgentias detur cauſa certa & proportionata, tamen regulariter loquendo inter cauſas concedendi indulgentias maior, & certior videtur illa, cuius ratione Bulla conceditur, nimirum, bonum commune Eccleſiæ, quale eſt belli ſubſidium contra infideles, altare autem privilegiatum conceditur ob devotionem alicuius ſancti, vel Eccleſiæ, quæ tantam certitudinem, & proportionem præ ſe ferre non videtur, ac bonum totius Eccleſiæ, & ideò ratione certitudinis indulgentiæ utilius videtur bullam defunctorum pro anima accipere, quam pro ea miſſam in altari privilegiato accipere. Ita Carilho *in expoſit.* Carilho.
Bullæ defunctor. part.2. cap.6. verſ. Acerca n.7.
Diana *part.9.tract.2. quæſt.26.* Diana.

Quæstio IX.

Sacerdos ad lucrandam indulgentiam defuncto, non eſt neceſſe, quòd ſit in gratia; maximè verò pro ſe, nec numerus ſacerdotum requiritur ad validitatem altaris.

SUMMARIUM.

44 *Ad lucrandam indulgentiam in altari privilegiato non requiritur, quòd ſacerdos ſit in gratia.*

45 *Maximè verò quando ſibi lucratur indulgentiam.*

46 *Numerus ſacerdotum non eſt neceſſarius ad privilegium altaris, & num.47.*

SAcerdos miſſam celebrans in altari privilegiato ad lucrandam indulgentiam defuncto, non requiritur, quòd ipſe ſacerdos 44.
ſit in gratia; quamvis oppoſitum teneat Sà Sà.
verb. indulgen. num.2. excipit tamen niſi opus fiat nomine Eccleſiæ. Probatur ſententia: nam pro indulgentia applicanda defunctis, non requiritur gratia, ut principium operis iniuncti, ut obicem tollat, & ſubiectum diſponat indulgentiæ ſuſcipiendæ; ſiquidem vivus, qui indulgentiam pro defuncto obtinet exequendo opus iniunctum, indulgentiam non ſibi lucratur, ſed conditiones pro conſecutione indulgentiæ defuncto exequitur: ergo ſtatus

gratiæ

gratiæ in illo non neceſſariò requiritur, nec indulgentia inficitur ex malitia perſonæ operantis, ſicut nec ſacrificium Miſſæ, nec Sacramentum ex malitia perſonæ adminiſtrantis, quia ſuum valorem non habent ex perſona proximè operante, ſed ex meritis, ac ſatisfactione Chriſti.

45. Aliter verò dicendum, quando Sacerdos ſibi lucratur indulgentiam, requiritur ut tollat obicem peccati, & ſit in gratia; ex quo patet diſcrimen inter ſibi lucrantem indulgentiam, ac defuncto. Gratia enim requiritur in ſuſcipiente indulgentiam, ut fiat capax illius, non verò in applicante conditiones, ut alter eam lucretur, quando enim operans ſibi ipſi eam applicat, requiritur in ipſo gratia, non ut operans, ſed ut recipiens. Ita multi Doctores
Caſtr.Pal. quos citat, ac ſequitur Caſtr. Palaus *tom.4. tract.24.diſp.unica, punct.10. n. 10.* Idem habet
Amicus. Bardin. Amicus *tom.8. diſp.10. ſect. 8.n. 2.3.* Bardinus *in Bulla Cruciata, part. 4. tract. 3.diſp.2. ſect.3. n.13.*
Granad. Quintan. Granadus *in 3.part. contro verſ.12. tract.5. diſp.6. n.1.* Quintanadueñas *in Theolog.tom.1. in Append.tract.1.ſing.16.n.4.*

46. Secundò: quando conceditur altare privilegiatum alicui Eccleſiæ, in qua debeant manere, & celebrare tot Sacerdotes, an valeat privilegium, ſi tot non adſint Sacerdotes, quot numero exprimuntur literis Apoſtolicis;
Rodrig. Lavorius. non valere tenent Rodriguez, quem citat, ac ſequitur Lavorius *de indulgent.part.2. cap.30.n.115.*

47. Oppoſitum tenet Bordonius *tom. 2. Reſolut.91. num.8.* quia regulariter numerus Sacerdotum expreſſus non eſt eſſentialis conditio neceſſaria ad valorem privilegij, ſed veluti ad maiorem decentiam, ac concurſum populi, aliter ſequeretur Eccleſiam perdere ſuum privilegium iam ritè acquiſitum ex defectu Sacerdotum; vel dic, quod ſufficit ab initio tot de familia fuiſſe Sacerdotes pro ſervitio Eccleſiæ, quot exprimuntur in Bulla altaris, quia ſufficit quod condititio ſemel
L.ſi quis. fuiſſet adimpleta, licet poſtea deſit, *leg. ſi quis hæredem, ff. de inſtitut. & ſubſtitut.* In
Diana. hac etiam ſententia eſt Diana *part.9. tract.2. Reſolut.9.*

Quæstio X.

An ſi altare privilegiatum conceſſum eſt uni Eccleſiæ Regularium, per communicationem poſſit alia religio illo uti?

SVMMARIVM.

48 *Altaria privilegiata unius Eccleſia, vel Religionis non communicantur alteri.*

49 *At verò ſi Miſſæ privilegiati altaris conceſſæ ſunt Religioni, univerſiſque illius perſonis, videtur communicare, & n 50.*

48. ALtaria privilegiata conceſſa Eccleſiæ, vel capellæ Religionis non communicantur aliis, etiam habentibus generalem communicationem privilegiorum aliarum religionum; & Probatur: quia talia privilegia

Sylveira Opuſcula.

conceduntur tali loco ob ſpeciales rationes; quia ibi eſt ſpecialis concurſus, ac devotio populi, quæ rationes movent Pontificem ad talia privilegiata altaria concedenda; & privilegium pro uno ſolo loco dato, non valet pro aliis. Suarez *de legibus, lib.8. cap.26.* Suar.
& quia ſtylus Curiæ ita tenet, ut teſtantur citandi Auctores; & tandem quia iuxta *regulam iuris in 6. In generali conceſſione, non veniunt ea, quæ quis in ſpecie veriſimiliter non eſſet conceſſurus.* Regula.iuris Peyrin.
Peyrinis *tom. Conſtitut. 8. Pauli III. num.2.* Lezana. Lezana *verb. Altare, num.19* Diana. Diana *part.9.tract.2.Reſol.10.* Bordon. Burdon *tom.2. Reſol.52. n.85.* Tamburin. Tamburin. *tom.1.diſp.17.q.2.n.4.*

49. Quia verò inter Religiones mendicantes, ac etiam alias datur magna communicatio, tam quoad privilegia, indulta, & conceſſiones; quam quoad perſonas ipſas Religioſas, & quoad Eccleſias, loca, ac feſtivitates, ut patet ex Bulla Pij V. Leonis X. & aliorũ Pontificũ. Pius V. Leo X.

50. Unde in hac quæſtione diſtinguendum exiſtimo, quando privilegium altaris eſt conceſſum certo altari, Capellæ, Eccleſiæ, vel Conventui, hoc nullo modo communicatur alteri Conventui, vel altari, ſeu capellæ ejuſdem, vel diverſæ Religionis; at verò ſi talis gratia, vel indulgentia ſit conceſſa toti Religioni, univerſiſque illius perſonis; tunc videtur per communicationem alias Religiones participare, v.g. Paulus V. conceſſit noſtris Religioſis Carmelitis Diſcalceatis, ut Miſſæ, quæ pro eorum Religioſis defunctis dicuntur in quocunque altari privilegiatæ ſint, ac ſi in altari privilegiato dicerentur; ut refert M.Fr.Anton. ab Spiritu Sancto *in Director. tom. 1 tract.2. diſp.9.ſect.2.n.45.* Fr.Ant.ab Spir.Sancto Tale enim privilegium non eſt conceſſum alicui loco certo & determinato ob ſpeciales rationes, ſed eſt conceſſum univerſæ Religioni, omnibuſque illius perſonis ob generale motivum, ob gratiam, nempe, & favorem Apoſtolicum: ergo etiam in illo communicant aliæ Religiones, & de ſimilibus idem dicendum.

Quæstio XI.

An Miſſa celebranda in altari privilegiato pro anima purgatorij liberanda neceſſario de Requie ſit dicenda?

SUMMARIUM.

51 *Prima ſententia diſtinguit, ſi in Bulla exprimitur Miſſa de Requie.*

52 *Declaratio Congregationis tenet eſſe de Requie.*

53 *Probabilis ſententia, adhuc ſtante prædicta declaratione, contendit quamlibet Miſſam ſufficere, & n.54.*

55 *Dominica infra octavam Sanctorum poteſt dici Miſſa de Requie,*

IN hac re ſatis communis & trita eſt ſententia, quod, ad reſolutionem huius quæſtionis videnda, ac conſideranda eſt Bulla Summi Pontificis; ſi enim in ea dicitur,

R quod

quod pro anima liberanda à purgatotio di-
cenda ſit una Miſſa *de Requie* ad prædictam
indulgentiam aſſequendam, talis Miſſa *de*
Requie dicenda eſt, quia eſt conditio ap-
poſita, ſine qua gratia non obtinetur; at
verò ſi in tali Bulla habetur, pro una Miſ-
ſa dicenda in prædicto altari, una anima
liberata ſit, talis Miſſa neceſſariò *de Re-*
quie non eſt dicenda; eſt enim beneficium
Summi Principis, quod latè, & non ſtri-
Rodrig. ctè eſt explicandum. Ita Rodriguez, Phi-
Philip. à Cruce. lippus à Cruce, Hieronymus Garcia, La-
Hier.Garci. vorius, Quintanadueñas, Hieronymus Ro-
Lavorius. driguez, Trullenchus, Zarola, & alij multi,
Quintan. quos citant, ac ſequuntur Fagundez *lib.* 3.
Hier Rodr. *cap.* 9. *num.* 7. Fragoſus *tom.* 2. *part.* 2. *lib.* 8.
Trullench. *diſp.* 1. 9 §. 7. *num.* 19. Bordonus, Naldus, &
Zarola. Fagund alij multi apud Dianam *part* 9 *tract.* 2. *Reſol.* 8.
Fragoſus. Qui maximè de ſe teſtatur quòd in hanc ſen-
Bordon. tentiam abiret, niſi in oppoſitum ſtarent de-
Naldus. Diana. clarationes Cardinalium.

52. Contra prædictam ſententiam urget de-
Declaratio. claratio Sacræ Congregationis *Collectan.* 4. 8.
num. 11. Quæ ſic habet: *Miſſa celebrata in*
altari privilegiato pro defunctis, non ſuffra-
gatur, nec indulto ſatisfit, niſi ſit de requie,
Lezana. *licet in indulto non exprimatur*, & M. Leza-
na *tom.* 3. *verb. Altare, num.* 19. ait, quod
licet ſpeculativè prima ſententia videri poſ-
ſit probabilis, tamen huiuſmodi decreto eſt
obtemperandum, & neceſſario ad lucran-
dam indulgentiam, Miſſa de requie dicenda
Diana. eſt; in eadem ſententia eſt Diana *citatus*, &
Nigron. Franciſc. Nigron, *in Addition. Petrum Raiz,*
part. 2. *Regul.* 8. *num.* 2.

53. Adverto tamen, id quod tenet Pelliza-
rius *tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 9. *ſectione* 3. *num.* 81.
Adhuc ſtante prædicto decreto, oppoſitum
ſententiam eſſe probabilem, quod in alta-
ri privilegiato ad animam liberandam ſuf-
ficiat quælibet Miſſa, cum illa declara-
tio non faciat univerſalem legem, non
enim habet requiſita ad obligandum inſtar
legis communis, ſolumque facit opinionem
Fagundez. probabilem, non ablata probabilitate alte-
Layman. rius opinionis oppoſitæ; ut tenent Fagun-
Granad. dez *parte ſecunda, lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 35. Lay-
man. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 7. §. 7. Granado *ſecun-*
da ſecunda, controverſ. 1. *tractatu* 15. *diſput.* 14.
ſect. 2. *num.* 8. & eo maximè, quia illa decla-
ratio non oſtenditur authentica nec ſatis
publicata.

54. Et confirmatur hæc ſententia, quia eadem
S Congreg. Sacra Congregatio, teſte Diana *part.* 4.
Diana. *tract.* 4 *Reſolut.* 233., declaravit quolibet die
non poſſe dici Miſſam de requie, pro ſupra-
dicto altari aſſignato, ſi in eo occurrat fe-
ſtum duplex, vel de præcepto, & inde con-
tinget multos dies, privilegium prædicti al-
taris non ſuffragari animabus defunctorum.
& conſequenter eas privari tanto ſuffragio,
ac auxilio, quod facilè non eſt perſuaſum
ex pietate Almæ matris Eccleſiæ, quæ valdè
propitia eſt animabus purgatorij, maximè
cum declaratio oppoſita non oſtendatur au-
thentica, inde non tollit probabilitatem huius
ſententiæ.

55. An vero infra octavam omnium Sancto-
Sylvius. rum in die Dominica poſſit dici Miſſa pri-
vata, ſubmiſſa voce, *de Requie*; Sylvius &
alij cum Diana *part.* 9. *tractatu* 2. *Reſolut.* 29. Diana.
Affirmant, quia Pontifex in tali altari privi-
legium concedit per totum octavarium: ergo
ad fructum privilegij dies Dominica inclu-
denda eſt, ad hoc ut in ea dicatur Miſſa
de requie.

Quæstio XII.

An Altaria privilegiata ſint Revocata per Paulum V. & per annum Iubilei; ac Bullam Cruciatam?

SUMMARIUM.

56 *Altaria privilegiata non ſunt revocata per Paulum V.*
57 *Anno Sancto non ſuſpenduntur altaria privilegiata.*
78 *Probabilius eſt per Bullam Cruciatam, non ſuſpendi altaria privilegiata, & num.* 59.

PAulus V. anno 1606. revocavit omnes 56.
indulgentias Religioſis indultas, & alias
denuò conceſſit, in quo decreto non com-
prahenduntur altaria privilegiata, quæ in Paul.V.
Eccleſiis Regularium habentur: nam Pau-
lus V. non revocavit indulgentias Regu-
larium Eccleſiis, & altaribus conceſſas, ſed
tantum conceſſas immediatè, ac directè ipſis
Regularibus vivis, & quidem, qui de tali
foro erant. Ita Quintanadueñas *in Theolog.* Quintan.
log. Morali, tomo primo, tract. 4. *Appendicis,*
dub. 2. *num.* 5. Diana *part.* 9. *tract.* 2. *Reſol.* 21. Diana.
Qui addit, quod ſi conceſſum eſſet à Pon-
tificibus, ut quis, ſive ſæcularis, ſive Regu-
laris aliquod opus pium faceret, vel Miſ-
ſam celebraret, pro anima à purgatorio li-
beranda, hæc indulgentia non eſt revo-
cata, tum quia illa indulgentia non eſt Re-
gularium, ſed earum Eccleſiarum, tum
quia illæ indulgentiæ reputantur revocata:
à Paulo V. quæ erant pro vivis non vero
pro defunctis.

Dico ſecundò: quod altaria privilegia- 57.
ta non ſuſpenduntur per Iubileum anni
Sancti. Ita M. Lezana *verb. Altare, numero* Lezana.
decimonono, Bordonus *tomo ſecundo, Reſol.* 91. Bordon.
num. 12. Layman. *lib,* 5. *tract.* 7. *cap. ultimo,* Layman.
in fine; & Probatur primò: quia in Bulla
anni Sancti nulla fit mentio ſuſpenſionis in-
dulgentiarum pro defunctis, quod de iure
erat neceſſarium, cum id ſit valdè ſpeciale.
Deinde ratio ob quam Summus Pontifex
illo anno omnes indulgentias ſuſpendit, ea
eſt, ut fideles promptiores fiant ad proficiſcen-
dum Romam, ut eas ibi lucrentur, quæ ratio
non habet locum in mortuis, qui Romam
proficiſci non poſſunt.

Dico tertiò: quantum ad Bullam Crucia- 58.
tam, quod quamvis aliqui Doctores Rodrig.
probabiliter teneant, huiuſmodi altaria pri- Villalob.
vilegiata per Bullam Cruciatam ſuſpendi, Carrillus.
ut Rodriguez, Villalobos *tract.* 27. *clauſ.* 12.
num. 5. Tamen probabilior mihi eſt ſententia,
quod non ſuſpendantur. Ita Carrillus,
Trullenchus,

Trullench. Lezana. Quintan. Trullenchus *in expoſitione Bullæ, lib.* 1. *quæſt.* 9. *cap.* 3. *dub* 4. *num.* 3. Lezana *verb. Altare, n* 19. & *verb. Bulla Cruciata, num.* 41. Quintanadueñas *in Theolog. morali, tom.* 1. *tract.* 1. *Appendicis, dub.* 14. *num.* 7. Diana licet alibi oppoſitum exiſtimaverit; tamen noviſſimè noſtram ſententiam, ut probabiliorem tenet *part.* 9. *tract.* a *Reſol.* 22. Diana

59. Et probatur; quia in ſuſpenſione generali indulgentiarum per Bullam, non exprimitur iſta; indulgentia pro defunctis conceſſa; quod videbatur neceſſarium, cum ſit ſpeciali nota digna, deinde quia indulgentia pro aliqua capella, vel Eccleſia literis ſcriptum ponitur edictum in ea: *indulgentia, ut Iubileum in hac capella, vel Eccleſia habenti Bullam Cruciatam.* Sed tale edictum ſcriptum non ponitur in altaribus privilegiatis: ergo ſignum eſt, &c. Tandem, quia ex ſummario conſtat, quod ſolùm illis ſuſpenduntur indulgentiæ quorum reſpectu revalidantur, qui ſolum viatores ſunt, cum hi tantum Bullam Cruciatam ſumant, ut tam indulgentias ipſius Cruciatæ, quam aliarum rerum lucrari valeant.

Quæstio XIII.

Quot modis Altare conſecratum ſuam amittat conſecrationem?

Summarium.

60 *Tunc altare deſinit eſſe conſecratum, quando ita eſt fractum, ut non poſſit continere calicem, & hoſtiam, vel quando illius cornua non extant.*

61 *Altare fixum deſinit eſſe ſacrum, quando illius menſa à columnis amovetur, niſi aliud ſubſtituatur.*

62 *Si non ſit ſepulchrum ad reliquias non deſinit eſſe ſacrum.*

63 *Violata Eccleſia, violatur altare fixum, & è contra.*

64 *Altare ſive fixum, ſive portatile, non amittit ſuam conſecrationem, ex eo quod excommunicatus in eo celebret.*

65 *Lapis altaris profanatus poteſt vendi, & decenter retineri ab emptore.*

60. Tunc altare conſecratum deſinit eſſe conſecratum. Primò: quando ita eſt fractum ut nulla illius pars, quæ manet, poſſit commodè continere pedem calicis, & hoſtiam cum patena. Secundò: quando cornua, quæ inunguntur, fuerint fracta, tunc enormiter fractum altare reputatur. Ita *cap.* 1. & *cap. Quod in dubiis,* & *cap. Ligneis, de conſecratione Eccleſiæ, vel altaris.* Ita Noſter Bacconius *in* 4. *diſp.* 11. *art.* 1. Henriq. Suar. Coninch. Reginald. Azor. Nugnus, & alij quos citat ac ſequitur Bonacina. Cap. 1. Cap Quod. C. Ligneis. Bacconius. Henriq. Suar. Coninch. Reginald. Azor. Nugnus. Bonacina.

61. Tertiò: quando altaris fixi menſa à ſtipite, vel columnis, quibus innititur, removetur, ac ſeparatur, & in hoc ſenſu debent intra citata intelligi, *ex Can ſi motum de conſecratione*: dicitur, quod altare execratur ſeu deſinit eſſe ſacrum, quando mo- Can. Si motum.

Sylveira Opuſcula.

vetur à ſtipite ſuo, nempe, ſuſtentaculo; ita Bacconius *citatus*, Sylveſt. *in ſumma, verb. Altare. quæſtione octava*, Suarez *tomo tertio, in tertia parte, diſputat.* 81. *ſect.* 5. tamen ſi ipſa menſa ſuperior eſt lapidea conſecrata, ſi aliud ſuſtentaculum apponatur, exiſtimo, quod non perdit conſecrationem, ſed rite in eo poteſt celebrari. Bacconius. Sylveſt. Suar.

62. Quartò: addunt aliqui, altare fieri ineptum ad conſecrationem, quoties ſignum ſepulchri, ſeu repoſitorij, ſeu loci ubi reliquiæ reconduntur, frangitur, vel amovetur. Ita Sylveſter cum Azor. *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *quæſt.* 12. Tamburinus *tom* 1. *de iure Abbatum, diſp.* 23. *quæſt.* 6. *num.* 4. Barboſa *de Epiſcopo, allegat.* 27. Tamen cum à nobis ſupradictum ſit in hac Reſol. Reliquias non eſſe de eſſentia conſecrati altaris, inde per fractionem, vel remotionem talis repoſitorij non perdit ſuam conſecrationem. M. Lezana *verb. Altare, num.* 20. Advertit tamen Layman, *de ſacrificio Miſſæ, lib.* 5. *tract.* 5. *cap* 6. *num.* 9. Quod in hoc ſit ſervanda conſuetudo Eccleſiarum patriæ. Sylveſt. Azor. Barboſa. Tambur. Lezana. Layman.

63. Quintò: violata Eccleſia, vel polluta, altare ſtabile, non verò portatile in ea contentum, aut poſitum, quod cum Eccleſia coniungitur, polluitur, & violatur; & è contra: nam ſi Eccleſia violatur, violatur ex toto, & non ex parte, ſi autem polluitur altare, quod eſt in Eccleſia, neceſſe etiam eſt, ut Eccleſia ex toto violetur, ac ut polluta habeatur. Sylveſter *verb. Altare, quæſtione undecima, ex Abbate in cap. Propoſuiſti, de conſecratione Eccleſiæ.* Alter verò dicendum, quando Eccleſia amittit ſuam conſecrationem, quod fit eius parietibus dirutis, vel exuſtis, ſi altare tunc integrum permanet ſuam retinet conſecrationem: & è contra altare fractum, amplius conſecratum non eſt, nec tamen idcirco Eccleſia deſinit conſecrata exiſtere. Ita Sylveſter, Abbas, Azor. *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *quæſt.* 14. Hier. Rodrig. *Reſol.* 9. *n.* 12. Sylveſt. Abbas. Sylveſt. Abbas. Azor. Hier. Rodr.

64. Sextò; nullum altare ſive fixum, ſive portatile amittit ſuam conſecrationem, ex eo quod in ipſo celebraverint excommunicati, interdicti, degradati, &c. Ita colligitur ex *cap.* 2. *de Sacramentis non iterandis*, Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 23. *q.* 6. C. 2. de Sacr. Tamburin.

65. Tandem altaris lapis profanatus, ſeu fractus, & deformis, poteſt vendi, & licitè teneri ab emptore, ſed in loco decenti, & honeſto. Ita declaravit Sacra Congregatio apud Barboſam *in Collectan. Bullarij, verb. Altari,* & M. Lezana *verb. Altare, n.* 24. S. Congr. Barboſa. Lezana.

RESOLUTIO IX.

Annus, Tempus, Dies.

Quia ſæpè in utroque iure, tam Canonico, quam Civili, & in Bullis ac Decretis Summorum Pontificum, ac Conciliorum, & ſtatutis peculiaribus Religionum certus annorum terminus exprimitur, ac determinatur

valdè utile erit explicare quando annus intelligendus eſt completus, vel inchoatus juxta doctrinam.

Quæstio Prima.

Quid ſignificetur per annũ denotatum in genitivo, vel in ablativo cum præpoſitione, in, *vel,in accuſativo cum præpoſitione,* ad, *vel, per?*

SUMMARIUM.

1 *Cum dicitur in anno intelligitur annus inceptus.*
2 *Cum lex utitur genitivo requiritur annus completus.*
3 *Si lex utitur accuſativo cum præpoſitione,* ad, *requirit annum completum.*
4 *Si lex utitur præpoſitione,* per, *requirit annos completos.*

1\. PRimò: quando leges & decreta apponunt annum cum præpoſitione *in*, per ablativum, ut ſi dicatur, quod fiat aliquid in anno tertio; tunc denotatur annus inchoatus, ac inceptus, ita ut in aliqua die illius anni tertij illud fieri poſſit: nam qualibet die, iam annus ille eſt inchoatus. Sylveſter *in ſummâ, verb. Ætas, quæſtione* 2. Azor. *tom.*1 *lib.*5. *cap.* 28. §. *Dubia eſt quæſtionis.* Portel. *in Additionibus ad dubia Regular. verb. Annus, num.* 1. Idem dicendum exſtimat M. Lezana *verb. Annus, num.* 2. Cum dicitur, quod aliquis ad aliquod officium non admittatur, niſi fuerit in ætate triginta annorum; idem omnino valet ac ſi diceretur, quod ad illud officium non aſſumatur, niſi ſit in trigeſimo anno: tunc ſufficit annus inchoatus, unde cum noſtræ Conſtitutiones Carmelitanæ *part* 4.*cap.* 13. *num.*3. requirunt ad officium diffinitorum, ut ſint in ætate triginta annorum, ſat eſt, quod prædicti anni ſint incœpti. [Sylveſt. Azor. Portel. Lezana. — Conſtitut. Carmel.]

2\. Secundò: ſi lex utitur genitivo, dicens: ne quid fiat ab aliquo, niſi fuerit decem annorum, vel quid aliud ſimile, tali diſpoſitione exigitur annus completus. Ita Sylveſter, Azor. Portel. & Lezana citati. [Sylveſt. Azor. Portel. Lezana.]

3\. Tertiò: ſi lex utitur accuſativo cum præpoſitione *ad*, denotat tantum annum inchoatum, ut ſi dicatur, hoc fiat ad tres annos; citatur Bartol. *l ſi qui, ff delegati,* & *l Qui filium, ff ad Trebellianum* Ita Auctores citati. [Portel. L. Si qui. l. Qui filium.]

4\. Quartò: ſi lex utitur accuſativo caſu, cum præpoſitione *Per*, deſignans annos, v.g. per tres, vel quatuor annos; annos completos requirit; & ad hoc adducitur lex. *Non putabam*, & lex *Si annos, ff. de conditione, & demonſtratione.* Ita citati Auctores; ex quo colligit Portel. *num.*4. pro Minoritis, quod dum Sixtus V. conſtituit Abbatiſſas vacare per tres annos; requirit annos completos, ita ut ſi deſit una tantum dies, non poſſint reeligi. Sixtus enim V. uſus eſt in ſua Conſtitutione accuſativo cum præpoſitione *Per*, per tres annos. [L. Non putabam. L. Si annos. Portel. Sixtus V.]

Quæstio II.

Quomodo intelligendus annus, quando lex utitur præpoſitione Ante, *vel* Poſt?

SUMMARIUM.

5 *Si lex utitur præpoſitione,* ante, *annos inchoatos, ac inceptos, indicat.*
6 *Si verò utitur lex præpoſitione* poſt, *annos completos denotat.*

PRimò: quando lex aſſignans terminum annorum utitur accuſativo cum præpoſitione, *ante*; ut ſi dicatur, ante viginti annos vel viginti tres; tunc ſufficiunt anni inchoati, ut colligitur ex Tridentino *ſeſſ.* 23. *cap.* 12. determinans annos ad ſacros Ordines ſuſcipiendos, ait; viginti duo, ante viginti tres, ante viginti quinque, quod de annis inchoatis tenet communis praxis Eccleſiæ, Henriquez *in ſumma, lib.*10.*cap.*10. §. 2. & *lib.* 13. *cap.*38 §.2. Reginaldus *in praxi, lib.*30. *tract.*5. *num.*166. 5. [Trident. Henriq. Reginald.]

Secundò: ſi verò lex aſſignat terminum annorum utens accuſativo cum præpoſitione *Poſt*: Ut ſi dicat poſt unum annum, vel poſt duos annos, tunc de annis completis, ſermo eſt. Quod confirmat Portel. *in Additionibus ad dubia Regul. verb. Annus, num.* 4. §. *Quæris.* Ex quadam declaratione Gregorij XIII. nam Pius V. conſtituerat, quod nullus functus officio provincialatus poſſet reeligi, niſi poſt octo annos vacaturæ: tunc Gregorius XIII. explicavit illud, non eſſe intelligendum de annis completis, ſed de vacatura duarum electionum intermediarum, ex quo etiam infertur, quod cum Concilium Tridentinum *ſeſſ.*23.*cap.*11. diſponat, ut nulli promoveantur ad ſacros Ordines, niſi poſt annum à ſuſceptione ultimi gradus Minorum Ordinum, intelligendum eſſe de annis completis, niſi aliter Epiſcopi judicio diſpenſatum fuerit, ut communiter explicant DD. *in Collectan.* apud Barboſam. 6. [Portel. Greg XIII. Pius V. Trident. Barboſa.]

Quæstio III.

Quomodo annus in materia favorabili, vel odioſa ſit explicandus; ac intelligendus.

SUMMARIUM.

7 *In re favorabili ſufficiunt anni incœpti, in re verò odioſa requiruntur completi.*
8 *In favorem matrimonij ſufficit ultima dies ſeptennij, ſicut & ultima dies duodenarij.*
9 *In reelectione Abbatiſſæ, anni debent eſſe completi, ſicut & ad ieiunium.*

SI nulla ex ſupradictis particulis explicatis in duabus quæſtionibus antecedentibus 7.

cedentibus, apponitur, & res ſit conſtituta in dubio. In materia favorabili ſufficiunt anni inchoati; at vero in materia odioſa, requiruntur anni completi. Ita Azor. cum Portel. *in Additionibus ad dubia Regularia, verb. Annus num. 6.*

8. Ex quo fit, quòd cum ad contrahenda ſponſalia requiratur ſeptennium completum; *ex cap. literas, & ex cap. Acceſſit. de ſponſat. & impubertate.* proindeque in favorem matrimonij ad hoc ſeptennij complementum ſufficit quòd una dies ſeptennij ſit inchoata, ac incœpta; ſicut & in favorem teſtamenti idem inſtitutum eſt de anno duodecimo pro fœminis, & quatuordecimo pro viris deſtinato, ut multi Doctores tenent cum Sanchez *lib. 1. de Matrim. diſp. 16. num. 2. & lib. 7. diſp.* 104. *num.* 2. M. Cornejo. *tract. de Matrim. diſp.* 2. *dub.* 3. Sic etiam in favorem pœnitentiariæ Canonicus pœnitentiarius debet eligi in ætate quadraginta annorum, ſat eſt tamen, quod multis tenet Diana *part.* 10 *tr.* 16. *Reſol.* 86 Hæc tamen Regula non habet locum in anno profeſſionis Regularium, in qua requiruntur anni omnino completi, ut ſuo loco dicam propter declarationem Cardinalium, ac communem praxim.

Cap literas. C. Acceſſit. Sanchez. Cornejo. Diana.

9. Secus verò in re odioſa in qua requiruntur anni completi, hinc deducitur: quòd cum reelectio Abbatiſſæ ſit res odioſa, ut teſtatur Rodrig. *in ſumma tom.* 1. *cap.* 103. Anni iniuncti pro illius vacatione debent eſſe completi, & non ſufficiunt inchoati; ut etiam habet Portel. *num.* 6. Ex quo etiam patet, quòd ille, qui complet ultimam diem anni vigeſimi primi ad ieiunij obligationem requiſitr, ſi in ea die incidat obligatio ieiunij, non tenetur ad illud, quia obligationis tempus non eſt completum, at verò ab illa hora, qua tempus explevit, tenetur jejunare, excipitur tamen; ſi ante illam horam plures refectiones ſumpſit, tunc iam ea die jejunij ſubſtantia deperdita eſt, & ipſe iam impotens eſt ea die ad jejunandum. Ita Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 24. *num.* 29. Bonacina *de jejunio diſput. ultima quaſt.* 1. *punct. ultimo num.* 7.

Rodrig. Portel. Sanchez. Bonacina.

Quæstio IV.

Quomodo ſit computandus annus bis ſextus, iuxta Kalendarium Gregorij XIII.

Summarium.

10 *Quid ſit annus Biſſextilis.*
In tali anno dies additus cum antecedenti prout una reputatur.
11 *In Reformatione Kalendarij Gregorij annus ſine decem diebus, pro integro reputatur.*

10. Annus biſſextilis. ANnus Biſſextilis, in quo bis dicitur ſexto Kalendas Martij, nempe, die 24. & 25. Februarij, & quamvis habeat unam

Sylveira Opuſcula

diem pluſquam alij anni, (talis enim annus habet 366. dies, cum alij habeant ſolum 365.) tamen juxta uſum Eccleſiæ duplex illa dies, pro una computatur; & Ætas quæ habeat ſuum complementum die 24. Februarij tali anno ultimo complerur die 25. & ratio eſt, quia utraque dies cenſetur una, & dies ſecunda eſt complementum diei præcedentis, quæ decrat ad complementum integri ſolis per Zodiacum circuli, ut ex multis probat Sanchez *tom.* 1. *in decalog, lib.* 4. *cap.* 35. *num.* 3. *ad finem.* Ex quo apertè ſequitur, quod in anno biſſextili Annus vigeſimus quintus ætatis non completur die 24. Februarij, ſed ſequenti die 25. Sicut & annus requiſitus ad novitiatum includit diem illum ſuperadditum: tanquam noviriatus complementum, ut ſæpè declaravit Sacra Congregatio, ut ex pluribus Auctoribus habet Ioannes Maria Novarius *Lucerna Regulari verb. Annus num.* 4.

Sanch. Sacr Cong. IoanMaria.

Quantum ad ſecundum ſciendum eſt, quod Gregorius XIII. anno 1582. ut emendarentur tempora ad ſolis curſum, ordinavit, ut in prædicto anno decem adimerentur dies; hoc eſt, à quinta die Octobris uſque ad decimam quintam; & tunc talis annus civiliter, ac politicè debuit integer reputari, demptis illis decem diebus, tam quoad profeſſionem, quam quoad ætatem ad ſacros ordines ſuſcipiendos, & ratio omnium eſt, quia ipſe Gregorius XIII. *in ſua Bulla, inter graviſſimas tom.* 2. *Bullarij inter ipſius bullas, num.* 74. diſpoſuit, quòd ille annus integer reputaretur ad quæcunque officia, ac beneficia & cætera omnia, & expreſsè excipit ea nimirum quæ ſunt in tertij præjudicium, ut ſolutiones cenſuum, & locationum. Ita cum Henriquez Rodriguez *tom.* 3. *quaſtionum Regular. quaſt.* 15. *art.* 5 §. *ex qua reſolutione.* Sanchez *tom.* 2. *in decalog. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 5. 11.

Greg XIII. Henriq. Rodrig. Sanchez.

Quæstio V.

An anni poſſint dici completi quando deſunt pauci dies?

Summarium.

12 *Prima ſententia affirmat.*
13 *Communior & verior ſententia negat.*

PRima ſententia affirmat, quòd anni poſſint dici completi, quando ad ætatem deficiunt duo, vel tres dies. Ita Hoſtienſis, Vera Crux, Martin. de Ledeſma allegati apud Sanchez citandum cum quibus eſt M. Cornejo *tom.* 2. *tract. de Matrim. diſp.* 2. *dubio* 3. §. *Dico* 2. Nam in moralibus, quæ parum diſtant nihil diſtare videntur. 12.

Hoſtienſ. Vera Crux. Ledeſma. Sanch. Cornejo.

Oppoſita ſententia & negativa mihi videtur vera; eam tenent Abbas Cardinalis, Sotus, Celſus, & alij, quos citat, ac ſequitur Sanch. *lib* 7. *de Matrim. diſp.* 104 *n.* 3. Nam illud ætatis tempus eſt taxatum à lege, quòd lex requirit completum, & non ſemiplenum ad majorem libertatẽ, & perfectum uſum rationis 13.

Sanch.

ut annus decimus ſextus ad profeſſionem, & confirmatur : quia communiter Doctores dicunt, quod ad ſponſalia requiritur ſeptennium completum, & in favorem matrimonij tenent quod ſufficienter ſit io ipſa die, in qua ſeptennium completur, & non antea, ut ſuprà dixi *q.3.num.* 8.

QVÆSTIO VI.

Quodnam tempus dicatur modicum, longum & antiquum, ac immemorabile?

SUMMARIUM.

14 *Decennium dicitur tempus longum, modicum infra decennium.*
15 *Tempus antiquum, juxta aliquos, eſt tempus decem annorum, juxta alios, centum.*
16 *Quomodo probetur tempus immemorabile.*

14. TEmpus decem anootum, dicitur tempus
longum, modicum verò infra decennium
Naldus. Suarez. Naldus *in ſumma verb. Annus, num.*4.& *verb.*
*Tempus, num.*11.Suar. *lib.7. de legibus, cap.* 8.
*num.*9.Qui etiam addit, quod tempus longiſ-
C de Præſcript. L.1.& 2. ſimum complectitur à decennio uſque vicen-
nium; & patet *cap. de Præſcriptionibus longi*
temporis, & ex *l.*1. & 5. *ex tit. ſequenti.* Ex quo
fit apertè decenuium ſufficere ad ioducendam
conſuetudinem legis, & præſcriptionem illius
Suarez. quod ex multis latè probat idem Suar. *lib.7.de*
*legib.c.*11.*n.* 5.

15. Naldus. Lezana. Quod autem dicatur tempus antiquum reſtat inquirendum. Naldus *verb. Tempus, n.*17.
M.Lezana *verb. Annus, num.*10 dicunt, quod
tempus decem annorum poteſt dixi tẽpus antiquum; tamen communior, & receptior ſen-
Menoch. tentia eſt, quod tempus centum annorum di-
Maſcard. catur tempus antiquum; quod hominum me-
Surdus. moriam excedit. Ita Menochius, Maſcardus,
Farinac. Surdus, Farinacius, Nicolaus Garcia, Gutier-
Nic.Græc. Gutierr. rez, Cevallos, Rota Romana, & alij multi,
Cevallos. quos citat, ac ſequitur Barboſa *de poteſtate*
Rota Rom. *Epiſcopi, part.* 3. *allegat.* 72. *num.* 35. & 36.
Barboſa. Qui etiam tenet ex Maſcardo, Valaſco, Fla-
Maſcard. Valaſc. min. tempus antiquiſſimum, ac immemorabile
Flamin. eſſe tempus centum annorum.

16. Ad probandum autem huiuſmodi tempus
immemorabile, ſufficit io teſtibus memoria
quadraginta annorum, & quod de reliquo
tempore teſtes deponant ſecundum auditum,
Gloſſa. & famam, iuxta Gloſſam communiter rece-
C.1.de Præ ptam *cap.* 1. *de Præſcriptionibus*, & multi Do-
Barboſa. ctores apud eundem Barboſam *num.* 36. Mo-
Molina. linam *de juſtit. tract.* 5. *diſput.* 76. Riccium *in*
Riccius *praxi Reſolut.* 128. & bene etiam probatur per
Flamin. ſcripturas excedentes metam centum anno-
Rota. rum Flaminius, Rota, Corduben. apud Gar-
Corduben. Garcia. ciam *de beneficiis, part.5.cap.9.n.*92. & *part.* 12.
*cap.*2.*n.*165.

RESOLUTIO X.

Apoſtata, ſeu Apoſtaſia.

QUÆSTIO PRIMA

1 *Etymologia nominis Apoſtata.*
2 *Triplex, vel quadruplex eſt Apoſtaſia, & quid ſit.*
3 *Apoſtaſia à fide omnium graviſſima, quid ſit. Accidentaliter diſtinguitur à tribus ſpeciebus infidelitatis. Ibidem.*
4 *Circumſtantia Apoſtaſiæ, explicanda in confeſſione.*
Apoſtata à fide incidit in excommunicationem, ac alias pœnas Bullæ Cœnæ. Ibidem.
5 *Apoſtaſia latè ſumpta invenitur in omni peccato mortali.*

APOSTASIA ſecundum nominis 1.
etymologiam, idem eſt, quod retro-
ceſſio, ſeu deſertio instituti ſemel ſuſ-
cepti; Apoſtatare enim idem eſt, quod defi-
cere, ſeu retrocedere, ſempérque ut notat
Suarez *tom.de Fide, tract.*1.*diſp.*16.*ſect.*5.*num.*1. Suar.
in malam partem ſumitur pro deſertione ini-
qua; hincque ille, qui deficit ab inſtituto ſuſ-
cepto, illudque deſerit, dicitur Apoſtata.

Et quia tripliciter, vel ut alij volunt, qua- 2.
druplicitet homo poteſt ſpecialiter uniri, ac
coniungi Deo, ſcilicet, per Fidem, obedien-
tiam, & Religioſam profeſſionem, Quarto ad- Valentia.
dunt Valentia 2. 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 12. *punct.* 1. Turrian.
Turrianus 2. 2. *diſp.* 57.*dub.* 1.*ſtatim in princi-*
pio; nempe, per Ordinem ſacrum, ac clerica-
tum; ideo triplex eſt Apoſtaſia, vel quadru-
plex juxta Auctores proximè citatos, ſcilicet,
à fide, obedientia, ac profeſſione Religioſa,
ac ab ordine, & claricatu, de quibus D. Tho- D Thom.
mas 2.2. *quæſt.*12.*art.* 1. Ibidem Bañez, Tur- Bañez. Turrian.
rianus, & Valentia citati, & noſter Ioan- Valentia.
nes Beetz *in primo præcepto Decalogi Expo-* Beetz.
*ſit.*1.*cap.* 9.

Apoſtaſia à fide omnium eſt graviſſima: eſt 3.
receſſus à Fide Chriſtiana; quando ſcilicet,
Chriſtianus recedit à Chriſtianiſmo, ſive
in pluribus articulis, ſive in uno, & alio: nam
ut ait Iacobus Apoſtolus: *Qui peccat in uno* Iacob.
factus eſt omnium reus: & talis recedens à
Chriſtianiſmo, ſive fide Chriſti, ſive poſt,
ſive ante Baptiſmum ſuſceptum, ut explicat
Turrianus *citatus*, & convertitur ſive ad Pa- Turrian.
ganiſmum, ſive Iudaiſmum, ſive hæreſim,
ab hac, trium infidelitatis ſpecierum Apoſta-
ſiam non diſtingui, ſed eſſe illarum circum-
ſtantiam cum D. Thoma, Sylveſtro, Angelo, D. Thom.
Paludano, docent Suar. *de Fide, tract.*1.*diſp.*16. Sylveſt.
*ſect.*5.*num.*10. Arriaga *de Fide. diſp.* 19. *ſect.*4. Angel.
§. *Tertio dico.* Indéque ille, qui ex Catholico Paludan.
fit Calviniſta eſt hæreticus, & Apoſtata, Hæ- Suar.
reticus, quia Calvini ſectam amplectitur; Arriaga.
Apoſtata, quia fidem Chriſtianam, quam te-
nuit, deſeruit; at verò ille, qui ab infantia eſt
Calviniſta, & nunquam tenuit fidem Catho-
licam, eſt hæreticus, non verò Apoſtata
debet

debet dici; & ideo omnis Apoſtata, vel eſt Iudæus, vel Paganus, vel hæreticus; non verò è contra omnis hæreticus dicendus eſt Apoſtata ut eſt explicatum.

4. Hinc fit, quod circumſtantia Apoſtaſiæ ſit explicanda in Confeſſione; notabiliter enim aggravat hæreſis peccatum, ut tenent Sanchez *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 7. *num.* 17. M. Lezana *verb. Apoſtata, num.* 2. Quidquid in contrarium dicat cum aliquibus Diana *part.* 1. *tract. de circumſtantiis agravant. Reſol.* 54.

Sanch. Lezana. Diana.

5. Apoſtatæ incidunt in excommunicationem ac alias pœnas contentas in Bulla Cœnæ Domini, ut explicabitur *verb. Hæreſis.*

6. Apoſtaſia latè ſumpta intervenitur in omni peccato mortali, ut docet D. Thomas 2.2. *quæſt.* 12. *art.* 1. *ad* 1. juxta illud. *Proverbior.* 6. *num.* 14. & Eccleſiaſt. 10. num. 14. *Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo* Tigurina. *Initium ſuperbiæ eſt defectio hominis à Domino, & à creatore ſuo.* Quam ſententiam D. Thomas 1.2 *quæſt.* 84. *art.* 2. *ad* 2. Gregorius de Valentia, Cornelius à Lapide, ſic explicant, ut Apoſtaſia accipiatur pro conditione quadam omnium peccatorum communi; in omni enim peccato ſicut eſt quædam inobedientia, ingratitudo, ac contemptus Dei, ſic eſt quædam generalis Apoſtaſia, id eſt, defectio à Deo, ejúſque legi, mandatis, ac voluntate.

D. Thom. Proverb 6. Eccleſ. 10. Tigurina. D. Thom. Valentia. Cornelius.

De Apoſtata verò à Religioſa profeſſione, ac Clericatu, & ſacro Ordine, dicam latè in hac Reſolutione per ſequentes quæſtiones.

QUÆSTIO II.

Quid requiratur ad hoc, ut Religioſus verè, & propriè dicatur Apoſtata, vel fugitivus, ſive dimiſſo, vel retento habitu longo, vel brevi tempore?

SVMMARIVM.

7 *Qui dicatur Apoſtata, quive fugitivus.*
8 *Novitij fugientes non ſunt Apoſtatæ.*
9 *Moniales profeſſæ exeuntes à Monaſterio, animo non revertendi ſunt Apoſtatæ.*
Aliter dicendum de Tertiariis, ac Beatis. Ibidem.
10 *Qui exiit à Monaſterio animo non revertendi, ſive cum habitu, ſive ſine illo eſt Apoſtata.*
11 *Qui recedit à Conventu, ſive cum habitu, ſive ſine illo, animo vagandi per tres annos, intendit tamen revertere non eſt Apoſtata.*

7. Ille Religioſus profeſſus dicitur verè, & propriè Apoſtata, qui recedit à Monaſterio animo dimittendi in perpetuum obedientiæ jugum; qui ſic deſerit Monaſterium intentione ſe ſubtrahendi in perpetuum ab obedientia ſuorum Superiorum, & ſe abdicandi ab inſtituto Religioſo. Ille verò propriè dicitur fugitivus, qui ſine licentia Superioris recedit à Monaſterio, ut ad tempus fiat extra poteſtatem, ac obedientiam Religionis, habet tamen animum ad illam poſtea revertendi. Inde fit, quod ratio fugitivi eſt quid commune ad fugitivos, ac Apoſtatas: nam omnis Apoſtata eſt fugitivus, non tamen omnis fugitivus eſt Apoſtata, & diſcrimen aſſignatum inter utrumque eſt commune inter Doctores. Ita Angelus, Sylveſter, Caietan. Aragonius, Bañez Navarr. Valentia, Azor. Leſſius, Emmanuel. Rodriguez, quos citant, ac ſequuntur Sanchez *tom.* 2. *in Decalog.* 6. *cap.* 8. *num.* 2. Hieronymus Rodriguez *Reſolut.* 11. *num.* 20. & alij citandi.

Angel. Sylveſt. Caietan. Aragon. Bañez. Navarr. Valentia. Azor. Leſſius. Emman. Rodrig. Sanchez. Hieron. Rodrig.

8. Ex quo ſequitur primò: Novitios; qui à Religione fugiunt non eſſe Apoſtatas, etiamſi vota ſimplicia caſtitatis, obedientiæ, ac paupertatis emiſiſſent; & ratio eſt, quia tales non ſunt facti verè Religioſi, & conſequenter non comprehenduntur in ſupradicta diffinitione.

9. Secundo ſequitur Moniales profeſſæ de Monaſterio exeuntes animo deſerendi Religionem, & non ad illam revertendi, quod ſint verè Apoſtatæ, & pœnis Apoſtatarum puniendæ, & eodem modo de illis judicandum reſpectivè, ac de Apoſtatis religioſis. Ut colligitur ex *cap. Prævenit ad vos,* 27. *quæſt.* 1. Farinacius *tract. de Hæreſi. quæſt.* 183. *num.* 68. Aliter dicendum de mulieribus, quas vocant Beatas ſeu Tertiarias, non eſſe Apoſtatas: etſi habitum relinquant etiamſi vota ſimplicia emiſiſſent, quia non ſunt verè Religioſæ, nec habent vota eſſentialia: & ideo ſi matrimonium contrahant validum erit. Ita Bañez, Aragonius cum Sanchez *citato n.* 7. Sanctarellus *de Apoſtaſia, cap.* 3. *dub.* 1. *n.* 5. & ſic definitum fuiſſe à Rota Romana refert Puteus *deciſ.* 136. *lib.* 1.

C. Prævenit. Farinacius. Bañez. Aragon. Sanchez. Sanctarel. Puteus.

10. Tertio ſequitur, quod ille, qui exiit à Monaſterio animo recedendi in perpetuum, ſive exterius, ſive interius abſconditum portet habitum, quod ſit verè Apoſtata. Ita Rodriguez *tom.* 1. *q.* 30 *art.* 2. Pellizar. *tom.* 2 *tract.* 8. *c.* 8. *n.* 45 ex Mandoſio teſtante ſic fuiſſe deciſum à Rota; & ratio eſt, quia dimiſſio, aut retentio habitus religioſi nihil refert ad Apoſtaſiam: nam ſicut habitus non facit Monachum, ſed religioſa profeſſio; ſic & Apoſtatam facit receſſus à profeſſione Monaſtica, eſto habitus non deponatur.

Rodrig. Pellizar. Mendoſ.

11. Quarto ſequitur, quod ille, qui recedit à Conventu ſine licentia, ſive cum habitu, ſive ſine illo, eſto habeat animum vagandi extra Monaſterium per tres, & quatuor annos, & ultra, cum animo tamen revertendi; talis non eſt Apoſtata. Ita Graffis, Sanchez, Aragonius Bañez, & alij quos citant: ac ſequuntur Petrin. *Reſol.* 3. *quæſt.* 1. *cap.* 26. *notabili* 2. Fr. Anton. ab Spiritu Sancto *in director. tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 6. *num.* 1403. licèt contrarium teneat Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 20. *uſque* 25. Tamburin. *tom.* 3. *de Iure Abbatum diſp.* 8. *quæſito* 1. *n* 13. Ratio noſtra eſt: Quia Apoſtaſia conſiſtit in animo deſerendi in perpetuum ſtatum Religioſum, ſed hi fugitivi ſemper habuere animum revertendi: ergo non ſunt verè Apoſtatæ.

Graffis. Sanchez. Aragon. Bañez. Peyrin. Fr. Ant. ab Spir. Sancto. Suar. Tamburin.

QUÆSTIO III.

Quæ mora poſt exitum à conventu, ac habitu dimiſſo ſufficiat ad excommunicationem tantùm, vel etiam ad apoſtaſiam incurrendam?

SUMMARIUM.

12 *Qui iter facit per loca periculoſa dimittens habitum, non eſt apoſtata.*
Qui recreationis cauſa dimittit habitum inter ſepta monaſterij, non eſt apoſtata. ibid.
13 *Qui exiit à conventu dimittens habitum, peccat mortaliter, & eſt excommunicatus, non tamen apoſtata.*
14 *Qui recedit à conventu animo ipſum deſerendi, & ſtatim revertitur, iudicandus eſt apoſtata interius, non exterius.*

12 CErtum eſt in hac re Monachum, qui
ad ſe occultandum, dum per loca peri-
culoſa iter agit vel habitum dimiſit, non
poſſe dici Apoſtatam, nec in cenſuras incur-
Text. Cleri rere; patet *ex text. Clerici officia.* Ubi Gloſſa
Gloſſa. *verb. cauſa in fine de vita, & honeſtate clerico-
rum*, & *in cap. 2. eodem titul. in 6.* ibi etiam
Cap 2. eod. Gloſſa *in verb. rationabilis.* Certum eſt etiam
Gloſſa. Religioſum, qui inter ſepta monaſterij habi-
tum dimittit, recreationis gratia, vel ut com-
modius ſe habeat, non eſſe apoſtatam, nec
C. 2. Ne cle in excommunicationem incurrere; patet *ex
Sylveſter. cap. 2. Ne clerici, vel Monachi in 6.* Ita Sylveſt.
Navarr. Navarr. Azor, & alij cum Suar. *de Cenſuris
Azor. diſp. 23. ſect. 4. num. 27.* Sayrus *de Cenſur. lib. 3.
Suar. cap. 33. num. 16.* Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 8.
Sayrus. Sanchez. num. 56.*

13. Quando autem Religioſus temerè diſcedit
à conventu dimittens habitum ad evagandũ,
etiam per breve, vel longum tempur com-
mittit peccatum mortale, atque incidit in
excommunicationem, ipſo facto; patet ex di-
C. Ne cleri. cto *cap. Ne clerici, vel Monachi in 6.* Non ta-
men ſimpliciter cenſendus eſt apoſtata, quoad
aliar pœnas iuris, niſi quando abſolutè di-
mittit habitum cum animo non revertendi.
Tamburin. Ita Tamburin *tom. 3. de iure Abbatum diſp. 8.
quæſito 1. num* 14. Ac proinde dimiſſio habitus in hoc eſt ſufficiens ad incurrendam excommunicationem, non verò ad contrahendas alias Apoſtatarum pœnas.

14. At verò ſi Religioſus recedit à conventu animo deſerendi ſtatum Religioſum in perpetuum, tamen ſtatim meliori conſilio à pœnitentia ductus revertitur, in foro interno erit quidem Apoſtata; quia iam deliberato animo crimen commiſit, non tamen talis in foro externo iudicabitur: nam qui ab aliquo loco diſcedit, & ſtatim redit, non cenſetur receſſiſſe, quæ enim in moralibus parum diſtant nihil diſtare videntur; ita Maſcardus, quem refert, & ſequitur Fragoſus 2. *part. lib.* 11. *diſp.* 24. §. 14. *num.* 2. Bordon. *Reſol*, 41. *num.* 7. Dicens egreſſum per ſemi horam revertentem non incurrere pœnas apoſtaſiæ, ratione parvitatis temporis Oppoſitum tamen tenet Mozonius. *Conſil.* 86. *num.* 14. Si de delicto conſtet in foro externo, ſed ob parvitatem temporis relevandum eſt, ut dixi.

QUÆSTIO IV.

An ſit apoſtata, qui ſciens ſuam profeſſionem eſſe validam, eam reclamat, ut à conventu exeat?

SUMMARIUM.

15 *Talis Religioſus peccat mortaliter, & eſt Apoſtata.*

TAlis Religioſus mortaliter peccat, & 15.
incurrit pœnas latas contra Apoſtatas, Bonacina.
ſive eius profeſſio fuerit expreſſa, vel tacita. Belaſius.
ita Bonacina *de clauſura punct. 10. diff. 5 num. 1.* Bordon.
Belaſius *verb. Apoſtata num.* 22. Bordon. Pellizar.
Reſol. 41. *num.* 7. Pellizar. *tom. 1. tract. 3 cap. 5. num.* 6. & probatur: quia talis Religioſus verè eſt apoſtata, recedit enim à propria Religione animo non redeundi ultra ad illam, & non ei ſuffragatur licentia proprij Prælati talis cum licentia fuit dolorè extorta, & fraudulenter habita, proinde enim eſt, ac ſi non fuiſſet obtenta, fraus, & dolus nemini patrocinantur.

QUÆSTIO V.

An ſit apoſtata Religioſus tranſiens abſque debita ſuperioris licentia ad aliam Religionem arctiorem, vel laxiorem, etiam in partibus remotiſſimis?

SUMMARIUM.

16 *Prima ſententia affirmat eſſe apoſtatam.*
17 *Secunda & communior negat.*
19 *Non eſt apoſtata, etiam ſi tranſeat ad Religionem æqualem, vel laxiorem.*
19 *Talis Religioſus cum non ſit apoſtata eſt fugitivus.*
20 *An verò ſit excommunicatus, aliqui affirmant, alij negant.*
21 *Talis in partibus remotiſſimis poteſt tranſire ad Religionem laxiorem.*

16.
CIrca Religioſum, qui abſque legitima ſuperioris licentia tranſit ad Religionem
arctiorem, eſſe verum Apoſtaram, & Apoſtata- Suar.
rum pœnis puniendum affirmat Suarius *tom. 5 in 3. part. diſp. 31. ſect. 6. num. 4.* Fundatur: quia relinquens ſtatum ſuum Religioſum, & alium aſſumens invalidè perinde eſt, ac ſi Religioſum ſtatum omnino deponeret: ergo eſt verus Apoſtata; actus enim omnino irritus immunitatem non præſtat, neque aliquid confert.

Tamen oppoſita ſententia eſt valde com- 17. Hoſtienſ.
munis, quòd talis non ſit verus Apoſtata, Caietan.
quamvis lethaliter peccat. Ita Hoſtienſis, Bañez.
Caietan Bañez, Emmanuel. Rodriguez, Leſſius Eman.
Azor, ac alia magna Doctorum turba. Sanch. Rodrig.
tom. 2

Digitized by Google

Leſſius. Azor. Sanchez. Lezana. Hieron. Rodrig. Pellizar.

tom. 2. *in decalog.lib.*6. *cap.* 8. *n.* 8. *&* 9. M. Lezana *tom.* 1.*cap.*22.*num.*21. Hieronym.Rodrig. *Reſol.*11.*num.*24.Pellizar *tract.* 3.*cap.* 5. *n.* 141. & ratio eſt: quia iuxta communem ſententiam Doctorum, Apoſtaſia eſt propriè retroceſſio ſimpliciter ab ſtatu Religioſo, at in præſenti caſu ſimpliciter non fit retroceſſio ab ſtatu religioſo, ſed ſolùm à peculiari ſtatu, & quidem progrediendo ad maiorem perfectionem, ex quo fit, quòd talis retroceſſio ſit illicita in modo tantùm, non verò in ſubſtantia actus, cum ſemper maneat intra Religionis terminos, & ideo non eſt verè Apoſtata, nec apoſtatarum pœnis ſubiicitur.

18\. Et quamvis tranſitus iſte ſit irritus, animus tamen tranſeuntis non fuit omnino à religioſo inſtituto diſcedere, ſed ad aliam Religionem tranſire; Apoſtaſia autem animum dimittendi religioſum ſtatum deſiderat; & quamvis quoad alios effectus idem ſit non efficere, ac irrite efficere, tamen in præſenti hoc non contingit, quia quamvis faciat ſecundam profeſſionem irritam, tamen nunquam depoſuit religioſum ſtatum, nec ab eo recedit, quòd erat requiſitum ad verum Apoſtatam, quæ ratio convincit, quòd quamvis tranſeat ad aliam religionem æqualem, vel laxiorem, nunquam erit verus Apoſtata, cum ab ſtatu religioſo non recedat.

19\. Lezana. Sanchez.

Tamen hàc noſtra ſententia dicendum exiſtimo cum M. Lezana *proximè citato*, ac Sanchez *num.* 9. talem religioſum à propria religione tranſeuntem, ſine ſui ſuperioris legitima licentia ad alium ordinem; ſive ſtrictiorem, ſive æqualem, ſive laxiorem, poſſe dici, & eſſe fugitivum: nam fugitivus ille communiter dicitur, qui ad tempus à monaſterio recedit ſine debita licentia, animo etiam redeundi, quamvis cum habitu, vel ſine habitu.

20\. An verò iſte Religioſus tranſiens, dimittens proprium habitum, & aſſumens alium ſit excommunicatus? Affirmant cum multis Suar. *in* 3 *part.tom.*5.*diſp.*23.*ſect.*4 *n.*32. Azor. *lib.*12.*cap.*13.*quæſt.*3.*caſu* 16.5.*quæres.* Negant Sayrus *de Cenſuris lib.* 3.*cap.* 38. *num.* 17. Rodriguez & cum multis aliis Sanchez *citatus*, *num* 67. 68. Quia *cap ne clerici, vel monachi in* 6. Vbi habitus dimiſſionem excommunicationi ſubiicit, quando attentis circunſtantiis fit ad periculosè vagandum, quod non datur in præſenti, & de hoc alibi erit latiùs dicendum.

Suar. Azor. Sayrus. Rodrig. Sanchez. C. Ne cleri.

21\. Si verò Religioſus Apoſtata, aut fugitivus reſipiſcat in remotiſſimis regionibus, in quibus non habet monaſteria ſui ordinis vel ſtrictioris, nec poteſt ad hoc licentiam petere à legitimo ſuperiore ad tranſeundum, & non poteſt redire ad propriam provinciam, tunc abſque alia licentia poteſt tranſire ad talem ordinem etiam laxiorem, in his enim circunſtantiis aliud non poteſt facere. Ita Suar. *tom.*4 *de relig. tract.* 8. *lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 20. Rodriguez. *Additione ſummæ tom.* 4. *cap.* 113. *num.*23. Portel.*verb.religio. num.*17.

Suar. Rodrig. Portel.

Quæstio VI.

An Epiſcopus regularis renuntians Epiſcopatum vel ab ipſo depoſitus, ſi non redeat ad monaſterium ſit Apoſtata?

SUMMARIUM.

22 *Prima ſententia affirmat teneri, ne ſit Apoſtata.*
23 *Secunda & verior negat.*
24 *Tamen ſi ob demerita deponatur tenetur redire.*
Et certiùs ſi à ſua dignitate ſit degradatus. ibid.

Abulenſis, *c.*30.*Numer.q.*109. Aragonius 2. 2. *quæſt.*88.*art.*11.*fol.*1036. & alij conſtanter affirmant, quòd talis Epiſcopus renuntians epiſcopatum teneatur redire ad conventum, ne alias veluti Apoſtata habeatur. 22. Abulenſ. Aragon.

23\. Tamen talis Epiſcopus manens in ſæculo, & non rediens ad Religionem, non eſt verè Apoſtata, ſed licite poteſt ſic manere in ſæculo: & Probatur: quia per Epiſcopalem dignitatem, fuit legitimè diſpenſatus, & exemptus à religionis iugo, hæc autem diſpenſatio non ceſſat depoſito Epiſcopatu, cum cauſa non ceſſet, ſed perſeveret, ſcilicet dignitas Epiſcopalis, ac perfectior ſtatus. Ita Navarr. Federicus, Imola, Henriq. Emmanuel Sà, quos citant, ac ſequuntur Emmanuel Rodrig.*tom.*3.*quæſt.*52.*art.* 26. Sanchez *tom.* 2. *in decalog.lib.*6.*cap.* 6. *num.* 29. Laurentius de Franchis *in controverſ. Epiſp. & Regular circa decreta Sacræ Congreg. de Apoſtat. & eiectis dub.*13.

Navar. Federicus. Immola. Henriq. Emman Sà Emman. Rodrig. Sanch. Laur. de Franch.

24\. Addit tamen Sanchez *citatus, num.*29. idem eſſe dicendum ſi propter culpas Epiſcopus deponatur ab Epiſcopatu; ſed aptius videtur, quod docent Sylveſter *in ſumma verb. Religio. num.* 4, *in fine* M. Lezana *verb. Apoſtata, num.* 7. quòd ſic ob demerita diſpoſitus teneatur regredi ad Religionem, & ſi non redeat veluti Apoſtata habendus; quia per depoſitionem redditur indignus privilegii ſuæ dignitatis. Certius tamen eſt id ſi degradaretur, quia per degradationem ſpoliatur ab omnibus privilegiis dignitati Epiſcopali conceſſis. Ita cum Gloſſa Sanchez *citatus, n,* 30.

Sanchez. Sylveſt. Lezana. Gloſſa. Sanch.

Quæstio VII.

Vtrùm Religioſus fugiens ex carceribus, in quibus ex mandato ſuperioris detinebatur, ſit Apoſtata, vel fugitivus?

SUMMARIUM.

25 *Religioſus iuſtè detentus in carcere, non poteſt fugere licitè.*
26 *Quando pœna capitis, vel mutilationis eſt imponenda, poteſt fugere.*

25 Si

Digitized by Google

27 *Si inſtè damnatus eſt ad pœnam carceris perpetuam, non poteſt fugere.*
28 *Quando ſententia iuſtc prolata iniuſte modo exequitur.*
29 *Quando ſententia ſecundum allegata, eſt iuſta, tamen coram Deo iniuſta, tunc poteſt fugere.*

Cap quorundam. Cap ſi Religioſus. Caietan. Navarr. Bañez. Saytus. Rodrig. Sanchez. Lezana.

25. Dico primo: Religioſus iuſte detentus in carcere ex ſuis ſuperioris mandato, non poteſt licite fugere non enim poteſt licite à monaſterio egredi abſque ſui ſuperioris licentia: cum per votum ſuam voluntatem renunriaverit, & totam in ipſius ſuperioris arbitrium tranſtulerit, *cap. quorundam*, & *cap. ſi Religioſus, de election. in* 6. Ita Caietan. Navarr. Bañez, Saytus, quos citant, ac ſequuntur Rodriguez *tom.* 2. *quaſt.* 23. *art.* 6. Sanchez *in decalog. lib.* 6 *cap.* 8. *num.* 12. M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 9.

Sylveſt. Sotus. Vaſquez. Leſſius. Sanch. Tambur.

26. Limita tamen primò, quòd ſi in tali Religioſo pœna capitis, vel mutilationis imponenda erit, in tali caſu naturale deſiderium conſervationis vitæ, ius fugiendi præbet, etiam ſi ſuperioris præceptum permanendi in carcere urgeat, nihilominus fugere poterit. Ita Sylveſter; Sotus, Vaſquez, Leſſius, Sanchez *citatus num.* 15. quos citat, ac ſequitur Tamburin. *tom.* 3. *de iure Abbatum diſp.* 8 *quaſito.* 2. *num.* 2.

Bañez. Rodrig. Lezana.

27. Secundò: hoc limitant aliqui, ut Bañez 2. 2. *quaſt.* 69. *art.* 4. quando Religioſus damnatus eſt ad carcerem perpetuum; quòd ob rigorem pœnæ poſſit fugere, tamen mihi probabilius eſt contrarium, nam pœna carceris etiam perpetui, eſt convenientiſſima ſtatui Religioſo, nec eſt ita contraria iuri naturali, ut non poſſit ad illam obligari Religioſus ex vi ſuæ profeſſionis, quando crimen perpetratum proportionatum eſt tali pœnæ, & ratione gravitatis culpæ tali pœnæ ſubiicitur. Rodriguez *tom.* 2. *quaſt.* 22. *art.* 6. M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 10.

Navarr. Saytus. Rodrig. Sanchez. Tambur.

28. Tertiò limita. Quòd liceat fugere, quando illa perpetui carceris pœna iniuſte impoſita fuit, ac nullo iuris ordine ſervato, Pariter etiam licet fugere, quando etſi ſententia iuſte prolata fuit, tamen modo iniuſto exequitur, ut ſi cuſtos carceri ex ſuo proprio motu, vel etiam ſuperioris, vel judicis, ſeu alterius perſonæ, injuſte illi cibum, veſtitum, ignem & cætera ad vitam neceſſaria denegat, vel dura ſævitia in eum ſe habet, ac multis moleſtiis afficit. Ita cum Navarro, Sayro, Rodriguez *citato art.* 6. Sanchez *dicto cap.* 8. *num.* 14. Tamburinus *allegato loco n.* 4.

29. Quartò limita; etſi ſententia ſecundum allegata, & probata videatur iuſta, falſa tamen probatione; falſiſque præſumptionibus fundatur, ita tamen ut coram Deo, ac in conſcientia reus ſit innocens tunc licitè poteſt fugere; & ratio eſt quia ſententia veluti quædam privata lex ſe habet, nulla autem lex obligat ad id, quod eſt contrarium fini legis, ſed cum finis talis legis, ſeu ſententiæ, ſit tribuere cuique quod ſuum eſt, eique debitum ſecundum eius merita, cum autem ſecundum eius innocentiam tribuenda ſit non pœna; ſed abſolutio, inde ad obſervationem talis pœnæ non tenetur: hæc ſententia eſt communis. Ita Sotus *de iuſtitia, lib.* 5. *quaſt.* 6. *art.* 4. Leſſius *de juſtitia, lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 4. *num.* 24 Reginaldus *in praxi, lib.* 24 *num.* 146. § *Adverte autem,* Bonacina *de legib. diſp.* 1. *quaſt.* 1. *punct.* 7. §. 3. *ſub num.* 1. *verſ. Quinto dicitur, & in Decalogum diſ.* 10. *quaſt.* 3. *punct.* 2. *num.* 22. Sotus. Leſſius. Reginald. Bonacina.

QUÆSTIO VIII.

Utrum Religioſus damnatus ad triremes poſſit ab eis fugere?

SUMMARIUM.

30 *Prima ſententia negat fugam eſſe licitam.*
31 *Secunda & vera affirmat.*

Quæſtio eſt an Religioſus ſive iuſtè, ſive injuſtè, ſive ad tempus, ſive in perpetuū damnatus ad triremes, ſive iam in illis exiſtens, ſive non, queat licitè effugere ad declinandum à tam graviſſima pœna? Negant Saytus *clavi Regia, lib.* 12. *cap.* 18. *num.* 8. Sanchez *lib.* 6 *in Decalog cap.* 8, *num.* 16. In eo caſu, quod pœna eſt iuſtè inflicta, quia tunc debet eam patienter ſuſtinere. 30. Saytus. Sanchez.

Tamen oppoſita ſententia mihi vera videtur, quod tunc bona conſcientis poſſit fugere. Ita Bañez. 2. 2. *quaſt.* 69. *art.* 4. *poſt.* 5. *concluſ.* Bonacina *de clauſura, quaſt.* 2. *punct.* 11. §. 1. *n.* 8. Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 3. *diſp.* 8. *q.* 12. *num.* 9 M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 10. Pellizarius *tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 8, *num.* 48. M. Fr. Anton. *Directorio, tom.* 2. *tract.* 3. *num.* 1409. Ratio eſt, quia hæc pœna eſt graviſſima, & tanquam mors perpetua computatur, *l. Servitium, ff. de regulis iuris*, ergò ſicut licitum eſt condemnato ad mortem, fugere ad evitandum tale ſupplicium, ut dixi ſuperiori quæſtione *num.* 26. ita etiam licitum erit damnato ad triremes fugere ad tantùm malum evitandum, ex impulſu naturali datur omnibus animantibus à dura pœna fugere, deinde ipſe Sanch. *citato num.* concedit cum Corduba, Lopez, Bañez, Salonio, Petro de Ledeſma, quod ſæcularis damnatus ad triremes poſſit fugere, ergo & Religioſus: nulla enim apparet maior ratio, præcipuè cum Religioſum delinquentē tali triremium pœna punire videatur contra decorem, honeſtatem, & authoritatem, ergo licitè Religioſus poteſt fugere, non ad vagandum in ſæculo, ſed ut ad ſuperiorem, ac Summum Pontificem tendat, ad miſericordiam, & veniam impetrandam. 31. Bañez. Bonacina. Tambur. Lezana. Pellizar. Fr. Anton. L. ſervitii. Sanchez. Corduba. Lopez. Bañez. Salon. Petr. de Ledeſma.

QUÆSTIO IX.

An Religioſus valdè vexatus à ſuo Prælato abſque illius licentia, & ſine peccato poſſit ad ſuperiorem confugere?

SUMMARIUM.

32 *Affirmativa ſententia eſt communis.*

33 Conci

33 *Concilium Tridentinum nil habet contrarium.*
34 *Etiam licita eſt fuga ad amicum, ut eum deprecatorem habeat.*
35 *Fugiens ad ſuperiorem non tenetur petere licentiam ab inferiori.*

32. Baldus. Decius. Azor. Rodrig. Sayrus. Sanchez. Fagundez. Suar. Barboſa. Pegrin. Sà.

DIco quòd talis Religioſus ditè vexatus à ſuo Prælato, licitè poteſt ad ſuperiorem confugere, abſque eo quòd fugitivus dicatur, & inde cõſequenter fugitivorum pœna non eſt puniendus. Ita Baldus, Decius, Azor. Rodriguez, Sayrus, Sanchez, Fagundez, & alij, quos citant; ac ſequuntur Suar. *tom* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 6. Barboſ. *in collectan. ad Trident. citand. num.* 10. Peyrinis *de Reſol.* 5. *quæſt.* 1. *cap.* 26 *notabili* 2. Sà *verb. Religio num.* 71. & ratio eſt, quia ius defenſionis eſt naturale, quòd unuſquiſque tenetur ſibi perquirere, ne eius vita, fama, & honor pereat; tum etiam, quia in hoc caſu præſumitur licentia Prælati ſuperioris, qui vult omnia iuſtè, & ordinatè fieri.

33. Bañez. Trident.

Contrariam ſententiam tenet Bañez. 2. 2. *quæſt.* 13. *art.* 1. ex eo, quia Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *de Regular.* ait: *Non liceat Regularibus à ſuis conventibus recedere, etiam prætextu ad ſuos ſuperiores accedendi, niſi ab eis miſſi, vel vocati fuerint.* Ad quod rectè reſpondet Aragon. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 3. (Aragon.) Concilium intelligendum de eo, qui adit ſuperiorem ex cauſa levi, vel leviſſima, non vero ex cauſa urgenti ad defenſionem naturalem, quàm non eſt veriſimile Concilium impedire. Hanc doctinam tamen limitant ipſe Aragonius, ac alij, ſi ex tali fuga ad ſuperiorem ſequatur ſcandalum, & perturbatio magna Religonis propter ignorantiam cauſæ, qua dictus Religioſus movetur ad fugam. At cum talis vexatio, ſeu iniuria ſit notoria, nullum poteſt eſſe ſcandalum, cum quilibet de ſua defenſione teneatur agere.

34. Boſſius. Riciullus. Tamburin.

Idem dicendum exiſtimat Ægidius Poſſius, D. Antonius Ricciullus, quos citat, ac ſequitur Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 3. *diſp.* 8. *q.* 1. *num.* 6. de Religioſo ad amicum, vel alium confugiente, ut cum deprecatorem apud ſuperiorem habeat.

35. Quæres, an talis Religioſus teneatur petere licentiam priùs Prælato inferiori ut tendat ad ſuperiorem, & ea denegata poterit confugere ad maiorem? Reſpondeo negativè, ſi ipſe timet quòd ex tali licentia, ac via manifeſta, ei ſit exitus impediẽdus, ac durius ſit recludendus, quia tunc erit apponere impedimentum ſuæ defenſioni. (Navarr. Pellizar.) Ita Navarr. *comment.* 2. *de Regular. n.* 61. Pellizar. *tom.* 1. *tract.* 5. *c.* 6. *n.* 15. (Suar.) Tamen Suarius *tom.* 4. *de Reſol. tract.* 8. *lib.* 1. *n.* 7. & 8. ait quod ſaltem ex urbanitate petenda ſit licentia à Prælato inferiori, ſed hoc non dicam, quando prudentialiter timetur aliquod damnum, vel impedimentum ad viam, vel quod ſit deneganda.

QUÆSTIO X.

Quas pœnas incurrant fugitivi, ſive cum habitu, ſive ſine habitu fugientes?

SUMMARIUM.

36 *Ad maiorem diſtinctionem explicantur, quæ ſunt tractanda.*
37 *Qui ſine habitu fugiunt, incidunt in excommunicationem.*
Qui cum habitu faciunt iuxta peculiaria ſtatuta Religionum habent pœnas. ibid.

VT clarè, ac diſtinctè in hac re diſſeramus de pœnis, in quas incidunt fugitivi, & Apoſtatæ, priùs agimus de fugitivis, deinde de Apoſtatis. Fugitivus, ut explicavi in hac reſolutione *quæſt.* 2. *num.* 7. eſt ille, qui recedit à Conventu ſine licentia, ac obedientia ſui ſuperioris, licèt ſit per tempus conſiderabile, habet tamen animum iterum revertendi: deinde vel iſte fugit cum habitu, vel ſine illo. 36.

Qui ſine habitu fugiunt, exeuntes à Monaſterio ſine illo incurrunt in excommunicationem latam, *cap.* 2. *ne clerici, vel Monachi, in* 6. Qui verò cum habitu fugiunt, exceptis quibuſdam caſibus expreſſis in iure, præter peccatum nullam aliam pœnam de iure incurrunt, M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 11. Pellizar. *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 8. Nec obſtat prædictum, *cap. Ne clerici, vel Monachi*, quia ibi agitur de eo, qui vel recedit ſine habitu, vel ſine licentia ſuperioris accedit ad ſtudia. Quare ſupra hanc rem conſulenda ſunt peculiaria ſtatuta. Pontificum, ac Religionum. In noſtra Carmelitana familia tales Religioſi decedentes à Conventibus ſine licentia, etiam per unum diem, habentur ut excommunicati, & ut tales puniuntur, & abſolvuntur ſecundùm conſuetudinem Religionis, ut teſtatur Lezana proximè citatus, ex eo quia *part.* 3. *noſtrarum Conſtitut. cap.* 12. *num.* 3. dicuntur iſti puniendi; ut Apoſtatæ autem incidunt in excommunicationem, ut dicam *quæſt.* 12. In familia Franciſcana tales per ſtatuta Toletana ſunt excommunicati, Portellius *in Additionibus ad dubia, verbo Apoſtata n.* 5. ait & credo iuxta communem conſuetudinem Religionum tales fugitivi habentur ut excommuncati. De quo Caſarubias *in compendio privilegiorum verb. Apoſtata ab ordine.* Miranda *tom.* 1. *quæſt.* 51 *art.* 1. 37. C. 2. Ne cl. Lezana. Pellizar. Lezana. Portel. Caſarubias. Miranda.

QVÆSTIO XI.

Explicantur caſus, in quibus ſecundum ius fugitivi excommunicantur.

SUMMARIUM.

38 *Excommunicantur Religioſi fugitivi, ad partes ultra marinas.*
39 *Fugitivi accedentes ad curias Principum incidunt in excommunicationem.*

40 *Fugi*

40 *Fugitivi accedemes ad ſtudia, excommunicantur.*
Qui extra monaſterium audiunt leges, & medicinam excommunicantur. *ibid.*
45 *Excommunicantur, qui tranſennt ad aliam Religionem.*

38. Dixi ſuperiori quæſtione & ſuperiori num. quòd fugitivi cum habitu ex communi iure, non afficiuntur aliqua cenſura, niſi quibuſdam caſibus exceptis, qui nunc ſunt explicandi. Primus eſt, ſi Religioſi ſe transferant ad partes vltra marinas, maximè ubi pauci fideles degunt, abſque ſuorum Prælatorum licentia, incidunt in excommunicationem reſervatam *in extravaganti ad noſtram de Regularibus.* De quo Bonacin. *de clauſura q.2. puncto 4.*

Extravag. ad noſtram. Bonacina.

39. Secundò. Accedentes ad curias Principum ſine licentia ad effectum nocendi ſuis, incurrunt in excommunicationem non reſervatam in Clementina. *In agro de ſtatu Monachorum;* de quo Suar. *tom 5. ad 3. part. diſp 23. ſect. 5. n. 6.* Filliuc *tract. 14. cap. 8. quæſt. 6. num. 140.* Sayrus *de cenſur. lib. 3. cap. 34. num. 27.* Bonacio. *citata quæſt. 2. punct. 5.*

Clemens. in Agro. Suar. Bonacina. Filliucius. Sayrus.

40. Tertiò. Accedentes ad ſtudia ſine ſuorum Prælatorum licentia incurrunt excommunicationem non reſervatam, *cap. 2. ut periculoſa. Ne clerici, vel Monachi in 6.* Sayrus *citato lib. 3. cap. 33. num. 20.* Filliucius *citato cap. 8. quæſt. 4. num. 136* Sanch. *tom. 2. in Decalog. lib. 6. cap. 8. num. 72.* & ſequentibus Sanctarellus *in tractatu de Apoſtaſia cap. 5.* Quartò. Se conferentes extra monaſterium ad audiendas leges, aut medicinam; incurrunt excommunicationem non reſervatam, latam, *cap. Magnopere.* Ita Doctores proximè citati.

Cap. Vt periculoſa. Sayrus. Filliucius. Sanchez. Sanctarel.

41. Quintò, illicitè tranſeundo ad aliam Religionem. De quo Rodriguez *tom. 1. quæſtionum quæſt. 30. art. 1. cum ſequentibus* Azor. *part. 1. lib. 11. cap. 16.* Leſſius *de iuſtitia lib. 2. cap. 41. dub. 15.* Suar. *de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 2.* Sanch. *lib. 6. citato cap. 8.* Sed de hoc latiùs *verb. tranſitus ad Relig.*

Rodrig. Azor. Leſſius. Suar. Sanchez.

Quæstio XII.

Apoſtatæ an ſint excommunicati ex iure, vel ex peculiaribus conſtitutionibus?

Summarium

42 *Apoſtatæ fugientes ſine habitu ſunt excommunicati.*
43 *Vna ſententia affirmat fugientes cum habitu eſſe excommunicatos.*
44 *Secunda ſentia ex iure negat.*
45 *Ex multis privilegiis, ac ex uſu Religionum eſt affirmandum.*

42. APoſtatæ fugientes à Religione, vel diſcedunt cum habitu, vel ſine habitu, qui ſine habitu fugiunt, ſunt excommunicati. Vt habetur expreſsè, *cap. 2. Ne clerici, vel Monachi*, qui verò cum habitu fugiunt, animo deſerendi ſtatum religioſum, & ad illum non revertendi, quod eſt requiſitum ad Apoſtaſiam, ut excommuni ſententia dixi ſuprà *q. 2. n. 7.* de his

C. 2. Ne cl.

Tota quæſtio eſt, an iſte Apoſtata, qui fugit cum habitu, animo deſerendi religionem, ſit excommunicatus in iure, affirmant Rocela Tabiena, Henriquez, & alij, quos citant, ac ſequuntur Azor, *tom. 1. lib. 12. cap. 17 quæſt. 6.* Miranda *tom. 1. quæſt. 51. art. 1. concluſ. 2.* Portellius *in Additionibus ad dubia, num. 7.* & fundantur in eo, quia in dicto, *cap. Ne clerici, vel monachi*, finis prædictæ legis eò tendit, contra habitum ſuæ religionis dimittentes, ne eiſdem periculoſa occaſio vagandi ſubtrahatur; ut in prooemio dicti capitis dicitur; liberè ergo evagantes extra clauſtrum ſine habitu induti, ſive eo exuti faciunt contra diſpoſitionem dicti iuris, ac proinde incurrunt in prædictam cenſuram. 45.

Rocela. Tabiena. Henriq. Azor. Miranda. Portel.

Contraria ſententia eſt communis, & vera, ita Sylveſter Angelus, Tabiena, Aragonius, Bañez, Leſſius, Rodriguez *tom. 1. ſumma in 2. editione cap. 43. num. 1. fin.* Suar. *tom 5 ad 3 part. diſp 31. ſect. 6. num. 1.* Sanchez *tom. 2. in Decalog. lib. 6. cap. 8. num. 20.* M. Lezana *tom. 1. cap. 16. num. 12.* Probatur, quia in dicto, *cap. Ne clerici, vel Monachi*, ſolùm profeſſi temerè habitum ſuæ Religionis dimittentes excommunicantur. Nec obſtat finem eius excommunicationis eſſe ſubtrahere occaſionem vagandi religioſis, quia Textus non quamcumque occaſionem comprehendit, ſed occaſionem ex habitus dimiſſione provenientem, imò dum retinetur habitus, non datur tanta occaſio: nam Apoſtatæ ex habitu cognoſcuntur religioſi, & poterunt capi, & ſuæ religioni reſtitui. 44.

Sylveſt. Tabiena. Aragon. Bañez. Leſſius. Rodrig. Suar. Sanchez Lezana.

Quamvis hæc ita ſint de iure communi, tamen certum eſt, quod Apoſtatæ à Religione incidunt in excommunicationem reſervatam ſuperioribus ſuæ Religionis. Ita Sanchez *citato cap. 8. num. 11.* Lezana *citato num. 13.* Caſarubias *in compend. Privilegiorum mendicant. verb. Apoſtata ab ordine.* Hieronym. Rodrig. *Reſolut. 11. n. 28.* ſufficiat proponere privilegium conceſſum à Pio V. Societati Ieſu, & habetur in Bullario ipſius Societatis *pag. 94.* & in Compendio Societatis *verb. Apoſtata* §. 1. ubi dicitur. *Si quis poſt emiſſa vota ſecundum Societatis conſtitutiones, ab ea ad ſæculum receſſerit, etiam prætextu cuiuſvis indulti conceſſi, aut concedendi, abſque expreſſa ſui ſuperioris licentia, ad id ab eo ſpecialiter obtenta, ipſo facto eſt excommunicatus, & abſolvi nequit, niſi à Romano Pontifice, vel ſuperiore Societatis* De quo privilegio per viam participationis communicant aliæ religiones, ut teſtatur Pellizarius *tom. 2. tract. 8. cap. 8. num. 8.* Aliud privilegium conceſſum eidem Societati ex Gregorio XIII. refertur ad idem intentum. 45.

Sanch. Lezana. Caſarubias Hieron. Privilegiũ Societatis Pellizar.

Secundùm ergo prædicta privilegia, ac alia multa, & communem praxim Religionum, tales Apoſtatæ habentur excommunicati excommunicatione reſervata ſuis ſuperioribus. In noſtra Carmelitana Religione eorum abſolutio reſervata eſt Priori Generali, vel Provincialibus, *ſub quorum obedientia prædicta crimina perpetrarunt, part 5. conſtitut. cap. 12. n. 2.* & in omni Religione à ſuo Superiore, vel ex eius commiſſione ſunt abſolvendi. Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 8 lib. 3. cap. 4. n. 5 1* 46.

Conſtitut. Carmelit. Suar.

QVÆ.

Quæstio XIII.

An Apoſtatæ ſint irregulares?

SUMMARIUM.

47 *Apoſtata ex iure nullam habent irregularitatem.*
Suſcipientes Ordines ſacros in tali ſtatu ſunt ſuſpenſi.
48 *Apoſtata cum ſint excommunicati, exercentes Ordinem ſacrum, quia ſunt excommunicati, ſiunt irregulares.*
49 *Apoſtata ipſo iure ſunt infames, & inde irregulares.*

NOn loquimor de pœnis aſſignatis per
47. particulares Religionum Conſtitutioōes, ſed tantùm de jure communi. Etſi aliqui dicant tales Apoſtatas de iure communi eſſe irregulares, tamen hoc eſt falſum,
Lezana. ut advertit Lexana *tom.*1. *cap.* 16. *numero decimotertio.* Ad hoc enim nullus oſtenditur Textus; ſi tamen Apoſtata in tali miſerrimo ſtatu ſuſcipiat Ordinem ſacrum, non poteſt in illo miniſtrare, ſed manet ſuſpenſus, donec à Papa, vel juxta aliquos à
Cap final. ſuo Prælato diſpenſetur, ut habetur *cap. fi-*
Suarez. *nali, de Apoſtatis.* Suarez *tomo quinto, ad tertiam partem, diſputatione trigeſima prima,*
Sanchez. *ſectione ſexta* Sanchez *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 8. *num.*21.

48. Et quamvis Apoſtatæ ex vi juris communis non habeant irregularitatem; tamen frequenter cum ſint excommunicati exercentes Ordinem ſacrum; proindéque fiunt irregulares; & hoc non ex vi Apoſtaſiæ præciſé, ſed excommunicationis, qua te-
Suarez. nentur. Suarex *citato tomo quinto, diſputatione trigeſima prima, ſectione ſexta, numero ſecun-*
Sanchez *do.* Sanchex *citato capite octavo. num.* 25. 26. Dixi exercendo Ordinem ſacrum, quia Ordines Minores etiam à laicis exercentur ex communi conſuetudine, etiam cum ſolem-
Avila. nitate. Ita Avila *diſputatione nona, ſectione ſe-*
Toletus, *cunda.* Toletus *libro ſecundo, cap.* 67. *nume-*
Navar. *ro quarto.* Navarrus *in ſumma, verb. Irregular. num.* 142. & alij, quos citat, ac ſequitur
Bonacina. Bonacina *de irregularitate, diſp.* 7. *quaſt.* 3. *punct.* 5 *num.*1.

49. Deinde Apoſtatæ, dum perſeverant in Apoſtaſia, ſunt de jure infames, & ut tales non admittuntur in teſtes; deindéque ex hoc capite ſunt etiam irregulares: nam omnis infamis eſt irregularis ſecondum ſen-
Graffis. tentiam Doctorum, Graffis *libro tertio, de caſibus reſervatis, cap.* 2. *numero vigeſimo ſex-*
Peirin. *to*, Peirinis *tomo primo, de ſubdito, quaſtione*
Lezana. *prima de obedientia, cap.* 26. Lezana *tomo pri-*
Pellizar. *mo, cap.*16. *num.* 12. Pellixarius *tom.* 2. *tract.* 8.
Belaſius. *cap.* 9. *num.* 64. & alij multi apud Belaſium *verb. Apoſtata.*

Quæstio XIV.

Explicantur aliæ pœnæ, in quas incidunt Apoſtatæ.

SUMMARIUM

50 *Bulla Pauli IV. eſt moderata.*
50 *Apoſtata, & fugitivi ſunt privati voce activa, & paſſiva.*
Tempus, quo fuit extra Religionem, non computandum inter annos profeſſionis. Ibidem.
52 *Privantur libris, & aliis rebus ad ſuum uſum.*
53 *Durante Apoſtaſia non poſſunt prædicare, nec audire confeſſiones.*
54 *Apoſtatæ privantur iure alimentorum de bonis ſuæ Religionis.*

MAximè in hac re refertur Bulla edi- 50.
ta à Paulo IV. anno 1558. quæ inci- Paulus IV.
pit: *Poſtquam Divina Bonitas.* In quo Pontifex Apoſtatas ſuſpendit inperpetuum ab omni Eccleſiaſtici Ordinis executione, & ab omni gradu, omnibúſque beneficiis obtentis, & eorum fructibus; eóſque reddit inhabiles ad quoſcunque gradus, ſed hæc Sanchez.
Bulla non fuit recepta, ut teſtatur San- Palaus.
chez *libro ſexto, in Decalog. capito octavo, numero trigeſimo.* Caſtro Palaus *tractatu* 16. *diſp.*4. *part.* 7. *num.* 2. Deinde prædicta Bulla Pauli IV. fuit moderata, & ad formam juris, & ſacrarum Conſtitutionum redacta per Pium IV. anno 1560. Conſtitut. quæ in- Proſper
cipit: *Sedis Apoſtolicæ*, ut notat Proſper Aug. Auguſtin.
in additionibus ad Quarantam *in ſumma Bullar. verb Apoſtata.*

Secundò, Tales Apoſtatæ ſunt privati vo- 51.
ce activa, & paſſiva, ac iure primogenituræ, ſuáque antiquitate Religionis computato tempore, quo fuerunt extra Religionem, patet ex Decreto authentico edito à Cardinali Alexandrino, qui poſteà fuit Pius V Pius V.
ex vivæ vocis oraculo facto ſuper hac re à Paulo IV. ex ſuo ſpeciali mandato 10. Aprilis 1559. quem ipſe Cardinalis edidit, ut ſupremus Inquiſitor in favorem Patrum Minorum, & inter cætera ad finem dicitur: *Dummodo tempus, quo manſerint extra Religionem inter ſua profeſſionis annos non computetur.* Quod prudentiſſimè ordinatum eſt, & ad hoc tendit ius primogenituræ, quo privantur. Prædictam
Conſtitutionem referunt Peirinis *tom.* 2. *Pri-* Peirin.
vileg. conſtitut. 2. *Pauli IV.* & Pellizar. *tom* 2 Pellizar.
tract. 8. *cap.* 8. *num.* 65. Qui etiam notant, quod quamvis ſit vivæ vocis oraculum, non eſt revocatum inter cætera, quia eſt editum à Cardinali ſupremo Inquiſitore ex ſpeciali mandato ſuæ ſanctitatis per literas authenticas Cardinalis, ut infra dicemus.

Tertiò Religioſi Apoſtatæ, aut fugitivi 52.
privantur libris, & aliis rebus ad eorum uſum Paul II.
conceſſis, patet ex quadam Bulla Pauli II. data in favorem Congregationis Lombardiæ
Sancti Auguſtini, & alia Leonis X. facta Pa- Leo. X.

tribus

Peitin. tribus Minimis, quam refert Peitinus *tom. 1. Privileg Conſtit.13.Leonis X.*

53. Quarta pœna. Religioſus Apoſtata durante Apoſtaſia non poteſt prædicare, nec docere, nec audire confeſſiones, nec ſimilia facere: patet ex proximo Decreto edito à Paulo IV. ubi expreſſè dicitur, quod tales Apoſtatæ ſint privati voce activa, & paſſiva, juréque ſuæ primogenituræ, necnon publica ad populum prædicatione, & confeſſionali ſæcularium audientia. Paul.IV.

54. Quinta pœna. Apoſtatæ, & fugitivi privantur alimentis, ac iure alimentorum de bonis ſuæ Religionis. Ita Surdus, Sanchez, Pinellus, & alij, quos citant, ac ſequuntur Sanctarellus *de Apoſtata, cap. 3. dub. 2. num 22.* Tamburinus *de iure Abbat. diſput. 8. quæſt. 9. num. 1.* & aſſignant optimam rationem, quia Pater non tenetur alere filium ſua culpa, à patris conſortio, ac obedientia recedentem; ac proinde Apoſtata non poteſt alimentari de bonis inventis ſuæ Religionis, niſi in caſu extremæ neceſſitatis, nec Religio tenetur ad illius debita ſolvenda, niſi in caſu, quod ipſe ſecum afferat bona ſufficientia ad tale debitum. Surdus. Sanchez. Pinell. Sanctarel. Tambur.

55. Sexta pœna ſtante iure antiquo erat, ut qui ter apoſtataverit, eiiceretur ab ordine; nunc verò iure novo Urbani VIII. quid dicendum, dicam verbo eiicere ab ordine.

Quæstio IV.

An Religioſus Apoſtata gaudeat privilegio Canonis, fori, immunitatis Eccleſiaſticæ?

SUMMARIUM.

56 *Apoſtata, & fugitivi portantes habitum clericalem gaudent privilegio Canonis.*
57 *Gaudent privilegio fori ab omni juriſdictione ſæculari.*
58 *Gaudent privilegio à vectigalibus.*
59 *Gaudent privilegio immunitatis Eccleſiaſticæ.*

56. Dico primò. Religioſi etiam veri Apoſtatæ, ſicut & eiecti gaudent privilegio Canonis, quia omnes veniunt ſub nomine Monachi: *Si quis ſuadente diabolo manus violentas in Clericum, vel Monachum iniecerit, anathematis vinculo ſubiaceat.* Et reſervatur Pontifici Romano, quia quamvis iſti mereantur privari tali privilegio; de facto tamen non privantur ab aliquo iure; ergo cum verè, & propriè ſint Religioſi, gaudent tali privilegio Molina *tract. 3. diſp. 54. num. 2.* cum Panormitano, & Pellizar. *tom. 2. tract. 8. cap. 6. ſectione 3. num. 145.* affirmantes talem Apoſtatam, vel fugitivum gaudere tali privilegio, ſive portet habitum, ſive non. De quorum doctrina meritò dubitat Portell. *in dubiis, verb. Manus violenta, num. 3. §. Quod ſi.* Et contraria doctrina mihi eſt vera, quia ut quis gaudeat privilegio Canonis, debet portare habitum, & tonſuram clericalem, ut docent Filliucius *tom. 1. tractatu. 14. de cenſ. in particulari, cap. 1. num. 8.* Bonacina *tom. 1. diſputat. 2. de cenſur. quæſtione quarta, de excommunicatione, punct. 1. num. 1.* Nam qui percutit hominem ſine habitu, eum non agnoſcens Monachum, nullam facit iniuriam ſtatui Eccleſiaſtico. C Si quis. Molina. Pellizar. Portel. Filliuc. Bonacina.

57. Dico ſecundò. Privilegium fori, quod perſonæ Regularium legitimè eximuntur à quacunque poteſtate ſæculari in cauſis tam civilibus, quàm criminalibus, & patet ex *cap. Non minus, de immunitate Eccleſiæ,* de quo latè Molina *tomo primo, de iuſtitia, diſputat. 31. conclusione 3.* Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. de immunitate Eccleſiæ, cap. 8. num. 2.* & multi alij apud Dianam *parte prima, tract. 2. Reſolut. 1.* tali prædicto privilegio gaudent omnes Religioſi etiam Apoſtatæ, ac perpetuo eiecti; hoc autem privilegium conceſſum eſt ſtatui Religioſo, nec conſtat aliunde Religioſis ſubtrahi per legitimam poteſtatem, quamvis ſint Apoſtatæ, & eiecti. C.Non minus. Molina. Suarez. Diana

58. Dico tertio Privilegium immunitatis à vectigalibus, ac tributis competit omnibus Religioſis. Ut ſuo loco dicemus *verb. Tributum,* inter quos etiam computantur Religioſi Apoſtatæ: nam ratione Apoſtaſiæ non deſinunt eſſe tales.

59. Quantum ad privilegium immunitatis Eccleſiaſticæ Apoſtatas, ac fugitivos eo gaudere negat Peregrinus *tractatu de immunitate, cap. 12. num. 16.* Bordon. *reſol. 1. num. 18.* contendit eo frui etiam in propriis Eccleſiis, non verò in Conventibus. At Diana cum multis Auctoribus *part. 1. tract. 1. Reſol. 23.* affirmat, & ex eo probatur, quia Gregorius XIV. in ſua Bulla de hac re edita, non excludit Apoſtatas, cum ibi ſit poſita clauſula, tantum, quæ extenſionem excludit, tamen ab hac regula excipiuntur proprij Conventus, ac Eccleſiæ ſui Ordinis, aliàs tales Apoſtatæ nunquam poſſent puniri, incarcerari, ac capi: de qua re idem Diana *ſupra, Reſol. 25. & part. 6. tract. 1. Reſol. 26. quæſt. 10.* & ideo tales Religioſi poſſunt etiam à ſuis Prælatis vi, ac violentia capi, & teneri. Peregrin. Bordon. Diana. Greg. XIV.

Quæstio XVI.

An Religioſus Apoſtata gaudeat privilegiis, & indulgentiis ſuæ Religionis?

SVMMARIVM.

60 *Apoſtata, & fugitivus gaudet indulgentiis, ac privilegiis ſuæ Religionis.*
61 *At verò ſi Apoſtata intendit annullare ſuam profeſſionem, non gaudet.*

Apoſtatæ, & fugitivi gaudent privilegiis, ac indulgentiis conceſſis proprio Ordini ſuo. Ita Sanchez, & Lezana citandi. Pellizarius *tractatu 8. cap. 8. ſectione 3. num. 74.* 60. Pellizar.

num. 74. Si tamen ad earum conſecutionem ſint diſpoſiti, privilegiis quidem gaudent, quia nullum extat ius contrarium, & ſic ſtatus Religioſi, qui in Religioſo Apoſtata manet, eſt ſufficiens ratio ad hoc, ut gaudeat privilegiis ſuæ Religionis, ut pote verus illius Religioſus, etiam erit ſufficiens ratio, ut gaudeat illius indulgentiis, eo quod nullum apparet fundamentum, ut à participatione illarum excludatur.

61. Hæc tamen doctrina limitanda eſt, & non habet locum in illis Apoſtatis, qui à Religione recedunt, & habitum dimittunt intendentes ſuam profeſſionem eſſe nullum; ita ex Mandocio Sanchez *lib. 9. cap.* 8. *numero* 34. M. Lezana *tom primo, cap.* 16. *num. duodecimo*, & patet ex Concilij Tridentini *ſeſſione* 26 *cap* 19. *de Regularibus*, vbi dicitur: *Quod ſi antea habitum ſponte dimiſerit, tanquam Apoſtata puniatur; interim verò nullo privilegio ſuæ Religionis iuvetur.* Et bene notant citati Authores, quod cum hoc Decretum ſit pœnale, non eſſe extendendum ad alios Apoſtatas, in quibus hæ conditiones annullandi profeſſionem non dantur.

Sanch. Lezana. Trident.

Quæstio XVII.

Bona Apoſtatarum ad quem pertinent?

SUMMARIUM.

62 *Bona Apoſtatarum per fraudem pertinent ad eum, cui facta eſt iniuria.*

63 *Bona illorum ſi ad Religionem revertunt, ſunt Religionis.*

64 *Bona illorum, qui diſcedunt extra Religionem ſunt Cameræ Apoſtolicæ.*

65 *Si Apoſtata in vita dat Religioni poſt mortem ante ſententiam, non ſunt danda Cameræ Apoſtolicæ.*

66 *Quæ acquiſivit intuitu beneficij Eccleſiaſtici, ad illam Eccleſiam pertinent.*

62. BOna Apoſtatarum contra juſtitiam acquiſita per furtum, fraudem, &c. reſtituenda ſunt eis, quibus facta eſt iniuria, Roſela *in ſumma, verb. Religio.* 1. *num.* 1. Sanchez *lib.* 7. *Decalog c.* 33. *n.* 6. Portellius *in dubiis, verb. Apoſtata, num.* 7.

Roſella. Sanch. Portel.

63. Ea autem, quæ Religioſus Apoſtata, vel fugitivus acquiſivit, ſi ad Religionem revertitur, ea ſecum defert, & ad Religionem pertinent, talis enim eſt vetus Religioſus, & per conſequens debet monaſterio acquirere, & ita definitur, *cap. Abbas,* 18. *quæſt.* 2. Ita Sylveſter *verb. Apoſtata, quæſt* 9 *num* 12. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract* 8. *lib.* 8. *cap. num.* 20. quòd intelligitur etiam ut notat Lezana *verb. Apoſtata, num.* 8. de bonis etiam peccaminoſè acquiſitis, non tamen contra juſtitiam, ut dixi ad initium quæſtionis.

Cap Abbas. Sylveſt. Suar. Lezana.

64. Nec cum his obſtat Conſtitutio Gregorij XIII. quæ incipit: *Officij noſtri*, ubi iſtorum bona applicantur Cameræ Apoſtolicæ, quòd intelligitur de illis Apoſtatis, qui decedunt extra clauſtra, in ſua apoſtaſia morientes, Rodrig. *tom.* 1. *quæſt* 10. *art.* 12. § *Sed contra*, Portell. *in dub. verb. Apoſtata, num.* 7. Laurent. de Franchis, *in controverſiis Epiſcoporum & Regular. circa Decreta Sacræ Congreg. de Apoſtatis, & ejectis, quæſt.* 11.

Rodrig. Portel. Laurent.

65. Tamen ſi præfati Religioſi Apoſtatæ, in vita ſua diſpoſuerint de ſuis bonis, tradendo ea Religioni, Religio non tenetur ea reſtituere Cameræ, niſi poſt ſententiam condemnationis, applicatio enim talium bonorum cameræ eſt pœnalis, & omnis pœna non obligat, niſi poſt ſententiam, nemo enim tenetur ad pœnam ante condemnationem Suarez *tom* 4. *de Regione tract.* 8. *lib.* 3 *cap.* 2. *num.* 17. M. Lezana *cit. num.* 25.

Suar. Lezana.

66. Si Religioſus fugitivus, vel Apoſtata impetravit beneficium alicuius Eccleſiæ, ea, quæ acquiſivit intuitu talis Eccleſiæ, pertinent ad Eccleſiam, acquiſivit enim illa ut pars ipſius Eccleſiæ. At verò ea, quæ acquiſivit intuitu ſuæ perſonæ, ejuſque induſtriæ, acquirit Religio cum perſona illa ejuſque induſtria, ad Religionem pertineant. D. Anton. 3. *part. tit.* 16. *cap.* 5. §. 1. Azor. *tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 16. *quæſt.* 8. De his verò, quæ Apoſtata per negotiationem acquiſivit, *dicam infra verb. Negotium.*

D. Anton. Azor.

Quæstio XVIII.

Quis valeat Apoſtatas, & fugitivos à cenſuris abſolvere, & cum eis in irregularitate diſpenſare.

SVMMARIVM.

67 *Apoſtaſia, & egreſſio nocturna à Conventu eſt caſus reſervabilis à Prælatis.*

68 *Prælati poſſunt abſolvere à tali excommunicatione.*

69 *Poſſunt Prælati diſpenſare cum eis in qualibet ſuſpenſione.*

70 *Poſſunt etiam diſpenſare in qualibet irregularitate.*

67. CRimen Apoſtaſiæ ſive cum habitu, ſive ſine illo, ſicut & nocturna egreſſio à Conventu ſine Prælati licentia, iuxta Decretum Clementis VIII caſus eſt reſervabilis à ſuperioribus Religionum, ſeu poſſunt illum reſervare, & dato quòd talis caſus non ſit reſervatus in Religione, nec ex vi iuris ſit excommunicatio poſita Apoſtatis, ac fugitivis cum habitu, tamen per multa privilegia Apoſtolica Religionibus conceſſa impoſita eſt excommunicatio reſervata, ut ſuprà dixi *quæſtione* 12. *num.* 45. & ſi aliqui dixerunt apud Suarez, *tom.* 4. *de Religione tractatione* 10. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 2. quòd à quolibet Ordinis Confeſſore abſolvi poterunt, ex eo hoc dixerunt, quia exiſtimabant nullam eſſe excommunicationem reſervatam, quam dari iam diximus, & tenet ipſe Suarez.

Suar.

68. A tali excommunicatione etiam reſer-

vata Religioſi Apoſtatæ, ac fugitivi etiam
habitu dimiſſo, poſſunt abſolvi à ſuo Præ-
lato ſive Generali, ſive Provinciali, ni ſuo-
rum privilegiorum, quorum ratione poſ-
ſunt dicti Prælati ſuos ſubditos abſolvere
ab omni excommunicatione reſervata Se-
di Apoſtolicæ, etiam contenta in Bulla Cœ-
næ, excepta hæreſi, ut dicam infra *verbo
Bulla Cœnæ*, & *Verb. Cenſura*, *per multa
privilegia.*

69. Similiter & poſſunt prædicti Apoſtatæ,
& fugitivi abſolvi à ſuis Superioribus etiam
localibus à qualiber ſuſpenſione contracta
ex indebitâ ſuſceptione Ordinum in tali ſta-
Rodrig. tu, ut ex Rodriguez, Portel. Vivaldo te-
Portel. Vivaldus. Diana. net Diana *tertia parte*, *tractatu* 2. *Reſolut.* 85.
Ad hoc enim habent prædicti Prælati ple-
niſſimam iuriſdictionem, quamvis talis ſuſ-
penſio ſit reſervata Sedi Apoſtolicæ, niſi
exceſſus fuerit enormis, ut hæreſis, ſchiſ-
ma, falſificatio literarum Pontificiarum, de
Caſarrub. quo Caſarrubias *verb. Abſolutio*, *Ordinis
quoad fratres*, *num.* 13. ut latiùs dicam *verb. Diſ-
penſatio.*

70. Poterunt & dicti Prælati Regulares cum
his Apoſtatis, & fugitivis diſpenſare in ir-
regularitate contracta ex indebito exercitio
Ordinum, ſi detur, cum per talem fugam,
ut diximus, ſint excommunicati, itémque
cum eis diſpenſare, in qualibet alia irregu-
laritate, exceptis tribus, bigamia, homi-
cidio voluntario, ac mutilatione membro-
rum; ut patet ex multis privilegiis Pontifi-
cum, quæ adducit M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 18.
num. 40. & dicam *verb Irregularitas*, & etiam
circa illa tria excepta ſcilicet Bigamiam, &c.
aliqua notanda.

Quæstio. XIX

Vtrum Religioſus Apoſtata, vel fugitivus poſtquam bonam opinionem recuperaverit, poſſit eligi ad prælaturas Ordinis?

SVMMARIVM.

71 *Talis bene poteſt eligi ſecundum ius commune.*

72 *Secundum verò peculiares conſtitutiones Religionis, tales conſulendæ ſunt.*

71. Sanchez. Sylveſt. NEgant Sylveſter, & alij, quos citat,
Sanchez *lib.* 6 *in Decalog. cap.* 8. *num.* 31.
At contraria ſententia eſt vera, & commu-
nis ſtando in iure communi. Ita cum multis
Azor. Pellizar. Sanchez *citatus*, *num.* 32. Azor. *lib.* 2. *inſtit.*
cap. 17. *queſtione ultima*, & Pellizar. *tract.* 2.
cap. 8. *ſect.* 3. *num.* 73. Nullum enim ius aſ-
ſignatur talem pœnam, ac obligationem im-
ponens. Nam *cap. Per tuas*, *de voto*, nihil
C. Per tuas. probat ad rem; cum ibi ſermo ſit, non de
culpa præſenti, ſed præterita; ſtatuitur enim
ibi, quod electus in Epiſcopum, voto Re-
ligionis à ſe antea emiſſo, nondum imple-
to, cogatur reſignare; ergo à fortiori pro-
feſſus, qui ſemel Religionem apoſtatando
deſeruit, gravius enim peccat, ſed hoc nihil
probat, non enim illud determinatur ratio-
ne culpæ præteritæ, ſed adhuc pendentis, eo
quod illud Religionis votum, nondum imple-
tum obligat.

Hæc dixi ſecundum ius commune: nam 72.
quantum ad ius ſpeciale, quilibet ſuas Con-
ſtitutiones conſulat. In noſtra Carmelitana
Obſervantia nihil circa hoc ſtatutum re-
perio; at in Carmelitana Diſcalceata, vere
Apoſtata non poteſt eligi ad prælaturam iux-
ta duas Conſtitutiones, ut refert M. Anton. Fr. Anton.
in Directorio, *tom.* 2. *tract.* 3. *diſput.* 6. *ſect.* 11.
num. 1426.

Quæstio XX.

An Prælati Regulares teneantur perquirere Religioſos Apoſtatas, & fugitivos, eóſque ad Religionem reducere?

SUMMARIUM.

73 *Prælati poſſunt apprehendere Apoſtatas etiam extra ſuum territorium.*

74 *Prælati tenentur Apoſtatas perquirere, quamvis detineantur ab Epiſcopis.*

75 *Hæc autem diligentia ſufficit moralis.*

76 *Apoſtata, & fugitivi benignè recipiendi.*

PRælati Regulares poſſunt Apoſtatas, &
fugitivos ſui Ordinis ubique etiam ex- 73.
tra ſuum territorium, apprehendere, in-
carcerare, ad ſuumque Monaſterium re-
ducere, ut patet ex multis privilegiis Re-
gularibus conceſſis; & Carmelitanis in ſuo
Mari magno dato à Sixtu IV. §. *Apoſtatas* Sixtus IV.
corrigi, & alia multa privilegia, quæ re-
ferunt Navarrus *Commentario* 3. *de Regula-* Navarr.
ribus, *num.* 50. Rodriguez *tomo primo*, *que-* Rodrig.
ſtione 30. *artic.* 6. & ſi neceſſe fuerit ad hoc
invocare brachium ſæculare, vel Epiſcopa-
le, quod ipſi tenentur dare, patet ex *cap.* C. Principes
Principes, & ex *cap. Adminiſtratores*, 23. *q.* 5.
ad quod multa adducit Rodriguez *citatus*,
queſt. 8.

Et hoc adeò eſt verum, ut notant M. Cor- 74.
nyo *tom.* 2. *in tertia parte*, *tract* 5. *de excom-* Cornyo.
municatione, *diſput.* 6. *dub.* 5. Peirinis *tom.* 2. Peirin.
in Conſtitutione 7. *Pij V. numero* 20 Quod etiamſi
Apoſtatæ, vel fugitivi fratres detineantur ab
Epiſcopis, poſſint eos ſui Prælati compellere
propter Conſtitutionem Pij V. quæ incipit: Pius. V.
Etſi Mendicantium, quod non ſolùm eſt ve-
rum, quando Religioſus fugit ſine licentia,
ſed etiam quando ivit cum illa per certum
tempus, & eſt tranſactum. Lezana *tom.* 1. *c.* 16.
n. 16. qui notat cum Authoribus citatis hoc
poſſe Prælatum Regularem authoritate pro- Lezana.
pria, ſine invocatione brachij ſæcularis, ſive
Epiſcopalis.

Perquirere autem fugitivos, & Apoſtatas 75.
non ſolùm debent Prælati facere, ſed etiam
ad hoc tenentur ex præcepto impoſito *cap.* C. Finali.
Finali, *de Regularibus*, ut præcipitur, quod
Prælati, & *Abbates fugitivos ſuos de Ordine
ſuo*

ſuo requirant ſollicitè. Sed etiam hoc mandatur ex *Decreto Sacræ Congregationis iuſſu Vrbani VIII. anno* 1624. & ad longum refert Tamburinus *tomo tertio, de iure Abbatum, diſput.* 8. *quæſt.* 3. §. 4. ſic habet: *Rurſus ſtatuit, ut fugitivi, & Apoſtatæ, ſive habitum Regularem deferant, ſive non, poſſint, ac debeant ab Epiſcopo loci, vbi moram trahunt, in carceres coniici, ac Superioribus regularibus conſignari, ſecundum regularia ſtatuta puniendi; neque ipſi Superiores teneantur eos perquirere, ad Religionem reducere, atque efficere, ut apprehendantur, ſalva tamen in omnibus facultate Ordinariis locorum attributa Decreto Concilij ſeſſione* 25. *cap.* 4. *de Regularibus.* Pro Decreto Concilij Tridentini notandum Ordinariis commiti curam recolligendi Religioſos Apoſtatas, & fugitivos non abſolutè, & ſimpliciter, ſed tantum in caſu, quo eorum Superiores fuerint in hac re deſides, vel certè non habeant Monaſterium in illis diœceſibus, in quibus degunt prædicti Apoſtatæ, & fugitivi, ut notarunt Miranda *tom.* 1. *Manual. quæſt.* 51. *artic.* 3. Pellizar. *tract.* 8. *cap.* 8. *ſect.* 3. *n.* 56.

S. Congr. Vrb. VIII. Tamburin. Trident. Miranda. Pellizar.

76. Hæc autem diligentia, quæ adhibenda eſt à Prælatis ad comprehendendos Apoſtatas, & fugitivos, non requiritur, quod ſit extraordinaria ſingulis annis, ſed ſufficit moralis prudentialiter data occaſione, ut notat Suarez *tom.* 4. *de Relig. tract* 8. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 17.

Suarez.

77. Tandem adverto, quod Prælati regulares tenentur Apoſtatas &, fugitivos venientes ad Religionem, & tanquam ad ſuum Paſtorem benignè ac benevolè recipere, ut monet Decretum Sacræ Congreg. proximè citatum, dicens: *Superiores vero benignè illos teneantur excipere, & paterna charitate complecti*; & de hac re latè Tamburinus citata *diſp.* 8. *quæſito* 4.

S. Congr. Tambur.

Quæstio XXI.

An Religioſi Apoſtatæ, & fugitivi debeant puniri ab Inquiſitoribus?

SVMMARIVM.

78 *Inquiſitores non agunt contra Apoſtatas ratione Apoſtaſiæ.*

79 *Aliqui Doctores affirmant poſſe Inquiſitores agere contra Apoſtatas per annum exiſtentes.*

78. Reſpondetur negativè ex vi Apoſtaſiæ, ſeu ratione Apoſtaſiæ. Ita Duardus, Pegna, quos citat, ac ſequitur Diana *part.* 4. *tractatu* 7. *Reſolut.* 3. §. *Quæro igitur*; ubi teſtatur, quod ita obſervat ſacrum Tribunal Inquiſitionis Romæ, non ſolere contra hos inquirere, & ita etiam obſervatur in Inquiſitione Hiſpanica; & inde Aloyſius Bariola *in Aphoriſm. littera A, verb. Apoſtata,* §. 3. ait: Apoſtatæ à Religionibus, non puniuntur ab Inquiſitoribus ex ſola Apoſtaſia, niſi habeant aliquid aliud adiunctum; ſicut procedunt contra ſæculares cum hæreticis communicantes, eorum conciones audientes, vel binas nuptias contrahentes.

Duardus. Pegna. Diana. Bariola.

Sunt etiam graves Authores aſſerentes poſſe Inquiſitores procedere contra Apoſtatas à Religione, ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, negligentes ad Religionem redire. Ita Sanctarellus *de hæreſi, cap.* 41. *dub.* 5. Laurentius de Peirinis *in Privileg. Minorum, tom* 2. *conſtitut.* 2. *Paul.* 5. *num.* 13. quia cum exiſtant per annum in excommunicatione videntur ſuſpecti. 79.

Sanctarel. Peirin.

Quæstio XXII.

Recipientes, auxiliantes, favorem, ac conſilium dantes Apoſtatis, & fugitivis, ipſo facto incidunt in excommunicationem Papæ reſervatam.

SVMMARIVM.

80 *Qui recipiunt, ac favent Apoſtatis, & fugitivis ſunt excommunicati.*

81 *Pius II. conceſſit Carmelitis invocare brachium ſæculare contra huiuſmodi fautores.*

82 *Excipiuntur ab hac regula Epiſcopi.*

83 *Excipiuntur receptores ratione conſanguinitatis, vel amicitiæ.*

84 *Excipiuntur etiam recipientes iniuſtè vexatos à ſuis Superioribus.*

Recipientes, ac detinentes in ſuis domibus fratres Apoſtatas, ac fugitivos, eoſque occultantes, ipſiſque favorem, vel conſilium impendentes, ſunt ipſo facto excommunicati excommunicatione Papæ reſervata, per multa privilegia conceſſa; & præcipuè ex Bulla Iulij II. conceſſa fratribus Auguſtinianis, ut referunt Caſarrubias *in Compend. verb. Apoſtata, numero vigeſimo ſexto,* Peirinis *tomo primo, Privileg. Minorum Conſtitut. Iulij II.* §. 23. *num* 47. & ex *Conſtitut. Pij V. Patribus Societatis Ieſu,* refertur in eius Bullario *pag.* 9. ubi imponitur excommunicatio Papæ reſervata in tales fautores, etiamſi tales fugitivos recipiant intuitu tranſeundi ad Carthuſianos, & ad hoc etiam eſt alia Bulla conceſſa Ordini Prædicatorum, de qua D. Anton. *tertia parte, tit.* 24. *cap* 7. Filliucius *tomo primo, Moral. tract.* 15. *c.* 8. 80.

Iulius II. Caſarrub. Peirin. Pius V. Bullar. D. Anton. Filliucius.

Pius II. magnam proviſionem fecit Carmelitis per ſuum privilegium Bullatum, & referunt Caſarrubias *citat. num.* 17. & Lezana *tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 14. contra omnes Principes, & Duces, ac alios Magnates fauentes Apoſtatis, & aliis fratribus inobedientibus dicti Ordinis, mandans quod poſſint contra illos procedere per cenſuras uſque ad invocationem brachij ſæcularis, de quo Miranda *tom.* 1. *q.* 51. *art.* 2. 81

Pius II. Caſarrub. Lezana. Miranda.

Ab hac communi regula excipiuntur primò Epiſcopi, & quamvis iuxta conceſſionem factam à Pio II. Carmelitis comprehendantur in præſenti excommunicatione, Principes, Magnates, ac Duces; excipiuntur tamen Epi- 82.

ſcopi, quia hi iure communi habent privilegium, ut non poſſint excommunicari, niſi de
Tridens. illis fiat expreſſa mentio, ut conſtat ex Tridentino *ſeſſ. 14. cap. 5. de reform.* & ex *cap. Sedes Apoſtolica de reſcriptis*, pro quo multos
Barboſa. Doctores citat Barboſa *in collectanea*, & in
præſenti ita docent M. Lezana *tom. 1. cap. 16.*
Lezana. Pellizar. 83. *num. 15.* Pellizar. *tract. 8. cap. 8. ſect. 3. n. 79.*

Miranda. Rodrig. Peyrin. Secundò excipiuntur, ut docent Miranda *1. part. quæſt. 52. art. 2.* & ex Rodriguez Peyrinis *ſupra citatus, dicto 5 verſic. Nota.* Prædictas cenſuras fulminatas contra eos, qui favent, recipiunt, vel occultant Apoſtatas, non incurrere illos, qui prædicta præſtant ratione conſanguinitatis, neceſſitatis, amicitiæ, aut alio ſimili titulo: & ratio eſt; quia gravior eſt cenſura Bullæ Cœnæ impoſita contra auxiliantes, ac recipientes hæreticos, & tamen ut docent communiter Doctores ſtando in iure, tales fautores, ac receptores hæreticorum ratione conſanguinitatis, &c. excuſati à cenſura, ut inſra dicam agens de Bulla Cœnæ; ergo à fortiori idem in præſenti caſu dicendum.

Tertiò excipiuntur illi, qui tales recipiunt, quia dirè, ac iniuſte vexantur à ſuis Prælatis: hi enim ut ſupra dixi non ſunt Apoſtatæ, ac proinde eorum receptores à cenſuris excuſantur.

RESOLUTIO XI.

Appellatio, ſeu Appellare.

Quæstio Prima

Quid, & quotuplex ſit appellatio?

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit Appellatio.*
2 *Non datur appellatio à Papa, à Rege ſupremo, nec ab æquali, nec quando frivola.*
3 *Appellatio in ſe eſt de iure naturæ, cum tali, vel tali modo de iure poſitivo.*
4 *Appellatio triplex.*
Quid ſit ſententia definitiva, quid interlocutoria, ibid.
5 *Appellatio tripliciter fit.*
6 *Appellatio etiam fit facto, ſumpto itinere ad ſuperiorem, etiam dimiſſo habitu ex timoris cauſa.*

1. APPELLATIO, de qua ampliſſima materia eſt apud Iuriſtas, de ea hic tantum agimus, prout ſpectat maximè ad Regulares. Eſt ergo Appellatio provocatio à ſententia, ſeu regimine iudicis inferioris ad alium maiorem iudicem, ſeu Magiſtratum: colligiturque ex *cap. Omnis oppreſſus*, & ex *cap. Placuit 2. quæſt. 6.*
Cap omnis oppreſſus. Cap. Placuit.

2. Ex quo tria colliguntur. Primò, quod à Papa nullus appellare poteſt, cùm non habeat ſuperiorem in terris, & etiam hac ratione nec
L. 1 ff. à ſupremo Rege in terris, *l. 1 ff. a quibus appellare non licet.* Secundò, nec in Religionibus ab æquali ad æqualem, nec a ſuperiori ad inferiorem eſt Appellatio, Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, allegat. 55 num. 46.* Tertiò; quòd cum Barboſa.
Appellatio inſtituta ſit in remedium ad iuſtam defenſionem, & præſidium innocentiæ, *cap. Cum ſpeciali, §. Porrò de Appellationibus*, non eſt ad defenſionem iniquitatis, & ideò non admittitur caſu, quo lata ſit contra abſentem, vel manifeſtè, ac notoriè frivola, ac fictitia, Layman *lib. 5. ſect. 5. tract. 6. cap. 6. n. 1.* Layman.
de quo infrà *quæſt. 8.* & latiùs.

Vnde benè infertur, ut teſtantur Layman 3.
proximè citatus, Sylveſter *in ſumma, verb. Appellatio; num. 1.* Cùm omnibus Theologis, ac Layman. Sylveſter.
Iuriſtis, quòd Appellatio ſit de iure naturali quoad ſuam ſubſtantiam, cum ſit defenſio quædam, & præſidium innocentiæ: quo ad accidentia verò, quòd ſcilicet tali, vel tali modo fiat, & cum talibus circunſtantiis eſt de iure poſitivo.

Quantum verò ad numerum Appellationum. Primò duplex eſt Appellatio, una iudicialis, alia extraiudicialis. Iudicialis verò eſt illa, quæ eſt de his, quæ contingunt circa iudicium, & hæc tantum datur à ſententia definitiva, non verò ab interlocutoria *l. Ante* L. Ante.
c. quorum appellationes. Appellatio extraordinaria eſt, quæ interponitur extra iudicium, ob aliquod gravamen illatum, vel inferendum. Pro intelligentia huius rei adverte, quòd ſententia definitiva eſt, quæ fertur in cauſa principali, non verò in accidentibus, ac emergentibus, dum cauſa agitatur. Interlocutoria eſt illa, quæ fertur inter finem & principium litis in his, quæ in proceſſu cauſæ emerguntur 4.

Deinde. Appellatio vel eſt verbalis, vel 5.
ſcripta, vel facto: verbalis, quæ fit verbis, ſeu viva voce; debet tamen actuari per notarium ut de illa conſtet. Ita *Emmanuel a monte Oliveti in practica regulari part. 2. art. 7. num. 403.* de quo quæſt. ſequenti. Appellatio ſcripta eſt, quæ actis, & ſcriptis, fit & licet iure ordinario Appellatio interlocutoria non valeat niſi in ſcriptis, cum expreſſione gravaminis, ac cauſarum illius, ut notavit Maranta *de ordine iudiciario part. 6. tit. de Appellationibus n. 153.* Maranta.
Hoc tamen non obſervatur, quando cauſa Tuſcus.
agitur ſummariè ſine figura, ac ſcriptura iudicij, ut cum Tuſco, Franc. Angelo notavit Fr. Francus. Angel.
Emman. à monte Oliveti *proximè citat. n. 403.* Monte Oliveti

Tertiò fit Appellatio facto, quando arrepto itinere tenditur ad ſuperiorem, ac ſi dicatur iudici inferiori; nolo amplius coram te litigare, ſed peto ad maiorem, quod eſt facto 6
appellare, Velaſq. *allegat. 31. num. 232.* Sanch. Velaſquez.
lib. 3. conſilior. cap. unic. dub. 32 num. 22. cum Sanch.
Panormitano, & aliis: notans talem itineris Panormit.
arreptionem eſſe faciendam inter terminos iuris Canonici, & licitè ſine peccato talis itineris arreptio ſine licentia Prælati poteſt fieri à religioſo, etiam non ferendo Religionis habitum & timore ſeipſum detegendi, & comprehendi à Prælato iniuſtè gravante poſſe habitum dimittere, quia illum portare tenetur ex præcepto humano, quod non obligat cùm tanto periculo; Portellus *in additionibus ad* Portel.
dubia, verb. Habitus, num. 3. & Diana *part. 3.* Diana.
tract. 2. Reſol 56. & 115. §. Non deſinam.

QVÆ

Quæstio II

Explicantur quinque, quæ ſunt neceſſaria ad appellationem.

SUMMARIUM.

7 *Quinque neceſſaria ad appellationem.*
8 *Monachus poteſt appellare.*
9 *Quo die, vel tempore fieri poteſt appellatio, & quantamtempus ad proſequendum.*
10 *Apellatio debet fieri coram iudice à quo, & ſi non adeſt coram iudice ad quem.*
11 *Et ſi iudex non vult deferre appellationi, fiat coram ſecretario, vel coram viro probo notario.*
12 *Non eſt neceſſarium, quod appellatio fiat ad iudicem determinatum.*
13 *Poteſt Religioſus omiſſo Generali, vel Nuntio ſtatim appellare ad Cardinalem, Protectorem, vel Papam.*
14 *Valet appellatio alternativa ad Generalem, vel Papam.*
15 *Appellatio à ſententia diffinitiva non eſt neceſſe quod fiat in ſcriptis expreſſa gravaminis cauſa.*
16 *Appellatio à ſententia interlocutoria debet fieri in ſcriptis cum gravaminis cauſa.*

7. QVinque ſunt neceſſaria ad appellationem itaut iis deficientibus appellatio ſit nulla, nēpe ut interponantur à legitima perſona, intra legitimum tempus, coram legitimo iudice, & ad legitimum iudicem ſervata legitima forma, quæ omnia latè explicar Sanchez *lib. 3. conſilior. cap. unico, dub 32. n. 21.* Sanchez.

8. Primò: Perſona legitimè appellans, poteſt eſſe Monachus, dum iniuriam patitur, dummodo non ſit ligatus excommunicatione aliqua, pro quo notat Sanchez *proximè citatus, n. 12.* Excommunicatum poſſe appellare, non quidem extraiudicialiter, ſed iudicialiter, cum hoc ſit defendere ſe, illud verò non eſt agere, quod excommunicato intercludunt iura. Sanchez.

9. Quantum ad tempus: Tria conſideranda ſunt; de die, in quo fieri poteſt appellatio, vel de tempore ad ipſam appellationem proponendam, vel proſequendam, Apoſtoloſque petendos.

10. Appellatio inter regulares die feriata, & dominica die fieri poteſt; ita cum multis Maranta *de ordine iudiciali, part 6. tit de Appellationibus, num 217.* Tempus datum ad appellationem ſive à ſententia diffinitiva, ſive interlocutoria ſecundum ius Canonicum eſt ſpatium decem dierum, *cap. Concertationi de Appellat. in 6.* & hi dies computandi ſunt, non à die latæ ſententiæ, ut aliqui dixerunt, ſed à die notificationis, ac intimationis ceſſante impedimento, ut cum multis probat Sanch. 2 *lib. 1. de Matrim. diſ. 53 num. 40.* Qui dies non incœpti, ſed completi, ac naturales de momento ad momentum computandi ſunt, ut latè probat Antonius Gomezius *l. 70. Tauri num. 25.* Tempus datum ad proſequendam appellationem, iure Canonico datur unus annus, totò duo ex cauſa neceſſaria, & evidenti *cap. Cum ſit Romana de Appellat.* Iudex verò à quo ex cauſa poteſt tale tempus moderare, breviare, vel prolungare, Sanches *lib. 3. conſilior. cap. unico, dub. 12. num. 84.* Maranca. Cap. Concertationi. Sanchez. Gomez. C. cum ſit

11. Tertiò requiritur ut appellatio fiat coram legitimo iudice ſcilicet à quo. Ita multi Canoniſtæ apud Sanchez, *citatum num 128.* quia per appellationem ſuſpenditur eius iuriſdictio, tum quia talis honos deferendus eſt iudici; dato quòd non poſſit fieri appellatio coram iudice a quo, vel ob metum alicuius nocumenti impedientis, vel quia non adeſt copia illius, tunc poteſt interponi appellatio coram iudice ad quem, ſi adeſt, *cap. Biduum, 2. quaeſt. 6. l. 1. ff. Quando appellandum, § ſi quis ipſius.* Quòd ſi iudex fuerit ferus, & durus, ut nollet deferre appellationi, nec Apoſtolos refutatores concedere, ſecretarius tenetur ſub peccato mortali, ut omnes fatentur, dare plenariam fidem de tali re, ut appellans cauſam devolvat ad ſuperiorem, ut iubeat inferiori, ſeu iudici a quo exhibere acta, & ſi ſecretarius fidem noluerit dare, appellans eam poſtulet à teſtibus, coram quibus requiſitum à ſecretario, Fr. Emanuel Oliveri *in practicar. regulari, part. 2. art. 7. n. 412.* Et ſufficit quòd ſit unus teſtis bonæ, & probatæ vitæ, ut latiſſimè probat Tiraquel. *l. ſi unquam, C. de revocat. donat. à num. 244.* Deinde debet fieri proteſtatio intra tempus datum ad appellandum, *cap. finali de appellat.* intra tempus conceſſum in iure ad appellandum cum notario, ac viro in dignitate conſtituto, ut tenet communis praxis. Sanchez. C. Biduum. L. 1. ff. Oiveti. Tiraquel. C. finali.

12. Quartò: De eſſentia appellationis eſt, ut fiat ad iudicem ſuperiorem, an verò requiratur ut ſit iudex determinatus tam in iure Civili, quam Canonico, probabilius eſt non requiri, ut cum multis tenet Sanch. *lib. 3. conſilior. cap. unico dub. 32. num. 139* Vt ſi dicatur: *Appello, appello, appello, ad iudicem competentem*; talis autem appellatio intelligitur facta ad ſuperiorem proximū; non autem ad Papam, vel legatum iuris, præſumitur facta potiùs via communi, quam ſpeciali, ut notatur *l. quanquam C. de teſtam militis, & l. precibus C. de impub.* Cùm quo bene cohæret ſecundum, ius ut appellatio fiat gradatim à Priore ad Provincialem, & ab hoc ad Generalem, deinde ad nuntium protectorem, & Papam; pro quo adducitur quædam declaratio Cardinalium, quæ authentica non oſtenditur, & ideo omiſſis mediis bene poteſt Religioſus ſtatim appellare ad nuntium, vel Papam, *cap. Romanam 26. quaeſt. 6.* Covar. Velaſq. & alij, quos citant ac ſequuntur Portellius in dub. *verb appellare n. 3.* Diana *part. 3. tr. 2. Reſol. 54.* Pellizar. *tom. 1. tr. 6. cap. 7. n. 56.* Sanchez. L. Quanquam. L. Precibus. C. Romana. Covarr. Velaſquez. Portel. Diana. Pellizar.

13. An verò valeat appellatio alternativa, verbi gratia, appello ad Epiſcopum, vel legatum, vel Papam, affirmat Nævola, *cap. 2. de appellat. num. 25. & Valbona* quem citat, ac ſequitur Diana *part 5. tract. 10. Reſol. 18.* Quia ſi aliquid obſtaret in tali alternativa, eſſet incertitudo, quæ ſub illa latet, quæ benè poterit ab appellante ſequenti declaratione purgari, verbi gratia, ſi appellans unum ex alternatis iudicibus elegerit intra terminum appellationis determinatum à iure, videlicet intra decem dies à tempore ſententiæ latæ, intra quòd Nævola. Valbona. Diana.

tempus debet appellate, ac determinate unum L. finali. indicem deſignatum, *l. finali, C. de temp. appellat.* Idem etiam dicendum eſt, ſi dicatut appello ad Genetalem, vel ad quemlibet alium judicem competentem.

15. Quintò: Quantum ad formam eſſentialem appellationis conſidetandum, an appellatio ſit à ſententia definitiva, vel ab intetlocutioria; ſi à ſententia definitiva, non tequiritur, ut exprimantur gravaminis cauſæ in ſpecie, ſed ſat eſt in genere, dicens ſententiam eſſe Li 2. ff. injuſtam, abſque alia canſa, *l.2.ff. de appellat.* Nec opus eſt ut appellatio fiat in ſctiptis, cum fiat illicò, ac in continenti, tunc fieti debet L. 1. libelli. in ſctiptis, aliàs non valet, *l.1. libelli, ff. de ap-* Sanchez. *pellat.* de quo cum Franco, & aliis Sanchez *lib.3.conſilior.cap.unico,dub.32.n.180.*

16. At verò ſi appellatio fiat ab interlocutoria, debet fieri in ſctiptia, gravaminiſque canſæ neceſſariò exptimendæ, ſive appellatio ſit in- C. ut debitis. dicialis, ſive extraiudicialis, *cap. Vt debitis de* Sanchez. *appellat.* Ita Sanchez citatus cum Mitanda, Maranta. Næuola, & aliis *à num. 180. uſque 199.* Qui notant ad valotem appellationis non requiri, quòd ſctiptura appellationis legatur coram judice à quo, ſed ſat eſt illi præſentati, *cap. Ap-* C. Appellat. *pellatio de Appellationibus, in 6.*

Qvæstio III.

In omni appellatione petendi ſunt Apoſtoli?

Summarium.

17 *Quid in præſenti ſignificent Apoſtoli.*
18 *Apoſtoli in præſenti in quanto ſint numero.*
19 *Appellans tenetur petere Apoſtolos intra triginta dies.*
Quid faciet appellam ſi index non vult dare, ibid.

17. IN omni appellatione petendi ſunt Apoſtoli ſæpè, ſæpiùs, ac ſæpiſſimè, ideſt literæ teſtimoniales teſtificantes de facta appellatione; huiuſmodi autem litetæ, quas unus iudex ad alium dimittit, dicuntut Apoſtoli, ſicut dici- Gloſſa. mus de Apoſtolis, quia à Deo, vel de Cœlo miſſi fuetunt; ut explicat Gloſſa *ad cap. 1. de Appellat. in 6.* in idem recidit, quod ſcribit Lexicon. Spiegel in Lexico *iuris Civilis*, quòd tales literæ dicuntut Apoſtoli, à verbo Græco, quòd eſt remittere.

18. Ex his Apoſtolis quidam ſunt teſtimoniales, tanquam dati in teſtimonium, & teſtificationem appellationis. Alij ſunt conventionales, tanquam ex conventione, vel pacto initi. Alij ſunt teverentiales, & dimiſſorij, & dantur ob tevetentiam judicis ſupetioris ad quem appellatut, ut explicat proximè citata Gloſ- Gloſſa. ſa. Alij ſunt refutatotij, quando ſcilicet judex Sigiſm. expreſsè denegat appellationem, eamque Gravat. refutar; de quibus latè Sigiſm. Scace *de appellat. quæſt. 13. à principio*, Gtavat. *de com-* Suar. à Pace *miſſion.part. 1. de commiſſ. Appellatio, cap. 1. n. 15.* Suarez à Pace *in proœm. 1. tom. 6. part. n. 42.*

19. Appellans tenetur petere Apoſtolos intra trigints dies à tempore, ac die intimatæ ſen- Cap. Ab eo tentiæ. *Cap. ab eo de appellat. in 6.* & Clementi. Clementi. quamvis. *Quamvis, eodem titulo.* Iuncta Gloſſa *verb. tempore. Et ſi* iudex tequiſitus renuerit dare Apoſtolos, vel noluerit reſpondere, appellans debet id ptoteſtari, & tunc proteſtatur ſuam appellationem, ac ſi dicti Apoſtoli ei fuiſſent dati. *Tuſcus litera A. concluſ. 429.* & ſi iudex Tuſcus. noluerit dare Apoſtolos, Secretatius ſub peccato mortali tenetur dare fidem de hac re, ac de appellatione facta. Vt iam notavi *quæſt. 3. §. Tertio requiritur n. 11.*

Quæstio IV.

An appellatio licita ſit Regularibus?

Svmmarivm

20 *Appellatio prohibita eſt Religioſis, & etiam interponens eam incurrit in excommunicationem.*
21 *Interveniente manifeſto gravamine iuſta eſt appellatio.*
12 *Appellatio cum ſit de iure natura. nemini negari poteſt.*
23 *Opponuntur multa conſtitutiones Apoſtolica.*
24 *Prædicta conſtitutiones intelliguntur de appellatione frivola, non verò ex iniuſto gravamine.*
25 *Opponuntur conſtitutiones Religionum.*
26 *Prædicta conſtitutiones intelliguntur de appellatione à diſciplina Regulari. Quando datur gravamen, contra diſciplinam Regularem.*
27 *Appellatio inſervit ad refrænandum iudicem.*

Summarium.

CErtum eſt in hac materia, quòd Religioſus non poteſt appellare à diſciplina Re- 20. gulari, quæ tunc datur, quando Prælatus iuſtè procedit infligendo pœnam taxatam in tegula, vel conſtitutionibus Ordinis, & hoc caſu nulli fit iniuria, nullique gravamen, & talis appellatio non ſolùm prohibita eſt in iure, *cap. Ad noſtrum de appellat. &c. Reprehen-* C. ad noſtrum. *ſibilis eod. titul.* Sed etiam eam interponens incurrit in excommunicationem Papæ reſervatam, & in privationem vocis activæ, & paſſivæ ipſo facto abſque alia declaratione, ut conceſſit Clemens VIII. noſtris Patribus excalceatis; ut refert Pellizar. *tract. 6. cap. 7. n. 45.* Clem. VIII. Tota difficultas eſt, quando prudentialiter lo- Pellizar. quendo ſubdito fit iujuria, & gravamen à Prælato; quo caſu.

Dico, quòd interveniente manifeſto gravamine licita eſt Religioſo appellatio à ſenten- 21. tia ſui Prælati ad ſuperiorem verbi gratia Generalem, Nuntium, vel Papam per modum querelæ. Reſolutio eſt omnium ferè communis, eam tenent Gloſſa, Panormitan. Decius, Gloſſa. Innocentius, Hoſtienſis, Ioannes Andreas *ad* Panorm. *citatum, cap. de Priore, & ad noſtrum de appellat.* Decius. Baldus, Bartol. Sylveſter, Armilla, Tabiena Fr. Innocent. Ludovicus Lopez, quos teferunt, & ſequuntur Hoſtienſ. Navarrus, Rodriguez, Sanchez, Saytus, quos Baldus. citabimus *ad 1. argument.* cum Suarez *tom. 4. de* Bartolus. *Relig. lib. 2. c. 21. n. 5.* Sylveſt.

Probatur,

22 C.Omnis. oppreſſus. D.Thom. Decius. Probatur: Quia appellatio eſt quædam defenſio naturalis data ex iure naturæ omnibus tam ſæcularibus, quam Eccleſiaſticis, *cap. Omnis oppreſſus 2. quæſt. 6. cap. Cum inter de exceptionibus*, latè ibi Gloſſa, Panormit. Decius, & alij. S. Thomas 2. 2. *quæſt. 69. art.* 3. Ergo cum appellatio data ſit ex iure naturæ, nemini negari poteſt: Et confirmatur ex iure Canonico, *cap. de Priore, de appellationibus.* Vbi Summus Pontifex caſtigationem impoſuit cuidam Priori, eo quòd non acceptaverit appellationem Religioſi cuiuſdam ſui ſubditi, & præcepit cauſam devolvi ad Sedem Apoſtolicam, ad quam appellatum fuerat. Confirmatur ex uſu Chriſtiani totius orbis, in quo Religioſi frequenter in multis cauſis ad ſuos ſuperiores appellant.

23. Bonifac. Sixtus IV. Eugen. IV. Alexan. IV. Paul. III. Iul. II. Clem. VIII. Opponunt adverſarij Primò: Multas conſtitutiones Apoſtolicas, quibus Summi Pontifices ſub excommunicationis pœna, & aliis prohibent Religioſis appellationem. Vt Bonifacius VIII. *Minoribus*, & Prædicatoribus; ut habetur in compendio, *verb. Appellare, num.* 1. Sixtus IV. Carmelitis, & Auguſtinianis *ibid. verb. General. n.* 11. *&* 12. *Patribus D. Benedicti*, Eugenius IV. *Ciſtercienſibus*, Alexand. IV. *Patribus Societatis*, Paulus III. Iulius II. Clemens VIII. & alij Pontifices.

24. Reſpondeo, quòd Summi Pontifices prohibent tantùm appellationem frivolam, quando nempe Prælatus iuſtè, & rectè ſecundum regulam, ac conſtitutiones Ordinis procedit, quia talis appellatio ſolùm inventa eſt ad impediendam diſciplinam regularem, quòd omnino contrarium eſt bono regimini, ac rectæ rationi; at verò quando appellatio procedit à gravamine iniuſtè illato à Prælato, tunc nec prohibetur, nec denegatur, eſt enim ex iure naturæ, quòd eſt immutabile. Ita communiter Navar. Covar. Sylveſt. Rodrig. Mirando. Sanchez. Azor. Sayrus Villalob. Pottel. Remig. Ioan à S. Maria. Navarrus, Covar. Sylveſter, & alij, quos citant, & ſequuntur Rodriguez *tom.* 1. *quæſt.* 29. *art.* 2. *&* 3. Mirand. *in Ordine iudiciario, quæſt.* 3. *art.* 2. Sanch. *tom.* 2 *in Decalog. lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 110. Azor. *lib.* 12. *cap.* 11 *quæſt.* 8. Sayr. Clavis Regia *lib.* 12. *cap.* 17. *n.* 38. *&* 39. Villalobos *tom.* 2. *tract.* 16. *diffic.* 8. *num.* 5. *&* 6. Pottel *in dubiis, verb. Appellare, num.* 1. Remigius *in opuſculo de immunitate Profeſſionis, dub.* 25. *num.* 26. Ioannes de S. Maria, *in Tribunali Relig. tract.* 5. *cap.* 10. §. 1. *num.* 3.

25. Monumēta Ordinis. Armilla. Conſtitut. Carmelit. Secundò opponunt multas conſtitutiones ſacrarum Religionum, quæ magnis pœnis intercludunt appellationem, & conſtitutiones Minorum in *libro Monumenta Ordinis fol.* 125. Prædicatorum verò ex quodam, *cap. generali in ſuis conſtitution. diſt.* 2. & refert Armilla *verb. Accuſatio*, Carmelitarum in ſuis *conſtitut. part.* 3. *c.* 3. Similiter Auguſtinianorum, & aliarum Religionum.

26. Sanchez. Ioannes. à S. Maria. Reſpondeo cum Sanchez *citato*, Ioanne à S. Maria, *etiam citato Fragoſo de ſtatu Relig. cap.* 18. *num.* 19. Quòd Religionum ſtatuta, ac decreta explicanda ſunt de appellatione frivola, non verò de illa, quæ eſt à manifeſto gravamine, quia tunc ex iure naturali eſt licita. Deinde conſtitutiones ſolùm prohibent appellationem à diſciplina regulari, ex quo Suar. optimè notat Suar. *tom.* 4 *de Reliq. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 11. & ait, *Religioſorum regula non prohibent appellationem, niſi à correctione regulari, quando autem punitio gravis eſt, & cum manifeſta iniuria, non poteſt dici correctio regularis. Sed potiùs correctio contra regulam.* Deinde conſtitutiones Ordinum ſemper concedunt appellationem ad Generalem, ac Dominum Papam, & inde etiam ad Nuntium, ac Cardinalem Protectorem, qui cum ipſo Papa faciunt unum Tribunal, & meritò reputantur tribunalia Regularium; ut notant M. Lezana Lezana. Thomas, de Ieſu. *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 6. Thomas de Ieſu *de uſit. Regul. tract.* 3. *cap.* 17 *num* 7.

27. Tertiò opponunt, quòd maximè appellatio indecens eſt Religioſis, inde enim oritur, quòd cauſæ extra Religionem prodeant, Religioſorumque defectus in ſæcularium oculis fiant manifeſti, concedimus, quòd argumentum probat, ut notat Aragonius 2. 2. *quæſt.* 69. Aragon. *art.* 3. Quòd appellatio in levi cauſa non ſit permittenda, ſed magno fundamento ad grave damnum evitandum, ut advertit Monochius Menoch. *de Arbitrar. lib.* 2. *caſu* 368. *num.* 2. Ad tutelam nempe Innocentis, & ne graves cauſæ multorum Religioſorum pereant, & ut reprimatur pravus affectus iudicis, ac ut oculos aperiat, & dirigat mentem ad legem, & inde multa damna evitentur, *l.* 1. *ff de appellationibus.* Et L. 1. de Appel. maximè in Religionibus, ut notat ſuprà citatus Navarrus, cùm frequenter fiant electiones, Navarr. quarum reſpectu ad creanda, vel annullanda ſuffragia ſæpè magni fiunt exceſſus.

Quæstio V.

Ad quæ tribunalia, ac iudices liceat Regularibus appellare, ac recurrere?

SUMMARIUM.

28 *Religioſi multa iniuria gravati non poſſunt recurrere ad tribunalia ſæcularia.*

29 *Religioſus gravatus ſi non datur locus appellationi, verbi gratia quia ſuperior longè diſtat, tunc poteſt fieri recurſus ad Principem ſæcularem per modum querelæ, ac protectionis, & n.* 30.

31 *Religioſi poſſunt appellare ab aliis Prælatis non regularibus, etiam in caſibus, quibus ſubduntur.*

32 *Moniales appellantes Regularibus ſubiecta incidunt in cenſuras.*

33 *Regulares non poſſunt appellare ad tribunalia Eccleſiaſtica, quibus non ſubduntur, verbi gratia, Epiſcoporum.*

34 *Regulares gravati poſſunt appellare ad ſuos ſuperiores, & Papam.*

Si dantur indulta, quòd non valeant appellare etiam ad Papam, intelliguntur de appellatione frivola.

28. Dico in hac re, quòd regulares etiam multa iniuria gravati, non poſſunt appellare, nec recurrere ad tribunalia ſæcularia, & ad iudices ſæculares, & ita facientes incurrunt in excommunicationem Papæ reſervatam. Ita pro Franciſcanis conceſſit Bonifacius VIII. Sixtus IV. pro Carmelitis, & Auguſtinianis Iulius II. pro Prædicatoribus, Bonifac. Sixtus. Iulius. Caſarub.

ut

in foro externo, ſed ob parvitatem temporis relevandum eſt, ut dixi.

Quæstio III.

Quæ mora poſt exitum à conventu, ac habitu dimiſſo ſufficiat ad excommunicationem tantùm, vel etiam ad apoſtaſiam incurrendam?

SUMMARIUM.

12 *Qui iter facit per loca periculoſa dimittens habitum, non eſt apoſtata.*

Qui recreationis cauſa dimittit habitum inter ſepta monaſterij, non eſt apoſtata ibid.

13 *Qui exiit à conventu dimittens habitum, peccat mortaliter, & eſt excommunicatus, non tamen apoſtata.*

14 *Qui recedit à conventu animo ipſum deſerendi, & ſtatim revertitur, iudicandus eſt apoſtata interius, non exterius.*

12 CErtum eſt in hac re Monachum, qui
ad ſe occultandum, dum per loca periculoſa iter agit vel habitum dimiſit, non
poſſe dici Apoſtatam, nec in cenſuras incur-
Text. Cleri Gloſſa. rere; patet *ex text. Clerici officia.* Ubi Gloſſa
verb. cauſa in fine de vita, & honeſtate clericorum, & *in cap. 2. eodem titul. in 6.* ibi etiam
Cap 2. eod. Gloſſa. Gloſſa *in verb. rationabilis.* Certum eſt etiam
Religioſum, qui inter ſepta monaſterij habitum dimittit, recreationis gratia, vel ut commodius ſe habeat; non eſſe apoſtatam, nec
C. 2. Ne cle in excommunicationem incurrere; patet *ex*
Sylveſter. *cap. 2. Ne clerici, vel Monachi in 6.* Ita Sylveſt.
Navarr. Navarr. Azor, & alij cum Suar. *de Cenſuris*
Azor. *diſp. 23. ſect. 4. num. 27.* Sayrus *de Cenſur. lib. 3.*
Suar. *cap. 33. num. 16.* Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 8.*
Sayrus. Sanchez. *num. 56.*

13. Quando autem Religioſus temerè diſcedit à conventu dimittens habitum ad evagandū, etiam per breve, vel longum tempus committit peccatum mortale, atque incidit in excommunicationem, ipſo facto; patet ex di-
C. Ne cleri. cto *cap. Ne clerici, vel Monachi in 6.* Non tamen ſimpliciter cenſendus eſt apoſtata, quoad alias pœnas juris, niſi quando abſolutè dimittit habitum cum animo non revertendi.
Tamburin. Ita Tamburin. *tom. 3. de iure Abbatum diſp. 8. quæſito 1. num. 14.* Ac proinde dimiſſio habitus in hoc eſt ſufficiens ad incurrendam excommunicationem, non verò ad contrahendas alias Apoſtatarum pœnas.

14. At verò ſi Religioſus recedit à conventu animo deſerendi ſtatum Religioſum in perpetuum, tamen ſtatim meliori conſilio à pœnitentia ductus revertitur, in foro interno erit quidem Apoſtata; quia iam deliberato animo crimen commiſit, non tamen talis in foro externo iudicabitur: nam qui ab aliquo loco diſcedit, & ſtatim redit, non cenſetur receſſiſſe, quæ enim in moralibus parum diſtant nihil diſtare videntur; ita Maſcardus, quem refert, & ſequitur Fragoſus 2. *part. lib. 11. diſp. 24. §. 14. num. 2.* Bordon. *Reſol. 41. num. 7.* Dicens egreſſum per ſemi horam revertentem non incurrere pœnas apoſtaliæ, ratione parvitatis temporis Oppoſitum tamen tenet Moronius. *Conſil. 86. num. 14.* Si de delicto conſtet

Quæstio IV.

An ſit apoſtata, qui ſciens ſuam profeſſionem eſſe validam, eam reclamat, ut à conventu exeat?

SUMMARIUM.

15 *Talis Religioſus peccat mortaliter, & eſt Apoſtata.*

TAlis Religioſus mortaliter peccat, & 15.
incurrit pœnas latas contra Apoſtatas, Bonacina.
ſive eius profeſſio fuerit expreſſa, vel tacita. Belaſius.
ita Bonacina *de clauſura punct. 10. diff. 5. num. 1.* Bordon.
Belaſius *verb. Apoſtata num.* 22. Bordon. Pellizar.
Reſol. 41. num. 7. Pellizar. *tom. 1. tract. 3 cap. 5. num. 6.* & probatur. 1 quia talis Religioſus verè eſt apoſtata, recedit enim à propria Religione animo non redeundi ultra ad illam, & non ei ſuffragatur licentia proprij Prælati talis enim licentia fuit doloſè extorta, & fraudulenter habita, proinde enim eſt, ac ſi non fuiſſet obtenta, fraus, & dolus nemini patrocinantur.

Quæstio V.

An ſit apoſtata Religioſus tranſiens abſque debita ſuperioris licentia ad aliam Religionem arctiorem, vel laxiorem, etiam in partibus remotiſſimis?

SUMMARIUM.

16 *Prima ſententia affirmat eſſe apoſtatam.*

17 *Secunda & communior negat.*

19 *Non eſt apoſtata, etiam ſi tranſeat ad Religionem æqualem, vel laxiorem.*

19 *Talis Religioſus cum non ſit apoſtata eſt fugitivus.*

20 *An verò ſit excommunicatus, aliqui affirmant, alij negant.*

21 *Talis in partibus remotiſſimis poteſt tranſire ad Religionem laxiorem.*

CIrca Religioſum, qui abſque legitima 16.
ſuperioris licentia tranſit ad Religionem
arctiorem, eſſe verum Apoſtatam, & Apoſtata- Suar.
rum pœnis puniendum affirmat Suarius *tom. 5 in 3. part. diſp. 31. ſect. 6. num. 4.* Fundatur: quia relinquens ſtatum ſuum Religioſum, & alium aſſumens invalidè perinde eſt, ac ſi Religioſum ſtatum omnino deponeret: ergo eſt verus Apoſtata; actus enim omnino irritus immunitatem non præſtat, neque aliquid confert.

17. Hoſtienſ. Tamen oppoſita ſententia eſt valde com-
munis, quòd talis non ſit verus Apoſtata, Caietan.
quamvis lethaliter peccat. Ita Hoſtienſis, Bañez.
Caietan Bañez, Emmanuel. Rodriguez, Leſſius Eman.
Azor, ac alia magna Doctorum turba. Sanch. Rodrig.

tom. 2

Digitized by Google

Deſſiut. Azor. Sanchez. Lezana. Hieron. Rodrig. Pellizar.

tom. 2. *in decalog.lib.*6. *cap.* 8. *n.* 8. & 9. M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 22. *num.* 21. Hieronym. Rodtig. *Reſol.* 11. *num.* 24. Pellizar. *tract.* 3. *cap.* 5. *n.* 141. & ratio eſt: quia iuxta communem ſententian Doctorum, Apoſtaſia eſt propriè retroceſſio ſimpliciter ab ſtatu Religioſo, at in præſenti caſu ſimpliciter non fit retroceſſio ab ſtatu religioſo, ſed ſolùm à peculiari ſtatu, & quidem progrediendo ad maiorem perfectionem, ea quo fit, quòd talis retroceſſio ſit illicita in modo tantùm, non verò in ſubſtantia actus, cum ſemper maneat intra Religionis terminos, & ideo non eſt verè Apoſtata, nec apoſtatarum pœuis ſubiicitur.

18\. Et quamvis tranſitus iſte ſit irritus, animus tamen tranſeuntis non fuit omnino à religioſo inſtituto diſcedere, ſed ad aliam Religionem tranſire; Apoſtaſia autem animum dimittendi religioſum ſtatum deſiderat; & quamvis quoad alios effectus idem ſit non efficere, ac irrite efficere, tamen in præſenti hoc non contingit, quia quamvis faciat ſecundam profeſſionem irritam, tamen nunquam depouit religioſum ſtatum, nec ab eo recedit, quòd erat requiſitum ad verum Apoſtatam, quæ ratio convincit, quòd quamvis tranſeat ad aliam religionem æqualem, vel laxiorem, nunquam erit verus Apoſtata, cum ab ſtatu religioſo non recedat.

19\. Lezana. Sanchez. Tamen hæc noſtra ſententia dicendum exiſtimo cum M. Lezana *proximè citato*, ac Sanchez *num.* 9. talem religioſum à propria religione tranſeuntem, ſine ſui ſuperioris legitima licentia ad alium ordinem; ſive ſtrictiorem, ſive æqualem, ſive laxiorem, poſſe dici, & eſſe fugitivum: nam fugitivus ille communiter dicitur, qui ad tempus à monaſterio recedit ſine debita licentia, animo etiam redeundi, quovis cum habitu, vel ſine habitu.

20\. An verò iſte Religioſus tranſiens, dimittens proprium habitum, & aſſumens alium ſit excommunicatus? Affirmant cum multis Suar. *in* 3 *part. tom.* 5. *diſp.* 23. *ſect.* 4 *n.* 32. Azor. *lib.* 12. *cap.* 13. *quæſit,* 3. *caſu* 16. 5. *quæres.* Negant. Saytus *de Cenſuris lib.* 3. *cap.* 38. *num.* 17. Rodriguez & cum multis aliis Sanchez *citatus*, *num* 67. 68. Quia *cap ne clerici, vel monachi in* 6. Vbi habitus dimiſſionem excommunicationi ſubiicit, quando attentis circunſtantiis fit ad periculosè vagandum, quod non datur in præſenti, & de hoc alibi erit latiùs dicendum.

Suar. Azor. Saytus. Rodrig. Sanchez. C. Ne cleri.

21\. Si verò Religioſus Apoſtata, aut fugitivus reſipiſcat in remotiſſimis regionibus, in quibus non habet monaſteria ſui ordinis vel ſtrictioris, nec poteſt ad hoc licentiam petere à legitimo ſuperiore ad tranſeundum, & non poteſt redire ad propriam provinciam, tunc abſque alia licentia poteſt tranſire ad talem ordinem etiam laxiorem, in his enim circunſtantiis aliud non poteſt facere. Ita Suar. *tom.* 4 *de relig. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 20. Rodriguez *Additione ſumma tom.* 4. *cap.* 113. *num.* 23. Portel. *verb. religio. num.* 17.

Suar. Rodrig. Portel.

QUÆSTIO VI.

An Epiſcopus regularis renuntians Epiſcopatum vel ab ipſo depoſitus, ſi non redeat ad monaſterium ſit Apoſtata?

SUMMARIUM.

22 *Prima ſententia affirmat teneri, ne ſit Apoſtata.*
23 *Secunda & verior negat.*
24 *Tamen ſi ob demerita deponatur tenetur redire.*
Et certiùs ſi à ſua dignitate ſit degradatus. Ibid.

ABulenſis, *c.* 30. *Numer. q.* 109. Aragonius 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 11. *fol.* 1036. & alij conſtanter affirmant, quòd talis Epiſcopus renuntians epiſcopatui teneatur redire ad conventum, ne aliàs veluti Apoſtata habeatur. 22. Abulenſ. Aragon.

23\. Tamen talis Epiſcopus manens in ſæculo, & non rediens ad Religionem, non eſt verè Apoſtata, ſed licite poteſt ſic manere in ſæculo: & Probatur: quia per Epiſcopalem dignitatem, fuit legitimè diſpenſatus, & exemptus à religionis iugo, hæc autem diſpenſatio non ceſſat depoſito Epiſcopatu, cum cauſa non ceſſet, ſed perſeveret, ſcilicet dignitas Epiſcopalis, ac perfectior ſtatus. Ita Navarr. Federicus, Imola, Henriq. Emmanuel Sà, quos citant, ac ſequuntur Emmanuel Rodrig. *tom.* 3. *quæſt.* 52. *art.* 26. Sanchez *tom.* 2. *in decalog. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 29. Laurentius de Franchis *in controverſ. Epiſp. & Regular circa decreta Sacra Congreg. de Apoſtate. & eiectis dub.* 13.

Navar. Federicus. Immola. Henriq. Emman Sà Emman. Rodrig. Sanch. Laur. de Franch.

24\. Addit tamen Sanchez *citatus, num.* 29. idem eſſe dicendum ſi propter culpas Epiſcopus deponatur ab Epiſcopatu; ſed aptius videtur, quod docent Sylveſter *in ſumma verb. Religio. num.* 4, *in fine* M. Lezana *verb. Apoſtata, num.* 7. quòd ſic ob demerita diſpoſitus teneatur regredi ad Religionem, & ſi non redeat veluti Apoſtata habendus; quia per depoſitionem redditur indignus privilegii ſuæ dignitatis. Certius tamen eſt id ſi degradaretur, quia per degradationem ſpoliatur ab omnibus privilegiis dignitati Epiſcopali conceſſis. Ita cum Gloſſa Sanchez *citatus, n,* 30.

Sanchez. Sylveſt. Lezana. Gloſſa. Sanch.

QUÆSTIO VII.

Vtrùm Religioſus fugiens ex carceribus, in quibus ex mandato ſuperioris detinebatur, ſit Apoſtata, vel fugitivus?

SUMMARIUM.

25 *Religioſus iuſtè detentus in carcere, non poteſt fugere licitè.*
26 *Quando pœna capitis; vel mutilationis eſt imponenda, poteſt fugere.*

25 Si

27 *Si iuſtè damnatus eſt ad pœnam carceris perpetuam, non poteſt fugere.*

28 *Quando ſententia iuſte prolata iniuſto modo exequitur.*

29 *Quando ſententia ſecundum allegata, eſt iuſta, tamen coram Deo iniuſta, tunc poteſt fugere.*

25. Cap. quorundam. Cap ſi Religioſus. Caietan. Navarr. Bañez. Saytus. Rodrig. Sanchez. Lezana.

Dico primo: Religioſus iuſte detentus in carcere ex ſuis ſuperioris mandato, non poteſt licitè fugere non enim poteſt licitè à monaſterio egredi abſque ſui ſuperioris licentia: cum per votum ſuam voluntatem renunciaverit, & totam in ipſius ſuperioris arbitrium tranſtulerit, *cap. quorundam*, & *cap. ſi Religioſus, de electiom. in* 6. Ita Caietan. Navarr. Bañez, Saytus, quos citant, ac ſequuntur Rodriguez *tom.* 2. *quæſt.* 23. *art.* 6. Sanchez *in decalog. lib.* 6 *cap.* 8. *num.* 12. M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 9.

26. Sylveſt. Sotus. Vaſquez. Leſſius. Sanch. Tambur.

Limita tamen primò, quòd ſi in tali Religioſo pœna capitis, vel mutilationis imponenda erit, in tali caſu naturale deſiderium conſervationis vitæ, ius fugiendi præbet, etiam ſi ſuperioris præceptum permanendi in carcere urgeat, nihilominus fugere poterit. Ita Sylveſter; Sotus, Vaſquez, Leſſius, Sanchez *citatus num.* 15. quos citat, ac ſequitur Tamburin. *tom.* 3. *de iure Abbatum diſp.* 8 *quæſtio.* 2. *num.* 2.

27. Bañez.

Secundò: hoc limitant aliqui, ut Bañez 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 4. quando Religioſus damnatus eſt ad carcerem perpetuum; quòd ob rigorem pœnæ poſſit fugere, tamen mihi probabilius eſt contrarium, nam pœna carceris etiam perpetui, eſt convenientiſſima ſtatui Religioſo, nec eſt ita contraria iuri naturali, ut non poſſit ad illam obligari Religioſus ex vi ſuæ profeſſionis, quando crimen perpetratum proportionatum eſt tali pœnæ, & ratione gravitatis culpæ tali pœnæ ſubiicitur. Rodriguez *tom.* 2. *quæſt.* 22. *art.* 6. M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 10.

Rodrig. Lezana.

28. Navarr. Saytus. Rodrig. Sanchez. Tambur.

Tertiò limita. Quòd liceat fugere, quando illa perpetui carceris pœna iniuſte impoſita fuit, ac nullo juris ordine ſervato, Pariter etiam licet fugere, quando etſi ſententia iuſte prolata fuit, tamen modo iniuſto exequitur, ut ſi cuſtos carceri ex ſuo proprio motu, vel etiam ſuperioris, vel judicis, ſeu alterius perſonæ, injuſte illi cibum, veſtitum, ignem & cætera ad vitam neceſſaria denegat, vel dura ſævitia in eum ſe habet, ac multis moleſtiis afficit. Ita cum Navarro, Sayto, Rodriguez *citato art.* 6. Sanchez *dicto cap.* 8. *num.* 14. Tamburinus *allegato loco n.* 4.

29. Quartò limita; etſi ſententia ſecundum allegata, & probata videatur iuſta, falſa tamen probatione; falſiſque præſumptionibus fundatur, ita tamen ut coram Deo, ac in conſcientia reus ſit innocens tunc licitè poteſt fugere; & ratio eſt quia ſententia veluti quædam privata lex ſe habet, nulla autem lex obligat ad id, quod eſt contrarium fini legis, ſed cum finis talis legis, ſeu ſententiæ, ſit tribuere cuique quod ſuum eſt, eique debitum ſecundum eius merita, cum autem ſecundum eius innocentiam tribuenda ſit non pœna; ſed abſolutio, inde ad obſervationem talis pœnæ non tenetur: hæc ſententia eſt communis. Ita Sotus *de iuſtitia, lib.* 5. *quæſt.* 6. *art.* 4. Leſſius *de juſtitia, lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 4. *num.* 24. Reginaldus *in praxi, lib.* 24. *num.* 146. §. *Adverte autem*, Bonacina *de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 7. §. 3. *ſub num.* 1. *verſ. Quinto dicitur*, & *in Decalogum diſ.* 10. *quæſt.* 3. *punct.* 2. *num.* 22.

Sotus. Leſſius. Reginald. Bonacina.

Quæstio VIII.

Vtrum Religioſus damnatus ad triremes poſſit ab eis fugere?

SUMMARIUM.

30 *Prima ſententia negat fugam eſſe licitam.*

31 *Secunda & vera affirmat.*

30. Saytus. Sanchez.

Quæſtio eſt an Religioſus ſive iuſtè, ſive iniuſtè, ſive ad tempus, ſive in perpetuū damnatus ad triremes, ſive iam in illis exiſtens, ſive non, queat licitè effugere ad declinandum à tam graviſſima pœna: Negant Saytus *clavi Regia, lib.* 12. *cap.* 18. *num.* 8. Sanchez *lib.* 6 *in Decalog cap.* 8, *num.* 16. In eo caſu, quod pœna eſt iuſtè inflicta, quia tunc debet eam patienter ſuſtinere.

31. Bañez. Bonacina. Tambur. Lezana. Pellizar. Fr. Anton. L. ſervitiū. Sanchez. Corduba. Lopez. Bañez. Salon. Petr. de Ledeſma.

Tamen oppoſita ſententia mihi vera videtur, quod tunc bona conſcientia poſſit fugere. Ita Bañez, 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 4. *poſt.* 5. *concluſ.* Bonacina *de clauſura, quæſt.* 2. *punct.* 11. §. 1. *n.* 8. Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 3. *diſp.* 8. *q.* 12. *num.* 9 M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 10. Pellizarius *tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 8, *num.* 48. M. Fr. Anton. *Directorio, tom.* 2. *tract.* 3. *num.* 1409. Ratio eſt, quia hæc pœna eſt graviſſima, & tanquam mors perpetua computatur, *l. Servitium, ff. de regulis iuris*, ergò ſicut licitum eſt condemnato ad mortem, fugere ad evitandum tale ſupplicium, ut dixi ſuperiori quæſtione *num.* 26. ita etiam licitum erit damnato ad triremes fugere ad tantùm malum evitandum, ex impulſu naturali datur omnibus animantibus à dura pœna fugere, deinde ipſe Sanch. *citato num.* concedit cum Corduba, Lopez, Bañez, Salonio, Petro de Ledeſma, quod ſæcularis damnatus ad triremes poſſit fugere, ergo & Religioſus: nulla enim apparet maior ratio, præcipuè cum Religioſum delinquentē tali triremium pœna punire videatur contra decorem, honeſtatem, & authoritatem, ergo licitè Religioſus poteſt fugere, non ad vagandum in ſæculo, ſed ut ad ſuperiorem, ac Summum Pontificem tendat, ad miſericordiam, & veniam impetrandam.

Quæstio IX.

An Religioſus valdè vexatus à ſuo Prælato abſque illius licentia, & ſine peccato poſſit ad ſuperiorem confugere?

SUMMARIUM.

32 *Affirmativa ſententia eſt communis.*

33 *Conci*

33 *Concilium Tridentinum nil habet contrarium.*
34 *Etiam licita eſt fuga ad amicum, ut eum deprecatorem habeat.*
35 *Fugiens ad ſuperiorem non tenetur petere licentiam ab inferiori.*

32. DIco quòd talis Religioſus dirè vexatus à ſuo Prælato, licitè poteſt ad ſuperiorem confugere, abſque eo quòd fugitivus di-
Baldus. catur, & inde cõſequenter fugitivorum pœna
Deccius. non eſt puniendus. Ita Baldus, Decius, Azor.
Azor. Rodrig. Rodriguez, Sayrus, Sanchez, Fagundez,
Saytus. & alij, quos citant; ac ſequuntur Suar. *tom* 4.
Sanchez. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 6. Barboſ. *in*
Fagundez. *collectan. ad Trident. citand. num.* 10. Peyrinis *de*
Suar. Barboſa. *Reſol.* 5. *quæſt.* 1. *cap.* 26. *notabili* 2. Sà *verb. Religio*
Pegrin. *num.* 71. & ratio eſt, quia ius defenſionis eſt
Sà. naturale, quòd unuſquiſque tenetur ſibi perquirere, ne eius vita, fama, & honor pereat; tum etiam, quia in hoc caſu præſumitur licentia Prælati ſuperioris, qui vult omnia iuſtè, & ordinatè fieri.

33. Contrariam ſententiam tenet Bañez. 2. 2.
Bañez. *quæſt.* 13. *art.* 1. ex eo, quia Concilium Triden-
Trident. tinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *de Regular.* ait: *Non liceat Regularibus à ſuis conventibus recedere, etiam prætextu ad ſuos ſuperiores accedendi, niſi ab eis miſſi, vel vocati fuerint.* Ad quod rectè re-
Aragon. ſpondet Aragon. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 3. Concilium intelligendum de eo, qui adit ſuperiorem ex cauſa levi, vel leviſſima, non vero ex cauſa urgenti ad defenſionem naturalem, quàm non eſt veriſimile Concilium impedire. Hanc doctrinam tamen limitant ipſe Aragonius, ac alij, ſi ex tali fuga ad ſuperiorem ſequatur ſcandalum, & perturbatio magna Religonis propter ignorantiam cauſæ, qua dictus Religioſus movetur ad fugam. At cum talis vexatio, ſeu iniuria ſit notoria, nullum poteſt eſſe ſcandalum, cum quilibet de ſua defenſione teneatur agere.

34. Idem dicendum exiſtimat Ægidius Poſ-
Boſſius. ſius, D. Antonius Ricciullus, quos citat, ac
Riciullus. Tamburin. ſequitur Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 3. *diſp.* 8. *q.* 1. *num.* 6. de Religioſo ad amicum, vel alium confugiente, ut eum deprecatorem apud ſuperiorem habeat.

35. Quæres, an talis Religioſus teneatur petere licentiam priùs Prælato inferiori ut tendat ad ſuperiorem, & ea denegata poterit confugere ad maiorem? Reſpondeo negativè, ſi ipſe timet quòd ex tali licentia, ac via manifeſta, ei ſit exitus impediẽdus, ac durius ſit recludendus, quia tunc erit apponere impedimen-
Navarr. Pellizar. tum ſuæ defenſioni. Ita Navarr. *comment.* 2. *de Regular. n.* 61. Pellizar. *tom.* 1. *tract.* 5. *c.* 6. *n.* 15.
Suar. Tamen Suarius *tom.* 4. *de Reſol. tract.* 8. *lib.* 1. *n.* 7. & 8. ait quod ſaltem ex urbanitate petenda ſit licentia à Prælato inferiori, ſed hoc non dicam, quando prudentialiter timetur aliquod damnum, vel impedimentum ad viam, vel quod ſit deneganda.

QUÆSTIO X.

Quas pœnas incurrant fugitivi, ſive cum habitu, ſive ſine habitu fugientes?

SUMMARIUM.

36 *Ad maiorem diſtinctionem explicantur, quæ ſunt tractanda.*
37 *Qui ſine habitu fugiunt, incidunt in excommunicationem.*
Qui cum habitu faciunt iuxta peculiaria ſtatuta Religionum habent pœnas. ibid.

VT clarè, ac diſtinctè in hac re diſſeramus de pœnis, in quas incidunt fugitivi, 36.
& Apoſtatæ, priùs agimus de fugitivis, deinde de Apoſtatis. Fugitivus, ut explicavi in hac reſolutione *quæſt.* 2. *num.* 7. eſt ille, qui recedit à Conventu ſine licentia, ac obedientia ſui ſuperioris, licèt ſit per tempus conſiderabile, habet tamen animum iterum revertendi: deinde vel iſte fugit cum habitu, vel ſine illo.

Qui ſine habitu fugiunt, exeuntes à Mo- 37.
naſterio ſine illo incurrunt in excommunica-
tionem latam, *cap.* 2. *ne clerici, vel Monachi,* C. 2. Ne cl.
in 6. Qui verò cum habitu fugiunt, exceptis quibuſdam caſibus expreſſis in iure, præter peccatum nullam aliam pœnam de iure incur-
runt, M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 11. Pellizar. Lezana. Pellizar.
tom. 1. *tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 8. Nec obſtat prædictum, *cap. Ne clerici, vel Monachi,* quia ibi agitur de eo, qui vel recedit ſine habitu, vel ſine licentia ſuperioris accedit ad ſtudia. Quare ſupra hanc rem conſulenda ſunt peculiaria ſtatuta. Pontificum, ac Religionum. In noſtra Carmelitana familia tales Religioſi decedentes à Conventibus ſine licentia, etiam per unum diem, habentur ut excommunicati, & ut tales puniuntur, & abſolvuntur ſecundùm
conſuetudinem Religionis, ut teſtatur Lezana Lezana.
proximè citatus, ex eo quia *part.* 3. *noſtrarum Conſtitut. cap.* 12. *num.* 3. dicuntur iſti puniendi; ut Apoſtatæ autem incidunt in excommunicationem, ut dicam *quæſt.* 12. In familia Franciſcana tales per ſtatuta Toletana ſunt excommunicati, Portellius *in Additionibus*
ad dubia, verbo Apoſtata n. 2. ait & credo iux- Portel.
ta communem conſuetudinem Religionum
tales fugitivi habentur ut excommunicati. De Caſarubias.
quo Caſarubias *in compendio privilegiorum* Miranda.
verb. Apoſtata ab ordine. Miranda *tom.* 1. *quæſt.* 51 *art.* 1.

QUÆSTIO XI.

Explicantur caſus, in quibus ſecundum ius fugitivi excommunicantur.

SUMMARIUM.

38 *Excommunicantur Religioſi fugitivi, ad partes ultra marinas.*
39 *Fugitivi accedentes ad curias Principum incidunt in excommunicationem.*

40 *Fugi*

40 *Fugitivi accedentes ad ſtudia, excommunicantur.*

Qui extra monaſterium audiunt leges, & medicinam excommunicantur. ibid.

45 *Excommunicantur, qui tranſeunt ad aliam Religionem.*

38. Dixi ſuperiori quæſtione & ſuperiori num. quòd fugitivi cum habitu ex communi iure, non afficiuntur aliqua cenſura, niſi quibuſdam caſibus exceptis, qui nunc ſunt explicandi. Primus eſt, ſi Religioſi ſe transferant ad partes vltra marinas, maximè ubi pauci fideles degunt, abſque ſuorum Prælatorum licentia, incidunt in excommunicationem reſervatam *in extravaganti ad noſtram de Regularibus.* De quo Bonacin. *de clauſura q.2. puncto 4.*

Extravag. ad noſtram. Bonacina.

39. Clement. in Agro. Suar. Bonacina. Filliucius. Saytus.

Secundò. Accedentes ad curias Principum ſine licentia ad effectum nocendi ſuis, incurrunt in excommunicationem non reſervatam in Clementina. *In agro de ſtatu Monachorum;* de quo Suar. *tom 5.ad 3.part. diſp 23.ſect.5.n.6.* Filliuc *tract.14.cap.8.quæſt.6. num.140.* Saytus *de cenſur.lib.3. cap.34. num.* 27. Bonacin. *citata quæſt.2.punct.5.*

40. Cap. Vt periculoſa. Saytus. Filliucius. Sanchez. Sanctarel.

Tertiò. Accedentes ad ſtudia ſine ſuorum Prælatorum licentia incurrunt excommunicationem non reſervatam, *cap.2.ut periculoſa. Ne clerici, vel Monachi in 6.* Saytus *citato lib.3. cap.33. num.*20. Filliucius *citato cap.8. quæſt.4. num.*136 Sanch. *tom.2. in Decalog. lib.6. cap.8. num.*72. & ſequentibus Sanctarellus *in tractatu de Apoſtaſia cap.* 2. Quartò. Se conferentes extra monaſterium ad audiendas leges, aut medicinam; incurrunt excommunicationem non reſervatam, latam, *cap. Magnopere.* Ita Doctores proximè citati.

41. Rodrig. Azor. Leſſius. Suar. Sanchez.

Quintò, illicitè tranſeundo ad aliam Religionem. De quo Rodriguez *tom.1. quæſtionum quæſt. 30. art. 1. cum ſequentibus* Axor. *part.1. lib.11. cap.* 16. Leſſius *de iuſtitia lib.* 2. *cap.*41. *dub.*15. Suar. *de Relig.tom.4.lib.3.cap.2.* Sanch. *lib.6.citato cap.8.* Sed de hoc latiùs *verb. tranſitus ad Relig.*

QUÆSTIO XII.

Apoſtatæ an ſint excommunicati ex iure, vel ex peculiaribus conſtitutionibus?

SUMMARIUM

42 *Apoſtatæ fugientes ſine habitu ſunt excommunicati.*

43 *Vna ſententia affirmat fugientes cum habitu eſſe excommunicatos.*

44 *Secunda ſentia ex iure negat.*

45 *Ex multis privilegiis, ac ex uſu Religionum eſt affirmandum.*

42. C. 2. Ne cler.

APoſtatæ fugientes à Religione, vel diſcedunt cum habitu, vel ſine habitu, qui ſine habitu fugiunt, ſunt excommunicati. Vt habetur expreſsè, *cap. 2. Ne clerici, vel Monachi*, qui verò cum habitu fugiunt, animo deſerendi ſtatum religioſum, & ad illum non revertendi, quod eſt requiſitum ad Apoſtaſiam, ut ex communi ſententia dixi ſuprà *q.2. n.7.* de his

Tota quæſtio eſt, an iſte Apoſtata, qui fugit cum habitu, animo deſerendi religionem, ſit excommunicatus in iure, affirmant Rocela Tabiena, Henriquez, & alij, quos citant, ac ſequuntur Axor, *tom.1.lib.12. cap. 17 quæſt.6.* Miranda *tom.1.quæſt.51.art.5. concluſ.2.* Portellius *in Additionibus ad dubia, num.* 7. & fundantur in eo, quia in dicto, *cap. Ne clerici, vel monachi*, finis prædictæ legis eò tendit, contra habitum ſuæ religionis dimittentes, ut eiſdem periculoſa occaſio vagandi ſubtrahatur; ut in proœmio dicti capitis dicitur; liberè ergo evagantes extra clauſtrum ſine habitu induti, ſive eo exuti faciunt contra diſpoſitionem dicti iuris, ac proinde incurrunt in prædictam cenſuram. 43.

Rocela. Tabiena. Henriq. Azor. Miranda. Portel.

Contraria ſententia eſt communis, & vera, ita Sylveſter Angelus, Tabiena, Aragonius, Bañez, Leſſius, Rodriguez *tom.1.ſumma in* 2. *editione cap.43.num.1 fin.*Suar. *tom 5 ad 3 part. diſp 31.ſect.6.num.*1.Sanchez *tom 2. in Decalog. lib. 6. cap.8. num.*20. M. Lezana *tom.1.cap.16. num.*12. Probatur, quia in dicto, *cap. Ne clerici, vel Monachi*, ſolùm profeſſi temerè habitum ſuæ Religionis dimittentes excommunicantur. Nec obſtat finem eius excommunicationis eſſe ſubtrahere occaſionem vagandi religioſis, quia Textus non quamcumque occaſionem comprehendit, ſed occaſionem ex habitus dimiſſione provenientem, imò dum retinetur habitus, non datur tanta occaſio: nam Apoſtatæ ex habitu cognoſcuntur religioſi, & poterunt capi, & ſuæ religioni reſtitui. 44.

Sylveſt. Tabiena. Aragon. Bañez. Leſſius. Rodrig. Suar. Sanchez Lezana.

Quamvis hæc ita ſint de iure communi, tamen certum eſt, quod Apoſtatæ à Religione incidunt in excommunicationem reſervatam ſuperioribus ſuæ Religionis. Ita Sanchez *citato cap.8 num* 11. Lezana *citato num.*13. Caſarubias *in compend.Privilegiorum mendicant. verb. Apoſtata ab ordine.* Hieronym. Rodrig. *Reſolut.*11. *n.* 28. ſufficiat proponere privilegium conceſſum a Pio V. Societati Ieſu, & habetur in Bullario ipſius Societatis *pag.* 94. & in Compendio Societatis *verb. Apoſtata* §.1. ubi dicitur, *Si quis poſt emiſſa vota ſecundum Societatis conſtitutiones, ab ea ad ſæculum receſſerit, etiam prætextu cuiuſvis indulti conceſſi, aut concedendi, abſque expreſſa ſui ſuperioris licentia, ad id ab eo ſpecialiter obtenta, ipſo facto eſt excommunicatus, & abſolvi nequit, niſi à Romano Pontifice, vel ſuperiore Societatis* De quo privilegio per viam participationis communicant aliæ religiones, ut teſtatur Pellizarius *tom.1.tract.8. cap.8. num.8.* Aliud privilegium conceſſum eidem Societati ex Gregorio XIII. refertur ad idem intentum. 45. 46.

Sanch. Lezana. Caſarubias Hieron.

Privilegiū Societatis

Pelliʒar.

Secundùm ergo prædicta privilegia, ac alia multa, & communem praxim Religionum, tales Apoſtatæ habentur excomunicati excommunicatione reſervata ſuis ſuperioribus. In noſtra Carmelitana Religione eorum abſolutio reſervata eſt Priori Generali, vel Provincialibus, *ſub quorum obedientia prædicta crimina perpetrarunt, part 5. conſtitut. cap.12.n.2.* & in omni Religione à ſuo Superiore, vel ex eius commiſſione ſunt abſolvendi. Suar. *tom.4. de Relig.tract.8.lib.3.cap.4.n.*21

Conſtitut. Carmelit.

Suar.

QVÆ.

Quæstio XIII.

An Apoſtatæ ſint irregulares?

SUMMARIUM.

47 *Apoſtatæ ex iure nullam habent irregularitatem.*
Suſcipientes Ordines ſacros in tali ſtatu ſunt ſuſpenſi.
48 *Apoſtatæ cum ſint excommunicati, exercentes Ordinem ſacrum, quia ſunt excommunicati, fiunt irregulares.*
49 *Apoſtatæ ipſo iure ſunt infames, & inde irregulares.*

47. NOn loquimur de pœnis aſſignatis per particulares Religionum Conſtitutiones, ſed tantùm de jure communi. Etſi aliqui dicant tales Apoſtatas de iure communi eſſe irregulares, tamen hoc eſt falſum, ut advertit Lezana *tom. 1. cap. 16. numero decimotertio.* Ad hoc enim nullus oſtenditur Textus; ſi tamen Apoſtata in tali miſerrimo ſtatu ſuſcipiat Ordinem ſacrum, non poteſt in illo miniſtrare, ſed manet ſuſpenſus, donec à Papa, vel juxta aliquos à ſuo Prælato diſpenſetur, ut habetur *cap. finali, de Apoſtatis.* Suarez *tomo quinto, ad tertiam partem, diſputatione trigeſima prima, ſectione ſexta* Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 8. num. 21.*

Lezana. Cap. final. Suarez. Sanchez.

48. Et quamvis Apoſtatæ ex vi juris communis non habeant irregularitatem; tamen frequenter cum ſint excommunicati exercentes Ordinem ſacrum; proindéque fiunt irregulares; & hoc non ex vi Apoſtaſiæ præcisé, ſed excommunicationis, qua tenentur. Suarez *citato tomo quinto, diſputatione trigeſima prima, ſectione ſexta, numero ſecundo.* Sanchez *citato capite octavo. num. 25. 26.* Dixi exercendo Ordinem ſacrum, quia Ordines Minores etiam à laicis exercentur ex communi conſuetudine, etiam cum ſolemnitate. Ita Avila *diſputatione nona, ſectione ſecunda.* Toletus *libro ſecundo, cap. 67. numero quarto.* Navarrus *in ſumma, verb. Irregular. num. 142.* & alij, quos citat, ac ſequitur Bonacina *de irregularitate, diſp. 7. quæſt. 3. punct. 5 num. 1.*

Suarez. Sanchez. Avila. Toletus. Navar. Bonacina.

49. Deinde Apoſtatæ, dum perſeverant in Apoſtaſia, ſunt de jure infames, & ut tales non admittuntur in teſtes; deindéque ex hoc capite ſunt etiam irregulares: nam omnis infamis eſt irregularis ſecundum ſententiam Doctorum, Graffis *libro tertio, de caſibus reſervatis, cap. 2. numero vigeſimo ſexto,* Peirinis *tomo primo, de ſubdito, quæſtione prima de obedientia, cap. 26.* Lezana *tomo primo, cap. 16. num. 12.* Pellizarius *tom. 2. tract. 8. cap. 9. num. 64.* & alij multi apud Belaſtum *verb. Apoſtata.*

Graffis. Peirin. Lezana. Pellizar. Belaſius.

Quæstio XIV.

Explicantur aliæ pœnæ, in quas incidunt Apoſtatæ.

SUMMARIUM

59 *Bulla Pauli IV. eſt moderata.*
50 *Apoſtatæ, & fugitivi ſunt privati voce activa, & paſſiva.*
Tempus, quo ſunt extra Religionem, non computandum inter annos profeſſionis. Ibidem.
52 *Privantur libris, & aliis rebus ad ſuum uſum.*
53 Durante *Apoſtaſia non poſſunt prædicare, nec audire confeſſiones.*
54 *Apoſtatæ privantur iure alimentorum de bonis ſuæ Religionis.*

MAximè in hac re refertur Bulla edita à Paulo IV. anno 1558. quæ incipit: *Poſtquam Divina Bonitas.* In quo Pontifex Apoſtatas ſuſpendit in perpetuum ab omni Eccleſiaſtici Ordinis executione, & ab omni gradu, omnibúſque beneficiis obtentis, & eorum fructibus; eúſque reddit inhabiles ad quoſcunque gradus, ſed hæc Bulla non fuit recepta, ut teſtatur Sanchez *libro ſexto, in Decalog. capite octavo, numero trigeſimo.* Caſtro Palaus *tractatu 16. diſp. 4. part. 7. num. 2.* Deinde prædicta Bulla Pauli IV. fuit moderata, & ad formam juris, & ſacrarum Conſtitutionum redacta per Pium IV. anno 1560. Conſtitut. quæ incipit: *Sedis Apoſtolicæ*, ut notat Proſper Aug. in additionibus ad Quarantam *in ſumma Bullar. verb Apoſtata.* 50.

Paulus IV. Sanchez. Palaus. Proſper Auguſtin.

Secundò, Tales Apoſtatæ ſunt privati voce activa, & paſſiva, ac iure primogenituræ, ſuáque antiquitate Religionis computato tempore, quo fuerunt extra Religionem, patet ex Decreto authentico edito à Cardinali Alexandrino, qui poſteà fuit Pius V ex vivæ vocis oraculo facto ſuper hac re à Paulo IV. ex ſuo ſpeciali mandato 10. Aprilis 1559. quem ipſe Cardinalis edidit, ut ſupremus Inquiſitor in favorem Patrum Minorum, & inter cætera ad finem dicitur: *Dummodo tempus, quo manſerint extra Religionem inter ſuæ profeſſionis annos non computetur.* Quod prudentiſſimè ordinatum eſt, & ad hoc tendit ius primogenituræ, quo privantur. Prædictam Conſtitutionem referunt Peirinis *tom. 2. Privileg. conſtitut. 2. Pauli IV.* & Pellizar. *tom 2 tract. 8. cap 8. num. 65.* Qui etiam notant, quod quamvis ſit vivæ vocis oraculum, non eſt revocatum inter cætera, quia eſt editum à Cardinali ſupremo Inquiſitore ex ſpeciali mandato ſuæ ſanctitatis per literas authenticas Cardinalis, ut infra dicemus. 51.

Pius V. Peirin. Pellizar.

Tertiò Religioſi Apoſtatæ, aut fugitivi privantur libris, & aliis rebus ad eorum uſum conceſſis, patet ex quadam Bulla Pauli II. data in favorem Congregationis Lombardiæ Sancti Auguſtini, & alia Leonis X. facta Patribus 52.

Paul II. Leo. X.

Digitized by Google

num. 74. Si tamen ad earum conſecutionem ſint diſpoſiti, privilegiis quidem gaudent, quia nullum extat ius contrarium, & ſic status Religioſi, qui in Religioſo Apoſtata manet, eſt ſufficiens ratio ad hoc, ut gaudeat privilegiis ſuæ Religionis, ut pote verus illius Religioſus, etiam erit ſufficiens ratio, ut gaudeat illius indulgentiis, eo quod nullum apparet fundamentum, ut à participatione illarum excludatur.

61. Hæc tamen doctrina limitanda eſt, & non habet locum in illis Apoſtatis, qui à Religione recedunt, & habitum dimittunt intendentes ſuam profeſſionem eſſe nullum; ita ex
Sanch. Lezana. Trident. Mandocio Sanchez *lib.* 9. *cap.* 8. *numero* 34. M. Lezana *tom primo*, *cap.* 16. *num. duodecimo*, & patet ex Concilij Tridentini *ſeſſione* 26. *cap* 19. *de Regularibus*, vbi dicitur: *Quod ſi antea habitum ſponte dimiſerit, tanquam Apoſtata puniatur; interim verò nullo privilegio ſuæ Religionis iuvetur.* Et bene notant citati Authores, quod cum hoc Decretum ſit pœnale, non eſſe extendendum ad alios Apoſtatas, in quibus hæ conditiones annullandi profeſſionem non dantur.

Quæstio XVII.

Bona Apoſtatarum ad quem pertinent?

SUMMARIUM.

62 *Bona Apoſtatarum per fraudem pertinent ad eum, cui facta eſt iniuria.*

63 *Bona illorum ſi ad Religionem revertunt, ſunt Religionis.*

64 *Bona illorum, qui diſcedunt extra Religionem ſunt Cameræ Apoſtolicæ.*

65 *Si Apoſtata in vita dat Religioni poſt mortem ante ſententiam, non ſunt danda Cameræ Apoſtolicæ.*

66 *Quæ acquiſivit intuitu beneficij Eccleſiaſtici, ad illam Eccleſiam pertinent.*

62. Bona Apoſtatarum contra juſtitiam acquiſita per furtum, fraudem, &c. reſtiutenda ſunt eis, quibus facta eſt iniuria, Roſella *in*
Roſella. *ſumma, verb. Religio.* 1 *num.* 1. Sanchez *lib.* 7. *De-*
Sanch. Portel. *calog c.* 33. *n.* 6. Portellius *in dubiis, verb. Apoſtata, num.* 7.

63. Ea autem, quæ Religioſus Apoſtata, vel fugitivus acquiſivit, ſi ad Religionem revertitur, ea ſecum defert, & ad Religionem pertinent, talis enim eſt verus Religioſus, & per conſequens debet monaſterio acquirere, & ita
Cap Abbas Sylveſt. Suar. Lezana. definitur, *cap. Abbas*, 18. *quæſt.* 2. Ita Sylveſter *verb. Apoſtata, quæſt.* 9 *num* 12. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract* 8 *lib.* 8. *cap. num.* 20. quòd intelligitur etiam ut notat Lezana *verb. Apoſtata*, *num.* 8. de bonis etiam peccaminosè acquiſitis, non tamen contra juſtitiam, ut dixi ad initium quæſtionis.

64. Nec cum his obſtat Conſtitutio Gregorij XIII. quæ incipit: *Officij noſtri*, ubi iſtorum bona applicantur Cameræ Apoſtolicæ, quòd intelligitur de illis Apoſtatis, qui decedunt extra clauſtra, in ſua apoſtaſia morientes, Rodrig. *tom.* 1 *quæſt* 30. *art.* 12. § *Sed contra*, Rodrig.
Portell. *in dub. verb. Apoſtata. num.* 7. Laurent de Portel.
Franchis, *in controverſiis Epiſcoporum & Regular. circa Decreta Sacræ Congreg. de Apoſtatis, & ejectis, quæſt.* 11. Laurent.

Tamen ſi præfati Religioſi Apoſtatæ, in vita ſua diſpoſuerint de ſuis bonis, tradendo ea Religioni, Religio non tenetur ea reſtituere 65.
Cameræ, niſi poſt ſententiam condemnationis, applicatio enim talium bonorum cameræ eſt pœnalis, & omnis pœna non obligat, niſi poſt ſententiam, nemo enim tenetur ad pœnam ante condemnationem Suarez *tom* 4. *de Religione tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 17. M. Lezana *cit. num.* 21. Suar. Lezana.

66. Si Religioſus fugitivus, vel Apoſtata impetrauit beneficium alicuius Eccleſiæ, ea, quæ acquiſivit intuitu talis Eccleſiæ, pertinent ad Eccleſiam, acquiſivit enim illa ut pars ipſius Eccleſiæ. At verò ea, quæ acquiſivit intuitu ſuæ perſonæ, ejuſque induſtriæ, acquirit Religio cum perſona illa ejuſque induſtria, ad Religionem pertineant. D. Anton. 3. *part. tit.* 16. D. Anton.
cap. 5. §. 1. Azor. *tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 16. *quæſt.* 8. Azor.
De his verò, quæ Apoſtata per negotiationem acquiſivit, *dicam infra verb. Negotium.*

Quæstio XVIII.

Quis valeat Apoſtatas, & fugitivos à cenſuris abſolvere, & cum eis in irregularitate diſpenſare.

SVMMARIVM.

67 *Apoſtaſia, & egreſſio nocturna à Conventu eſt caſus reſervabilis à Prælatis.*

68 *Prælatio poſſunt abſolvere à tali excommunicatione.*

69 *Poſſunt Prælati diſpenſare cum eis in qualibet ſuſpenſione.*

70 *Poſſunt etiam diſpenſare in qualibet irregularitate.*

Crimen Apoſtaſiæ ſive cum habitu, ſive ſine illo, ſicut & nocturna egreſſio à 67.
Conventu ſine Prælati licentia, iuxta Decretum Clementis VIII caſus eſt reſervabilis à ſuperioribus Religionum, ſeu poſſunt illum reſervare, & dato quòd talis caſus non ſit reſervatus in Religione, nec ex vi iuris ſit excommunicatio poſita Apoſtatis, ac fugitivis cum habitu, tamen per multa privilegia Apoſtolica Religionibus conceſſa impoſita eſt excommunicatio reſervata, ut ſuprà dixi *quæſtione* 12. *num.* 45. & ſi aliqui dixerunt apud Suarez, *tom.* 4. *de Religione tracta-* Suar.
tione 10. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 2. quòd à quolibet Ordinis Confeſſore abſolvi poterant, ex eo hoc dixerunt, quia exiſtimabant nullam eſſe excommunicationem reſervatam, quam dari iam diximus, & tenet ipſe Suarez.

A tali excommunicatione etiam reſer- 68.

vata

vata Religioſi Apoſtatæ, ac fugitivi etiam habitu dimiſſo, poſſunt abſolvi à ſuo Prælato ſive Generali, ſive Provinciali, ui ſuorum privilegiorum, quorum ratione poſſunt dicti Prælati ſuos ſubditos abſolvere ab omni excommunicatione reſervata Sedi Apoſtolicæ, etiam contenta in Bulla Cœnæ, excepta hæreſi, ut dicam infra *verbo Bulla Cœna*, & *Verb. Cenſura*, *per multa privilegia.*

69. Similiter & poſſunt prædicti Apoſtatæ, & fugitivi abſolvi à ſuis Superioribus etiam localibus à qualibet ſuſpenſione contracta ex indebita ſuſceptione Ordinum in tali ſtatu, ut ex
Rodrig. Portel. Vivaldus. Diana. Rodriguez, Portel. Vivaldo tenet Diana *tertia parte*, *tractatu* 2. *Reſolut.* 85. Ad hoc enim habent prædicti Prælati pleniſſimam iuriſdictionem, quamvis talis ſuſpenſio ſit reſervata Sedi Apoſtolicæ, niſi exceſſus fuerit enormis, ut hæreſis, ſchiſma, falſificatio literarum Pontificiarum, de
Caſarrub. quo Caſarrubias *verb. Abſolutio*, *Ordinis quoad fratres, num.* 13. ut latiùs dicam *verb. Diſpenſatio.*

70. Poterunt & dicti Prælati Regulares cum his Apoſtatis, & fugitivis diſpenſare in irregularitate contracta ex indebito exercitio Ordinum, ſi detur, cum per talem fugam, ut diximus, ſint excommunicati, itémque cum eis diſpenſare, in qualibet alia irregularitate, exceptis tribus, bigamia, homicidio voluntario, ac mutilatione membrorum; ut patet ex multis privilegiis Pontificum, quæ adducit M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 40. & dicam *verb. Irregularitas*, & etiam circa illa tria excepta ſcilicet Bigamiam, &c. aliqua notanda.

Quæstio. XIX

Vtrum Religioſus Apoſtata, vel fugitivus poſtquam bonam opinionem recuperaverit, poſſit eligi ad prælaturas Ordinis?

SVMMARIVM.

71 *Talis bene poteſt eligi ſecundum ius commune.*

72 *Secundum verò peculiares conſtitutiones Religionis, tales conſulendæ ſunt.*

71. Sanchez. Sylveſt. NEgant Sylveſter, & alij, quos citat, Sanchez *lib.* 6 *in Decalog. cap.* 8. *num.* 31. At contraria ſententia eſt vera, & communis ſtando in iure communi. Ita cum multis
Azor. Pellizar. Sanchez *citatus*, *num.* 32. Azor. *lib.* 2. *inſtit. cap.* 17. *quæſtione ultima*, & Pellizar. *tract.* 2. *cap.* 8. *ſect.* 3. *num.* 73. Nullum enim iura aſſignatur talem pœnam, ac obligationem imponens. Nam *cap. Per tuas*, *de voto*, nihil
C. Per tuas. probat ad rem; cum ibi ſermo ſit, non de culpa præſenti, ſed præterita; ſtatuitur enim ibi, quod electus in Epiſcopum, voto Religionis à ſe antea emiſſo, nondum impleto, cogatur reſignare; ergo à fortiori profeſſus, qui ſemel Religionem apoſtatando deſeruit, graviter enim peccat, ſed hoc nihil probat, non enim illud determinatur ratione culpæ præteritæ, ſed adhuc pendentis, eo quod illud Religionis votum, nondum impletum obligat.

Hæc dixi ſecundum ius commune: nam 72.
quantum ad ius ſpeciale, quilibet ſuas Conſtitutiones conſulat. In noſtra Carmelitana Obſervantia nihil circa hoc ſtatutum reperio; at in Carmelitana Diſcalceata, vere Apoſtata non poteſt eligi ad prælaturam iuxta duas Conſtitutiones, ut refert M. Anton. Fr. Anton.
in Directorio, *tom.* 2. *tract.* 3. *diſput.* 6. *ſect.* 11. *num.* 1426.

Quæstio XX.

An Prælati Regulares teneantur perquirere Religioſos Apoſtatas, & fugitivos, eóſque ad Religionem reducere?

SUMMARIUM.

73 *Prælati poſſunt apprehendere Apoſtatas etiam extra ſuum territorium.*

74 *Prælati tenentur Apoſtatas perquirere, quamvis detineantur ab Epiſcopis.*

75 *Hac autem diligentia ſufficit moralis.*

76 *Apoſtatæ, & fugitivi benignè recipiendi.*

PRælati Regulares poſſunt Apoſtatas, & 73.
fugitivos ſui Ordinis ubique etiam extra ſuum territorium, apprehendere, incarcerare, ad ſuumque Monaſterium reducere, ut patet ex multis privilegiis Regularibus conceſſis; & Carmelitanis in ſuo Mari magno dato à Sixto IV. §. *Apoſtatas* Sixtus IV.
corrigi, & alia multa privilegia, quæ referunt Navarrus *Commentario* 3. *de Regula-* Navarr.
ribus, *num.* 50. Rodriguez *tomo primo*, *quæ-* Rodrig.
ſtione 30. *artic.* 6. & ſi neceſſe fuerit ad hoc invocare brachium ſæculare, vel Epiſcopale, quod ipſi tenentur dare, patet ex *cap.* C. Principes
Principes, & ex *cap. Adminiſtratores*, 23. *q.* 5. ad quod multa adducit Rodriguez *citatus*, *quæſt.* 8.

Et hoc adeò eſt verum, ut notant M. Cor- 74.
nyo *tom.* 2. *in tertia parte*, *tract.* 5. *de excom-* Cornyo.
municatione, *diſput.* 6. *dub.* 5. Peirinis *tom.* 2. Peirin.
in Conſtitutione 7. *Pij V. numero* 20 Quod etiamſi Apoſtatæ, vel fugitivi fratres detineantur ab Epiſcopis, poſſunt eos ſui Prælati compellere propter Conſtitutionem Pij V. quæ incipit: Pius. V.
Etſi Mendicantium, quod non ſolùm eſt verum, quando Religioſus fugit ſine licentia, ſed etiam quando ivit cum illa per certum tempus, & eſt tranſactum. Lezana *tom.* 1. *c.* 16.
n. 16. qui notat cum Authoribus citatis hoc Lezana.
poſſe Prælatum Regularem authoritate propria, ſine invocatione brachij ſæcularis, ſive Epiſcopalis.

Perquirere autem fugitivos, & Apoſtatas 75.
non ſolùm debent Prælati facere, ſed etiam ad hoc tenentur ex præcepto impoſito *cap.* C. Finali.
Finali, *de Regularibus*, ut præcipitur, quod *Prælati*, & *Abbates fugitivos ſuos de Ordine*

ſuo

S.Congr. Vrb.VIII. Tamburin. *ſuo requirant ſollicitè.* Sed etiam hoc mandatur ex *Decreto Sacræ Congregationis iuſſu Vrbani VIII. anno* 1624. & ad longum refert Tamburinus *tomo tertio*, *de iure Abbatum*, *diſput.*8. *quæſt.*3. §.4. ſic habet: *Rurſus ſtatuit, ut fugitivi, & Apoſtatæ, ſive habitum Regularem deferant, ſive non, poſſint, ac debeant ab Epiſcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres coniici, ac Superioribus regularibus conſignari, ſecundum regularia ſtatuta puniendi; neque ipſi Superiores teneantur eos perquirere, ad Religionem reducere, atque efficere, ut apprehendantur, ſalva tamen in omnibus facultate Ordinariis locorum attributa Decreto Concilij ſeſſione* 25. *cap.* 4. *de Regularibus.*

Trident. Pro Decreto Concilij Tridentini notandum Ordinariis committi curam recolligendi Religioſos Apoſtatas, & fugitivos non abſolutè, & ſimpliciter, ſed tantum in caſu, quo eorum Superiores fuerint in hac re deſides, vel certè non habeant Monaſterium in illis diœceſibus, in quibus degunt prædicti Apoſtatæ, & fugitivi, ut notarunt Miranda *tom.*1. *Manual. quæſt.* 51. *artic.* 3. Pellizar. *tract.*8.*cap.*8.*ſect.*3.*n.*56. Miranda, Pellizar.

76. Hæc autem diligentia, quæ adhibenda eſt à Prælatis ad comprehendendos Apoſtatas, & fugitivos, non requiritur, quod ſit extraordinaria ſingulis annis, ſed ſufficit moralis prudentialiter data occaſione, ut notat Suarez *tom.*4. *de Relig.tract.*8. *lib.*3.*cap.*3. *num.*17. Suarez.

77. Tandem adverto, quod Prælati regulares tenentur Apoſtatas &, fugitivos venientes ad Religionem, & tanquam ad ſuum Paſtorem benignè ac benevolè recipere, ut monet Decretum Sacræ Congreg. proximè citatum, dicens: *Superiores vero benignè illos teneantur excipere, & paterna charitate complecti*; & de hac re latè Tamburinus citata *diſp.*8.*quæſito* 4. S.Congr. Tambur.

Quæstio XXI.

An Religioſi Apoſtatæ, & fugitivi debeant puniri ab Inquiſitoribus?

SVMMARIVM.

78 *Inquiſitores non agunt contra Apoſtatas ratione Apoſtaſiæ*

79 *Aliqui Doctores affirmant poſſe Inquiſitores agere contra Apoſtatas per annum exiſtentes.*

78. Duardus. Pegna. Diana. Reſpondetur negativè ex vi Apoſtaſiæ, ſeu ratione Apoſtaſiæ. Ita Duardus, Pegna, quos citat, ac ſequitur Diana *part.*4. *tractatu* 7. *Reſolut.*3. §. *Quæro igitur*; ubi teſtatur, quod ita obſervat ſacrum Tribunal Inquiſitionis Romæ, non ſolere contra hos inquirere, & ita etiam obſervatur in Inquiſitione Hiſpanica; & inde Aloyſius Bariola *in Aphoriſm. littera A*, *verb. Apoſtata*, §.3. ait: Apoſtatæ à Religionibus, non puniuntur ab Inquiſitoribus ex ſola Apoſtaſia, niſi habeant aliquid aliud adiunctum; ſicut procedunt contra ſæculares cum hæreticis communicantes, eorum conciones audientes, vel binas nuptias contrahentes. Bariola.

79. Sunt etiam graves Authores aſſerentes poſſe Inquiſitores procedere contra Apoſtatas Religione, ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, negligentes ad Religionem redire. Ita Sanctarellus *de hæreſi*, *cap.* 41. *dub.* 3. Laurentius de Peirinis *in Privileg. Minorum*, *tom* 2.*conſtitut.* 2. *Paul.* 5.*num.* 13. quia cum exiſtant per annum in excommunicatione videntur ſuſpecti. Sanctarel. Peirin.

Quæstio XXII.

Recipientes, auxiliantes, favorem, ac conſilium dantes Apoſtatis, & fugitivis, ipſo facto incidunt in excommunicationem Papæ reſervatam.

SVMMARIVM.

80 *Qui recipiunt, ac favent Apoſtatis, & fugitivis ſunt excommunicati.*

81 *Pius II. conceſſit Carmelitis invocare brachium ſæculare contra huiuſmodi fautores.*

82 *Excipiuntur ab hac regula Epiſcopi.*

83 *Excipiuntur receptores ratione conſanguinitatis, vel amicitiæ.*

84 *Excipiuntur etiam recipientes iniuſtè vexatos à ſuis Superioribus.*

80. Recipientes, ac detinentes in ſuis domibus fratres Apoſtatas, ac fugitivos, eoſque occultantes, ipſiſque favorem, vel conſilium impendentes, ſunt ipſo facto excommunicati excommunicatione Papæ reſervata, per multa privilegia conceſſa; & præcipuè ex Bulla Iulij II. conceſſa fratribus Auguſtinianis, ut referunt Caſarrubias *in Compend. verb. Apoſtata*, *numero vigeſimo ſexto*, Peirinis *tomo primo*, *Privileg. Minorum Conſtitut. Iulij II.* §.13. *num.*47. & ex *Conſtitut. Pij V. Patribus Societatis Ieſu*, refertur in eius Bullario *pag.*9. ubi imponitur excommunicatio Papæ reſervata in tales fautores, etiamſi tales fugitivos recipiant intuitu tranſeundi ad Carthuſianos, & ad hoc etiam eſt alia Bulla conceſſa Ordini Prædicatorum, de qua D. Anton. *tertia parte*, *tit.*24. *cap.*7. Filliucius *tomo primo*, *Moral. tract.*13. *c.*8. Iulius II. Caſarrub. Peirin. Pius V. Bullar. D. Anton. Filliucius.

81. Pius II. magnam proviſionem fecit Carmelitis per ſuum privilegium Bullatum, & referunt Caſarrubias *citat.num.*17. & Lezana *tom.*1.*cap.*16.*num.*14. contra omnes Principes, & Duces, ac alios Magnates faventes Apoſtatis, & aliis fratribus inobedientibus dicti Ordinis, mandans quod poſſint contra illos procedere per cenſuras uſque ad invocationem brachij ſæcularis, de quo Miranda *tom.*1. *q.*51.*art* 2. Pius II. Caſarrub. Lezana. Miranda.

82. Ab hac communi regula excipiuntur primò Epiſcopi, & quamvis iuxta conceſſionem factam à Pio II. Carmelitis comprehendantur in præſenti excommunicatione, Principes, Magnates, ac Duces; excipiuntur tamen Epi-

ſcopi, quia hi iure communi habent privilegium, ut non poſſint excommunicari, niſi de illis fiat expreſſa mentio, ut conſtat ex Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 5. de reform.* & ex *cap. Sedes Apoſtolica de reſcriptis*, pro quo multos Doctores citat Barboſa *in collectanea*, & in præſenti ita docent M. Lezana *tom. 1. cap. 16. num. 15.* Pellizar. *tract. 8. cap 8. ſect 3. n 79.*

Trident. Barboſa. Lezana. Pellizar. 83. Miranda. Rodrig. Peyrin.

Secundò excipiuntur, ut docent Miranda 1. *part. quæſt. 52. art. 2.* & ex Rodriguez Peyrinus *ſupra citatus, dicto 5. verſic. Nota.* Prædictas cenſuras fulminatas contra eos, qui favent, recipiunt, vel occultant Apoſtatas, non incurrere illos, qui prædicta præſtant ratione conſanguinitatis, neceſſitatis, amicitiæ, aut alio ſimili titulo: & ratio eſt; quia gravior eſt cenſura Bullæ Cœnæ impoſita contra auxiliantes, ac recipientes hæreticos, & tamen ut docent communiter Doctores ſtando in iure, tales fautores, ac receptores hæreticorum ratione conſanguinitatis, &c. excuſari à cenſura, ut infra dicam agens de Bulla Cœnæ; ergo à fortiori idem in præſenti caſu dicendum.

Tertiò excipiuntur illi, qui tales recipiunt, quia durè, ac iniuſtè vexantur à ſuis Prælatis: hi enim ut ſuprà dixi non ſunt Apoſtatæ, ac proinde eorum receptores à cenſuris excuſantur.

RESOLUTIO XI.

Appellatio, ſeu Appellare.

QUÆSTIO PRIMA

Quid, & quotuplex ſit appellatio?

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit Appellatio.*
2 *Non datur appellatio à Papa, à Rege ſupremo, nec ab æquali, nec quando frivola.*
3 *Appellatio in ſe eſt de iure natura, cum tali, vel tali modo de iure poſitivo.*
4 *Appellatio triplex.*
Quid ſit ſententia definitiva, quid interlocutoria, ibid
5 *Appellatio tripliciter ſit.*
6 *Appellatio etiam ſit facto, ſumpto itinere ad ſuperiorem, etiam dimiſſo habitu ex timoris cauſa.*

1. APPELLATIO, de qua ampliſſima materia eſt apud Iuriſtas, de ea hic tantum agimus, prout ſpectat maximè ad Regulares. Eſt ergo Appellatio provocatio à ſententia, ſeu regimine iudicis inferioris ad alium maiorem iudicem, ſeu Magiſtratum: colligiturque ex *cap. Omnis oppreſſus*, & ex *cap. Placuit 2. quæſt. 6.*

Cap omnis oppreſſus. Cap. Placuit.

2. Ex quo tria colliguntur. Primò, quod à Papa nullus appellare poſſit, cùm non habeat ſuperiorem in terris, & etiam hac ratione nec à ſupremo Rege in terris, *l. 1. ff. a quibus appellare non licet.* Secundò, nec in Religionibus ab æquali ad æqualem, nec a ſuperiori ad inferiorem eſt Appellatio, Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, allegat. 55 num. 46.* Tertiò; quòd cum Appellatio inſtituta ſit in remedium ad iuſtam defenſionem, & præſidium innocentiæ, *cap. Cum ſpeciali, §. Porrò de Appellationibus*, non eſt ad defenſionem iniquitatis, & ideò non admittitur caſu, quo lata ſit contra abſentem, vel manifeſtè, ac notoriè frivola, ac fictitia, Layman *lib. 3. ſect. 5 tract. 6. cap. 6. n. 1.* de quo infrà *quæſt. 8.* & latiùs.

L. 1 ff. Barboſa. Layman.

Unde benè infertur, ut teſtantur Layman *proximè citatus*, Sylveſter *in ſumma, verb. Appellatio; num. 1.* Cùm omnibus Theologis, ac Iuriſtis, quòd Appellatio ſit de iure naturali quoad ſuam ſubſtantiam, cum ſit defenſio quædam, & præſidium innocentiæ: quo ad accidentia verò, quòd ſcilicet tali, vel tali modo fiat, & cum talibus circunſtantiis eſt de iure poſitivo. 3.

Layman. Sylveſter.

Quantum verò ad numerum Appellationum. Primò duplex eſt Appellatio, una iudicialis, alia extraiudicialis. Iudicialis verò eſt illa, quæ eſt de his, quæ contingunt circa iudicium, & hæc tantum datur à ſententia definitiva, non verò ab interlocutoria *l. Ante c. quorum appellationes.* Appellatio extraordinaria eſt, quæ interponitur extra iudicium, ob aliquod gravamen illatum, vel inferendum. Pro intelligentia huius rei adverte, quòd ſententia definitiva eſt, quæ fertur in cauſa principali, non verò in accidentibus, ac emergentibus; dum cauſa agitatur. Interlocutoria eſt illa, quæ fertur inter finem & principium litis in his, quæ in proceſſu cauſæ emerguntur 4.

L. Ante.

Deinde. Appellatio vel eſt verbalis, vel ſcripta, vel facto: verbalis, quæ fit verbis, ſeu viva voce; debet tamen actuari per notarium ut de illa conſtet. Ita *Emmanuel à monte Oliveti in practica regulari part. 2. art. 7. num. 403.* de quo quæſt. ſequenti. Appellatio ſcripta eſt, quæ actis, & ſcriptis, fit & licet iure ordinario Appellatio interlocutoria non valeat niſi in ſcriptis, cum expreſſione gravaminis, ac cauſarum illius, ut notavit Maranta *de ordine iudiciario part. 6. tit. de Appellationibus n. 153.* Hoc tamen non obſervatur, quando cauſa agitur ſummariè ſine figura, ac ſcriptura iudicij, ut cum Tuſco, Franc. Angelo notavit Fr. Emman. à monte Oliveti *proximè citat. n. 403.* 5.

Maranta. Tuſcus. Francus. Angel. Monte Oliveti

Tertiò fit Appellatio facto, quando arrepto itinere tenditur ad ſuperiorem, ac ſi dicatur iudici inferiori; nolo amplius coram te litigare, ſed peto ad maiorem, quod eſt facto appellare, Velaſq. *allegat. 31. num. 232.* Sanch. *lib. 3. conſilior. cap. unic. dub. 32 num. 22.* cum Panormitano, & aliis: notans talem itineris arreptionem eſſe faciendam inter terminos iuris Canonici, & licitè ſine peccato talis itineris arreptio ſine licentia Prælati poteſt fieri à religioſo, etiam non ferendo Religionis habitum & timore ſeipſum detegendi, & comprehendi à Prælato iniuſtè gravante poſſe habitum dimittere, quia illum portare tenetur ex præcepto humano, quòd non obligat cùm tanto periculo; Portellus *in additionibus ad dubia, verb. Habitus, num. 3.* & Diana *part. 3. tract. 2. Reſol. 56. & 115. §. Non deſinam.* 6

Velaſquez. Sanch. Panormit. Portel. Diana.

Quæſtio II

Explicantur quinque, quæ ſunt neceſſaria ad appellationem.

SUMMARIUM.

7 *Quinque neceſſaria ad appellationem.*
8 *Monachus poteſt appellare.*
9 *Quo die, vel tempore fieri poteſt appellatio, & quantum tempus ad proſequendum.*
10 *Apellatio debet fieri coram iudice à quo, & ſi non adeſt coram iudice ad quem.*
11 *Et ſi iudex non vult deferre appellationi, fiat coram ſecretario, vel coram viro probo notario.*
12 *Non eſt neceſſarium, quod appellatio fiat ad iudicem determinatum.*
13 *Poteſt Religioſus omiſſo Generali, vel Nuntio ſtatim appellare ad Cardinalem, Protectorem, vel Papam.*
14 *Valet appellatio alternativa ad Generalem, vel Papam.*
15 *Appellatio à ſententia diffinitiva non eſt neceſſe quod fiat in ſcriptis expreſſa gravaminis cauſa.*
16 *Appellatio a ſententia interlocutoria debet fieri in ſcriptis cum gravaminis cauſa.*

7. QVinque ſunt neceſſaria ad appellationem itaut iis deficientibus appellatio ſit nulla, nèpe ut interponantur a legitima perſona, intra legitimum tempus, coram legitimo iudice, & ad legitimum iudicem ſervata legitima forma, quæ omnia latè explicat Sanchez *lib. 3. conſilior. cap. unico, dub 32. n. 21.* Sanchez.

8. Primò: Perſona legitimè appellans, poteſt eſſe Monachus, dum iniuriam patitur, dummodo non ſit ligatus excommunicatione aliqua, pro quo notat Sanchez *proximè citatus, n. 12.* Excommunicatum poſſe appellare, non quidem extraiudicialiter, ſed iudicialiter, cum hoc ſit defendere ſe, illud verò non eſt agere, quod excommunicato intercludunt iura. Sanchez.

9. Quantum ad tempus: Tria conſideranda ſunt; de die, in quo fieri poteſt appellatio, vel de tempore ad ipſam appellationem proponendam, vel proſequendam, Apoſtoloſque petendos.

10. Appellatio inter regulares die feriata, & dominica die fieri poteſt; ita cum multis Maranta *de ordine iudiciali, part 6. tit de Appellationibus, num 217.* Tempus datum ad appellationem ſive à ſententia diffinitiva, ſive interlocutoria ſecundum ius Canonicum eſt ſpatium decem dierum, *cap. Concertationi de Appellat. in 6.* & hi dies computandi ſunt, non à die latæ ſententiæ, ut aliqui dixerunt, ſed à die notificationis, ac intimationis ceſſante impedimento, ut cum multis probat Sanch. *lib. 2. de Matrim. diſ. 53 num 40.* Qui dies non incœpti, ſed completi, ac naturales de momento ad momentum computandi ſunt, ut latè probat Antonius Gomezius *l. 70. Tauri num. 25.* Tempus datum ad proſequendam appellationem, iure Canonico datur unus annus, imò duo ex cauſa neceſſaria, & evidenti *cap. Cum ſit Romana de Appellat.* Iudex verò à quo ex cauſa poteſt tale tempus moderare, breviare, vel prolongare, Sanches *lib. 3. conſilior. cap. unico, dub. 32. num. 84.* Maranta. Cap. Concertationi. Sanchez. Gomez. C. cum ſit

11. Tertiò requiritur ut appellatio fiat coram legitimo iudice ſcilicet à quo. Ita multi Canoniſtæ apud Sanchez, *citatum num 128.* quia per appellationem ſuſpenditur eius iuriſdictio, tum quia talis honor deferendus eſt iudici; dato quòd non poſſit fieri appellatio coram iudice a quo, vel ob metum alicuius nocumenti impedientis, vel quia non adeſt copia illius, tunc poteſt interponi appellatio coram iudice ad quem, ſi adeſt, *cap. Biduum, 2. quæſt. 6. l. 1. ff. Quando appellandum, § ſi quis ipſius.* Quòd ſi iudex fuerit ferus, & durus, ut nollet deferre appellationi, nec Apoſtolos teſtatores concedere, ſecretarius tenetur ſub peccato mortali, ut omnes fatentur, dare plenariam fidem de tali re, ut appellans cauſam devolvat ad ſuperiorem, ut iubeat inferiori, ſeu iudici a quo exhibere acta, & ſi ſecretarius fidem noluerit dare, appellans eam poſtulet à teſtibus, coram quibus requiſitum ſit factetatio, Fr. Emanuel Oliveti *in practica r. regulari, part. 2. art. 7. n. 412.* Et ſufficit quòd ſit unus teſtis bonæ, & probatæ vitæ, ut latiſſimè probat Tiraquel. *l ſi unquam, C. de revocat. donat. à num. 244.* Deinde debet fieri proteſtatio intra tempus datum ad appellandum, *cap. finali de appellat.* intra tempus conceſſum in iure ad appellandum cum notario, ac viro in dignitate conſtituto, ut tenet communis praxis. Sanchez. C. Biduum. L. 1. ff. Oliveti. Tiraquel. C. finali.

12. Quartò: De eſſentia appellationis eſt, ut fiat ad iudicem ſuperiorem, an verò requiratur ut ſit iudex determinatus tam in iure Civili, quam Canonico, probabilius eſt non requiri, ut cum multis tenet Sanch. *lib. 3. conſilior. cap. unico dub. 32. num. 159* Vt ſi dicatur: *Appello, appello, appello, ad iudicem competentem*; talis autem appellatio intelligitur facta ad ſuperiorem proximũ; non autem ad Papam, vel legatum iuris, præſumitur facta potiùs via communi, quam ſpeciali, ut notatur *l. quanquam C. de teſtam militis, & l. precibus C. de impub.* Cùm quo bene cohæret ſecundum, ius ut appellatio fiat gradatim à Priore ad Provincialem, & ac hoc ad Generalem, deinde ad nuntium protectorem, & Papam; pro quo adducitur quædam declaratio Cardinalium, quæ authentica non oſtenditur, & ideo omiſſis mediis bene poteſt Religioſus ſtatim appellare ad nuntium, vel Papam, *cap. Romanam 26. quæſt. 6.* Covar. Velaſq. & alij, quos citant ac ſequuntur Portellius in dub. *verb appellare n. 3.* Diana *part. 5. tr. 2. Reſol. 54.* Pellizar. *tom. 1. tr. 6. cap. 7. n. 56.* Sanchez. L. Quanquam. L. Precibus. C. Romana. Covarr. Velaſquez. Portel. Diana. Pellizar.

13. An verò valeat appellatio alternativa, verbi gratia, appello ad Epiſcopum, vel legatum, vel Papam, affirmat Nævola, *cap. 2. de appellat. num. 25. & Valbona* quem citat, ac ſequitur Diana *part 5. tract. 10. Reſol. 18.* Quia ſi aliqnid obſtaret in tali alternativa, eſſet incertitudo, quæ ſub illa latet, quæ benè poterit ab appellante ſequenti declaratione purgari, verbi gratia, ſi appellans unum ex alternatis iudicibus elegerit intra terminum appellationis determinatum à iure, videlicet intra decem dies à tempore ſententiæ latæ, intra quòd Nævola. Valbona. Diana.

tempus debet appellare, ac determinate unum
L. finali. iudicem deſignatum, *l. finali*, *C. de temp. appellat.* Idem etiam dicendum eſt, ſi dicatur
appello ad Generalem, vel ad quemlibet alium
judicem competentem.

15. Quintò: Quantum ad formam eſſentialem
appellationis conſiderandum, an appellatio
ſit à ſententia definitiva, vel ab interlocutoria; ſi à ſententia definitiva, non requiritur,
ut exprimantur gravaminis cauſæ in ſpecie,
ſed ſat eſt in genere, dicens ſententiam eſſe
L. 2. ff. injuſtam, abſque alia cauſa, *l. 2. ff. de appellat.*
Nec opus eſt ut appellatio fiat in ſcriptis, cum
fiat illicò, ac in continenti, tunc fieri debet
L. 1. libelli. in ſcriptis, aliàs non valet, *l. 1. libelli, ff. de ap-*
Sanchez. *pellat.* de quo cum Franco, & aliis Sanchez
lib. 3. conſilior. cap. unico, dub. 32. n. 180.

s6. At verò ſi appellatio fiat ab interlocutoria,
debet fieri in ſcriptis, gravaminiſque cauſæ
neceſſariò exprimendæ, ſive appellatio ſit iu-
C. ut debi- dicialis, ſive extraiudicialis, *cap. Vt debitis de*
tis. *appellat.* Ita Sanchez citatus cum Miranda,
Sanchez. Naz... la, & aliis *à num.* 180. *uſque* 199. Qui
Maranta. notant ad valorem appellationis non requiri,
quòd ſcriptura appellationis legatur coram judice à quo, ſed ſat eſt illi præſentari, *cap. Ap-*
C. Appellat. *pellatio de Appellationibus, in 6.*

Qvæstio III.

In omni appellatione petendi ſunt Apoſtoli?

SUMMARIUM.

17 *Quid in præſenti ſignificent Apoſtoli.*
18 *Apoſtoli in præſenti in quanto ſint numero.*
19 *Appellans tenetur petere Apoſtolos intra triginta dies.*
Quid faciet appellans ſi iudex non vult dare, ibid.

17. In omni appellatione petendi ſunt Apoſtoli
ſæpè, ſæpius, ac ſæpiſſimè, ideſt literæ teſtimoniales teſtificantes de facta appellatione;
huiuſmodi autem literæ, quas unus iudex ad
alium dimittit, dicuntur Apoſtoli, ſicut dici-
Gloſſa. mus de Apoſtolis, quia à Deo, vel de Cœlo
miſſi fuerunt; ut explicat Gloſſa *ad cap. 5. de*
Appellat. in 6. in idem recidit, quod ſcribit
Lexicon. Spiegel in Lexico *iuris Civilis*, quòd tales literæ dicuntur Apoſtoli, à verbo Græco, quòd
eſt remittere.

18. Ex his Apoſtolis quidam ſunt teſtimoniales, tanquam dati in teſtimonium, & teſtificationem appellationis. Alij ſunt conventionales, tanquam ex conventione, vel pacto initi.
Alij ſunt reverentiales, & dimiſſorij, & dantur ob reverentiam judicis ſuperioris ad quem
appellatur, ut explicat proximè citata Gloſ-
Gloſſa. ſa. Alij ſunt refutatorij, quando ſcilicet judex
Sigiſm. expreſsè denegat appellationem, eamque
Gravat. refutat; de quibus latè Sigiſm. Scace *de appellat. quæſt. 13. à principio*, Gravat. *de com-*
Suar à Pace *miſſion part. 1. de commiſſ. Appellatio, cap. 1. n. 15.*
Suarez à Pace *in proœm. 1. tom. 6. part. n. 42.*

19. Appellans tenetur petere Apoſtolos intra
triginta dies à tempore, ac die intimatæ ſen- Cap. Ab eo
tentiæ. *Cap. ab eo de appellat. in 6.* & Clementi. Clementi.
Quamvis, *eodem titulo.* Iuncta Gloſſa *verb.* quamvis.
tempore. *Et ſi* iudex requiſitus renuerit dare
Apoſtolos, vel noluerit reſpondere, appellans
debet id proteſtari, & tunc proteſtatur ſuam
appellationem, ac ſi dicti Apoſtoli ei fuiſſent
dati. *Tuſcus litera A. concluſ. 429.* & ſi iudex Taſcus.
noluerit dare Apoſtolos, Secretarius ſub peccato mortali tenetur dare fidem de hac re, ac
de appellatione facta. Vt iam notavi *quæſt. 3. §.*
Tertio requiritur n. 15.

Quæstio IV.

An appellatio licita ſit Regularibus?

SVMMARIVM

20 *Appellatio prohibita eſt Religioſis, & etiam interponens eam incurrit in excommunicationem.*
21 *Interveniente manifeſto gravamine iuſta eſt appellatio.*
12 *Appellatio cum ſit de iure natura. nemini negari poteſt.*
23 *Opponuntur multa conſtitutiones Apoſtolica.*
24 *Pradicta conſtitutiones intelliguntur de appellatione frivola, non verò ex iniuſto gravamine.*
25 *Opponuntur conſtitutiones Religionum.*
26 *Pradicta conſtitutiones intelliguntur de appellatione à diſciplina Regulari. Quando datur gravamen, contra diſciplinam Regularem.*
27 *Appellatio inſervit ad refrænandum iudicem.*

SUMMARIUM.

Certum eſt in hac materia, quòd Religio- 20.
ſus non poteſt appellare à diſciplina Regulari, quæ tunc datur, quando Prælatus iuſtè procedit infligendo pœnam taxatam in regula, vel conſtitutionibus Ordinis, & hoc
caſu nulli fit iniuria, nullique gravamen, &
talis appellatio non ſolùm prohibita eſt in
iure, *cap. Ad noſtrum de appellat. & c. Repreben-* C. ad no-
ſibilis eod. titul. Sed etiam eam interponens in- ſtrum.
currit in excommunicationem Papæ reſervatam, & in privationem vocis activæ, & paſſivæ ipſo facto abſque alia declaratione, ut
conceſſit Clemens VIII. noſtris Patribus excalceatis; ut refert Pellizar. *tract. 6. cap. 7. n. 45.* Clem. VIII.
Tota difficultas eſt, quando prudentialiter lo- Pellizar.
quendo ſubdito fit injuria, & gravamen à
Prælato; quo caſu.

Dico, quòd interveniente manifeſto grava- 21.
mine licita eſt Religioſo appellatio à ſententia ſui Prælati ad ſuperiorem verbi gratia Generalem, Nuntium, vel Papam per modum
querelæ. Reſolutio eſt omnium ferè communis, eam tenent Gloſſa, Panormitan. Decius, Gloſſa.
Innocentius, Hoſtienſis, Ioannes Andreas *ad* Panorm.
citatum, cap. de Priore, & ad noſtrum de appellat. Decius.
Baldus, Bartol. Sylveſter, Armilla, Tabiena Fr. Innocent. Hoſtienſ.
Ludovicus Lopez, quos referunt, & ſequuntur Baldus.
Navarrus, Rodriguez, Sanchez, Sayrus, quos Bartolus.
citabimus *ad 1. argument.* cum Suarez *tom. 4. de* Sylveſt.
Relig. lib. 2. c. 15. n. 5.

Probatur,

22. *C. Omnis. oppreſſus. D. Thom. Decius.* Probatur: Quia appellatio eſt quædam defenſio naturalis data ex iure naturæ omnibus tam ſæcularibus, quam Eccleſiaſticis, *cap. Omnis oppreſſus 2. quæſt. 6. cap. Cum inter de exceptionibus*, latè ibi Gloſſa, Panormit. Decius, & alij. S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 3. Ergo cum appellatio data ſit ex iure naturæ, nemini negari poteſt: Et confirmatur ex iure Canonico, *cap. de Priore, de appellationibus.* Vbi Summus Pontifex caſtigationem impoſuit cuidam Priori, eo quòd non acceptaverit appellationem Religioſi cuiuſdam ſui ſubditi, & præcepit cauſam devolvi ad Sedem Apoſtolicam, ad quam appellatum fuerat. Confirmatur ex uſu Chriſtiani totius orbis, in quo Religioſi frequenter in multis cauſis ad ſuos ſuperiores appellant.

23. *Bonifac. Sixtus IV. Eugen. IV. Alexan. IV. Paul. III. Iul. II. Clem. VIII.* Opponunt adverſarij Primò: Multas conſtitutiones Apoſtolicas, quibus Summi Pontifices ſub excommunicationis pœna, & aliis prohibent Religioſis appellationem. Vt Bonifacius VIII. *Minoribus*, & Prædicatoribus; ut habetur in compendio, *verb. Appellare, num.* 1. Sixtus IV. Carmeliticis, & Auguſtinianis *ibid. verb. General. n.* 11. *&* 12. *Patribus D. Benedicti*, Eugenius IV. *Ciſtercienſibus.* Alexand. IV. *Patribus Societatis*, Paulus III. Iulius II. Clemens VIII. & alij Pontifices.

24. *Navar. Covar. Sylveſt. Rodrig. Miranda. Sanchez. Azor. Sayrus Villalob. Portel. Remig. Ioan à S. Maria.* Reſpondeo, quòd Summi Pontifices prohibent tantùm appellationem frivolam, quando nempe Prælatus iuſtè, & rectè ſecundum regulam, ac conſtitutiones Ordinis procedit, quia talis appellatio ſolùm inventa eſt ad impediendam diſciplinam regularem, quòd omnino contrarium eſt bono regimini, ac rectæ rationi; at verò quando appellatio procedit à gravamine iniuſtè illato à Prælato, tunc nec prohibetur, nec denegatur, eſt enim ex iure naturæ, quòd eſt immutabile. Ita communiter Navarrus, Covar. Sylveſter, & alij, quos citant, & ſequuntur Rodriguez *tom.* 1. *quæſt.* 29. *art.* 2. *&* 3. Mirand. *in Ordine iudiciario, quæſt.* 3. *art.* 2. Sanch. *tom.* 2 *in Decalog. lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 110. Azor. *lib.* 12. *cap.* 11 *quæſt.* 8. Sayr. Clavis Regia *lib.* 12. *cap.* 17. *n.* 38. *&* 39. Villalobos *tom.* 2. *tract.* 16. *diffic.* 8. *num.* 5. *&* 6. Portel *in dubiis, verb. Appellare, num.* 1. Remigius *in opuſculo de immunitate Profeſſionis, dub.* 25. *num.* 26. Ioannes de S. Maria, *in Tribunali Relig. tract.* 5. *cap.* 10. §. 1. *num.* 3.

25. *Monumẽta Ordinis. Armilla. Conſtitut. Carmelit.* Secundò opponunt multas conſtitutiones ſacrarum Religionum, quæ magnis pœnis intercludunt appellationem, & conſtitutiones Minorum in *libro Monumenta Ordinis fol.* 125. Prædicatorum verò ex quodam, *cap. generali in ſuis conſtitution. diſt.* 2. & refert Armilla *verb. Accuſatio*, Carmelitarum in ſuis *conſtitut part.* 3. *c.* 3. Similiter Auguſtinianorum, & aliarum Religionum.

26. *Sanchez. Ioannes. à S. Maria.* *Suar.* Reſpondeo cum Sanchez *citato.* Ioanne à S. Maria, *etiam citato Fragoſo de ſtatu Relig. cap.* 28. *num.* 19. Quòd Religionum ſtatuta, ac decreta explicanda ſunt de appellatione frivola, non verò de illa, quæ eſt à manifeſto gravamine, quia tunc ex iure naturali eſt licita. Deinde conſtitutiones ſolùm prohibent appellationem à diſciplina regulari, ex quo optimè notat Suar. *tom.* 4 *de Reliq. lib.* 1 *cap.* 11. *num.* 11. & ait, *Religioſorum regula non prohibent appellationem, niſi à correctione regulari, quando autem punitio gravis eſt, & cum manifeſta iniuria, non poteſt dici correctio regularis. Sed potiùs correctio contra regulam.* Deinde conſtitutiones Ordinum ſemper concedunt appellationem ad Generalem, ac Dominum Papam, & inde etiam ad Nuntium, ac Cardinalem Protectorem, qui cum ipſo Papa faciunt unum Tribunal, & merito reputantur tribunalia Regularium, ut notant M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 6. Thomas de Ieſu *de uſit. Regul. tract.* 3. *cap.* 17. *num* 7. *Lezana. Thomas, de Ieſu.*

Tertiò opponunt, quòd maximè appellatio indecens eſt Religioſis, inde enim oritur, quòd cauſæ extra Religionem prodeant, Religioſorumque defectus in ſæcularium oculis fiant manifeſti, concedimus, quòd argumentum probat, ut notat Aragonius 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 3. Quòd appellatio in levi cauſa non ſit permittenda, ſed magno fundamento ad grave damnum evitandum, ut advertit Monochius *de Arbitrar. lib.* 2. *caſu* 368. *num.* 2. Ad tutelam nempe Innocentis, & ne graves cauſæ multorum Religioſorum pereant, & ut reprimatur pravus affectus iudicis, ac ut oculos aperiat, & dirigat mentem ad legem, & inde multa damna evitentur, *l.* 1. *ff de appellationibus.* Et maximè in Religionibus, ut notat ſuprà citatus Navarrus, cùm frequenter fiant electiones, quarum reſpectu ad creanda, vel annullanda ſuffragia ſæpè magni fiunt exceſſus. 27. *Aragon. Menoch. L. 1. de Appel. Navarr.*

Quæstio V.

Ad quæ tribunalia, ac iudices liceat Regularibus appellare, ac recurrere?

SUMMARIUM.

28 *Religioſi multa iniuria gravati non poſſunt recurrere ad tribunalia ſæcularia.*

29 *Religioſus gravatus ſi non datur locus appellationi, verbi gratia quia ſuperior longe diſtat, tunc poteſt fieri recurſus ad Principem ſæcularem per modum querelæ, ac protectionis, & n.* 30.

31 *Religioſi poſſunt appellare ab aliis Prælatis non regularibus, etiam in caſibus, quibus ſubduntur.*

32 *Moniales appellantes Regularibus ſubiecta incidunt in cenſuras.*

33 *Regulares non poſſunt appellare ad tribunalia Eccleſiaſtica, quibus non ſubduntur, verbi gratia, Epiſcoporum.*

34 *Regulares gravati poſſunt appellare ad ſuos ſuperiores, & Papam.*

Si dantur indulta, quòd non valeant appellare etiam ad Papam, intelliguntur de appellatione frivola.

Dico in hac re, quòd regulares etiam multa iniuria gravati, non poſſunt appellare, nec recurrere ad tribunalia ſæcularia, & ad iudices ſæculares, & ita facientes incurrunt in excommunicationem Papæ reſervatam. Ita pro Franciſcanis conceſſit Bonifacius VIII. Sixtus IV. pro Carmelitis, & Auguſtinianis Iulius II. pro Prædicatoribus, 28. *Bonifac. Sixtus Iulius. Caſarrub.*

ut refert Caſarrubias *in compendio Privilegiorum Mendicant. verb. Appellare* : Ubi etiam adducitur alia conſtitutio Gregorij XIII. (Gregor.) motu proprio rigidè talem appellationem minoribus prohibens; ita etiam Peyrinis *de ſubdito, quæſt.1. cap.20. §. Dico quartò*, M. Lezana (Peyrin. Lezana.) *tom. 1.cap.9.num 4.* In ò tales Regulares appellantes ad tribunalia ſæcularia incurrunt in cenſuras Bullæ Cœnæ, ut tenent Mirand. Rodrig.& alij cum Bordonio *num.2. Reſol 94. num.27.* & Suar. *tom.3. de Relig. tract.8. lib.2. cap. 11. num.13.* (Miranda. Rodrig. Bordon. Suar.)

29\. Hic tamen loquimur de appellatione propriè dicta, quia ut docent Fuſcus, Valaſcus, Zevallus, Bobadilla, quos citat, & ſequitur Portel. *in addition ad dubia num.* 3. (Fuſcus. Valaſc. Zevallus. Bobadilla. Portel.) Vbi etiam dicit hoc eſſe de mente Suarij; nam ſi Religioſus notabiliter ſit gravatus, & non datur appellationi locus, ſive quia talis appellatio non admittitur, ſive quia ſuperior ad quem recurrendum ſit, non adeſt, vel longè diſtat; tunc poteſt recurrere ad Principem ſæcularem, Proregem, ſeu Gubernatorem, non per modum appellationis tanquam ad iudicem legitimum, ſed per modum querelæ, ac protectionis quærendæ, ut tantùm gravamen, ac malum evitetur, & ut etiam cohibeat Prælatum iniuſtè ſævientem, & hoc præter Doctores citatos tenent Magiſter Anton. de Souza (Souza. Delbene.) *in Bullam Cœnæ. cap.15. diſp.78. n 2.* Delbene *tom.2. cap 9.dub.6. ſect.1. num.* 13. Et hoc video eſſe in praxi in Portugallia; ac Hiſpania.

30\. Probatur, quia non eſt novum in iure Canonico, ut ad Principem ſæcularem fiat recurſus pro gravamine Eccleſiæ facto, nam *cap. filijs. vel nepotibus* 16. *quæſt.7.* (Cap filiis.) Diſponitur, ac definitur, quòd quando Eccleſiaſtici, Epiſcopi, vel Metropolitani bona Eccleſiæ diſſipaverint, ac defraudaverint, hoc deferatur ad Regem, ubi Gloſſa, *verb. Regis*, ait id faciendum eſſe, ut Rex Eccleſiaſticum corrigat; quia per Eccleſiaſticum iudicem corrigi non poteſt, iuxta *cap. Petimus*, 11. *quæſt.1.* (Gloſſ. C. Petimus.) Deinde quia ius Pontificium non derogat ius naturale, ius autem naturale præcipit ut quis defendat innocentem oppreſſum, ac vexatum, imò & tenetur ſi defendere poteſt; quòd videtur habere locum in præſenti caſu per reſpectum ad Principem.

31\. Dico ſecundò, quòd Regulares poſſunt appellare ab aliis ſuperioribus non regularibus, verbi gratia, ab Epiſcopo eos puniente in caſu permiſſo, verbi gratia, ſi Religioſus abſque licentia ſit vagabundus extra clauſtrum, iuxta Concilium Trident. *ſeſſ.25 cap.4. de Regularibus*. Ita tenet Pellizar. *tract.6. cap.7.num.57.* (Trident. Pellizar.) Et probatur, quia iura, quæ prohibent Regularibus appellationem, agunt tantum de appellatione à Prælatis Regularibus, & inde non ſunt extendenda ad alios ſuperiores, cum hoc ſit res odioſa non ſolum Religioſis in particulari, ſed etiam univerſæ Religioni, ut eſt manifeſtum. Deinde rationes, ob quas appellatio prohibita eſt Religioſis, æqualiter non militant quoad alios ſuperiores, ut conſideranti patebit, & ubi non militat eadem ratio, non ſtat eadem iuris diſpoſitio.

32\. Ex quibus ſequitur, quod prohibitio non appellandi comprehendit moniales, ſi ſint ſubjectæ Prælatis Regularibus; ſecus ſi ſint ſubjuriſdictioni Epiſcopi; & ratio diverſitatis conſtat ex proximè dictis, quia iura tantùm prohibent à Prælatis Regularibus: atqui tales ſuperiores monialium exemptarum verè ſunt Prælati Regulares; ac proinde ab eis appellantes comprehenduntur in citatis iuribus. Quæ ratio non habet locum quoad Epiſcopos, cum ipſi non ſint Prælati Regulares ut diximus quoad alios Religioſos exemptos.

Dico tertiò; Regulares etiam gravati non ſolùm non poſſunt appellare ad tribunalia ſæcularia, ſed etiam nec Eccleſiaſtica, verbi gratia, Epiſcoporum, quibus non ſubduntur, Ita Valentia, Sotus, Rodriguez, & alij, quos citat, ac ſequitur Lezana *verb. Appellare, n.6.* (Valentia. Sotus. Rodrig. Lezana.) Et probatur, quia nemo poteſt appellare niſi ad ſuum ſuperiorem; non eſt autem ſuperior, niſi ille, qui habet iuriſdictionem reſpective; at talia tribunalia etiam Eccleſiaſtica, ut Epiſcopi, verbi gratia, nullam habent juriſdictionem in Religioſos, utpote exemptos, ut ſunt ferè omnes; ergo nullus eſt ibi locus appellationi, quæ non ſolum eſt invalida, ſed etiam prohibita ſub excommunicatione ipſo facto incurrenda, in quam incidunt Regulares ad tales, etiam ſuos conſervatores appellantes ex conſtitutionibus Bonifacij IX. Leonis X. apud Conferium in collectanea Bullar. Leonis X. *num.* 10 (Boniſac. IX. Leo X. Conferius.) Advertos tamen, quod per hoc non tollitur, quominus Religioſus poſſit recurrere ad Prælato Eccleſiaſticos, non ad petendam actionem iuridicam, ſed interceſſionem, ut Prælatus cum juſto moderamine ſe habeat. 33.

Dico quartò, quòd Religioſus gravatus à ſuo Prælato contra formam regulæ, ac ſuarum conſtitutionum validè, & licitè poteſt appellare ad ſuum ſuperiorem Provincialem, vel Generalem, & etiam ad Papam, vel Nuntium. Hæc concluſio ſatis probata eſt, quæſtione antecedenti, propria enim defenſio eſt de iure naturali, ne innocens pereat; ſi verò aliquæ Religiones, ut Ciſtercienſes habent indulta Pontificia, quibus ſub pœna excommunicationis prohibentur appellare à ſuis Prælatis, etiam ad Papam, vel eius legatum, hoc intelligitur de appellatione frivola, & ſine fundamento, ut eadem quæſtione antecedenti eſt explicatum. 34.

Quæstio VI.

De Tuitivis, ac appellationibus ad iudices Coronæ ut vulgo dicuntur?

SUMMARIUM.

35 *Quid ſit Tuitiva, & cui ſpectat illã concedere*
36 *Prima ſententia negativa.*
37 *Affirmant aliqui.*
38 *Praxis Regni Luſitaniæ, nec exemplum adductum ac adverſariis aliquid probat.*

TVitiva datur ex mera gratia, & eſt inſtituta ad depellendam injuriam, & gravamen illorum Regis ſubditis. Proprium enim 35.

enim Regum eſt ex iure naturali occurrere
violentiis, ac exceſſibus ſuorum vaſſallorum,
taleſque exceſſus, reprimere, ſuoſque tueri, ac
Cabedo. cuſtodire. Ita Cabedo *part. 1 disp. 76.*
36. An talis modus defenſionis per tuitivam
Azot. liceat Regularibus, dubitatur; negant Azot.
part. 1. lib. 5. cap. 12. verſ. ex dictis cum ſequen-
Suar. *tibus*, Suarez *lib. 4. contra Regem Angliæ,*
cap. 34. num. 34. & alij, quos citant, ac ſequun-
Barboſa. tur Barboſa *in collectan. Doctorum. ad cap. Ec-*
Delbene. *cleſia Sancta Maria de conſtitut.* & Delbene
tom. 2. cap. 9. dub. 6 ſect. 1. num. 23. Talis enim
recurſus ad judices coronæ maximè videtur
repugnare cum libertate Eccleſiaſtica, & hoc
revera eſt recurrere ad tribunalia ſæcularia,
quod maximè eſt prohibitum, ut patet ex ſu-
periori quæſtione.
Magiſter Fr. Antonius ab Spiritu ſancto *in*
37. Anton. ab Spir. Sanct. *directorio, tom. 2. tract. 3. disp. 6. ſect. 5. §. 6. n. 777.*
ait: Hunc modum defenſionis quem tuitivam
vocāt, vidimus his noſtris temporibus in Ro-
mana Curia approbatum in judicio contradi-
ctorio in cauſa cuiuſdam tuitivæ, quam Fra-
tres Provinciæ Matris Dei in Indiis Orienta-
libus impetrarunt adversùs ſuum commiſſa-
rium pro defenſione creationis novæ Provin-
ciæ, in quo caſu Romæ fuit judicatum tuiti-
vam licitè fuiſſe impetratam à judice ſæculari
Regiæ Coronæ, & validam fuiſſe, ut teſtatur
Olivete. Fr Emmanuel à monte Oliveti *in practica Re-*
gulari part. 2. art. 7. num. 495.
38 Praxis tamen huius Regni eſt accedente
Regio Decreto Regis Ioannis IV. in pleno
Praxis. Luſitaniæ. Senatu, vulgò, *Rolacam*, die 7. Octobris 1651.
ut Religioſus particularis, ob pœnitētiam im-
poſitam à ſuo Prælato, & ab eo appellans, &
recurrens ad judices Coronæ non admittatur,
nec ei concedatur tuitiva, quia hoc eſt appel-
lare à diſciplina regulari, quod maximè iura
intercludunt, maximeque repugnat libertati
Eccleſiaſticæ; decori, ac auctoritati Religio-
nis ſuæ, cui unuſquiſque ex omni iure tenetur
conſulere, ac attendere, illud autem quod di-
citur de tuitiva adversùs commiſſarium pro
defenſione creationis novæ Provinciæ, non
facit ad rem; quia talis tuitiva adversùs Præ-
latum non fuit ob diſciplinam regularem, nec
ob pœnitentiam ab ea impoſitam, ſed ob con-
ſervationem, & integritatem ſuæ Provinciæ,
ne divideretur, quòd ex multis capitibus po-
terat repugnare Religionis bono, & hoc in-
terveniente benè poſſunt Religioſi appellare,
ac recurrere ad judicem Coronæ, à gravami-
ne facto à judice extraneo ſive ſæculari, ſive
Eccleſiaſtico.

QUÆSTIO VIII.

An ſubditus iniuſtè gravatus teneatur appellare ad ſuperiorem, & an etiam ſuperior teneatur acceptare talem appellationem, quos ſub reſtitutione acceptare iuſtam appellationem, ac querelam ſubditi.

SUMMARIUM.

39 *Cùm de bono famæ, ac honore agitur, tene-tur Religioſus ſub mortali appellare.*
40 *Superior tenetur ſub mortali, imo iuxta ali-quos ſub reſtitutione acceptare iuſtam appellationem, ac querelam ſubditi.*

QUæſtio duas habet partes: & prima in-
quirit, an Religioſus iniuſtè gravatus à 39.
ſuo ſuperiori teneatur in conſcientia appella-
re, cum exiſtimet appellationem futuram eſſe
utilem vitæ ſuæ, famæ, honori, vel auctorita-
ti ſuæ. Reſolutio affirmativa colligitur ex Sa- Salas.
laz *de leg. disp. 15. ſect. 7. num. 93.* & ei adhæ-
ret Baldel. *lib. 5. disput. 44. num. 34.* Et ex eu hoc Baldel.
fit manifeſtum, quia non debemus prodigere
vitam noſtram, noſtramque famam, ac hono-
rem; ex quo dixit D. Auguſtinus *libro de bono*
viduitatis, cap. 22. Conſcientiam noſtram eſſe
neceſſariam nobis, famam proximis: ac proin-
de crudelem eſſe, qui propriam famam con-
temnit. Et hoc fortius militat, ſi dicamus
quòd noſtra fama neceſſaria eſt bono com-
muni, vel alicui familiæ, quia tunc non ſo-
lùm de noſtro, ſed de aliorum damno agitur.
Secunda pars quæſtionis eſt, an ſuperior 40.
teneatur admittere appellationem, quam in-
ferior juſta querela interponit? Reſpondeo
teneri ſub peccato mortali; imò & ſub reſti-
tutione parti læſæ, vel facere inter partes
compoſitionem. Ita Decius, & Francus, *c.* Decius.
de Priore de appellation. Boër. *quæſt. 253. num. 3.* Francus.
Navarr. *in manuali, cap. 25. num.* Rodriguez Navar.
tom. 1. quæſt. 29. art. 4. Probatur; quia judex, vel Rodrig.
ſuperior tenetur ex officio adeſſe ſuo inferiori
juſtè, & debitè ad eum confugienti, aliàs no-
tabile damnum ei infert.

QUÆSTIO VIII.

Quoſnam effectus producat Appellatio

SUMMARIUM.

41 *Explicantur duo effectus appellationis, & Ordinationes Regni Luſitaniæ.*
42 *Si verò iudex non admittit appellationem, quia frivola, an valeat procedere?*
43 *Praxis Religionum, Prælatus procedit.*
44 *Valdè probabile iure Canonico, quod appel-latione frivola non impeditur iuriſdictio iudicis à quo.*

INterpoſita appellatione duo producuntur
effectus, primus devolutivus, quo cogni- 41.
tio cauſæ ad judicem ad quem devolvitur,
cap delictis, cap. ut debitis de Appellat. Secun- C. delictis.
dus eſt ſuſpenſivus, quo ſententia ſuſpen-
ditur, non tamen extinguitur, *cap. venientes* C. ut debiti
de iureiurando: ex quo procedit, quod ratio- C. venientes.
ne prioris effectus litigans eximitur à juriſdi-
ctione judicis à quo, quoad tum ad illam cau-
ſam, & ſubiicitur judici ad quem, cap, *cap. ad*
audientiam de appellationibus. Sic etiam ratio-
ne ſecundi effectus, ligantur manus judicis
à quo, totaque ejus juriſdictio ſuſpenditur
abſque alia inhibitione, ita ut appellatione
pendente nihil valeat innovare: de quo late
Sanchez *lib. 3. conſiliorum, cap. unico disp. 32.* Sanchez
n. 57. Hocque explicat aliquibus limitationi-
bus adhibitis. Tamen noſtræ Regiæ Ordina-
tiones Luſitaniæ *lib. 3. tit. 73.* Statim in prin-
cipio, diſponunt quòd interpoſita appellatio-
ne,

tione, quòd judex ulterius non procedar, & Emmanuel Barboſa multos Doctores citat pro hac parte.

42. An verò quando appellatio interponitur judici à quo, & ipſe eam rejicit, & non admittit, quia ipſa appellatio evidenter eſt frivola, & inutilis, & tantum imponitur ad prorogandam, & implicandam litem, ejus juriſdictio ſit ſuſpenſa, maximè dubitatur, quia fraus, & dolus nemini ſuffragatur. Et latè tractat Oliva, *tom.1.part.1.quæſt.17 num.5. & 10. ac* 14. & circa appellationem frivolam adducā aliqua juris loca ad finem huius quæſtionis, & quo ad judicium ſæculare, quidquid ſit dè hac materia, quæ eſt multis implicata.

Oliva.

Quoad Religioſos verò, communis &

43. univerſalis praxis inter Religioſos eſt, ut Prælatus non admittens appellationem ſubditi ultra procedat, verbi gratiâ, ſit una electio, unus ex capitulo reclamat, & appellat ab electione, præſidens non admittit appellationem, electus perſeverat in ſuo officio, quo uſque electio revocetur, & annulletur à ſuperiore. Vel Prælatus dat pœnitentiam ſubdito, & ipſe ſubditus appellat; prælatus non admittens licite compellit ſubditum adimplere pœnitentiam. Et ratio eſt, quia in Religione nō ſervantur apices juris Deinde quia appellatiu maximè eſt odioſa, & prohibita Regularibus, tum ex inre, tum etiam ex Conſtitutionibus ſummorum Pontificum, ac etiam ipſarum Religionum, ut ſupra dixi in hoc, *cap.q.* 4. in limine, & ſolùm inter Doctores admittitur interveniente manifeſto gravamine contra regulam, vel Conſtitutiones Religionis, ergo quamdiu non conſtat de hoc manifeſto gravamine ex ſententia ſuperioris, appellatio cum ſit prohibita Regularibus, inter eos non admittitur.

Tertiò. Prælatus Regularis ex eo non ad-

44 mittit appellationem, quia eam iudicat frivolam, & inutilem, ut eſt Textus expreſſus, *cap. cum de appellationibus, de appellat.in* 6. Rodriguez, *tom* 2. *quæſt.* 53. *art.* 10. Zarola, Menoch. quos citat Barboſa ad citatum Text. & plures alius citat Langarot. de *Attentata Appellat. limit 6 num.* 1. Eſt etiam textus manifeſtus, *cap.cum. ſpeciali* 61. de appellationibus apud Decretales, §. *Porro.* Vbi Pontifex ait: *Cum appellationis remedium non ſit ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ inſtitutum.* Et inde quod appellatio frivola non ſit admittenda, tenent Layman. citatus, *quæſt.1.num.2.* Lezana, *verb. appellatio num.* 2. Quòd inde mihi eſt probabile, quia, fraus, & dolus nemini patrocinantur.

Cap.cum. de Appellat. Rodrig. Zarola. Menoch. Barboſa. Cap.Cum ſpeciali.

Layman. Lezana

Quæstio IX.

An Appellatio ſuſpendat ſententiam excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti?

Summarium.

45 *Triplex quæſtionis ſtatus.*

49 *Diſtinctione utendum, ſi appellatio eſt ante; vel poſt ſententiam.*

47 *Poteſt fieri appellatio à publicatione, ac denuntiatione ſententiæ.*

48 *Apud Religioſos appellatio ſive fiat ante, ſive poſt ſententiam non ſuſpendit executionem.*

PRius loquimur in hac quæſtione de appellatione, quæ ſit inter ſæculares, vel de 45. illa, quæ ſit à Regularibus coram judice ſæculari, & poſtea erit ſermo de illa, quæ ſit inter ipſos Regulares.

Dico primo loquendo de appellatione in 46. primo, & ſecundo ſenſu, diſtinctione eſſe utendum; vel appellatio antecedit has ſententias & ita appellatio eas ſuſpendit; ita ut ſi poſt appellationem ferantur cenſuræ, ſint nullæ, ac nullius vigoris, quamvis talis appellatio non admittatur à judice à quo, ne litigans ſuam appellationem proſequatur. Ad ferendas enim tales ſententias, requiritur juriſdictio expedita, & non per appellationem ligata. Et idem dicendum eſt, ſi talis ſententia feratur ſub conditione, & appellatio interponatur ante conditionem impletam, *cap Præterea* 2. *de appellat.* vel ſecundò appellatio interponitur poſt prædictas ſententias, & tunc non ſuſpendit, nec tollit effectum, ſive quia prædictæ ſententiæ cum ſint ſpirituales, trahunt ſecum effectum, *cap. Paſtoralis* §. *verum de Appellationibus*: Sive ut ait Peyrin. *de Delict. ſubditi quæſt.* 1. *cap.* 20. §. *unde.* Quia tales nullum effugium habent ad cenſuras evitandas. Ita Sanch. *lib.* 3. *conſilior. cap. unico diſp.* 32. *num.* 246. Pellizar. *tom.* 1. *tractatu.* 6. *cap.* 7. *num.*27.

C. Præterea

C. Paſtorali Peirin.

Sanchez. Pellizar.

Cum hoc tamen ſecundo caſu bene ſtat, 47. quod poſſit ſubditus appellare, à declaratione, ſeu denuntiatione excommunicationis, aliarumque cenſurarum, ne ſcilicet excommunicatus denuntietur, ac publicetur &c. Et tunc ſi denuntietur, denuntiatio nullius vigoris erit; quamvis delictum, ob quod excommunicatio profertur, ſit publicum, & notorium. Ita deducitur ex citato *cap. Paſtoralis*, ut bene expendunt Henriquez, *lib.*13. *cap.* 16. *num.* 2. *litera M.* & Sanchez proximè citatus.

C. Paſtorali Henriq. Sanchez.

Dico ſecundò. In tertio ſenſu quæſtionis 48. prout appellatio profertur inter Regulares, quod licet appellatio antecedat, vel ſubſequatur ſententiam excommunicationis latam à ſuperiori Regulari erga ſuum ſubditum excommunicatio tenet, donec à ſuperiori annulletur, ita tenet communis praxis Religioſorum, ac proinde ſi Prælatus præcipit ſubdito ut obediat inter viginti quatuor horas, & hoc ſubditus non facit; quamvis appellet, valide eum declarare poteſt excommunicatum donec à ſuperiore revocetur, & hoc patet ex proximè dictis in fine ſuperioris quæſt & ratio eſt, quia appellatio eſt maximè odioſa, & prohibita Regularibus cum ſit à diſciplina regulari, & ſolum in raro caſu evidentis gravaminis admittitur, & quandiu hoc non declaratur à ſuperiori, cenſura lata à Prælato inferiori tenet Vide finem antecedentis quæſt. & ſemper ſtandum eſt judicio Prælati; donec à ſuperiore aliud non declaratur.

Praxis Religioſorum

Digitized by Google

Qvæstio X.

Explicatur appellatio frivola, quæ etiam non datur, nec à lege, nec à Iudice.

SVMMARIVM.

49 *Quid ſit appellatio frivola.*
A lege, vel pœna illius non datur appellatio. Ibidem.
50 *A Iudice executore non datur niſi excedat modum.*
51 *Iudex executor ſciens ſententiam injuſtam, vel habere intolerabilem errorem exercendo peccat.*

49. Rodrig. APpellationem frivolam explicat Rodriguez *tom.2.quæſt. Regular.quæſt.*53.*art.*10. ex Innocentio, Geminiano, Ioanne Andræa, Hoſtienſi, & ex aliis Doctoribus eſſe illam, cum quis appellat ſine cauſa, ut cum quis appellat non gravatus: vel eſt illa, quæ eſt vana, & inanis, vel quæ nullum poteſt ſortiri effectum Addo etiam, quod injuſta eſt appellatio, quæ fit à lege, ſeu pœna legis, iuxta Panormitanum ſuper *cap. fin.de Conſtitut.* ubi quod ab ſtatuto non poteſt appellari, ut latè probat Miranda *in Ordine judiciario, quæſt.* 30. *art.*9 *conclus.*3. Et ratio eſt: quia nemo poteſt appellare niſi à gravamine ſibi illato, vel comminato, lex autem, ſeu ſtatutum neminem gravat per ſuam diſpoſitionem.

50. C.Conſul. Eſt etiam appellatio frivola, & inepta, quæ fit à mero Judice executore, niſi modum executionis excedat. Vt habetur *cap. quoad conſultationem de re judicata*, & *cap.ſub illo* 2. *quæſt.*6. § *ſunt quorum*, & per alios multos textus citatos à Gloſſa *in cap. Paſtoralis de officio ;& poteſtate Iudicis Delegati*, §. *ſi ſciat* Indéque notatur, quod merus executor non poteſt exceptiones admittere, nec de eis iudicare, eique tantum committitur Decreti executio, ut docent Abbas *ibi à num.* 3. Cardinalis *quæſt.*8. Felinus *à n.*16. Covar. *Practicar. cap.*16.*num.ultimo.* Abbas. Cardinal. Felinus. Covar.

51. Notandum tamen eſt ex Gloſſa §. *ſecus ſi ſciat illam nullum eſſe*, quod merus executor non tenetur, nec juſtè poteſt ſententiam notoriè injuſtam, & conſequenter continentem nullitatem, vel intolerabilem errorem exequi. Et hanc Gloſſam ſequuntur hic Abbas *num.* 2. Imola *num.* 4. ubi dicit ab omnibus approbatam, Felinus *in cap. de cætero, column. infrà de re judicata*, Gratiano, Azevedo, Belling. Navat. Roland. Salzedo, Menochius, ac alij, quos citat; ac ſequitur Barboſa *in dicto cap. Paſtoralis, num.*14. Quod confirmatur ex doctrina D.Thomæ 2.2.*q.* 64. *art.*6.*ad.* 3. ubi docet, quod eo nomine peccabant Martyrum carnifices, ex eo quod ſententias intolerabilem errorem, & notoriam injuſtitiam continentes exequebantur. Gloſſa. Abbas. Felin. Gratian. D.Thom.

RESOLUTIO XII.

Arma.

Quæstio Prima.

Quinam ſint Religioſi quibus prohibentur arma tenere inter ſepta Monaſterii, & ſub qua pœna?

SVMMARIVM.

1 *Quid intelligitur per ſepta Monaſterij, & quid per arma prohibita.*
2 *Prima opinio de omnibus Religioſis procedit.*
3 *Solum excommunicatio comprehendit Monachos nigros, & non alios.*
4 *Qui habet arma ex ignorantia, non ligatur cenſura, nec qui veniens ad Conventum ſtatim admittit. Ibid.*
Qui tenet arma in alio Monaſterio, non ligatur. Ibid.
Si Prælatus ſit nimis durus, ſubditus non poteſt tenere arma. Ibid.
Hæc excommunicatio non eſt reſervata. Ibid.

VT clarè, & diſtinctè procedamus; in limine quæſtionis inquirendum eſt, 1. quid per ſepta Monaſterij, & quid per arma intelligatur in præſenti. Per ſepta Monaſterij intelligitur totum illud ſpatium; extra quod non licet exire; ſine Abbatis licentia. Secundò per arma denotantur arma bellica ad pugnam, ac defenſionem instituta, ut lapides, ligna, baculi, ac gladioli ad menſam non veniunt ſub præſenti prohibitione. Ita tenent Navarrus *cap.* 27 *num.*139. Navarr. *verſ.*137. Suarez *de cenſuris, diſput.* 23. *ſect.* 5. Suarez. *num.*8. Filliucius *tract.*14.*cap.*8. *quæſt.* 6. *n.*142. Sayrus. Sayro *de cenſur.lib.*3 *c.*34. Unde dicunt prohibita ſunt gladij, lanceæ, ſclopi, tormenta ænea, galeæ, &c.

Quæſtio præſens eſt, quia Pontifex in 2. Clementina prima de ſtatu Monachorum *cap. Ne in agro*, §. *Quia vero, ad finem*, ait: Cap Ne in agro. *Præfata quoque ſententia* (ſcilicet excommunicationis) *Monachos inter ſepta Monaſteriorum ſine licentia Abbatum ſuorum arma tenentes decernimus ſubiacere.* Quinam ſint iſti Monachi; eſſe omnes Religioſos, ſiue Monachos nigros, ſive alterius Religionis, & habitus, tenent Sylveſter, Toletus, Sayro, quos citat, ac ſequitur Bonacina *de excommunicatione extra Bullam, diſp.* 2. *quæſt.*8.*punct.*16. *num.* 6. *ad finem*: nam Textus generaliter loquitur de Monachis, ac proinde generaliter ac ſine diſtinctione eſt intelligendus. Sylveſt. Toletus. Sayro. Bonacina.

Dico in hac re cum communi, & vera ſen- 3. tentia, quod ſolum in hac excommunicatione incidunt Monachi nigri, ſeu D. Benedicti, qui ſine licentia ſui Prælati tenent intra ſepta

Monaſterij arma offenſiva, ſive defenſiva;
non verò hac cenſura ligantur Religioſi al-
terius Religionis, etiam Canonici Regula-
Suar. res Hanc concluſionem tenent Suarex, &
Filliuc. Filliucius *citato loco* Miranda *in manuali*,
Mirand. *tom 2. quaſt. 55. artic.* 18. M. Lezana *tom.*1.
Lezana. *cap.*9. *num.*27. Et probatur. Quia dicta Cle-
mentina ſtatim in ſui exordio de Monachis
nigris loquitur; ergo de eis tota eius diſpo-
ſitio, niſi aliud exprimatur, eſt intelligenda.
Deinde, quia ut ait Suarez *citata diſput.*23.
ſectione 5. *num.* 4. & 8. Textus loquitur de
Monachis; verba autem in pœnalibus re-
ſtringi debent, & non ſunt extendenda ad
alios Religioſos Mendicantes: nam Mona-
chus derivatur à voce Græca, id eſt, *Solita-
rius.* Quod autem Canonici Regulares non
comprehendantur, ex eo patet; quia cum
Pontifex immediatè antea aliam excommu-
nicationem poſuiſſet contra Monachos ad
Principum Curias venientes, expreſsè tunc
Gloſſa. nominavit Canonicos Regulares, non verò
in hac contra arma tenentes, ut notat Gloſſa
4. *in dicta Clementina.verb. Monachos.* Ex quibus,

Nota primò, quod cum in dicta Clemen-
tina ſæpè ponatur verbum *præſumpſerint*; quod
hac excommunicatione non ligantur tenen-
tes arma in Monaſterio bona fide vera, aut
ſaltem putata, ſeu ignorantia, ita com-
Palaus. muniter Doctores, quos citant, ac ſequun-
tur Caſtro Palaus *tomo ſexto, diſput.* 3. *de cen-
ſuris, parte* 34. *numero quinto.* Nota ſecundò.
Quod Monachus veniens ad Monaſterium
cum armis, & ſtatim ea foras dimittit, non
incurrit hanc cenſuram, quia ut notat Caie-
tanus *in ſumma, verb. Tenere*, dicit conti-
nuationem, & perſeverantiam. Nota tertiò
cum Suarez, Navarro *citatis locis*, cum qui-
bus eſt Graſſius *in deciſ. aureis, lib.* 4. *cap.* 21.
*num.*19. quod Monachus tenens arma in alio
Sylveſt. Monaſterio diſtincto à ſuo non ligatur tali
Navar. cenſura, quia mens Pontificis eſt ut non te-
Lezana. neat arma ſecum. Nota quartò. Quod Sylve-
ſter, & Navarrus dicunt, cum quibus eſt Lezana
*verb. Arma, num.*1. Quod ſi Abbas nimium
ſæviter in Monachos, licitum eis eſſet habere
arma ad ſui defenſionem; hoc tamen non
approbo, eſt enim aperire oſtium ad multa
mala contra Religioſam modeſtiam. Nota
quintò, quod ab hac excommunicatione poſ-
ſunt abſolvere Confeſſarij Ordinarij Mona-
chorum, quia nulli eſt reſervata, & ita omnes
Auctores citati eam referunt inter non re-
ſervatas, ut Toletus *in ſumma, libro primo*,
*c.*39. Navarrus *in manuali, c.*27. *n.*139. & alij.

Quæstio II.

Quid dicendum de Regularibus in ſtatu Mediolanenſi?

Summarium.

5 *Decretum Congregationis circa ſtatum Mediolanenſem.*

9 *Hac Conſtitutio obligat in ſtatu Mediolanenſi, & non extra illum.*

In dicto ſtatu ſolum prohibentur arma expreſſa in dicta Conſtitutione. ibid.

Comprehenduntur, qui ex dolo, & malitia faciunt. Ibid.

Hæc excommunicatio eſt reſervata. Ibid.

VT refert Naldus *in ſumma, verbo Re-* 5.
ligioſus, num. 50. Sacra Congregatio Naldus.
Cardinalium: *Decrevit, ac ſtatuit ne in ſta-* S.Congreg.
*tu Mediolanenſi quiſque Regularis cuiuſcunque
Ordinis arma cuiuſvis generis prohibita præſer-
tim vero ſclopetos rotatos, tam longiores, quam
etiam breviores intra Eccleſias, ſuave Monaſte-
ria in dicto ſtatu tenere audeat, aut præſu-
mat, ſub pœna excommunicationis latæ ſen-
tentia, quam ſibi reſervavit, ac inſuper priva-
tionis officiorum, & dignitatum, ac beneficiorum,
ac inhabilitatis ad quæcunque officia in poſte-
rum obtinenda ipſo facto abſque ulla declaratio-
ne incurrenda*, &c.

Circa quod aliqua ſunt notanda. Primò, 6.
quod hoc Decretum ſolum afficit degentes
in ſtatu Mediolanenſi, non verò extra illum;
ut patet ex ipſo verbo repetito *ſtatu Medio-
lanenſi.* Ita Peirinis *tom.*1. *Privileg. Minimo-* Peirinis.
*rum, in Conſtitut.*4. *Clement VIII. n.*9. Deinde
ſecundo, in dicto ſtatu Religioſis non prohi-
bentur quæcunque arma, ſed tantùm expreſſa
in dicto Decreto, ut patet ex ipſius verbis, un-
de alia arma, ſive offenſiva, ſive defenſiva, ut
gladij, enſes. Nota etiam tertio, quod cum in
dicto Decreto dicatur, *nec audeat, vel præſu-
mat*, ſolum excommunicatio ponitur contra
audentes, ac præſumentes, unde ſolum in
illa comprehenduntur, qui ex dolo, vel ma-
litia arma geſtaverint, vel tenuerint, non ve-
ro qui ex ignorantia id fecerint. Ita Pellizarius Pellizar.
*tract.*7. *cap.*11. *n.*188. Quartò, cum hæc excom-
municatio ſit reſervata, tolli non poteſt niſi
ab eo, qui habet facultatem abſolvendi à cen-
ſuris reſervatis; de quo dicam cum de abſolu-
tione cenſurarum fuerit ſermo.

Quæstio III.

Vtrum Iudex ſecularis, eiuſve Miniſtri poſſint inventum Regularem cum armis prohibitis, eum ab eis ſpoliare?

Summarium

7 *Miniſter laicus inveniens Eccleſiaſticum, non poteſt auctoritate propria eum tenere, ac capere, niſi animo ſtatim præſentandi ſuo Prælato.*

8 *Prima opinio affirmat inventum Regularem à Miniſtro laico poſſe ab eis ſpoliari.*

9 *Vera ſententia negat.*

10 *Eccleſiaſticus exercens venationem, vel piſcationem prohibitam, non poteſt privari ſuis inſtrumentis à Miniſtro laico.*

11 *Eccleſiaſticus inventus cum armis prohibitis non poteſt reſiſtere.*

MIniſter laicus noctu, vel die inveniens 7.
Clericum, vel Religioſum cum armis,
ſive

ſive cum habitu, ſive ſine illo, auctoritate propria abſque facultate Sedis Apoſtolicæ, vel ſui Prælati, non poteſt ipſum capere, ac tenere; hoc eſt enim eis probibitum in Bulla Cœnæ *cap.* 16. Poteſt tamen ipſe miniſter ſæcularis ipſum Religioſum capere, ac tenere conſulens utilitati, ac quieti Reipublicæ, honori, ac decori Religionis, ne taliter ipſe vagabundus degat, animo tamen deferendi eum, ac præſentandi ſuo Prælato. Ita Bellectus, Bobadilla, Souſa, Bañez, Lorca, & alij, quos citat, ac ſequitur Diana *parte prima, tractatu ſecundo, de immunitate, Reſolut.* 11. & ita obſervat Praxis. Advertit tamen Barboſa *in ſuis collect. tomo primo, libro tertio, titulo primo, capite ſecundo, numero ſeptimo,* Iudicem ſæcularem non poſſe Eccleſiaſticum detinere in ſuis carceribus, niſi tantùm ut citiſſimè moraliter deferat ad ſuum Prælatum ne fugiat.

Bulla Cœn.
Bellectus. Bobadilla. Souza. Bañez. Lorca. Diana. Barboſa.

Magna difficultas eſt, an Iudex laicus, vel eius miniſtri poſſint privare, ac ſpoliare Regularem inventum cum armis prohibitis lege Principum, ac Regum? Affirmant multi ex Canoniſtis, ut Covarruvias, Azevedus, Plaza, Antonius Gomez, Cenedo, & ex Theologis, Rodriguez, Ioannes de la Cruce, Bañez, Graffius, Ortix, Lorca, Vaſquez, & alij, quos citat Diana *parte prima, tractatu ſecundo, de immunitate, Reſolutio* 9. Fundantur in eo, quia in tali caſu Miniſtri hoc faciunt, non inducendo pœnam legis, ſed faciendo ut lex ſervetur.

Covar. Azeved. Plaza. Gomez. Graffius. Rodrig.

9 Oppoſita ſententia, & omnino vera, quod Miniſtri talia facere non poſſunt, tenent multi Doctores, quos citat, & ſequitur Barboſa *in ſuis collectis, tomo primo, libro tertio, titulo primo, capite primo, numero ſexto,* & *tomo ſecundo, libro quinto, titulo* 39. *cap.* 25. *numero quarto.* Bonacina *de leg. tomo ſecundo, diſputat.* 10 *quæſtione* 2. *punct.* 1. §. 1. *num.* 2. & alij, quos citat, & adducit Diana allegatus, & Lezana *verb. Arma, numero quinto* Pellixarius *tomo ſecundo, titulo octavo, cap.* 6. *numero duodecimo.* Layman *libro quarto, tractatu nono, capite quarto, numero ſeptimo,* adducens pro ſe Suarium. Et ratio eſt, quia licet Eccleſiaſtici ſubiiciantur legibus civilibus pro publica civitatis quiete quoad vim directivam, non tamen quoad coactivam, armorum autem ſpoliatio, & amiſſio continet violentiam, ac ſuperioritatem, ac rationem pœnæ, quæ non poteſt exerceri à Iudice ſæculari propria auctoritate, & ideo res deferenda eſt ad Epiſcopum, vel Prælatum Regularem, à quibus talis Eccleſiaſticus ſuis armis ſpoliandus eſt.

Barboſa. Bonacina. Diana. Lezana. Pellizar. Layman.

10 Ex quibus nota. Primò contra Villalobos *in Summa, tomo ſecundo, tract.* 10. *difficult.* 16. *numero ſecundo.* Ledeſmam *in Summa, tomo ſecundo, tractatu octavo, capite nono, concluſione* 33. Cenedum *in collectis iuris, parte prima, collect.* 37. *num.* 19. aſſerentes Clericum exercentem prohibitam venationem, vel piſcationem poſſe ſpoliari à Iudice ſæculari, vel à ſuis Miniſtris, avibus, vel canibus, vel aliis inſtrumentis; quod non eſt dicendum, cum illud ſit exerceri actum iuriſdictionis, ac violentiæ in

Villalob. Ledeſma. Cenedo.

Sylveira Opuſcula.

Eccleſiaſticum, ſed res deferenda eſt ad ſuum Prælatum.

11 Nota ſecundò contra Riccium *part.* 3. *deciſ.* 599. *per totam.* An Clericus ferens arma poſſit reſiſtere cum armis Miniſtro laico, volenti eum capere? Reſpondet affirmative. Contrarium tamen dicendum eſt, non enim cuſtodienda eſt Eccleſia Dei more Caſtrorum, ſed res deferenda eſt ad Prælatum Eccleſiaſticum. Nota tertiò contra Vaſquez 1. 2. *diſp.* 167. *cap.* 4. *num.* 31. Ubi excipit caſum, in quo armorum uſus prohibitus eſt, tanquam Reipublicæ perniciosus, itaut nequeant domi retineri, tunc ait ipſe, à Civili Magiſtratu pro defenſione ſuæ legis poterunt etiam vi arma auferri ab Eccleſiaſtico; ſed ego dicam, quod prius ſuperior Eccleſiaſticus certior de hac re eſt faciendus, ut talia arma auferat à ſuo inferiori, etſi ſuperior Eccleſiaſticus non adhibuerit opportunum remedium, tunc auferenda à Magiſtratu civili pro conſervatione reipublicæ ex vi legis naturalis.

Riccius. Vaſquez.

Quæstio IV.

An urgente neceſſitate Eccleſiaſticus, ſeu Regularis poſſit uti armis etiam prohibitis?

SUMMARIUM.

12 *Eccleſiaſticus poteſt ſecum portare arma etiam prohibita ad evitandum periculum ſua vitæ, ſuarùmque rerum.*

13 *Si in propoſito caſu percutiat, & occidat, non incurrit irregularitatem.*

12 Dico in hac difficultate, quod urgente neceſſitate, verbi gratia, ſi Clericus, vel Regularis timet ſibi mortem ab inimicis, vel latronibus, aut ſpoliari à ſuis rebus, licitè poteſt, non ſolùm communia arma; ſed etiam ſpecialiter prohibita ſecum portare, ſi tantùm periculum aliter non poteſt evitari, ius enim naturale conſervandi propriam vitam, réſque ſuas omni poſitivæ legi antefertur, Molina *tom.* 1. *de iuſtitia, diſputat.* 108. §. *Primus caſus.* Graffius *deciſ. aureis, part* 2. *lib.* 2. *cap.* 20. §. *Tertio ſciendum.* Barboſa *de Officio Parochi, cap.* 6. *num.* 53.

Molin. Graffius. Barboſa.

13 Si autem tunc percutiat, ac occidat pro conſervatione propriæ vitæ, certum quod nullam incurrit irregularitatem, ut deciditur in Clementina *ſi furioſus de homicidio*; & communiter ſupponunt Auctores, & ſpecialiter Suarez *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 47. *ſect.* 6. *num.* 1. Sic & etiam qui alterum occidit in defenſionem ſuarum rerum, irregularitatem non incurrit, ut docent Coninch. *diſp.* 18. *de cenſuris, num.* 89. Filliucius *tract.* 19. *num.* 51. Portel. *in dubiis, verb. Homicidium, n.* 34.

Clementina Si furioſus. Suarez. Coninch. Filliucius. Portel.

RESOLUTIO XIII.

Explicantur quædam Axiomata, quæ frequenter veniunt apud Regulares.

QUÆSTIO PRIMA.

In Religione non ſervantur apices iuris, ſed ſolum quæ ſunt de ſubſtantia iuris.

SVMMARIVM.

1 *Religiones habent privilegia, ut in eis non obſerventur apicet iuris, & n. 2.*
3 *Quinam communiter dicantur apices juris.*
4 *Quænam ſint de ſubſtantia iuris.*

1. DE Axiomatibus juris varij Auctores
varios tractatus ediderunt, & maxi-
mè Auguſtinus Barboſa *in tom. cuius
Titulus eſt Tractatus varij*; Nos verò pauca
ponimus uſu frequentiora. Bonifacius V I I I.
Bonif. VIII. Fratribus Minoribus conceſſit, ut in ſuis ju-
diciis, & proceſſis non teneantur ſervare apice
Monumenta juris. Habetur Bulla in libris Monument.
Ordinus. Ordinum *fol.* 125. & poſt medium Bullæ ſic
conceſſit Papa.
Nos piis veſtris ſupplicationibus inclinati,
2. *vobis auctoritate Apoſtolica indulgemus, ut ad
correctiones, & punitiones Fratrum ejuſdem Or-
dinis delinquentium infligendas, Prælati Ordinis
ſupradicti (ad quos eadem ſpectare noſcuntur)
rimulis iuris, & apicibus eius poſtpoſitis liberè
procedere valeant ſecundum conſuetudines ap-
probatas, & generalia facta, vel facienda ipſius
Ordinis ſtatuta Neque volumus eiſdem licere
Fratribus, ab eiſdem correctionibus, & punitio-
nibus aliquatenus appellare* &c. Ita Summus
Pontifex, de quo privilegio per communica-
tionem participant aliæ Religiones.
Apices ergo juris ſunt dilationes tot, &
3. Clem V. tantorum dierum, ut ait Clemens Papa V. In
Clementina ſæpè contingit de verborum ſigni-
ficatione, dicens: *Inter apices iuris conſentur
dilationes.* Imò & quod teſtes publicentur: nam
in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis, ubi om-
nia, quæ ſunt de ſubſtantia juris, perfectiſſimè
obſervantur; tamen teſtes non publicantur,
quia non ſunt de ſubſtantia juris, & alia ſi-
milia.
De ſubſtantia iuris eſt, ut pars citetur, acto-
4. rum copia detur; teſtes proferantur, ac exami-
nentur. De quo Gratian. *deciſ* 68. *n.* 12. Meno-
Gratian. chius *de arbitr. l.* 1. *q.* 51. *n.* 4 & *conſ.* 25. *n* 12. &
Menoch. *conſ.* 263. *n.* 3. Marta *de clauſ.* 368. Caldas Pe-
Marta. reira *de empt. c.* 33. *n* 30. & alij multi, qui etiam
Caldas Per omnes notant, quod maximè de iure divino
ac naturali eſt, ut reus audiatur iuxta illud
Ioan. 7. n. 51. *Nunquid lex noſtra judicat homi-
nem, niſi prius audiatur ab ipſo, & cognoverit,
quid faciat.*

QUÆSTIO II.

Ex quibus argumentum ſumendum, ac formandum ſit?

SVMMARIVM

5 *Argumentum ejuſdem qualitatis cum ſuo principali.*
6 *In jure valet argumentum à ſimili.*
7 *Æquipollentium eadem eſt diſciplina.*
8 *Animus dignoſcitur ab operibus.*
9 *Actus agentis non operatur ultra intentionem.*
10 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

ARgumentum debet eſſe ejuſdem qua-
litatis cum ſuo principali, cui acce- 5.
dit, *lex etiam, Cod. de iure Dotum. leg.* 3. Barthol.
ff. de pactis dotalibus, Bartholom. Perez *ad
Extravag. Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non* Baldus.
alienand. Baldus *conſilio* 407. *in quæſtione,* Tiraquell.
num. 3. Tiraquellus *de retractu Lignag.* §. 1. Gloſſa.
Gloſſa 18. *numero quinquageſimo primo, quin-* Barboſa.
quageſimo ſecundo; & alij multi, quos citat Bar-
boſa *Axiomat.* 34. *n.* 1.
Secundò. In iure valet argumentum à ve- 6
riſimili, illúdque pro diſpoſito habetur,
quod veriſimiliter fuiſſet diſpoſitum, ſi diſ-
ponens, verbi gratiâ, ſuperior fuiſſet de il-
lo interrogatus. Baldus, Paulus de Caſtro, Baldus.
& alij *in leg. Tale pactum*, §. *fin ff. de pa-* Paulus.
ctis? Sapientiſſimus Mag. Fr. Antonius de Souſa.
Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lege quarta, cap.* 9.
num. 7.
Tertiò. Æquipollentium eadem eſt diſci- 7.
plina, *l. ſi mater*; cum Gloſſa, Bartolus *Cod. de* Gloſſa
inſtitutione, & alij cum Lezana *conſultat.* 30. Bartol.
num. 26. Et idem eſt. Vbi militat eadem ra- Lezana.
tio, ſtat eadem legis diſpoſitio, *leg. Illud,
ff. ad l. Aquiliam, l. ſi poſtulaverit*, §. 2. *ad le-
gem Iuliam, de Adulteris, l. Quidam nummula-
rios, ff. de edendo*; unde ille, qui Miſſam ce-
lebrat abſque Ordine Sacerdotali, incurrit
irregularitatem, & deinde alias pœnas impo-
ſitas in jure.
Quartò. Animus dignoſcitur ab operi-
bus operantis, & talis præſumitur, qua- 8.
lem facta demonſtrant, *leg.* 1. §. *fin. ff. de do-
lo.* Maſcardus *de probationibus, concluſione* 95. Maſcard.
numero primo, & ſequentibus, conſilio 1304.
numero vigeſimo quarto. Farinacius *in praxi cri-* Farinac.
min. quæſtione 89. *num.* 76. & maximè ſi ver-
ba etiam iunguntur, quia ex illis etiam cum
operibus bene dignoſcitur animus, & in-
tentio hominis, *l. Labeo, ff. de ſupellect. le-
gat. cap. Secundo requiris, de Appellationibus.*
Albanus *conſil.* 119. & *conſil.* 626. *numero nono.*
Surdus *conſil.* 82. *num.* 33. & *conſil.* 471 *num.* 33.
Quod fortius procedit, cum verba, opera, ſeu
facta non ſolùm antecedentia; ſed conſequen-
tia fuerint Rota *deciſ.* 64. *num* 5. *part.* 2. & *de-
ciſ.* 306. *num.* 5 *part.* 2. *recent.* Menoch. *conſil.* 1.
num. 294. *ac ſequent.*

Quintò.

Quintò. Actus agentium non operatur vltra intentionem eorum, *leg Non omnis, ff. ſi certum petatur, l. in agris, ff. de acquirend. rerum dominio*, & actus ſemper iudicatur à principali intentione agentium, *l ſi quis nec cauſam, in principio*, ibi Baldus *ff ſi certum petat l. qui exceptionem, ff. de conditione indebiti, l. 1. C. ad legem Cornel. de Sicar.*

Baldus.

10. Sextò. De uno ad aliud non poteſt fieri illatio, niſi quando ſunt eiuſdem rationis, diverſorum enim diverſum eſt iudicium, *l. inter ſtipulationem, § Sacram. ff de verbor. obligat.* Stephan. Gratian. *deciſ. 32. num. 8.* Unde Emmanuel Sà ait: Prælati exempti habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuos, non poſſunt in eos quidquid poſſunt Epiſcopi in ſibi ſubditos, niſi ex ſpeciali indulto Sedis Apoſtolicæ.

Steph. Grat. Sà.

11. Septimò. Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi iniuriarum, ff. ſi quis caut.* ibi Bartolus, Baldus, Angelus, & alij: quod intelligitur, quando ſubrogatus eſt æqualis conditionis cum eo, cui ſubrogatur. Menoch. *conſil. 784. numero duodecimo*, Barboſa *Axiom. Iuris, Axiom. 273. numero primo*, unde inter Generalem, & Vicarium Generalem militat differentia. De quo latè Lezana *in Conſult. conſult. 28. numero vigeſimoprimo.*

Bartolus. Baldus. Angelus. Menoch. Barboſa. Lezana.

Quæstio III.

Ex quibus præſumptiones efformandæ?

SUMMARIUM.

12 *Delictum in dubio non præſumitur.*
13 *Factum non præſumitur, niſi probetur.*
14 *Geminatio actus enixam voluntatem indicat.*
15 *Probabilis ſuſpicio metus ſufficit ad irritandum actum.*
16 *Tacens longo tempore conſentire præſumitur.*
17 *Veritas prævalet præſumptioni.*
18 *Præſumptio fortior tollit debiliorem.*

12. PRimò. Delictum in dubio non præſumitur, & ideo actus, qui poteſt ſonare delictum, interpretandus, ut delictum abſit, *l. Merito, ff. pro ſocio, l. Prætor, § docere, ff. de vi boni rap. cap. Hoſte de regulis iuris in Decret.* Ibi etiam Doctores, Adeo ut interpretatio ſemper facienda ſit, ut excludat delictum Abbas *in cap. Cum tu de teſtibus.* Maſcardus *de probationib. concluſ. 496.* Farinac. *in praxi criminali, part. 3. q. 85. n. 1.*

Abbas. Maſcard. Farinac.

13. Secundò. Factum non præſumitur niſi probetur, *l. in bello, § facta, ff. de captivis, & poſt lim. reverſ. l. ſi emancipat. 9.* vbi Iaſon, & alij. Nihil inde inferri poteſt. Deinde quia factum contra ius, pro non facto habetur, *l Iubemus, § Prædia, Cod. de Sacroſancta Eccleſ. cap. Quæ contra ius 64. de regulis iuris, lib. 6.* Tandem quia factum non attenditur, ſed quod debuit fieri, *leg. Nemo, Cod. de ſentent. & interlocut.* & ita de facto revocandum, quia facta de facto, etiam ſunt revocanda de facto iuxta notat. *in l. 1. §. Nunciatio, ff. de novi oper. & nunciat. in & cap. 1.* ut lite pendente. Alexand. *conſil. 179.*

Iaſon. Alexander

Tertiò. Geminatio actus enixam voluntatem, & majorem deliberationem indicat, *l. Baliſta, ff. ad Trebellian.* Bartol *in l. Cum ſcimus, num. 7. Cod. de Agricult. & cenſibus, lib. 11.* Decius *in l. 1. num. 30. C. de pactis*, & *conſil. 51. cap. 2.* & *conſil. 180. col. 3.* multi alij apud Barboſam *tractatu de Axiomat. Iuris, Axiom 105. n. 1.* 14.

Bartol. Barboſa.

Quartò. Iuxta, & probabilis ſuſpicio metus ad irritandum actum ſufficit, quia illa habetur pro vero metu. Baldus *in leg. fin. num. 7. Cod. de iure delib.* Remin. Sen. *conſ. 15. num. 6.* Alban. *conſil. 77. num. 11.* quos citat, ac ſequitur Rota *deciſ. 374. num. 18. coram Gregorio XV. & Sigiſm. de bono, ſuprà, num. 15.* Quæ enim fiunt per metum non ſolùm irritari debent, ſed etiam pro iure irritæ ſunt, *cap. Bona memoria, de elect.* Navarrus *conſil. 5. n. 2.* Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 2. q. 23. art. 1.* 15.

Baldus. Rota. Navarr. Miranda.

Sextò. Tacens longo tempore conſentire præſumitur. Baldus *in l. ſi filius, Cod. de petit. hereditatis.* Angelus *in l. qui aliena, in principio, ff. de acquirenda hæreditate.* Alexander *in leg. 2. §. voluntate, ff. ſoluto matrimonio* Maſcardus *de probation. volunt. 3. conſil. 1218. num. 50* & tacens per longum tempus, iuri ſuo renuntiare præſumitur, ut per Rotam; & Doctores probat idem Maſcardus *concluſione 1263. num. 27.* 16.

Baldus. Angelus. Alexander. Maſcard.

Septimò. Præſumptio cedit veritati, quia veritas prævalet præſumptioni, quod ex multis iuribus probant Socin. *conſilio 164. colum. 5. verſ. Sed hanc obiectionem.* Pariſius *conſil. 29. num. 44. lib. 2.* Rolandus à Valle *conſil. 99. num 11. lib. 1.* Surdus *conſil. 7. num. 61.* & *conſil. 16. num. 22.* & alij multi apud Barboſam *Axiom. 186. num. 1.* Unde infertur, præſumptiones ceſſant in claris. Anton. Menoch. *deciſ. 51. n. 49.* 17.

Socin. Pariſ. Roland. Barboſa.

Octavò. Præſumptio fortior tollit debiliorem, *l. Divus ff de integritate reſtitut. l Non ſolum, ff. de ritu nupt.* latè Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 30. num. & conſequentibus, & lib. 6. præſumpt. 64. num. 46.* Stephanus Gratianus *tom. 4. cap. 611. n. 33.* 18.

Menoch. Gratian.

Quæstio IV.

Quomodo in dubio habendum ſit?

SUMMARIUM.

19 *Actus in dubio debet interpretari validus ad omnem diſpoſitionem.*
20 *Reus in dubio eſt abſolvendus.*
21 *Dubia in meliorem partem interpretanda.*
22 *In dubiis tutior pars eligenda, & etiam dubius ab ignorante non diſtat.*

PRimo. Actus in dubio debet interpretari, ut validus habeatur, *l. Quoties, ff. de rebus dubiis, leg. ſi quando, ff. de legatis 1.* Abbas *in conſil. 62. in controu. concluſ. 1. num. 7.* Roland 19.

Abas. Roland.

à Valle *conſil.* 61.*num.* 23.ubi extendit ad omnem actum. [Roman.] Roman. *conſil.*180. §. *ſi admittimus*, *num.* 4. *cum ſequentibus*: vbi extenditur ad omnem diſpoſitionem, videlicet contractum, teſtamentum, iuramentum, atteſtationes, & privilegia.

20. Secundò. Reus in dubio eſt abſolvendus, *l.Arrius*, *ff. de arte obligat. cap. Ex literis*, *de probat. l.Qui accuſare*, *C. de edend.* Tertiò In dubio de validitate actus debet interpretari [Labeo.] quod valeat, *ff.de iniur. l.apud Labeonem*, *§ ſi communem*, *ff. de ſerv. car. l ſi quis ſervum*, *in fine*, [Bartol.] Bartol. poſt [Gloſſa.] Gloſſam *in l.Non ſolum §. ſed vt probari in* 1. *col. in fine*, *ff. de oper.novi nunc.* [Baldus.] Bald. *in Rub. C. de fine inſtrum.* 4. *columñ. in verb. Iuxta hoc quæritur.* Quartò. Dubia in meliorem partem interpretanda. [Bertachin.] Bertachinus *in Repertor.* 2. *part. verb. Dubium.* [Franc.Mol.] Franciſc. Molina *de ritu nuptiar. lib.* 1. *compar.*16. *num.*2.

21. Quintò In dubiis tutior pars eligenda, *l.ſi fuerit*, *§ ultim. ff.de rebus dubiis*, *cap. Iuvenis*, *de ſponſalibus*, *cap. Ad audientiam*, *de homicidio*, Covar. *in cap. Alma mater*, *part.*1. *§* 2. *num.*5. *caſu* 1. [Navarr.] Navar. *in manuali*, *cap* 27. *num.* 139.

Sextò Dubius ab ignorante non diſtat, *l. Manifeſtiſſimi*, *§. ſin autem neſcius*, *C. de furtis*, [Gama.] Gama *Luſitan. deciſ.* 91. *num.*1. *in principio.* [Surdus.] Imò comparantur ex Surdo *deciſ.*265.*n.*17. Limitat tamen, cum dubitans tenebatur inquirere, & de facili potuit certificari. Idem Surdus *conſil.* 379. *num.* 18. & *conſil.* 528. *num* 43. [Decian.] Decianus *conſil.*39. *num.*21. §.*ſi fortè.* Odd. *de reſtit in integrum*, *part.*1.*quæſt.*8.*art.*9.*num.*47. [Farinac.] Farinac. *Prag. crim.p.*2.*tit.*1.*n.*96.

QUÆSTIO. V.

In diſpoſitione rerum, quomodo agendum ſit?

SUMMARIUM.

21 *Quilibet de re ſua poteſt diſponere, & teſtator legem ſuis rebus ponere.*

23 *Diſpoſitio intelligitur de rebus ſic ſtantibus.*

24 *Diſpoſitio generalis generaliter eſt intelligenda, limitatur tamen à ratione particulari.*

25 *Diſpoſitio limitata limitatum parit effectum.*

26 *Diſpoſitio non habet locum, ſi verba non conveniunt.*

27 *Diſpoſitio ſemper intelligitur de actu, & militat in dependentibus, & n.*28.

22. DIſponere de re ſua quilibet poteſt, *l. Dudum*, *C. de contrah. emptione*, *l. in re mandata*, *C. mandati.* [Anchar.] Anchar. *conſil.* 155.*num.*7. ubi declarat hoc procedere, quando quis agit in re penitus ſua propria, ſecus ſi communis ſit, vel in ea alius prætendit *conſil.* 157. *num.*7. *verſic. Secundò.* Vbi, quod licitum eſt cuilibet ſibi proſpicere, & meliorem ſuam conditionem facere, quando de re ſua diſponit, etiam cum alterius detrimento. [Caſtrenſ.] Caſtrenſ. *conſil.*59. Pro pleniore in principio per totum Alexand. *conſ.*11.*lib.*1.ubi ait procedere multo magis in ultima voluntate, quia poteſt teſtator legem ponere quam velit rebus ſuis, refert [Alexand.] Card. Tuſch. *practi.conſil.tom.*1.*lit. D.concl.*486. *per totam.* [Tuſchus.]

Secundò. Diſpoſitio omnis intelligitur, rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, *l.quod*, *ſi ſervus*, *ff. de condict ob cauſam*, *cap. In Parochum* 16.*q.*1. [Gloſſa.] Gloſſa *in cap.*2. *de reſcriptis*, & multi alij Doctores apud [Barboſa.] Barboſam *Axiom.* 75. *num.*3. & adducit [Anchar.] Anchar. *conſil.*84 *Domina. num.* 4. & *conſil.* 5. & *conſil.*194.*num.*3. *in fine*, ubi ait, quod mutato, vel alterato ſtatu rei, aut diſpoſitione, ſeu perſonæ, mutantur res, diſpoſitio, & perſona. 23.

Tertiò Diſpoſitio generalis generaliter eſt intelligenda. [Cravetus.] Cravetus *conſil.*133. *num.*5. & 6. quod explicat, niſi adſit cauſa efficax reſtringendi, vel ratio per quam reſtrictio ſit facienda. Quod ſecundo limitat *conſil.* 176. *num.*4 & 5. [Tiraquel.] Tiraquel. *in l.ſi unquam*, *C de revocat, donat.in præfat. num.* 119. ubi quòd diſpoſitio generalis operatur generaliter, tam in odioſis, quam correctoriis, & pœnalibus. Tertiò limitatur, quia diſpoſitio generalis reſtringitur ex ratione particulari, *l.cum prætor. §. Dulciſſimis*, *ff. de legatis* 2. *l. ſi decertare.* [Girona.] Girona *de privileg. ſeu exempt. ſignific.* 277. [Oſaſch.] Oſaſch. *Pedemon. deciſ* 98.*n.*10. [Surdus.] Surd. *conſ.*389. *n.*9. [Lezana.] Lezana. *conſult.*2 *n.*21. 24.

Quartò. Diſpoſitio limitata, limitatum produxit effectum, & non extenditur ultra limites. [Anchar.] Petrus de Anchar. *conſil.* 118. *caſus talis eſt in principio*, *num.* 4. [Seraphin.] Cardin. Seraphin. *deciſ.* 911. *num.* 2. [Cephalus.] Cephalus *conſil.*184. *num,*13. *lib.* 2. & alij communiter, & ita loquuntur de iuriſdictione, de commiſſione data, de renuntiatione facta, vel gratia data cum limitatione [Roland.] Rolandus à Valle *conſil.*41.*n.*16.*lib.*3. [Crauet.] Cravetus *conſ.*361.*n.*3 & 7. 25.

Quintò. Diſpoſitio non habet locum, ubi verba non conveniunt diſpoſitioni, *l.*4 *§. Toties*, *ff. de damno infecto*, *l. quod conſtitutum*; *ff. de milit. teſtamem.* [Alexand.] Alexand. *conſ.* 17. [Requiſit.] Requiſit. *num.* 1. *lib.*1. & *conſil.* 17. *viſis*, *num.* 8. *verſic.ultimo*, *l.*2. [Geminian.] Geminiao *conſil.*65.*in principio. verſ. Secunda pars.* [Imola.] Imola *conſil.* 9. *in principio.* 26.

Sextò. Diſpoſitio omnis ſemper intelligi debet de actu valido. [Anchar.] Petrus de Anchar. *conſil.*6.*viſo Themate*,*n.*5.& 5.& 6. [Baldus.] Bald. *conſ.*442. verba ita dicunt. [Avend.] Avend. *l.* 40. *Tauri*, *Gloſſa* 1. *num.*28.ubi, quod diſpoſitio regulatur ſecundum ius vigens tempore diſpoſitionis: [Aretin.] Aretin. *conſi.l.*142. *num.*12.*verſ. Et ſimiliter.* Ubi quod diſpoſitio loquens de probatione, intelligitur de valida, & ſufficienti. 27.

Septimò. Diſpoſito in principali, cenſetur etiam diſpoſitum in dependentibus. [Seraph.] Seraphin *de privileg.iuram.privileg.*74.*n.*148. 28.

Octavò. Diſpoſitum in uno ex æquipatatis, etiam in altero militat, quamvis materiaſit exorbitans. [Reinoſ.] Reinoſus *in obſervat. practic. obſervat.*44 *n.*3 *obſervat.*70.*n.*51.

RESO

RESOLUTIO XIV.

Bannitus.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid, & quotuplex ſit Bannitus?

SUMMARIUM.

1 *Bannitus à quo verbo deducatur.*
2 *Bannitus dupliciter accipitur.*

1. Gloſſa. Sylveſt. Tuſcus. BANNITUS deducitur à verbo bannio, quod idem eſt ac proſcribere, ac delere à numero civium, ſeu civitatis, iuxta Gloſſam *de foro competenti, in cap. Quod Clerici* Unde Bannitus idem eſt, quod proſcriptus, ſeu deletus à civitate. Ita Sylveſter. *verb. Bannitus, num.* 1. Bannitus variè, ac multipliciter poteſt accipi, ut videre eſt apud Cardinalem Tuſchum *litera B, concluſ. 9. in præſenti*, & magis communiter dupliciter accipitur.

2. Magis tamen communiter dupliciter accipitur Bannitus. Primò, pro illis, qui exules effecti ſunt ab aliqua civitate; ſecundò vero pro illis, qui propter aliquod capitale crimen damnati ſunt ad mortem, impunè illis à quocunque infligenda; & hi propriè dicuntur Banniti, de quibus in præſenti agimus, qui modo ex communi acceptione vocantur Banniti, ſeu capitaliter proſcripti, priores autem exules tantum dicuntur. Ita Sotus *de iuſtitia, lib. 5. quæſt. 1 art. 3.* Clarus *lib. 5. verbo Homicidium, num. 54. & 59.* Armilla *verb. Homicidium, num. 1.* Sotus. Clarus. Armilla.

QUÆSTIO II.

Unicuique licet Bannitum, ſeu proſcriptum occidere quibuſdam conditionibus poſitis.

SUMMARIUM.

3 *Bannitus per ſententiam licitè poteſt occidi a qualibet perſona.*
4 *Si Bannitus appellavit, pendente appellatione, non poteſt occidi.*
5 *Si verò Bannitus ſit ſub poteſtate judicis, iam non poteſt à quocunque occidi.*
6 *Non eſt licitum filio occidere patrem bannitum, vel è contra.*
7 *Banniti poſſunt ſemetipſos occidere.*
8 *Eccleſiaſticus non poteſt occidere bannitum.*

3. COmmunis reſolutio in hac materia eſt, bannitum, ſeu capitaliter proſcriptum per publicam mortis ſententiam licite in conſcientia poſſe à quocunque etiam privata perſona, dummodo non ſit Eccleſiaſtica, occidi; tunc enim quilibet publica auctoritate conſtituitur miniſter, ac executor juſtitiæ. In hoc conveniunt omnes Auctores proximè citati, & multi alij apud Layman. *lib. 1. ſect. 5. tract. 3. c. 2. n. 3.* Azor. *tom. 3. lib. 2. c. 2 q. 2.* & alij ſtatim citandi. Layman. Azor.

4. Si tamen bannitus legitimè appellavit à mortis ſententia contra illum promulgata, pendente appellatione, nil eſt innovandum, nec poteſt occidi. Naldus *verb. Bannitus, n. 7.* & Lezana *eodem verb. num. 12.* Baſſeus *eodem verbo, n. 1.* Naldus. Lezana. Baſſeus.

5. Secundò. Quando bannitus captus eſt à Judice ſæculari, aut ſe præſentavit poteſtati ſæculari, quia iam eſt ſub legitima Judicis poteſtate, ad quem ſolùm pertinet ei inferre mortem, & ad nullum alium. Ita Auctores citati quibus accedit Graſſus *in deciſionibus aureis, p. 2. lib. 2. c. 19. n. 7.* Graſſus.

6. Bartolus. Gomez. Tertius caſus eſt, quod quamvis aliqui, ut Bartolus, & Gomez, ac alij teneant, licitum eſſe filio occidere patrem bannitum, & è contra patri occidere filium bannitum, oppoſita ſententia mihi videtur vera, nempe non licere? non enim filius in tali caſu omittit obligationem naturalem, qua erga patrem ſuum tenetur, nec pater dato caſu omittit obligationem ac affectum conſervationis erga filium. Ita Iulius Clarus *in praxi criminali, lib. 5 §. Homicidium, num. 61.* Bonacina *de contract. diſp. 2. quæſt. ultima, ſect. 1. punct. 2. num. 3.* Diana *5. part. tract. 4. de homicidio, Reſolut. 25. ad finem.* Layman. *proximè citatus, num. 3.* excipiunt, niſi ipſi banniti ſint crudeles hoſtes communis boni, ac totius Reipublicæ. Clarus. Bonacina. Diana. Layman.

7. Quartò. Ex dictis ſequitur, quod ipſi banniti, ſeu proſcripti poſſunt ſemetipſos ad invicē occidere, militat in eis ratio appoſita in concluſione, ut bene advertunt Bonacina, & alij Doctores citati cum Diana *p. 5. tr. 4. Reſol. 25. §. Sed ego*; non tamen quilibet ex eis poteſt ſeipſum occidere. Diana.

8. Excepimus in concluſione, *dummodo non ſit perſona Eccleſiaſtica*, quia licet Eccleſiaſticus occidens bannitum, immunis ſit à pœna temporali, quia tamen cauſa ſanguinis eis eſt illicita, inde mortaliter peccant, *cap. Sententiam ne Clerici, vel Monachi*, imò, & tales ſunt irregulares, irregularitate ex delicto proveniente, quia nempe delictum commiſerunt in tali morte; laici autem bannitos interficientes ſolum contrahunt irregularitatem ortam ex homicidio juſto. Si autem Eccleſiaſticus cū moderamine inculpatæ tutelæ occiderit bannitum volentem ipſum Eccleſiaſticum occidere, tunc nullam incurrit irregularitatem, ut dicetur *infrà, verb. Irregularitas, ex communi ſententia.*

QUÆSTIO III.

An liceat per inſidias, ac proditoriè occidere bannitum?

SUMMARIUM.

9 *Prima ſententia negat.*

10 *Secunda & vera affirmat.*
Licet occidere aggreſſorem in via,

9. NEgativam ſententiam tenent Menochius, Homobonus, & alij, quos citant, ac ſequuntur Bonacina *de contract. diſp.2.quaſt ultima ſect.1.punct.2. num.* 3. Iulius Clarus *in praxi criminali lib.* 5. §. *Homicidium, num.*61. & ideo hanc ſententiam teneot, propter periculum damnationis, cui frequcoter exponitur bannitus, ſi in tali ſtatu proditoric occidatur, & ideo dicunt Naldus *verbo Bannitus, num.* 11. & Lezana eodem *verb. num.*10. quod taliter occidens baonitum peccabit non contra juſtitiam, ſed contra charitatem. Naldus. Lezana

10. Molin. Filliuc. Azor. Diana Dico tamen, quòd licitum eſt proditorie, ac per inſidias occidere bannitum Ita Molina *de juſtitia, tom.4 tract.5.diſp* 7. *n.* 1. Filliucius *tom.1.tract.25.cap,2.num.*25. Azor. *tom.5.lib.2. cap.2.quaſt.*3.Diana *part.*5. *tract.* 4. de homicidio *Reſol* 25. Quæ ſententia, ex eo mihi probatur, quia quilibet eſt miniſter juſtitiæ in iſto caſu, & poteſt gladio occidere bannitum, abſque peccato contra juſtitiam, vel charitatem: ergo etiam eum poteſt occidere proditorie, ac per inſidias, nulla enim maior ratio apparet, nec ratio in contrarium urget. Quia bannitus ſua culpa à peccatis ceſſare non vult, maiorque ratio habenda eſt boni publici, quam particularis illius, qui cum ſibi proſpicere poſſet, non vult,

11. Molina. L. 1. C. quando Ex quo accipe cum Molina, *citato loco,* juxta *l.1.C. quando liceat unicuique ſine iudice,* &c. Vbi videtur conceſſum interficere graſſatorem, qui vias publicas tenet, quoniam in defenſionem ſuam, & aliorum, quibus ille mortem, & alia damna præparat, hoc videtur in juſtam vindictam publica auctoritate concedi.

Quæstio IV.

An liceat occidere bannitum extra territorium proſcribentis?

Summarium.

12 *Prima ſententia affirmat licitum eſſe.*
15 *Secunda, & communis negat.*
14 *Excipitur, niſi id fiat de conſenſu Principis territorij, & ſi fuerit bannitus à Papa.*
15 *Prima ſententia probabilis, ſi bannitus fuerit facinoroſus.*
16 *De pœna homicidij.*

12. Graſſius. Megalius. Clarus. Baldus. ALiqui ſunt Doctores, qui abſolute affirmant licitum eſſe extra territorium judicis, vel proſcribentis occidere bannitum. Ita Graſſius *part.1.lib.2.cap,62.num.* 57. Megalius *tom.1. variar. reſolut.* 60 *num.* 5. cum Claro, *citato num.*66. & Baldo *in l.cunctos populos n.*9. Tum quia conſtitutio poteſt ligare perſonas extra territorium exiſtentes. Tum quia maximè conveniens eſt publicæ utilitati, ut tales ubicunque fuerint, perimantur, ac iterum revertantur, & provinciam cladibus, furtis; ac violentiis moleſtent.

Tamen communis eſt oppoſita, quod ſcilicet nullus Bannitus occidi poteſt extra territorium principis, ac judicis, qui illum proſcripſit. Ita Toletus, Azor. Filliucius, Reginaldus, Sà, Bonacina, Layman, & alij, quos citant, ac ſequuntur Diana, *part.* 5. *reſol.* 4. Baſſeus, *verb. Bannitus, num.* 5. Et probatur, quia auctoritas occidendi non extenditur ultra territorium proſcribentis, deinde, quia fit magna iniuria Principi, in cuius territorio moratur baonitus, & qui talem mortem exequuntur, exponunt ſe periculo ſubeundi pœnam homicidæ. 15. Toletus. Azor. Filliucius. Reginald. Sà Bonacina. Layman. Diana. Baſſeus.

Excipiuntur tamen à citatis Doctoribus duo caſus. Primò, ſi princeps, vel Dominus talis territorij expreſsè, vel implicitè conſentiat, tunc non erit peccatum contra iuſtitiam ibi bannitos occidere. Secundò, niſi talis reus eſſet bannitus à ſummo Pontifice, qui cum habeat iuriſdictionem illimitatam per totum orbem, poteſt mandare occiſionem hominis à ſe proſcripti in quocumque territorio. 14.

Hæc ſecunda ſententia eſt valdè communis, tamen etiam probabilis eſt, quod ſi bannitus ſit valdè facinoroſus, bonoque communi perniciosus, quòd poſſit occidi extra territorium bannientis. Ita colligitur *ex l.* 5. §. *fin.ff. de ſicariis*, ubi dicitur transfugas, ubicumque inveniuntur, licitum eſſe interficere: cum conſtitutio ligare poſſit perſonas extra territorium, *l. Magis puto* § *illud ff. de rebus eorum,* de quo latè Soc.*conſil.*74. *num.* 17. Tum quia valdè utile eſt reipublicæ viros facinoroſos perimi, cùm ubique iterum delinquant, ſicque intervenire videtur titulus iuſtæ defenſionis: Tum etiam quia in iſto caſu videtur adeſſe conſenſus alieni principis, ſicque ei non fit injuria, & eſto ſit invitus in caſu magnæ neceſſitatis eſt injuſte invitus, indéque de eius diſſenſu non eſt curandum, ita cùm Graſſio ſentiunt Toletus *lib.* 5. *ſumma cap.* 6. *verſ. Rurſus tertiò* Gomex *in cap.* 2. *ſi ſtatuto, num.* 42. *de conſtitutionibus.* Pellizar. *tom.* 2. *tract.*9.*n* 68.§.*quòd ſi hic.* 15. L.3.§.fin. L. Magis. Socin. Graffius Toletus. Gomez. Pellizar.

Nec obſtat, quòd occidens bannitum in alieno territorio, puniretur, ut homicida, quia hîc in primis loquimur in foro conſcientiæ, ſi illud contingat, ex eo erit, quia ille princeps oppoſitam ſententiam tenet, à qua ſe occidens defendet, cùm hac ſententia, & quia occidit bannitum per ſententiam publicam damnatum in magnam Reipublicæ utilitatem. 16.

Quæstio V.

An liceat ſtatutum proponens præmium pro occidente bannitum?

Summarium.

17 *Quamvis aliqui negent, tamen tale ſtatutum licitum eſt, & ſæpè utile.*

SI proponatur, verbi gratia, ut quicumque ex bannitis alium banoitum occiderit, libertate nempe donabitur, vel quicunque alius 17.

bannitum occiderit, accipiat certam pecuniæ ſummam. Quamquam aliqui Doctores, ut Sotus cum Bunacina *de contract. diſp.2. quæſt. ultima, ſect.1. punct.2. num.3*, Tale ſtatutum non multum approbent. Tamen Azor. Filliucius, Homobonus, Megalius, Decius, Iulius Clarus, quos citant; ac ſequuntur Diana, ac Baſſeus *citati, num.4. affirmant*. Et ratio eſt, quia aliquando id expedit communi Reipublicæ bono, ut banniti, qui ſunt communes Reipublicæ hoſtes è medio tollantur, & vidimus hoc aliquando factum fuiſſe à Magnis Pontificibus, ut Sixto V. hoc tamen non debet fieri niſi ex magna, ac urgenti cauſa.

Sotus. Bonacina. Azor. Filliucius. Homobon. Megalus. Decius. Diana. Baſſeus.

Quæstio VI.

An Bannitus iuſtè damnatus ad mortem occidere poſſit ſuum aggreſſorem?

SUMMARIUM.

18 *Prima ſententia negat.*
19 *Secunda, & ſatis probabilis affirmat.*
20 *Diluitur argumentum aduerſariorum.*

18. PRima ſententia, & communis tenet fas non eſſe bannito ſe defendere contra aggreſſorem eum occidendo, vel mutilando. Ita Azor. *part.3.lib.2.cap 1. quæſt.11.* Layman. *lib.3.de iuſt tract.3.part.3.cap.2.num.3.* Sà *verb. Bannitus, num 4.* M.Lezana, *eodem verb.num.13.* Fundamentum eorum eſt, quia idem eſt, ac ſi reus, vel malefactor condemnatus ad mortem, ſe defenderet contra miniſtros iuſtitiæ, & occideret eos. Secundò, quia ex eo ipſo, quòd poteſt licite offendi, & occidi, adimitur ei ius ſe tuendi: Non enim eſt permiſſa defendendi facultas, ubi offendendi eſt data libertas, alioquin neceſſe eſt dicere, dari poſſe bellum ex utraque parte per ſe, ac formaliter iuſtum, ſecluſa ignorantia, quòd
19. omnes negant.

Azor. Layman. Sà. Lezana.

Dico, quòd contraria ſententia ſatis eſt probabilis, ut tenent multi Auctores: quos citat, ac ſequitur Iulius Clarus *lib.5.ſentent.* §. *Homicidium n.68. & ſequentibus*, & Baſſeus *verb. Bannitus, num.16 Nihilominùs ſuadetur his rationibus.* Quia Bannitus non amittit ius ſe defendendi, & in hoc non peccat. Tum etiam quia non perdit ius naturale, & gentium. Tum etiam & tertiò ius naturale non abrogatur per ſtatutum, & ſententiam humanam. Et confirmatur, quia adulter ſi occidit, ut ſe à morte defendat, non peccat, quamvis lege damnatus ſit ad mortem, ergo & ſimiliter banni-
20. tus.

Clarus. Baſſeus.

Nec argumentum de reo damnato ad mortem, quòd non poſſit ſe ipſum defendere, & miniſtros iuſtitiæ occidere, urget in contrarium. Quia talis reus iam eſt captus, & ſub poteſtate iudicis detentus, ac patienter debet ſuſtinere ſententiam, deinde ipſe reus damnatus eſt ad mortem, facto proceſſu, & audita parte, quòd multoties erga bannitum non fit.

Quæstio VII.

An retinere bannitos, ſeu Decoctores prohibitum ſit Regularibus.

SUMMARIUM.

21 *Clemens VIII. prohibet Regularibus recipere, ſeu retinere bannitos.*
22 *Non tamen prohibetur in caſibus, quibus immunitas ſuffragatur.*
23 *Epiſtola Clementis ſolùm obligant Neapoli, & in Aprutia.*

DE mandato Clementis VIII. editum fuit decretum à Sacra Congregatione 21. Clem.VIII.
Regul. *die 17.* Aprilis anno 1601. quo præceptum, ac prohibitum fuit Regularibus ſub pœna privationis officiorum, ne retineant bannitos, decoctores, ſeu fallitos in ſuis conventibus. In cuius confirmationem afferuntur literæ Cardinalis Florentiæ ad vicarium Archiepiſcopatus Genuenſis ad Nuntium Neapolitanum. Scortia in Selectorum Bulla Theorem 357. Peyrin. *tom.2. Privilegior. Minimorum in conſtit* 4. Clement. VIII. *a n.5.*

Scortia. Peirin. Clem.VIII.

In his tamen Decretis: ac Epiſtolis id ma-
ximè notandum, non prohiberi recipere, vel retinere bannitos, ut immunitate Eccleſiæ gaudeant, ſi fuerint banniti tali crimine; ut immunitate Eccleſiæ gaudeant juxta conſtitutionem Gregorij XIV. qui tantum certos caſus excipit, propter quos immunitas eis non ſuffragatur. Et Clemens VIII. in ſuo Decreto, ac Epiſtolis non excipit alios caſus ultra exceptos per Gregorium XIV. In aliis verò caſibus Banniti non privantur immunitate Eccleſiæ, ſi recipiantur, ut notant Peregrinus, *de immunitate cap 11. num 14.* Farinacius *de immunitate cap.22. num.250.* Diana *tract.1.*
*Reſolut.*40. 23.

22. Greg.XIV. Clem.VIII. Peregrinus. Farinacius. Diana.

Qui etiam bene notat in fine prædictæ Reſolutionis, quòd prædictæ Epiſtolæ Clementis miſſæ tantum fuerunt Archiepiſcopis Genuenſibus, & Neapolitanis; ac proinde in prædictis terris obligare, & non in aliis locis: ex quo etiam colligit Peirin. *tom.2. privilegiorum Minimorum, conſtitut.*4. Clementis VIII. *num.5.* Quòd ſi aliquis Regularis reciperet, aut retineret in ſuo conventu aliquem bannitum propter homicidium ſine dolo commiſſum, ſeu non facinoroſum, non incurreret prædictas pœnas, quæ ſolùm contra receptores facinoroſorum impoſitæ ſunt. Caſus autem, quos excipit Gregorius XIV. in quibus immunitas Eccleſiæ non ſuffragatur, referam.

Peirin.

Quæstio VIII.

De Conſtitutione Sixti V. in Regno Neapolitano, ac Provinciæ Aprutij.

SVMMARIVM.

24 *Conſtitutio Sixti V. pro prædictis terris.*
25 *Conſtitutio tantum procedit de viarum graſſatoribus.*

26 *A prædicta Cenſura excuſat parvitas materiæ, urgens neceſſitas, vel iniuſta Banniti condemnatio.*

27 *Excuſat ignorantia, vel violentia, vel ſalus Banniti ſi de illa agitur.*

Vel pietas patris, ac filij invicem.

24. SIxtus V. die 20. Martij anno 1589. Decretum edidit, & miſit ad Proregem dicti Regni Neapoli, cuius exordium, *Exponi nobis*, & inter cætera ſic ait: *Ne autem dicti banniti, & viarum graſſatores, condignas delicti ſui pœnas evadant, providere volentes, omnibus, & ſingulis quibuſvis perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & quorundam ordinum, & militarium Regularibus Regni, & Provinciæ huiuſmodi, ſub lata excommunicationis pœna, à qua niſi a nobis, aut à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo abſolvi nequeant diſtricte prohibemus, ne dictos bannitos, & viarum graſſatores, in monaſteria, domus, vel alia loca recipere, ſeu in eis occultare, aut illis auxilium, conſilium, favorem, ſeu victum, vel alia eis neceſſaria directe, ſeu quomodolibet præſtare audeant, vel præſumant: non obſtantibus*, &c. De quo Quaranta *in Summa Bullarij verb. Bannitorum fautores.* Quaranta.

25. Circa quam conſtitutionem aliqua ſunt notanda. Et primò. In illa ſolum ſermonem eſſe de bannitis viarum graſſatoribus; unde recipiendo, ſive adiuvando alios bannitos, qui non ſunt viarum graſſatores, in hanc excommunicationem non incurrunt, proindéque à Sixto moderata eſt conſtitutio Gregorij XIII. quæ incipit, *Tanta*, ut notant Naldus *verb. Bannitus num. 8. & 9.* Theſaurus *in praxi part. 2. verb. Bannitus, cap. 2.* Secundò, à prædicta excommunicatione Sixti V. etſi reſervata ſit, poſſunt abſolvi Regulares à ſuis Prælatis habentibus privilegia abſolvendi à cenſuris Papæ reſervatis, quia in ea conſtitutione non revocantur expreſsè privilegia Regularium, ut notat M. Lezana, *verb. Bannitus, num. 6.* Greg XIII. Naldus. Theſaurus. Lezana

26. Sunt aliqui caſus circa Regulares exiſtentes in Regno Neapolitano, qui excuſant à cenſura. Et primò. Parvitas materiæ; ſi nempe talis Bannitus ad paucas horas detineatur in monaſterio ad prandium nempè. Ita Pellizar. *tom. 2. tract. 7. cap. 2. num. 60.* Qui etiam notat, quòd talis prohibitio non obligat Religioſum, qui excipit bannitum, certo ſciens iniuſte fuiſſe damnatum, ac condemnatum; tunc enim præſumptio, in qua ſententia nititur, eſt falſa, & in particulari caſu non obligat in foro conſcientiæ. Tertiò. Urgens neceſſitas banniti excuſat à dicta cenſura, unde qui bannitum excipit graviter ægrotantem, vel in extrema neceſſitate ei cibum, & potum miniſtrat, nullam cenſuram contrahit: cum per epicheiam tales caſus excipiantur, ne alias contraveniatur legi naturali, & divinæ, cui omnis lex humana cedit. Navarr. *de ſentent. excommunicat. conſil. 57. num. 7. & 9.* Quaranta *proximè citatus.* Navar. Quaranta.

27. Quartò. Iſta cenſura non procedit interveniente ignorantia, ut ſi quis excipiat bannitos, neſciens eſſe tales, ignorantia facit involuntarium, & excuſat à peccato. Navarr. *citatus ſuprà conſil. 59. num. 1.* Proſper Auguſtin. *in additionibus ad Quaranta ſuprà citatum.* Quò maximè verum in conſtitut. Sixti V. Fulminatur enim contra audentes, & præſumentes; ac proinde ſolùm comprehendit operantes ex dolo. Quintò, ſi recipientes, & adiuvantes id faciunt coacti, ac violentati ab ipſis bannitis, adeo ut non poſſent aliter facere ſine grandi ſuo periculo, lex enim humana non obligat cum tanto diſpendio. Sextò, non obligat cenſura, ſi bannitus ad monaſterium recurrat, ut conſulat ſuæ vitæ, vel ſi Religioſus id fecerit animo retrahendi illum à ſuo malo ſtatu, tunc enim ceſſat finis prohibitionis, & bannitus non excipitur ut bannitus ſed ut proximus, ex præcepto charitatis, ut de eius maiori bono, ac ſalute agatur, Navarr. *citato conſil. 57. num. 7.* Septimò, etiam cenſura non procedit in caſu, quo pater filium bannitum excipiat, aut è contra filius excipiat patrem bannitum, cum oppoſitum valdè repugnet pietati, maximè cùm hic non agatur de cauſa fidei, ac Religionis, in qua non parcitur, neque parentibus, neque filiis. Ita Azor. *part. 2. lib. 3. cap. 2. q. 3.* Vide quæ dixi ſup. *q. 2. num. 6.* Navar. Proſp. Aug.

RESOLUTIO XV.

Beatificatio Sanctorum.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid ſit Beatificatio, & ad quem ſpectet?

SUMMARIUM.

1 *Unde derivatur nomen beatificationis.*

2 *Beatificatio eſt licentia facta à Pontifice pro aliqua provincia, vel Religione.*

3 *Et ſi canonizare, vel beatificare ſaltem particulariter olim ſpectaret ad Epiſcopos, hodie ad ſolum Pontificem Romanum.*

A Nomine beatificationis incipio, & deducitur à nomine Beatus, qui quamvis frequenter pro felici uſurpetur. Luc. 23. *Beatæ ſteriles, & ventres, quæ non genuerunt* 3. Reg. 10. num. 8. *Beati viri, & beati ſervi, qui ſtant coram te.* Tamen ex frequenti uſu Eccleſiæ ſumitur pro felicitate animæ in gloria Deum videntis. Ita D. Auguſt. *ſerm. 201.* Boëtius, & alij. Ex hoc derivatur beatificatio, id eſt declaratio facta de felicitate alicuius animæ Deum in gloria videntis. 1. Luc. 23. 3. Reg. 10. D. Auguſt. Boëtius.

Beatificatio in præſenti iuxta uſum Eccleſiæ non fit per modum definitionis, nec ultimæ ſententiæ à Pontifice de ſanctitate, ac gloria alicuius, ſed eſt quædam indulgentia, conceſſio, ſeu licentia facta à Pontifice, ut in aliqua Religione, ſeu Provincia, aliquis defunctus beatus appellari, eique cultus aliquis cum recitatione officij divini adhiberi valeat, Ut Urbanus VIII. in bulla Beatificationis B. Mariæ Magdalenæ de Pazzi Carmelitæ, ait, Ut ipſa ancilla Dei Beata nuncupari, officiumque, 2. Urban. VIII

COLLOCAZIONE
L'opera dovrà essere conservata nella Sala a disposizione del Sig.
Data 25/6/55
Scontrino da conservare entro il volume.

que, & Miſſa de communi Virginum non Martyrum de ea in die obitus eius, in tali, & tali loco recitari, & celebrari poſſit, auctoritate Apoſtolica concedimus, & indulgemus &. Idemque conſtat ex bulla Beatificationis B. Franciſci de Borgia Societatis Ieſu ab eodem Urbano V I I I. Vt Dei ſervus Franciſcus Borgia Beatus nuncupari, & de eo à talibus, & talibus ipſo die ſui obitus, Miſſa celebrari, ac officium de communi confeſſorum non Pontificum recitari, juxta rubricas Miſſalis, & Breviarij Romani reſpectivè libere valeant, auctoritate Apoſtolica, concedimus, & indulgemus.

3. Secundò quod inquitimus, ad quem negotium Beatificationis ſanctorum pertineat, etſi olim canonizare, & beatificare ſervos Dei, ſaltem canonizatione, ſeu beatificatione particulari pro uno Regno, vel Provincia ſpectabat ad Epiſcopos, ut ex noſtro. Vualdenſi,

Vualden. Bellarm. & aliis tenet Bellarm. *tom. 2. lib. 1. de Beatitudine, & canonizatione ſanctorum cap.* 8. ut latius dicam infrà, cum de canonizatione fuerit ſermo, tamen hodie ad ſolum Romanum

AlexandIII Innoc.III. Pontificem ſpectat, ut habetur ex Alexād. III. *cap. Audivimus*, & ex Innocentio III. *cap. ex eo de reliq. & veneratione Sanctor.* Et ratio eſt, quia Beatificatio ſeu canonizatio eſt quoddam judicium, & teſtimonium Eccleſiæ, quo declaratur honores eſſe dandos alicui defuncto, qui debentur ſanctis in cœlo regnantibus, ut probant Bellarminus *citatus, cap.* 7.

Bellarm. Scachus. Baldellus. & Fortunatus Scachus *de cultu, & veneratione ſervorum Dei lib.* 1 *ſect.* 1. *cap.* 8. Baldellus, & alij, atqui hoc ſolum ſpectat ad ſummum Pontificem, cum ipſe ſolus ſit caput, ac ſupremus judex in Eccleſia Dei.

An verò ſummus Pontifex poſſit committere beatificationem, vel canonizationem Epiſcopo, vel Legato à latere, ſeu Concilio generali maximè dubitatur, de quo vide infra, verbo Canonizatio.

QUÆSTIO X.

Quæ differentiæ dentur inter Canonizationem, ac Beatificationem.

SUMMARIUM.

5 *Auctores, qui agunt de diſcrimine inter canonizationem, & beatificationem.*
6 *In beatific. Pontifex dat licentiam, in canonizat. definit.*
7 *Beatificatio non eſt ultimum judicium Eccleſiæ, ut eſt canonizatio.*
8 *Beatificatio eſt limitata pro una Provincia; canonizatio pro toto orbe.*
9 *Canonizatio fit cum multa ſolemnitate, non ſic beatificatio.*
10 *In canonizatione Pontifex dat cultum per modum legis, in beatificatione per modum indulti.*

5. Caſtellin. Galleſin. Troylus HAs differentias ſatis latè, & diffusè explicant Iacobus Caſtellinus *de canoniz. Sanctor pag.* 10 *& ſequenti. & pag.* 86. Galleſin. *part.* 3. *de canonizat.* S. Didaci *cap.* 6. Troylus *de canonizat. cap.* 1. *num.* 15. *& cap* 4. *num.* 64.

Cantelor. Scachus. Lezana Cantelorius *de canoniz. cap.* 4. *num.* 24. Fortunatus Scachus *de cultu, & venerat Sanct. lib.* 1 *cap* 8. M. Lezana *in conſultationibus, conſult.* 1. *num.* 49. 50. *&* 51. Arriaga *tract. de Fide, diſp.* 9. *ſect.* 6. *breviter reſumendo.*

Prima, & principalis eſt, quia in beatificatione non utitur Pontifex verbo definiendi, ac decernente talem defunctum eſſe in gloria, ſed tantùm dat licentiam, & indulgentiam, ut talis colatur ut beatus recitatione officij, ac celebratione Miſſæ in tali, & tali loco; ut patet ex ſuperiori quæſtione, *n.* 2. Quamvis ibi ſupponat illum eſſe beatum in gloria, tales enim honores non poſſunt exhiberi, niſi beato cum Deo regnanti. At in canonizatione Pontifex apponit verbum *definiendi*, decernendi, ut paret ex bullis canonizationis Sanctorum. Appono verba ex bulla canonizationis noſtri ſancti Andreæ Curſini ab Vrbano V I I I. ſic ait Pontifex. *Ad honorem ſanctæ, & individuæ Trinitatis; & ad exaltationem fidei Catholicæ, & Chriſtianæ Religionis augmentum, auctoritate eiuſdem Dei omnipotentis Patris, Filij & Spiritus ſancti, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra, & de fratrum noſtrorum conſilio, decernimus, definimus bonæ memoriæ Andream Curſinum Florentinum Ordinis Carmelitarum Epiſcopum Feſulanum Sanctum eſſe, ac Sanctorum Catalogo adſcribendum, ipſumque Catalogo huiuſmodi adſcribimus, ſtatuentes, ut ab univerſali Eccleſia anno quolibet in die obitus dicti Andreæ feſtum, & officium ipſius ſicut pro uno confeſſore Pontifice, devotè, & ſolemniter celebretur, &c.* Ecce conſueta forma canonizationis, quæ eſt cum definitione, ac determinatione Apoſtolica. At beatificationis forma eſt tantum quædam licentia, ac conceſſio recitandi officium de tali, ac tali viro, & ideo ut rectè notat M. Lezana *citatus, num* 60. Papa in beatificatione non procedit ut judex, ſed ut Princeps dans licentiam; at in canonizatione procedit ut judex, ac caput totius Eccleſiæ per ſententiam deffinitivam, ſtatuendo ut de tali ſancto fiat officium. 6.

Vrban. VIII

Secunda differentia eſt, quia beatificatio non eſt ultimum judicium Eccleſiæ in cauſa ſanctitatis talis perſonæ; ſed proceditur deinde ad novum examen, novaſque probationes, conſultationes, teſtes, & miracula, & antequam ad canonizationem deveniatur, quæ eſt ultimum Eccleſiæ judicium, poſt quod nihil amplius diſcutitur; ac deſideratur. 7.

Tertia differentia eſt, quia beatificatio eſſe ſolet limitata, ut dixi *quæſt.* 1. ad unam nempe Provinciam; ſeu Religionem, ut tantùm in ea Miſſa, & officium celebretur, at canonizatio extendit ſe ad totam univerſalem Eccleſiam, ut omnes de eo Miſſam celebrare, ac officium recitare valeant, & ubique ei altaria, capellas, ac templa dedicare, ac conſecrate poſſint. 8.

Quarta differentia; quia maior eſt ſolemnitas canonizationis præ beatificatione, hæc enim planè ſine ulla fit ſolemnitate, ſeu Papa tantùm in ſuo Palatio concedit licentiam recitandi officium de tali defuncto. At canonizatio ſummo, ac valdè pomposo apparatu fit, ut conſtat ex bulla beatificationis S. Andreæ Curſini. Ubi inter alia ſic habetur. Præmiſſis 9.

precibus

precibus, jejuniis, ac eleemoſynis die 22. Aprilis præſentis anni die 1619. Ad ſacroſanctam B. Petri Principis Apoſtolorum Baſilicam ſumptuoſiſſimo apparatu, varioque ornamentorum genere inſtructam, cereis, facibus innumerabilibus relucentem. Idem S.D.N. Vrbanus Pontifex, Pontificiis maximéque pretioſis veſtibus amictus, atque thia a,gen mis refulgente redimitus ſe cōtulit una cū eiſdem Illuſtriſſimis S.R.E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopus ſacris veſtibus pontificiis indutis, ac Cæſareo, Chriſtianiſſimoque, & aliorum Principum Oratoribus, necnon Romanæ Curiæ Prælatis, & officialibus, familiaribuſque S.S. præcedentibus, univerſo regulari cuiuſque Ordinis, & ſæculari Clero Collegiatarum, & cæterarum Urbis Baſilicarum, & Eccleſiarum Canonicis, Cottis, & Ruchettis pro cuiuſque more indutis, acceoſoſque cereos deferentibus, Cantorum cœtu Hymnum Ave Maris ſtella à S.S. inchoatum decantare ſolemni ceremonia proceſſit &c.

Quinta differentia; in canonizatione pro-
10. cedit Pontifex præſcribendo cultum ſancto canonizato per modum legis præceptivæ ſingulos obligantis, ut patet ex bulla canoniza-
Vrban. VIII tionis S. Andreæ Curſini. *Statuente ut ab univerſali Eccleſia, anno quolibet in die obitus eius officium celebretur.* Et ſimilia habentur in bulla canonizationis S. Thereſiæ à Gregorio XV. In beatificatione verò procedit per modum
Greg. XV. conceſſionis, indulti, & privilegij particularis, qua privilegiatus uti poteſt, vel non poteſt; ut patet ex bulla beatificationis. B. Mariæ Magdalenæ de Pazzi, & B. Franciſci de Borgia; ubi dicitur quod poſſit de ea vel eo officium recitari in tali, vel tali loco, *quæſt.1. num.2.* Ea autem quæ fiunt pro bono univerſali attendunt bonum commune, pro bono particulari particulare *l.1 ff. de legib. cap. Abbate, de verborum ſignificat.* ibi Doctores.

Et quòd hæ differentiæ conſtituant diſcrimen non accidentale, ſed eſſentiale inter canonizationem, & beatificationem clatius conſtabit ex quæſtione ſequenti ad finem.

Quæstio III.

An de fide ſit ſummum Pontificem non poſſe errare circa Beatificationem Sanctorum?

SUMMARIUM.

12 *Certum de fide Pontificem habere poteſtatem ad beatificandum.*
13 *Prima ſententia affirmat Pontificem non poſſe errare in beatific.*
14 *Illius fundamenta.*
15 *Vera ſententia ait non eſſe de fide.*
16 *Illius fundamenta, & n.17. & 18.*
19 *Solvuntur fundamenta adverſariorum.*
Colligitur diſcrimen eſſentiale inter beatificationem, & canonizationem.

11. Certum de fide Papam habere poteſtatem ad beatificandum, in hoc conveniunt omnes Catholici, ut aſſertum eſt manifeſtum quia multi Pontifices ab antiquo beatificarunt tota Eccleſia conſentiente, atqui non poſſumus dicere Papam inique uſurpaſſe ſibi hanc poteſtatem, ergo in eo talis poteſtas reſidet. Deinde, qui poteſt id quod majus eſt, poteſt id quod minus, atqui Papa poteſt canonizare, quod eſt maius, ut infra dicemus, ergo id quod eſt minus, ut beatificatio. Tandem hoc pertinet ad mores, ad augmentum fidei Chriſtianæ, & Religionis Catholicæ, cuius Pontifex eſt caput. Tota difficultas eſt, an de fide ſit, quod circa hoc negotium Pontifex non poſſit errare?

Sententiam affirmativam, eſſe de fide Pon- 13.
tificem non poſſe errare circa beatificationem Sanctorum, tenent Caſtro Palaus *tom.1. tract.4 diſp 5. punct.5. num 4.* Megalius *verb. canonizat. num.1.* Carena *de Officio ſanct. Inquiſitionis, part.2 tit.17. § 12. num, 31.* Angelus Rocca *de Canon. cap.48.* Contilorius *de canoniz. cap 2. num 4.* ex Peña, Tuſco, Baldellus *de canonizat. diſp.12. num.18.* M. Lezana *in conſult.1. num. 50.* Verricellius *in quæſtionibus moralibus, tract.8. quæſt.25. num.3.* (Palaus. Megalus. Carena. Rocca. Contilor. Tuſchus. Baldellus. Lezana.)

Probant primò. Quia ſicut non poteſt erra- 14.
re in canonizatione ſanctorum, ita nec in Beatificatione, ad utrumque actum præcedit inquiſitio vitæ, ſanctitatis, ac miraculorum, quod verò ſit maior, vel minor non videtur inferre maiorem certitudinem in uno actu, quam in alio. Secundò, ad Religionem pertinet, quòd aliquis proponatur Eccleſiæ ut Sanctus, vel Beatus, atqui circa materiam Religionis Pontifex non poteſt errare; ergo. Tertiò; Pontifex beatificans aliquem, Miſſæ ſacrificium in illius honorem celebrari concedit, at Miſſa nomine totius Eccleſiæ offertur, ipſique ſacrificio tota Eccleſia medio Sacerdote aſſiſtit; ergo toti Eccleſiæ venerandus ut ſanctus proponitur; ergo ut de fide Beatus.

Dico tamen non eſſe de fide Papam non 15.
poſſe errare in Beatificatione Sanctorum. Ita Turrian. *2.2. tom.5 diſp. 17. dub. 6.* Fortunatus Scachus *de cultu, & venerat. Sanctor. lib. 1. ſect 1. cap 8.* Troylus, Malverius *tract. de canonizat Sanct. num. 54.* Amicus in Curſ. Theologico *tom.4. diſp. 7. ſect. 4. num. 98.* Ioannes à S. Thom. *2.2. diſp.9. art. 2. fol 770.* Arriaga *tom 5 de fide, ſpe, &c. diſp. 9. ſect.6. § ſecunda concluſio.* Diana *tom. 12. tract. 2. reſol, 19.* (Turrian. Scachus. Troylus. Amicus. Ioan à S. Thoma, Arriaga. Diana)

16. Probatur primò. Si de fide eſſet Beatificatum eſſe in cœlis, & in hoc Pontificem non poſſe errare, ut ipſius in canonizatione Pontifex procederet, non maiorem diligentiam faceret, nec maius examen adhiberet, nec novas congregationes, ac conſultationes inſtitueret quia quod de fide eſt certum, non eget ulteriori certitudine, imo cum initia certitudinis fidei tales inquiſitiones, ac probationes fierent; ſicut ſi modo fierent ad declarandum ſanctum Ioannem Baptiſtam eſſe Beatum; atqui Pontifex poſt beatificationem, ut ad canonizationem deveniatur, non eſt contentus priori examine, ac congregationibus pro beatificatione factis, ſed inſtituit novam diligentiam, novas probationes, idque non tantum ad externam ſolemnitatem, & pompam ſed ad maiorem certitudinem de ſanctitate canonizandi habendam, ut ſtylus, & praxis curiæ oſtendit.

Probatur

Probatur Secundò. Quia in canonizatione 17. Pontifex ut Caput univerſalis Eccleſiæ utitur verbo definiendi, ac determinandi talem eſſe Sanctum, ut patet ex *quæſt.2. n. 6.* At in beatificatione ſolùm ut Princeps dat licentiam, ut de tali recitetur Officium, ut dixi *quæſt. 1. num.2.* ergo cum in beatificatione non utatur verbo definiendi, non ſequitur inde in tali actu eſſe infallibilitatem, in qua ſit de fide non poſſe errare, nam multo maior certitudo denotatur actu definiendi, quam in conceſſione meræ licentiæ, ac indulgentiæ.

18. Probatur. Tertiò. Quia in beatificatione non fit ultimum judicium Pontificis, adhuc enim requiruntur probationes ad beatificationem: ergo in ea non eſt ultima certitudo; qualis eſt fidei, præcipuè, quia beatificatio eſt via ad canonizationem.

19. Ad argumenta in contrarium. Ad primum dicimus, quod maior inquiſitio denotat maiorem certitudinem, & ideo talis maior inquiſitio ad canonizationem fit Ad ſecundum quod cultus Sancti beatificati non permittitur pro univerſali Eccleſia, ſed pro una Provincia, vel Religione, & licèt ſit de fide quod tota Eccleſia univerſalis non poſſit errare, tamen non eſt de fide, quod una Provincia, vel una Religio particularis non poſſit errare maximè in aliquid proponendo. Ad tertium dicimus, verùm eſſe ſacrificium Miſſæ offerri nomine totius Eccleſiæ, at verò ut offertur in honorem, & cultum talis beatificati, fit à peculiari ſacerdote ex tali Provincia, vel Religione particulari, ex quo patet diſcrimen eſſentiale inter beatificationem, ac canonizationem, ut inter rem fidei, ac non fidei quo ad certitudinem.

Quæstio IV.

Quanta certitudine tenendum ſit Pontificem non poſſe errare in beatificatione Sanctorum, & quali cenſura affirmans afficiendus ſit?

SVMMARIVM.

20 *Opinio Ioane à D Thomâ.*
21 *Certiſſimum eſt Pontificem non poſſe errare in beatificatione Sanctorum.*
12 *Probationes huius veritatis, & n.23.24.*
25 *Aſſerens Pontificem poſſe errare in beatificatione Sanctorum erroneus, temerarius, ſcandaloſus, ac impius eſt.*
26 *Solvitur argumentum Ioanis à D.Thoma.*

20. Joan.à D Thom. Joannes à D. Thoma vir eruditiſſimus *ſecunda ſecundæ, diſp. 9. art. 2. fol. 770.* tenet Pontificem practicè errare non poſſe in tali beatificatione, tamen ſpeculativè circa veritatem ſanctitatis talis perſonæ; exiſtimat, quod ex vi ſolius beatificationis, id non excedit latitudinem certitudinis moralis, & probabilitatis maximæ, ita quod oppoſitum non eſſet cenſura dignum. Et probat, D.Thom. quia D. Thomas 3. *part. quæſtione 27. artic. 2. ad tertiam* ait ex eo quod Eccleſia Romana *Sylveira Opuſcula* ſuo tempore toleraret celebrationem Feſti Conceptionis; dicit eam conſuetudinem non eſſe totaliter reprobandam, nec aliquid amplius infert, ex tolerantia talis celebrationis, quam quandam probabilitatem, ſed beatificatio eſt conceſſio celebrationis de aliquo Sancto cum tolerantia Sedis Apoſtolicæ; ergo ex vi præciſæ beatificationis non infertur niſi quod talis conſuetudo non ſit reprobanda, non vero quod ſit omnino certum, quod perſona beatificata ſit in gloria, taliter quod oppoſitum cenſurabile ſit. Ita Joannes à Divo Thoma.

21. Dico abſque ulla diſtinctione, Summum Pontificem non poſſe errare in beatificatione Sanctorum, & Beatificatum eſſe in gloria, eſſe certiſſimum, ita ut nihil magis certum poſſit dari excepta certitudine fidei, itaut contrarium aſſerere ſit erroneum, temerarium, ſcandaloſum, & impium. Ita Turrianus *ſecunda ſecundæ, diſp. 17. dub. 2.* Arriaga *ſecunda ſecundæ, tom.6. diſp.9. ſect.6. num.35.* Amicus *tom. 5. diſp.7. ſect.4. num.99.* Franciſcus Caſtillus *in 3. ſentent. tom. 2. diſp. 16. quæſt.8. num.33.* Franciſcus Sylvius *in controverſ. lib.4. q.2. art. 15.* Trullench. *in Decalog. tom.1. lib.1. cap.9. dub.5. num.5.* Diana *part. 12. tract.2. Reſolut. 20.* Et pro hac ſententia ſtant omnes Doctores *citati ſuperiori quæſt.* qui dicunt de fide eſſe Pontificem non poſſe errare in beatificatione Sanctorum. Turrian. Arriaga. Amicus. Caſtillus. Sylvius. Diana.

22. Probatur. Primò, quia in negotio beatificationis Pontifex procedit maturo, & alio judicio, multis & exactis inquiſitionibus, probationibus per multas Congregationes Illuſtriſſimorum Cardinalium, perpenſis, & examinatis, cum profunda indagine probitatis vitæ, ac fœliciſſimi exitus mortis, multiſque miraculis, ac ſignis adhibitis. Atqui hæc ſuperabundant ad ſummam certitudinem humanam; ergo hæc in præſenti datur: & ita univerſus conſenſus totius populi Chriſtiani, ut certiſſimum habet beatificatum eſſe in cœlo.

23. Secundò ſi Pontifex poteſt errare in beatificatione Sanctorum, poterit dare occaſionem populo Chriſtiano ad deceptionem, ac errorem: nam Pontifex, per beatificationem concedit, ut verbi gratiâ, Beata Maria Magdalena de Pazzi in altari ponatur cum ſignis ſanctitatis, cum recitatione Officij, ac celebratione Miſſarum; ad ipſúmque beatificatum, Populus Chriſtianus confluit adorans ut ſanctum, ad ipſúmque fundens preces; ergo ſi non eſt certiſſimum Pontificem non poſſe errare in hoc negotio, nec eſt certiſſimum non dare occaſiones ad errorem in re graviſſima, & ideo ait Arriaga *citat.* in prima differentia, quod cum in beatificatione Pontifex dat licentiam ut colatur: tamen ibi implicitè videtur ſupponere illum omnino in gloria eſſe, quia non poſſunt tales honores exhiberi, niſi homini beato, & Deo fruenti.

24. Tertiò. Beatificatio eſt via valdè proxima, & intima ad canonizationem, ut patet ex Bullis beatificationis Sanctorum; & ſic ait Urbanus VIII. in Bulla beatificationis Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzi. *Vt donec canonizationis honor dictæ ancillæ Dei*

Maria Magdalena ob ejus excelſa merita, divina inſpirante gratia ab Apoſtolica Sede decernatur, eadem ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, atque Officium, & Miſſa de ea, ut infra recitari, & celebrari poſſit, &c. Et ideo beatificatio appellatur à multis, ut teſtatur
Catena Catena *de Officio Sanct. Inquiſit. parte ſecunda, titul. 17. paragraph. 12. numero 51. Canonizatio particularis*, aut *Canonizatio ſecundum quid.* Atqui canonizatio habet certitudinem fidei, ergo beatificatio, cum ſit illi proxima, habet ſummam certitudinem, quæ dari poteſt infra fidem.

25. Secunda pars concluſionis, nempe aſſerere Pontificem poſſe errare in beatificatione Sanctorum eſſe erroneum, temerarium, ſcandaloſum, ac impium. Ita Turrianus *citato*
Turrian. Diana. *dub.* 6. & Diana *citata reſolutione* 19. Dico quod ſit *erroneum* opponitur communi conſenſui fidelium, omnes enim tenent beatificatum eſſe in cœlo. *Temerarium* adverſatur communi ſententiæ Doctorum. *Scandaloſum*, quia ex tali aſſerto oritur ſcandalum in animis fidelium. *Impium*, quia contra Chriſtianam Religionem, & cultum Sanctorum dicitur. Imò addit Turrianus, qui doceret Pontificem poſſe errare in beatificatione, eſſet ſuſpectus de hæreſi, quia videtur velle negare poteſtatem eſſe in Summo Pontifice ad juſtè, & rectè beatificandum hominem aliquem.

26. Ad argumentum M. Joannis à Divo Thoma ex Concept. Dicimus Pontifices apertè, &
Greg. XV. claris verbis in ſuis Bullis, ut Gregorius XV. relinquere certitudinem talis feſtivitatis intra terminos probabilitatis. At in noſtro caſu, ut tenent Doctores citati, contrarium manifeſtatur: nam per Decreta beatificationis, ſaltem implicitè, & inchoativè determinatur ſanctitas perſonæ beatificatæ; & ut bene advertit citatus Trulleneh. *numero tertio.* Per canonizationem, & beatificationem cognoſcitur hominem defunctum eſſe in cœlo: per canonizationem forma definitiva, & pronuntiativa; per beatificationem forma indultiva, & conceſſiva.

Q u æ s t i o V.

Quæ requirantur ad beatificationem?

S U M M A R I U M.

27 *In cauſis beatificationis, ac canonizationis Pontifex non procedit, niſi elapſis quinquaginta annis.*

28 *Ad canonizationem; ſeu beatificationem requiruntur miracula, ac vita ſanctitas.*

29 *Merita requiruntur magnis virtutibus comprobata.*

30 *Si fuerit Religioſus, requiritur exactiſſima cuſtodia eorum, quæ ad Religionem pertinent.*

31 *Requiruntur etiam miracula non tantum in vita, ſed etiam poſt mortem, &* num. 32. 33.

34 *Papa de potentia abſoluta poteſt beatificare abſque miraculis.*

35 *Ad canonizationem, vel beatificationem requiruntur miracula pro Sanctis Confeſſoribus, & Virginibus, non vero pro Martyribus.*

36 *Fama communiter non ſufficit, niſi ſit valdè notoria, & miraculis comprobata, &* num. 37.

Ait Sacra Congregatio habita anno 1642. 27.
In cauſis canonizationum, & beatificationum propter earum gravitatem ſolet Sedes Apoſtolica procedere cum magna maturitate. Et ideo diuturna tarditate, & conſiderata maturitate in tali negotio eſt agendum, *cap. Quieſcamus, diſtinct.* 40. *cap. Miramur* 61. *diſtinct. cap. Nuper*, 7. *quæſt.* 2. *cap. Ubi periculum, in principio*; ita Maſcardus *de probation.* Rocca, Paſqualigus, quos citat Lezana *in conſultis, conſulto primo, num.* 38. & ideo à Sacra Congregatione Rituum inſtitutum eſt, ut deinceps in præfatis cauſis beatificationis, ac canonizationis non procedatur: *Niſi elapſis quinquaginta annis ab obitu; & tunc niſi adhibita prius, & expreſsè obtenta licentia à ſanctitate ſua, vel ab ejus ſucceſſoribus.* S.Congreg.

Ad beatificationem, ſeu canonizationem requiruntur ſanctitas vitæ, & miracula, ut 28.
expreſſit Gregorius IX. in Bulla Sancti Antonij de Padua, quæ incipit: *Cum dicat* Greg.IX.
Dominus apud Cherubin. *tomo primo, Conſtitut.* 4. *ejus, in cujus*, 3. §. ait: *Nos attendentes, quod licet ad hoc, ut aliquis Sanctus ſit apud Dominum in Eccleſia triumphante, ſola ſufficit finalis perſeverantia, juxta illud eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Ad hoc tamen ut Sanctus habeatur apud homines in Eccleſia militante, duo ſunt neceſſaria, virtus morum, & veritas ſignorum, merita videlicet & miracula, ut hæc, & illa ſibi ad invicem conteſtentur, cum nec merita ſine miraculis, nec miracula ſine meritis planè ſufficiant ad perhibendum inter homines teſtimonium ſanctitatis.* Sic docent, & latè explicant Maſ-
cardus *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 260. Contilo- Maſcard.
rius *de canonizat. Sanctor. cap.* 19. & ex aliis Contilor.
Catena *de Officio Sanct. Inquiſit. part.* 2. *tract.* Catena.
17. §. 12. *num.* 12.

Merita requiruntur comprobata magnis 29.
virtutibus, non quæ ſunt communes, & ordinariæ, ſed illis, quæ à Theologis appellantur *heroica* ſeu in gradu heroico, & veluti divinæ, & ſuperhumanæ, per quas quantum fieri poteſt, homo conjungitur Deo; de qui- Ariſtot.
bus Ariſtoteles *lib.* 7. *Moral. cap.* 1. D. Thom. D.Thom.
ibi Bonavent. *in* 3. *diſtinct.* 34. *quæſt.* 1. Gerſon 4. *part.* Piccolomineus *lib. de Moralibus gradu* 6. *cap.* 1. 2. & 3. Fortunatus Scacchus *de cultu Sanct. lib.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 4.

Si canonizandus, vel beatificandus fuerit 30.
perſona Religioſa præter virtutes in gradu heroico requiritur quoque exactiſſima, & vigilantiſſima obſervantia, & cuſtodia illorum omnium, quæ ad ſuum religioſum ſtatum ſpectant: nam qui ab Eccleſia beatificantur, vel canonizantur, proponuntur fidelibus imitandi, ut norma morum, & virtutum, & per conſequens ut exacti, & perfecti obſervatores ſuarum obligationum, quales Chriſtus Dominus requirit ſuos

ſuos ſpeciales diſcipulos. *Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Matth. 5. Molfeſius *tomo ſecundo, Addition. ad quæſtiones uſquales, conſil. 46. num. 5. & 6.* Deinde quia ita tenet communis ſtylus Summorum. Pontificum in Bullis Canonizat. Beatificat. Innocentius IV. pro Sancto Petro Martyre. Eugenius IV. pro Sancto Nicolao Tolentino Sixtus V. pro Sancto Didaco. Clement. VIII. pro S. Hyacinto, & S. Raymundo. Urbano. VIII. pro S. Andrea Curſino; & B. Maria Magdalena de Pazzi. Ita *citat.* Fortunatus Scacchus *ſectione 6.* Contelorius *de canonizat. Sanctis cap. 15. n.* 10. ex variis Rotæ Relat. pro Sancto canoniz.

Scacchus. Contelor.

31. Præter ſanctitatem vitæ ad beatificationem, & canonizationem requiruntur miracula ut patet ex Bulla Gregorij IX. ſupra relata, quia poteſt contingere, quod ij, qui ſecundum apparentiam bonam vitam gerunt, in occulto tamen improbi ſint. Innocentius *cap. Audivimus, de reliquiis & venerat in fine* Peitinis *tom. 1. Privil. Minor. in Conſtit.* 16. *Leon X. n.* 8. M. Lezana *ſupra citat. n.* 11.

Greg. IX.

32. Diximus communiter requiri miracula ad canonizationem, &c. quia abſolutè, & veluti de potentia abſoluta Papæ, fieri poteſt canonizatio alicujus, ex ſola vitæ ſanctitate, & finali perſeverentia, bene comprobata. Sic colligitur ex Leone X. in Canonizatione Sancti Brunonis ut refert Surius in ejus Vita; & ex Sixto IV. in Bulla canonizat. Sancti Bonaventuræ. Sic Auguſtinus Triumphus *de poteſtate Eccleſiæ, quæſt. 15. art 2.* Contelorius *de canonizat. Sanct. ſect.* 19 Baldellus *tom. 2. lib 5 diſp. 12. num. 2.* Molfeſius *ſupra citatus n 39.*

33. Miracula autem, quæ requiruntur, debent eſſe poſt mortem patrata: nam quæ ſola fiunt in vita, non convincunt, nec apertè oſtendunt ſanctitatem, conſtat plures improbos dum viverent mirabilia patraſſe, quod fieri potuit ex dono quodam, & gratia gratis data, quæ poteſt haberi etiam ſine charitate, ut colligitur ex reprobis, qui dicturi ſunt in die judicij Matth. 7. *Domine in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus.* Et ut adverti ibi *tomo ſecundo in Evangelia*; & notat Divus Auguſtinus *in Pſalm.* 103 *verſ Qui tegis*; & habetur *cap. Prophetavit*, 1. *quæſt* 1. Non dicetur eis. *Mentimini*, ſed dicetur, *Non novi vos*: quia ſcilicet poterat contingere, quod illa eſſent operati ope Dæmonum, ut Magi Pharaonis, Simon Magus, & alij. Ita Thomas 2. 2. *q.* 178. *art.* 2. Contelorius *ſuprà, citatus, cap.* 20. Baldellus *ſuprà, diſt* 14. *n.* 2. Caſtellinus *de dilatione canonizat. pag* 134.

Matth. 7.
Auguſt.
D Thom.
Contelor.
Baldellus
Caſtellin.

34. Miracula, quæ requiruntur ad beatificationem, vel canonizationem, debent eſſe à ſolo Deo, & non quæ ex aliqua arte contingant, nec ex diabolo: nam aliquando talia per multos fiunt, quæ in oculis noſtris videntur miracula, *cap. Teneamus*, 1. *quæſt.* 1. & *cap. Prophetavit, quæſt.* 7. *§ Ita Balaam.* Secundò, ut ſint ſupra naturam, id eſt, ſuper facultatem omnium cauſarum naturalium. D. Thom. 1. *p. q.* 110. *art.* 4. & 2. 2. *q.* 178 *art.* 2. & ibi Theologi.

C. Teneam.
C. Prophet.
D. Thom. & Theol.

35. Ad canonizationem, ſeu beatificationem requiruntur miracula pro Sanctis Confeſſoribus, ac Virginibus, non autem pro Sanctis Martyribus, ut proponantur, ac declarentur, ut Sancti venerandi a tota Eccleſia, ſed de hoc latiùs *infra verbo Canonizatio*, vel *verbo Martyr.*

Sylveira Opuſcula.

36. Fama communiter, & regulariter non ſufficit pro probationem hujuſmodi cauſis, quia non facit plenam probationem, *l. 2. §. ejuſdem quoque, ff. de teſtibus* Accurtius *verb. Confirmat.* Bartolus *ibidem.* Cardinalis Albanus *tom.* 2. Decius *cap.* 1. *de probat.* Caſtellinus *ſupra citatus pag.* 101.

Leg. 3.
Bartol; Albanus.

37. Tamen quando fama miraculorum eſt notoria, & probabilibus conjecturis, aut veriſimilibus argumentis innititur, magnum, & efficaciſſimum dat judicium ad effectum canonizationis, vel beatificationis, ut colligitur ex Bullis Summorum Pontificum pro canonizatione, vel beatificatione, ut patet ex litteris Paſchaſij II. *Dominum excelſum*, pro beatificatione Petri Epiſcopi Ananienſis. Alexandri III. *Redolet Anglia*, pro canonizat. S. Thomæ Cantuari. Gregorij IX. in litteris *Mira circa nos*, pro canonizat. S. Franciſci. Honorij III. in litteris pro canonizat. S. Laurentij Epiſcopi Dublinenſis, & multi alij, quas ad intentum refert Fortunatus Scacchus *de cultu, & venerat. Sanct. lib. 1. ſect. 9. c. 7.* & patet etiam ex canonizat. & beatific. ut conſtat ex inſtrumentis. Canoniz. S. Andreæ Curſini, beatificationiſque B. Mariæ Magdalenæ de Pazzi, ac multis aliis. Paſchaſius.

Paſchaſ.
Greg. IX.
Hono. III.
Sacchus.

38. De exactiſſimis probationibus, inquiſitionibu, ac teſtibus, multiſque Congregationibus habendis ad effectum beatificationis, ac canonizationis, latiſſimè agunt Galleſinus *part. 3. de Canoniz. S. Didaci, cap. 6. § cujus ſingulari, & cap. 8. art* 10 *& ſequentibus* Jacobus Caſtellinus *de canoniz. Sanct quæſt.* 7 *§. Quaro qualiter.* Troylus *de canoniz. c. 1. num. 15.* & *cap. 4. num. 64.* Malverius *tract de Canoniz. §. Aggrediar. n* 53. Fortunatus Scacchus *de canoniz. ſect. 1. cap* 8. M. Lezana *in conſultis, conſulto* 1. *per totum.*

Galleſin.
Decius.
Caſtellin.
Troylus.
Malverius
Scacchus.
Lezana.

Quæstio VI.

Quibus datur officium recitare, & Miſſam celebrare de Dei ſervo Beatificato.

SVMMARIVM.

39 *Beatificatio cedit in gloriam Dei, beatificati, ac illius Religionis, vel provinciæ.*

40 *Decretum Sacræ Congregationis, & n. 41.*

42 *Pro Sancto beatificato quibus conceditur Officium recitare, hoc poſſunt, non tamen tenentur.*

43 *Quibus conceditur Officium recitare, & Miſſam celebrare, poſſunt Miſſam celebrare, in qualibet Eccleſia.*

44 *De ſancto beatificato non poteſt dici Miſſa votiva, niſi in magna aliqua ejus ſolemnitate, & n. 45.*

46 *Dies Sancti beatificati impeditus poteſt transferri ad diem non impeditum, & numero 47.*

39. PEr beatificationem, ſicut & canonizationem deferetur aliquis ſacer cultus in honorem talis ſervi Dei, in utilitatem fidelium, qui inde ad devotionem inflammantur, ad taliſque juſti virtutes imitandas excitantur, & ad gloriam Dei, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis; opera enim, & miracula facta à tali Sancto, facta ſunt gratia, & virtute Dei, inſervitque etiam hoc ad magnum decorem Religionis, Provinciæ, ac patriæ, quæ tale germen produxit.

40. Innoc. X. Pro fundamento omnium, quæ dicenda ſunt in hac quæſtione, propono Decretum Innocentij X. nam cum in Sacra Congregatione Rituum delatæ eſſent multæ Auctorum ſententiæ (quas ſtatim referemus) exponentes Brevia Pontificia pro cultu Beatorum conceſſa, violenter, contra ipſorum verba, & mentem Sacræ Congregationis Innocentius X. condidit hoc Decretum ſequentis tenoris.

41. S. Congr. Sacrorum Rituum Congregatio die 5. Octobris 1652. *Cenſuit, & declaravit, ſi Sanctiſſimo Domino noſtro placuerit, non potuiſſe, nec poſſe tam ſæculares, quam Regulares cujuſcunque Ordinis, & inſtituti etiam Societatis Ieſu, excedere limites verbales indultorum Sedis Apoſtolicæ ſuper beatificationibus, præſertim in celebratione Miſſarum, & Officij cum Octavis, niſi hoc Sedes Apoſtolica expreſſè eis indulſerit, & facta relatione per me Cardinalem Cornelium Epiſcopum Albanenſem die 16. Decembris 1652. Sanctitas ſua approbavit, & ſic ut præmittitur ſervari mandavit.* F. Epiſcopus Albanenſ. Cardin. Cornelius.---loco ſigilli † Bernardinus Roccius Secretar. Rituum Congregat. Sact. Romæ ex Typographia R. Cameræ Apoſtol. 1652. de quo vide *infrà, quæſt. 7 num* 54.

42. Ex quibus ſequitur. Primò, quod quando pro aliquo Dei ſervo beatificato conceditur pro aliqua Religione, vel Provincia, quod fiat de eo Officium, & Miſſa celebretur, Religioſi illius Religionis, vel Clerici illius Provinciæ non tenentur ſub peccato mortali, ſed tales Eccleſiaſtici liberè poterunt omittere tale Officium, quia in Bullis beatificationis ſtylus Curiæ habet, ut patet ex *q.* 1. tales Religioſi poterunt Miſſam celebrare, & Officium recitare; qui modus dicendi non infert obligationem, ut rectè obſervat M. Lezana *in*
Lezana. *conſult. conſult.* 1. *n.* 63. aliter dicendum de Sanctis canonizatis: nam in Bullis canonizat. dicitur ſtatuentes ut ab univerſis fidelibus Officium recitetur, & Miſſa celebretur, qui modus dicendi imponit obligationem.

43. Notat etiam Granado 2. 2. *controverſ.* 1. *tract.* 7. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *num* 17. quod quando pro aliquo beatificato conceditur alicui Religioni Miſſam celebrare de eo in die obitus ejus, quod Sacerdos talis Religionis ubique terrarum poterit de eo Miſſam celebrare in Eccleſia alterius Monaſterij, vel Parochiæ abſque culpa mortali, ait ipſe quod ſi ſemel, aut bis hoc fieret non videri peccatum lethale, quia cum celebratio ſit licita, quod ſolum mutatur Eccleſia, vel altare, non videtur gravis inordinatio, niſi ea mutatio toties fieret, ut meritò judicari poſſet valdè contraria decreto Summi Pontificis: ita ille; & ultimum quod dicit, mihi non placet, quia ſi Religioſus per decem annos cum licentia ſui Prælati ſit in una Civitate, in qua non eſt Conventus ſui Ordinis, quotannis in die talis beatificati, verbi gratiâ, Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzi, poterit Carmelita de ea Miſſam celebrare, quia conceſſio Miſſam celebrandi ſolum reſtringitur ad perſonas illius Religionis, non verò ad illius Eccleſias, vel loca; niſi expreſſè in Bulla beatificationis locus reſtringatur.

Maximè tamen dubitatur, an de Sancto beatificato poſſit celebrari Officium cum Octava, vel Miſſa votiva per annum dici, vel etiam de eo per annum dari illius commemoratio? Negativam partem conſtanter tuentur 44.
Turrianus a. 2. *diſp.* 17. *dub.* 8. Amicus *tom.* 5. *diſp.* 7. *ſect.* 4. *num.* 100. Trullench. *in Decalog. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *dub.* 5. *num* 9. & 10. Ioannes à D. Thoma 2. 2. *diſputat.* 9. *artic.* 1. *folio* 772. Diana *tom.* 12. *tract.* 2. *reſol.* 19. §. *Obiicies.* Fundamentum eorum eſt, quia Sancto beatificato non poteſt deferri aliquis cultus, niſi tantum ille, qui in Bulla beatificationis exprimitur expreſſè, ut declaravit Innocentius X. atqui tantum declaratur, quod fiat Officium, & Miſſa de eo in die obitus ejus, ergo ultra non poteſt fieri Officium, ac Miſſa cum Octava, nec votivæ per annum; de Octava expreſſè prohibetur in dicto Decreto. Turrianus. Amicus. Trullench. Ioan. à D. Thoma. Diana.

Tamen ſalva pace tantorum virorum. Dico, quod bene poteſt Miſſa votiva celebrari de Sancto beatificato, quando primo ſolemnitas ejus beatificationis celebratur in aliqua Provincia, vel in aliquo Conventu Religionis ab his, quibus conceditur de eo Miſſa celebrari, ſicut & ab eis poteſt Miſſæ ſacrificium dici, quando primo altare, vel Capella dedicatur beatificato, vel pro aliqua magna neceſſitate, vel beneficio obtento. Probatur, quia talibus perſonis conceſſum eſt de tali Beato Miſſam celebrari, proinde declaratur illum eſſe dignum ut Miſſæ ſacrificio honoretur. Hi autem caſus ſunt magni, & magna nota digni, ergo per epicicheiam videntur excepti à communi lege, & ſi Pontifex de illis interrogaretur, valdè veriſimile eſt, quod concederet: loquimur ſecundum communem ſtylum beatificationis, quia ſi ſua ſanctitas conceſſerit, quod de eo, quodlibet die, & à qualibet perſona poſſit Miſſa celebrari, tunc ceſſat omnis difficultas. 45.

Si tamen Sanctus beatificatus ex cauſa transferatur, verbi gratiâ, dies 25. Maij eſt feſtivitas Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzi, ſi tunc inciderit ſolemnitas Aſcenſionis, an ejus feſtivitas poterit transferri in alium diem non impeditum? Multi apud Auctores citandos negant, alij plurimum dubitant. Ut Joannes à Divo Thoma *ſuprà citatus*, Diana *citato tractatu* 12. *reſolutione* 21. §. *Verum oppoſitum*, quia dies beatificati aſſignata eſt à Sacra Congregat. pro tali die, ergo in alium non poteſt transferri, quia juxta Decretum Innocentij X. beatificato non poteſt alius cultus deferri, niſi ille 46. Ioan. à D. Thomâ. Diana.
tantum,

tantum, qui aſſignatus eſt à Sacra Congregatione; & ideo Auctores citati dicunt ſatius eſſe in hac re conſulere Sedem Apoſtolicam.

47. Tamen ego ſimpliciter dicendum exiſtimo, quod dies feſtus talis beatificati, poteſt transferri, quia conceſſio Apoſtolica intelligenda eſt fieri, juxta regulas Breviarij, & ita in multis Bullis beatificationis exprimitur, ut in Bulla beatificationis Beati Franciſci de Borgia, dicitur ut recitetur Officium de Sancto Confeſſore non Pontifice juxta rubricas Breviarij, & ita ſemper intelligenda eſt conceſſio, quamvis non exprimatur, quia mens Sacræ Congregationis videtur eſſe, ut quolibet anno ejus feſtivitas celebretur, ac proinde ſi propria dies eſt impedita ad alium transferatur: & recitatio talis diei non videtur ita reſtringenda, cum favores ſint ampliandi; & conceſſio intelligenda eſt juxta rubricas Breviarij,

---

QUÆSTIO VII.

Suppoſito quod aliquibus conceditur licentia recitandi Officium, ac Miſſam celebrandi de aliquo Beato, an poſſint licitè omnes alij uti tali conceſſione?

SUMMARIUM.

48 *Status quæſtionis.*
49 *Prima ſententia affirmat.*
50 *Oppoſita ſententia vera, & num. 51.*
52 *Diluitur fundamentum contrariæ ſententiæ, & num 53.*
54 *Frivolè rejiciunt aliqui Decretum Congregationis non admittentes.*
55 *Si detur reliquia inſignis de Sancto beatificato in Eccleſia non propria, non debet de eo celebrari Officium, vel Miſſa, & num. 56.*

48. QUæſtio præſens: concedit ſua ſanctitas ut una Provincia, vel Religio Officium recitet, Miſſam celebret de tali beatificato. Quæſtio eſt, an non ſolum Eccleſiaſtici illius Provinciæ, vel Religionis poſſint illa ſolvere, an etiam Sacerdotes extranei, verbi gratiâ, alterius Provinciæ, vel Religionis poſſint de tali Beato Miſſam celebrare, & commemorationem facere in Miſſa per annum?

49. Tamborio. Affirmativam ſententiam docet Thomas Tamburinus *Opuſculo de ſacrificio Miſſæ, lib. 2 cap. 6. § 8. num. 15.* citans pro ſua ſententia
Quintanad. Fagundez, in qua etiam ſententia eſt Quintanaduen. *tom 1, tractatu. 6. ſingul. 5. num. 2. cum ſequentibus.* Fundamentum eſt, quia una Miſſa ejuſdem eſt valoris, & dignitatis, ac quælibet aliæ, proindéque ut Pontifex declarat talem Beatum dignum eſſe una Miſſa, ut dicatur ab una perſona determinata, declarat illum eſſe dignum omnibus alijs Miſſis à quocunque celebrandis, & ſic cum taliter ſit declaratum, non eſt unde quilibet Sacerdos impediatur talem Beatum venerari per ſuas Miſſas, abſque alia Sedis Apoſtolicæ auctoritate, cum iam per ipſam Sedem Apoſtolicam declaratus ſit tali Miſſa dignus.

Dico tamen, quod oppoſita ſententia mihi 50. Granado.
ſimpliciter eſt vera. Eam tenentur Granado *ſecunda ſecundæ, controverſ. 2. tract. 7. diſput. 4. ſect. 2. num. 18.* Turrianus *2. 2. diſp. 17. dub. 8.* Turrian. Amicus.
Amicus *tom. 3. diſp. 7. ſect. 2. num. 200.* Pellizarius *tom. 2. tractatu 8. cap. 2. num. 126.* Anton. Pellizar.
Eſcobar *in Theolog. Morali edition. ultima, exam. 12. cap. 4. num. 42.* Trullench. *in Decalog. tom. 2. lib. 1. cap. 9. dub. 5. num. 9. & 10.* Eſcobar. Trullench.
Diana *p. 12. tract. 2. reſol. 21.* & Ioan. à D. Thoma *ſuperiori quæſt. citatus.* Et probatur, quia maximè diſtinguitur cultus, qui defertur Canonizato, ac beatificato: nam cultus canonizati conceditur ſimpliciter pro omnibus, at cultus beatificati reſtringitur ad certam Provinciam, ac ad certam Religionem ut patet *ſuperiori q.* ergo ex eo quod reſtringitur ad certam Provinciam, ac Religionem, ut ab eis Officium recitetur, Miſſa celebretur, altare erigatur, excluduntur alij pro quibus non conceditur. Diana. Ioan à D. Thom.

Probatur etiam ex Alexandro III. *cap. Audivimus, de conſecr* quod non liceat ſine auctoritate Romani Pontificis aliquem venerari pro Sancto, ergo eis, ad quos talis auctoritas non ſe extendit, ſed reſtringitur, non licet alteri venerationem exhibere, quia quidquid amplius fit, ſine auctoritati Romani Pontificis fit; ergo cum concedit licentiam pro tali Provincia, vel Religione, aliis cenſetur denegata: in hoc enim diſtinguitur canonizatio à beatificatione, cultus canonizati eſt pro omnibus, beatificati vero pro certis, & determinatis perſonis. 51. Alex. III.

Nec obſtat, quod facta beatificatione, ſupponitur talem virum eſſe in gloria, & ſic deferri ei poteſt cultus? non inquam obſtat hoc, quia cultus publicus non ſolum requirit, quod homo ſit in gloria, ſed etiam judicium, aut licentiam Eccleſiæ, quæ quoad hoc eſt reſtricta. 52.

Confirmatur noſtra reſolutio ex declaratione S. Congreg. Cardinalium approbata à Sanctiſſimo Domino Papa, quod nullus cultus deferatur viris beatificatis, niſi ille, qui Bullis beatificationis eis expreſsè datur, ac conceditur, ut patet ex ipſo Decreto, quod retuli *ſuperiori quæſtione ſexta, in principio, num. 41.* 53.

Non deſunt tamen, ut advertit Diana, Doctores qui preſſi ſupra dicto Decreto, quod ſatis urget, aſſeruerunt, vel non fuiſſe legitimè promulgatum, vel non fuiſſe uſu receptum, vel non tollere praxim, & conſuetudines communiter in aliqua Provincia uſu receptas, ſed his minimè ſtandum eſt: nam Decretum cum fuiſſet Romæ typis datum videtur ſufficienter promulgatum, & mens Sacræ Congregationis eſt; ut beatificatis nullus alius cultus deferatur, niſi ille, qui expreſsè in Bullis declaratur. 54. Diana.

Quæres tamen, verbi gratiâ, pro Beata

RESOLUTIO XIII.

Explicantur quædam Axiomata, quæ frequenter veniunt apud Regulares.

Quæstio Prima.

In Religione non ſervantur apices iuris, ſed ſolum quæ ſunt de ſubſtantia iuris.

SVMMARIVM.

1 *Religiones habent privilegia, ut in eis non obſerventur apices iuris, & n. 2.*
3 *Quinam communiter dicantur apices juris.*
4 *Quænam ſint de ſubſtantia iuris.*

1, DE Axiomatibus juris varij Auctores
varios tractatus ediderunt, & maxi-
mè Auguſtinus Barboſa *in tom. cuius*
Titulus eſt Tractatus varij; Nos verò pauca
ponimus uſu frequentiora. Bonifacius VIII.
Bonif. VIII. Fratribus Minoribus conceſſit, ut in ſuis ju-
diciis, & proceſſis non teneantur ſervare apice
Monumenta juris. Habetur Bulla in libris Monument.
Ordinu. Ordinum *fol.* 125. & poſt medium Bullæ ſic
conceſſit Papa.
Nos piis veſtris ſupplicationibus inclinati,
2. *vobis auctoritate Apoſtolica indulgemus, ut ad*
correctiones, & punitiones Fratrum ejuſdem Or-
dinis delinquentium infligendas, Prælati Ordinis
ſupradicti (ad quos eadem ſpectare noſcuntur)
rimulis iuris, & apicibus eius poſtpoſitis liberè
procedere valeant ſecundum conſuetudines ap-
probatas, & generalia facta, vel facienda ipſius
Ordinis ſtatuta Neque volumus eiſdem licere
Fratribus, ab eiſdem correctionibus, & punitio-
nibus aliquatenus appellare &c. Ita Summus
Pontifex, de quo privilegio per communica-
tionem participant aliæ Religiones.
Apices ergo juris ſunt dilationes tot, &
3. tantorum dierum, ut ait Clemens Papa V. In
Clem V. *Clementina ſæpè contingit* de verborum ſigni-
ficatione, dicens: *Inter apices iuris cenſentur*
dilationes. Imò & quod teſtes publicentur: nam
in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis, ubi om-
nia, quæ ſunt de ſubſtantia juris, perfectiſſimè
obſervantur; tamen teſtes non publicantur,
quia non ſunt de ſubſtantia juris, & alia ſi-
milia.
De ſubſtantia iuris eſt, ut pars citetur, acto-
4. rum copia detur; teſtes proferantur, ac exami-
nentur. De quo Gratian. *deciſ* 68. *n.* 12. Meno-
Gratian. chius *de arbitr. l.* 1. *q.* 51. *n.* 4 & *conſ.* 25. *n.* 12. &
Menoch. *conſ.* 263. *n.* 3. Marta *de clauſ.* 368. Caldas Pe-
Marta. reira *de empt. c.* 33. *n* 30. & alij multi, qui etiam
Caldas Per omnes notant, quod maximè de iure divino
ac naturali eſt, ut reus audiatur iuxta illud
Ioan. 7. n. 51. *Nunquid lex noſtra judicat homi-*
nem, niſi prius audiatur ab ipſo, & cognoverit,
quid faciat.

Quæstio II.

Ex quibus argumentum ſumendum, ac formandum ſit?

SVMMARIVM

5 *Argumentum ejuſdem qualitatis cum ſuo principali.*
6 *In jure valet argumentum à ſimili.*
7 *Æquipollentium eadem eſt diſciplina.*
8 *Animus dignoſcitur ab operibus.*
9 *Actus agentis non operatur ultra intentionem.*
10 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

ARgumentum debet eſſe ejuſdem qua-
litatis cum ſuo principali, cui acce- 5.
dit, *lex etiam, Cod. de iure Dotum. leg.* 5. Barthol.
ff. de pactis dotalibus, Barthulom. Perez *ad*
Extravag. Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non Baldus.
alienand. Baldus *conſilio* 407. *in quæſtione*, Tiraquell.
num. 3. Tiraquellus *de retractu Lignag.* §. 1. Gloſſa.
Gloſſa 18. *numero quinquageſimo primo, quin-* Barboſa.
quageſimo ſecundo; & alij multi, quos citat Bar-
boſa *Axiomat.* 34. *n.* 1.
Secundò. In iure valet argumentum à ve- 6
riſimili, illúdque pro diſpoſito habetur,
quod veriſimiliter fuiſſet diſpoſitum, ſi diſ-
ponens, verbi gratiâ, ſuperior fuiſſet de il-
lo interrogatus. Baldus, Paulus de Caſtro, Baldus.
& alij *in leg. Tale pactum*, §. *fin ff. de pa-* Paulus.
ctis? Sapientiſſimus Mag. Fr. Antonius de Souſa.
Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lege quarta, cap.* 9.
num. 7.
Tertiò. Æquipollentium eadem eſt diſci- 7.
plina, *l. ſi mater*; cum Gloſſa, Bartolus *Cod. de* Gloſſa
inſtitutione, & alij cum Lezana *conſultat.* 30. Bortol.
num. 26. Et idem eſt. Vbi militat eadem ra- Lezana.
tio, ſtat eadem legis diſpoſitio, *leg. Illud,*
ff. ad l. Aquiliam, l. ſi poſtulaverit, §. 2. *ad le-*
gem Iuliam, de Adulteris, l. Quidam nummula-
rios, ff de edendo; unde ille, qui Miſſam ce-
lebrat abſque Ordine Sacerdotali, incurrit
irregularitatem, & deinde alias pœnas impo-
ſitas in jure.
Quartò. Animus dignoſcitur ab operi- 8.
bus operantis, & talis præſumitur, qua-
lem facta demonſtrant, *leg.* 1. §. *fin. ff. de do-*
lo. Maſcardus *de probationibus, concluſione* 95. Maſcard.
numero primo, & ſequentibus, conſilio 1304.
numero vigeſimo quarto. Farinacius *in praxi cri-* Farinac.
min. quæſtione 89. *num.* 76. & maximè ſi ver-
ba etiam iunguntur, quia ex illis etiam cum
operibus bene dignoſcitur animus, & in-
tentio hominis. *l. Labeo, ff. de ſupellect. le-*
gat. cap. Secundo requiris, de Appellationibus.
Albanus *conſil.* 119. & *conſil.* 626. *numero nono.*
Surdus *conſil.* 82. *num.* 33. & *conſil.* 471 *num.* 33.
Quod fortius procedit, cum verba, opera, ſeu
facta non ſolùm antecedentia; ſed conſequen-
tia fuerint Rota *deciſ.* 64. *num* 5. *part.* 2. & *de-*
ciſ. 306. *num.* 5 *part.* 2. *recent.* Menoch. *conſil.* 1.
num. 294. *ac ſequent.*

Quintò.

Quintò. Actus agentium non operātur vltra
intentionem eorum, *leg. Non omnis, ff. ſi cer-
tum petatur, l. in agris, ff. de acquirend. rerum
dominio*, & actus ſemper iudicatur à princi-
pali intentione agentium, *l ſi quis nec cauſam,*
Baldus. *in principio*, ibi Baldus *ff ſi certum petat l. qui
exceptionem, ff. de conditione indebiti, l. 1. C. ad
legem Cornel de Sicar.*

10. Sextò. De uno ad aliud non poteſt fieri il-
latio, niſi quando ſunt eiuſdem rationis, di-
verſorum enim diverſum eſt iudicium, *l. in-
ter ſtipulationem, § Sacram. ff de verbor. obligat.*
Steph. Grat. Stephan. Gratian. *deciſ. 52. num.* 8. Unde Em-
Sà. manuel Sà ait: Prælati exempti habentes
iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuos,
non poſſunt in eos quidquid poſſunt Epiſcopi
in ſibi ſubditos, niſi ex ſpeciali indulto Sedis
Apoſtolicæ.

11. Septimò. Subrogatum ſapit naturam eius,
in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi iniuriarum,*
Bartolus. *ff. ſiquis caut.* ibi Bartolus, Baldus, Ange-
Baldus. lus, & alij: quod intelligitur, quando ſu-
Angelus. brogatus eſt æqualis conditionis cum eo, cui
Menoch. ſubrogatur. Menoch. *conſil.* 784. *numero duo-
Barboſa. decimo*, Barboſa *Axiom. Iuris, Axiom.* 275.
numero primo, unde inter Generalem, &
Lezana. Vicarium Generalem militat differentia. De
quo latè Lezana *in Conſult. conſult.* 28. *nu-
mero vigeſimoprimo.*

Quæstio III.

Ex quibus præſumptiones efformandæ?

SUMMARIUM.

12 *Delictum in dubio non præſumitur.*
13 *Factum non præſumitur, niſi probetur.*
14 *Geminatio actus enixam voluntatem indicat.*
15 *Probabilis ſuſpicio metus ſufficit ad irritandum actum.*
16 *Tacens longo tempore conſentire præſumitur.*
17 *Veritas prævalet præſumptioni.*
18 *Præſumptio fortior tollit debiliorem.*

12. PRimò. Delictum in dubio non præſumi-
tur, & ideo actus, qui poteſt ſonare de-
lictum, interpretandus, ut delictum abſit,
*l. Merito, ff. pro ſocio, l. Prætor, § decore, ff. de vi
boni rap. cap. Hoſte de regulis iuris in Decret.*
Abbas. Ibi etiam Doctores, Adeo ut interpretatio ſem-
Maſcard. per facienda ſit, ut excludat delictum Abbas
Farinac. *in cap. Cum tu de teſtibus.* Maſcardus *de proba-
tionib concluſ.* 496. Farinac. *in praxi criminali,
part. 3. q. 85. n. 1.*

13. Secundò. Factum non præſumitur niſi pro-
Iaſon. betur, *l. in bello, § facta, ff. de captivis, & poſt lim.
reverſ. l ſi emancipat.* 9. vbi Iaſon, & alij. Nihil
inde inferri poteſt. Deinde quia factum contra
ius, pro non facto habetur, *l Iubemus, § Præ-
dia, Cod. de Sacroſancta Eccleſ. cap. Quæ con-
tra ius* 64. *de regulis iuris, lib.* 6. Tandem quia
factum non attenditur, ſed quod debuit fie-
ri, *leg. Nemo, Cod. de ſentent. & interlocut.*
& ita de facto revocandum, quia facta de fa-
ſto, etiam ſunt revocanda de facto iuxta no-
tat. *in l.* 1. *§. Nuntiatio, ff. de novi oper. & nun-
tiat. in & cap.* 1. ut lite pendente. Alexand. Alexander
conſil. 179.

Tertiò. Geminatio actus enixam volunta- 14.
tem, & majorem deliberationem indicat,
l. Baliſta. ff. ad Trebellian. Bartol *in l. Cum ſcimus,* Bartol.
num. 7. Cod. de Agricult. & cenſibus, lib. 11. De-
cius *in l. 1. num. 30. C. de pactis*, & *conſil.* 51. *cap.*
2. & *conſil.* 180. *col.* 3. multi alij apud Barbo- Barboſa.
ſam *tractatu de Axiomat. Iuris, Axiom* 105. *n.* 1.

Quartò. Iuxta, & probabilis ſuſpicio me- 15.
tus ad irritandum actum ſufficit, quia illa
habetur pro vero metu. Baldus *in leg. fin.* Baldus.
num. 7. Cod. de iure delib. Remin. Sen. *conſ.* 15. Rota.
num. 6. Alban. *conſil.* 77. *num.* 11. quos citat,
ac ſequitur Rota *deciſ.* 374. *num.* 18. *coram
Gregorio XV. & Sigiſm. de bono, ſuprà, num.* 15.
Quæ enim ſiunt per metum non ſolùm irri-
tari debent, ſed etiam pro iure irritæ ſunt, Navarr.
cap. Bonæ memoriæ, de elect. Navarrus *conſil.* 5. *n* 2. Miranda.
Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *q.* 23.
art. 1.

Sextò. Tacens longo tempore conſentire 16.
præſumitur. Baldus *in l. ſi filius, Cod. de petit.* Baldus.
hereditatis. Angelus *in l. qui aliena, in principio,* Angelus.
ff. de acquirenda hereditate. Alexander *in leg.* 2. Alexander.
§. voluntate, ff. ſoluto matrimonio Maſcardus
de probation. volunt. 3. *conſil.* 1218. *num.* 50 & ta-
cens per longum tempus, iuri ſuo renuntiare
præſumitur, ut per Rotam; & Doctores
probat idem Maſcardus *concluſione* 1263.
num. 27. Maſcard.

Septimò. Præſumptio cedit veritati, quia
veritas prævalet præſumptioni, quod ex 17.
multis iuribus probant Socin. *conſilio* 164.
colum. 5. verſ. Sed hanc obiectionem. Pariſius Socin.
conſil. 29. *num.* 44. *lib.* 2. Rolandus à Valle Pariſ.
conſil. 99. *num.* 11. *lib.* 1. Surdus *conſil.* 7. *num.* 61. Roland.
& *conſil.* 16. *num.* 22. & alij multi apud Barbo- Barboſa.
ſam *Axiom.* 186. *num.* 1. Unde infertur, præ-
ſumptiones ceſſant in claris. Anton. Menoch.
deciſ. 51. *n.* 49.

Octavò. Præſumptio fortior tollit debilio- 18.
rem, *l. Divus. ff de integritate reſtitut. l Non ſolum,
ff. de ritu nupt.* latè Menoch. *de præſumpt. lib.* 1.
præſumpt. 30. *num. & conſequentibus, & lib.* 6. *præ-* Menoch.
ſumpt. 64. *num.* 46. Stephanus Gratianus *tom.* 4. Gratian.
cap. 611. *n.* 33.

Quæstio IV.

Quomodo in dubio habendum ſit?

SUMMARIUM.

19 *Actus in dubio debet interpretari validus ad omnem diſpoſitionem.*
20 *Reus in dubio eſt abſolvendus.*
21 *Dubia in meliorem partem interpretanda.*
22 *In dubiis tutior pars eligenda, & etiam dubius ab ignorante non dictas.*

PRimo. Actus in dubio debet interpretari,
ut validus habeatur, *l. Quoties, ff. de rebus* 19.
dubiis, leg. ſi quando, ff. de legatis 1. Abbas Abbas.
in conſil. 62. *in controu. concluſ.* 1. *num.* 7. Roland. Roland.

à Valle *conſil.* 61 *num.* 23.ubi extendit ad om-
Roman. nem actum. Roman. *conſil.*180. §. *ſi admitti-*
mus, *num.* 4. *cum ſequentibus:* vbi extenditur
ad omnem diſpoſitionem, videlicet contra-
ctum, teſtamentum, iuramentum, atteſtatio-
nes, & privilegia.

20. Secundò. Reus in dubio eſt abſolvendus,
l. Arrius, *ff. de arte obligat. cap. Ex literis*, *de*
probat. l. Qui accuſare, *C. de edend.* Tertiò In
dubio de validitate actus debet interpretari
Labeo. quod valeat, *ff. de iniur. l. apud Labeonem*, § *ſi*
communem, *ff. de ſerv. car. l ſi quis ſervum*, *in*
Bartol. *fine*, Bartol. poſt Gloſſam *in l. Non ſolum* §. *ſed*
Gloſſa. *vt probari in* 1. *col. in fine*, *ff. de oper. novi nunc.*
Baldus. Bald. *in Rub. C. de fine inſtrum.* 4. *column. in*
verb. Iuxta hoc quæritur. Quartò. Dubia in
Bertachin. meliorem partem interpretanda. Bertachi-
Franc. Mol. nus *in Repertor.* 2. *part. verb. Dubium.* Fran-
ciſc. Molina *de ritu nuptiar. lib.* 1. *compar.* 16.
num. 2.

21. Quintò In dubiis tutior pars eligenda, *l. ſi*
fuerit, § *ultim. ff. de rebus dubiis*, *cap. Iuvenis*,
de ſponſalibus, *cap. Ad audientiam*, *de homicidio*,
Covar. *in cap. Alma mater*, *part.* 1. § 2. *num.* 5.
Navarr. *caſu* 1. Navar. *in manuali*, *cap* 27. *num.* 139.
Sextò Dubius ab ignorante non diſtat, *l. Ma-*
nifeſtiſſimi, §. *ſin autem neſcius*, *C. de furtis*,
Gama. Gama *Luſitan. deciſ.* 91. *num.* 1. *in principio.*
Surdus. Imò comparantur ex Surdo *deciſ.* 265. *n.* 17. Li-
mitat tamen, cum dubitans tenebatur inqui-
rere, & de facili potuit certificari. Idem Sur-
dus *conſil.* 379. *num.* 18. & *conſil.* 528. *num.* 43.
Decian. Decianus *conſil.* 39. *num.* 21. §. *ſi fortè.* Odd. *de*
reſtit in integrum, *part.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 9. *num.* 47.
Farinac. Farinac. *Prag. crim. p.* 1. *tit.* 1. *n.* 96.

QUÆSTIO. V.

In diſpoſitione rerum, quomodo agendum ſit?

SUMMARIUM.

22 *Quilibet de re ſua poteſt diſponere, & teſta-*
tor legem ſuis rebus ponere.
23 *Diſpoſitio intelligitur de rebus ſic ſtan-*
tibus.
24 *Diſpoſitio generalis generaliter eſt intelli-*
genda, limitatur tamen à ratione par-
ticulari.
25 *Diſpoſitio limitata limitatum parit ef-*
fectum.
26 *Diſpoſitio non habet locum, ſi verba non*
conveniunt.
27 *Diſpoſitio ſemper intelligitur de actu, & mi-*
litat in dependentibus, & n. 28.

22. Diſponere de re ſua quilibet poteſt, *l. Du-*
dum, *C. de contrah. emptione*, *l. in re man-*
data, *C. mandati.* Anchar. *conſil.* 155. *num.* 7. ubi
Anchar. declarat hoc procedere, quando quis agit in
re penitus ſua propria, ſecus ſi communis ſit,
vel in ea alios prætendit *conſil.* 157. *num.* 7.
verſic. Secundò. Vbi, quod licitum eſt cuili-
bet ſibi proſpicere, & meliorem ſuam condi-
tionem facere, quando de re ſua diſponit,
Caſtrenſ. etiam cum alterius detrimento. Caſtrenſ. *con-*
ſil. 59. Pro pleniore in principio per totum

Alexand. *conſ.* 12. *lib.* 1. ubi ait procedere multo Alexand.
magis in ultima voluntate, quia poteſt teſta-
tor legem ponere quam velit rebus ſuis, refert
Card. Tuſch. *practi. conſil. tom.* 1. *lit. D. concl.* 486. Tuſchus.
per totam.

Secundò. Diſpoſitio omnis intelligitur, re- 23.
bus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu perma-
nentibus, *l. quod, ſi ſervus*, *ff. de condict. ob cau-* Gloſſa.
ſam, *cap. In Parochum* 16. *q.* 1. Gloſſa *in cap.* 2.
de reſcriptis, & multi alij Doctores apud Barboſa.
Barboſam *Axiom.* 73. *num.* 3. & adducit An- Anchar.
char. *conſil.* 84 *Domina num.* 4. & *conſil.* 5. &
conſil. 194. *num.* 3. *in fine*, ubi ait, quod muta-
to, vel alterato ſtatu rei, aut diſpoſitione,
ſeu perſonæ, mutantur res, diſpoſitio, &
perſona.

Tertiò Diſpoſitio generalis generaliter eſt 24.
intelligenda. Cravetus *conſil.* 133. *num.* 5. & 6. Cravetus.
quod explicat, niſi adſit cauſa efficax reſtrin-
gendi, vel ratio per quam reſtrictio ſit fa-
cienda. Quod ſecundo limitat *conſil.* 176.
num 4 & 5. Tiraquel. *in l. ſi unquam*, *C. de re-* Tiraquel.
vocat. donat. in præfat. num. 119. ubi quòd diſ-
poſitio generalis operatur generaliter, tam in
odioſis, quam correctoriis, & pœnalibus.
Tertiò limitatur, quia diſpoſitio generalis
reſtringitur ex ratione particulari, *l. cum præ-*
tor. §. *Dulciſſimus*, *ff. de legatis* 2. *l. ſi decertare.*
Girona *de privileg. ſeu exempt. ſignific.* 277. Girona.
Oſaſch. *Pedemon. deciſ* 98. *n.* 10. Surd. *conſ.* 389. Oſaſch.
n. 9. Lezana. *conſult.* 2 *n.* 21. Surdus.
Lezana.
Quartò. Diſpoſitio limitata, limitatum pro- 25.
duxit effectum, & non extenditur ultra limi-
tes. Petrus de Anchar. *conſil.* 118 *caſus talis* Anchar.
eſt in principio, *num.* 4. Cardin. Seraphin. *de-* Seraphin.
ciſ. 911. *num.* 2. Cephalus *conſil.* 284. *num.* 13. Cephalus.
lib. 2. & alij communiter, & ita loquuntur de
iuriſdictione, de commiſſione data, de renun-
tiatione facta, vel gratia data cum limitatione
Rolandus à Valle *conſil.* 41. *n.* 16. *lib.* 3. Cravetus Roland.
conſ. 361. *n.* 3 & 7. Crauet.

Quintò. Diſpoſitio non habet locum, ubi 26.
verba non conveniunt diſpoſitioni, *l.* 4 §. *To-*
ties, *ff. de damno infecto*, *l. quod conſtitutum*,
ff. de milit. teſtament. Alexand. *conſ.* 17. Re- Alexand.
quiſit. *num.* 1. *lib.* 1. & *conſil.* 17. *viſis*, *num.* 8. Requiſit.
verſic. ultimo, *l.* 2. Geminian *conſil.* 65. *in principio.* Geminian.
verſ. Secunda pars. Imola *conſil.* 9. *in prin-* Imola.
cipio.

Sextò. Diſpoſitio omnis ſemper intelligi 27.
debet de actu valido. Petrus de Anchar. *con-* Anchar.
ſil. 6. *viſo Themate*, *n.* 5 & 5. & 6, Bald. *conſ.* 442. Baldus.
verba ita dicunt. Avend. *l.* 40. *Tauri*, *Gloſſa* 1. Avend.
num. 28. ubi, quod diſpoſitio regulatur ſecun-
dum ius vigens tempore diſpoſitionis: Aretin.
conſil. 142. *num.* 12. *verſ. Et ſimiliter.* Ubi quod Aretin.
diſpoſitio loquens de probatione, intelligitur
de valida, & ſufficienti.

Septimò. Diſpoſito in principali, cenſetur 28.
etiam diſpoſitum in dependentibus. Seraphin. Seraph.
de privileg. iuram. privileg. 74. *n.* 148.

Octavò. Diſpoſitum in uno ex æquiparatis,
etiam in altero militat, quamvis materia ſit
exorbitans. Reinoſus *in obſervat. practic. obſer-* Reinoſ.
vat. 44 *n.* 3 *obſervat.* 70. *n.* 31.

RESO

RESOLUTIO XIV.

Bannitus.

Quæstio Prima.

Quid, & quotuplex ſit Bannitus?

SUMMARIUM.

1 *Bannitus à quo verbo deducatur.*
2 *Bannitus dupliciter accipitur.*

1. Gloſſa. Sylveſt. Tuſcus. BANNITUS deducitur à verbo bannio, quod idem eſt ac proſcribere, ac delere à numero civium, ſeu civitatis, iuxta Gloſſam *de foro competenti*, *in cap. Quod Clerici* Unde Bannitus idem eſt, quod proſcriptus, ſeu deletus à civitate. Ita Sylveſter. *verb Bannitus*, *num.* 1. Bannitus variè, ac multipliciter poteſt accipi, ut videre eſt apud Cardinalem Tuſchum *litera B*, *concluſ.* 9. *in præſenti*, & magis communiter dupliciter accipitur.

2. Sotus. Clarus. Armilla. Magis tamen communiter dupliciter accipitur Bannitus. Primò, pro illis, qui exules effecti ſunt ab aliqua civitate; ſecundò verò pro illis, qui propter aliquod capitale crimen damnati ſunt ad mortem, impunè illis à quocunque infligenda; & hi propriè dicuntur Banniti, de quibus in præſenti agimus, qui modo ex communi acceptione vocantur Banniti, ſeu capitaliter proſcripti, priores autem exules tantum dicuntur. Ita Sotus *de juſtitia*, *lib.* 5. *quæſt.* 1. *art.* 3. Clarus *lib.* 5. *verbo Homicidium*, *num.* 54. & 59. Armilla *verb. Homicidium*, *num.* 1.

Quæstio II.

Vnicuique licet Bannitum, ſeu proſcriptum occidere quibuſdam conditionibus poſitis.

SVMMARIVM.

3 *Bannitus per ſententiam licitè poteſt occidi a qualibet perſona.*
4 *Si Bannitus appellavit, pendente appellatione, non poteſt occidi.*
5 *Si verò Bannitus ſit ſub poteſtate judicis, iam non poteſt à quocunque occidi.*
6 *Non eſt licitum filio occidere patrem bannitum, vel è contra.*
7 *Banniti poſſunt ſemetipſos occidere.*
8 *Eccleſiaſticus non poteſt occidere bannitum.*

3. COmmunis reſolutio in hac materia eſt, bannitum, ſeu capitaliter proſcriptum per publicam mortis ſententiam licitè in conſcientia poſſe à quocunque etiam privata perſona, dummodo non ſit Eccleſiaſtica, occidi; tunc enim quilibet publica auctoritate conſtituitur miniſter, ac executor juſtitiæ. In hoc conveniunt omnes Auctores proximè citati, & multi alij apud Layman. *lib.* 4. *ſect.* 5. *tract.* 3. *c.* 2. *n.* 3. Azor. *tom.* 3. *lib.* 2. *c.* 2. *q.* 2. & alij ſtatim citandi. Layman. Azor.

4. Naldus. Lezana. Baſſeus. Si tamen bannitus legitimè appellavit à mortis ſententia contra illum promulgata, pendente appellatione, nil eſt innovandum, nec poteſt occidi. Naldus *verb. Bannitus*, *n* 7. & Lezana *eodem verb.* *num.* 12. Baſſeus *eodem verbo*, *n.* 1.

5. Graſſius. Secundò. Quando bannitus captus eſt à Judice ſæculari, aut ſe præſentavit poteſtati ſæculari, quia iam eſt ſub legitima Judicis poteſtate, ad quem ſolùm pertinet ei inferre mortem, & ad nullum alium. Ita Auctores citati quibus accedit Graſſius *in deciſionibus aureis*, *p.* 2. *lib.* 2. *c.* 19. *n.* 7.

6. Bartolus. Gomez. Clarus. Bonacina. Diana. Layman. Tertius caſus eſt, quod quamvis aliqui, ut Bartolus, & Gomez, ac alij teneant, licitum eſſe filio occidere patrem bannitum, & è contra patri occidere filium bannitum, oppoſita ſententia mihi videtur vera, nempe non licere? non enim filius in tali caſu omittit obligationem naturalem, qua erga patrem ſuum tenetur, nec pater dato caſu omittit obligationem ac affectum conſervationis erga filium. Ita Iulius Clarus *in praxi criminali*, *lib.* 5 §. *Homicidium*, *num.* 61. Bonacina *de contract. diſp.* 2. *quæſt. ultima*, *ſect.* 1. *punct.* 2. *num.* 3. Diana 5. *part. tract.* 4. *de homicidio*, *Reſolut.* 25. *ad finem.* Laym. n. *proximè citatus*, *num.* 3. excipiunt, niſi ipſi banniti ſint crudeles hoſtes communis boni, ac totius Reipublicæ.

7. Diana. Quartò. Ex dictis ſequitur, quod ipſi banniti, ſeu proſcripti poſſunt ſemetipſos ad invicē occidere, militat in eis ratio appoſita in concluſione, ut bene advertunt Bonacina, & alij Doctores citati cum Diana *p.* 5. *tr.* 4. *Reſol.* 25. §. *Sed ego*; non tamen quilibet ex eis poteſt ſeipſum occidere.

8. Excepimus in concluſione, *dummodo non ſit perſona Eccleſiaſtica*, quia licet Eccleſiaſticus occidens bannitum, immunis ſit à pœna temporali, quia tamen cauſa ſanguinis eis eſt illicita, inde mortaliter peccant, *cap. Sententiam ne Clerici*, *vel Monachi*, imò, & tales ſunt irregulares, irregularitate ex delicto proveniente, quia nempe delictum commiſerunt in tali morte; laici autem bannitos interficientes ſolum contrahunt irregularitatem ortam ex homicidio juſto. Si autem Eccleſiaſticus cū moderamine inculpatæ tutelæ occideret bannitum volentem ipſum Eccleſiaſticum occidere, tunc nullam incurrit irregularitatem, ut dicetur *infrà*, *verb. Irregularitas*, *ex communi ſententia*.

Quæstio III.

An liceat per inſidias, ac proditoriè occidere bannitum?

SVMMARIVM.

9 *Prima ſententia negat.*

10 *Secunda & vera affirmat.*
Licet occidere aggreſſorem in via,

9. NEgativam ſententiam tenent Menochius, Homobonus, & alij, quos citant, ac ſequuntur Bonacina *de contract. diſp. 2. quaeſt ultima ſect. 1. punct. 2. num.* 3. Iulius Clarus *in praxi criminali lib. 5. §. Homicidium, num.* 61. & ideo hanc ſententiam tenent, propter periculum damnationis, cui frequenter exponitur banoitus, ſi in tali ſtatu proditorie occidatur, & ideo dicunr Naldus *verbo Bannitus, num.* 11. & Lezana eodem *verb. num.* 10. quod taliter occidens bannitum peccabit noo contta juſtitiam, ſed contta charitatem. Naldus. Lezana

10. Molin. Filliuc. Azor. Diana Dieo tamen, quòd licitum eſt proditorie, ac per inſidias occidere banoitum Ita Molina *de juſtitia, tom. 4 tract. 3. diſp 7. n. 1.* Filliucius *tom. 1. tract. 25. cap, 2. num. 25.* Azor. *tom. 3. lib. 2. cap. 2. quaeſt.* 3. Diana *part. 5. tract.* 4. de homicidio *Reſol.* 25. Quæ ſententia, ex eo mihi probatur, quia quilibet eſt miniſter juſtitiæ in iſto caſu, & poteſt gladio occidere bannitum, abſque peccato contra juſtitiam, vel charitatem: ergo etiam eum poteſt occidere proditorie, ac per inſidias, nulla enim maior ratio apparet, nec ratio in contrarium urget. Quia bannitus ſua culpa à peccatis ceſſare non vult, maiorque ratio habenda eſt boni publici, quam particularis illius, qui cum ſibi proſpicere poſſet, noo vult.

11. Molina. L. 1. C. quando Ex quo accipe cum Molina, *citato loco*, juxta *l. 1. C. quando liceat unicuique ſine iudice,* &c. Vbi videtur conceſſum interficere graſſatorem, qui vias publicas tenet, quoniam in defenſionem ſuam, & aliorum, quibus iile mortem, & alia damna præparat, hoc videtur in juſtam vindictam publica auctoritate concedi.

Quæstio IV.

An liceat occidere bannitum extra territorium proſcribentis?

SUMMARIUM.

12 *Prima ſententia affirmat licitum eſſe.*
13 *Secunda, & communis negat.*
14 *Excipitur, niſi id fiat de conſenſu Principis territorij, & ſi fuerit bannitus à Papa.*
15 *Prima ſententia probabilis, ſi bannitus fuerit facinoroſus.*
16 *De pœna homicidij.*

12. ALiqui ſunt Doctores, qui abſolute affirmant licitum eſſe extra territorium judicis, vel proſcribentis occidere bannitum. Ita Graſſius *part. 1. lib. 2. cap, 62. num.* 57. Megalius *tom 1. variar. reſolut.* 60 *num.* 5. cum Claro, *citato num.* 66. & Baldo *in l. cunctos populos n. 9.* Tum quia conſtitutio poteſt ligare perſonas extra territorium exiſtentes. Tum quia maximè conveniens eſt publicæ utilitati, ut tales ubicunque fuerint, perimantur, ac iterum revertantur, & provinciam cladibus, furtis; ac violentijs moleſtent. Graſſius. Megalius. Clarus. Baldus.

Tamen communis eſt oppoſita, quod ſcilicet nullus Bannitus occidi poteſt extra territorium principis, ac judicis, qui illum proſcripſit. Ita Toletus, Azor. Filliucius, Reginaldus, Sà, Bonacina, Layman, & alij, quos citant, ac ſequuntur Diana, *part.* 5. *reſol.* 4. Baſſeus, *verb. Bannitus, num.* 3. Et pròbatur, quia auctoritas occidendi non extenditur ultra territorium proſcribentis, deinde, quia fit magna iniuria Principi, in cuius territorio moratur bannitus, & qui talem mortem exequuntur, exponunt ſe periculo ſubeundi pœnam homicidæ. 13. Toletus. Azor. Filliucius. Reginald. Sà Bonacina. Layman. Diana. Baſſeus.

Excipiuntur tamen à citatis Doctoribus duo caſus. Primò, ſi princeps, vel Dominus talis territorij expreſsè, vel implicitè conſentiat, tunc non erit peccatum contra iuſtitiam ibi bannitos occidere. Secundò, niſi talis reus eſſet bannitus à ſummo Pontifice, qui cum habeat iuriſdictionem illimitatam per totum orbem, poteſt mandare occiſionem hominis à ſe proſcripti in quocumque territorio. 14.

Hæc ſecunda ſententia eſt valdè communis, tamen etiam probabilis eſt, quod ſi bannitus ſit valdè facinoroſus, bonoque communi pernicioſus, quòd poſſit occidi extra territorium banuientis. Ita colligitur *ex l. 5. §. fin. ff. de ſicariis*, ubi dicitur transfugas, ubicumque inveniuntur, licitum eſſe interficere: cum conſtitutio ligare poſſit perſonas extra territorium, *l. Magis puto § illud ff. de rebus eorum,* de quo latè Soc. *conſil. 74. num.* 17. Tum quia valdè utile eſt reipublicæ viros facinoroſos perimi, cùm ubique iterum delinquant, ſicque intervenire videtur titulus iuſtæ defenſionis: Tum etiam quia in iſto caſu videtur adeſſe conſenſus alieni principis, ſicque ei non fit injuria, & eſto ſit invitus in caſu magnæ neceſſitatis eſt injuſte invitus, indéque de eius diſſenſu non eſt curandum, ita cùm Graſſio ſentiunt Toletus *lib. 5. ſummæ cap. 6. verſ. Rurſus tertiò* Gomez *in cap. 2. ſi ſtatuto, num. 42. de conſtitutionibus.* Pellizar. *tom. 2. tract. 9. n 68. §. quòd ſi hic.* 15. L. 3. §. fin. L. Magis. Socin. Graſſius Toletus. Gomez. Pellizar.

Nec obſtat, quòd occidens bannitum in alieno territorio, puniretur, ut homicida, quia hîc in primis loquimur in foro conſcientiæ, ſi illud contingat, ex eo erit, quia ille princeps oppoſitam ſententiam tenet, à qua ſe occidens defendet, cùm hac ſententia, & quia occidit baonitum per ſententiam publicam damnatum in magnam Reipublicæ utilitatem. 16.

Quæstio V.

An liceat ſtatutum proponens præmium pro occidente bannitum?

SUMMARIUM.

17 *Quamvis aliqui negent, tamen tale ſtatutum licitum eſt, & ſæpè utile.*

SI proponatur, verbi gratia, ut quicunque ex bannitis alium banoitum occiderit, libertate nempe donabitur, vel quicunque alius 17.

bannitum occiderit, accipiat certam pecuniæ ſummam. Quamquam aliqui Doctores, ut
Sotus. Sotus cum Bonacina *de contract. diſp.2. quæſt.*
Bonacina. *ultima, ſect.1. punct 2. num.3*, Tale ſtatutum
Azor. non multum approbent. Tamen Azor. Filliu-
Filliucius. cius, Homobonus, Megalius, Decius, Iu-
Homobon. lius Clarus, quos citant; ac ſequuntur Diana,
Megalius. ac Baſſeus *citati, num.4. affirmant*. Et ratio eſt,
Decius. quia aliquando id expedit communi Reipubli-
Diana. cæ bono, ut banniti, qui ſunt communes
Baſſeus. Reipublicæ hoſtes è medio tollantur, & vidi-
mus hoc aliquando factum fuiſſe à Magnis Pontificibus, ut Sixto V. hoc tamen non debet fieri niſi ex magna, ac urgenti cauſa.

QUÆSTIO VI.

An Bannitus iuſte damnatus ad mortem occidere poſſit ſuum aggreſſorem?

SUMMARIUM.

18 *Prima ſententia negat.*
19 *Secunda, & ſatis probabilis affirmat.*
20 *Diluitur argumentum aduerſariorum.*

18. PRima ſententia, & communis tenet fas non eſſe bannito ſe defendere contra aggreſſorem eum occidendo, vel mutilando.
Azor. Ita Azor. *part.3. lib.2. cap.1. quæſt.11.* Layman.
Layman. *lib.3. de iuſt tract. 3. part.3. cap.2. num.3.* Sà *verb.*
Sà. *Bannitus, num 4.* M. Lezana, *eodem verb. num.13.*
Lezana. Fundamentum eorum eſt, quia idem eſt, ac ſi reus, vel malefactor condemnatus ad mortem, ſe defenderet contra miniſtros iuſtitiæ, & occideret eos. Secundò, quia ex eo ipſo, quòd poteſt licite offendi, & occidi, adimitur ei ius ſe tuendi: Non enim eſt permiſſa defendendi facultas, ubi offendendi eſt data libertas, alioquin neceſſe eſt dicere, dari poſſe bellum ex utraque parte per ſe, ac formaliter iuſtum, ſecluſa ignorantia, quòd
19. omnes negant.

Dico, quòd contraria ſententia ſatis eſt
Clarus. probabilis, ut tenent multi Auctores: quos
Baſſeus. citat, ac ſequitur Iulius Clarus *lib.5. ſentent.* §. *Homicidium n.68. & ſequentibus*, & Baſſeus *verb. Bannitus num.1.* § *Nihilominus ſuadetur his rationibus.* Quia Bannitus non amittit ius ſe defendendi, & in hoc non peccat. Tum etiam quia non perdit ius naturale, & gentium. Tum etiam & tertiò ius naturale non abrogatur per ſtatutum, & ſententiam humanam. Et confirmatur, quia adulter ſi occidit, ut ſe à morte defendat, non peccat, quamvis lege damnatus ſit ad mortem, ergo & ſimiliter banni-
20. tus.

Nec argumentum de reo damnato ad mortem, quòd non poſſit ſe ipſum defendere, & miniſtros iuſtitiæ occidere, urget in contrarium. Quia talis reus iam eſt captus, & ſub poteſtate iudicis detentus, ac patienter debet ſuſtinere ſententiam, deinde ipſe reus damnatus eſt ad mortem, facto proceſſu, & audita parte, quòd multoties erga bannitum non fit.

QUÆSTIO VII.

An retinere bannitos, ſeu Decoctores prohibitum ſit Regularibus.

SUMMARIUM.

21 *Clemens VIII. prohibet Regularibus recipere, ſeu retinere bannitos.*
22 *Non tamen prohibetur in caſibus, quibus immunitas ſuffragatur.*
23 *Epiſtolæ Clementis ſolum obligant Neapoli, & in Aprutio.*

DE mandato Clementis VIII. editum 21.
fuit decretum à Sacra Congregatione Clem. VIII.
Regul. *die 17.* Aprilis anno 1601. quo præceptum, ac prohibitum fuit Regularibus ſub pœna privationis officiorum, ne retineant bannitos, decoctores, ſeu fallitos in ſuis conventibus. In cuius confirmationem afferuntur litteræ Cardinalis Florentiæ ad vicarium Archiepiſcopatus Genuenſis ad Nuntium Neapolitanum. Scottia in Selectorum Scottia.
Bulla Theorem 357. Peyrin. *tom.2. Privilegior.* Peirin.
Minimorum in conſtit.4. Clement. VIII. *a n.5.* Clem. VIII.

In his tamen Decretis: ac Epiſtolis id maximè notandum, non prohiberi recipere, vel 22.
retinere bannitos, ut immunitate Eccleſiæ gaudeant, ſi fuerint banniti tali crimine; ut immunitate Eccleſiæ gaudeant juxta conſtitutionem Gregorij XIV. qui tantum certos
caſus excipit, propter quos immunitas eis Greg. XIV.
non ſuffragatur. Et Clemens VIII. in ſuo
Decreto, ac Epiſtolis non excipit alios caſus Clem. VIII.
ultra exceptos per Gregorium XIV. In aliis verò caſibus Banniti non privantur immunitate Eccleſiæ, ſi recipiantur, ut notant Pere-
grinus, *de immunitate cap 11. num 14.* Farinacius Peregrinus.
de immunitate cap.22. num.250. Diana *tract.1.* Farinacius.
*Reſolut.*40. Diana.
23.

Qui etiam bene notat in fine prædictæ Reſolutionis, quòd prædictæ Epiſtolæ Clementis miſſæ tantum fuerunt Archiepiſcopis Genuenſibus, & Neapolitanis; ac proinde in prædictis terris obligare, & non in aliis locis:
ex quo etiam colligit Peirin. *tom.2. privilegio-* Peirin.
rum Minimorum, conſtitut.4. Clementis VIII. *num.5.* Quòd ſi aliquis Regularis reciperet, aut retineret in ſuo conventu aliquem bannitum propter homicidium ſine dolo commiſſum, ſeu non facinoroſum, non incurreret prædictas pœnas, quæ ſolùm contra receptores facinoroſorum impoſitæ ſunt. Caſus autem, quos excipit Gregorius XIV. in quibus immunitas Eccleſiæ non ſuffragatur, referam.

QUÆSTIO VIII.

De Conſtitutione Sixti V. in Regno Neapolitano, ac Provinciæ Aprutij.

SUMMARIUM.

24 *Conſtitutio Sixti V. pro prædictis terris.*
25 *Conſtitutio tantum procedit de viarum graſſatoribus.*

26 *A prædicta Cenſura excuſat parvitas materiæ, urgens neceſſitas, vel iniuſta Banniti condemnatio.*

27 *Excuſat ignorantia, vel violentia, vel ſalus Banniti ſi de illa agitur.*

Vel pietas patris, ac filij invicem.

24. SIxtus V. die 20. Martij anno 1589. Decretum edidit, & miſit ad Proregem dicti Regni Neapoli, cuius exordium, *Exponi nobis*, & inter cætera ſic ait: *Ne autem dicti banniti, & viarum graſſatores, condignas delicti ſui pœnas evadant, providere volentes, omnibus, & ſingulis quibuſvis perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & quorundam ordinum, & militarium Regularibus Regni, & Provinciæ huiuſmodi, ſub latæ excommunicationis pœna, à qua niſi a nobis, aut a Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo abſolvi nequeant diſtricte prohibemus, ne dictos bannitos, & viarum graſſatores, in monaſteria, domus, vel alia loca recipere, ſeu in eis occultare, aut illis auxilium, conſilium, favorem, ſeu victum, vel alia eis neceſſaria directe, ſeu quomodolibet præſtare audeant, vel præſumant:* Quaranta. *non obſtantibus*, &c. De quo Quaranta *in Summa Bullarij verb. Bannitorum fautores.*

25. Circa quam conſtitutionem aliqua ſunt notanda. Et primò. In illa ſolum ſermonem eſſe de bannitis viarum graſſatoribus; unde recipiendo, ſive adiuvando alios bannitos, qui non ſunt viarum graſſatores, in hanc excommunicationem non incurrunt, proindéque à Sixto moderata eſt conſtitutio Grego- Greg. XIII. Naldus. Theſaurus. rij XIII. quæ incipit, *Tanta*, ut notant Naldus *verb. Bannitus num.* 8. & 9. Theſaurus *in praxi part.* 2. *verb. Bannitus*, *cap.* 2. Secundò, à prædicta excommunicatione Sixti V. etſi reſervata ſit, poſſunt abſolvi Regulares à ſuis Prælatis habentibus privilegia abſolvendi à cenſuris Papæ reſervatis, quia in ea conſtitutione non revocantur expreſsè privilegia Re- Lezana gularium, ut notat M. Lexana, *verb. Bannitus*, *num.* 6.

26. Sunt aliqui caſus circa Regulares exiſtentes in Regno Neapolitano, qui excuſant à cenſura. Et primò. Parvitas materiæ; ſi nempe talis Bannitus ad paucas horas detineatur in monaſterio ad prandium nempe. Ita Pellixar. *tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 2. *num.* 60. Qui etiam notat, quòd talis prohibitio non obligat Religioſum, qui excipit bannitum, certo ſciens iniuſte fuiſſe damnatum, ac condemnatum; tunc enim præſumptio, in qua ſententia nititur, eſt falſa, & in particulari caſu non obligat in foro conſcientiæ. Tertiò. Urgens neceſſitas banniti excuſat à dicta cenſura, unde qui bannitum excipit graviter ægrotantem, vel in extrema neceſſitate ei cibum; & potum miniſtrat, nullam cenſuram contrahit: cum per epicicheiam tales caſus excipiantur, ne alias Navar. contraveniatur legi naturali, & divinæ, cui Quaranta. omnis lex humana cedit. Navarr. *de ſentent. excommunicat. conſil.* 57. *num.* 7. & 9. Quaranta *proximè citatus.*

27. Quartò. Iſta cenſura non procedit intervenientę ignorantia, ut ſi quis excipiat bannitos, neſciens eſſe tales, ignorantia facit invo- Navar. Proſp. Aug. luntarium, & excuſat à peccato. Navarr. *citatus ſuprà conſil.* 59. *num.* 1. Proſper Auguſtin. *in additionibus ad Quaranta ſuprà citatum.* Quò maximè verum in conſtitut. Sixti V. Ful- Sixtus IV. minatur enim contra audentes, & præſumentes; ac proinde ſolùm comprehendit operantes ex dolo. Quinto, ſi recipientes, & adiuvantes id faciunt coacti, ac violentati ab ipſis bannitis, adeo ut non poſſent aliter facere ſine grandi ſuo periculo, lex enim humana non obligat cum tanto diſpendio. Sexto, non obligat cenſura, ſi bannitus ad monaſterium recurrat, ut conſulat ſuæ vitæ, vel ſi Religioſus id fecerit animo retrahendi illum à ſuo malo ſtatu, tunc enim ceſſat finis prohibitionis, & bannitus non excipitur ut bannitus, ſed ut proximus, ex præcepto charitatis, ut de eius maiori bono, ac ſalute agatur, Navarr. Navar. *citato conſil.* 57. *num.* 7. Septimò, etiam cenſura non procedit in caſu, quo pater filium bannitum excipiat, aut è contra filius excipiat patrem bannitum, cum oppoſitum valdè repugnet pietati, maximè cùm hic non agatur de cauſa fidei, ac Religionis, in qua non parcitur, neque parentibus, neque filiis. Ita Azor. *part.* 2. *lib* 3. *cap.* 2. *q.* 3. Vide quæ dixi ſuprà *q* 2. *num.* 6.

RESOLUTIO XV.

Beatificatio Sanctorum.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid ſit Beatificatio, & ad quem ſpectet?

SUMMARIUM.

1 *Vnde derivatur nomen beatificationis.*

2 *Beatificatio eſt licentia facta à Pontifice pro aliqua provincia, vel Religione.*

2 *Et ſi canonizare, vel beatificare ſaltem particulariter olim ſpectaret ad Epiſcopos, hodie ad ſolum Pontificem Romanum.*

A Nomine beatificationis incipio, & deducitur à nomine Beatus, qui quamvis frequenter pro felici uſurpetur. Luc. 23. *Beatæ ſteriles, & ventres, quæ non genuerunt* 3 Reg. 10. num. 8. *Beati viri, & beati ſervi, qui ſtant coram te.* Tamen ex frequenti uſu Eccleſiæ ſumitur pro felicitate animæ in gloria Deum videntis. Ita D. Auguſt. *ſerm.* 201. Boëtius, & alij. Ex hoc derivatur beatificatio, id eſt declaratio facta de felicitate alicuius animæ Deum in gloria videntis. 1. Luc. 23. 3. Reg. 10. D. Auguſt. Boëtius.

2. Beatificatio in præſenti iuxta uſum Eccleſiæ non fit per modum definitionis, nec ultimæ ſententiæ à Pontifice de ſanctitate, ac gloria alicuius, ſed eſt quædam indulgentia, conceſſio, ſeu licentia facta à Pontifice, ut in aliqua Religione, ſeu Provincia, aliquis defunctus beatus appellari, eique cultus aliquis cum recitatione officij divini adhiberi valeat, Ut Urbanus VIII. in bulla Beatificationis Vrban. VIII B. Mariæ Magdalenæ de Pazzi Carmelitæ, ait, Vt ipſa ancilla Dei Beata nuncupari, officiumque,

que, & Miſſa de communi Virginum non Martyrum de ea in die obitus eius, in tali, & tali loco recitari, & celebrari poſſit, auctoritate Apoſtolica concedimus, & indulgemus &. Idemque conſtat ex bulla Beatificationis B. Franciſci de Borgia Societatis Ieſu ab eodem Urbano VIII. Ut Dei ſervus Franciſcus Borgia Beatus nuncupari, & de eo à talibus, & talibus ipſo die ſui obitus, Miſſa celebrari, ac officium de communi confeſſorum non Pontificum recitari, juxta rubricas Miſſalis, & Breviarij Romani reſpectivè libere valeant, auctoritate Apoſtolica, concedimus, & indulgemus.

3. Secundò quod inquirimus, ad quem negotium Beatificationis ſanctorum pertineat, etſi olim canonizare, & beatificare ſervos Dei, ſaltem canonizatione, ſeu beatificatione particulari pro uno Regno, vel Provincia ſpectabat ad Epiſcopos, ut ex noſtro Vualdenſi, (Vualden. Bellarm.) & aliis tenet Bellarm. *tom. 2. lib 1. de Beatitudine, & canonizatione ſanctorum cap.* 8. ut latius dicam infrà, cum de canonizatione fuerit ſermo, tamen hodie ad ſolum Romanum Pontificem ſpectat, ut habetur ex Alexãd. III. (Alexand. III. Innoc. III.) *cap. Audivimus*, & ex Innocentio III. *cap. ex eo de reliq. & veneratione Sanctor.* Et ratio eſt, quia Beatificatio ſeu canonizatio eſt quoddam judicium, & teſtimonium Eccleſiæ, quo declaratur honores eſſe dandos alicui defuncto, qui debentur ſanctis in cœlo regnantibus, ut probant Bellarminus *citatus, cap.* 7. (Bellarm.) & Fortunatus Scachus *de cultu, & veneratione ſervorum Dei lib. 1. ſect.* 1. *cap.* 8. Baldellus, & (Scachus. Baldellus.) alij, atqui hoc ſolum ſpectat ad ſummum Pontificem, cum ipſe ſolus ſit caput, ac ſupremus judex in Eccleſia Dei.

An verò ſummus Pontifex poſſit committere beatificationem, vel canonizationem Epiſcopo, vel Legato à latere, ſeu Concilio generali maximè dubitatur, de quo vide infra, verbo Canonizatio.

QUÆSTIO X.

Quæ differentiæ dentur inter Canonizationem, ac Beatificationem.

SUMMARIUM.

5 *Auctores, qui agunt de diſcrimine inter canonizationem, & beatificationem.*
6 *In beatific. Pontifex dat licentiam, in canonizat. definit.*
7 *Beatificatio non eſt ultimum judicium Eccleſiæ, ut eſt canonizatio.*
8 *Beatificatio eſt limitata pro una Provincia; canonizatio pro toto orbe.*
9 *Canonizatio fit cum multa ſolemnitate, non ſic beatificatio.*
10 *In canonizatione Pontifex dat cultum per modum legis, in beatificatione per modum indulti.*

5. HAs differentias ſatis latè, & diffosè explicant Iacobus Caſtellinus *de canoniz. Sanctor pag.* 10 *& ſequenti. & pag.* 86. Galleſin. (Caſtellin. Galleſin. Troylus) *part. 3. de canonizat. S. Didaci cap.* 6. Troylus *de canonizat. cap. 1. num. 15. & cap 4. num.* 64. Cantelorius *de canoniz. cap. 4. num.* 44. Fortunatus Scachus *de cultu, & venerat. Sanct. lib. 1. cap.* 8. M. Lezana *in conſultationibus, conſult. 1. num.* 49. 50. & 51. Arriaga *tract. de Fide, diſp 9. ſect 6. breviter reſumendo.* (Cantelor. Scachus. Lezana.)

Prima, & principalis eſt, quia in beatificatione non utitur Pontifex verbo definiente, ac decernente talem defunctum eſſe in gloria, ſed tantum dat licentiam, & indulgentiam, ut talis colatur ut beatus recitatione officij, ac celebratione Miſſæ in tali, & tali loco; ut patet ex ſuperiori quæſtione, *n.* 2. Quamvis ibi ſupponat illum eſſe beatum in gloria, tales enim honores non poſſunt exhiberi, niſi beato cum Deo regnanti. At in canonizatione Pontifex apponit verbum *definiendi*, decernendi, ut patet ex bullis canonizationis Sanctorum. Appono verba ex bulla canonizationis noſtri ſancti Andreæ Curſini ab Urbano VIII. ſic ait (Vrban. VIII.) Pontifex. *Ad honorem ſanctæ, & individuæ Trinitatis; & ad exaltationem fidei Catholicæ, & Chriſtianæ Religionis augmentum, auctoritate ejuſdem Dei omnipotentis Patris, Filij & Spiritus ſancti, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra, & de fratrum noſtrorum conſilio, decernimus, definimus bonæ memoriæ Andream Curſinum Florentinum Ordinis Carmelitarum Epiſcopum Feſulanum Sanctum eſſe, ac Sanctorum Catalogo adſcribendum, ipſumque Catalogo huiuſmodi adſcribimus, ſtatuentes, ut ab univerſali Eccleſia anno quolibet in die obitus dicti Andreæ feſtum, & officium ipſius ſicut pro uno confeſſore Pontifice, devotè, & ſolemniter celebretur, &c.* Ecce conſueta forma canonizationis, quæ eſt cum definitione, ac determinatione Apoſtolica. At beatificationis forma eſt tantum quædam licentia, ac conceſſio recitandi officium de tali, ac tali viro, & ideo ut rectè notat M. Lezana *citatus, num* 60. Papa in beatificatione non procedit ut judex, ſed ut Princeps dans licentiam; at in canonizatione procedit ut judex, ac caput totius Eccleſiæ per ſententiam deffinitivam, ſtatuendo ut de tali ſancto fiat officium. 6.

Secunda differentia eſt, quia beatificatio non eſt ultimum judicium Eccleſiæ in cauſa ſanctitatis talis perſonæ; ſed proceditur deinde ad novum examen, novaſque probationes, conſultationes, teſtes, & miracula, & antequam ad canonizationem deveniatur, quæ eſt ultimum Eccleſiæ judicium, poſt quod nihil amplius diſcutitur, ac deſideratur. 7.

Tertia differentia eſt, quia beatificatio eſſe ſolet limitata, ut dixi *quæſt.* 1. ad unam nempe Provinciam; ſeu Religionem, ut tantùm in ea Miſſa, & officium celebretur, at canonizatio extendit ſe ad totam univerſalem Eccleſiam, ut omnes de eo Miſſam celebrare, ac officium recitare valeant, & ubique ei altaria, capellas, ac templa dedicare, ac conſecrare poſſint. 8.

Quarta differentia, quia maior eſt ſolemnitas canonizationis præ beatificatione, hæc enim planè ſine ulla fit ſolemnitate, ſeu Papa tantùm in ſuo Palatio concedit licentiam recitandi officium de tali defuncto. At canonizatio ſummo, ac valdè pomposo apparatu fit, ut conſtat ex bulla beatificationis S. Andreæ Curſini. Ubi inter alia ſic habetur. Præmiſſis 9.

precibus

precibus, jejuniis, ac eleemoſynis die 22. Aprilis præſentis anni die 1629. Ad ſacroſanctam B. Petri Principis Apoſtolorum Baſilicam ſumptuoſiſſimo apparatu, varioque ornamentorum genere inſtructam, cereis, facibus innumerabilibus relucentem. Idem S.D.N. Vrbanus Pontifex, Pontificiis maximéque pretioſis veſtibus amictus, atque thia a,gen mis refulgente redimitus ſe contulit una cũ eiſdem Illuſtriſſimis S.R.E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopus ſactis veſtibus pontificiis indutis, ac Cæſareo, Chriſtianiſſimoque, & aliorum Principum Oratoribus, necnon Romanæ Curiæ Prælatis, & officialibus, familiaribuſque S.S. præcedentibus, univerſo regulari cuiuſque Ordinis, & ſæculari Clero Collegiatarum, & exterarum Urbis Baſilicarum, & Eccleſiarum Canonicis, Cottis, & Rochettis pro cuiuſque more indutis, accenſoſque cereos deferentibus, Cantorum cœtu Hymnum Ave Maris ſtella à S.S. inchoatum decantare ſolemni ceremonia proceſſit &c.

Quinta differentia; in canonizatione pro-
10. cedit Pontifex præſcribendo cultum ſancto canonizato per modum legis præceptivæ ſingulos obligantis, ut patet ex bulla canoniza-
Vrban. VIII tionis S. Andreæ Curſini. *Statuentes ut ab universali Eccleſia, anno quolibet in die obitus eius officium celebretur.* Et ſimilia habentur in bulla canonizationis S. Thereſiæ à Gregorio XV. In beatificatione verò procedit per modum
Greg. XV. conceſſionis, indulti, & privilegij particularis, qua privilegiatus uti poteſt, vel non poteſt; ut patet ex bulla beatificationis. B. Mariæ Magdalenæ de Pazzi, & B. Franciſci de Borgia; ubi dicitur quod poſſit de ea vel eo officium recitari in tali, vel tali loco, *quæſt. 1. num. 2.* Ea autem quæ fiunt pro bono univerſali attendunt bonum commune, pro bono particulari particulare. *l. 1. ff. de legib. cap. Abbate, de verborum ſignificat.* ibi Doctores.

Et quòd hæ differentiæ conſtituant diſcrimen non accidentale, ſed eſſentiale inter canonizationem, & beatificationem clarius conſtabit ex quæſtione ſequenti ad finem.

Quæstio III.

An de fide ſit ſummum Pontificem non poſſe errare circa Beatificationem Sanctorum?

SUMMARIUM.

12 *Certum de fide Pontificem habere poteſtatem ad beatificandum.*
13 *Prima ſententia affirmat Pontificem non poſſe errare in beatific.*
14 *Illius fundamenta.*
15 *Vera ſententia ait non eſſe de fide.*
16 *Illius fundamenta, & n. 17. & 18.*
19 *Solvuntur fundamenta adverſariorum.*
Colligitur diſcrimen eſſentiale inter beatificationem, & canonizationem.

Certum de fide Papam habere poteſta-
11. tem ad beatificandum, in hoc conveniunt omnes Catholici, ut aſſertum eſt manifeſtum quia multi Pontifices ab antiquo beatificarunt tota Eccleſia conſentiente, atqui non poſſumus dicere Papam inique uſurpaſſe ſibi hanc poteſtatem, ergo in eo talis poteſtas reſidet Deinde, qui poteſt id quod majus eſt, poteſt id quod minus, atqui Papa poteſt canonizare, quod eſt maius, ut infra dicemus, ergo id quod eſt minus, ut beatificatio. Tandem hoc pertinet ad mores, ad augmentum fidei Chriſtianæ, & Religionis Catholicæ, cuius Pontifex eſt caput. Tota difficultas eſt, an de fide ſit, quod circa hoc negotium Pontifex non poſſit errare?

Sententiam affirmativam, eſſe de fide Pon- 13.
tificem non poſſe errare circa beatificationem Sanctorum, tenent Caſtro Palaus *tom. 1. tract. 4* Palaus.
diſp 5. punct. 5. num 4. Megalius *verb. canonizat.* Megalus.
num. 1. Carena *de Officio ſanct. Inquiſitionis, part. 2 tit. 17. § 12. num, 31.* Angelus Rocca *de* Carena. Rocca.
Canon. cap. 38. Contilotius *de canoniz. cap 2.* Contilot.
num 4. ex Peña, Tuſco, Baldellus *de canonizat.* Tuſchus.
diſp. 12. num. 18. M. Lezana *in conſult. 1. num. 50.* Baldellus.
Verricellius *in quæſtionibus moralibus, tract. 8.* Lezana.
quæſt. 25. num. 3.

Probant primò. Quia ſicut non poteſt erra- 14.
re in canonizatione ſanctorum, ita nec in Beatificatione, ad utrumque actum præcedit inquiſitio vitæ, ſanctitatis, ac miraculorum, quod verò ſit maior, vel minor non videtur inferre maiorem certitudinem in uno actu, quam in alio. Secundò, ad Religionem pertinet, quòd aliquis proponatur Eccleſiæ ut Sanctus, vel Beatus, atqui circa materiam Religionis Pontifex non poteſt errare; ergo. Tertiò; Pontifex beatificans aliquem, Miſſæ ſacrificium in illius honorem celebrari concedit, at Miſſa nomine totius Eccleſiæ offertur, ipſique ſacrificio tota Eccleſia medio Sacerdote aſſiſtit; ergo toti Eccleſiæ venerandus ut ſanctus proponitur; ergo ut de fide Beatus.

Dico tamen non eſſe de fide Papam non 15.
poſſe errare in Beatificatione Sanctorum. Ita
Turrian. *2. 2. tom. 5 diſp. 17. dub. 6.* Fortunatus Turrian.
Scacchus *de cultu, & venerat. Sanctor. lib. 1.* Scachus.
ſect 1. cap 8. Troylus, Malvetius *tract. de cano-* Troylus.
nizat Sanct. num. 54. Amicus in Curſ. Theo- Amicus.
logico *tom. 4. diſp. 7. ſect. 4. num. 98.* Ioannes à Ioan à S.
S. Thom. *2. 2. diſp. 9 art. 2. fol 770.* Arriaga *tom. 5* Thoma,
de fide, ſpe, &c. diſp. 9. ſect. 6. § ſecunda concluſio. Arriaga.
Diana *tom. 12. tract. 2. reſol, 19.* Diana
16.

Probatur primò. Si de fide eſſet Beatificatum eſſe in cœlis, & in hoc Pontificem non poſſe errare, ut ipſius in canonizationẽ Pontifex procederet, non maiorem diligentiam faceret, nec maius examen adhiberet, nec novas congregationes, ac conſultationes inſtitueret quia quod de fide eſt certum, non eget ulteriori certitudine, imo cum iniuria certitudinis fidei tales inquiſitiones, ac probationes fierent; ſicut ſi modo fierent ad declarandum ſanctum Ioannem Baptiſtam eſſe Beatum; atqui Pontifex poſt beatificationem, ut ad canonizationem deveniatur, non eſt contentus priori examine, ac congregationibus pro beatificatione factis, ſed inſtituit novam diligentiam, novas probationes, idque non tantum ad externam ſolemnitatem, & pompam ſed ad maiorem certitudinem de ſanctitate canonizandi habendam, ut ſtylus, & praxis curiæ oſtendit.

Probatur

Probatur Secundò. Quia in canonizatione
17. Pontifex ut Caput univerſalis Eccleſiæ utitur verbo definiendi, ac determinandi talem eſſe Sanctum, ut patet ex *quæſt.*1. *n.* 6. At in beatificatione ſolum ut Princeps dat licentiam, ut de tali recitetur Officium, ut dixi *quæſt.* 1. *num.*1. ergo cum in beatificatione non utatur verbo definiendi, non ſequitur inde in tali actu eſſe infallibilitatem, in qua ſit de fide non poſſe errare, nam multo maior certitudo denotatur actu definiendi, quam in conceſſione meræ licentiæ, ac indulgentiæ.

18. Probatur. Tertiò. Quia in beatificatione non fit ultimum judicium Pontificis, adhuc enim requiruntur probationes ad beatificationem: ergo in ea non eſt ultima certitudo; qualis eſt fidei, præcipuè, quia beatificatio eſt via ad canonizationem.

19. Ad argumenta in contrarium. Ad primum dicimus, quod maior inquiſitio deootat maiorem certitudinem, & ideo talis maior inquiſitio ad canonizationem fit Ad ſecundum quod cultus Sancti beatificati non permittitur pro univerſali Eccleſia, ſed pro una Provincia, vel Religione, & licèt ſit de fide quod tota Eccleſia univerſalis non poſſit errare, tamen non eſt de fide, quod una Provincia, vel una Religio particularis non poſſit errare maximè in aliquid proponendo. Ad tertium dicimus, verùm eſſe ſacrificium Miſſæ offerri nomine totius Eccleſiæ, at verò ut offertur in honorem, & cultum talis beatificati, fit à peculiari ſacerdote ex tali Provincia, vel Religione particulari, ex quo patet diſcrimen eſſentiale inter beatificationem, ac canonizationem, ut ioret rem fidei, ac non fidei quo ad certitudinem.

QUÆSTIO IV.

Quanta certitudine tenendum ſit Pontificem non poſſe errare in beatificatione Sanctorum, & quali cenſura affirmans afficiendus ſit?

SVMMARIVM.

20 *Opinio Ioano à D Thomà.*
21 *Certiſſimum eſt Pontificem non poſſe errare in beatificatione Sanctorum.*
22 *Probationes huius veritatis, & n.*23.24.
25 *Aſſerens Pontificem poſſe errare in beatificatione Sanctorum erroneus, temerarius, ſcandaloſus, ac impius eſt.*
26 *Solvitur argumentum Ioanis à D.Thoma.*

20. Ioan. à D Thom. JOannes à D. Thoma vir eruditiſſimus *ſecunda ſecundæ, diſp.* 9. *art.* 2. *fol.* 770. tenet Pontificem practicè errare non poſſe in tali beatificatione, tamen ſpeculativè circa veritatem ſanctitatis talis perſonæ; exiſtimat, quod ex vi ſolius beatificationis, id non excedit latitudinem certitudinis moralis, & probabilitatis maximæ, ita quod oppoſitum non eſſet cenſura dignum. Et probat,
D. Thom. quia D. Thomas 3. *part. quæſtione* 27. *artic.* 2. *ad tertiam* ait ex eo quod Eccleſia Romana ſuo tempore toleraret celebrationem Feſti Conceptionis; dicit eam conſuetudinem non eſſe totaliter reprobandam, nec aliquid amplius infert, ex tolerantia talis celebrationis, quam quandam probabilitatem, ſed beatificatio eſt conceſſio celebrationis de aliquo Sancto cum tolerantia Sedis Apoſtolicæ; ergo ex vi præciſæ beatificationis non infertur niſi quod talis conſuetudo non ſit reprobanda, non vero quod ſit omnino certum, quod perſona beatificata ſit in gloria, taliter quod oppoſitum cenſurabile ſit. Ita Joannes à Divo Thoma.

Dico abſque ulla diſtinctione, Summum Pontificem non poſſe errare in beatificatione Sanctorum, & Beatificatum eſſe in gloria, eſſe certiſſimum, ita ut nihil magis certum poſſit dari excepta certitudine fidei, itaut contrarium aſſerere ſit erroneum, temerarium, ſcandaloſum, & impium. Ita Turrianus *ſecunda ſecundæ, diſp.* 17. *dub.* 2. Arriaga *ſecunda ſecundæ, tom.*6. *diſp.*9. *ſect.*6. *num.*35. Amicus *tom.* 5. *diſp.* 7. *ſect.*4. *num.*99. Franciſcus Caſtillus *in* 3. *ſentent. tom.*2. *diſp.*16. *quæſt.*8. *num.*33. Franciſcus Sylvius *in controverſ. lib.*4. *q.*2. *art.* 15. Trullench. *in Decalog. tom.*1. *lib.*1. *cap.*9. *dub.*5. *num.*5. Diana *part.* 12. *tract.*2. *Reſolut.* 20. Et pro hac ſententia ſtant omnes Doctores *citati ſuperiori quæſt.* qui dicunt de fide eſſe Pontificem non poſſe errare in beatificatione Sanctorum. 21. Turrian. Arriaga. Amicus. Caſtillus. Sylvius. Diana.

Probatur. Primò, quia in negotio beatificationis Pontifex procedit maturo, & alto judicio, multis & exactis inquiſitionibus, probationibus per multas Congregationes Illuſtriſſimorum Cardinalium, perpenſis, & examinatis, cum profunda indagine probitatis vitæ, ac fœliciſſimi exitus mortis, multiſque miraculis, ac ſignis adhibitis. Atqui hæc ſuperabundant ad ſummam certitudinem humanam; ergo hæc in præſenti dantur: & ita univerſus conſenſus totius populi Chriſtiani, ut certiſſimum habet beatificatum eſſe in cœlo. 22.

Secundò ſi Pontifex poteſt errare in beatificatione Sanctorum, poterit dare occaſionem populo Chriſtiano ad deceptionem, ac errorem: nam Pontifex, per beatificationem concedit, ut verbi gratiâ, Beata Maria Magdalena de Pazzi in altari ponatur eum ſignis ſanctitatis, cum recitatione Officij, ac celebratione Miſſarum, ad ipſúmque beatificatum, Populus Chriſtianus confluit adorans ut ſanctum, ad ipſúmque fundens preces; ergo ſi non eſt certiſſimum Pontificem non poſſe errare in hoc negotio, nec eſt certiſſimum non dare occaſiones ad errorem in re graviſſima, & ideo ait Arriaga *citat.* in prima differentia, quod cum in beatificatione Pontifex dat licentiam ut colatur: tamen ibi implicitè videtur ſupponere illum omnino in gloria eſſe, quia non poſſunt tales honores exhiberi, niſi homini beato, & Deo fruenti. 23.

Tertiò. Beatificatio eſt via valdè proxima, & intima ad canonizationem, ut patet ex Bullis beatificationis Sanctorum; & ſic ait Urbanus VIII. in Bulla beatificationis Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzi. *Vt donec canonizationis honor dicta ancilla Dei* 24.

ſuos ſpeciales diſcipulos. *Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Matth. 5. Molfeſius *tomo ſecundo, Addition. ad quæſtiones uſuales, conſil. 46. num. 5. & 6.* Deinde quia ita tenet communis ſtylus Summorum Pontificum in Bullis Canonizat. Beatificat. Innocentius IV. pro Sancto Petro Martyre. Eugenius IV. pro Sancto Nicolao Tolentino Sixtus V. pro Sancto Didaco. Clement. VIII. pro S. Hyacinto, & S. Raymundo. Urbano. VIII. pro S. Andrea Curſino; & B. Maria Magdalena de Pazzi. Ita citat. Fortunatus Scacchus *ſectione 6.* Contelorius *de canonizat Sanctis cap. 15. n. 10.* ex variis Rotæ Relat. pro Sancto canoniz.

Scacchus. Contelor.

31. Præter ſanctitatem vitæ ad beatificationem, & canonizationem requiruntur miracula ut patet ex Bulla Gregorij IX. ſupra relata, quia poteſt contingere, quod ij, qui ſecundum apparentiam bonam vitam gerunt, in occulto tamen improbi ſint. Innocentius *cap. Audivimus, de reliquiis & venerat in fine* Peirinis *tom. 1. Privil. Minor. in Conſtit. 16. Leon X. n. 8.* M. Lezana *ſupra citat. n. 12.*

Greg. IX.

32. Diximus communiter requiri miracula ad canonizationem, &c. quia abſolutè, & veluti de potentia abſoluta Papæ, fieri poteſt canonizatio alicujus, ex ſola vitæ ſanctitate, & finali perſeverentia, bene comprobata. Sic colligitur ex Leone X. in Canonizatione Sancti Brunonis ut refert Sutius in ejus Vita; & ex Sixto IV. in Bulla canonizat. Sancti Bonaventuræ. Sic Auguſtinus Triumphus *de poteſtate Eccleſiæ, quæſt. 15. art 2.* Contelorius *de canonizat. Sanct. ſect. 19* Baldellus *tom. 2. lib 5 diſp. 12. num. 2.* Molfeſius *ſupra citatus n 59.*

33. Miracula autem, quæ requiruntur, debent eſſe poſt mortem patrata: nam quæ ſola fiunt in vita, non convincunt, nec apertè oſtendunt ſanctitatem, conſtat plures improbos dum viverent mirabilia patraſſe, quod fieri poterit ex dono quodam, & gratia gratis data, quæ poteſt haberi etiam ſine charitate, ut colligitur ex reprobis, qui dicturi ſunt in die judicij Matth. 7. *Domine in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus.* Et ut advertit ibi *tomo ſecundo in Evangelia*; & notat Divus Auguſtinus *in Pſalm. 103 verſ Qui tegis*; & habetur *cap. Prophetavis, 1. quæſt 1.* Non dicetur eis. *Memini*, ſed dicetur, *Non novi vos*: quia ſcilicet poterat contingere, quod illa eſſent operati ope Dæmonum, ut Magi Pharaonis, Simon Magus, & alij. Ita Thomas *2. 2. q. 178. art. 2.* Contelorius *ſuprà, citatus, cap. 20.* Baldellus *ſuprà, diſt 14. n. 2.* Caſtellinus *de dilatione canoniz. pag 134.*

Matth. 7.

Auguſt.

D. Thom. Contelior. Baldellus Caſtellin.

34. Miracula, quæ requiruntur ad beatificationem, vel canonizationem, debent eſſe à ſolo Deo, & non quæ ex aliqua arte contingunt, nec ex diabolo: nam aliquando talia per multos fiunt, quæ in oculis noſtris videntur miracula, *cap. Tenemmus, 1 quæſt. 1.* & *cap. Prophetavit, quæſt. 7. § ha Balaam.* Secundò, ut ſint ſupra naturam, id eſt, ſuper facultatem omnium cauſarum naturalium. D. Thom. *1. p. q. 110. art. 4. & 2. 2. q. 178 art. 2.* & ibi Theologi.

C. Tenem. C. Prophet.

D. Thom. & Theol.

35. Ad canonizationem, ſeu beatificationem

Sylveira Opuſcula.

requiruntur miracula pro Sanctis Confeſſoribus, ac Virginibus, non autem pro Sanctis Martyribus, ut præponantur, ac declarentur, ut Sancti venerandi a tota Eccleſia, ſed de hoc latius *infrà verbo Canonizatio*, vel *verbo Martyr*.

36. Fama communitet, & regulariter non ſufficit pro probationem hujuſmodi cauſis, quia non facit plenam probationem, *l. 1. § ejuſdem quoque, ff. de teſtibus* Accurtius *verb. Confirmat.* Bartolus *ibidem.* Cardinalis Albanus *tom. 2.* Decius *cap. 1. de probat.* Caſtellinus *ſupra citatus pag. 101.*

Leg. 3.

Bartol. Albanus.

37. Tamen quando fama miraculorum eſt notoria, & probabilibus conjecturis, aut veriſimilibus argumentis innititur, magnum, & efficaciſſimum dat judicium ad effectum canonizationis, vel beatificationis, ut colligitur ex Bullis Summorum Pontificum pro canonizatione, vel beatificatione, ut patet ex litteris Paſchalij II. *Dominum excelſum*, pro beatificatione Petri Epiſcopi Ananienſis. Alexandri III. *Redolet Anglia*, pro canonizat. S. Thomæ Cantuari Gregorij IX. in literis *Mira circa nos*, pro canonizat. S. Franciſci. Honorij III. in litteris pro canonizat. S. Laurentij Epiſcopi Dublinenſis, & multi alij, quas ad intentum refert Fortunatus Scacchus *de cultu, & venerat. Sanct. lib. 1 ſect. 9. c. 7.* & patet etiam ex canonizat. & beatific. ut conſtat ex inſtrumentis. Canoniz. S. Andreæ Curſini, beatificationiſque B. Mariæ Magdalenæ de Pazzi, ac multis aliis. Paſchaſius.

Paſchaſ. Greg. IX. Honor. III. Scacchus.

38. De exactiſſimis probationibus, inquiſitionibu, ac teſtibus, multiſque Congregationibus habendis ad effectum beatificationis, ac canonizationis, latiſſimè agunt Galleſinus *part. 3. de Canoniz. S. Didaci, cap. 6. § cujus ſingulari, & cap 8. art 10 & ſequentibus* Jacobus Caſtellinus *de canoniz. Sanct. quæſt. 7. §. Quaro qualiter.* Troylus *de canoniz. c. 1. num. 15. & cap. 4. num. 64.* Malvetius *tract de Canoniz §. Aggrediar. n 53.* Fortunatus Scacchus *de canoniz. ſect. 1. cap 8.* M. Lezana *in conſultis, conſulto 1. per totum.*

Galleſin. Decius. Caſtellin. Troylus. Malvetius Scacchus. Lezana.

Quæstio VI.

Quibus datur officium recitare, & Miſſam celebrare de Dei ſerva Beatificato.

SUMMARIUM.

39 *Beatificatio cedit in gloriam Dei, beatificati, ac illius Religionis, vel provinciæ.*

40 *Decretum Sacræ Congregationis, & n. 41.*

42 *Pro Sancto beatificato quibus conceditur Officium recitare, hoc poſſunt, non tamen tenentur.*

43 *Quibus conceditur Officium recitare, & Miſſam celebrare, poſſunt Miſſam celebrare, in qualibet Eccleſia.*

44 *De ſancto beatificato non poteſt dici Miſſa votiva, niſi in magna aliqua ejus ſolemnitate, & n. 45.*

46 *Dies Sancti beatificati impeditus poteſt transferri ad diem non impeditum, & numero 47.*

39. PEr beatificationem, ſicut & canonizationem defertur aliquis ſacer cultus in honorem talis ſervi Dei, in utilitatem fidelium, qui inde ad devotionem inflammantur, ad taliſque juſti virtutes imitandas excitantur, & ad gloriam Dei, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis; opera enim, & miracula facta à tali Sancto, facta ſunt geſtis, & virtute Dei, inſervitque etiam hoc ad magnum decorem Religionis, Provinciæ, ac patriæ, quæ tale germen produxit.

40. Innoc.X. Pro fundamento omnium, quæ dicenda ſunt in hac quæſtione, propono Decretum Innocentij X. nam cum in Sacra Congregatione Rituum delatæ eſſent multæ Auctorum ſententiæ (quas ſtatim referemus) exponentes Brevia Pontificia pro cultu Beatorum conceſſa, violenter, contra ipſorum verba, & mentem Sacræ Congregationis Innocentius X. condidit hoc Decretum ſequentis tenoris.

41. S.Congr. Sacrorum Rituum Congregatio die 5. Octobris 1655. *Cenſuit, & declaravit, ſi Sanctiſſimo Domino noſtro placuerit, non potuiſſe, nec poſſe tam ſæculares, quam Regulares cujuſcunque Ordinis, & inſtituti etiam Societatis Ieſu, excedere limites verbales indultorum Sedis Apoſtolicæ ſuper beatificationibus, præſertim in celebratione Miſſarum, & Officij cum Octavis, niſi hoc Sedes Apoſtolica expreſsè eis indulſerit, & facta relatione per me Cardinalem Cornelium Epiſcopum Albanenſem die 16. Decembris 1652. Sanctitas ſua approbavit, & ſic ut præmittitur ſervari mandavit.* F. Epiſcopus Albanenſ. Cardin. Cornelius.---loco ſigilli † Bernardinus Roccius Secretar. Rituum Congregat. Sacr. Romæ ex Typographia R. Cameræ Apoſtol. 1655. de quo vide *infra, quæſt.7.num 54.*

42. Ex quibus ſequitur. Primò, quod quando pro aliquo Dei ſervo beatificato conceditur pro aliqua Religione, vel Provincia, quod fiat de eo Officium, & Miſſa celebretur, Religioſi illius Religionis, vel Clerici illius Provinciæ non tenentur ſub peccato mortali, ſed tales Eccleſiaſtici liberè poterunt omittere tale Officium, quia in Bullis beatificationis ſtylus Curiæ habet, ut patet ex q.1. tales Religioſi poterunt Miſſam celebrare, & Officium recitare; qui modus dicendi non infert obligationem, ut rectè obſervat M.Lezana *in conſult. conſult.1.n.63.* aliter dicendum de Sanctis canonizatis: nam in Bullis canonizat. dicitur ſtatuentes ut ab univerſis fidelibus Officium recitetur, & Miſſa celebretur, qui modus dicendi imponit obligationem. Lezana.

43. Notat etiam Granado 3. 2. *controverſ. 1. tract.7. diſp.4. ſect.5. num* 17.quod quando pro aliquo beatificato conceditur alicui Religioni Miſſam celebrare de eo in die obitus ejus, quod Sacerdos talis Religionis ubique terrarum poterit de eo Miſſam celebrare in Eccleſia alterius Monaſterij, vel Parochiæ abſque culpa mortali, ait ipſe quod ſi ſemel, aut bis hoc fieret non videri peccatum lethale, quia cum celebratio ſit licita, quod ſolum mutatur Eccleſia, vel altare, non videtur gravis inordinatio, niſi ea mutatio toties fieret, ut meritò judicari poſſet valdè contraria decreto Summi Pontificis: ita ille; & ultimum quod dicit, mihi non placet, quia ſi Religioſus per decem annos cum licentia ſui Prælati ſit in una Civitate, in qua non eſt Conventus ſui Ordinis, quotannis in die talis beatificati, verbi gratiâ, Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzi, poterit Carmelita de ea Miſſam celebrare, quia conceſſio Miſſam celebrandi ſolum reſtringitur ad perſonas illius Religioſis, non verò ad illius Eccleſias, vel loca; niſi expreſsè in Bulla beatificationis locus reſtringatur.

Maximè tamen dubitatur, an de Sancto beatificato poſſit celebrari Officium cum Octava, vel Miſſa votiva per annum dici, vel etiam de eo per annum dari illius commemoratio? Negativam partem conſtanter tuentur Turrianus 2. 2. *diſp.* 17. *dub.* 8. Amicus *tom.* 5. *diſp.* 7. *ſect.* 4. *num.* 100. Trullench. *in Decalog. tom.*5. *lib.*1.*cap.*9. *dub.*5.*num* 9.& 10. Ioannes à D. Thoma 3. 2. *diſputat.* 9. *artic.* 1. *folio* 772. Diana *tom.*1 5 *tract.*5. *reſol.*19. §. *Obijcies.* Fundamentum eorum eſt, quia Sancto beatificato non poteſt deferri aliquis cultus, niſi tantum ille, qui in Bulla beatificationis exprimitur expreſsè, ut declaravit Innocentius X. atqui tantum declaratur, quod fiat Officium, & Miſſa de eo in die obitus ejus, ergo ultra non poteſt fieri Officium, ac Miſſa cum Octava, nec votivæ per annum; de Octava expreſsè prohibetur in dicto Decreto. 44 Turrianus. Amicus. Trullench. Ioan. à D.Thoma. Diana.

Tamen ſalva pace tantorum virorum. Dico, quod benè poteſt Miſſa votiva celebrari de Sancto beatificato, quando primo ſolemnitas ejus beatificationis celebratur in aliqua Provincia, vel in aliquo Conventu Religioſis ab his, quibus conceditur de eo Miſſa celebrari, ſicut & ab eis poteſt Miſſæ ſacrificium dici, quando primo altare, vel Capella dedicatur beatificato, vel præ aliqua magna neceſſitate, vel beneficio obtento. Probatur, quia talibus perſonis conceſſum eſt de tali Beato Miſſam celebrari, proinde declaratur illum eſſe dignum ut Miſſæ ſacrificio honoretur. Hi autem caſus ſunt magni, & magna nota digni, ergo per epicheiam videntur excepti à communi lege, & ſi Pontifex de illis interrogaretur, valdè veriſimile eſt, quod concederet: loquimur ſecundum communem ſtylum beatificationis, quia ſi ſua ſanctitas conceſſerit, quod de eo, quodlibet die, & à qualibet perſona poſſit Miſſa celebrari, tunc ceſſat omnis difficultas. 45

Si tamen Sanctus beatificatus ex cauſa transfertur, verbi gratiâ, dies 25. Maij eſt feſtivitas Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzi, ſi tunc inciderit ſolemnitas Aſcenſionis, an ejus feſtivitas poterit transferri in alium diem non impeditum? Multi apud Auctores citandos negant, alij plurimum dubitant. Ut Ioannes à Divo Thoma *ſuprà citatus*, Diana *citato tractatu* 15. *reſolutione* 21. §. *Verum oppoſitum*, quia dies beatificati aſſignata eſt à Sacra Congregat. pro tali die, ergo in alium non poteſt transferri, quia juxta Decretum Innocentij X. beatificato non poteſt alius cultus deferri, niſi ille tantum, 46 Ioan. à D Thomas. Diana.

tantum, qui aſſignatus eſt à Sacra Congregatione; & ideo Auctores citati dicunt ſatius eſſe in hac re conſulere Sedem Apoſtolicam.

47. Tamen ego ſimpliciter dicendum exiſtimo, quod dies feſtus talis beatificati, poteſt transferri, quia conceſſio Apoſtolica intelligenda eſt fieri, juxta regulas Breviarij, & ita in multis Bullis beatificationis exprimitur, ut in Bulla beatificationis Beati Franciſci de Borgia, dicitur ut recitetur Officium de Sancto Confeſſore non Pontifice iuxta rubricas Breviarij, & ita ſemper intelligenda eſt conceſſio, quamvis non exprimatur, quia mens Sacræ Congregationis videtur eſſe, ut quolibet anno ejus feſtivitas celebretur, ac proinde ſi propria dies eſt impedita ad alium transferatur: & recitatio talis dici non videtur ita reſtringenda, cum favores ſint ampliandi; & conceſſio intelligenda eſt juxta rubricas Breviarij, ſis à quocunque celebrandis, & ſic cum taliter ſit declaratum, non eſt unde quilibet Sacerdos impediatur talem Beatum venerari per ſuas Miſſas, abſque alia Sedis Apoſtolicæ auctoritate, cum iam per ipſam Sedem Apoſtolicam declaratus ſit tali Miſſa dignus.

Quæstio VII.

Suppoſito quod aliquibus conceditur licentia recitandi Officium, ac Miſſam celebrandi de aliquo Beato, an poſſint licitè omnes alij uti tali conceſſione?

SVMMARIVM.

48 *Status quæſtionis.*
49 *Prima ſententia affirmat.*
50 *Oppoſita ſententia vera, & num. 51.*
52 *Diluitur fundamentum contrariæ ſententiæ, & num 53.*
54 *Frivola rejiciunt aliqui Decretum Congregationis non admittentes.*
55 *Si detur reliquia inſignis de Sancto beatificato in Eccleſia non propria, non debet de eo celebrari Officium, vel Miſſa, & num. 56.*

48. QVæſtio præſens: concedit ſua ſanctitas ut una Provincia, vel Religio Officium recitet; Miſſam celebret de tali beatificato. Quæſtio eſt, an non ſolum Eccleſiaſtici illius Provinciæ, vel Religionis poſſint illa ſolvere, an etiam Sacerdotes extranei, verbi gratiâ, alterius Provinciæ, vel Religionis poſſint, de tali Beato Miſſam celebrare, & commemorationem facere in Miſſa per annum?

49. Tambutin. Affirmativam ſententiam docet Thomas Tambutinus *Opuſculo de ſacrificio Miſſæ, lib. 2 cap. 6. §. 8. num. 55.* citans pro ſua ſententia Fagundez, in qua etiam ſententia eſt Quintanaduen. *tom. 1, tractatu. 6. ſingul. 5. num. 2. cum ſequentibus.* Fundamentum eſt, quia una Miſſa ejuſdem eſt valoris, & dignitatis, ac quælibet aliæ, proindéque ut Pontifex declarat talem Beatum dignum eſſe nos Miſſa, ut dicatur ab una perſona determinata, declarat illum eſſe dignum omnibus aliis Miſ- Quintanad.

Sylveira Opuſcula

50. Dico tamen, quod oppoſita ſententia mihi ſimpliciter eſt vera. Eam tuentur Granado Granado. *ſecunda ſecundæ, contraverſ. 1. tract. 7. diſput. 4. ſect. 2. num.* 18. Turrianus 2. 2. *diſp.* 17. *dub.* 8. Turrian. Amicus *tom. 3. diſp. 7. ſect. 2. num.* 200. Pellizarius *tom. 2. tractatu 8. cap. 2. num.* 126. Anton. Amicus. Pellizar. Eſcobar *in Theolog. Morali edition. ultima, exam.* 12. *cap. 4. num.* 42. Trullench. *in Decalog tom. 2. lib. 1. cap. 9. dub. 5. num. 9. & 10.* Eſcobar. Trullench. Diana *p. 12. tract. 2. reſol.* 21. & Ioan. à D. Thoma *ſuperiori quæſt. citatus.* Et probatur, quia Diana. Ioan. à D. Thom. maximè diſtinguitur cultus, qui defertur Canonizato, ac beatificato: nam cultus canonizati conceditur ſimpliciter pro omnibus, at cultus beatificati reſtringitur ad certam Provinciam, ac ad certam Religionem ut patet *ſuperiori q.* ergo ex eo quod reſtringitur ad certam Provinciam, ac Religionem, ut ab eis Officium recitetur, Miſſa celebretur, altare erigatur, excluduntur alij pro quibus non conceditur.

51. Alex. III. Probatur etiam ex Alexandro III. *cap. Audivimus, de conſecr* quod non liceat ſine auctoritate Romani Pontificis aliquem venerari pro Sancto, ergo eis, ad quos talis auctoritas non ſe extendit, ſed reſtringitur, non licet alicui venerationem exhibere, quia quidquid amplius fit, ſine auctoritati Romani Pontificis fit; ergo cum concedit licentiam pro tali Provincia, vel Religione, aliis cenſetur denegata? in hoc enim diſtinguitur canonizatio à beatificatione, cultus canonizati eſt pro omnibus, beatificati vero pro certis, & determinatis perſonis.

52. Nec obſtat, quod facta beatificatione; ſupponitur talem virum eſſe in gloria, & ſic deferri ei poteſt cultus? non inquam obſtat hoc, quia cultus publicus non ſolum requirit, quod homo ſit in gloria, ſed etiam judicium, aut licentiam Eccleſiæ, quæ quoad hoc eſt reſtricta.

53. Confirmatur noſtra reſolutio ex declaratione S. Congreg. Cardinalium approbata à Sanctiſſimo Domino Papa, quod nullus cultus deferatur viris beatificatis, niſi ille, qui Bullis beatificationis eis expreſsè datur, ac conceditur, ut patet ex ipſo Decreto, quod retuli *ſuperiori quæſtione ſexta, in principio, num.* 41.

54. Diana. Non deſunt tamen, ut advertit Diana, Doctores qui preſſi ſupra dicto Decreto, quod ſatis urget, aſſeruerunt, vel non fuiſſe legitimè promulgatum, vel non fuiſſe uſu receptum, vel non tollere praxim, & conſuetudines communiter in aliqua Provincia uſureceptas, ſed his minimè ſtandum eſt: nam Decretum cum fuiſſet Romæ typis datum videtur ſufficienter promulgatum, & mens Sacræ Congregationis eſt; ut beatificatis nullus alius cultus deferatur, niſi ille, qui expreſsè in Bullis declaratur.

Quæres tamen, verbi gratiâ, pro Beata

Maria Magdalena beatificata conceditur Carmelitanis in ejus die Officium, ac Miſſam, celebrare; an verò ſi notabilis ejus reliquia ſit in alia Eccleſia Parochiali, verbi gratiâ, Sancti Nicolai, Clerici, vel Religioſi illius Eccleſiæ poſſint tali die de ea Miſſam,& Officium celebrare? Ratio dubitandi eſt, quia Sacra Congregatio die 8. Aprilis 1628. & antea die 23. Novembris 1603. decrevit; *De Sancto cujus reliquia inſignis habetur, & approbata, fieri poſſe Officium duplex*; ut refert Lezana *tomo primo ſumme, cap.* 12. *num.* 33. Barboſa *de Pa-*
Lezana: Barboſa. *roch. parte prima, c.* 10. *n.* 18.

57. Tamen exiſtimo, quod de tali Sancto beatificato non poſſit recitari Officiom in alia Eccleſia, præterquam illa, pro qua conceditur, verbi gratiâ, Carmelitana. Probatur, quia diſpoſitio generalis reſtringitur ex diſpoſitione particulari, *l. cum prætor*, §. *Dulciſſimis*, *ff. de legato* 2. *l. eſt de certa re*, *l. de Tranſactis.* Gironda *de Privileg. ſeu exemption. ſignific. num.* 277. Surdus *conſil.* 389. *num.* 9. *& ſequentibus*; ergo illa diſpoſitio generalis recitandi Officium de Sancto, cujus eſt reliquia notabilis, reſtringitur à diſpoſitione particulari, in Sancto Beatificato pro tali loco,& Religione. Secundò, diſpoſitio generalis non comprehendit caſum ſpecialiter diffinitum, *l. cum in teſtamen.* §. *final. ff. de hæred. inſtitut. lib. ſervo manumiſſo, ff. de pecul. leg.* Barboſa *Axiomata juris*, *Axiomata* 73. *numero nono.* Atqui
Barboſa. de Sancto beatificato ſpecialiter diffinitur cultus pro certa Religione, ac loco, ergo illa regula generalis de officio pro habita reliquia, non comprehendit cultum pro tali Sancto diffinitum.

Quæstio VIII.

Explicantur alij cultus, qui poſſunt Beatificato deferri.

SVMMARIVM.

57 *In honorem Beatificati poteſt erigi altare, & etiam Capella, non tamen templum conſecrari.*

58 *Ex communi uſu Beatificatus defertur in proceſſionibus, depingitur cum lumine, non tamen cum radiis, & n.* 59.

60 *Beatificatus vulgariter poteſt dici Sanctus.*

EX doctrina data maximè *quæſtione ſexta*,
57. Turianus. Amicus. Granado Ioan. à D.Thom. Diana. inferunt ibi citati Auctores Turrianus, Amicus, Granado, Joannes à Divo Thoma, ac Diana, quod in honorem, ac venerationem Beatificati poteſt erigi altare ab his tantum, quibus conceditur Miſſam celebrare, in eorum Eccleſiis tantum, & non in aliis, nec etiam templa conſecrare, ab his etiam, quibus data eſt facultas Miſſas celebrandi. De altari inde oſtenditur, quia hic honor eſt intrinſecè connexus cum ipſo cultu ſacrificij, cum nequeat niſi in altari ſacrificium offerri, ex quo infero, quod ei etiam poteſt conſecrari Capella, quæ maximè requiritur ad decentiam, & ornatum altaris, & cum erectio altaris ſit in ordine ad ſacrificium, inde fit, quod ſolum altare erigi poteſt ab his, quibus datur ſacrificium offerre. Nec poſſunt Beatificato templa dedicari, inquiunt Auctores citati, quia honores beatificati reſtringuntur in Bulla ad certas perſonas, & ad certum cultus genus; ergo non eſt extendendum, quia ad ſacrificium Miſſæ celebrandum ſufficit altare, ergo non eſt ampliandum ad dedicationem templi, hoc enim pertinet ad cultum canonizati, qui ſuperior, & excellentior eſt.

Obſervant etiam Joannes à Divo Thoma 58. Ioan. à D.Thom. Amicus.
ſecunda ſecundæ, diſputatione nona, articulo primo, folio 772. & Amicus *tomo quinto, diſputatione ſeptima, ſectione quarta, num.* 100. quod nempe ex uſu, & praxi communi videmus aliqua ſpecialia ſigna publici cultus exhiberi Beatificatis, quorum non fit expreſſa mentio in decreto Beatificationis: nam ſolent deferri eorum imagines, aut reliquiæ, in ſolemni proceſſione, & in templo, aut altari variis locis collocari, & cum lumine pingi, vel circulo in capite, non tamen cum radiis, hoc pertinet ad canonizatos.

Difficultas etiam eſt, an Beatificatus poſſit 59.
Sanctus appellari? Et ratio difficultatis eſt, quia in Decreto Beatificationis explicatur, appellandum eſſe Beatum. Tamen multorum ſententia eſt, ut teſtatur Turrianus *ſecunda ſecundæ,* Turrian.
diſputatione decima ſeptima, dub. 8. Beatificatum appellari poſſe Sanctum, quia beatificatus eſt. Primò, quia ita habet communis uſus, & praxis populi Chriſtiani. Secundò, quia eſt ſermo de Sanctis Beatificatis, in cujus beatificatione conceditur aliquibus, ut Miſſa, & Officium de communi poſſint recitari, & celebrari certo die, & Beatificatus vel eſt Confeſſor & Põtifex, vel Confeſſor & non Pontifex, ſeu Abbas, & in oratione ſecreta utriuſque Miſſæ communi datur Sancti appellatio. Tertiò. Quia Sancti appellatio videtur incluſa in appellatione Beati: nam nomen Beati in hac materia ſignificat animam viri defuncti eſſe in beatitudine eſſentiali, & videre Deum clarè, omnis enim Beatus Sanctus eſt.

Obſervandum tamen eſt, quod Beatificatus 60.
dicitur Sanctus, non quod ita declaratus ſit auctoritate Apoſtolica, nec quod in Catalogo Sanctorum ſcriptus ſit ab Eccleſia, ſed quod cum per beatificationem declaratus ſit Beatus in gloria Dei, ac viſione beatifica eſſentiali, inde Sanctus nuncupatur. In quo maximè diſtinguitur hæc appellatio à viro pio, & devoto, quia aliquando dicitur Sanctus ſecundum vulgi opinionem, ac æſtimationem; at beatificatus dicitur Sanctus, ex eo quod ab Eccleſia Beatus declaratur.

RESOLUTIO XVI.

Bellum.

Quæstio Prima

Quid, & quotuplex ſit bellum, nominiſque ethimologia, & quas conditiones requirit?

SUMMARIUM.

1 *Ethimologia nominis belli.*
2 *Quid ſit bellum, & in, quo differat à ſeditione, & rixa.*
3 *Quotuplex ſi bellum.*
4 *Explicantur conditiones belli juſti.*
5 *Cauſa, ob quas bellum juſte indicitur.*

1. HÆc materia maximè pertinet ad ſummiſtas ac Theologos, 2. 2. Tameo prout ad Religioſos, ac Eccleſiaſticos pertinet, breviter prælibabimus, & à nominis ethimologia incipio. *Bellum à belluis dicitur*; ut ait Feſtus, quia belluatum ſit pernicioſa diſſenſio, ſeu ut ait Servius apud Theſaurum linguæ Latinæ, bellum dicitur eo quod quid minimè bellum ſit, & in hoc incidit, quòd ait Valentia *tom* 2. *diſp.* 3. *queſt.* 16. *punct.* 1 quod dicitur bellum per antiphraſim à bello, id eſt pulchro, quia nihil pulchrum habet.

Feſtus. Servius. Theſaurus. Valentia.

2. D. Thom. Bellum, ut docet D. Thomas 2. 2. *queſt.* 41. *art.* 1. & Theologi ibi, eſt armorum conflictus, ſeu profeſſio nocendi, vi, & armis contrariæ parti: differt tamen à ſeditione, & rixa; bellum enim multitudinis eſt contra extraneos, ſeditio verò multitudinis contra multitudinem eiuſdem civitatis, ſeo communitatis Rixa autem paucorum, vel ſingulorum contra paucos, vel ſingulos. Ita D. Anton. *part.* 1. *tom.* 4. *cap.* 8. §. 1.

D. Anton.

3. Bellum, aliud eſt publicum, aliud privatum. Publicum, quòd indicitur auctoritate ſupremi Principis, privatum verò, quòd tali auctoritate non indicitur, ſed alicuius principis ſuperiorem habentis, Secundò. Bellum aliud eſt offenſivum, aliud defenſivum. Offenſivum verò, in quo vis infertur, injuriæ vindicandæ cauſa, defenſivum autem id, in quo vis per injuriam illata repellitur. Tertiò. Aliud eſt juſtum, aliud injuſtum. Iuſtum, quod baber conditiones infra aſſignandas; injuſtum verò, quod illis privatur, Reginaldus *tom.* 2 *lib.* 21. *cap.* 110. Filliucius. *tract.* 29. *cap.* 9. *num.* 180. Layman *lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 12. *n.* 2. Rodrig. *in ſumma tom.* 1. *cap.* 25. Sylvius 2. 2 *queſt.* 4. *art.* 1. ex D. Thoma.

Reginald. Filliucius. Layman.

4. D. Thom. Ad bellum juſtum tres conditiones requiruntur ex D. Thoma 2. 2. *queſt.* 40. *art.* 1. Prima legitima auctoritas indicentis, qualis reſidet in ſupremo Principe, ac perfecta Republica. Secunda condirio, quæ eſt populſatio gravis, ac certæ iniutiæ, vel in propria perſona, vel in re ſua, & non ſufficit qualiſcumque perſuaſio, de juſta belli cauſa, ſed requiritur certa vel ſaltem probabilis cognitio, quæ arbitrio prudentum ſufficere poſſit. Tertia, quòd non ex odio, & invidia, ſed ex motivo charitatis, vel juſtitiæ id fiat, ita ex Bacconio Michael de Bononia *in* 4. *diſt.* 15. *queſt. unica.* Molina *diſp.* 102. Victoria *de bello, num* 10. 21. & 27. Bonacin *de reſtitut. queſt ultima, ſect.* 1. *punct. ultim* §. 1. *num.* 6. Azor. 3. *part. l.* 2. *cap.* 7. *queſt.* 1. & 5.

Bacconius. Michael. Molina. Victoria. Bonacina. Azor.

Cauſæ, ob qoas ille, qoi habet auctoritatem juſte poteſt bellum indicere tredecim à Doctoribus ennumerátur. Prima eſt infidelitas non quidem ſola, ſed ob aliquam circumſtantiam ei annexam, nempe quando infideles inferunt iniuriam Chriſtianis abducendo illos à vera religione, vel impediendo prædicationem Evangelij. Secunda; eſt hæreſis, requiritur tamen ut hæretici ſint ab Eccleſia denuntiati. Tertia; quando negatur aliquid, quòd iure naturæ debetur. Quarta; quando terræ, vel regna injuſtè ab alio poſſidentur. Quinta, quando populus injuſte opprimitur ſervitute, vel aliis injuriis, Sexta, quando populus præbet auxilium inimicis, qui gerunt injuſtum bellum Septima, quando legati alicujus Principis afficiuntur magna contumelia Octava cum quis ſeditionem movet, vel rebellionem contra Principem. Nona; cum quis defendit hominem ſceleratum, qui juſtè petitur ad ſupplicium. Decima; quando Princeps, vel populus non ſtant pactis, vel pollicitis. Vndecima; defenſio amicorum, & liberatio ex captivitate. Duodecima; cædes alicuius viri Principis ſanguine conjuncti. Decima tertia; qoando populus confæderatus, & amicus habet juſtam cauſam inferendi bellum Ita Covar. *Reg. peccatum. part.* 2. §. 9. Molina *tom.* 1. *diſp.* 104. Azot. *citat. cap.* 7. *queſt.* 3. & 4. Bonac. *de reſtit. diſput.* 2 *queſt. ultima, ſect.* 1. *punct. ultimo*, §. 2 *num.* 7. Layman *lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 12 *num.* 5. Sylvius 2. 2. *queſt.* 40. *art.* 1. *q.* 2. & 4. *concluſ.* 1. Baſſæus *verb. Bellum, n.* 3. 5.

Covar. Molina. Azor. Bonacina. Layman. Sylvius.

Quæstio II.

Vtrum dari poſſit bellum ex utraque parte iuſtum?

SUMMARIUM.

6 *Formaliter, ac per accidens poteſt dari bellum juſtum ex utraque parte, non tamen materialiter.*

REſpondeo cum communi ſententia affirmative, quòd dari poteſt formaliter, ac per accidens, ut propter invincibilem ignorantiam alicuius, aut propter opinionem probabilem, quam quiſque ſequi poteſt in bello indicendo. Sic fit bellum ex utraque parte iuſtum, quod perpetrarunt Iſraëlitæ contra Chananæos: erat iuſtum ex parte Iſraëlitarum, quia habebant divinum mandatum: Erat etiam juſtum ex parte aliorum, quia divinæ voluntatis, ac mandati divini habebant ignorantiam. Materialiter verò, re ipſa non poteſt eſſe bellum juſtum ex utraque parte, quia

tealiter uni ſoli competit jus; & actus con-
trarij circa idem non poſſunt ex ſe pertinere
ad candem vitturem. Ita communiter Docto-
Covarr. res, Covar. *p.2. ad Reg. peccatum,§.10. num.6.*
Maldetus. Malderus *de virtut. quaſt.* 40. *dub.* 4. *articnl.* s.
Victoria. Victot. *relect.de jure belli,num.*32. Petr. Navar.
Petr Navar. *lib.*3. *de reſtitut. dub.*13. Molioa *tom.* s. *de juſtit.*
Molina. *diſp.* 103. Sancius *in ſelect. diſp.* 44. *num.* 60.
Sancius. Diana *part.*2. *tract.*13.*Reſolut.*8.
Diana.

Quæstio III.

Prælati Eccleſiaſtici ſupremi in temporalibus licitè poſſunt indicere bellum.

SUMMARIUM.

7 *Snpremi Domini Eccleſiaſtici poſſunt indicere bellum.*
8 *Facientes tale bellum ſecuto homicidio non ſunt irregulares.*
9 *Non ſupremi Domini Eccleſiaſtici titulo defenſionis, & n.* 10.
11 *An non ſupremi Domini Eccleſiaſtici poſſint eſſe ductores.*

7. PRælati Eeeleſiaſtici, qui nulli ſubiiciuntur, & habent ſupremam juriſdictionem temporalem, ur aliqui Germaniæ Epiſcopi, verbi gratia, Trivitenſis, Moguorinns, & Colonienſis, interveniente juſta cauſa poſſunr indicere bellum, exercitum convocare, belli ducem conſtituere. Ita Sylveſter. *in ſumma, verb.*
Sylveſter. *bellum,*3.*quaſt.*1. Valenria *tom.* 3.*diſp.*3.*punct.*4.
Valentia. *§.quintò certum eſt,* Suar.*tom.de Fide,tract.*3.*diſp.* 13. *ſect.* 3. *num.* 2. & apertè cooſtat ex *cap. Epiſcopus, ne Clerici, vel Monachi, in* 6. ubi ad finem dicitur. *Licèt Clericis cauſas ſanguinis agitare non liceat, eas tamen cum juriſdictionem obtinent temporalem, debent, & poſſunt, metu irregularitatis ceſſante, aliis delegare.* Et ratione convincitut, quia tales non ſunt inferioris conditionis, quàm alij Domini temporales, nec habentminus jus ad ſuum ſtatum, ac rempublicam ruendam, quam alij; eum tale jus pertineat ad illam ſupremam poteſtatem, quæ perfecta, & integta eſt in hujuſmodi principibus.

8. Ex quo deducunt citati Auctoses, quod tale bellum faeientes iſti Prineipes Eeeleſiaſtici, etiamſi ſequantut homicidia, non ſunt irregulares, ut conſtat ex citato textu, & ex hoc etiam fundamento, licet his Priocipibus conſtituere judices, qui juſtè judicent, & damnent in cauſes criminalibus.

Addit tamen Sylveſter *citatus, num.* s. hoc
9 jus indicendi bellum poſſe convenire Epiſco-
Sylveſter. pis ex vi ſpiritualis poteſtatia, indirectè tamen quòd neeeſſarium ſit ad bonum ſpirituale, verbi gratia pro extirpandis vitiis, vel bonis Eccleſiæ defendendis, ſed hoe ut air Suar. citatus, de ſummo Pontifice facilè creditut, de aliis veiò non ſupremis Dominis temporalibus ſolum ritulo defenſionis, nam ad aggrediendum non ſunt ipſi ſupremi in ſpiritualibus, & facile poſſunr ad ſupremum caput Eccleſiæ habese tecutſum.

Nee textus *cap. Maximianus* 23. *quaſt.* 5. 10.
quem adducit Sylveſtes, aliud psobar, ſed ſo- C.Maxim.
lum quòd poſſunr Epiſcopi convocase Principem ſæeularem, qui bella gerat pro defeuſione ſuæ Eccleſiæ, psout facit Textus. Maximianus. Bañez 2. 2. *quaſt.*40. *art.*2. *dub.*3. *con-* Bañez.
*cluſ.*4. Sic autem facientes non incurrunt in is- Toletus.
ſigularitatem. Toletus *in ſumma lib.* 1. *cap.* 85. Lezana.
*num.*8. M. Lezana *verb.bellum,n.*6.

Qui etiam addit, quòd non poſſunt tales 11.
Epiſcopi habentes tempotalem juriſdictionem eſſe execitus ductores, propria præſentia; ut colligitus ex citato *cap. Epiſcop. no clerici, vel* C.Epiſcop.
Monachi, ex illo verbo *aliis delegare*, quo denotatur, ſolum pes alios poſſe id munus exercere. Layman ramen *lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 12. Layman.
num. 19. §. *Deinde*, tenet id iotelligendum, niſi adſit oeceſſitas, aut diſpenſatio Pontifieis, vel dieam etiam, magna utilitas, qoia nempe ex eorum pæſenria magnum etit excitamentum militibus ad pugnam, ac etiam aliis ut ad bellum ſe confetant.

Quæstio IV.

Utrùm Eccleſiaſtici poſſint bellum juſtum ſuadere, ad illudque conſilium dare?

SUMMARIUM.

12 *Licitum eſt Eccleſiaſticis bellnm juſtum ſuadere.*
13 *Aliqui Textus de bello injuſto intelligendi.*
14 *Eccleſiaſtici ſuadentes, conſilium dantes, & exhortantes non incurrunt irregularitatem.*

DIco in hac re licitum eſſe Eccleſiaſticis 12.
nempe elericis, ac seligioſis bellum juſtum ſuadete, ad illudque coſilium darc. Ita
Covatruvias, & Navarrus citandi. Valentia Covarr.
*tom.*3.*diſp.*3.*quaſt.*16.*punct.*1.§.*Quarto certum eſt.* Navarr.
Suar. *tom.de fide, tract.*3. *diſp.* 13.*ſect.*3. *num.* 7. Valentia.
Layman *lib.*2.*tract.*3. *cap.*12. *num.*19. §. *Deinde licet.* Probatur, quia hoc nollo jure invenitur prohibitum. Deinde hoc videtur conceſſum 21. *quaſt.*8. *cap. quicunque cap.ſi quis Epiſcopus,* ex quo exptesſè ait D. Thom. 2. 2. *quaſt.* 40. D. Thom.
art. 5. *ad* 3. *Ad clericos pertinet diſponere, & inducere alios ad bellandum bella juſta.* Non enim tuoc conſulitur homieidium, ſed actus juſtitiæ, ac fortitudinis, ſicut conſilium recte judici damus, ut juſtè judicet.

Ex qno intelligendus eſt Innocentius III. 13.
cap. quòd in dubiis de pœnis, dicens enormiter Innoc. III.
peccare elericos, qui alios incitant ad pu- Valentia.
gnandum, quòd interpretandum eſt de bello Layman.
injuſto, exponunt Valentia, & Layman citati, de illis, qui in patticulasi ſuadent occiſionem aliquorum.

Unde fit quòd clerici, vel Religioſi ſua- 14.
dentes, conſulentes bellum juſtum, vel exhortantes ad illud fortiter agendum, nullam incutrant irregularitatem, neque enim talia exprimitur in jure, neque ipſi cooperantur mortalites homicidio, nam talis animatio, ac

cahorta

exhortario eſt quid extrinſecum ad homicidium, dummodo id faciant ſolum in communi, non autem in ordine ad occidendum aliquem in particulari, & ita non contrahunt aliquam irregularitatem. Ita Navar. *cap.* 27. *num.*216. Couar. *relect. in Clement. ſi furioſus part* 2.§.3.*num.*2. Bonac. *de cenſur. diſp.*7. *q.*4. *punct.* 4. *num.*5. Quidquid in contrar. dicant Sylveſter, Hoſtien. apud Filliucium *tract.* 19. *n.*274. Diana *part.*9. *tract.*6. *Reſol.*7.

Navarr. Covarr. Bonacina. Sylveſt. Hoſtienſ. Filliuc. Diana.

Qvæstio V.

Vtrum Eccleſiaſtici poſſint aſſiſtere in bello, in eoque pugnare?

SVMMARIUM.

15 *Religioſi poſſunt bello iuſto aſſiſtere ad danda conſilia.*

16 *Et etiam ſine licentia prælati nulla afficiuntur irregularitate.*

17 *Etiam poſſunt aſſiſtere in bello iniuſto ad ſpiritualia.*

18 *Tota doctrina procedit de Religioſis in ſacris, laicis, & eiectis.*

19 *Non verò de novitiis in rigore.*

15. Dico quòd Eccleſiaſtici tam clerici, quàm Religioſi de licentia ſuorum Prælatorum poſſunt bello iuſto aſſiſtere, ut conſilia ſpiritualia dent, Sacramenta miniſtrent, eoſque moneant, ac exhortentur ad fortiter pugnandum pro fide, pro patria, ac republica. Concluſio eſt communis communi uſu recepta. Colligiturque *ex cap. multa de voto* §. *de clericis*, Suar. *tom.*5. *de cenſur. diſp.*47 *ſect.*6.*n.*7.

Cap. multa de voto. Suar.

16. Advertit Filliucius *tract.* 19. *num.* 275. probabile eſſe Religioſos intereſſentes bello ſine licentia ſuperioris nulla affici irregularitate, quantumvis exhortentur modo dicto, ad ſtrenue pugnandum: peccare tamen utpote violantes prohibitionem ipſis factam, de non aſſiſtendo bello, non ſervantes debitum ordinem, ac decentiam ſtatus religioſi.

Filliuc.

17. Etiam dico, quòd in bello iniuſto poſſunt Eccleſiaſtici aſſiſtere ad diſſuadendum principes, duces, ac milites à tali bello, & ut periclitantibus, ac morientibus Sacramenta miniſtrent, hoc enim poſtulat Chriſtiana charitas, de quo infra *quæſt.*9.

18. Quinam verò ſint hi Eccleſiaſtici maximè dubitatur, & certum eſt, quòd tota hæc doctrina procedit de Religioſis in ſacris conſtitutis. Et idem dicendum eſt, de Religioſis laicis, ac eiectis, quia quantumvis in perpetuum eiectis, non deſinunt eſſe religioſi. Nam *c.*1. *Ne clerici, vel Monachi, & cap. ex multa de voto*, ubi generaliter prohibentur Eccleſiaſtici pugnare in bello aggreſſivo, quantumvis iuſto, & ideo iſti pugnantes in tali bello ſine debita licentia, ac circumſtantia, de quo *quæſt. ſequenti*, peccant mortaliter. Molina *diſp.*108. §. *ſecundum eſt.* Lezana *verb. Bellum num.*20.

C. Ne clerici. C. ex multa. Molina. Lezana.

19. De novitiis verò ſtando in rigore iuris, cum in odioſis non veniant nomine Religioſorum, neut perſonæ Eccleſiaſticæ habeantur, ideo in præſenti non comprehenduntur prohibitionibus factis circa Religioſos. Dicimus, *in rigore iuris*, quia novitio, qui mortificationibus, ac experimentis Religionis probandus eſt; non licet ſe intromittere etiam ad tempus in his, quæ ſæcularibus negotiis militant. Pellizar. *tom.*2. *tract.*7.*cap.*5.*n.*203.

Pellizar.

Qvæstio VI.

Vtrum liceat Eccleſiaſticis pugnare in bello iuſto ſive defenſivo, ſive offenſivo?

SVMMARIVM.

20 *Pugnantes Eccleſiaſtici in bello iuſto defenſivo nullam incurrant irregularitatem, ſi pro vita, vel patria pugnant.*

21 *Pugnantes in bello offenſivo, eſto percutiant, non incurrunt irregularitatem, niſi occidant, vel mutilent, & n.*22.23.

20. Dico. Primò, quòd Eccleſiaſtici pugnantes in bello iuſto, ſive reputato iuſto defenſivo, occidendo, ſive mutilando, ac percutiendo pro defenſione propriæ vitæ, vel patriæ, vel boni communis licitè hoc faciũt, & nullam incurrunt irregularitatem, ita contra Caietanum & Bañez docent ac tenent Valentia *tom.*3.*diſp.*3. *quæſt.*16 *punct.*4. Molin. *de inſtit. tom.*1. *tract.*1. *diſ.*109. Sayrus *de cenſur. lib* 6. *cap. ultim. num* 9. Cardinalis Hugo *in reſponſ. lib.*5.*dub.*14. Præpoſitus, Turrian. Hurtado, quos citat, ac ſequitur Diana *part.*9. *tract.* 9. *Reſol.*8. & probatur, ſi enim quis non incurrit irregularitatem, quando occidit alterum neceſſario ad iuſtam proximi defenſionem, multu minus incurret, quando id præſtat ad bonum, quod requirit Reſpublica. Et confirmatur, quia valdè durum videtur, quòd privatus incurrat irregularitatem propter actum, ad quem ex iure naturæ obligatur, cum ex hac ratione multi excuſentur ab obſervatione præceptorum, ergo pugnantes pro defenſione propriæ vitæ ac patriæ, quòd ius naturæ dictat, ergo non incurrũt irregularitatẽ.

Caietan. Bañez. Valentia. Molina. Sayrus. Hugo. Præpoſit. Turrian. Hurtado. Diana.

21. Dicu ſecundò, quòd licet Eccleſiaſticis, verbi gratia Religioſis prohibitum ſit pugnare in bello offenſivo, ſeu aggreſſivo iuſto, tamen pugnantes non incurrunt irregularitatem, eſto aliquos percutiant, dummodo non occidant, vel mutilent. Ita Navarr. *in Manuali cap* 27. *num* 215. Suar. *tom.*5. *de cenſur. diſp* 47. *ſect.*6. *num.*9. Toletus *in ſumma lib.*1. *cap.*85. *num.*5. M. Cornejo *de irregul. diſp*, 11. *dub.*2. Candid. *tom.*1.*diſquiſ.*17.*art.*14. M Lezana, *verb. Bellum num.*9. Filliuc. *tract.*19.*cap.*10.*quæſt.*5. Pellizar. *tract.*7.*cap* 5.*ſect.*4 *n* 199.

Navar. Suar. Toletus. Cornejo. Candidus. Filliuc. Pellizar.

22. Prima pars concluſionis, quòd vetitum ſit Eccleſiaſticis pugnare in bello iuſto offenſivo Probatur *ex cap. clericum cap. de his clericis diſt.* 50.*c. eos qui* 20.*q.*3.*c.* 6.*quicunque clericus, & cap. quicumque ex clero* 13. *quæſt.*8. *& cap. ex multa* § *ultim de voto.* Et pro hoc expreſsè ſtat D. Thomas 2.2.*quæſt.*40.*art.*2. Valde enim indecens eſt, ut qui ſpirituali militiæ ſe tradiderunt,

C. clericum. Cap. de his. Cap. eos. C. quicũque. C. ex multa. D. Thomas

diderunt, arma, vel negotia ſæcularia exercceant.

22. Secunda pars concluſionis. Quòd non incurrunt irregularitatem, niſi mutilent, vel occidant, probatur apertè ex *cap. Petitio tua de homicidio.* Vbi, cùm quidam Clericus pugnaſſet in bello iuſto, & percuſſiſſet aliquos, & tamen Pontifex interrogatus, reſpondit non eſſe cenſendum irregularem, niſi aliquem interfeciſſet. Et probatur, quia licet Eccleſiaſtici indebitè pugnantes in bello delinquant contra prohibitionem Eccleſiaſticam, id tamen eſt valdè extrinſecum ad irregularitatem, indéque non ſufficit ad eam contrahendam: talis enim prohibitio facta eſt Eccleſiaſticis, ob periculum homicidij, non cuiuſcunque, ſed quòd infligitur ab ipſis Eccleſiaſticis præliantibus, atqui hæc ratio in præſenti caſu ceſſat, in quo ſupponimus homicidium fieri ab aliis, & non ab ipſis Eccleſiaſticis, Et confirmatur, quia cùm bellum ſit iuſtum, ut ſupponimus, etiam homicidium erit iuſtum, & quia tamen eſt voluntarium, & non neceſſarium, vtpotè in bello aggreſſiuo, eiuſdem rationis eſt, ac homicidium factum publica auctoritate, ideò inducit irregularitatem ex defectu lenitatis, *cap. Si quis, & cap. Aliquando, diſt.* 51. Ita Filliucius citatus.

C. Petitio.
Cap. ſi quis
C. aliquãdo
Filliuc.

Quæstio VII.

Explicantur, & proponuntur aliqui caſus, in quibus Eccleſiaſtici in bello iuſto mutilantes, ac occidentes non incurrunt irregularitatem.

Summarium.

23 *In bello iuſto ex licentia Papæ licitum eſt occidere, & mutilare.*

24 *Sicut & quando interuenit magna Eccleſiæ vtilitas.*

25 *Sicut etiam pro conſeruatione propriæ vitæ.*

26 *Eccleſiaſtici exiſtentes in nauis, quæ ab inimicis impetitur occidendo, non incurrunt irregularitatem; ſecus ſi nauis eorum inuadat.*

27 *Non incurrunt, quando vrget grauiſſima Reipublicæ vtilitas.*

23. PRimus caſus. Si Eccleſiaſtici pugnent in bello iuſto ex diſpenſatione Papæ, an licitũ ſit eis abſque irregularitate mutilare, ac occidere; Reſpondeo affirmatiuè, & eſt communis ſententia cum Panormitano; Tabiena, Philiarc. Henriquez, quos citant, ac ſequuntur Banez 2. 2. *quæſt.* 40. *art.* 2. *dub.* 4. Valentia *tom.* 3. *diſp.* 3. *quæſt.* 16. *punct.* 4. §. *ſeptimò certum eſt*, Sayrus *lib.* 6. *de cenſ. cap.* 19. *num.* 14. Probatur, quia irregularitas inducta eſt humana conſtitutione, atqui in tali poteſt Summus Pontifex diſpenſare; ergo etiam in tali irregularitate; benè tamen aduertit Suar. *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 47. *ſect.* 6. quòd hoc intelligitur quando Papa expreſsè concedit facultatem pugnandi propriis manibus, imò exiſtimo, quòd ſat eſt concedere facultatem pugnandi, ſecus verò ſi tantùm concedit facultatem, aſſiſtẽdi in bello.

Panormit.
Tabiena.
Philiarc.
Henriq.
Bañez.
Valentia.
Sayrus.
Suar.

Secundus caſus eſt quando in bello offenſiuo interuenit magna Eccleſiæ neceſſitas, ob magnam victoriam aſſequendam, redundantem in maximam Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem. Tunc præſumitur Papæ diſpenſatio, non enim eſt credibile eo tempore, quo tenentur iure naturæ pugnare, in irregularitatem incidere. Deinde ſi irregularitas non incurritur defendendo ſeipſum, neque videtur incurri defendendo rempublicam in tanta neceſſitate, Ita Banez 2. 2. *quæſt.* 40. *art.* 2. *dub.* 4. Valentia cum Filliucio *tract.* 20. *cap.* 9. Bonac. *diſ.* 7. *de cenſur. quæſt.* 4. *punct.* 4. *n.* 11. 24.

Bañez.
Valentia.
Filliucius.
Bonacina.

Tertius caſus, quando hoc neceſſarium habetur pro conſeruatione propriæ vitæ non excedendo in moderamine inculpatæ tutelæ, quia tunc naturæ ius maximè ad hoc obligat, Molin. cum aliis *tom.* 1 *de iuſt. diſp.* 108. §. *Primus caſus*; & tunc in hoc caſu occidens, & mutilans pro conſeruatione propriæ vitæ, nullam incurrit irregularitatem. Vt determinatur in Clement. ſi furioſus de homicidio, Suar. *tom.* 5. *de cenſur*, *diſp.* 47. *ſect.* 6. *num.* 1. 25.

Molina.
Clem. ſi furioſus.

Ex quo benè infertur, quòd Clerici, ac Religioſi exiſtentes in naui, quæ ab inimicis impetitur, licitè poſſunt occidere, & militare in ſui, ſuorumque defenſionem; ut habet Molina *citata diſp.* 108 §. *Primum eſt*; nec tunc contrahunt irregularitatem, ut patet ex dictis. Aliter verò dicendum de exiſtentibus in naui, quando nauis ipſa inuadit ſuos inimicos, quia tunc conſiderandum eſt, an illis inuaſio ſit iuſta, & tunc, ſicut ſuprà diximus de bello, de illa dicendum. Etſi inuaſio ſit iniuſta, inquiendum eſt eodem modo, ac de bello iniuſto, ut diximus. Ita Lezana *verb. Bellum, n.* 16. vide ſuprà *quæſt.* 5. & 6. 26.

Molina.
Lezana.

Quartus caſus eſt, quando urget grauiſſima, ac extrema Reipublicæ neceſſitas, in tali caſu pro ea defendenda licitum eſt Clericis, aut Religioſis pro ea pugnare, occidere, ac mutilare, imò ad hoc tenentur, lex enim naturæ hoc præcipit, & ius Eccleſiaſticum pro tali tempore non obligat, Caietan. 2. 2. *quæſt.* 40. *art.* 1. *ibid.* Bañez *dub.* 3. Ex quo benè ſequitur ſic mutilantes, ac occidentes non fieri irregulares, Valent *tom.* 3. *diſp.* 3. *quæſt.* 16. *punct.* 4. §. *contraria ſententia*. Suarez *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 47. *ſect.* 6. *num.* 2. 27.

Caietan.
Bañez.
Valentia.
Suar.

Quæstio VIII.

An Religioſi occidentes, & mutilantes in bello iniuſto putato iuſto incidant in irregularitatem?

Summarium.

28 *Incurrunt irregularitatem non ex delicto, ſed ex defectu lenitatis.*

29 *Multum probabile poſſe Epiſcopum, & Prælatum regularem diſpenſare in irregularitate ex defectu lenitatis.*

REſpondeo cum Pellizario *tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 5. *num.* 205. incurrere irregularitatem non tamen eam, quæ dicitur ex delicto, quæ 28

Pellizar.

ſupponit

ſupponit peccatum mortale, ſed eam, quæ ex defectu lenitatis nuncupatur, & contrahitur ab occidente, aut mutilante in bello injuſto, ut infrà dicam *quæſt. ultima*. Ratio eſt quia reſpectu Religioſi non agnoſcentis injuſtitiam belli, bellum non eſt injuſtum, niſi tantùm materialiter, ac proinde ex bona fide, ut ſuppono, interveniente in præſenti caſu excuſatur dictus Religioſus ab incurrenda irregularitate, quæ ex delicto oritur, quæ ut ſuo loco dicemus, prærequirit delictum.

29. Advertendum tamen eſt, quòd ad effectum obtinendæ diſpenſationis multum referr, quòd irregularitas contracta ſit ex defectu lenitatis, & non ex delicto, ſiquidem quæ incurritur ex defectu lenitatis probabile exiſtimant Covarr. Sà, Bañez, Medina, & alij cum Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 39. numero* 47. quòd poteſt diſpenſari ab Epiſcopo, & Prælato & de Prælato diſpenſandus ſit Religioſus, Regulari, ſi Regulari multò certiùs exiſtimat Filliucius. Hieron. Rodriguez, Veiga, M. Coroejo, M. Lezana, & alij, quos, citant, ac ſequuntur Diana, *part. 4. tract. 2. reſolut.* 70. Bordon. *tom. 1. reſolut.* 13. *num.* 14. Tum ex variis privilegiis: Tum etiam quia privilegium datum diſpenſandi in irregularitatibus excepto homicidio voluntario, eſt etiam ad diſpenſandum in irregularitate, quæ provenit ex defectu lenitatis, ſiquidem ſub homicidio voluntario non comprehenditur illud, quòd fit juſtè, ſed tantùm injuſte, ut docent Navarr. Caietan. Vivald. Henriq. Sayrus, & alij apud Filliucium teſtificantem in facti contingentia, ita Romæ reſolutum fuiſſe.

Bañez. Medina. Barboſa. Sà. Filliucius. Navarr. Caietan. Vivald. Henriq. Sayrus. Filliucius.

Quæſtio IX.

Referuntur aliqui caſus, in quibus milites in bello injuſto excuſantur ab irregularitate.

Summarium.

30 *Miles pugnans in bello injuſto occidens pro defenſione vitæ propriæ, non fit irregularis.*

31 *Miles pugnans pro parte injuſta, ſi dicat ſe velle tranſire ad partes juſtas, poteſt occidi.*

32 *Qui invaditur ab hoſte, nec valet aliter effugere, ſi occidat, non fit irregularis.*

33 *Qui ſe conferunt ad bellum ad adjuvandum in ſpiritualibus, ſi aliquem occidant, non fiunt irregulares.*

30. Primus caſus eſt. An miles pugnans in bello injuſto incurrat irregularitatem, ſi occidat inſequentem ſe, ipſumque defenſionis cauſa confodiat? Affirmat Avila *de cenſur. p. 7. diſp. 8. ſect. 3. dub. 1. concluſ. 2.* Tamen oppoſitum ex Præpoſito, Giballino, tenet Diana *part.* 11. *tract. 7. Reſol.* 8. Quorum ſententiæ adhæreo, quia quamvis miles dum ſequitur tales partes, faciat bellum injuſtum, tamen hic & nunc pro defenſione propriæ vitæ ex jure naturæ videtur bellum juſtum, dummodo ſi advertat, habeat animum deſerendi bellum injuſtum, ab eoque diſcedendi.

Avila. Præpoſit. Giballin. Diana.

An miles juſtè pugnans, ſi occidat talem fugientem paratum ad ſatisfaciendum, ac ad ſequendas partes belli juſti, mortaliter peccet? Reſpondet citatus Diana, exiſtimo, quia uterq; ducitur optima ratione, fugiens quidem dum ſe defendit, & inſequens etiam, qui ſapienter exiſtimat, ſe ſui Principis juſtè pugnantis partes agere, & ejus injurias ulciſci; atque ita uterque occidere ex opinione probabili ſui juris, & tunc tantùm eſt bellum utrinque juſtum formaliter, quòd ſæpius contingere certiſſimum eſt, neuter igitur in eo caſu fit irregularis. Hæc probabiliter ſunt dicta; tamen exiſtimo, quòd miles fugiens, qui ſuſtinebat partes belli injuſti, ſi dicat ſe velle tranſire ad partes oppoſitas Principis juſtè pugnantis, tunc nullum jus eſt, ut occidatur à privato milite. 31

Diana.

Ex quo benè deducitur cum Leſſio 3. *parte, cap. 2. de irregularit. dub. 4. n.* 13. Quòd ſi quis prior invadatur ab hoſte, nec valens aliter effugere, eum occidat, non fiet irregularis, etiamſi pugnaverit ex parte injuſta. 32

Leſſius.

Notat etiam Avila citatus, ut advertit jam ſuprà *quæſt.* 5. quòd illi, qui ſe conferunt ad bellum, non ad pugnandum, nec ad milites excitandos, nec inducendos, ſed ad eos in ſpiritualibus adjuvandos, non eſſe irregulares, quamvis ad propriæ vitæ defenſionem, aliquem occidant, ſuppoſito quòd legitima defenſione utantur. Ita Sylveſt. *verb. Homicid. 3. quæſt. 6.* Bonac. *diſp. 7. quæſt. 4. punct. 4 n.* 10. 33

Avila. Sylveſt. Bonacina.

Quæſtio X.

An milites pugnantes in bello injuſto, ſecuto uno homicidio, fiant omnes irregulares, ſicut & etiam qui ſarcinas cuſtodiunt?

Summarium.

34 *Prima ſententia affirmat, omnes, qui militant in bello injuſto, ſecuto uno homicidio, eſſe irregulares.*

35 *Oppoſita ſententia verior, n. 36. & 37.*

38 *Cuſtodientes ſarcinas probabiliter non ſunt irregulares.*

39 *Dux belli injuſti tot committit irregularitates, quot fiunt homicidia.*

Ad primum; an omnes, qui militant in bello injuſto, ſecuto uno homicidio fiant irregulares? Affirmant Doctores cum Villalobos *in ſumma tom. 1. tract. 1. difficult.* 14. quia omnes illi tanquam una cauſa cooperantur in tali homicidio. 34

Villalob.

Oppoſitam ſententiam cum Giballino ad Coninch. tenet Diana *p. 11. tr. 7. reſol.* 8. § *Sed Giballin.* Multum probabile videtur, eos tantùm milites eſſe irregulares, qui moraliter dici poſſunt juvaſſe occidẽtes, aut mutilantes, quales ſunt tantùm aliqui circunſtantes, ac commilitones, non verò totus exercitus per planitiem diffuſus; non enim benè intelligitur, quomodo multa millia ſint cooperata in uno homicidio: Nam ſæpè magnus exercitus occupat 35

Giballin. Coninch. Diana.

Quæſtio XII.

An Prælati Regulares poſſint diſpenſare in huiuſmodi irregularitate orta ex bello?

SVMMARIVM.

45 *Prælati Regulares poſſunt diſpenſare in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario, mutilatione, bigamia.*
46 *Item in prædictis irregularitatibus.*

45. Dico in hac re, quod prælati Regulares poſſunt cum ſuis ſubditis diſpenſare in irregularitate, quæ oritur ex occiſione, ſive mutilatione facta in bello ſive juſto, ſive iniuſto, ex multis privilegiis conceſſis, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, mutilatione, ac bigamia. M. Cornejo *de irregularitate, diſputatione* 11 *dub.* 2. Suarez *tom.* 5. *de cenſuris, diſputatione* 47. *ſect.* 6 *num.* 3. Peirinis *tom.* 1. *Privileg. Minorum Conſtit.* 2 *Iulij* 2. *num.* 115. Lezana *verb. Irregularitas, n.* 72. Cornejo. Suar. Peirin. Lezana.

46. Imò etiam prælati Regulares communicantes cum privilegiis Ordinis Sancti Benedicti Valliſoleti, quaque prima die Lunæ Quadrageſimæ poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in omni irregularitate, etiam illa quæ provenit ex homicidio voluntario, mutilatione membrorum, ac bigamia, ut ex multis oſtendam infra, cum de Bigamia agam.

Quæſtio XIII.

Quid dicendum ſit de militantibus in bello iniuſto?

SUMMARIUM.

47 *Omnes militantes in bello iniuſto, ſecuto homicidio, ac mutilatione, fiunt irregulares.*

47. De bello iniuſto breviter dicendum eſt, quod omnes militantes in illo, licet propriis manibus ſanguinem non effundant, ſed effundentibus commilitent, ſeu cooperentur, aut arma miniſtrent, & præbeant, fiunt irregulares, ſi tunc in eo contingant homicidia, ac mutilationes; quod ex iniuſtitia belli fit manifeſtum, cum nullum poſſit haberi ſubterfugium. Ita communiter Doctores apud Suar. *tom.* 5. *diſp.* 47. *ſect.* 5. *n.* 1. M. Cornejo *de irregularitate, diſp.* 2. §. *Infero ſecundo.* Quod à fortiori dicendum eſt de Clericis, ac Religioſis; cum eis minimè liceat talibus cooperari, quod nullo modo dicendum eſt de illis, qui ad bellum iniuſtum ſe conferunt, non ut adiuvamen, vel auxilium, ſeu conſilium præbeant, ſed ad tale bellum diſſuadendum, ac ut in ſpiritualibus adiuvent, ac Sacramenta miniſtrent. Suar. Cornejo.

Sylveira Opuſcula.

RESOLUTIO XVII.

Benedicere, ſeu Benedictio

Quæſtio Prima.

Quid, & quotuplex ſit Benedictio?

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit benedicere.*
2 *Quotuplex ſit benedictio.*
3 *Benedictio magnam vim habet ad impetrandum.*
4 *Benedictio dupliciter fit, vel cæremoniis, vel conſecratione.*

Sicut maledicere eſt alicui malum imprecari, ita benedicere eſt bonum precari à Deo, videlicet, omnium bonorum origine, ſicque, ut ait Barboſa *de jure Eccleſiaſtico, lib.* 3. *cap* 3. *n.* 54. eſt profanitatis, vel nequitiæ excluſio, atque ſanctificationis infuſio. 1. Barboſa.

Benedicere autem tripliciter accipitur juxta D. Thomam, ut latè explicat Barboſa *de jure Eccleſiaſtico, lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 55. enuntiativè, optativè, imperativè. Prima eſt, quam Deo tribuimus, ejúſque laudes enuntiamus, ac dicimus, ut *Benedicite ſervi Domini Domino.* Secunda eſt, quam homo homini dare ſolet, non ſolum laudando, ſed etiam bonum aliquod imprecando, juxta illud Pſalmi. *Benedicat te Dominus ex Sion, ut videas bona Hieruſalem.* Tertia benedictio eſt, quam dat Deus ſolus per ſe, vel per miniſtros ſuos, & hæc effectus miros operatur, & hanc dedit Deus per ſe ipſum. Geneſ. 1. num. 22. *Benedixitque eis.* Quandoque per ſervos: ut Melchiſedech benedixit Abrahæ. *Geneſ.* 14. *num.* 18. & ſic ſæpè in ſacris literis contingit: & hodie in Eccleſia fit, & dupliciter, privatè, vel publicè. Privatè, quæ à quacunque perſona fideli dari poteſt. Publicè verò, per Pontifices, Abbates, Sacerdotes, ac Religioſos viros. Ita Noſter Vvaldenſ. *lib. Doctrinalis fidei tom.* 1. *lib.* 2. *art.* 3. *cap.* 19. *contra Vviclephum.* Sylveſter *in ſumma, verb. benedictio, num.* 1. Layman *lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 13. 2. D Thom. Barboſa. Geneſ. 14. Vvalden. Sylveſt. Layman.

3. Qui etiam omnes advertunt, quod talis benedictio nihil ex opere operato, aut infallibiliter impetrat, quod precatur: ſed quod cum fiat nomine Eccleſiæ magnam vim habet ad impetrandum.

4. Benedictio rerum eſt etiam duplex; una eſt ſimplex, altera fit conſecratione. ſimplex, quæ fit benedictione, ac certis cæremoniis, ut benedictio veſtium, aquæ, vini, olei, ceræ, domus, navis. Alia eſt, quæ fit unctione, ut benedictio Calicis, Altaris, ſeu illius lapidis, & hæc propriè vocatur conſecratio. Citatus Sylveſter, Panormitan. *in cap.* 1. *de conſecrat. Eccleſiæ.* Baſſeus *verb. Benedictio, n.* 2. Sylveſt. Panormit. Baſſeus.

QUÆSTIO II.

Rectè, ac ſanctè in Eccleſia fiunt benedictiones ad effectus ſupernaturales efficiendos, ac ſignificandos.

SUMMARIUM.

5 *Rectè, & ſanctè ab Eccleſia fiunt benedictiones.*
6 *Benedictiones ſanctè, ac piè fiunt ad effectus ſupernaturales.*
7 *Tamen huiuſmodi benedictiones non operantur infallibiliter, quia ſæpe nobis non convenit.*

5. MUlti fuerunt impij Hæretici, ut Vviclef, qui dixerunt, quod benedictiones eſſent ſine fructu, ac utilitate in Eccleſia, quos fortiter, & doctè impugnat Noſter
Vvalden. Vvaldenſis *lib. de Sacrament. a cap.* 10. Tamen Catholica fides conſtanter tenet, quod rectè, & ſanctè in Eccleſia benedicuntur aquæ, oleum, panis, cerei, cineres, rami, & ſimilia. Et probatur. Primò, ex Scriptura, quæ continet exemplum, & documentum.
Matth. 14. Luc 9. exemplum adeſt Domini *Matth.* 14. *Luc.* 9. qui panes multiplicaturus aſpiciens in cœ-
1. Tim. 4. lum, *Benedixit eos.* Documentum eſt Pauli. 1. Timoth. 4. *Omnis creatura Dei bona eſt, nihil abiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.* Probatur ſecundò, ex traditione Sanctorum Patrum, & primum de aqua, quæ ſolet benedici ab ipſo tempore Apoſtolorum, pro quo faciunt innumerabilia teſti-
D. Clem. D. Dionyſ. D. Cyprian. D. Ambroſ. monia D. Clementis, Dionyſij, Cyrilli, Cypriani, Ambroſij, Baſilij, Epiphanij, Auguſtini, Theodoreti, quos citat Bellarminus *de cultu Sanct. lib. 3. cap.* 7.

6. Et rectè ad effectus ſupernaturales efficiendos, ac ſignificandos utitur Eccleſia aquâ oleo, aliiſque rebus benedictione dedicatis, & hæc omnia propter tres fines in Eccleſia benedicuntur, Primò. Ad ſignificandos ſpirituales effectus; cineris enim aſperſio, ſignificat pœnitentiam; Palmæ victoriam, cerei Paſchales gloriam reſurrectionis. Secundò, ad delenda peccata venialia, de qua re videndus eſt
D. Thom. D. Thom. 3. *p. q.* 87. *art.* 3. ibi; Expoſitores, quia hæc ſemper fiunt, & recipiuntur, cum aliqua deteſtatione peccatorum, & motu pio in Deum, ac res ſacras. Tertiò, ad fugandos Dæmones, & curandos morbos, ut ex precibus, ac orationibus, quibus benedicuntur, patet.

7. Tamen, ut iam dixi ſuperiori quæſtione, huiuſmodi res non operantur infallibiliter, ut Sacramenta. Et ratio eſt, quia tales res habent huiuſmodi vim, non ex pacto Dei expreſſo, ut Sacramenta, ſed ex precibus Eccleſiæ, ac devotione fidelium; tum etiam quia aliquando non expedit nobis, ut liberemur, vel à morbo, vel à vexatione præſenti, etiam
Bellarm. ut latè probat Bellarminus *citatus cap.* 7. probans hunc tertium effectum multis exemplis Sacræ Scripturæ, ac documentis Sanctorum Patrum.

QUÆSTIO III.

Quiſnam poteſt benedictionem impendere publicè, ac ſolemniter?

SUMMARIUM.

8 *Quomodo ſe debeat habere Sacerdos celebrans coram proprio Epiſcopo....vel....*
9 *Benedictiones ſolemnes multam vim habent ad multa.*
Quiſnam poſſit dare benedictionē publicam.
10 *Et etiam Abbates ex privilegio.*
11 *In quo loco, & quando tales benedictiones ſunt dandæ.*
12 *Qui Abbates in præſentia Epiſcopi.*
13 *De hoc privilegio Abbatum non gaudent alij Religioſi.*

NOn loquimur de benedictione privata: 8.
nam hæc à qualibet perſona particulari poteſt exhiberi. De benedictione vero, quam presbyter celebrans dat in finē Miſſæ, ſi coram Epiſcopo celebrat, ei innuere debet, an velit ipſe benedicere, ſi vero nolit, benedicat tunc Sacerdos ſimplici benedictione, nulla alia expreſſa petita licentia. Ita Sylveſter *verb.* Sylveſt.
Benedictio, n. 1. Hoc tamen intelligendum eſt de Sacerdote celebrante coram proprio Epiſcopo loci. Gavantus *verb. Benedictio, n.* 11. At verò Gavantus.
ſi coram Epiſcopo extraneo, quid tale non debet expectare.

De benedictione vero ſolemni, quæ incipit 9.
à verſu illo, *Adjutorium noſtrum*, &c. ſunt quædam publicæ orationes, quæ à miniſtria Eccleſiæ ſunt inſtitutæ ſuper perſonis, aliiſque rebus ſenſibilibus pronunciari ſolitæ, quæ cum fiant nomine Eccleſiæ, quæ ſemper grata, & accepta eſt Deo; piè credendum, imò & pro certo habendum, huiuſmodi Eccleſiæ benedictionibus, atque rebus benedictis magnam vim ineſſe ad conciliandum hominibus per miſericordiam Dei, bonos motus divinæ gratiæ, quibus à peccatis mundentur, virtutibus augeantur, & à corporalibus periculis cuſtodiantur, vel eripiantur, ſicut Deo expedire viſum fuerit pro ſuo loco, ac tempore, de quo videndus eſt Suarez *parte tertia*, & *tom.* 3. *diſp.* 15. Suar.
ſect. 4.

Benedictionem ſolemnem publicam poſ- 10.
ſunt dare Epiſcopi in tota ſua Diœceſi; Archiepiſcopi in tota ſua Provincia, cum viſitant; legati in toto ambitu ſuæ legationis, &c. communiter itadunt Doctores, Sylveſter *verb. Benedictio, n.* 1.

Etiam Abbates, qui obtinent uſum ba- 11.
culi, & Mitræ ex *cap. Abbates, de privilegio, in ſexto.* Tum etiam ex multis conceſſionibus Apoſtolicis, videlicet, Innocentij VIII. Alexandri VI Leonis X. Pij. V. pro Abbatibus Canonicorum Regularium. Vrbani II. Pij. IV. Eugenij IV. pro Abbatibus Caſſinenſibus. Vrbani V. Bonifacij IX. Gregorij IX. Martini V. pro Abbatibus Vallis umbroſæ. Innocentij VIII. pro Abbatibus Ciſtercienſibus. Eugenij IV. pro Celeſtinis,

Quæ & multa alia privilegia referunt Tam-
burinus *tomo primo, de iure Abbat. diſp.21.*
quæſtione ſeptima. Barboſa *de iure Eccleſiaſt.*
libro primo, cap. 17. numero quadrageſimoſe-
ptimo, affirmans, qood hodie omnes ferè
Abbates regulares habent à Sede Apoſtoli-
ca conceſſionem benedicendi, eaſdémque con-
ceſſiones refert Baſſeus *tomo ſecundo, verb. Be-*
nedictio, num.12.

12. Hæc autem privilegia pro benedictione
ſolemni populi regulariter ſunt in fine Miſ-
ſarum, Matutini, & Veſperarum ſolem-
oium, ut ex ipſis privilegiis conſtat. De
loco autem, in quo danda ſit benedictio,
conſideranda ſunt privilegij verba, tamen
communiter ſi aliud non exprimitur, ſolum
intelligitur de propria Eccleſia, & non ali-
Azor. R. drig. bi, nec per vias more Epiſcoporum. Azor.
tom.1. lib.12. cap.20 quæſt. 7. Rodriguez *tomo 5.*
quæſtion. quæſt.18. art.1. Et pro hac re quan-
dam declarationem Cardioalium referunt ci-
Tambur. tatus Tamburin. *diſp.23. quæſt.1. num.1.* Riccius
Riccius. *de rebus Eccleſiaſt. Reſolut. 461. parte prima.*
Vrſellius. Vrſellius *in examine concluſion. legalium, con-*
cluſ.1. n.123.

13. Talis benedictio dari poteſt ab Abbati-
bus, non tamen in præſentia Epiſcopi, vel
alterius majoris Prælati. *cap. Denique 21.*
diſtinct. cap. Miniſtrare, 26. quæſt.6. cap. Cum
ad celebranda, de conſecratione, diſtinct.1. No-
varinus *verb. Benedicere, num.14.* Non enim
minor debet maiorem benedicere. Limita-
tur tamen aſſertio, oiſi aliqua exiſtat ſpe-
cialis conceſſio à Sede Apoſtolica, ut facta
habetur à Sixto IV. Abbati Sanctæ Mariæ
Pacis Congregatioois Canonicorum Regula-
rium Lateranenſ. ut liberè valeat talem ſo-
lemnem benedictionem impendere, etiamſi
tunc præſens adſit aliquis Antiſtes, Cardi-
nalis, vel Sedis Apoſtolicæ legatus. Habetur
per extenſum in libro Privilegiorum einſ-
dem Congregat. *pagina 369.* & teſtatur Ga-
Pannor. briel Pennor. *in ſua tripartita hiſtoria, lib.2.*
cap. 33. Hoc privilegium datum fuiſſe in
praxi anno 1624. die 2. Iulij in Feſto Viſi-
tationis Virginis Mariæ, coram duodecim
Novar. Illoſtriſſimis Cardinalibus Refert Novarinus
in ſua Lucerna, verb. Benedicere, numero de-
Barboſa. *cimo ſeptimo.* Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib.1.*
cap. 17. num.50.

14. Hæc tamen privilegia non coiomunican-
tur cum Superioribus aliarum Religioonm.
quamvis ipſi habeant commmunicationem
privilegiorum; quæ conceſſa ſunt Mooa-
chalibus Ordinibus; & merito ſanè, quia
talia conceſſa ſuut Abbatibus, quia ipſi
habent uſum Pontificalium, veluti Epiſco-
porum; quod non competit aliis Superio-
Suarez. ribus. Ita Suarez *tomo quarto, de Religione,*
tractatu octavo, libro ſecundo, cap. 29. num 27.
Miranda. Miranda *in manuali, tomo ſecundo, quæſt.40.*
articulo quarto. M. Lezana *verb. Benedicere,*
numero quarto. Diana *parte tertia, de Regula-*
ribus, tractatu 2. Reſolut. 15. Fragoſus *parte 2.*
lib.11. diſput.4. §.3. num. 1. Bordonus *tom. 1.*
Reſolut.17. num.3.

QUÆSTIO IV.

Quænam res Eccleſiaſticæ ſint, quas Prælati Regulares valeant benedicere?

SUMMARIUM

15 *Abbates non ſolum poſſunt benedicere veſti-*
menta, ſed etiam calices, patenas, ac pe-
tras Ara.
In partibus Indiarum poſſunt Provinciales,
& Fratres talia conſecrare.
16 *Facultas conceſſa Abbatibus non extenditur*
ad alios Prælatos Regularium.
17 *Prælati Regulares poſſunt ſolemniter benedi-*
cere ſuas Eccleſias, ac Cœmeteria.
18 *Poſſunt Prælati Regulares poſt. 24. horas à*
ſua electione benedicere ornamenta, &
corporalia.

PRimò. Sunt aliqui Abbates, qui oon ſo- 15.
lum valent benedicere veſtimenta, ac or-
oamenta Eccleſiaſtica, ac corporalia, ſed etiam
calices, ac patenas conſecrare; ita conſtat ex
privilegio Bullar. Innocentij VIII. in Bulla-
rio. Rodrig. Conſtitutione quinta huios Pon-
tificis, conceſſo Abbati Ciſterciénſi, ac qua-
ruor primis Coabbatibus, qui valeant conſe-
crare calices, & patenas tam ſuarum Eccle-
ſiarum, quam ſi aliunde deferantur. Et Pius IV.
Conſtit. 97. conceſſit Abbatibus benedictiones,
ut poſſent conſecrare altaria portatilia vulgo
petras Aræ, pro ſuis Eccleſiis tantum. Et Pau-
lus III. Sacerdotibus Societatis, in partibus,
in quibus facile Epiſcopus Catholicos noo
invenitur. Ita Barboſa *de Officio Epiſcopi alle-*
gat.27. n.36. Miranda *tom.2. q.41. art.4.* Tambur. Barboſa.
de iure Abbatum tom.1. diſp. 23. quæſt.13. Portel. Miranda. Tambur.
in dub. Regul. verb. Abbas, num.3. Diana *part.3.* Portel.
tractatu 2. Reſolut.15. Rodriguez *tomo tertio,* Diana.
ſumm. cap.19. num.2. Qui etiam ait *tomo 1. q. 28.* Rodrig.
artic.1. quod Gregorius XIV. conceſſit Ab-
batibus Ordinis Ciſtercienſis privilegium
conſecrandi Aras, & Calices, & etiam Adria-
nus VI. conceſſit Provincialibus Indiarum
Minorum, & Fratribus, quibus hoc commi-
ſerint facultatem conſecrandi Altaria, & Ca-
lices, etiam ad alienum uſum in caſu neceſſi-
tatis Epiſcoporum. Ita Pellizar. *tom.2. tract.8.*
cap.5. n.102. & 103. Pellizar.

Et ut iam dixi in fioe ſuperioris quæſtio-
nis hæc privilegia conceſſa Abbatibus, cum 16.
habeant uſum Pontificalium, non extendun-
tur ad alios Prælatos, etiam cum eis commu-
nicantes, quia talem uſum Pontificalium non
habent, & etiam privilegia conceſſa pro par-
tibus Indiarum in neceſſitate Epiſcoporum,
non intelliguntur extra conceſſa, niſi forte
tunc extra Indiam in aliquo loco, eadem ne-
ceſſitas urgeat, quia tunc ex mente interpre-
tativa Pontificis, ac ex paritate rationis uti tali
facultate poterunt, v. g. in parte remota Afri-
cæ, vel Æthiopiæ.

Dico ſecundò, Prælati Regulares poſſunt
benedicere benedictione ſolemni ſuas Ec- 17.
cleſias, Cœmeteria Eccleſiaſtica, & Oratoria.

Hoc patet ex indulto Bullato Leonis X. conceſſo Minoribus de Obſervantia, & refertur *in Compendio Mendicantium, verb. Benedicere, num.*14. Ita Auctores mox citandi.

18. Dico tertiò, poſſunt Prælati Regulares, & etiam eorum Vicarij, ac præſidentes poſt 24. horas benedicere ornamenta, & corporalia, ut habetur ex privilegio Innocentij VIII. per Bullam authenticam conceſſo Auguſtinianis, ut refert Caſſarrubius, *verb. Benedicere, num.*8. Quod etiam Iulius II. conceſſit Minimis, ut teſtantur Caſſarrubius *citatus num.*11. Peirinis *tom. 1. Privileg. Minor. Conſtit.*11. *Iulij II.* quod etiam pro Minoribus conceſſit Leo X. ut referunt iidem Auctores, & Pius V. hoc indulſit Patribus S. Iuſtinæ de Padua. Portel. *verb. Benedicere*, de quo etiam participant omnes alij Religioſi cum eis communicantes. Lexana *tom.*3. *verb. Benedicere, num.*8 *&* 9. Rodriguez, Miranda, Fragoſ. quos citant, ac ſequuntur Fr. Martin. à S. Ioſeph. *pag.*522. *num.*16. Vidal. *Inquiſit. de iuriſdict n.*25.

19. Dico quartò, prædicti Prælati Regulares, ac etiam eorum Vicarij, ut dixi ſuperiori concluſione poſſunt benedicere prædicta ornamenta, ac corporalia, tam pro ſuis Eccleſiis, quam pro alienis, ac extraneis ex quacunque orbis parte; prædicta enim privilegia ſunt abſolutè, & ſimpliciter conceſſa, ergo abſolutè, & ſimpliciter ſunt intelligenda, ubi enim lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Ita Martin. à S. Ioſeph. (Martin.) *citatus fol.* 523. *num.*16. & Vidalius proximè (Vidalius.) citatus. Pellixar. *tomo ſecundo, tract.*8. *cap.*5. (Pellizar.) *ſect.*3. *num* 105. *&* 113. Fr. Antonius ab Spiritu (Anton. ab Spiritu S.) Sancto *in Directorio, tomo primo, tract.*2. *diſp.*1. *ſect.*3. *num.*134.

20. Nec obſtat id, quod in contrarium objiciunt Gavantus *verb. Benedicere*; & Bordon. (Gavant. Bordon. Lezana.) *tomo primo, Reſolut.*17. *num.*9. & M. Lezana *verb. Benedicere, num* 8. *&* 9. Sacram Congregationem declaraſſe anno 1609. die 13. Martij: *Prælatos Regulares non poſſe uti dicto privilegio, niſi in rebus, in quibus Sacra Vnctio non adhibetur, & pro ſervitio dumtaxat Monaſteriorum, & Eccleſiarum propriarum.* Reſpondetur nun conſtare nobis authenticè de tali declaratione, quod erat neceſſarium ad eius fidem, ac obſervationem, iuxta declarationem eiuſdem Sacræ Congregationis ſub Vrbano VIII. die 11. Auguſti 1632. & referunt Vidalius *Inquiſition. de iuriſdict. n.*25. (Vidalius.) Lexana *verb. Sacra Congregatio, num.*5. Pel- (Lezana.) lizarius *tom.*2. *tract.*10. *cap.* 10. *num.*43. *ad* (S Congr.) *finem.* Vbi præcipit Sacra Congregatio, quod talibus declarationibus ſive impreſſis, ſive imprimendis, niſi fuerint authenticæ, nulla adhibeatur fides ſive in iudicio, ſive extra, & ideo quandiu oppoſita declaratio data anno 1609. non oſtenditur authenticè, ſtandum eſt Bullato *privilegiis citatis concluſione hac* 2.

21. Dico quintò, quod hæc ſit regula generalis ex privilegio Bullato Leonis X conceſſo Minoribus, quo gaudent aliæ Religiones cum eis participantes, ubi extenditur facultas benedicendi, *ad quacunque ad divinum Cultum, & uſum Fratrum neceſſaria, in quibus Chriſma non intervenit.* Ex quo fit quod poſſunt benedicere Pixidem, ſeu vas, in quo Chriſti corpus reſervatur, quod etiam patet ex privilegio Innocentij VIII. Bulla V. ex Iulio III. Poſſunt etiam benedicere campanas, Imagines, Cruces, ex modo citatis privilegiis Innocentij, & Iulij. Ita (Suar.) Suarez *tomo quarto, de Religione, tract.*8. *lib.*2. (Tamburin.) *cap.*30. *num.*1 *&* 4. Tamburinus *tom.*1. *de iure* (Lezana.) *Abbatum, diſp.*23. *quæſt.*3. *num.*7. M. Lezana (Pellizar. Fr. Auton.) *verb, Benedicere, num.* 11. *&* 12. Pellizarius *tom.*2. *tract.*8. *cap.*5. *ſect.*3. *num.* 105. Fr. Anton. ab Spiritu Sancto *in Director. tom* 1. *tract.*2. *diſp.*1. *ſect.*3. *n.*136.

22. Meritò tamen notant hi duo ultimi Auctores, ſcilicet Pellixar. & Fr. Anton. *cum* (Fr. Anton. Pellizar.) *Lucerna Regular. verb. Benedicere*, ex Tamburino. Quod facultas conceſſa ab Innocentio VIII. & Iulio III. ad benedicendas res proximè dictas, non reſtringitur tantum ad benedicendas res proprias benedicentium, ſed conceditur abſque ulla limitatione, & ideo extenditur ad benedicendas res alienas, ac aliarum Eccleſiarum, ſcilicet Imagines, Cruces, ac Pixidem, in quo Chriſti corpus ſervatur, iuxta communem regulam, ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.

RESOLUTIO XVIII.

Bigamia

QUÆSTIO VNICA

Vtrum Prælati Mendicantium poſſint diſpenſare in Bigamia?

SUMMARIUM.

1 *Quid, & quotuplex ſit Bigamia.*
2 *Proponitur pars negativa.*
3 *Prælatus Regularis poteſt diſpenſare cum ſuis ſubditis bigamis quoad Ordines Minores.*
4 *Prælati poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in omni bigamia.*
5 *Bulla Pauli III. pro una die.*
6 *Ex diſpoſitione Bullæ apertè colligitur facultas.*
7 *Privilegium explicandum ſecundum antiquam conſuetudinem.*
8 *Aliud privilegium ex compendio Societatis.*
9 *Stylus Curiæ varius & non obligat ut lex, & num.* 10.
11 *Sub clauſula generali venit Bigamia.*
12 *Privilegia Regularium in eorum favorem explicanda.*
13 *Abſolutio non ſolum pro foro interiori, ſed etiam exteriori.*
14 *Prælatus Regularis poteſt diſpenſare in omni irregularitate, in qua ſolet Pontifex diſpenſare.*

BIGAMIA, vox eſt Græca, & ſignificat multiplicatum matrimonium. Inde, qui duplex contrahit matrimoniũ dicitur Bigamus. 1. (Vox Græca)
Bigamia

Bigamia autem triplex eſt, prima vera, & realis. Secunda, interpretativa, ſeu ficta. Tertia, ſimilitudinaria. *Vera & realis eſt*, quando quis validè contraxit cum duabus, & conſummavit. *Interpretativa*, ſeu *ficta*, quando quis revera non contraxit duo matrimonia, ſed juris fictione, ac interpretatione, cenſetur contraxiſſe, ut ſi quis contrahat cum vidua, ac corrupta. *Similitudinaria eſt*, cum ex eadem juris interpretatione, duplex matrimonium reputatur, ut cum quis poſt votum ſolemne caſtitatis contrahit cum Virgine, eámque cognoſcit. Ita communiter Doctores. Noſter Bacconius *in 4. diſtinct. 25. artic. 5.* M. Cornejo *tract.5. de irregularitate: diſput.10. dub.1.& 2.* Suarez *tom. 5. ad 3. part. diſp.49. ſect.1. num.1.* Saytus *lib.6. de cenſuris, cap.3.* Bonacina *de cenſuris, diſp.7.q.2.punct.5.* Qui omnes bene notant hanc irregularitatem dici ex defectu, non quia ad eam ſemper præſupponatur culpa, ſed quod iterata matrimonij repetitio, non aptè repræſentat conjunctionem Chriſti unius cum vna Eccleſia quæ eſt Virgo pura incorrupta, ſine macula, & ruga.

Bacconius. Cornejo. Suarez. Saytus. Bonacina.

2. Tota difficultas in hac materia in eo vertitur, an Prælati Regulares poſſint cum ſuis ſubditis diſpenſare in hac irregularitate Bigamiæ, & de hoc mihi olim fuit magna controverſia, cum quodam viro ſatis docto, & partem negantem tuentur Fr. Bartholom. de Vechis *in praxi obſervanda, diſp.9. dub.15. num.2.* Aſcanius Tamburinus *tom.2. de iur. Abbat.diſp.17.q.3.n.2.* & alij, quos citat, ac ſequitur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, p.2. allegat. 49. num.28.* Pro hac ſententia etiam ſtat Lezana *tom. 1. ſumma, cap.18. num 42.* & Diana *tom. 4. tract. 2. Reſolut 63.* concedit tamen fieri poſſe in bigamia ſimilitudinaria, quorum fundamenta poſtea apponam in hac difficultate.

Vechis. Tambur. Barboſa. Lezana Diana.

3. Dico primò. Quod Prælatis Regularis ex mendicantibus poteſt diſpenſare cum ſuis ſubditis bigamis ad Ordines minores. Ita D. Thom. *in 4.diſtinct.27.art.2.* Sylveſter *verb. Bigamia,q.6.* Miranda *tom 2.q 8.art.2.§ Secunda concluſio.* Saytus *lib. 6.cap.6 num. 11. & 13.* M. Petrus Cornejo *in 3.part.D. Thomæ,tract.5. de irregularitate, diſp.10.dub.1. quæſt 5.* Sanchez *de matrim.lib.7. diſp. 86. num. 11.* Azor.*part.2. lib.5.cap.20.quæſt.2.& lib.6. cap.4.quæſt 8.& 11.* Ioannes de la Cruz *in Direct. part. 2. de irregularitate, dub. 1. concluſ. 1.* Probatur, quia Epiſcopi poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis bigamis ad Ordines Minores, ut tenent citati Auctores, & alij multi, quos latè adducit allegatus Barboſa *allegat.49. num.24.* & conſtat ex *cap Lector.diſt.34* ergo etiam Prælati Regulares deducto argumento ex *cap.Cum illorum de ſententia excommunicat.* Deinde, ut tenet Sotus *in 4. diſtinct. 27. quæſt.3. concluſ.4.* quia per Ordines Minores non ita eſt homo addictus ad res ſacras, ut interveniente bigamia, vel alia irregularitate repugnet, ut Prælatus, ſeu Abbas queat diſpenſare, cum in hac re plus poteſtatis habeant Prælati Regulares, quam Epiſcopi, ut tenet Sayr.*citatus.n.25.* referens alios.

D Thom. Sylveſt. Miranda. Cornejo. Sanchez.

4. Dico ſecundò, quod Prælati Regulares, ut Abbates, Generales, Provinciales, ac Priores poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in bigamia vera interpretativa, ac ſimilitudinaria, etiam publica, ac manifeſta. Ita Avila *de cenſuris, part.7. diſp.8. dub.4. §. Octava concluſio.* Henriquez *lib.12. cap.6.n.11.liter.Z.* Portel. *in Additionibus ad dubia Regul. verb. Diſpenſare, num.4.& 5.* Hieron. Rodrig. *in Additionibus Reſol.16.n.14.* Baſſeus *verb. Abbas.§.3.* M.Cornejo *in 3.p. D. Thomæ, tract.5. de irregularitate, diſp.10 dub. 1.in fine.* Carceres *lect. 12.fol.603.* Pellizar.*tom.1.tract 9 cap.5.n.135.* Lezana *verb. Irregularitas, in ſumma,num.72.* Dicitque quod Prælati ea vti poſſunt. Peirinis *de Relig. Prælat. tom.2.q.2.cap.5.§.8.num. 99.* Caſtro Palaus *tom.5 diſp 6.de cenſur.puncto 8.n.21.* Nobiſcum conſentit Bordonius ſaltem in bigamia ſimilitudinaria. Ait enim *cap. 4. de Profeſſis, q.56. §. Bigamum*, quoad Ordines Minores; imo quoad maiores.

Avila. Henriq. Portel. Rodrig. Baſſeus. Cornejo. Carceres. Pellizar. Lezana.

Probatur ex Bulla Pauli III. conceſſa Generali, Abbatibus Prioribus, & Præſidentibus Ordinis, Congregationis Sancti Benedicti Valliſſoleti, refertur apud Bullarium Rodriguez, & inter Bullas huius Pontificis decima eſt. In qua Pontifex concedit, ut quotannis prima die Lunæ Quadrageſimæ, hoc eſt Feria ſecunda poſt Dominicam primam Quadrageſimæ, & ſic habetur: *Nos igitur, qui ſingulorum paterne zelamus affectu, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, qui ſtante immemorabili conſuetudine huiuſmodi etiam de cætero perpetuis futuris temporibus ſingulis annis, prima die Lunæ Quadrageſimæ huiuſmodi, omnes, & ſingulas vtriuſque ſexus perſonas Ordinis, & Congregationis prædictorum Religioſos, ac eidem Ordini, & Congregationi oblatas, ſeu donatas, necnon eremitas, ſub cura veſtra exiſtentes inter ſepta veſtrorum, ſeu ipſorum pro tempore abſolvendorum Monaſteriorum, ſeu aliorum Regularium locorum, ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, ſententiis, cenſuris, & pœnis, per eos pro tempore quomodolibet incurſis, etiam in caſibus dictæ Sedi quomodolibet reſervatis, exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini ſolita eſt legi, abſolvere; & cum eis ſuper quibuſvis irregularitatibus per eos pro tempore, quavis occaſione, vel cauſa contractis diſpenſare, prout hactenus, ut præfertur, conſuevistis, dicta auctoritate valeatis plenam, & liberam, eadem auctoritate tenore præſentium concedimus facultatem.* Vbi Pontifex generaliter, & verbis maximè univerſalibus loquitur, nulla facta exceptione, nec de homicidio voluntario, publico, ſeu occulto, nec de mutilatione, nec bigamia, & vbi lex nullam ponit limitationem, nec nos ponere debemus; maximè cum hæc conceſſio ſit pro perſonis religioſis, & vna die tantum anni, ut notant citati Auctores.

5. Paul.III. Rodrig.

6. Probatur ſecundò, ex ipſa diſpoſitione, ac conceſſione Apoſtolica: nam quando Pontifex dat facultatem ad abſolvendum à peccatis, ſententiis, & cenſuris apponit exceptionem in caſibus Bullæ Cœnæ: *exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini ſolita eſt legi.* At verò ad diſpenſandum in irregularitatibus abſolutè, & ſine ulla limitatione facit conceſſionem: *Super quibuſvis irregularitatibus per eos pro*

tempore, quavis occaſione, vel cauſa contractis, ergo ſicut in caſibus, ac cenſuris Pontifex poſuit exceptionem, ſi eam etiam voluiſſet dari in irregularitatibus, eam etiam exprimeret, atqui eam non expreſſit, nec appoſuit, ergo nullam eſſe voluit.

7. Probatur tertiò ex eadem bulla Apoſtolica, quia prædicti Religioſi illi Vallis ſoleti habebant ex immemorabili conſuetudine prima feria ſecunda quadrageſimæ diſpenſari in omnibus irregularitatibus, abſque ulla exceptione ſua ſanctitas indulſit, ac conceſſit iuxta ſuam immemorabilem conſuetudinem, *ſtante immemorabili conſuetudine, prout hactenus, ut præfertur, conſueviſtis*. Atqui ut teſtificantur Reverendiſſimi Patres Abbates, & Doctores, ac Regentes Ordinis Sancti Benedicti, quorum ſubſcriptiones apud me ſunt, quòd antiqua, & recepta eorum conſuetudo eſt, quòd eorum Prælatus ſupradicta die ſuos ſubditos ſolemniter, ac publicè abſolvit, diſpenſatque cum eis in omni irregularitate abſque ulla exceptione, *quavis cauſa, vel occaſione contracta*, tam in foro interiori, quam exteriori, & quòd talis ſit uſus, ac ſtylus prædictæ Religionis ab antiquo. Et cùm indultum Apoſtolicum reſpiciat antiquam, ac immemorabilem conſuetudinem, in eaque fundetur, ſecundùm illam eſt exponendum, ac

D Thomas. Bartolus. Suarez. Miranda. Gloſſa. interpretandum. Ita D. Thomas 2.2. *quæſt*. 186. *art* 9. *ad ſecundum*. Gloſſa *in cap. Nonnulli de reſcript* Bartolus *in l. omnes populi de iuſtitia, & iure*. Suar. *lib*. 7. *de legibus cap* 17. *num*. 1. ubi multus *citat*. Miranda *tom*. 1. *quæſt*. 44. *art*. 4. §. *Concluſio*. Teſtatur eſſe omnium, & pertè colligitur *ex cap. cum contingat de foro competenti, cap. conqueſtus* 9. *quæſt*. 3. ubi Gloſſa ex utroque iure multos adducit.

8. Probatur: quia Sixtus IV. ut refertur in compendio Minorum, *verb. Abſolutio extraordinaria quoad fratres* §. 4. Conceſſit facultatem Carthuſienſibus diſpenſandi in omnibus irregularitatibus, excepto homicidio voluntario, & mutilatione, cùm igitur non excipiatur Bigamia, ut ait Caſtro Palaus *citatus*,

Caſtr. Pal. cenſenda eſt in clauſula generali comprehenſa, quia poteſtas diſpenſandi latè eſt interpretanda. Deinde ut notant idem Palaus, Portel.

Portel. Peyrin. *in dubiis, reg. verb. diſpenſare, n*. 4. & Peyrin. *citatus*, quòd in compendio Societatis Ieſu *verb. diſpenſare*, §. 5. & 6. Dicitur, quòd Generalis ipſorum poteſt diſpenſare cum ſuis ſubditis in Bigamia, ac proinde ratione huius privilegii qualibet die poterunt Prælati Regulares diſpenſare in Bigamia.

9. Primò pro contraria parte opponunt Auctores adverſarii, quòd ſit contra communem curiæ ſtylum ex privilegiis diſpenſare in Bigamia, iuxta quendam caſum relatum à Navarro.

Navar. 10. Sed contra. Talis ſtylus poterat eſſe tempore Navarri, non verò hodie, nam etiam ipſe Navarrus tenet *cap*. 27 *num*. 150. quòd ſecundùm Curiæ ſtylum pœnæ veniunt ſub nomine cenſurarum; & tamen Ledeſma *tom*. 1.

Ledeſm. *ſumma, tit. de cenſuris, cap*. 1. *dub*. 2. teſtatur contrarium eſſe ſtylum Curiæ; ex quo affirmat

Cevallos Cevallos communes contra communes, *q*. 737. *num*. 21. Quòd ſtylus Curiæ, modò ſit albus, modò niger, ex quo etiam infert ipſe Auctor quòd ſtylus Curiæ non obligat in partibus diſtantibus, ac remotis, ita habet *eodem loco, num*. 20. Filinus *in cap. Rodulphus de reſcriptis, num*. 21. *verſ. Ubi autem* Ferretus *conſil*. 52. *n*. 3. Fillinus. Ferretus.

Albericus *in dictionario, verb. Curia*, qui optimè debebat rem ſcire; nam ipſe Protonotarius Romæ extitit. Albericus. Deinde ſatis vulgaris, ac celebris opinio eſt, quòd ſtylus Curiæ non habet vim legis, ut docent Vaſquez 1. *diſp*. 177. *c*. 8. *num*. 75. Salas *de legibus, diſp*. 19. *ſect*. 19. Bonac. *diſp*. 1. *de legib. quæſt*. 1. *punct*. 4. *n*. 14. §. *Idem cum* Trullench. *in Bullam Cruciatam, dub*. 5. *proœmial. & citat*. Sanchez *in quæſt. ſelectis, diſp*. 48. *num* 1. Proindèque tot, ac tantis Auctoribus optimè ſtabilitur ſententia, quòd non habeat vim legis. Deinde eſto concedamus, quòd talis ſtylus habeat vim legis, non tamen tollit, ac abolet antiquas conſuetudines locorum, ac privilegiorum. Suar. *lib*. 7. *de legibus cap*. 20. Suar.
num. 6. & 7. & *num*. 18. & deducitur ex *l. hæres abſens ff. de iudiciis, l. præcipimus, cap. de Appellationibus, Cod. cum expediat*, & *c*. 1. *de conſtitutionibus in* 6. ergo immemorabilis conſuetudo Religionis D. Benedicti non aboletur per talem ſtylum.

Secundò opponitur, quòd ad diſpenſandum in Bigamia, non ſufficit clauſula generalis in quibuſvis irregularitatibus. Sed contra, 11.
quòd Bigamia veniat ſub clauſula generali, inde probatur. Nam Sixtus IV. conceſſit in- Sixtus IV
dultum Generali Carthuſienſi, ad diſpenſandum in omni irregularitate, excepto homicidio, & ſub illa clauſula: *In omni irregularitate* intelligitur Bigamia, in qua prædicti Prælati poterunt diſpenſare in foro conſcientiæ, ut tenet Compendium Societatis Ieſus, *verb. diſpenſare*, §. 4. *compendium S. Hieronymi, verb. Ordines ſacri*. §. 6. Henriquez *lib*. 1. *de Matrim*. Henriq.
cap 9. *num*. 11. Avila *de cenſuris part*. 7. *diſp*. 8. §. 8. *concluſio*. Suarez *tom*. 4. *de relig. lib*. 2. *cap*. 12. *num* 9. Portel. *citatus in dubiis, verb. diſpenſare num* 4. Imò Concilium Trident. *ſeſſ* 24. *cap*. 6. Trident.
dans facultatem Epiſcopis diſpenſandi in foro conſcientiæ in omnibus irregularitatibus, intelligunt etiam Bigamiam. Reginaldus *lib*. 30. Reginald.
tract. 2. *num*. 29. §. 7. Layman *lib*. 1. *tit*. 5. *part*. 5. Layman. Lorca.
cap. 9. Lorca 2.2 *diſp*. 45. *quæſt*. 11. *art*. 4. *num*. 50. ergo ſub clauſula generali adhuc intelligitur Bigamia, & ita habetur in praxi apud Religionem D. Benedicti, cui indultum conceſſum eſt.

Tertiò opponunt; quòd in generali conceſſione non veniunt ea, quæ in ſpecie non 12.
concederentur, & quòd Pontifex non concederet in Bigamia, hoc erat probandum: & quòd concederet, patet ex dictis, tum quia in irregularitatibus nullam facit exceptionem, ſicut in caſibus, ac cenſuris, tum ex conſuetudine Religionis D. Benedicti, *ut hactenus facere conſueviſtis*, ut iam dictum eſt, & quamvis in hoc eſſet aliquod dubium, Privilegia Regularium in eorum gratiam, & favorem ſunt intelligenda ac explicanda, ut conceſſit Leo X. Congregationi Camaldulenſi. Iulius I. Congregationi Montis Oliveti. Alexander VI. Religioni D. Benedicti. Ut referunt compendium Societatis *verb. Privilegium*. Rodrig. *tom*. 1. *Regul. quæſt*. 11. *art*. 6. §. *Decima Regula*.

Quartò opponunt indultum conceſſum eſſe 13.

pro

pro ſerenitate conſcientiæ; ergo tantùm pro
foro interiori, & non eſt utile ad exteriora.
At hoc nullam habet difficultatem; quia illi
Religioſi obtinebant immemorabilem con-
ſuetudinem dicta feria ſecunda poſt Domini-
cam primam diſpenſandi in omni irregulari-
tate, cuius rei cum initium ignorarent, pro
quiete ſuæ conſcientiæ impetrarunt indultum
à Pontifice, quòd eis conceſſit prout hacte-
nus facere conſueverant; eorum autem con-
ſuetudo erat tam pro foro interiori, quàm ex-
teriori. Et confirmatur; quia talis diſpenſatio
fiebat ſolemniter omnibus cæremoniis, virgis,
ac cæteris, quibus una abſolutio publica, & in
facie Eccleſiæ fieri ſolet pro abſolutione pu-
blica, & manifeſta. Ita fit in Religione D. Be-
nedicti.

14. Opponunt quintò, quòd ex his ſequitur
quòd Prælatus Regularis poſſit diſpenſare in
omni irregularitate, ut cæcus, vel carens ma-
nu poſſit celebrare. Reſpondeo quòd Præla-
tus Regularis habens privilegia ad diſpen-
ſandum in omni irregularitate, poteſt diſpen-
ſare cum eo, qui habet corporis defectum, in
quo poteſt Summus Pontifex diſpenſare; &
ideo poterunt diſpenſare cum eo, qui claudi-
cat pede, vel utitur pede ligneo, vel habet in
manu unum, vel alterum digitum amputa-
tum, dummodo non ſit pollex, ut ego vidi
diſpenſatum. Non tamen poterunt prædicti
Prælati diſpenſare cum cæco, vel cum eo, qui
habet manum amputatam, vel caret pollice,
quia cum his nunquam legitur Summum Pon-
Rodrig. tificem diſpenſaſſe. ita Rodrig. *tom. 1. quæſt* 24.
Layman. *art. 3.* Layman *lib. 1 tract. 5. part. 5 cap. 9. num. 7.*
Miranda. Miranda *tom. 2. quæſt. 8. art. 3. §. Hæc omnia.*
Bordon. Bordon *Reſol. 11. à num 7.* Roſela *in ſumma,*
Roſela. *verb. vitiatus, num. 1.* Maiolus *lib. 1. de irregu-*
Majolus. *laritate, cap. 17.* Avila *part. 7. diſput 3. dub. 3.*
Peirinis *tom. 1. privileg. Minor. in Conſt. 2. Iulij 2.*
num. 218. & refert Crucem, & alios.

RESOLUTIO XIX.

Bulla Cœnæ.

QUÆSTIO PRIMA.

An quando in Iubilæis, vel privilegio conceditur facultas abſolvendi ab omnibus caſibus Bullæ Cœnæ intelligatur hæreſis occulta?

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit Bulla Cœna.*
2 *Status quæſtionis, & quid ſit occultum.*
3 *Prima ſententia negat poſſe abſolvi.*
4 *Secunda ſententia & probabilior affirmat.*
5 *Fundamenta huius ſententiæ.*
6 *Ponuntur, & ſolvuntur fundamēta contraria*
Ponitur ſententia Sancij contra Vaſquez.

1. BVLLA Cœnæ ea dicitur, quæ ritu
veteri Summorum Pontificum quo-
tannis legitur Romæ, præſente Pa-
pa, feria quinta maioris hebdomadæ vocata
in Cœna Domini, in eaque ſunt viginti capita,
ſeu viginti caſus reſervati Sedi Apoſtolicæ, de
quibus multis agunt ſummiſtæ, horum primus
eſt hæreſis; & eſt celebris, & ſatis agitata
quæſtio.

An quando in Iubilæo, vel in aliqua bulla, 2.
ſeu privilegio, conceditur alicui facultas ab-
ſolvendi ab omnibus caſibus Bullæ Cœnæ, in-
telligatur etiam poſſe abſolvi à crimine hære-
ſis occulto. Occultum autem illud dicitur,
quòd non eſt deductum ad forum contentio-
ſum, & ignoratur à magna parte oppidi, vel
civitatis, licèt agnoſcatur, ac ſciatur à quin-
que perſonis, ut latiùs explicabo agens de
confeſſario.

In propoſita quæſtione. Prima ſententia te- 3.
net iuxta ſtylum Curiæ Romanæ ſub huiuſ-
modi clauſula generali, quòd nunquam hæ-
reſis comprehendatur Ita Henriq. *lib. 8. de pœ-* Henriquez.
nitent. cap. 16. n. 12. Azor. *tom. 1. lib. 11. cap. 10.* Azor.
quæſt. 12. Sanch. *tom. 1. in Decalog. lib. 2. cap. 12.* Sanchez.
num. 10. Petr. de Ledeſma *in ſumma. 1. part. tract.* Ledeſma.
de Sacr. pœnit. cap. 13. dub. 15. concluſ. 2. Covar.
cap. Alma Mater, 1. part. §. 11. num. 15. Navar.
in manuali Latino, cap. 27 num. 275. Simancas
de Catholic. inſtitutionibus, tit. 2. cap. 3. num. 2.
Guttierrez *lib. 1. quæſt. Canonic. cap. 13. num. 26.*
Graffius *lib. 1. deciſion aurearum, num. 33.* Ara-
gon. *2. 2. quæſt 11. art. 3.* Vgolinus *de cenſur. ta-*
bula 1. cap. 10. §. 4. num. 13. Philiarch. *de officio*
Sacerdotis, 1. part. lib. I. cap. 27. Veiga *in ſum-*
ma, 1. part. cap. 125. caſu 12. Sorbo *in compend.*
mend. verb. Abſolutio ordinaria, Gratian. *de be-*
nefic. 2. part. cap. 10. num. 109. Rodriguez *in ex-*
plicat. Cruciata, quæſt. 59. Cevallos *in commen-*
tar. opin. tom. 3. quæſt 802. num. 67. Suar. *tom 5.*
de cenſur. diſput. 7. ſect. 5. num. 12. Mirandula *de*
Regul. tom. 1. quæſt. 6. art. 6. concl. 1. Homobo-
nus *de examine Eccleſia, part. 1, tract. 5. cap. 6.*
quæſt. 35. Torreblanca *de Magia, lib. 4. cap. 6.*
n. 3. & cum aliis probabiliorem indicat Dia-
na *1. part. tract 5. Reſol. 1. §. Sed hæc parum.*

His non obſtantibus oppoſita ſententia 4.
affirmat, quòd in Iubilæo, vel privilegio, in
quo conceditur facultas abſolvendi ab omni-
bus caſibus, etiam contentis in Bulla Cœnæ
poſſit abſolvi pœnitens à crimine hæreſis
occultæ. Et ita fuiſſe declaratum Romæ an-
no 1567. in ſacr. pœnitentiar. & ſervari in pra-
xi teſtatur Filliucius *tom. 1. tract. 8. cap. 10. n. 265* Filliuc.
Anton. *in Catecheſ. Neapol. lib. 4. cap. 19.* affir- Anton.
mat ita fuiſſe reſolutum Placentiæ ab Epiſco-
po, & inquiſitore illius civitatis, qui poſtea
fuit Cardinalis. Hancque ſententiam practi-
cari à Patribus Societatis Ieſu teſtatur Epiſco-
pus Zetola *tract. de Iubilæo lib. 2. cap. 18. quæſt. 3.* Zetola.
eamque tenuerunt, ac docuerunt viri Doctiſ- Gazo.
ſimi Agazo Ioannes de Penha, Medina, Le- Penha. Medina.
ctores Theologiæ Salmanticæ, & Morgoueio Morgoneyo
Lector Decreti, & multi alij de hac re con-
ſulti per Proviſorem Hiſpalenſem, ut refert
Vivaldus *in candelabro. 2. part. tit. de abſolutio-* Vivaldus.
ne, n. 16. Idem Ovandus *in 4 diſt. 13. propoſ. 28.* Ovandus.
dub. 3 opin. 3. fol mihi 341. Graffius Neapolitan. Graffius.
inquiſitor, deciſion. Aurea, cap. 15. num. 25. in
fine. Albertan. *in ſumma Sacram. part. 3. cap. 11.* Albertan.
num. 9 in fine. Penha *2. part commen. 25.* Decian. Decian.
conſil 5 num. 13. in fin. vol. 2. Sà, *verb. excommu-* Sà.
nicatio bulla cœna, num. 18. alias 20. Reginald. Reginald.
tract. 1. lib. 8. cap. 5 ſect. 1. n 53. in fine. Alphonſus Alphonſ.

Molfeſius. Peirin. Lorca. Farinac. Fagundez. Suar. de Leone *tract. de Iubileo, part. 2. quæſt.* 11 *n.* 43 Molfeſius *in ſumma, tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 2 *in.* 62. Peirinis *de privileg. Minor. tom.* 1. *Conſtit.* 4. *Sixti IV.* § 5. *num.* 20. ante illos Lorca 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 4 *diſp.* 45. *num.* 3. Farinac *de hæreſi. quæſt.* 19 *num.* 63 Fagundez *de quinque præcep. lib.* 8. *cap.* 8. *n.* 89. probabilem dicit Suar.

5\. Probatur; primò hæc ſententia, quia ut obſervat Lorca, ex quo Pontificibus innotuit, hæc controverſia inter Doctores agitari, ut quæſtionem ſedarent, ac determinarent, expreſsè crimen hæreſis exceperunt, & ſi poſtea in aliquo Iubilæo abſolvendi poteſtatem concedunt, nulla facta exceptione, planè videtur ex induſtria illam abſtuliſſe, & abſque ullo diſcrimine, ac excluſiva, omnia indulgere, ac concedere. Secundò, hoc videtur magis conducere ad finem intentum à Romano Pontifice, ut omnes expediti à cenſuris, fiant participes magni indulgentiarum theſauri. Tertiò, eſt privilegium, & gratia Summi Pontificis, ac Principis univerſalis, quòd latè eſt explicandum, ut ſuppono ex materia de privilegiis. Deinde Concilium Trident. eſt magnæ auctoritatis, & in multa æſtimatione apud Pontifices, & non derogatur per clauſulam generalem, *cap. Nonnulli de reſcriptis.*

6\. Opponunt primò; ſtylum Curiæ, ut ſub illis clauſulis generalibus non veniat crimen occultum hæreſis. Secundò, quia ita fuit declaratum à Gregorio XIII. anno 1576. Reſpondetur; quòd ſtylus Curiæ varius eſt pro varietate Pontificum; & Fillincius citatus Pœnitentiarius in Romana Curia apud Sanct. Petrum teſtatur praxim Curiæ ſtare pro noſtra ſententia, vide ſuperiorem reſolutionem, *num.* 9 Deinde, ut dixi ſuperiori *Reſol. n.* 10. ſtylus Curiæ varius eſt, modo albus, modo niger. Declaratio autem Gregorij XIII. non oſtenditur authentica, inde eam ſequi non tenemur. Deinde illæ declarationes Pontificum ſunt vivæ vocis oracula, quæ iam evanuerunt; Deinde ut notat Illuſtriſſimus Dominus Rodericus à Cunha in explicatione Iubilæi, *c.* 10. *dub.* 10. *n.* 19. ex Henriquez ſolùm habere locum in Epiſcopis Italiæ, quia eorum ſubditi facilè habent recurſum ad Romanum Pontificem. Vide quæ dicam infrà *Reſol.* 28. *q.* 2.

7\. Sancius. Vaſquez. Ex quo Sancius *in ſelectis, diſp.* 44. *num.* 23. *& diſp.* 48. *num.* 52. reiicit ſententiam Vaſq. 3. *part. tract.* 4. *dub.* 19. *num.* 15. *&* 16. aſſerentis Dominos Inquiſitores debere punire coofeſſarios abſolventes hæreſim occultam virtute Iubilæi plenarij, at hoc non eſt dicendum, utuntur enim opinione probabili, inde nec culpam committunt, nec pœna digni ſunt, ut patet ex *l. ſi putatur, ff. ad leg. Aquil. & cap. ſatis perverſum, diſt.* 56. *cap. Invenimus*, Diana verò *part.* 4. *tract.* 8. *Reſolut.* 109. rem committit arbitrio Inquiſitorum.

QUÆSTIO II
An privilegia ſublata ſint per Bullam Cœnæ?

SUMMARIUM.

8 *Prima ſententia affirmans revocari prædicta privilegia.*
9 *Secunda ſententia, non revocari.*
10 *Gregorius XIII. conceſſit non revocari per Bullam.*
11 *Confirmatur ex privilegio Pij. V.*
12 *Revocantur quæ fiunt prætextu, non auctoritate legitima.*
13 *Revocantur generalia privilegia, non ſpecialia.*
14 *Declarationes Clementis VIII. & Vrbani VIII.*
15 *Graves Doctores exponunt de abſolutione quoad ſæculares, non verò quoad Regulares.*

MVlti, & graves Doctores cum Sayto *lib.* 3. *de cenſur. cap.* 25. *num.* 5. tenent Mendicantium privilegia revocari per Bullam Cœnæ, quæ quotannis legitur Feria. 5. in Cœna Domini, in qua prohibetur dari abſolutionem in prædictis caſibus, ut ad finem dicitur: *Etiam prætextu quarumvis facultatum, vel indultorum, quibuſcumque perſonis quarumvis Ordinum, etiam mendicantium, ipſiſque ordinibus & eorum monaſterijs*, &c. Per quæ verba videntur expreſsè derogata privilegia conceſſa Mendicantibus, ac cæteris ordinibus. 8. Sayto. Bulla Cœnæ

Tamen quòd prædicta privilegia non ſint revocata per Bullam Cœnæ, tenent Veiga 1. *part. ſumma, cap.* 49. *caſu.* 1. Doctiſſimus Mag. Anton. de Souſa *de cenſur. diſp.* 100. Naldus *in ſumma, verb. reſervatio.* Vivaldus *tom.* 1. *tract.* 9. *difficult.* 61. *n.* 51. Portel. *in additionibus, verb. Abbas, num.* 10. Peirinis *in additamen. ad conſtit.* 4. *Sixti IV. cap.* 2. *num.* 35. & Baſſæus *verb. Abbas*, § 2. *num.* 8. & etiam Frater Martinus à S. Ioſeph. in regulam S. Franciſci *cap.* 3. § 8. Probatur; primò, quia ut ait Rodrig. *tom.* 1. *quæſt.* 20. *art.* 10. Videtur omnino alienum ab auctoritate Summi Pontificis hodie ædificare, cras deſtruere, verb. gratia, in menſe Februario, vel Martio concedere, & ſtatim inter paucos dies per Bullam Cœnæ revocare. Secundò, quia fruſtra innovarentur, ut ab unoquoque Pontifice fieri ſolet prædicta privilegia, ſi in die Cœnæ ab ipſiſmet Pontificibus ſint revocanda. 9. Veiga. Souza. Naldus. Vivald. Peirin. Portel. Baſſeus.

Secundò, quia Gregorius XIII. ann. 1564. die 18, Martij. Indulſit Patribus Societatis Ieſu, ut per Bullam Cœnæ, conceſſiones illis factæ non eſſent revocatæ, ut habetur in compendio ejuſdem Societatis, *verb. Bulla Cœna*, § 2. & notavit Suar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 10. *lib.* 9. *cap.* 20. *num.* 18. Portel. *in dubijs Regul. verb. Bulla Cœna, num.* 2. De quo per communicationem cæteræ Religiones gaudent, ut notavit Diana 1. *par.* 5. *Reſolut.* 6. § . *Adde etiam.* 10. Suar. Portel. Diana.

Tertiò, Suar. citato *cap.* 20. *num.* 11. & Coriolanus *de caſibus reſervatis, p.* 1. *ſect.* 1 *art.* 23. *num.* 6. & Bauny *tom.* 1 *tract.* 4. *quæſt.* 31. *lit. E.* ex privilegio Pij V. pro Dominicanis Bulla 3. apud Cruz *lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 14. In qua conceditur facultas eorum Generalibus, Provincialibus, Prioribus, ac Præpoſitis, quam habent Epiſcopi, ac proinde, ſi Epiſcopi habent poteſtatem abſolvendi ab huiuſmodi caſibus, & etiam hæreſi occulta, poſſunt & Prælati Regulares; quòd autem hæc facultas conceſſa ſit Epiſcopis à Concilio Tridentino *ſeſſ.* 14. *cap.* 6. abſolvendi ab hæreſi occulta, & conſequenter 11. Suar. Coriolan. Bauny. Cruz.

ect à cæteris,caſibus Bullæ Cœnæ, quòd autem in Epiſcopis detur huiuſmodi facultas, latè ex multis Doctoribus tenent Doctiſſimus Souza in Bulla Cœnæ,*cap.23 diſput.100. concluſ.3.num.7.* Fagundez *de præceptis Eccleſiæ, tract. 2. lib. 8. cap. 8. num.32. & 33.* Portel. *in additionib. in dubia Regular. verb. Epiſcopus,* Lorca 2. 2. *quæſt. 11. art.4. diſput. 45. num.10.* Nugnus, Sà, Ledeſma, Henriquez, Ricciolus, & alij multi, quos citant in magno numero Sanchez *in Decalog. tom. 1. lib.2. cap.11. num. 27.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop part 2. allegat.40 n.21.*

12\. Quartò. Reſpondent alij, quòd in dicta bulla cœnæ non prohibetur abſolute abſolvere ratione privilegiorum,ſed eorum prætextu; prætextus autem non excludit illud, quòd fit legitima interveniente auctoritate; ſed illud
Souza. Bauny. Peitin. quòd ſub aliquo velamine, vel colore privilegiorum exercetur, ita citatus M. Souza *concluſ. 3. & citatus* Bauny, Peitinis *de privilegiis Minorum tom. 1. conſtit. 4. Sixti IV.§.5 n 6.&*
Villalobos. *ſequentib.* Villalobos *in ſumma part.1. tract. 9. diſp.41.n.5.*cum aliis.

13\. Suar. Quintò Reſpondet etiam Suar. *tom. 5. de cenſur. diſp.21.ſect.3. num. 4. & tom.4. de Relig. tract.8.lib.2. cap.21. num.5.* Per Bullam Cœnæ derogari privilegia generalia, quæ generaliter concedunt facultatem abſolvendi à caſibus reſervatis; non verò quæ ſpecialiter dant talem poteſtatem abſolvendi à caſibus Bullæ
Peirin. Cœnæ; quàm doctrinam confirmat Peirinis *ad citat. conſtit. Sixti IV. num. 15.* ex Iulio II. *conſtit. 4.* qui declaravit, quòd non obſtante Bulla Cœnæ poſſe, quibus hæc facultas conceſſa eſt in perpetuum abſolvere à prædictis caſibus, quàm confirmavit Paulus IV. Gregorius XIII.& Clemens VII.apud eundem Peyrinis.

14\. His non obſtantibus inſurgit in hac re magna difficultas, quia de mandato Clementis VIII. edita quædam eſt Cardinalium declaratio, in qua prohibetur abſolutio à prædictis caſibus Bullæ Cœnæ, & idem habetur in alia declaratione Vrbani VIII. data die 17. No-
Diana. Peirin. vembris anno 1628. quem referunt Diana *tom.3.tract.2 Reſol.122.*& Peirin. *tom.3.Privilegiorum,cap.2.n.38.*

15\. Reſpondet Peirinis proximè citatus cum Molfeſio, quibus adhæret Noſter M. Fratr. Antonius de Spiritu ſancto *in directorio Regular.tom.1.tract.2.diſp.1.ſect.1.num.34* huiuſmodi declarationes ſolùm derogare privilegia Regularium quoad abſolutiones ſæcularium, non verò Religioſorum; & ita declaratum fuiſſe à ſacra Congregatione de mandato Clementis VIII. cum Peregrino, Naldo tenet
Peirin. Naldus. ipſe Peirins *ad conſtit. 4. Sixti IV. num. 16.* qui etiam ibi addit, ita reſponſum fuiſſe à ſacra Pœnitentiaria 1617. juxta quam declarationem Clementis VIII. exponenda eſt declaratio ſub Vrbano VIII. quæ ſententia cum ſit tot Doctorum, ſuam habet probabilitatem.

16\. Ex his ſequitur quòd Prælati Regulares in foro conſcientiæ poſſint abſolvere ſuos ſubditos, ab omnibus caſibus bullæ Cœnæ, excepta hæreſi, de quo dicam quæſt. ſequenti, & à Cæteris caſibus reſervatis; proindeque poſſunt abſolvere ſuos ſubditos à ſimonia commiſſa tam in aſſequutione officij, ac beneficij, ac receptione Sacrorum Ordinum, ut docent Rodrig. *tom.1. quæſt.2. art. 13.* Suar. *tom.4. de Relig. lib.2. cap.21 num.9.* Peirinis *tom. 1. privileg. Minor.conſt.2. Iulij 2 §. 29. num.88.* Lezana *tom.1. cap.18. num.19.* Rodrig. Suar. Peyrin. Lezana.

17\. Et etiam poſſunt abſolvere ſuos ſubditos, cenſura incurſa ob contemptum clavium, ac à peccatis contractis ex confidentia privilegiorum, Rodrig. *quæſt.20. art. 15.*Portel.*in dubiis, verb. Prælatus, num. 3.* Lezana *tom. 5. in Mar. Magn. Carmel. num. 570.* quia licèt in aliquibus privilegiis habeant hæc clauſula reſtrictiva, exceptis peccantibus ex confidentia prædictorum privilegiorum tamen poſtea per alios Pontifices confirmata prædicta privilegia, illa clauſula ſublata eſt. Rodrig. Portel. Lezana.

Quæstio III.

Vtrum Prælati Regulares virtute ſuorum privilegiorum poſſint abſolvere ſuos ſubditos ab hæreſi occulta?

SVMMARIVM

18 *Prima ſententia affirmat.*
19 *Secunda, & vera negat.*
10 *Confirmatur, & corroboratur ex multis privilegiis ſanctæ Inquiſitionis.*

18\. Affirmativè reſpondent Rodrig. *in quæſt. tom. 1. quæſt. 20. art. 9.* Suar. *tom. 4. de Relig. tract.8. lib.2. cap.21. per totum*, Veiga in *ſumma, tom.1. cap.49. caſu 1.* Peirin. *in privileg. Minor. tom.1. conſtit.4 Sixti IV.§ 5.num.6. cum ſequentibus*, Hieron. Rodrig. *in compend. Reſolut.3. num.3. compendium Societatis, verb. Abſolutio, § 3.& 7. ac 8.* Peregrinus *in compendium Privilegiorum, p. 2.tit. Abſolutio quoad fratres.§ 1.* Fundantur in privilegio, ac rationibus citatis ſuperiori quæſt.*n.11.12.& 13.* Compendium. Peregrin.

19\. Secunda ſententia,& oppoſita omnino negat talem facultatem. Ita Sigiſmundus à Bononia *in electis, dub.79. num.13. Aſcanius,* Tamburinus *de iure Abbat, tom.2.diſp.14. quæſt.15. num 3.* Portel. *in dub. verb. Prælatus, num.24.* Ioannes de la Cruz *de ſtatu Relig. lib. 1. cap.6. dub.15.concl.1.* Naldus *in ſumma, verb. Novitius, num. 7.* Sanchez *in ſumma, tom. 1. lib.2. cap.17. num.7.* Megala *conſil 21. num.6.* Novar. *in ſingulari iure Pontif. concl 3. num. 10* Avila *de cenſur. part.7 diſp. 10 dub.6. num.3.* Zanardus *in director. Theolog. part. 2. cap.12.* Vechius *in praxi Novit.diſput.9. dub 6. num. 3.* Graffius *in Appendic lib.1. cap 7. num. 22.* Diana mordicus multis in locis, *tom. 1. tractat. 5 Reſolut.72. & Reſolut. 122.* Thomas Hurtad. *tom.1. tractat.5. cap 2. Reſolut. 17. num.152.* Pellizar. *tract 8.cap.2.num.54 A. 59.* Hæc ſecunda ſententia eſt vera, & ſimpliciter tenenda, ac ſequenda in praxi. Sigiſmund. Tambur. Portel. Cruz. Naldus. Sanchez. Megala. Novar. Avila. Zanardus. Vechius. Graffius. Diana. Hurtado. Pellizar.

Dico ergo cùm hac ſecunda ſententia,quòd Prælati Regulares non poſſunt ſuos ſubditos abſolvere, nec ab hæreſi publica, nec etiam occulta. Probatur, quia, ut teſtatur Portel.*in Additamentis, verbo Abbas, num.21.* Sanctum

Tribunal

Tribunal Inquiſitionis, quod nos omni cultu veneramur, multas habet conceſſiones Apoſtolicas, quibus privilegia Regularium quoad abſolutionem ab hæreſi abrogantur, & ſolum talis abſolutio pertinet ad Dominos Inquiſitores, ut determinat Pius V. in ſua Conſtitutione, quæ incipit *Paſtoris Æterni*. Et noviſſimè Paulus V. ſub graviſſimis pœnis prohibet Religioſis, ne ſuos ſubditos in hac re iudicent, ſed illico eos ad Sanctum Tribunal deferant, ut referunt Barboſa *de Officio, & poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 40. *num.* 40. Riccius *in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 671. *num.* 1. *edit.* & *Reſolut.* 423. *in* 2. *editione*, & ita habet communis uſus, ac ſtylus, quia ſuper tale crimen non cognoſcunt Prælati, ſed eos ſtatim mittunt ad Dominos Inquiſitores, ut teſtantur Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *quæſt.* 12. Trullench *tomo primo, in Decalog. lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 5. *num.* 1.

Barboſa. Riccius. Azor. Trullench

RESOLUTIO XX.

Bulla Cruciatæ.

QUÆSTIO PRIMA

An Regulares ſine ſuorum Prælatorum licentia poſſint eligere confeſſorem qui virtute Bullæ Cruciatæ, à peccatis, ac cenſuris reſervatis eos valeat abſolvere?

SUMMARIUM.

1 *Prima ſententia & affirmativa.*
2 *Primum, & ſecundum fundamentum, & num.* 3.
4 *Proponitur, & ſolvitur obiectio contra hanc ſententiam, & num.* 5.
6 *Secunda ſententia & vera negativa.*
7 *Decreta Clementis & VIII. & Vrbani VIII.*
8 *Subterfugium Ioannis Valerij, & Hurtadi.*
9 *Interpretatio Villalobos.*
10 *Intentio Clementis, & Vrbani refertur ad ipſoſmet Pontifices, & n.* 11. & 12.
13 *Leandrus de ſupplicatione Regis Philippi Quarti.*
14 *Sententia negativa verior, & maximè ſecura in conſcientia.*
15 *Confirmatur ex Martino de S. Ioſeph.*

1\. QUÆSTIO procedit tam de Fratribus, quam Monialibus cuiuſcunque Ordinis etiam Mendicantium. Affirmativam ſententiam tenuerunt graves Auctores & Emmanuel Rodriguez *in Bulla*, §. 9. *n.* 25. Ledeſma *tit de Pœnitent. cap.* 13. *dub.* 12. Medina *de Confeſſione, c.* 26. *Collector. Privileg. verb. Abſolutio ordinaria quoad Fratres*, § 16. Antolines *de Indulgentiis*, Antonius Fernandez de Moura Crux *de ſtatu Religionis, lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 12. *concluſ.* 3. *pag.* 58. & alij multi viri Docti Salmanticenſes.

Rodrig. Ledeſma. Medina. Collector Antolinus. Fernandez. Crux.

Probatur primò; quia in Bulla plumbea Cruciatæ ad illius effectum, derogantur omnia privilegia Mendicantium: *Tenores ipſorum pro expreſſis habentes.* Per quam clauſulam derogantur quæcunque privilegia etiamſi de illis eſſet facienda ſingillatim expreſſa mentio, ut ex Deciſione Rotæ habetur apud Puteum *deciſ.* 615. *num.* 6. *lib.* 2. Gabriel. *tit. de clauſul. concluſ.* 5. *num.* 12. Menochius *lib.* 6. *præſumpt* 46. *num.* 1. Gonzal. *Regul.* 8. *Gloſſa* 36. *num.* 22. Nec enim Summus Pontifex poteſt recordari de omnibus conceſſionibus ſuorum prædeceſſorum, nec eas ſingillatim referre; eſſet enim valdè longus proceſſus, & ideo ſub illa clauſula *Tenores ipſorum pro expreſſis habentes*, continentur, ac ſi de verbo ad verbum proponerentur. Vt notant Fredericus de Senis *conſ.* 47. Gambar. *de Officio Legati, tit. de poteſt. Legati in legibus, à n.* 33. & 39. *cum ſequent.* Gonzal. *Reg.* 8. *Gloſſa* 36. *à n.* 24. ergo per talem clauſulam in Cruciata derogantur cætera privilegia cuique Ordini conceſſa.

Rota. Gabriel. Gloſſa. Gonzal. Frederico Gambara Gonzal.

3\. Secundò, Bulla Cruciatæ in hoc Luſitaniæ Regno conceſſa eſt ad inſtantiam, ac favorem Regiæ Majeſtatis; at Summus Pontifex privilegia Regibus conceſſa, ac ad eorum inſtantiã, non intendit derogare, ac annullare. Argum. Text. *in cap fin. de Officio delegati, lib.* 6. ibi: Regibus, & Reginis, qui ſicut dignitatis altitudine præeminent, ſic prærogativæ gratia ipſos conſueverit anteferre, dumtaxat exceptis, *cap. aliquid, de privileg. lib.* 6. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reform* ibi: Exceptis, quæ ad Imperatorem, ſeu Reges. Vt notant Stephanus *de literis, gratia* 3. *part. ſignatura, n.* 62. Caſſian. *in Catalog gloriæ mundi, part.* 5. *conſiderat.* 24. *n.* 202. Caved. *lib.* 4. *Diverſ. cap. fin. num.* 7. Gonzal. *Reg.* 8. *Gloſſ* 9. *à num.* 25. & *Gloſſ.* 24. *à num.* 155. Et confirmatur: quia Cruciata conceſſa eſt in ſubſidium militum, qui pugnant in Africa, Aſia, Europa contra Infideles, ac Hæreticos, & valdè vulgare eſt, quod privilegium in bonum utilitatis, ac neceſſitatis publicæ præferendum omni alij privilegio etiam conceſſo cum clauſulis derogatoriis, ut tenent Decius *conſil.* 10. *num.* 8. *fundam.* 3 Paulus Caſtrenſ. *conſil.* 278. *in fine, lib.* 1. Selva *de benefic.* 3. *part. q.* 14 *num.* 36. *cum ſequent.* Celſus Hugo *de clauſul. num.* 44. Gambar. *num.* 41. *ad fin.* Gonzal. *Gloſſa* 36. *n.* 72. *de locis.*

Decius. Caſtrenſ.

4\. Nec contra hæc obſtat, clauſula poſita in fine Bullæ; in qua dicitur: *Præter facultates conceſſas Mendicantium Ordinum Superioribus quoad ſuorum Ordinum Fratres.* Quæ clauſula poſita in fine refertur ad omnia præcedentia. Bern. *Reg.* 85. *cum ſeq.* Gabriel. *tit. de clauſulis, concl.* 9. *à princip.* Menoch. *caſu* 94. *n.* 23. & 24. Proindéque cum in clauſula antecedenti Summus Pontifex derogaſſet omnia privilegia, & indulta conceſſa etiam Ordinibus Mendicantium, & feciſſet exceptionem de facultate Superiorum Ordinum quoad ſuos Fratres, manet expedita eorum poteſtas, ut ſuis ſubditis prohibeant, ne pro ſuo arbitrio eligant confeſſores, ut virtute Bullæ abſolvantur à reſervatis Ita Henriq. *lib.* 6. *cap.* 17. §. 7. in Gloſſa P. & *lib.* 7. *cap.* 22. §. 2. *ad finem.* Gloſſa *litera H.*

Clauſula Bullæ. Bernardo Gabriel. Menoch. Henriq.

Reſpondeor

5. Rodrig. Crux. Reſpondent Rodriguez io Cruciatam §.12. *num* .5.Cruz *de ſtatu Relig.lib.1.cap.6. dub.* 12. *concluſ.*3.Quòd iſta exceptio non reſpicit gratiam, & privilegium,de quo agimus, ad eligendum confeſſorem, cùm clauſula derogatoria aliorum ſub quocumque tenore verborum, ut eſt dictum,ſed rantùm denotat facultatem ſuperiorum eſſe integram quoad ſuos ſubditos ad diſpenſandum, commutaodum, ac abſolvendum ab irregularitate, votis, ac cenſuris. Nec obſtat id, quòd air Henriquez, quod illa clauſula poſita in fine reſpicit omnes præcedentes : Hoc inquam nec obſtat, quia Bulla plumbea poſt ſuas conceſſiones air, *Non obſtantibus facultatibus, indultis, gratiis, & privilegiis.* Vbi quatuor ſpecies continentur & tamen talis clauſula ſolùm unam reſpicit: *Facultatem nempe ſuperiorum*; ergo tres aliæ non comprehenduntur, quia ut comprehenderentur, neceſſaria erat clauſula generalis, quæ omnes alias ſub ſe clauderet, ut docent Aretin. Gabriel. Aretin.*in l.3.§.filius in fine, ff. de liber. & poſthum.*Gabr.*ad concluſ.*9.*num.*6.

6. Corilianus. Pottel A Coſta. Miranda. Reginald. Suar. Contraria ſententia, & negativa eſt hodie valdè communis,cam tenent Corilian. *de caſibus reſervatis,part.*1. *ſect.* 3. *art.* 24. Pottel. *in dubiis.Regul.verb.Bulla Cruciata, n.* 1. à Caſtro *in explicat.Bulla,quæſt.*107 Miranda *in manuali Prælator.part.* 2. *quæſt.* 34. *art.* 15. *concluſ.* 2. Reginaldus *tom.*1.*lib.*8 *cap.* 3 *ſect.* 3. *num.* 37. Suar. *de Relig.tom* 4 *tr.*8 *lib.*2.*c.*16. *n.* 3. & poſt Garciam,Ledeſmam,Cordubam, & Paſſarellum,Leandrus *de Sacramentis, tom.* 1. *tract.* 5. *diſp.*12.*quæſt.*55. & alij multi, quos citat, ac *Reſolut.*14.*part.*4.*tract.*4. *Reſolut.*43. *& part.*11. ſequitur Diana *part.*3.*tract. de Bulla Cruciata, tract.*9.*Reſolut.*37.

7. Validiſſimum fundamentum huius ſententiæ, eſt,quod ſcilicet Regulares virtute Bullæ Cruciatæ non poſſunt eligere confeſſorem, & Clem.VIII Vrban.VIII ab eo abſolvi à caſibus reſervatis.Ita apertis verbis declaravit Clemens VIII. anno 1599. die 25.Novembris; & per ſuam Bullam confirmat Vrbanus VIII.editam ſub die 19. Iunij, anno 1630. & ait : *Sed noſtræ intentionis fuiſſe, & eſſe; quod ijdem Fratres, & Moniales tam ad Sacramentum pœnitentiæ, ſeu confeſſionis adminiſtrationem, ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, & Sedi Apoſtolicæ quoad ſibi reſervata ſubiecti ſint earum tenore præſentium perpetuo declaramus* Ita Pontifex, quæ verba ſunt clara,& manifeſta,& notãdum quod hæc

8. Clemens VIII. quem confirmat Vrbanus.

Multi Auctores multipliciter varia effugia excogitarunt,ut vim horum Decretorum declinarent, & dicerent, quod adhuc poſt illa modo Regulares poſſunt eligere pro ſuo arbi-Valerius. Hurtadus. trio confeſſorem, qui eos abſolvat à reſervatis? primò Ioannes Valerius *diffic.*1. *concluſ.* 5. *verb Nulla confeſſ.diffic.*5.*num.*2.Thomas Hurtadus *variar tom.* 2. *tract.* 9. *cap.* 11. quòd illa Decreta non obligant in illis Religionibus, io quibus non ſunt publicata, quia leges tunc fiunt, ac conſummantur, cum publicantur. Sed contra; talia Decreta ſunt publicata Romæ coram Patribus Generalibus qui ſunt capita Religionum, & valdè difficilè eſt, quòd Provinciales illa ſcientes, non publicarent, cum maximè illud cederet in eorum actoritatem.

9. Villalobos. Secundò; Henricus de Villalobos *in ſumma,tom.*1 *tract.*23.*clauſul.* 9.§. 2.*num.* 12. aſſerit Regulares poſſe virtute Cruciatæ abſolvi etiam à peccatis reſevatis, dummodo confeſſarij,quos per Bullam eligunt, ſint ex deputatis,ac approbatis ab eorum Prælatis, ad eorum confeſſiones audiendas. Ita ſenſerunt multi inſignes,ac Doctiſſimi Cathedratici Salmantieenſes,ac Patres Societatis : Eorum ratio eſt, quia Bulla Clem.VIII. prohibet tantum eligere confeſſarios extra Religionem,ut à reſervatis abſolvantur; ut conſtat ex proœmio ipſius Bullæ; *Et illorum prætextu eligunt confeſſorem aliquando præter eos, qui à ſuis Prælatis eorum confeſſionibus deputati ſunt.* Et hæc quamvis ſuſtineri poſſint, ſecundùm Bullam Clementis,non tamen juxta diplomata Vrbani VIII qui præcipit, quod dicti Regulares: *Ad Sacramentum pœnitentiæ, ſeu confeſſionis miniſtrationem,ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorũ,& Sedi Apoſtolicæ quoad ſibi reſervata ſubiecti ſint* Ergo nõ Poſſunt aliter eligere confeſſorem niſi iuxta diſpoſitionẽ ſuorũ Prælatorũ.

10. Crux. Trulhen. Remigi. Gallego. Tertiò; reſpondent Ioanoes de la Cruz *de ſtatu relig.lib.*1.*cap.* 6.*dub.*12. & cum Trulhen. Remig.*in practica confeſſar.tract.* 5. *cap.*5. §. 4. *n.*8. & Doctos P.Barnabas Gallego ex inclyta familia Dominicana in Bullam cruciatæ,*c.*12. *clauſul.* 12. & Seraphinus de Freitas, iuris Freitas. Pontificij veſpertarius Cathedraticus in univerſitate Valliſoleti in tractatu de eligendo confeſſore per Bullam Cruciatam,*num* 25.eam Sancius. probabilem dicit Sancius, *in ſelectis, diſp.* 44. *verſ.*10.*circa finem, & num.* 13. eamque inſi-Pontius. nuat Pontius *de matrim,lib.* 5. *cap.*20. *num.* 7. & magis clarè, *lib.*8.*cap.*19 §.2. *num.*13. & 14.

11. Fundamentum eſt, quia prædicti Summi Pontifices Clemens VIII. Vrbanus VIII. explicant ſuam mentem, cum in ſuis Decretis, ac bullis: *noſtræ intentionis fuiſſe, ac eſſe* &c.quæ intentio ſpirat, ac extinguitur morte Principis, ac concedentis, *cap. ſi gratioſe de reſcript. in*6. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt* 34. Valaſcus. Gabriel. Gomez. Barboſa. *num.* 5. & 6. Gabriel *tit. de prabend. concl.* 1. *num.* 20. Gomez *l.* 43. *Tauri, num.* 1. Barboſa *num* 90. *cum ſequent. in l. quia tale, ff. ſolut, matrim.* Nec obſtant illa verba : *perpetuo declaramus*; referuntur enim in ipſis bullis ad conceſſiones ipſorummet Pontificum, & non extenduntur ad conceſſiones futuras aliorum Summorum Pontificum, qui poſtea ſucceſſuri ſunt, ut notant *Collector Privileg. Tit. Abſolutio ordinaria*, §.6.Rodrig. *in Bulla* §.9. *n.*24. Collector. Rodrig. Crux. *vers.Lo quinto* Crux *de ſtatu Relig. lib.* 1. *cap.*6. *dub.*12.*concl.*1 *in fine,num.* 25.

12. Freitas. Quod confirmat citatus Freitas *num.* 27 quòd Procurator Societatis Ieſu poſt publicatam Bullam Cruciatam,poſtulavit à ſua ſanctitate confirmationem ſuorum privilegiorum ut tali conceſſione poſteriori bullata privilegia Henriq. maneant in ſuo robore, ut advertit Henriquez *lib.*3.*de pœniten cap.*17 §.7.*lit.Q.* Quod ſi ita non intelligeret, ad quid talis exigeretur confirmatio, ac impetratio nova privilegiorum ex regula *l.*1 *C.de Theſaur lib.* 10. Et hic dicendi modus valdè probabilis eſt.

13. Leandrus. Quartò reſpondet Leandrus à Murcia in Reg. S.Franciſci,*quæſt.*1.*cap* 7. *num.* 17. Quòd ſuper decretum Vrbani VIII. ſupplicatum fuit

fuit à Potentiſſimo Domino Rege Philippo quarto, circa annum 1631. & ſupplicatio ſuſpendit executionem Bullæ, dum alia juſſio, ac diſpoſitio non ſupervenit, ut docet ſapientiſſimus Soza *ſuper Conſtit.* Clemens VIII. *de largit. munerum* §. 109. *&* 112. Gonzales *de leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 31. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 17. *diſp.* 3. *punct.* 17. *num.* 8. Morla *in emporio juris, part.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 8. Cenedus *in quæſtionib. Canonic. quæſt.* 45. *num.* 36. Hurtadus *tom.* 2 *tract.* 12. *cap.* 1. *reſol.* 19. *num.* 18.

Soza. Gonzales. Palaus. Morla. Cenedus. Hurtadus.

14. Quanquam tertia, & quarta ſolutio proximè data ſuam habeant probabilitatem, tamen ſecunda ſententia eſt verior, & maximè ſecura in conſcientia, quæ affirmat Religioſos per Bullam cruciatam pro ſuo arbitrio non poſſe eligere confeſſorem, qui eos à reſervatis abſolvat, & maximè nititur hæc ſententia in decretis Clementis VIII. & Urbani VIII. Et ratio eſt, quia in generali conceſſione non veniunt particularia, quæ in ſpecie veriſimiliter quis non eſſet conceſſurus, ut patet *de regulis juris in* 6. *cap.* 2. *de pœniten. & remiſſione in* 6. ergo in generali conceſſione Bullæ cruciatæ non venit hæc facultas, ut Religioſi pro libito abſolvantur à reſervatis. Probatur conſequentia, quia ſummi Pontifices interrogati, ac conſulti de hac re ita declararunt ac expreſſerunt, Religioſos non poſſe abſolvi, à reſervatis per bullam cruciatam. Ut Julius II. Leo X. Sixtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI. Clemens VII. Pius V. Gregorius XIII.

Rodrig. Henriq. Lugo. Clemens VIII. Gregorius XV. Paulus V. Urbanus VIII. Ut referunt Rodriguez *tom.* 2. *quæſtionum regul. quæſt.* 62. *art.* 4. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 16. *in* Gloſſa *lit. P.* Cardinalis Lugo *de pœniten. diſp.* 20 *ſect.* 9. *num.* 159. 160. *& ſequentibus*, & declaratio, ac expreſſio mentis tot ſummorum Pontificum facit efficax argumentum, quòd talis ſit intentio ſubſequentium. Solent enim Pontifices maximè conformari cum intentione ſuorum prædeceſſorum. Confirmatur, quia Gregorius XIII. in ſua Bulla non ſolùm de ſe, ſed etiam de ſuis ſucceſſoribus loquitur dicens *Non eſſe, nec fore unquam mentis noſtræ, aut ſedis Apoſtolicæ.* Illud verbum *ſedis Apoſtolicæ* facit quòd Decretum non expiret morte Pontificis, ut ex

Sanchez. communi Doctorum ſententia tenet Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 23. *num.* 49.

15. Martin. à S. Ioſeph. Secundùm fundamentum ex Martino de S. Joſeph in monita confeſſorum *tom.* 1. *lib.* 1. *tract.* 19. *de Pœniten. num.* 3. & in Regulam D. Franciſci *cap.* 16. *num* 20. Quia quamvis ſummi Pontifices poſteriores Clementi VIII. Urbano VIII. non explicaverint mentem ſuam, ut prædictus Clemens, & Urbanus, juxta eorum mentem eſt explicanda mens poſteriorum Pontificum; nam decreta, ac leges novæ explicandæ ſunt, per decreta, ac leges antiquas, quamvis abrogatæ ſint, ut patet *l. non novum ff. de leg. & leg. ſed & poſteriores ff. eodem.* Gloſſ. *fin. in authen. ex teſtamento C. de collat.* & docet cum Bartolo Ludovicus Gomez

Gloſſa. Bartolus. Gomez. Burgos. *reg. de triennali quæſt.* 6 *verſ* Tertius intellectus, Burgos de Paz *leg.* 1. *Tauri num.* 570. & alij communiter.

16. Et confirmatur; quia Clemens III. & Urbanus VIII. in ſuis Decretis inquiunt: *Perpetuo declaramus*: & Paulus V. *Prædictas litteras, Apoſtolica auctoritate, præſentium tenore, perpetuò confirmamus*; & Gregorius XV. ait *Hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione ſancimus.* Quæ verba *perpetua declaratione*, indicant omne tempus ſubſequens, dum oppoſitum non exprimitur, maximè cum illud ſit in præjudicium tertij, auctoritatis nempe Prælatorum Regularium, ut exprimit Gregorius XV. in ſuo Decreto. *Cùm ratio doceat, & experimento compertum ſit Religionibus valdè perniciosum exiſtere, ut eorum Religioſis licitum ſit confeſſarium ſibi eligere.*

QUÆSTIO II.

An Regulares ſaltem virtute Bullæ Cruciatæ poſſint abſolvi à mortalibus non reſervatis, per confeſſores à ſuis Prælatis non deſignatos?

SUMMARIUM.

17 *Prima ſententia, & affirmativa.*
18 *Fundamentum hujus ſententiæ.*
19 *Sententia negativa, & verior.*
20 *Ex decretis Pontificum confirmatur, ac corroboratur, n.* 21. *&* 22.

Affirmativam ſententiam tenent Gallegus *in Bullam Cruciatam cap.* 12. *dub.* 172. & Martinus de S. Joſeph. in regulam S. Franciſci *cap.* 16. *num.* 23. Quintanaduenas *tom.* 1. *de Sacram. tract.* 3. *ſingulari* 18. *num.* 19. ex Societate Andreas Mendo *in Bullam Cruciat. diſp.* 24. *cap.* 18. *& in Appendice contra Bardim. diſp.* 1. *cap.* 10. Hurtadus *tom.* 2. *tract.* 9. *cap.* 6. *num.* 78. Diana *part.* 11. *tract.* 6. *Reſolut.* 34. Qui omnes conſtanter tenent quòd poſſunt Mendicantes virtute Bullæ Cruciatæ invitis ſuis Prælatis eligere confeſſorem, qui eos abſolvat à peccatis mortalibus non reſervatis. 17. Gallegus. Martinus. Quintanad. Mendo. Hurtad. Diana.

Fundamentum eſt, quòd Clemens. III. quantum ad uſum Bullæ Cruciatæ declarat: *Suæ intentionis fuiſſe, quòd iidem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubjecti eſſent.* Quod decretum Clementis VIII. innovavit Paulus V. loquens de Religioſis ſive non Mendicantibus, quoad uſum Cruciatæ dicens: *Locum minimè habuiſſe, neque habere, nec illis ullo modo ſuffragari potuiſſe, neque poſſe; & quòd iidem Fratres, & Moniales, quantum ad Sacramenti pœnitentiæ, ſeu confeſſionis adminiſtrationem, ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, & ſedis Apoſtolicæ, quoad ſibi reſervata ſubjecti ſint.* Quod etiam declaravit, ac determinavit Urbanus VIII. Ut ſuperiori quæſt. retuli, ex quibus conſtat, quòd ſolùm ſummi Pontifices excipiunt caſus reſervatos *quoad ſibi reſervata ſubjecti ſint*: & caſus exceptus firmat regulam in contrarium *l. Nam quòd liquido, ff. de pen. legat. cap. Dominus* 32. *quæſt.* 7. ergo cum excipiantur caſus reſervati, alij conceſſi intelliguntur, nam conceſſum habetur, quod expreſsè prohibitum non reperitur *l. Nec non* §. *quòd ejus ff. ex quibus caſis.* 28. Clem. VIII. Paulus V. Urban. VIII.

Contrariam

Google

19. Bardi. Cootrarjam ſententiam tenent Franciſcus Bardi Præfectus in Collegio Panormitano Societatis IESV in Bullam Cruciatam *part. 2. tract. 2. cap. 4. ſect. 2. num.* 52. Cardi-

Lugo. Clem. VIII. nalis Lugo *de pœnitentia, diſp. 20. ſectione 9. num.* 195. *& ſequentibus* Probatur. quia Clemens V I I I. in ſua Conſtitutione ait: *Sua intentionis fuiſſe quod iidem Fratres, ac Moniales, quantum ad Sacramentum Pœnitentia, ſeu, Confeſſionis adminiſtrationem diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubiecti eſſent:* in quibus verbis non poſuit *ſibi reſervata*, ſed hoc addidit ut notant Cardinalis Lugo

Lugo. Diana. *citatus num.* 598. & ipſe Diana *quarta part. tract. 4. reſolut.* 43. §. *Verum ego* Vrbanus VIII. in ſua Conſtitutione, ut retuli *ſuperiori quæſt. num.* 7. confirmans, & innovans totam Clementis declarationem his verbis, *Præfatæ Clementis prædeceſſoris declarationi inhærentes, illámque præſentium tenore innovantes, ac quatenus opus ſit ampliantes* Ergo cum Clemens V I I I. abſolutè ſubiecerit Regulares quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ diſpoſitioni Prælatorum, ſic etiam & Vrbanus. Quis decretum innovans, intelligendum, ac explicandum eſt ſecundum tenorem decreti innovati *l. in Teſtam ff. de condit. & demonſtrat.*

50. Cl m VIII. Greg. X V. Vrban VIII Et confirmatur, quia Clemens V I I I. Gregorius X V. Vrbanus V I I I. pro ratione ſuorum decretorum præmittunt: *Sanè cum ratio doceat, & experientia compertum ſit Religionibus valdè perniciosum exiſtere, vt earum Religioſis licitum ſit confeſſarium ſibi eligere.* Non dixerunt reſervata; ſed abſolutè. *Confeſſarium ſibi eligere.* Ergo totam illam facultatem, ut valdè perniciosam eligendi Confeſſarium voluerunt auferre, ac abolere.

51 Cl e. VIII. Dices: Clemens V I I I. in exordio ſui decreti loquitur de caſibus reſervatis. Dicens *Confeſſionem Sanctæ Cruciatæ. & aliorum indultorum particularium, quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſarium, & adſolvendi à caſibus reſervatis.* Ergo tota Conſtitutio ſolum de caſibus reſervatis procedit. Sed contra, quia poſtea ipſe Pontifex magis explicat mentem ſuam, *Vt quantum ad Sacramentum Pœnitentia, ſeu Confeſſionis adminiſtrationem, diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, ſubiecti ſint.* Et rationem apponit, quia valdè perniciosum eſt, ut ſibi eligant Confeſſorem; quæ ratio militat in omnibus partibus Decreti, vbicunque habet locum ratio legis, habet etiam & lex ipſa, *l. 1. Cod. de interdicto*, & hoc etiam ſi verba legis contradicant, *l. Scire oportet, §. Aliud in verbo ff. de excuſatione tutor.* Text. *in l. 3. ff. de lib. præterit.*

22. Confirmatur, quia Vrbanus V I I I. ut vidimus, ait ſe innovare, ac ampliare Decretum Clementis V I I I. quo univerſaliter ſubiecerat Religioſus ſuis Prælatis, quoad Sacramentum Pœnitentiæ; ergo non voluit illam ſubiectionem limitare, ſed potius extendere, & ampliare ad omnia peccata mortalia, non ſolum reſervata, ſed etiam non reſervata.

Quæstio III.

An licitum ſit in Eccleſia ſpecialiter interdicta per Bullam Cruciatam mortuum ſepelire?

SVMMARIVM.

23 *In Interdicto generali per Cruciatam licita eſt ſepultura Eccleſiaſtica.*
24 *Magna differentia inter Bullam Cruciatam Caſtellæ, ac Portugaliæ.*
25 *In interdicto ſpeciali per Bullam Caſtellæ non poteſt dari ſepultura Eccleſiaſtica, & num. 26.*
37 *Trullench tenet quod per Bullam Caſtellæ poteſt dari ſepultura in interdicto ſpeciali.*
28 *Per Bullam Cruciatam dari poteſt ſepultura Eccleſiaſtica in interdicto ſpeciali, & num 29.*
30 *Privilegium Cruciatæ latè explicandum.*

COnveniunt Doctores abſque ulla differentia, quòd per Bullam Cruciatam licitum ſit dare ſepulturam Eccleſiaſticam tempore interdicti Generalis; hoc diſertis verbis concedit ipſa Bulla. Tota verò dubitatio eſt an in interdicto ſpeciali in Eccleſia tali interdicto detenta, hoc fieri poſſit, de quo olim fuit magna controverſia in hoc noſtro Regno Luſitaniæ. 23.

Pro quo notandum eſt, valdè diverſam eſſe formam, indéque multam differentiam inter Bullam Cruciatam pro regnis Caſtellæ, & Portugalliæ, ut ſtatim adnotabo; & inde Auctores commentantes Bullam pro regnis Caſtellæ, negativam tenent ſententiam, ut Henriquez *lib. 7. cap.* 53. *n.* 3. Rodriguez *in Cruciatam.* §. 5. *num.* 4. & *in Additionibus, ad* §. 5 *num.* 5. Avila *de cenſuris, p.* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 3. *dub.* 7. §. *Et notandum.* Villolabos *tom. 1. tractatu 27. in Cruciatam, clauſula. 4. num.* 14. 24. Henriq. Rodrig. Avila. Villalobos.

Fundamentum horum Auctorum. Quædam clauſula Bullæ Regnorum Caſtellæ, quæ ita habet: *Item conceditur, quod in Eccleſiis, in quibus alias divina Officia, interdicto durante, quomodolibet celebrare permiſſum fuerit, Miſſam audire, vel celebrare*, &c. Et ſubdit: *Item mortuorum corpora, cum moderata funerali pompa ſepeliri.* Sed ſecundum ius, ut patet ex *cap. Alma mater*, ſolum permiſſum eſt celebrare in interdicto generali cum ſuis moderationibus: nam in interdicto ſpeciali non licet celebrare, niſi tantum ſemel in hebdomada ad renovandam Sacram Euchariſtiam; ergo per illam clauſulam, *In Eccleſiis, in quibus alias*, &c. Magno fundamento prædicti Doctores tenent, quod attenta tali clauſula per Bullam tempore interdicti ſpecialis, nec poteſt celebrari, nec ſepultura Eccleſiaſtica concedi, ſed tantum in interdicto generali ad quod ordinatur prædicta Bullæ clauſula. 25. Clauſula Bullæ.

Doctor Trullench. *citato* §. 3. *Bulla, dub.* 10. 56. Trullench. *num.* 5.

num.5. tenet, quod adhuc attenta Bulla Regnorum Caſtellæ dari poſſet ſepultura Eccleſiaſtica in interdicto ſpeciali: nam illa clauſula, *In Eccleſiis, in quibus aliàs*, &c. non eſt poſita immediatè cum ſepultura, ſed tantùm cum celebratione divinorum Officiorum, & ideo ad divina Officia eſt referenda, & non ad ſepulturam. Ita cenſent graves Recentiores, ut teſtatur ipſe Trullench.

27. Dico tamen, quod per noſtram Bullam Cruciatam Regni Portugalliæ licitum eſſet celebrare, & dare Eccleſiaſticam ſepulturam in interdicto ſpeciali, & ita ſenſerunt graviſſimi Theologi, me etiam aſſiſtente, conſulti ab Illuſtriſſimo Domino Commiſſario Generali Cruciatæ, & eſt etiam de mente Doctorum, quos ſupra citavi: nam illi maximè innituntur in illa clauſula bullæ, *In Eccleſiis in quibus alias divina Officia*; quæ clauſula reſpicit interdictum generale; ergo excluſa hac clauſula, ac eorum fundamento, bene infertur eſſe de eorum mente celebrare, ac dare Eccleſiaſticam ſepulturam, ſtante interdicto ſpeciali. Vnde
Trullench. Trullench. citatus in Bulla regnorum Caſtellæ in interdicto ſpeciali admittit ſepulturam Eccleſiaſticam, ex eo quod illa clauſula non ſit immediatè affixa ſepulturæ, ſed divinis Officiis.

28. Acoſta. Probatur ergo concluſio, Bulla Regni Portugalliæ tam Latina, quam refert Acoſta ad initium ſui Tractatus, quam quæ lingua vulgari circumfertur, in interdicto tam ad celebrandum, quam ad ſepulturam Eccleſiaſticam nulla in ea eſt clauſula reſtrictiva, ſed quædam diſpoſitio generalis, & abſoluta, ergo abſolutè, & ſimpliciter eſt intelligenda ex vulgari principio: *ubi lex non diſtinguit*, &c. Et ita, Acoſta explicans noſtram Luſitaniæ Bullam, apponens varias interdicti diviſiones *quæſt.27.* abſolutè loquitur de privilegio Bullæ abſque ulla diſtinctione inter interdictum generale, ac ſpeciale.

29. Nec poteſt dici, quod nomine interdicti ſolum intelligendum venit interdictum generale: nam hoc eſt apertè falſum *cap. Quoniam, de ſententia excommunicationis. cap. Alma mater eodem titulo, cap. Quod in te, de pœnitentiis, & remiſſionibus, cap. Reſponſo, de ſententia excommunicationis*, & notat
Paludan. Sylveſt. ibi Panormitan, *num 5.* Paludan. *in 4. diſt.18. quæſt. 8.art.4. in principio.* Sylveſter *verb. Interdict.6. num. 9. quæſt.7.*
Angelic. Covarr. Angelicana *verb. Interdict.6.num* 28. Covar. *cap. Alma mater, part.2. §.2.num.7.*
Navarr. Sayro Navar. *in manuali, cap.27.num.*178. Sayro *lib.5.cap.7.n.5.*

30. Confirmatur noſtra reſolutio. Nam privilegium Cruciatæ valdè latè eſt explicandum,
Henriq. ac intelligendum, ut docent Henriquez *lib. 7.*
Sanchez. *cap.30.* Suarez *tom.2.de Religione, tractatu de*
Nugnus, *voto, lib. 6. cap.16. num 3.* Nugnus *quæſt.27.*
Salas. *art.4 diff.3.* Salas *de legibus, diſp.20. ſect.3,*
Bonacina. *num.* 19 Bonacina *de privileg. punct. 7. §.1. num.17.* Sanchez *in opere Moralib.4. cap* 54.
Sanchez. *num* 7. Qui hanc opinionem probabilem iudicat contra id, quod dixerat *lib.8.de matrim. diſp.2.n.7.* Nam omnes ferè rationes, ob quas amplianda ſit privilegij intelligentia, militant in præſenti Cruciata, quæ eſt privilegium Summi Principis ad Regum inſtantiam conceſſum, datum pro tota communitate Regni, & pro cauſa univerſali, ac bono communi, in magnam Eccleſiæ utilitatem.

RESOLUTIO XXI.

Canonizatio Sanctorum.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid ſit Canonizatio Sanctorum, quantaque illius certitudo, & ad quem ſpectat?

SUMMARIUM

1 *Quid ſit canonizatio, eiuſque forma.*
2 *Aliqui dicunt non eſſe de fide Pontificem non poſſe errare in canonizatione Sanctorum.*
3 *Probabilior, & verior ſententia eſt Pontificem non poſſe errare.*
4 *Probatur ratione, ac verbis multorum Pontificum.*
5 *Confirmatur efficaci ratione, ac convenienti.*

CANONIZATIO Sanctorum, eſt certum, ultimùmque Eccleſiæ iudicium, & ſententia diffinitiva ſanctitatis, & gloriæ alicuius Sancti à Summo Pontifice lata, & univerſali Eccleſiæ intimata, ac propoſita, qua canonizatus cultu publico exponitur venerandus; in eáque procedit Pontifex poſt multas Congregationes, probationes, ac alta, & profunda examina per formam diffinitivam, dicens: *Divina ope ſæpius implorata, ac de venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in urbe exiſtentium conſilio. Beatam Mariam Magdalenam de Pazzi Virginem Sanctam eſſe decernimus, definimus, ac determinamus, & Sanctarum Catalogo aſcribimus ſtatuentes ab univerſali Eccleſia quolibet anno die* 25. *Maij pia devotione recoli debere.* Ex quo patet quanta ſit differentia inter beatificationem, & canonizationem, ut ſupra dixi *Reſol.16./q.2.* 1. Forma canonizationis.

Qua verò certitudine tenendum ſit Pontificem non poſſe errare in canonizatione Sanctorum, dubitatur. Sunt Doctores, ut Ioannes à D. Thoma 2.2.*diſp. 9. artic.* 2 *fol.*767. Granadus 2. 2. *controverſ. 1. tract. 7. diſput.3. ſect. 3. num.* 24. qui aſſerunt non eſſe de fide, ſed tantum impium, & ſcandaloſum, atque quodammodo ſapere hæreſim, negare eſſe beatam animam Sancti canonizati. Ita etiam docent Malderus *dub. 9. Propoſit.*4. Suarez *de fide, ſect. ultima, num* 8. Fundamentum eſt, quia Papa in canonizatione Sanctorum fundatur in humano teſtimonio, humaniſque probationibus. 2.

Tamen mihi magis placet oppoſita ſententia aliorum aſſerentium eſſe de fide Pontificem non poſſe errare in canonizatione Sanctorum. 3.

Ita

Digitized by Google

Ita docent Valentia *tom. 3. diſput. 1. quaeſt. 1. punct. 7. §. 40.* Turrian. *2. 2. tom. 1. diſp. 17. dub. 6.* Caſtro Palaus *tom. 1. tract. 4. diſput. 1. punct. 5. §. 4. num 2.* Verticellius *in quaeſt. Moral. tract. 8. quaeſt. 24. num. 2.* Amicus *tom. 4. diſput. 7. ſect. 4. numer. 13.* Arriaga *tom. 5. diſput 9. ſect. 5. num. 28.* Diana *tom. 11. tract. 2. de infallibilitate Decretorum, reſolut. 18. §. Sed mihi.*

4. Probatur, quia in Canonizatione proponitur caoonixaius univerſali Eccleſiæ, ut colatur, ac veneretur ut Sanctus regnans cum Chriſto. Atqui in his, quæ pertinent ad univerſalem gubernationem totius Eccleſiæ non poteſt Pontifex errare. Probatur minor, quia in magnum damnum cederet torius Eccleſiæ, quod aliquis non juſtus coleretur ut Sanctus. In his autem, quæ ſpectant ad univerſalem coocurſum totius Eccleſiæ adeſt
1. Cor. 3. Spiritus ſanctus, juxta illud Pauli 1. Corinth. 3. num. 16. *Spiritus Dei habitat in vobis.* Et quamvis Summus Pontifex in hoc negotio requirat humana teſtimonia, hoc eſt tanquam manuductio, tamen principaliter nititut lumine, ac inſpiratione divini
Cœleſt. III. Spiritus ejus mentem dirigentis. Sic ait Cœleſtinus III. in canonizatione ſancti Ubaldi, loquens cum eo, qui pro canonizando ſancto Ubaldo agebat, & ait: *Suſpendimus deſiderium tuum aliquandiu, ut nobis, & fratribus noſtris, quid nobis agendum eſ-*
Clem. VII. *ſet, Spiritus ſancti gratia revelaret.* Et Clemens VII. in canonizatione ſancti Antonij, Bullam edens nomine Prædeceſſoris Adriani Sexti, ait: *Conſiderans idem Adrianus, quod in eadem canonizatione non permiſſurus eſſet Deus eum errare,* &c. Honorius III. in caononizando S. Laurentio Archiepiſcopo Dublioenſi ait: *Divinum ſecuti judicium, per quod ejus glorificatio argumentis tam evidentibus innotuit.*

5. Confirmatur. Quia de fide eſt Pontificem non poſſe errare in legibus univerſalibus ſpectantibus ad totam Eccleſiam, non enim poteſt ſtatuere aliquid contrarium legi divinæ, & naturali: ſed ſi errare poſſet in canonizatiooe Sanctorum, ſtatueret aliquid contra legem divinam, & naturalem; ergo non poteſt errare in canonizatione Sanctorum. Major patet, quia Pontifex non poteſt errare in paſcendis ſuis ovibus, ſed oves non ſolùm paſcuntur doctrina fidei, ſed etiam ſtatutis ad mores pertinentibus. Minor probatur. Quia Pontifex canonizans Sanctum obligat omnes fideles aſſentiri illum eſſe in cœlis, & cum Chriſto regnare, & ut amicum Dei venerati, ſi autem in hoc error adeſſet, jam obligaret fideles falſitati aſſentiri, & cultum præbere veneratione indigno; hoc autem fieri non poteſt; ad hoc enim promiſit Chriſtus ſuæ Eccleſiæ Spiritum veritatis, dicens, *Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.*
Joan. 16. Joan. 16. Ex quibus colligitur canonizatum eſſe Sanctum.

Quæstio II.

Ad quem in præſenti ſpectat canonizatio Sanctorum?

SVMMARIVM.

6 *Epiſcopi canonizabant olim canonizatione particulari.*
7 *Canonizare, ſicut & beatificare hodie ſpectat ad Sedem Apoſtolicam.*
8 *Nullo modo hodie pertinet ad Epiſcopos.*
9 *Imò nec ad legatum à latere.*
Papa non poteſt delegare poteſtatem definiendi. Ibid.
10 *Concilium Generale, non per ſe ſolum, ſed auctoritate Papa poteſt definire res fidei, & canonizare.*

Antiquitus canonizare Dei ſervos, ſaltem canonixatione particulari, pro uoa Provincia, vel Regno ad Epiſcopos pertinebar, ut ex noſtro Vualdenſi *tom. 3. de Sacramento, titul. 14. cap. 122.* eliciunt Bellarminus *tom. 2. lib. 1. de Beatitudine, ac canonizatione Sanctorum, cap. 8.* Layman. *lib. 4. tract. 7. cap. 5. num. 1.* Baldellus *tom. 2. lib. 3. cap. 12. num. 2.* & alij, qui & maximè id colligunt ex eo quod D. Cyprianus *Epiſcop. Carthag. lib. 3. cap. 6.* præcepit ut ſibi ſcriberetur, ſi quis Martyr denuò occumbat, ut ejus memoria celebraretur. 6. Vualden. Bellarm. Layman. Baldellus. D. Cyprian.

At verò hodie canonixate Dei ſervos, ſicut & beatificare ad Sedem Apoſtolicam ſpectat, ut deciſum habetur ex Alexandro III. *cap. Audivimus,* & ex Inoocentio III. *cap. cum eo de reliquiis, & venerat. Sanct.* ut ibi latè explicant Inuocentius, Hoſtienſis, Joannes Andreas, & multi alij Canoniſtæ, ac Summiſtæ, verbo Canonizatio. Et alij Doctores communiter; & id apertè ſupponit Urbanus VIII. in Bulla, ſeu Brevi *Cæleſtis Hieruſalem,* anu. 1634. 7. Alex. III. Innoc. III. Hoſtienſ. Joan. Andr. Vrbanus.

Ex quo jam patet, quod in præſenti ad Epiſcopos id nullo modo jam ſpectat, ut latè probant Jacobus Caſtellanus *de canonizat. Sanct. q. 3. art. 1.* Felix Contelorius *num. 17.* Troilus Malevitius *de canonizat. Sanct. dub. 2. num. 1. & ſeq.* Auguſt. Triumphus *de poteſt. Eccleſ. q. 14. num. 2.* Maſcard. *de probationibus, concluſ. 262. num. 56.* Luiſ. Turrian. *in 2. 2. diſp. 17. dub. 2. verſ. Item dicendum.* 8. Caſtellan. Contelor. Malevit. Auguſt. Maſcard.

Imò nec ad legatum de latere, ut probat Caſtellan. *dicta q. 3. art. 2. n. 3.* Et quod majus eſt, nec etiam ex commiſſione Pontificis, ut tenent Alphonſus à Caſtro *de juſta Hæreticorum punition. lib. 1. c. 6. col. 4. verſ Rurſus.* Contelorius *in Additionib. ad Iacobum Caſtellanum, d. q. 3. art. 2. num. 4.* ex eo probat, quia Papa non poteſt delegare poteſtatem definiendi res fidei alteri, ut tenent Bañez *2. 2. q. 1. art. 10. dub. 4. §. Quapropter.* Barboſa *ad citatum, cap. Audivimus, n. 7.* Lezana *conſult. 1. n. 5.* Et ex eo probat Bañez, quia definire res fidei pertinet ad gratias gratis datas, ad donum nempe ſcientiæ, hæ autem reſident in ſolo Summo Pootifice. 9. Caſtellan. Alphonſ. Contelor. Bañez. Barboſa. Lezana.

10. At Concilium Generale non per ſe ſolum, ſed interveniente auctoritate Summi Pontificis, cum dicatur in Spiritu ſancto legitimè Congregatum, ut habetur apud Trident. poteſt definire res fidei. Soto. Aragon. Soto *in* 4. *diſt*. 20. *qu*. 1. *art*.4. Aragon. 2.2. *q* 1.*art*.10.*tract.de Conciliis*, §. *Tertia concluſio*, & §. *Ad primum argumentum, quod ipſe confirmat* §. *His poſitis*, ex Concilio Nicæno, ubi eſt ſtatutum, *Quod Concilia Provincialia non definiāt res fidei, ſed tantum Generalia*; ergo Concilia Generalia habent poteſtatem definiendi, & etiam Sanctos canonizandi, ut reſolvunt Jacobus Caſtellan. *d. q*.5. *art*. 5. *in principio*, ubi d. Contelor. à *num*. 10. Angel.Roch. *D.Tract.cap*.4.§. *Quod ad ſolum*.

Quæstio III.

Ex quibus deſumantur probationes ad canonizationem?

SVMMARIVM

11 *Ad canonizationem, & beatificationem requiruntur non virtutes communes, ſed ſupereminentes.*

12 *In perſonis Religioſis requiritur exacta obſervantia regulæ, ac præceptorum Religionis.*

13 *Unde deſumantur ſigna ſanctitatis ad canonizationem, ac beatificationem*

14 *Hæc ſigna ad canonizationem, debent eſſe manifeſta vitæ ſanctitate, multa enim fiunt arte dæmonis.*

11. PRimò, ad canonizationem, ſeu beatificationem requiruntur virtutes non communes, ac ordinariæ, ſed illæ, quæ a Theologis nuncupantur *Heroica*, ſeu in gradu ſupereminenti, velut divinæ, & ſuperhumanæ, per quas quantum fieri poteſt homo conjungitur Deo. Ariſtot. D. Thom. D. Bonav. Gerſon. Piccolom. Scacchus. De quibus agunt Ariſtoteles *lib*. 7. *Moral c*.1. D.Thom. *ibi* D. Bonav. *in* 3. *diſt*. 34. *q* 1. Gerſon 14. Piccolomineus *in lib. de Moralib. gradu* 6. *cap*. 12. & Fortunatus Scacchus *ſect*. 2. *cap*. 4. multis exemplis explicans, in quibus hæ heroicæ virtutes relucent.

12. Specialiter tamen pro canonizatione, ſeu beatificatione alicujus perſonæ regularis, ſeu religioſæ, præter miracula, virtutes etiam in gradu heroico, requiritur quoque exactiſſima, ac diligentiſſima obſervantia, & cuſtodia illorum omnium, quæ ad ſtatum religioſum pertinent, tam votorum regulæ, quam præceptorum, ſtatutorum, & conſtitutionum ſui Ordinis. Primò, quia qui ab Eccleſia canonizantur, ac beatificantur proponuntur fidelibus, ut norma, ac exemplar virtutum, ad ſequendum, ac imitandum. Molfeſ. Molfeſ. *tom*.2. *Additionum ad quæſtiones uſuales*, *conſ*. 46. *n*.5. & 6. ex multis Patribus, & Doctoribus. Secundò. Quia excellentia heroica virtutum, pro illis requiſita ſtare non poteſt ſine illa rigoroſa obſervantia ſuæ regulæ. Tertiò. Quia ita habet ſtylus Summorum Pontificum in Bullis canonizationis ex Innocentio IV. pro S Petro Martyre. Eugenio VI pro S.Nicolao Tolentino Sixto V. pro S. Didaco, Clem. VIII. pro S. Hiacinto, & Raymundo, ut refert citatus Fortunatus *ſect*.6. Fortunat. *cap*. 3. & maximè *c*. 4. non tamen requiruntur in illis ea opera, quæ ad eos non pertinent, ut peregrinatio reſpectu Monialium, largitio eleemoſynarum reſpectu pauperum.

Præter has virtutes requiritur vel illuſtre Martyrium, vel aperta, & evidentia miracula alicoa ab omni concurſu cauſarum naturalium. Deinde etiam & primò, odor ſuavis è corpore defuncti emanans. Rota in relatione Rota. 13.
S. Paſchalis Bailon, & in relatione S. Iſidori Matritenſis; & in relatione S.Thereſiæ. Graſſius. Graſſius *lib*.5. *conſil. de ſentent. excommunic. conſ*.17. Contelor. *ſupra*, *num*. 29. Secundò, Liquor odoriferus manans è corpore ſervi Dei. Rota in relatione S. Paſchal. & in relatione S. Andreæ Curſini. Et conſtat ex eo liquore manante è corpore S. Nicolai Bareoſis, Contelor. *ſupra*. *num*. 20. Tertiò, converſatio in vita cum Angelis. Rota in relatione S. Raymundi, & in relatione S. Franciſcæ, & in relatione S. Iſidori. Contelor. *ſuprà*, *num*. 21. Quartò, ſplendor, ſeu fulgor in facie relucens dum viveret. Rota in relatione S. Ignatij. in relatione B. Bertrandi. Contelot. *ſuprà*, *n*. 22. Quintò, & multo magis, ſi id contingat poſt mortem. Rota in relatione S. Bertrandi Graſſius, & Contelor. *ſuprà*. Sextò. Harmonia cœleſtis audita in loco, ubi defuncti corpus poſt mortem adſervatur. Rota in dicta relatione B.Bertrandi.Contelot. *num*.25. Septimò. Extaſis raptus, ſeu elevatio à terra. D. Thom. S.Thom.2. 2. *quæſt* 175. *art*. 1. & 5. Rota in relatione S. Xaverij Contelor. *n*. 27. Octavò. Prophetia. S.Thomas 2.2. *q*.172. *art*.4. Auguſt. Triumph. *de poteſtate Eccleſ*. *q*.13. *art*.5. Rota in relatione S. Paſchalis. Nonò, habere revelationes divinas, S.Thom.2.2.*q*.172. *art*.6. Toſtatus *in Matth*. *cap*.23. *q*. 244. Antiochus Brondus *in Apoc diſp*.2. *q*. 1. Decimò, quod irrationalia obediant ſervis Dei contra naturalem inclinationem, ut ſi aves, piſces, arbores, flumina, & alia hujuſmodi aliquid agant, vel patiantur ſupra eorum naturas. Rota in relatione ſancti Raymundi. Panuinus in relatione S. Bonaventuræ.

Undecimò, ebullitio ſanguinis, vel fluxus illius longo tempore poſt mortem, vel quod corpus ſit ita flexibile, ut poſſit in quamcunque partem verti: unguium, & capillorum continua argumentatio. Rota in relatione Rota. 14.
S. Xaverij. Contelorius *ſuprà*, *num*.35. 36. & Contelor. 37. Et ita refertur de S. Jannario, cujus ſanguis ebullit ſæpius Neapoli. Hæc omnia, & ſimilia ſunt ſigna ſanctitatis, eo quod cum ſint ſupra naturam, debent aſcribi miraculo. Juxta Rotam in relationibus S. Franciſcæ, S. Caroli, S. Andreæ Curſini, ac S. Magdalenæ de Pazzi, ex doctrina S Thomæ, & aliorum Theologorum *in cap* 1. *verb.Sedis Apoſtolica. de Reliq. & venerat Sanct. in* 6.

15. Hæc ſigna non ſunt ſemper infallibilia, niſi quando ſunt admiraculata, & ex circumſtantiis manifeſtativa ſanctitatis, virtutum, ac eximiæ probitatis, eo quod ferè ſimilia contingere poſſint per illuſionem, aut arte dæmonis per malos, *cap. Teneamus*, 1. *quæſt*.1. & *cap. Prophetavit*, 2.*quæſt*.7. §. *Item Balaam*.

Quæstio IV.

An poſſit dari canonizatio alicuius abſque miraculis, & agitur de Sanctis Martyribus?

SUMMARIUM.

15 *Papa de potentia abſoluta poteſt canonizare abſque miraculis.*
16 *Pro Sanctis Martyribus non requiruntur miracula.*
17 *Non pœna, ſed cauſa facit Martyrem.*
18 *Modus, ſeu cauſa patiendi diligenter eſt inveſtiganda.*
Si cauſa Martyrij non conſtat, tunc requiruntur miracula Ibidem.
19 *Multi per vnum virtutis actum facti ſunt Sancti.*

DIxi *ſuperiori quaſt.* communiter ad canonizationem, ac beatificationem requiri miracula; tamen abſolutè, & de potentia veluti abſoluta Papæ, poteſt canonizari aliquis ex ſola ſanctitate vitæ, & finali perſeverantia bene cognita; ſic enim colligitur ex Leone X. in canonizatione S. Brunonis, ut refert Surius *in vita ipſius.* Et Sixti IV. in
Triumph. Bulla canonizationis ſancti Bonaventuræ,
Cantelor. Auguſtin. Triumph. *de poteſtate Eccleſ. q.15.*
Baldellus. *art. 2.* Cantelorius *de canonizat. Sanct. cap. 19.*
Molfeſ. Baldellus *tom. 2. lib. 3. diſp. 13 num. 1.* Molfeſius *tom. 2. Additiones ad quaſtiones vſuales, conſil. 46. num. 85.*

16. Pro Sanctis Martyribus non eſt neceſſaria miraculorum comprobatio, ut tenent
Triumph. Auguſtin. Triumph. *citat. quaſt 16. artic. 3*
Rocca. Angelus Rocca *de canonizat. Sanct. cap. 35.*
Baldellus. Baldellus *ſupra, diſput. 14. num. 4 & 14* afferens decisionem Rotæ, ſtylum Curiæ in pluribus canonizationibus, & plura alia fundamenta.
Flavius. Flavius Cherubinus *in Compendio Bullarum, ſchol. 2. ad Conſtit. 4. Alexand. III.* &
Carena. *ſchol. 1. ad Conſtit. 11. Innocentij IV.* & Carena *in tract. de Officio Sancta Inquiſitionis, part. 2. tract. 17. § 12. n. 42.*

17. Requirunt tamen probatio cauſæ propter quam paſſi ſunt, nempe pro defenſione, ac confeſſione fidei Catholicæ, ac defenſione alicuius virtutis, ut in odium fidei, ac virtutis occiſi ſint, *quia cauſa non pœna facit Mar-*
D. Auguſt. *tyrem*, ut ait D. Auguſtin. *epiſt. 61. & 166.* Legitima, & vera cauſa debet eſſe defenſio, ſeu confeſſio fidei Chriſtianæ, prout regulariter contingit, vel etiam eorum, quæ fidei annectuntur. Siquidem D. Ioannes Baptiſta pro
Triumph Martyre habetur, eo quod occiſus fuerit ab
Rocca. Herode ob reprehenſionem adulterij. Ita Au-
Cherubin. guſt. Triumph. Rocca, Cherubinus, Carena
Carena. relati cum Lezana *conſult. 1. n. 16.*
Lezana.

18. Modus autem, ſeu cauſa patiendi diligenter eſt inveſtiganda prout aſſerunt iidem Triumphus, Rocca, & Cherubinus, & maximè
Maſcard. Maſcardus *de probationibus, volum. 1. concluſione 261. num. 10.* vbi ſic ait: *Non eſt reſpiciendum ad ſupplicii genus, vel tormentorum aſperitatem, niſi cauſa propter quam quis patitur, à Sancta Romana Eccleſia approbata, & confirmata ſit. Quot enim hiſce noſtris infeliciſſimis, ac deplorandis temporibus vidimus, qui blanditiis, falſiſque hæreticorum doctrinis in fraudem pellecti, & ſeducti laqueiſque diabolicis irretiti, quodvis etiam crudeliſſimum genus mortis perpeti non dubitarunt, quam vel latum quidem vnguem à perverſa ſua hæretica labe diſcedere* Quod etiam probat exemplis Georgij Cella Novarienſis, & cuiuſdam alterius Angliei, & aliorum Hæreticorum (etiam fœminarum) qui pertinaciter vitam pro ſua ſecta expoſuerunt. Si verò cauſa Martyrij non conſtat ſufficienter, tunc
videntur neceſſaria miracula, ut probat Bal- Baldellus.
dellus *d. diſp. 14. n. 15.*

Ad calcem huius quæſtionis nota cum 19.
Lezana *citato num. 178.* quod ea, quæ dixi- Lezana.
mus, de neceſſitate omnium virtutum, ac perſeverantia in illis, intelliguntur quoad illos, qui poſt ſuam converſionem habuerunt tempus operandi; nam certum eſt, multos ob unum actum perfectiſſimæ charitatis in hora mortis fuiſſe canonizatos, ut de Bono Latrone, Sancto Maximo, & Ianitore 40 Coronatorum, & aliis, qui eodem tempore fuerunt converſi ad fidem Chriſtianam, & paſſi Martyrium, ut legimus in Martyrologio.

Quæstio V.

Qui cultus deferendus ſit Sanctis canonizatis, ac beatificatis?

SVMMARIVM.

20 *De cultu Sancti canonizati, ac beatificati.*
21 *Ex vi Bullæ canonizationis, non poteſt recitari officium de ipſo ſine novo decreto*
22 *Decretum Congregationis de ipſa canonizatione.*
23 *Solus Papa poteſt extollere vnum Sanctum præ aliis.*

CVltus pertinens ad Sanctos beatificatos, 20.
de eo iam dixi *ſupra, Reſol. 16. quaſt. 6. 7. & 8.* Nunc de canonizato agendum eſt, qui erecto Altari, Capella, Templo in eius nomine in toto orbe terrarum, maximè venerandus eſt, omni feſtivitate, & cultu celebrandus, de quo etiam quolibet die poſſit Miſſa votiva celebrari, ut de aliis Sanctis.

Tamen de ipſo Sancto canonizato non 21.
poteſt Officium cum Miſſa celebrari ſine novo Decreto Sacræ Congregationis diſtincto à Bulla, ſeu Decreto canonizatio-
nis, ut tenent Barboſa *de Officio Parochi* Barboſa.
cap. 10. num. 21. Gavantus *in Theſauro, to-* Gavant.
mo. 2. cap. 2. num. 30. afferentes Decretum eiuſdem Sacr. Congregationis ſub die 9. Decembris 1628.

Et quamvis in Bulla canonizationis con- 22.
cedi ſoleat generaliter facultas celebrandi Officium eorum quolibet anno in die obitus ipſorum prout in inſtrumento canonizationis Sancti Andreæ Curſini expreſſis verbis ait Vrbanus VIII. anno 1629. & eodem modo

Decretum canonizationis.

Clemens I X. In Bulla canonizationis S. Mariæ Magdalenæ de Pazzi : *Ad honorem Sanctæ, & individuæ Trinitatis , & exaltationem fidei Catholicæ , & Chriſtianæ Religionis augmentum, auctoritate eiuſdem Dei Omnipotentis Patris , Filij , & Spiritus ſancti , Beatorum Apoſtolorum Petri , & Pauli , & noſtra , de Fratrum noſtrorum conſilio decernimus , ac definimus , bonæ memoriæ Mariam Magdalenam de Pazzi , Florentinam, Ordinis Carmelitarum Sanctam eſſe , ac Sanctarum Catalogo adſcribendam , ipſámque Catalogo huiuſmodi adſcribimus.* Nota ſequentia verba : *Statuentes ut ab univerſali Eccleſia ; anno quolibet in die obitus dictæ Magdalenæ , Feſtum , & Officium ipſius ſicut de vna Virgine , non Martyre , devotè , & ſolemniter celebretur.*

23\. Et ratio huius rei eſt , quia quamvis ex vi Decreti, ſeu Bullæ canonizationis , concedatur generaliter , Feſtum, & Officium celebrandum Sancti canonizati , non tamen præſcribitur ritus , quo celebrari debeat, an ſcilicet ſub duplici, vel ſemiduplici,&c. nec id exprimitur in Rubrica Breviarij ; & propterea neceſſarium eſt , novum Papæ Decretum de tali ritu , quia iuxta *cap. Glorioſus Deus, de Reliq. & venerat. Sanctorum* , ſolus Papa poteſt unum Sanctum præ aliis extollere , ac proinde ipſe ſolus facere Decretum de tali ritu , duplici , vel ſemiduplici.

Cantilor. Gavant. Lezana.

Cantilorius *de canonizat. Sanctor. cap.1. num.22* Gavantus *Commentar. in Rubric. Breviarij Rom. ſect.2. cap.2. num 30. &* refert Decretum S. Congregat. Rituum , de ipſo ritu interrogatæ. Et ita, ut teſtatur Lezana *conſult.a. num. 7.* praxi receptum eſt in tota Eccleſia , cum conſtet non fieri generaliter ab omnibus officia de Sanctis omnibus canonizatis , ſed tantum de aliquibus.

QUÆSTIO VI.

An de Sanctis , nec Canonizatis , nec beatificatis ſpeciali Bulla , ſed longa conſuetudine veneratis faciendum ſit Officium ?

SUMMARIUM.

24 *Status quæſtionis.*
25 *Celebrandi Sancti ex antiqua conſuetudine.*
26 *Conſuetudo habet vim legis.*
27 *Quod comprobatur ex Decreto Congregat. Vrbani VIII. ac ex Rubrica Breviarij , & num.*28.

24\. QVæſtio eſt. Sunt multi Sancti , nec canonizati , nec beatificati , de quibus tamen ex longa conſuetudine Religionum , vel locorum fieri ſolet Officium , an talis conſuetudo retinenda ſit.

25\. Thomas de Ieſu Rodrig.

Affirmativè reſpondendum eſt , ut docent Fr. Thomas de Ieſu *in Regulam Carmelit. part. 3. cap. 7. dub. 5.* Rodriguez *tom.1. quæſtionum. Regularium, quæſt.69. artic. 5.* referúntque pro hac ſententia Vaſquez , Salzedum , alioſque graviſſimos Doctores Complutenſes ; in eadem ſententia eſt Hieronymus Rodriguez *in Compendio Reſolut.65. num.10.* Bordonius *Reſol.30.num.36.* Anclus *tract. de Horis Canonic. cap.6. dub.3. num.11.* Molfeſius *tom.2. in Additionibus ad quæſtiones vſuales , conſil.45. num. 75. & ſequenti* , referens reſponſiones Clementis VIII. & Paul. V. circa tales conſuetudines colendi Sanctos non canonizatos , ut etiam refert Lezana *conſult.a. num.10.*

26\. Probatur primò, ex vi , ac natura conſuetudinis, quæ æquipollet legi , ac veritati *l.1.ff.de ſervit. & aqua.* Baldus *conſil.28. in principio, lib.4.* Cardinalis Tuſch. *concluſ.806. num.17.* Quod autem habeat vim legis ſatis commune,ac vulgare eſt , *l.de quibus, ff.de leg.§.ex non ſcripto inſtit.de iure , natur. & Gentium , cap. final. de conſuetud.* Guido *ſingul .83.* Bellerus *diſquiſ. Cleric. part.1 tit. de favore Clericor .§.3. num.10.*

Baldus. Tuchus. Guido. Bellarus.

27\. Probatur ex Decreto Sacræ Congregationis , quod referunt Sellius *in Selectis Canon. cap.33.num.18.* & Barboſa *in Collectan. Bullarij , verb.Officium divinum 1.* & *in Apoſtol. dec. Collectan. Collectan.532. num.12.* ubi in una Viſenſi 21. Iunij 1605. ſic ait eadem Sacra Congregatio *Officium pro Sanctis etiam non canonizatis poteſt recitari de communi , ubi viget conſuetudo immemorialis recitandi.* Et confirmat Vrban.VIII. In Congregatione univerſali *Sanct.* Inquiſitionis , per quam prohibet exhiberi venerationem , & cultum hominibus cum ſanctitatis , vel Martyrij fama defunctis , & expreſsè declarans , ſubdit : *Quod per ſupra ſcripta præiudicari in aliquo non vult , neque intendit , iis , qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum , vel immemorabilem temporis curſum , aut per Patrum , virorúmque Sanctorum ſcripta , vel longiſſimi temporis ſcientia , ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ , vel Ordinarij coluntur* Ecce quomodo de Sanctis , qui nec canonizati , nec beatificati ſunt, conceditur fieri Officium, ſi ex antiquo, & longo tempore coluntur.

Sellius. Barboſa. S.Congr.

28\. Et etiam amplius confirmatur ex Breviario Romano : nam Rubrica.1. de Officio duplici dicitur , *Officium fit duplex* , & ſic dicitur , *& in Feſtis Sanctorum , qui apud quaſdam Eccleſias , vel Religiones , vel Congregationes conſueverunt ſolemniter celebrari , cum Officiis propriis à Sede Apoſtolica approbatis , aut ex eiuſdem Sedis auctoritate receptis , vel recipiendis (ſervata tamen forma huius Breviarij) alioquin de communi , etſi prædicta feſta in hoc Kalendario non ſint ſcripta.* Ex quo apertè conſtat, quod ipſummet Breviarium approbat conſuetudinem faciendi Officium (etiam ſub ſolemnitate duplici) de Sanctis , *qui apud Religiones conſueverunt ſolemniter celebrari :* quales ſunt multi Sancti ipſarum Religionum , ut obſervant Thomas de Ieſu, Rodriguez cum aliis ſupra citatis , & hoc etiam apertè ſupponit Gregorius XII. in Bulla , quæ præmittitur in Martyrologio Romano.

Ex Breviar. Rubrica. Thomas de Ieſu. Rodrig.

RESOLU

RESOLUTIO X II.

Clauſura Monialium.

QUÆSTIO VNICA

An Monialis poſſit exire à Monaſterio abſque morbo contagioſo, ſed tantùm qui mortalis iudicatur, niſi exeat ad ſalutis remedium?

SUMMARIUM.

1 *Status quaſtionis.*
2 *Bulla Pij V. & quòd epydemia ſignificet omnem morbum periculoſum.*
5 *Prima ſententia tenet non poſſe egredi niſi in caſibus expreſſis in bulla.*
4 *Secunda affirmativa in caſibus ex identitate rationis.*
5 *Pro hac ſententia Cardinalium declaratio.*
6 *Probatur ex natura legis.*
7 *Probatur ex Carthuſianis.*
8 *Ex narrativa legis colligitur mens legislatoris.*
9 *Clauſula taxativa non excludit ſimiles caſus.*
10 *Pius V. in ſua conſtitutione non loquitur de re communi.*
11 *Datur exitus à monaſterio in cauſa particulari incendij, vel hoſtis adventu.*
12 *Si medici diſtant, Monialis poteſt exire.*
13 *Ad quem ſpectat dare licentiam, etſi Epiſcopus noluerit, vel fuerit capitulum ſede vacante.*

2. DVo inquirit præſens quæſtio, an in
tali caſu, quando urget gravis mor-
Trident. bus, & mortalis, & nullum aliud
exſtat remedium, an licitum ſit Moniali à
Pius V. monaſterio exire v.g. ad baluea. Secuudò, à
quo talis licentia ſit concedenda.

Difficultas huius rei nec provenit ex *cap.
Periculoſo de ſtatu Regularium*, *in 6.* nec ex
Concilio Trident. *ſeſſ.26. cap.5. de Regulari-
bus.* Vbi prohibentur egreſſus monialium à
conventu. Sed tota difficultas provenit ex con-
ſtitut. Pij V data anno 1569. quæ incipit: *De-
cori, & honeſtati*, refertur apud Laërtium *tom.2.
Bulla* 8. *ipſius Pij V.* Vbi rigoroſè prohibet
egreſſum monialium à conventu, & exprimit
caſus, in quibus hoc tantùm eis licitum erit,
quòd nunquam hoc eis liceat: *Aliave cauſa,
& prætextu, niſi ex cauſa magni incendij, vel
infirmitatis lepræ, aut epydemiæ.* Per epydemiam
non ſolum intelligitur peſtis, ſed quilibet no-
Sanchez. civus, & contagioſus morbus communitati.
Villalobos. Ita Sanchez *in Decalogum, lib.6. cap.25. num.35.*
Hieron. Villalobos *in ſumm.1. part. tract.35. difficult.45.*
Rodrig. *num.2.* Hieronymus Rodrig. *in compend. quaſt.*
Sella. *Reſol.98. num.19.* Sella *in ſelectis Canon. cap.15.
num.4.* Vbi refert factam Congregationem
Epiſcopor. ita reſcripſiſſe Hiſpaniarum Nuntio
die 8. Novembr. 1594. Hoc poſito. 3.

Prima ſententia affirmat Moniales non poſ-
ſe egredi à monaſterio niſi in caſibus exceptis
in dicto motu proprio Pij V. & quòd non poſ-
ſit fieri extenſio ad caſus ſimiles, vel urgen-
tiores, ita tenent compendium Mendicant.
*verb. clauſura Monial. num. 5. verſ. quaritur,
utrùm miniſter generalis.* Tuſchus *de viſit. lib.2.* Compend.
c.18. num 17. Bollon. *in œconom. Canoni. claſſ.3.* Tuſchus.
cap.4. n.10. Gutierr. *lib.1. Canoni. cap.14.* Cened. Bulloni.
ad ſextum collect. 31. num. 2. Zerola *in praxi* Gutierres.
Epiſcop. part. 1. verb. Moniales §.16. *verſ.2. part* Zerola.
2. eodem verb. in fine Riccius *in praxi rerum fori* Riccius.
*Eccleſiaſtici deciſ.545 num.1 Alias reſolut. 541.
in 2. edit.* Miranda *de ſacris Monialibus quaſt 3.
art.4.* Campan. *Rubric.12 cap. 16. n.22.* His non
obſtantibus.

Dico tamen, quòd quamvis morbus non
ſit contagioſus, ſed talis ex ſua conditione pe- 4.
riculoſus, quod ſi Monialis non egrediatur
è monaſterio ad ſe curandum, verbi gratia ad
quædam baloea, morietur, & maxime peribit,
in hoc caſu licitè poteſt exire è monaſterio, li-
citèque licentia ei concedends eſt. Hanc ſen-
tentiam conſtanter tenent Navarr. *de Regul.
commen. 4. num. 49. & 50* Suar. *ſatis late tom.4.* Navarr.
de Relig. lib.1. cap.9. num.7. & 9. Azor. *tom.1.*
inſtit lib.13. cap.8. quaſt.1. Llamas *Method. cura-* Suarez.
ti. in appendice §.10. Graſſ. *1. part. deciſion. lib. 4.* Azor.
cap.23. num. 17. Sorbus *in annotat ad compend.* Llamas.
mendicant. verb. ingreſſus monaſter. monial. n. 6
Zenus *in praxi tom.1. reſol 393. num. 3.* Fr. Ioan- Graſſ.
nes à Cruce *lib.1. cap. 5. dub. 4.* §. *ſecunda con-* Scorbus.
cluſio Sanchex *citato lib.6. cap.25. num.37. Bar-* Zeno.
boſa de poteſt. Epiſcopi allegat. 102. a n.16. Bo- Ioan. à Cruz
nacina *tract. de clauſura quaſt. 1. punct.9. num.6.*
Lexana *tom. 1. cap. 25. num. 20.* Gavantus *in* Sanchez.
manuali Epiſcop. verb Monial clauſura n.7. Barboſa
Diana *tom. 2. part. 3. tract. 2. de regularib.* Bonacina.
reſol. Lezana.

Probatur primò ex quadam Cardinalium
declaratione, quam adducit Suar. *citat. n. 11.
ad finem* ſic habet: *Curanda valetudinis* 5.
cauſa, ad balnea monialem exire poſſe ſedes Cardinaliũ
Apoſtolica conceſſit, dum tamen eat cum honeſto declaratio.
comitatu perſonarum, quem ordinarius dandum Suar.
*cenſuerit: atque tam eundo, quam redeundo,
nullum ad locum extra viam rectam divertat,
neque diutius maneat, apud ipſa balnea, quam
ad curandam infirmitatem neceſſe fuerit.* Quæ
declaratio ſive fuerit generalis, ſive pro ali-
qua particulari maximè comprobat noſtram
reſolutionem.

Probatur 2. Nulla lex poſitiva, dummodo
non interveniat auctoritas fidei noſtræ, aut
Religionis Catholicæ, vel evidens neceſſitas 6.
boni communis, obligat eum proprio vitæ di-
ſpendio, qui ut ait D. Iſidorus *lib. 5. ethymo-
logiar. cap.21. & 21.* communiter receptus à
Theologis, ac Iuriſperitis: *De natura legis eſt* D. Iſidor.
*ut ſit de re moraliter poſſibili & non ſuper hu-
manas vires*: ergo cum nulla tex ex præpoſitus
interveniat in præſenti, non poteſt lex obli-
gare ad valde arduum & difficile, ad diſpen-
dium nempe propriæ vitæ.

Probatur 3 Quia Carthuſiani habent vo-
tum nunquam comedendi carnes; & tamen
hoc eis licitum eſt, quando nullum aliud eſt 7.
alimentum nec aliud remedium ob propriæ

vitæ conſervationem bene poſſunt eas comedere. Primò, quia homo habet jus ad conſervationem propriæ vitæ *cap. exiit, de verborum ſignificat. cap. Paſtoralis § cæterum. de ſententia, & re judicata l. ut vim ff de juſtitia, & jure.* Deinde votum ſecundùm ſuam naturam ita obligat, niſi aliud gravis neceſſitas poſtulet, ut notat Azor. ſtatim citandus. Tertiò, nec bonum, nec ingenua Religionis reformatio aliud poſtulat rationaliter loquendo, ſufficit enim ad exactam Religionis reformationem, quòd in nullo caſu licitum ſit comedere carnea, niſi quando eſt unicum & ſingulare remedium ad propriæ vitæ conſervationem, ut optime notant Covarru.v. 1. *variar. cap.* 2. *n.* 10. Gerſon, Medina cùm Rodriguez *tom.* 1. *quæſt.* 101. *art. in concluſion.* Leſſius *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 12. Azor. *tom* 1 *lib.* 5. *cap.* 6. *quæſit.* 7. Suar. *lib.* 6. *de legib. cap.* 7 *num.* 9. Salas *de legib. diſp* 11. *ſect.* 1. *n.* 23. & 27. Bonacin. *tom* 2. *diſp.* 2. *q* 8 *punct.* 2. *n.* 16. Ex qua doctrina enervantur omnia argumenta contraria.

Azor. Covar. Gerſon. Medina. Rodrig. Leſſius. Azor. Suar.

8. Probatur quartò, quia mens Pontificis intendit prohibere, ne Moniales ex qualibet cauſa foras egrediantur, in integrum tamen servans, ut egrediantur in caſibus, in quibus ut in incendio, lepra, epidemia militat eadem ratio, quando enim de intelligentia unius legis dubitatur, ex illius narrativa bene colligitur mens legiſlatoris Baldus *in cap. licet de'licti.* Decius *in cap.* 2. *requiris de appellat.* Tiraquel. *in l. ſi unquam § libertis num.* 23. Pius autem V. in narrativa ſui diplomatis, *decori, & honeſtati*, ait ſe intendere delere abuſum, quo Moniales è monaſterio egrediebantur ad viſitandos amicos & conſanguineos ex qualiber cauſa, tantùmque reſtringere ad caſus neceſſarios ad conſervationem vitæ, vt ad effugiendum incendium, lepram, epidemiam, & ſimilia, in quibus intervenit eadem ratio, & ſimile vitæ periculum.

Baldus. Decius.

9. Dices primò. Ex illa clauſula taxatiua *nulla alia cauſa, vel prætextu*, quæ clauſula non excludit ſimiles caſus, quia ubi militat eadem ratio, eſt eadem iuris diſpoſitio ex optima epicheia, ac optima legis interpretatione.

10. Dices 2. Quòd in caſibus præpoſitis poteſt fieri extenſio ex identitate rationis, quando vertuntur in damnum commune, at verò in propoſito caſu agitur de damno particulari. Reſpondetur & primò. Pius V. in ſua conſtitutione non loquitur de bono communi, ſeu communitatis, nec in aliqua re talibus concernente, ſed abſolute, & propoſuit illa tria, *incendium, lepram, epedimiam*, quæ cum extenſione, quàm Doctores admittunt, ex identiate rationis, procedunt ſive damnum ſit particulare, ſive commune, nam vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.

11. Et confirmatur, in quodam monialium dormitorio graſſatur ignis, cùm quædam religioſa eſſet in vltima cellula verſus plateam, talis incendij cauſa ipſa poteſt à clauſura exire, & tunc incendium non urget contra bonum commune, ſed contra unius particularis commodum. Deinde confirmatur ulterius, nam Doctores contrarij per illam clauſulam *incendium* intelligunt hoſtium adventum. Suppono quòd unus hoſtis magno furore raptus ingreditur unum monaſterium inſequẽs unam monialem ad mortem, quæ aliter non valet effugere, niſi à clauſura exiens, & tunc valde licitè foras egreditur, ut Auctores contrarij fatentur, Rodrig. *citat. quæſt.* 39. *art.* 5 Sanchez *citatus, num.* 39. Bonacin. *de clauſur. Monial. punct.* 9 *num.* 6 &, alij, quos citat, ac ſequitur Barboſa *de poteſt. Epiſcop.* 3. *part allegat.* 10. *n.* 16. Et tamen in hoc caſu hoſtis adventus non verſatur contra bonum commune, ſed unius particularis. Rodrig. Bonacina. Barboſa.

Vltimò confirmatur; quia Rodrig. *tom.* 1. *quæſt.* 49. *art.* 2. *verſ. vltimò, colligo* Fr. Hieronymus Rodrig. *reſol.* 26. *num* 11. aſſerunt quòd ſi quoddam monaſterium ſit in loco deſerto valdè diſtanti ad quem valde difficiliter Medici, Chirurgi, venarumque ſectores accedere poſſunt, tunc inquiunt, poteſt Monialis licite exire ob remedium vitæ, & illius conſervationem, ergo à fortiori in noſtro caſu ad balnea. Ex quibus conſtat quòd bulla Pij V. ex identitate rationis, militat quando damnum vel eſt commune, vel particulare & quamvis de hoc magna controverſia fuiſſet olim in hoc regno, hodie tamen valdè res eſt in praxi, & quotannis multæ Moniales ex gravi neceſſitate exeunt ad balnea. 12. Hieron. Rodrig.

Facultas autem exeundi à monaſterio in prædictis caſibus pertinet ad Generalem, vel Provincialem, interveniente conſenſu ordinarij, ut patet ex Concilio Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regularibus, cap.* 5. de quo Lezana *tom.* 1. *cap* 25. *num.* 21. Si autem Epiſcopus noluerit dare talem licentiam, tunc Religionis Prælatus eam concedere poteſt, ut tenet Suar. *citatus tom.* 4. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 13. & 19. Et etiam facultatem hanc concedere valet Capitulum Sede vacante, & quamvis talis iuriſdictio non ſit ordinaria, ſed delegata, tamen ex neceſſitate, eam dare poteſt, vt tenet Quaranta, Capitulum Sede vacante, *num.* 1. Et in hoc Archiepiſcopatu Vlyſipponenſi Sede vacante ferè per viginti octo annos multas licentias de hac re conceſſit Capitulum. 13. Tridens. Lezana. Suar. Quaranta.

QUÆSTIO II.

An mulier adultera fugiens maritum, vel delinquens ad evitandos miniſtros iuſtitiæ, violet ingrediens clauſuram.

SUMMARIUM.

14 *Oppoſita declarationes faciunt dificultatem.*
15 *Declaratio pro parte negativa*
16 *Tres declarationes pro parte affirmatiua, & num.* 17.
18 *In caſu vrgenti mulier admittenda, dummodo non detur recurſus ad Papam, & num.* 19.
20 *Ex charitate admittenda, & quia neceſſitas non habet legem.*
21 *Ex Epicheia legis videtur admittenda.*
22 *Malefactor fugiens à miniſtris iuſtitia poteſt admitti.*

OPpoſitæ Illuſtriſſimorum Cardinalium declarationes magnam difficultatem nobis

Rodrig. bis faciunt in hac materia; nam extat quædam declaratio ex Bullario Rodrig. 1200. Ubi inter Bullas Clementis VIII. adducens aliquas Cardinalium declarationes factas tempore prædicti Pontificis, ponit hanc ſequentem declarationem miſſam ad Epiſcopum Salmanticenſem anno 1604. cujus hæc ſunt verba.

15. *Congregatio conſilij reſpondit, non licere ullo modo Epiſcopis, vel permittere, vel licentiam concedere mulieribus, ut ex cauſis ſupernarratis, (erat autem unus ex caſibus ab Epiſcopo antea propoſitis apud Cardinales, lites matrimoniales adulterorum, ac diſſenſionum inter viros, & uxores,) monialium monaſteria ingrediantur, imò ingredientes incidere in excommunicationem. Quòd ſi aliquis caſus inciderit, propter quem expedire videatur concedere talem licentiam, eam omnino obtinendam eſſe à ſede Apoſtolica.*

Declaratio Cardinalium.

Caſu contigit in hac civitate Ulyſipponenſi, quòd quædam Moniales ordinario ſubjectæ, cujuſdam mulieris adulteræ ne à viro ſuo interficeretur miſertæ, eam recepiſſent, Capitulo ſede vacante annuente, tamen prædictum Capitulum ab Illuſtriſſimo Collectore admonitum de prædicta declaratione, ſtatim præcepit prædictam mulierem a conventu ejicere.

16. Liber declarationum. E contra verò in libro declarationum Cardinal. Antuerpiæ impreſſo anno 1633. fol. 521. poſt medium inter declarationes Cardinalium ad Trident. *cap. 5. de regular. ſeſſ.* 25. ponuntur de hac re tres declarationes Cardinalium, quas etiam refert Barboſa ad citatum locum Concilij Prima eſt, *Mulier conjugata, ſit in monaſterio Monialium, & conſtiterit, quòd ſi inde exierit, verſabitur in periculo mortis, in monaſterio relinqui debet, ſed ſine ancillis, &c.*

17. Secunda declaratio *Mulier quæ venit in ſuſpicionem adulterij apud maritum, & ob id timet ne ab eo vis aliqua inferatur, permitti debet, ut monaſterium ingrediatur monialium, ſi modo conſtitutiones monaſterij non repugnent.* Tertia declaratio. *Inſuper mulieres, quæ ſunt in diſcordia cum maritis, & eorum ſævitiam timent, ſi ſunt extra culpam, quandiu juſtam timendi cauſam habuerunt, debent ſi ſunt in monaſterio tolerari.*

Declarationes Cardinal.

18. Dico tamen, quòd videtur ordinariè loquendo tales mulieres non debere admitti à Monialibus in conventu, niſi in caſu valdè raro, in quo non eſt commodus recurſus ad Papam, & eſt grave periculum in mora, & occaſio præceps ad evitandam mortem. Ita Rodrig. *tom. 2. qu. 46 art.* 10. Miranda *quæſt. 2. de Monialibus artic.* 7. Zerola *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Moniales,* §. 12. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat.* 102. *nu.* 66. Bonacin. *de clauſura Monial. quæſt. 4. punct. 3. n.* 17. Joan. de la Cruce *cap. 5. dub. 2. concluſ. 3. in fine.* Tamburinus *diſp.* 24. *qu.* 14. *num.* 1. Pellizar. *tom.* 2. *tract* 10. *cap. 5. ſect. 3. n.* 120. Sanchez *in decalog lib. 6. cap. 16. num.* 91. Portel 2. *tom. reſponſ. morali. caſu* 106. §. *dico* 2.

Rodrig. Miranda. Zerola. Barboſa. Bonacina. Joan. de la Cruz. Tambur. Pellizar.

19. Concluſio duas habet partes. Et prima ſupponit, quòd quando datur ſpatium, & tempus, recurrendum ſit ad ſummum Pontificem pro impetranda licentia, & in hoc ſenſu procedit prima declaratio miſſa ad Epiſcopum Salmanticenſem, *quòd ſi caſus inciderit licentiam omnino obtinendam eſſe à ſede Apoſtolica.* Quia ſolus ſummus Pontifex poteſt dare licentiam, ut tales mulieres ad monaſterium admittantur, ibi exiſtant, & commorentur.

Secunda pars concluſionis, quòd talis mulier ſit admittenda in monaſterium, quando periculum urget; probatur à tribus poſterioribus declarationibus, in quibus hoc expreſsè deciditur. Et in primis mulier fugiens a marito, habet jus pro conſervanda vita, quia hoc eſt de jure naturali, quia ut dicitur *neceſſitas non habet legem. cap. querelam de jurejurando,* ubi Gloſſa *in verb. Non neceſſitate.* multa juris loca congerit, ſicut & Sebaſtianus Medices *lib. de regimine juris in regula* 2. *n.* 8. Deinde ex parte monialium urget præceptum charitatis ſubveniendi proximo in tam urgenti, & gravi periculo honoris, & vitæ. Deinde quia videtur, quòd in tanto periculo Summus Pontifex non velit reſtringere facultatem Prælati, imò & Prælatæ; ſi non detur tempus ad recurſum majoribus. 20.

Gloſſa.

Confirmatur, quia neceſſitatis cauſa multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, *cap ſi quis propter. de fur.* Cùm ergo in præſenti caſu valdè difficilis, imò moraliter impoſſibilis acceſſus ſit ad Papam, urget periculum vehementiſſimè in mora, ex epicheia, ac interpretativa voluntate Papæ videtur concedenda facultas à Prælatis dandi licentiam ad ingrediendum clauſuram monialium. Maximè cum Concilium Trident. *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap.* 5. dicat: *Dare autem tantum Epiſcopus, vel ſuperior licentiam debet in caſibus neceſſariis.* Quæ verba cùm ſint generalia non ſunt reſtringenda ad ſolam neceſſitatem monaſterij vel monialium, ſed etiam extendenda ſunt ad neceſſitatem cujuſque extranei, ſiquidem lex loquitur generaliter, ac proinde generaliter eſt intelligenda. 21.

Trident.

Confirmatur ex caſu difficiliori adducto à Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 16. n.* 59. & ait; quòd ſi malefactor fugiens inſequentes juſtitiæ miniſtros, & inveniens portam monialium apertam, poterit ſine peccato dictam clauſuram intrare, & licitè ſine ſcrupulo; & verba Sanchez ſunt. *At malefactor in eo diſcrimine conſtitutus non peccaret ingrediendo, ſi fores apertas reperiret: tum quia præſentaneum periculum anſam maturioris deliberationis præripit: tum quia jus tuendi vitam, vel grave corporis damnum, ut ſi pœna mortis, aut flagellorum, aut triremium plectendus eſſet, ipſum excuſat.* 22.

Sanchez.

In exemplo adducto à Sanchez duo maximè conſideranda ſunt, quæ ſunt duriora, & majora, nam Sanchez hoc concedit in homine maſculo, in quo caſtitas Monialium periclitari poteſt. Secundò Sanchez admittit ingreſſum malefactoris in clauſuram, non ſolùm ad evitandam mortem, ſed etiam periculum flagellorum, vel triremium, hæc autem mulier eſt in proximo, & evidenti periculo mortis, & hoc ulterius comprobatur ex his, quæ docet idem Sanchez *citato c.* 16. *num.* 60. poſſe à ſuperiore concedi ingreſſum intra clauſuram Monialium ad deponendas ibi pecunias, ſi non detur aliquis locus tutus ad eas deponendas, charitas ſuadet depoſitum illud admittere, quanto magis ſuadet charitas, mulierem in tanto mortis periculo admittere. 23.

Sanchez.

Ex quo conſtat, quòd in neceſſitatibus repentinis, 24.

penıinis, & quidem graviſſimis, in qnibus periculoſa eſt mota, & acceſſus ad ſuperiorem eſt motaliter impoſſibiſis, in talibus caſibus licentia obtenta ab Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa eſt ſufficiens: Ita Sanchez *in decalog. lib. 6. cap.26.n.34.*Rodrig.*tom.1.quaſt.46.art.2.*Aazor *tom.1.lib.13.cap.8.quaſt.*8.Pellizar *t.2.tract.* 10. *cap.5 ſect* 3.*num.*264.

Sanchez. Rodrig. Azo. Pellizar.

RESOLUTIO XXIII.

Confeſſoris Regularis Approbatio.

QUÆSTIO PRIMA.

Confeſſores Regulares quamvis accipiant iuriſdictionem à Papa, indigent approbatione Epiſcopi.

SVMMARIVM.

1 *Et ſi antiquitus Religioſi ſacularium confeſſiones ſine approbatione Epiſcopi audirent, hodie poſt Tridentinum non poſſunt.*
2 *Religioſi talem juriſdictionem accipiunt à Papa.*
3 *Epiſcopus in approbandis Religioſis habet ſe tanquam delegatus à Papa.*

1\. LICET antiquitùs tempore Bonifacij VIII in Extravag.quæ incipit; *Super Cathedram*, ipſe conceſſerit Regularibus facultatem, ut tantummodo à ſuis Prælatis præſentati Epiſcopis ſæculariũ confeſſiones poſſent andire,& ulterius tempore Benedicti IX in alia ſua extravaganti, & incipit *Inter cunctas, de privilegiis,* etiã ſine præſeotatiooe,aut alia licentia Epiſcoporum conceſſerit poſſe Regulares andire ſæcularium confeſſiones: tempore tamẽ Clementis V.in Cuncilio Viennenſi, in Clementina,quæ incipit: *Dudum. de ſepultur.* revocatum fuerit prædictum Decretum Benedicti;& renovatum illud antiquum Booifacij: tamen hodie poſt Concilium Trident.ad hoc ut Religioſi audire poſſiot ſæculatium confeſſiones indigent præſentatione, & approbatione Epiſcoporum, ſic ait Concilium ſeſſ.23. cap. 15. *Decernit ſancta Synodus, nullum etiam Regularem poſſe confeſſiones ſacularium, etiam Sacerdotum andire, neque ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem, qua gratis detur, obtineat:* Et cùm poſtea emanaverit aliquibus Religioſis indultum audiendi confeſſiones ſæcularium abſque prævio otdinatij examine, Vrbanus VIII. in ſua Bulla anno 1628,quæ eſt apud Bullatium *tom.4. conſtitut.huius Pontificis* 92. caſſavit, annullavit & revocavit omnia,& ſingula talia privilegia cuicumque Religioor conceſſa, ut obſervat Lezana *tom.1.cap.19.num.*2.

Bened.IX. Clem.V. Tridenr. Vrban.VIII Lezana.

2\. Cùm hoc tamen ſtat, quòd in ipſa approbatione ad audiendas cõfeſſiones aliter ſe habeot Religioſi, ac Sacerdotes ſæculares; nam Sacerdotes ſæculares accipiunt juriſdictiooem ab Epiſcopo, ut à ſuo Prælato, at Religioſi cum immediatè ſubiiciantur Romano Pontifici ab ipſo accipiuot joriſdictionem: approbatio autem Epiſcopi tanquam teſtimooium dantis, ac ſententiam proferentis de ſufficientia, habilitate, ac ſcientia talis religioſi requiritut. Ita Navar. *in ſumma, cap. 27. num.* 264. *& ſequentibus*. Suar, *de pœnitent.diſp.*28.*ſect.* 5. *num.*11.*& tom.4.de Relig.tract.*10. *lib.9. cap.* 2. *num.* 3. Vaſquez *tom. 4. de pœnitent. quaſt.* 93. *art.3.dub.* 5. *num.* 3. *&.* 4. Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap.6. num.*4 .6. *&* 8. *& lib.7. de indulg. cap.*28. Veiga *in ſumma, tom. 1. cap. 62. caſu* 4. Rodrig.*tom.1. Regul. quaſt.* 59. *art.* 2. *&* 4. Ledeſma *tom 2 ſumma, cap.*13.*circa finem, dub.* 1. §. *Eſta duda*, Cruz *lib. 2. de privileg.cap.6. dub.4.concluſ.* 3. F. Louis Lopez 2. *part. inſtructorii. quaſt* 17.*de clavib. cap.* 8.§. 2. *&* 4. Fagund *pracept.2.Eccleſ.lib.7.cap.* 2. *num.* 8. Pellizar. *tom.2.tract.8.cap.3.ſect.2.num.*9.Bordon. *tom.1.Reſol.*36.*num.*32.

Navar. Suar. Vaſquez. Henriq. Veiga. Rodrig. Ledeſma. Cruz. Lopez. Fagundez. Pellizar. Bordon.

Habent ergo Religioſi juriſdictionem ad audiendas confeſſiones à Summo Pontifice, ut cooſtat ex Clementina, *Dudum* de ſepulturis, ut latius dicam quæſt ſequenti, & Epiſcopus tanquam delegatus à Sede Apoſtolics dat teſtimonium de eorum ſufficientia, probitate, ac habilitate. 3.

QUÆSTIO II.

An Regulares ſufficientes, & idonei Epiſcopo præſentati, ſi abſque iuſta cauſa non fuerint ab eo admiſſi, ac approbati, licitè, & validè poſſint confeſſiones audire?

SVMMARIUM.

4 *Prima ſententia negat validas eſſe.*
5 *Secunda, & vera affirmat.*
6 *Qua probatur ex Clementina, & multis, & num.7.*
8 *Obiectio oppoſita contra Carmelitas, & Auguſtinianos.*
9 *Quatuor ordines mendicantes aqualiter habent à iure.*
10 *Alia Religiones ex privilegiis tanquam ex iure, & n.11. & 12.*

NEgant validas eſſe confeſſiones, quamvis dicant Epiſcopum peccare, Suar.*tom.*4. *de pœnitent diſp.* 28.*ſect.*5. *num.*13. Vaſq.*tom.*4. *de pœnit.quaſt.*93.*art.*3. *dub.*3. *num.* 2. Lugo *de pœnit.diſput.*21.*n.*52 *fol.*509. Conioch. *diſp.*8. *dub.*7. *num.*257. Reginald. *tom.*1 *lib.*1. *cap.*16. *num.*192.Filliucius *tom.1.tract.7.num.*257. Barboſa *in collectanea ad Clement. Dudum, num.*8. Sancius *in ſelectis, diſp.*48. *num.* 16. Sylvius *in additionibus ad 3. part. quaſt.* 8. *art.* 5. *quaſt.* 4. Pirigrianus *diſtinct.* 17. *quaſt.unic. art.*4. *dub.*4. Trullench. *in expoſitione Bulla, lib.*1. §... *cap.*1. *dubio* 8. 4.

Suar. Vaſquez. Lugo. Coninch. Filliuc.

Alij è contra affirmant eo ipſo tales Religioſos 5.

Digitized by Google

Navarr. Henriq. Gloſſa. Rodrig. Sotus.

gioſos eſſe approbatos. Ita docet Navarr. *in Manualis cap.* 27. *num* 264. *&* 265. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 4. Gloſſa *in Clementina dudum de ſepulturis.* Rodriguez *in additionibus ad Bullam* §. 9. *num.* 30. *& tom.* 1. *de regul. quaeſt.* 59. *art.* 2 *&* 10. Sotus, Angelus, Graſſius, Cenedo, Palatius, Sylveſter, & Alex. quos citat, & ſequitur Fagundez *pracep.* 2. *lib.* 7. *c.* 2. *n.* 15. Miranda. *in Manuali Pralat tom.* 1. *q.* 4. *art.* 6. Ioan. de Cruce *in epitome lib.* 2. *cap* 6. *dub.* 1. Villalobos *tom.* 1. *tract.* 1 *diff.* 53. *n.* 3. Cochiee *de iuriſdict. ordin. in exempt. part.* 77. Layman. *lib.* 5 *tract.* 6. *c.* 11. *n.* 4. Fiuellus *de caſibus reſervatis c.* 3. *n.* 3. Peyrinus *de Religioſo ſubdito tom.* 1. *q.* 1 *cap.* 21. §. 2. Lezana *tom.* 1. *quaeſt. Regul. cap.* 19. *num.* 3. Lopez *cap.* 8. *de bulla pag. mihi* 822. Vivaldus, *tom.* 1. *de abſolution. n.* 28. Ludovicus à Cruce, *diſp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 19. Baunius *tract.* 4. *de Pœnit. quaeſt.* 11. Tomas Hurtado *tom.* 2. *tract.* 12. *c* 1. Caſtrus Palaus *part.* 3. *tract.* 23. *diſp. unica, punct.* 15. §. 3. *num.* 8. *&* 9. Pellizar. *tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 26. M. Fr. Anton. ab Spiritu Sancto *direct. regul. tract* 2. *diſp.* 3. *ſect.* 1. *num.* 6. *& directorio confeſſarior. tract* 5. *diſp.* 13. *ſect* 7. & æque probabile iudicat Leand. *de pœnit. diſp.* 11. *quaeſt.* 83.

6\. Probatur ex ipſa Clementina *Dudum de ſepulturis*, §. *ſi verò*, ubi expreſsè ex plenitudine poteſtatis Pontificiæ approbantur Regulares ipſo facto præſentati Epiſcopis, ſi abſque legitima cauſa, ſed ex malevolentia, ac odio reiiciantur, & reprobentur; Atqui tale Decretum non fuit derogatum per Concilium Tridentinum, tum quia Clementina ponitur, ac citatur ad marginem ipſius Concilij, tanquam ſi ipſam Concilium reſpiciat, ad ipſamque referatur; tum quia in hoc caſu Concilium non videtur procedere, ut obſervat Navarr. cit. Videtur enim alienum à ſanctitate, ac iuſtitia Concilij, quòd intendat favere odio, ac malevolentiæ Epiſcopi, ſi detur, quòd abſit, contra Religioſos. Tertiò, quia privilegium iuri communi inſertum, indiget ſpeciali derogatione, ut dicam ad finem quæſtionis. Quartò; quia privilegium conceſſum in Clementina *Dudum*, loquitur in cauſa ſpeciali. Tridentinum verò generaliter, quando autem lex generaliter loquitur, non derogat ſpeciali, cuius expreſſam non facit mentionem, ut multis probat Palaus *citat. n* 9.

Clementin. Navar. Palaus.

7\. Probatur etiam ratione, quia approbatio Epiſcopi, non eſt, nec favor, nec gratia, ſed quædam iudicialis declaratio, quæ ſe habet tanquam iudicialis ſententia ex iuſtitia; ergo talis ſententia iniquè, & ſine cauſa denegata invalida eſt; nam finis Tridentini ad exigendam approbationem Epiſcopi eſt, ne quis indignus admittatur; at ſi conſtat, quòd præſentatus eſt dignus, & ſufficiens, contra mentem Tridentini reijcitur, & inde militat diſpoſitio citatæ Clementinæ *Dudum*, & ipſo iure eſt approbatus.

Trident. Clementin.

8\. Dices tamen, quòd licèt Clementina *Dudum*, non ſit derogata per Concilium Trident. adhuc non prodeſt omnibus Mendicantibus, nec omnibus Religioſis, ſed tantùm Fratribus Prædicatoribus, ac Minoribus; nam eis tantùm eſt conceſſa, & de illis tantùm agitur, cæteris autem Mendicantibus, ac Religioſis facultas non ex iure competit, ex ipſa Clementina, ſed ex privilegio per communicationem, ac proinde talis facultas videtur ſublata per Tridentinum.

9\. Occaſione huius argumenti aliqui Auctores, ut Concetes, Baſſæus *verb. confeſſor* 3. *num.* 18. tenent, quòd illa facultas conceſſa in prædicta Clementina ſolùm comprehendat Minores, & Prædicatores, ac proinde quòd ſolùm eis competat hæc facultas ex iure. Tamen hi Auctores aperte decepti ſunt, quantum ad Carmelitas, & Auguſtinianos; nam totam ipſam facultatem conceſſam Minoribus, ac Prædicatoribus in ipſa Clamentina *Dudum* concedit Ioannes XXII. Carmelitianis, & Auguſtinianis in extravaganti: *Frequenti de iudiciis*, ut iam dixi in lectura de legibus anno 1632. & cum Rodriguez. & Ioanne à Cruce notarunt Thomas Hurtado *part.* 2. *tract.* 12. *cap.* 1. *num.* 1887. & ſicut Clementina eſt de corpore iuris, ſic eodem modo, ac æqualiter prædicta extravagans eſt etiam de corpore iuris, ut cum Rodriguez notant idem Hurtado *citatus num.* 1892. & Fr. Antonius ab Spiritu Sancto *in directorio confeſſorum tr.* 5. *diſp.* 13. *ſect.* 7. *num.* 872. ac proinde quoad quatuor Mendicantes privilegium eſt de corpore iuris.

Concetes. Baſſæus. Ioan. XXII. Rodrig. Cruz. Hurtad.

10\. De aliis verò Religioſis dicendum eſt, quòd prædicta privilegia habentur à quatuor prædictis ordinibus per communicationem, & quamvis eorum privilegia fuerint derogata per Concilium Tridentinum, quæ uſque tunc conceſſa erant, poſtea tamen per multos Summos Pontifices fuerunt denuò conceſſa, ac proinde rectè gaudent dictu privilegio Clementinæ *Dudum*, ac prædictæ extravagantis, ut notat Thomas Hurtado *citatus, n.* 1893.

11\. Inſuper addo, quòd privilegia Religionum, cùm non ſint conceſſa uni, vel alteri perſonæ, ſed toti Religioni, ac communitati, æquiparantur legi, ac perinde habentur, ac ſi eſſent in corpore iuris inſerta, talique conditione gaudent, ut probant Oldradus *conſil* 300. *n.* 4. *a verſ Conſiderandum eſt*, Henriquez poſt alios *lib.* 7. *de indulg. cap.* 22. *num.* 3. *& cap.* 24. *n.* 4. Sanchez *lib* 8. *de Matrim. diſp.* 1 *num* 13. Suar. *lib.* 8. *de leg. cap.* 17. *num.* 7. Salas *diſput.* 20. *de leg ſect.* 10. *num.* 90. §. *ſextò limitatur*, Bonac. *diſp.* 1. *de leg. quaeſt.* 3. *punct.* 4. §. 1. *n.* 5.

Oldradus. Henriq. Sanchez. Suar. Salas. Bonacina.

12\. Tandem privilegia Regularium ſaltem ex magna parte conceſſa ſunt illis in præmium laborum, quos paſſi ſunt, & quotidie patiuntur prædicatione, ac doctrina Evangelica, proque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ defenſione, eiuſque augmento, & animarum ſalute, ut ipſi Summi Pontifices teſtantur in ſuis diplomatibus, Peirinis *tom.* 1. *privileg. Minor. in conſtitut.* 26. Leon. X *num.* 2. *& tom.* 3. *cap.* 4. *in Additamentis de conſtit.* eiuſdem Leonis *n.* 24. Privilegium autem remuneratorium non revocatur per clauſulas communes, & Generales, & cum Abbate, Felino, Bartol. Iex Alexandro, Oldrado Tiraquel. & aliis tenet Suarez *lib.* 8. *de leg. cap.* 37. *num.* 6. & idem habet Lezana in conſultis, *conſult.* 40. *n.* 102.

Peirin. Abbas. Felin.

13\. Dices contra: Inter propoſitiones damnatas ab Alexandro ſeptimo die 2. Octobris anno 1665. Propoſitio decimatertia ita habet: *Satisfacit pracepto annua confeſſionis, qui confitetur Regulari Epiſcopo præſentato, ſed ab eo*

iniuſtè

iniuſtè reprobato. Ergo iniuſtè reprobatus non valide audit confeſſiones. Reſpondeo quòd Pontifex ait, quòd ille, qui cum tali confeſſario iniuſtè reprobato confitetur, non ſatisfacit præcepto; non tamen ait, quòd ipſa confeſſio ſit invalida: nam benè ſtat, quòd actus ſit validus, & tamen non ſatisfacit præcepto; verbi gratia, qui non eſt de familia Marchionis, & in die Dominica, in eius Oratorio audit ſacrum, revera audit ſacrum, & non ſatisfacit præcepto: qui in Quadrageſima communicat in Eccleſia Carmelitana, verè communicat, & non ſatisfacit præcepto, cùm non ſit in propria Parrochia.

Quæstio III.

An poſſit Epiſcopus approbare Regulares cum limitatione temporis, loci, perſonarum, virorum nempe, & non mulierum; vel è contra?

SVMMARIVM.

13 *Prima ſententia affirmat, quòd talis limitatio etiam ſine cauſa, obſervanda ſit.*

14 *Secunda ſententia, & vera tenet talem limitationem eſſe invalidam.*

15 *Quæ ſententia maximè probatur, & confirmatur, & n. 16.*

17 *In tali limitatione ſine cauſa graviter dilinquit Epiſcopus.*

13. Quæſtio in præſentiarum procedit, quando ordinarius abſque aliqua iuſta cauſa tales limitationes, verbi gratiâ unius anni, virorum, non mulierum, huius oppidi, non illius apponit, & quod illa limitatio ſit tenenda, & obſervanda, tenent Mendo *in Bulla,*
Mendo. *diſp.* 22. *cap.* 3. *num* 54. 35 Trulleneh. *lib.* 1. §. 7.
Trulleneh. *dub.* 7. *num.* 4. Torreblanc. *lib.* 14. *pract. cap.* 3.
Torreblan. *num.* 16 Lugo *de pœnit. diſp.* 21. *ſect.* 3. §. 1. *n.* 57.
Lugo. Quamvis dicat quòd hoc ſit grave onus imponere Religioſis, tamen ſive iuſte, ſive iniuſte in praxi obſervandum, & citat pro ſe Lugo, Navarrum, *in ſumma cap.* 4. *n.* 10. & 11. Suar *diſp.* 28. *ſect.* 7. *num.* 19. Vaſq. *de pœnit. quæſt.* 93. *art.* 3. *dub.* 5. *num.* 4. Fagund. *præcept.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num* 5. & Dianam *part* 3. *tract.* 2. *reſol.* 25 Sed non multum appoſitè, ut legenti patebit: Suar. Fagundez, Diana loquuntur nulla interveniente cauſa ad talem limitationem apponendam.

14. Secunda, & vera ſententia tenet, quod Epiſcopus ſine iuſta cauſa ad confeſſionem pertinente non poteſt approbare regulares cum limitatione temporis, loci, ac perſonarum, ita definiuit Sacra Congregatio, ut te-
S Congreg ſtatur Peirinus *de ſubdito quæſt.* 1. *cap.* 21. §. 2.
Peirin. Miranda *part.* 1. *quæſt.* 45 *art.* 10. M. Lezana *tom* 1. *cap* 19. *num* 8. & Pellizar *tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 3. *ſect.* 2. *num.* 28. *fol mihi* 264. Ita habet ſacra Congregatio die 10. Novembr. 1615. *Regulares, qui ad audiendas confeſſiones idonei generaliter ab ordinariis eorumque examinatoribus reperti, & approbati fuerint, generaliter quoque, & indiſtinctè, abſque ulla limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis perſonarum admittantur in propria diœceſi; de cæteris verò, qui non adeò idonei reperiuntur, ſi pellierint ſe admitti arbitrio ordinariorum relinquitur ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem ordinariis magis expedire videbitur probare, & admittere.*

Hanc noſtram ſententiam tenent Henti- 15.
Henriq. quez *lib.* 3. *de pœnitent. cap.* 6. *num.* 5. & 9. Ro-
Rodrig. drig. *in quæſtion. Regul. quæſt.* 59. *art.* 2. & *in Additionibus ad Bullam Cruciatam*, §. 9. *n.* 30.
Navarr. Navarr. *in manuali, cap.* 27. *num.* 264. *in fine*, M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 19 *num.* 8. Portel. *in dub. Regular. verb. Confeſſor Regularis*, eiuſque præſentatio, Sotus *in* 4 *diſt.* 18. *quæſt* 4 *art.* 3. Veiga *in ſumm. tom.* 1. *cap.* 62. *caſu.* 7. Villalobos *in ſumm. tom* 1. *tract.* 9. *diff* 33. *num.* 3. Layman *in Theolog. Morali, lib.* 4. *tract.* 6. *cap.* 11. *num* .4. Cochier *de iuriſdict. ordinar. in exempt. part.* 4. *quæſt.* 7. Finellius *de caſib. reſervat. cap.* 3. *n* 3. Peirinus proxime citatus, Ioan. de la Crux *lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 1. Graffius, Augelus, Cenedus, quos citat, & ſequitur Fagundez *præcept. lib.* 7. *cap.* 2. *num* 15. 16. & 17. Boſſius *de triplici Iubilæi, privileg. ſect.* 3 *caſu* 2. §. 1. *num* 22. Delbene *tom.* 2 *cap* 14. *dub.* 18. *ſect.* 11 *n.* 3. Ioannes Præpoſitus *in* 3. *part. de Sacram. pœnit. quæſt.* 8. *dub* 3. *num.* 17. Paſqualigus *deciſ.* 500. *num.* 2. Baſſæus *verb. Confeſſar.* 3. *num.* 12. Collotius de Hierarchia *lib.* 5. *cap.* 25. Zambellus *in repertorio Morali, verb. Confeſſor quoad auctoritatem*, Diana 3. *part. tract.* 2. *Reſol.* 24. & *part.* 4. *tractat.* 4. *Reſol.* 200. M. Fr. Anton. ab Spiritu ſancto tam *in directorio Regular. tract.* 2. *diſp.* 3. *ſect* 1. *n.* 7. Rom. *in direct. Confeſſ. tract.* 5. *diſp.* 13. *ſect.* 9. §. *Dico ſecundò*, Leandrus *tract.* 5. *de Sacram pœnit. quæſt.* 84. Qui omnes docent, quòd ſi Epiſcopi abſque iuſta cauſa eiſdem Regularibus concedat approbationem limitatam uſque ad tempus, vel beneplacitum, prædicti Regulares non tenentur talia obſervare, ſed elapſo tempore, vel mortuo Epiſcopo non indigent nova approbatione, quod etiam declaravit Clemens X. die. 2. Auguſti *in ſua Bulla ſuprema Magni Patris.* Quòd Religioſi ſufficientes non debeant approbari cum limitatione.

Quòd rectè probat Angelus Boſſius ex 16.
Boſſius. Emmanuele Rodriguez, quia privilegium
Rodrig. Clementinæ, §. *ſi verò*, conceſſum eſt Regularibus ad refrænandam quorumdam Epiſcoporum duritiem, ne ab ipſis ordinariis locorum iniuſtè moleſtarentur, ac vexarentur, cùm ſine cauſa, approbatione negata ipſo iure ſint abſolutè approbati, ergo ſicut negata licentia in toto, ſunt ipſo iure approbati abſolutè, ſic etiam negata licentia in parte, verbi gratia ad mulieres, vel ad longum tempus decem annorum, ſunt ipſo iure approbati.

Confirmatur, quia ſolus ille; qui dat iuriſdictionem, poteſt eam coarctare, ac limitare, ſed regularibus non Epiſcopus, ſed ſolus Papa dat iuriſdictionem, ut diximus *quæſt.* 1. ergo ſolus Papa & non Epiſcopus, eam poteſt coarctare, ac limitare. Epiſcopo autem tantùm datur, ut per examen iudicet de bona ſufficientia, qua cognita non poteſt iuſte negare approbationem, quæ in citata Clemen- 17.

tina

Trident. tira datur. Nec obſtat Concilium Tridentin. quia Sacrum Concilium requirit approbationem, inſtè datam, & non inique negatam: nam Concilium non favet iniquitati.

18. Notant tamen Lugo *de pœnit. diſp.* 21. *ſect.* 3. §. 1. *n.* 57. Diana *p.* 6. *tract.* 7. *q.* 61. Quod Epiſcopus ſine iuſta cauſa dans approbationem limitatam, graviter delinquit contra ſuam conſcientiam, & facit iniuriam grandem Religioſo, ac proinde exiſtimo mortaliter peccare, agit enim in re gravi contra obligationem ſui muneris.

Quæstio IV.

An interueniente iuſta cauſa poſſit Epiſcopus limitare approbationem Regularis quoad tempus, & loca, & agitur, quænam ſit hæc iuſta cauſa?

SUMMARIUM.

19 *Quos Lugo citat pro parte negante.*
20 *Ex cauſa bene poteſt Epiſcopus limitare.*
21 *Iuxta aliquos Doctores aſſignantur variæ cauſæ.*
22 *Defectus ætatis non eſt ſufficiens cauſa.*
23 *Nec levis ſuſpicio de moribus.*
24 *Iuſta cauſa inſufficientia in litteris, ac examine.*

19. Lugo. Henriq. Villalobos. Licet Cardinalis Lugo *de Pœnitent. diſp.* 21. *ſect.* 3. *n.* 56. citat pro parte negante Henriquez, Villalobos, Portel. Veigam; tamen ſi rectè, & attentè legantur, ipſi non diſcrepant à communi ſententia.

20. Vera, & certiſſima ſententia eſt, quod Epiſcopus interveniente vera, & iuſta cauſa, poteſt approbare Regulares cum limitatione quoad tempus. Hæc reſolutio fit manifeſta ex declaratione S. Congregationis, quam retuli *ſuperiori quæſt. n.* 14. & M. Lezana *in mari magno Servitar. n.* 55. §. *Maxime notandum*, refert alias declarationes Cardinalium, quibus mandatur Epiſcopis, vt Religioſi idonei abſolute approbentur, & non cum limitatione tempo- Conc. Later. ris, Probatur etiam ex Bulla Leonis X. in Concilio Lateranenſi die 19. Decembr. 1516. in qua diſponitur, quod Religioſi per Epiſcopos, & Prælatos ſuper ſufficientiam litterarum poſſint Trident. examinari. Et Concil. Trident. *ſeſſ.* 32. *c.* 15. *de reform.* quo ab Epiſcopis ſi illis videbitur neceſſarium per examen, vel aliàs idoneus iudicetur; ad quid ergo requiritur examen, niſi ut fiat iudicium de ſcientia litterarum, ergo iuxta illius cognitionem poteſt Epiſcopus approbare, Henriq. Lezana. Suar. Miranda. Fagundez. Filliuc. Vaſquez. reprobare, vel limitare. Ita Auctores *ſuperiori q. citati* Ita Henriq. Lezana, Suar. Miranda, Fagundez, Fillucius, Vaſquez, Petigian. Sanchez, Reginald. Fernandez, quos citant, ac ſequuntur Delbene *tom.* 2. *c.* 24. *dub.* 18. *ſect.* 11. *n.* 30. Diana 4 *p. tract.* 2. *reſol.* 24. Paſqual. *tom.* 1. *deciſ.* 500. Trullench. *praxi Sacram. c.* 9. *dub.* 7. *n.* 7. Dicaſtill. *diſp.* 10. *n.* 270. & 289.

21. Lugo. Fagundez. Diana. Suar. Cauſa ſufficiens ad talem limitationem adhibendam dicunt Lugo, Fagund. Diana cum Suar. *de pœnit. diſp.* 28. *ſect.* 7. *n.* 19. eſt inſufficientia in ſcientia, vel mala ſuſpicio in moribus, vt maior de illis experientia, tractu temporis detur, aut defectus in ætate.

Imprimis defectus ætatis non eſt ſufficiens cauſa ad limittandam approbationem, quia ut ait Villalob. *in ſumma tom.* 1. *tract.* 9. *diff.* 53. *n.* 2. Non enim eſt expectandus in Regularibus quadrageſimus annus ad audiendas mulierum Confeſſiones: nam ſæpe Epiſcopus dat beneficium Parochiale Clerico habenti in ætate vigeſimumquintum annum, & inde ipſe probatus eſt ad audiendas mulierum Confeſſiones. Inſuper addo, quod ſæpè Epiſcopatus datur Clerico ætatis trigina trium annorum, cur ergo in tali ætate neganda eſt facultas Religioſo ad audiendas mulierum Confeſſiones, cum ipſe ſub ſtrictiore diſciplina, ac multo magis rigoroſo vivendi modo. 22. Villalobos.

Nec quælibet levis ſuſpicio de moribus eſt ſufficiens ad talem limitationem, quia *vnuſquiſque ſemper præſumitur bonus, niſi probetur malus.* Ac proinde dum prudenter nihil mali timet de tali Religioſo, debet approbationi Prælati illius Religioſi, quoad mores, & vitam acquieſcere eiuſque teſtimonio ſe conformare Epiſcopus. At verò ſi Epiſcopus magno fundamento dubitat, de honeſtate, ac probitate talis Religioſi, tunc non ſolum poteſt approbationem limitare, ſed etiam abſolutè negare, hoc enim maximè ſpectat ad munus Epiſcopale, ut à ſuis ovibus arceat omne nocumentum, & damnum. 23.

Iuſta, & legitima cauſa eſt inſufficientia ſcientiæ: nam cum Concilium Tridentinum requirit examen, hoc eſt vt communiter intelligitur de ſcientia, ac proinde ſi Epiſcopus eum parum ſcientem invenit, bene poteſt cum limitatione approbare, ut magis det operam litteris, & ſapientior, & habilior fiat. Vnde facto, & approbato bono examine infert Leandrus *citatus tract.* 5. *diſp.* 11. *q.* 85. Si Epiſcopus poſtea limitet licentiam: vt ſcilicet non audiat mulieres vſque ad quadrageſimum annum: vel non audiat in tali loco, vel niſi per annum, &c. non eſt neceſſe ſervare talem limitationem. 24. Leandrus.

Quæstio X.

Vtrum Epiſcopus poſſit ſimul privare omnes Confeſſarios vnius, vel plurium Conventuum à facultate audiendi Confeſſiones?

SVMMARIVM.

25 *Epiſcopus non poteſt omnes Confeſſarios vnius vel plurium Conuentuum ſimul revocare, & revocatio eſt nulla.*
26 *Auctores prædicta ſententiæ aſſerentes nullum ſcrupulum.*
27 *Non poteſt Epiſcopus revocare non conſulta Congregatione.*
28 *Et hoc nulla ratione fieri poteſt.*
29 *In quadam controverſia refertur alia declaratio anni 1645.*
30 *Vniverſa communitas non eſt condemnanda pro crimine vnius vel alterius.*

31 *Confirmatio Innocentij X. pro partibus Indiarum.*

25. Pius V. EPiſcopus non poteſt omnes Confeſſarios unius, vel plurium Conventuũ, eorúmque licentias revocare, neque novam, & generalem revocationem edicere, iterũ vocãdo ad novum examen Hoc ſæpè ſæpius declaratũ eſt à Sancta Sede Apoſtolica auctoritate Pij V. Conſtit. *Etſi Mendicantium data* 16. *Maij* 1567. *in Bullar. novo* 41. & alia Conſtit. *Romani Pontificis dat.* 6. *Aug.* 1571 *in Bullar.* 133. & apud
Confeſ. Confeſ. 11. *pag.* 228. & iterum ad mentem *Pij V. Declaravit S. Congreg.* 10. *Novemb.* 1615. Ita habent
Declaratio Cardinalium. Illuſtriſſ. Domini Cardinales *Statuunt inſuper eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos, locorumque Ordinarios Confeſſiones audiendi facultatẽ omnibus ſimul unius Conventus Regularibus Confeſſariis, eadem S. Congreg. inconſulta, nullo pacto adimere poſſe, quod quidem Decretum, ut iidem Illuſtriſſ. Patres opportunum, & neceſſarium duxerunt, ita inviolabiliter iubent obſervari*. Et idem habetur ex alia declaratione S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium 21. Februarij 1642.
Lezana. pro Regularibus Ruſſiæ, quam ſe vidiſſe teſtatur Lezana *conſult* 40 n. 6.

26. Alph. Leo. Peirin. Gavant. Guaſtin. Barboſa. Supradictam declarationem datam 10. Novembris 1615. referunt Alphonſus Leo *in fin.* 2. *p. de Indulg* Peirin. *tom.* 1. *Privil. Minimorum Conſtit* 2. *Sixti IV. num.* 15. Gavant. *in manual Epiſcop. verb. Confeſſ. num.* 13. Guaſtinus *in ſuo tract. Miſcell. fol.* 240. Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg.* 25. *n.* 30. Scroffa *q.* 36. *art.* 2 Ludov.
Caſpenſis. Caſpenſ. *tom.* 2. *Curſ. Theol. tr.* 24. *de pœnit. diſp.* 5. *sect.* 9. Franciſ. Ceſpedes *de exemptione Regul.*
Bordon. Palaus. Aldanus. Boſſius. Peregrin. *dub.* 110. Bordon. *tom.* 1. *reſol.* 36. *n.* 15. Caſtro Palaus *tom.* 4. *tract.* 23. *diſp. unica, punct.* 15. §. 4. *n.* 14. *fol. mihi* 163. Aldanus *in Comp. Canonum, Reſol. lib.* 1. *tit.* 13. *num.* 5. Boſſius *sect.* 3. *caſu.* 2. *num.* 45. Peregrin. *verb. Abſolutio quoad ſæculares*, §. 2. *in ſcholio.* Qui omnes conſtanter docent, quod facta tali ſuſpenſione generali, Religioſi non tenentur obedire Epiſcopo, cum excedat limites ſuæ iuriſdictionis; ac proinde ſine ullo ſcrupulo poſſunt pergere in Confeſſionibus audiendis, ac ſi talis revocatio non fuiſſet facta.

27. Ceſpedes. Nota etiam cum Ceſpedes, quod cum in dicto Decreto dicatur, *Inconſulta eadem Sacra Congregatione* denotari per hoc, quod etiam ſi cauſa rationabilis ſubſiſteret, id non poſſe fieri, non conſulta S. Congregatione, ut ſuſpendantur omnes Confeſſarij: nam ante Decretum non poterat fieri ſine rationabili cauſa, poſt Decretum verò requiritur iudicium Sacræ Congregationis.

28. Expende etiam quod dicitur, *nullo pacto adimere poſſe.* Dictio enim *nullo pacto* idem importat, ac quod nulla ratione
Alberic. Albericus *in Dictionario, verb. Nullo pacto*, per Text. *in l. pupillus* 24. ubi Gloſſa *ff. quæ in fraudem cred.* Et
Gloſſa. Roland. Tiraquell. traditur non ſpecificata. Rolandus *conſil.* 2. *num.* 411. *lib.* 4. Tiraquellus *in l. ſi unquam, verb. Omnia, num.* 14. Stephanus Gratianus
Gratian. Barboſa. *deciſ.* 51. *num.* 14. Barboſa *tract. de Clauſulis, clauſul.* 92. *num.* 4. & *in tractatu de Diction. dict.* 228. *n.* 6.

29. Lezana. Deinde ut refert M. Lezana *ſecundo tomo, in mari magno Servitarum, num.* 55. §. *Maximè notandum.* Cum Dominus Epiſcopus Biſaurienſis valdè rigidè ſe habuiſſet contra Confeſſarios Regulares, ſuo Decreto anno 1644. Tunc cunctis rebus examinatis Sacra Congregatio ſuis literis obſignatis reſpondens ſtrictè iniunxit D. Epiſcopo, ut circa examen, & approbationem Confeſſariorum Regularium omnino, & ad amuſſim obſervaret declarationes Sacræ Congregationis eiſdem litteris adiunctas. Inter eas erat una diei 16. Ianuarij 1606. in qua declarabatur *Dominos Ordinarios non poſſe facultatem audiendi Confeſſiones omnibus ſimul unius Conventus Regularibus eadem Sacra Congregatione inconſulta adimere.* Quod Decretum datum fuit Romæ die 22. Septembris 1645. & in Typographia Cameræ Apoſtolicæ impreſſum; & hoc maximè procedit ſi in ipſo Epiſcopo ſit aliqua ſuſpicio malevolentiæ, & odij in ipſos Regulares.

Et eſto aliqua cauſa ad ſuſpenſionem ſubſisteret pro uno, vel altero, tamen proſus incredibile eſt ut ſubſiſtat pro omnibus, & quod omnes ſint criminoſi; & univerſitatem non debere condemnari pro crimine, ſeu peccato unius certi, vel incerti, habetur ex Bald. *in* Baldus. 30.
ſpeculata de ſentent. in 17. *col. verſ. Pro peccato, in l. Polla, in l.* 1. *col. ad fin. verſ. Extra quæro, C. de his, qui ut indict.* Bartol. *in l. Sed ſi hac,* Bartol.
§. *Qui manumittitur, de in ius voc.* & *in l. Aut facta, in* §. *fin. in pen. q ff. de pœnis, in l. ſicut poſt.* Gloſſ. *in fine principij, ff. quod uni uni,* & *in l.* 1. *ultim. colum. in verſ. Ultimo*, facit iſta Gloſſ. *ff. quod quiſque* Barrachino *in Repertorio, verb. Univerſitas.*

Et confirmatur: quia in Indiis Occidentalibus, cum D. Ioannes Epiſcopus Angelopolitanus Collegia, ac domos Reverendorum Patrum Ieſu ſuſpenderet ad audiendas Confeſſiones. Re ad Romanum Pontificem delata: in ſuo Brevi *Cum ſicut accepimus* datum Romæ die 14. Maij 1648. ſic ait Innocent X propoſita quæſtione ex Patribus Societatis. Primò *an Epiſcopi in partibus Indiarum poſſint ex integro totum unum Monaſterium, vel Collegium, ab audiendis Confeſſionibus ſuſpendere. Reſpondit Epiſcopos Indiarum poſſe quidem omnibus ſimul unius Monaſterij, vel Collegij Confeſſariis adimere facultatem audiendi Confeſſiones perſonarum ſæcularium etiam inconſulta Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſita, cum Decretum ab ea editum Novembris* 1616. *ex intentione, & convenientia Morali non extendatur ad regiones illas tam longè ab urbe diſſitas; verum ab hac generali ſuſpenſione, qua vix ſine ſcandalo, & animarum pernicie contingere poteſt, abſtinendum eſſe Epiſcopis, niſi graviſſima ſubſiſtente cauſa, ſuper quo Sacra Congregatio illorum conſcientias graviter voluit eſſe oneratas.* Ex qua Conſtitutione pro partibus Indiarum maximè confirmatur noſtra ſententia: nam ſupra citatum Decretum Congregationis, ut omnes Religioſi non poſſint ſuſpendi unius Monaſterij inconſulta Sacra Congregatione, & partes Indiarum maximè diſſent ab urbe; ideo ex interpretativa ratione in illis non procedit citatum Decretum. Congregationis anno 1615. quæ ratio ceſſat in Hiſpania, & Europa. 30.

Quod etiam declaravit Dominus Clem. X.

ſuo

ſuo diſplomate, *ſuprema magni Patris* dato Romæ die 2. Aug. 1670. ubi etiam ait, *Confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul unius Conventus Regularibus Cõfeſſoribus adimi ab Epiſcopo, inconſulta Sede Apoſtolica, nullatenus poſſe.*

Quæſtio VI.

An approbatio abſolutè data ab Epiſcopo, poſſit licitè abſque iuſta cauſa ab eo revocari?

SUMMARIUM.

32 *Proponitur affirmativa ſententia.*
33 *Certiſſima ſententia Regularis abſolutè approbatus abſque iuſta cauſa non poteſt removeri à Confeſſionibus audiendis.*
34 *Probatur ex Pio V. & declarationibus Cardinalium.*
35 *Probatur etiam rationibus, quia approbatio eſt quædam ſententia declarativa.*

32. IDem eſt approbari per examen, ac idoneum reputari. Non agimus in præſentiarum de approbatione, quæ data fuit Regulari cum limitatione temporis ob defectum ſcientiæ, ut dari potuit, & ſupra diximus, ſed tantum difficultas eſt, quando approbatio fuit data abſolutè. Prima ſententia tenet Epiſcopum abſque iuſta cauſa ex ſolo nutu ſuæ voluntatis poſſe approbationem Regularium revocare. Tenet Luyſius *de pœnit. q. 8. art. 1. diſp. 26. dub. 6.* Sancius *in Selectis, diſp. 48. n. 23.* Gaſpar Hurtado *de pœn. diſp. 10. diff. 19.* pro ea citat Vaſquez & Ochog.

Luyſius. Sancius.

33. Tamẽ certiſſimè dicendũ eſt quod Religioſus ſemel approbatus ab Epiſcopo non poteſt ab ipſo validè, abſque iuſta cauſa denuo adveniente, & ad Confectionem pertinente, iterum ad examen vocari, nec facultas audiendi Confectiones ei adimi. Hæc ſententia eſt hodie valdè communis, & recepta, eam tenent, ac tuentur Navarrus, Rodrig. Sorbo, Molfeſ. Miranda, Ioannes à Cruce, quos citant, ac ſequuntur M. Lezana *tom. 2. ſumma, c. 1. n. 16.* Peirinus *de privileg. Minimor. tom. 1. conſtit. 26. Leon X. §. 6. n. 7.* eandem tenent Suar. *de pœnit. diſp. 28. ſect. 8. dub. 7.* Portel. *in dub. verb. Confeſſor. Regular. eiúſque præſentatio, n. 1.* Ioan. Præpoſitus. *3. p. de Sacram. pœnit. q. 8. dub. 3. n. 17.* Villalob. *tom. 2. ſummæ, tract. 9. diffic. 53.* Palaus *p. 4. tract. 23. punct. 18. §. 4. n. 6.* Barboſa *de Officio, & poteſt. Epiſcopi alleg. 86. n. 17.* Tambur. *de iure Abbat. tom. 1. diſp. 15. q. 17.* Diana *3. p. tract. 2. Reſol. 22.* Vidal. *tit. de iuriſd. Inquiſ. 7. n. 32.* Dicaſtil. *diſp. 10. à n. 310.* Baſ. *verb. Confeſſor. 3. n. 18.* Delbene *c. 14. dub. 18. ſect. 12. n. 35.* Tancredo *tract. 1. diſp. 3. q. 53.* Fr. Anton. ab Spir. Sanct. *Director. Confeſſ. tract. 5. diſp. 13. ſect. 51.* *Epiſc.* Barbaſtenſ. *in Paſtorali Regul. 2. p. q. 2. n. 42. tract. 5. de pœnit. diſp. 11. q. 88.* Pellizar. *tom. 2. tract. 8. c. 3. ſect. 2.* Thom. Hurtado *tom. 2. tract. 12. §. dub. 3. n. 2146.* & ſubdit ſententiam contrariam eſſe hodie practicè improbabilem, nulla iuſta cauſa interveniente, revocare Regularibus licentias ad audiendas Confeſſiones à ſe conceſſas, quod etiam declaravit D. Clemens X. in ſuo diplomate dato Romæ die. 2. Auguſti 1670.

Navarr. Rodrig. Sorbo. Molfeſ. Miranda. A Cruce. Lezana. Peyrin. Suar. Portel. Præpoſit. Villalobos. Palaus. Barboſa. Tambur. Diana Vidalius. Dicaſtill. Baſſeus. Delbene Tancredo. Pellizar.

Probatur ex Clementina *Dudum de ſepulturis*, quod ſemel approbatus, ſemper ſit approbatus, ſaltem in eadem Diœceſi; & hoc expreſsè habetur ex Bulla Pij V. *& ſi Mendicanti* anno 1567. inter Bullas hujus Pontificis *num. 41.* & alia Bulla eiuſdem Pontificis, univerſali, quam approbavit Vrban. VIII. in Brevi à ſe edito anno 1629. die 30. Ianuarij. Probatur etiam ex declaratione Sacræ Congreg. 20. Novembri 1615. quam referunt Auctores *ſupra citati q. 5. n. 26.* & inter cætera, quæ ibi retuli, inſuper habet. Domini Cardinales: *Statuunt, ac decernunt Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque Ordinariis locorũ, ad quos Confeſſarius approbãdi ius ſpectat, Confeſſarios Regulares alias ad ipſis liberè approbatos, ab audiendis Confeſſionibus ſuſpendere poſt hac minimè licere; niſi ex nova cauſa, eaquè ad Confeſſiones ipſas pertinente; aut ob non ſervatum interdictum ab ipſis Ordinariis poſitum.* Pro hoc etiam multas alias S. Congregationis declarationes, ac Rotæ deciſiones referunt citatus Barboſa, ac Lezana *in mari magno Servitarum, n. 55.*

Pius V. Vrban. VIII. Barboſa.

Prabatur etiam ratione. Quia approbatio eſt quædam ſententia declarativa de ſufficientia perſonæ, & ſtante eadem ſufficientia, videtur quod non poſſit mutari. Secundo eſt aliena talis mutatio à poteſtate Epiſcopi, quæ non eſt ad deſtructionem, ſed ad ædificationem. Tertiò, talis mutatio eſt iniurioſa; & tollit ius tertij ritè acquiſitum; revocando ſententiam iuſtè, & benè latam. Suar. *tom. 4. ad. 3. p. diſp. 28. ſect. 8. dub. 7.* Peirinus *de Privileg. Minimor. tom. 1. Conſt. 26. Leonis X. §. 6. n. 7.* Diana *3. part. tract. 2. Reſol. 22.* Logo. 34.

Lezana. Suar. Peirin. Diana.

Dixi, nulla cauſa iuſta ſubſiſtente ad Confeſſiones pertinente: nam ſi hæc interveniat, v. g. quod Confeſſarius non dans operam deterior factus eſt in ſcientia, vel aliquem errorem commiſit in adminiſtratione ipſius Sacramenti, tunc bene poteſt Epiſcopus approbationem abſolutè datam revocare. Et ratio eſt manifeſta, quia Epiſcopus ex vi ſui Officij tenetur conſulere ſuo gregi, at ſi ineptum miniſtrum, & Confeſſorem, ab eo nõ removeret, fineret perire ſuum gregem, quod non eſt dicendum, ita Suar. *ſupra citatus*, Lugo *diſp. 31. n. 65.* Dicaſtillus *diſp. 10. num. 306.* Præpoſitus, Bauny, Peirinus, quos citat, & ſequitur Diana *6. p. tract. 7. Reſol. 62.* 35.

Suar. Lugo. Dicaſtill. Præpoſit. Diana.

Sæpè quæſitum fuit à me, an idem iudicium ferendum ſit de Confeſſario approbato ab Epiſcopo per examen, ac ab ipſo Epiſcopo approbato, ut idoneo, ac ſufficienti, quia ita aliàs cognoſcitur, vel ſupponitur. Reſpondeo affirmativè quia Concilium Trident. *ſeſſ. 23. cap. 15.* ait, quod nullus reputetur idoneus ad adminiſtrandum Sacramentum Cõfeſſionis: *Niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur.* Requirit Concilium examen, aut quod idoneus iudicetur, ac proinde unum æquivalet alteri, ut Sacerdos admittatur ad Confeſſiones audiendas, & idem eſt quod habeat examen, ac quod iudicetur idoneus. Riccius *in praxi aurea. Reſol. 21.* Regivaldus *lib. 1. n. 197.* Coninch. *tom. 2. diſp. 8. n. 49.* Fagundez *de precept. 7. c. 2. n. lib. 70.* 36.

Trident. Riccius. Reginald. Coninch. Fagundez.

Quæstio VII.

Vtrum approbatio data Regularibus ad beneplacitum, poſſit ſine cauſa revocari ab Epiſcopo?

SUMMARIUM.

37 *Affirmant aliqui.*
38 *Oppoſita ſententia eſt vera, & tenenda.*
39 *Epiſcopus non dat Regularibus iuriſdictionem, ſed tantum ſententiam de ſufficientia.*
Explicatur declaratio Sacra Congregationis. Ibid.

37. PArtem affirmantem tenent Card. Lugo *de pœnitentia, diſput.*11. *num.*63. Trulleneh. *in Cruciatam, lib.*1. §.7. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.*5. Pellixarius *tom.*2. *tract.*8. *cap.*3. *ſect*....*num.*47. Horum præcipuum fundamentum eſt quædam declaratio S. Congregationis.

38. Oppoſita ſententia, & ſimpliciter vera eſt tenenda, cámque tuentur omnes Doctores, quos *ſuprà, quæſt.*3. citavi, aſſerentes Epiſcopum non poſſe validè, & licitè dare approbationem Regularibus cum limitatione ſine cauſa, & in terminis pro noſtra conclusione pugnant, & ſtant cum Henriquez, Miranda, Peirinos, Coninch, Portel, quos citat: & ſequitur Delbene *tom.* 2. *cap.* 14. *dub.* 18. *ſect.* 11. *num.* 38. Baſſeus *verb. Confeſſar.*3. *num.* 18. Fagundez *precept.* 2. *lib.* 7. *cap.*2. *num.*31. & 65. Paſqualigus *deciſ.*500. *quæſt.* 85. *num.* 7. Thomas Hurtado *tom.* 2. *tract.* 12. *num.*2149. Leandrus *tract.*5. *de Pœnitentia, diſp.*11.*quæſt.*90.M. Fr.Anton.ab Spiritu Sancto *in Director.Confeſſ. tract.*3.*diſp.*13. *ſect.*11.*n.* 886.

Henriq. Miranda. Peirin. Coninch. Portel. Delbene. Baſſeus. Fagundez. Paſqualig. Hurtado.

39. Fundamentum huius concluſionis deſumitur, ex his, quæ dixi *ſuprà, quæſt.*1. *num.*2. licentiam, & iuriſdictionem ad audiendas Confeſſiones Regularibus non dat Epiſcopus, ſed Summus Pontifex, ut patet ex Clement. ſæpè citata *Dudum*; Epiſcopus autem tanquam Legatus Sedis Apoſtolicæ confert, & dat approbationem, & iudicium, ſeu ſententiam quoad ſufficientiam, & idoneitatem; ergo data hæc ſententia de ſufficientia perſonæ, non poteſt ad libitum revocari, deinde legatus cum functus eſt ſuo Officio expirat eius iuriſdictio. Ex quo bene ſequitur, quod approbatio data ad beneplacitum ſtante ſufficientia perſonæ, non poteſt pro libito revocari. Vnde ait Thomas Hurtado citatus, explanans mentem Sacræ Congregationis ait, quando dixit, quod Ordinarij poſſunt revocare licentias Regularibus conceſſas ad beneplacitum, intelligendum eſt, quando ſubeſt rationalis cauſa pertinens ad Confeſſionem, ut explicavit Vrbanus; necnon declarationes Cardinalium ſuo tempore editæ. Ita Thomas Hurtado.

Hurtadus. Vrban.VIII

Quæstio VIII.

Vnde conſtare poteſt quod Epiſcopus, quod abſit, ex odio, & malevolentia erga Regulares, eorum licentias revocet, vel cum limitatione temporis, loci, aut perſonarum concedat.

SVMMARIVM.

40 *Revocatio, & limitatio ſine iuſta cauſa eſt nulla.*
41 *Vnde colligatur malevolentia, vel odium Epiſcopi.*
6 *Acta ex tali malevolentia ſunt nulla. Ibid.*

SÆpe diximus, quod Epiſcopus non poteſt. ſiné iuſta cauſa revocare facultates datas Religioſis ad audiendas Confeſſiones, vel concedere cum limitatione temporis, loci, ac perſonarum ſine iuſta cauſa, quæ eſt inſcientia, ſeu inſufficientia Confeſſarij, vel aliquod crimen commiſſum in ordine ad Confeſſionem, alias talis revocatio, & limitatio eſt nulla. 40.

Et maximè talis limitatio, ſeu revocatio eſt nulla, ſi fiat ex odio, ſeu malevolentia Epiſcopi, quod ex multis capitibus conſtare poteſt, ſi contra Religioſos convitia jaciat, ſi de Religioſis detrahat, ſi de eis malè, vel cum contemptu loquatur, ſi ſine limitatione approbet Clericos ſæculares, vel alios Religioſos, ſi cum prædictis limitationibus omnes Religioſos approbet; valdè incredibile eſt ex omnibus Regularibus nullum reperiri idoneum, ut talis facultas detur ei abſolutè, & ſine limitatione, & idem etiam aſſerendum eſt, ſi indifferenter cum talibus limitationibus, vel ad beneplacitum approbat omnes Religioſos doctos, & indoctos, Magiſtros, ac ſimplices: nam in his magnum eſt diſcrimen, & recta ratio diverſum iudicium exigit, ut tenent Sotus, Veiga, Rodriguez, Ledeſma, Angel. Graffius, quos citant, ac ſequuntur Fagundez *precept.*2. *lib.*7.*cap.*2.*num.*16. Peirinus *de ſubdito, q.*25.§.2. *verſ. Reſpondeo*. Pellixar. *tom.* 2. *tract.*8. *cap.*3. *ſect.*2.*n.*27. Qui omnes docent, quod nec approbatio cenſetur revocata, nec approbatio limitata, ac proinde quod Regularis ita ſe debet habere, ac ſi eius approbatio nec fuiſſet revocata, nec limitata. Peirinus, Pellixar. 41.

Sotus. Veiga. Rodrig. Ledeſma. Angelus. Graffius. Fagundez. Peirin. Pellixar.

Quæstio IV.

Vtrum novus Epiſcopus ſine rationabili cauſa poſſit approbationes datas Religioſis revocare, eoſque iterum ad examen vocare?

SVMMARIVM.

42 *Quæſtio eſt de approbatione data abſolutè.*
43 *Sententia affirmativa.*

44 Senten

44 *Sententia negativa vera, & tenenda.*
Concilium Tridentinum in nullo contrariatur Clementina. Ibid.
Privilegia Regularium ampliſſimè interpretanda. Ibid.
45 *Legati cum adimplent ſuum Officium, ſpirat eorum juriſdictio.*
46 *Conſtitutio Pij V.*
47 *Privilegia juris non revocantur per clauſulas generales, alia ſecunda, & tertia ſolutio, num.48. 49.*
50 *Satisfit declarationi Cardinalium, & Decreto Clementis X.*

42. NOn loquimur in præſenti, quando approbatio eſt data ſecundum quid, & ad tempus, ſed de approbatione data abſolutè, v. g. donec ſua Illuſtriſſima D. præcipiat contrarium, vel alia ſimili forma data; nec loquitur quando novus Epiſcopus revocat omnes licentias omnium Religioſorum unius vel multorum conventuum, quia tunc talis revocatio eſt nulla, ut jam ſupra dixi *quaſt.* 5. & talis revocatio in nullo eſt obſervanda, ac tenenda.

43. Affirmativam ſententiam tenent Suarez
Suarez. *tom.* 4. *de Pœnitentia, diſput.* 28. *ſect.* 8. Cardi-
Lugo. nalis Lugo *de pœnitentia, diſput.* 21. *ſectione* 3.
Sancius. *num.* 63. fortiter Sancius *in Selectis, diſp.* 48.
Riccius. *per totam.* Riccius, Zanardus, Miranda, Cam-
Zanard. panilus, quos citant, ac ſequuntur Fagundez
Miranda. *precept.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 30. Diana 3. *part.*
Campanil. *tract.* 2. *Reſolut.* 27. & 4. *part. tract* 4. *Reſol.* 200.
Fagundez. pro hac parte refert declarationes Cardina-
Diana. lium. Tancredo *tract.* 1. *diſp.* 2. *q.* 49. Epiſcopus
Tancred. Barbaſtenſis *in Paſtorali Regular. part.* 2. *q.* 20. *num.* 19. & 37. Lezana *tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 7. Gaſpar Hurtado *tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 1. §. 2. *dub.* 3. *num.* 238.

44. Valdè probabile quod novus Epiſcopus abſque juſta cauſa ad Confeſſiones pertinente non poteſt revocare approbationem datam Religioſis à ſuo anteceſſore, nec eos denuo ad examen vocare. Pro hac concluſione ſtant multi graves Auctores: nam Barcinone impreſſum eſt quoddam conſilium anno 1618. & habetur in fine explicationis Bullæ Cruciatæ Emmanuelis Rodriguez, de quo facit mentionem Diana *ſupra citatus*, quòd ſubſcriptum fuit à 29 Doctoribus valdè eminentibus in Academia Salmanticenſi tam in Theologia, quam in utroque jure Canonico, & Cæſareo: & etiam de hac re lingua Hiſpani-
ca contra Archiepiſcopum Toletanum do-
Carranza. ctiſſimum Tractatum edidit Sapientiſſimus
Alphonſus Carranza, qui maximè approbatus, & laudatus eſt à multis, ac doctiſſimis Viris totius Hiſpaniæ; & hanc noſtram ſen-
Rodrig. tentiam conſtanter tenent, ac tuentur Rodri-
Corduba. guez *tom.* 1. *Reg. quaſt.* 59. *art.* 4. Corduba *in Additionibus ad Compendium Titel. Præſentatio Confeſſ.* Soto *in* 4. *diſtinct.* 18. *diſt.* 14. *quaſt.* 4.
Ledeſma. *art.* 3. Ledeſma *in ſumma,* 1. *part. cap.* 13. §. 572.
Hieron. Hieronymus Rodriguez *Reſol.* 32. *num.* 4. Joan.
Cruz. de Cruce *lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 4. *col.* 4. Villalob.
Villalobos. *tom.* 1. *tract* 9. *diff.* 53. *num* 6. M. Lezana *in con-*
Lezan. *ſultis, conſulto* 4. *n.* 56. 57. & deinceps. Joannes Lignano, quem refert, & ſequitur Dicaſtillus
Leandrus. *diſp.* 10. *num.* 318. Leandrus *de pœnitentia,*
Vivaldus. *diſp.* 11. *q.* 91. Vivaldus 1. *p. de Abſolution. fol.*
Sylveira Opuſcula.

mihi 122. ubi pro hac parte citat Navarrum Navarr.
cap. 27. *num.* 26. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 7. M. Fr. Henriq.
Antonius ab Spiritu Sancto *in Directorio Con-* Fr Anton.
feſſor. tract. 5. *diſp.* 13. *ſect.* 12. *n.* 891.

Probatur ex his, quæ dixi *ſuprà, quaſt.* 2. 45.
Religioſi Mendicantes habent privilegium à jure ex Clementina *Dudum de ſepultur.* & etiam ex Extravaganti *Frequentes de Iudiciis,* & ex aliis privilegiis, ut ſemel approbatus ſemper maneat approbatus, & cum ſit privilegium inſertum in corpore juris, ac Concilij Generalis Viennenſis non derogatur per Generalem diſpoſitionem, ut ſtatim dicam; deinde Clementina *Dudum* citatur ad marginem Concilij tanquam ſi ipſum Concilium ad
eam referatur. Deinde Concilium Tridenti- Trident.
num *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. in nullo contradicit Clementinæ de ſemel approbato. Ergo Clementina eſt in toto ſuo vigore. Conſequentia eſt bona; antecedens probatur. Quia Tridentinum diſponit, ut Regularis non audiat Confeſſiones, niſi obtenta approbatione Epiſcopi, atqui etiam dicta Clementina hoc diſponit, Concilium autem non determinat, quod approbatio ſit multiplex, ergo non contradicit Clementinæ, quæ requirit unam approbationem.

Confirmatur Primò. Quia hæc diſpoſitio 46.
eſt diſpoſitio quæ tollit jus Tertij; reſcriptum autem quod tollit jus Tertij ſtrictè eſt interpretandum, *l.* 2. §. *Merito. ff. ne quid in loco pu-*
blico: tenent Doctores, quos citat Azor. *tom.* 1. Azor.
Inſtitut. lib. 5. *cap.* 23. Confirmatur ſecundò; quia privilegia Religionum in his, quæ non ſunt contra Canones ampliſſimè interpretanda ſunt, cum ſint beneficia Summi Principis, *l. Beneficium, ff. de Conſtitutionibus Principum, C. olim, de verborum ſignific. Cod. dilecti, ad finem, de donationibus, cap. Quia circa de privil.*
Ita Orlandus *conſil.* 300. *n.* 4. Alexander *vol.* 2. Orland.
conſil. 160. *num.* 4. Decius *in cap. Cum acceſ-* Alexand.
ſiſſent, & de hac re extat Conſtitut. Alexan- Decius.
dri VI. conceſſa Relig. S. Benedicti anno 1501.
refertur *in Compendio Societ. verb. Privilegium.* Compend.
Ubi Pontifex diſponit, quod privilegia Religionis, ampliſſimè interpretentur, ergo conceſſio facta in Clementina ampliſſimè explicanda.

Probatur ſecundò, ex his, quæ dixi *q.* 1. *n.* 2. 47.
Religioſis juriſdictionem audiendi ſolus dat Papa, utpote ejus verus Prælatus; Epiſcopus autem eam non confert, ſicut confert ſuis Clericis, ſed per reſpectum ad Religioſos ſe habet tanquam delegatus, ut dixi proximè citato loco; atqui ſi Epiſcopi in hoc negotio non ſe habent tanquam Prælati, ſed tanquam legati, certum eſt, quod legatus, ubi primum functus eſt ſuo Officio, ſtatim tota ejus juriſdictio ſpirat, *cap. Venerabilis, cap. In his literis de Officio; & poteſtate delegati*; ergo ſi Epiſcopi ſunt tantum delegati in hoc negotio, ubi primum adimplent ſuum munus, ſtatim eorum poteſtas expirat; ergo ad aliquid innovandum requiritur nova poteſtas, quæ eis à Concilio non datur. Et confirmatur, quia privilegia Regularium, ſunt privilegia remuneratoria, ut jam dixi *ſuprà, quaſt* 2. *num.* 12. Atqui privilegium remuneratorium non derogatur per clauſulas communes, & generales, ſed ſpeciales, ac individuales.

Reſpondetur indulto Pij Quinti.

48. Pius V.

Venit communis difficultas contradicta ex indulto Pij V. quòd incipit: *Romani Pontificis*; anno 1571. & refertur 2. *tom. Bullarum*, & eſt Bulla 133. ubi ait Pontifex. *Volumus tamen eos, qui ſemel ab Epiſcopis ſuis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Epiſcopo non poterunt iterum examinari; ab Epiſcopo autem ſucceſſore pro maiori conſcientia ſua quiete examinari denuo poterunt.* Ergo ſucceſſor videtur, quòd poterit iterum eos examinare.

49.

Primò reſpondetur, quòd hoc indultum nihil facit contra mendicantes, quia eſt indultum in forma communi cum clauſulis generalibus, privilegium autem mendicantium eſt de iure communi, utpotè pro Dominicanis, & Franciſcanis, in Clementina *Dudum*. Pro Carmelitanis, & Auguſtinianis in Extravag. *Frequentes de iudiciis*. Atqui ius commune non derogatur per clauſulam generalem, ut eſt certum in iure, *l. Hæres abſens, ff. de iudiciis, l. Præcipimus, C. de Appellationibus, C. cùm expedias de electione, in 6.* tenet Fillinus *cap. 1. de reſcriptis, num.* 12. Navar. *lib. 3. conſil.* 87. *tit. de Regular.* Sanchez *lib. 3. de Matrim. diſput.* 26. *n.* 7. ubi multos Doctores citat. Rodrig. *tom.* 1. *quæſt.* 59. *art.* 2. Miranda *tom.* 1. *quæſt.* 45. *art.*.. Ergo cum talia privilegia ſint de iure, non derogatur per clauſulam generalem.

Fillinus. Navar. Sanchez. Rodrig. Miranda.

Greg. XIII. Bullarium.

Secundo reſpondetur, quòd Greg. XIII. in ſua bulla, quæ incipit: *In tanta rerũ*, data ann. 1573 refertur in Bullario Rodrig. Inter bullas huius Pontificis eſt Bulla 38. ubi Gregorius XIII annullavit, & irritavit omnia, quæ Pius V. conceſſerat contraria iuri antiquo, Concilio Tridentino, aut litteris antea legitimè datis, & ea omnia reduxit ad terminos antiqui iuris Concilij Tridenti, aut litterarum antea legitimè datarum; ſed ſic eſt, quod dictum Decretum Pij V. contrariatur diſpoſitioni iuris in Clementina *Dudum*, quod ſemel approbatus, &c. quòd eſt pro Dominicanis, ac Franciſcanis, & in Extravag. *Frequentes de iudiciis*, pro Carmelitis, & Auguſtianis. Ergo Greg. XIII. reducendo omnia Pij V. ad terminos iuris, reduxit etiam hanc conſtitutionem, & ſic remanet diſpoſitio antiqua: *Quòd ſemel approbatus ſemper ſit approbatus.*

50.

Et confirmatur etiam, quia Greg. XIII. annullavit, & irritavit dictum Decretũ Pij. V. prout contrariabatur litteris antea legitimè datis, atqui multæ extant litteræ legitimè datæ ante Pium V. in quibus eis conceduntur privilegia mendicantium, ergo Gregorius reducendo ad terminos antiquos ipſarum literarum, habent & permanent in ſuo antiquo vigore, & gaudet de privilegio *ſemel approbatus.*

Gloſſa. Menoch. Pacianus. Marius.

Tertio reſpondetur. Quia talis conceſſio Pij V. cum illa limitatione, *Pro maiori ſua conſcientia quiete*, eſt conceſſio qualificativa, & ubi ratio legis deficit, deficit ejus diſpoſitio. Gloſſ. *verb. Avocandum in l. Mancip. ff. de ſervis. fugit.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 15. *num.* 74. Fulvius Pacianus *de probat lib.* 2. *c.* 14 *num.* 8, Marius Antonius *variar. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 82 *num.* 1. etiamſi ipſa ratio legis in caſu particulari deficiat *l.* 4, *§. Toties ff. de damna, in fer. l.* 1. *§. loquitur. ff. de aqua quotid. cap. indemnitatib. §. pen. de elect. in* 6. Caldas Pereira *conſ.* 30. *num.* 39. *verb. Quamobrem illa qualitas.* Barboſa *in Axiomat. iuris, axiomate* 196. *num* 7. Deinde ut eſt ſatis vulgare, omnis lex rationabiliter, ac prudenter eſt interpretanda. Tunc ſic. Quoad aliquos Religioſos doctos, literatos, ut magiſtros, lectores, ac bonos prædicatores bonæ & probatæ vitæ, conſcientia novi Epiſcopi debet eſſe prudentialiter quieta, & ſecura rationabiliter, cum ergo in eis deficiat ratio legis, quæ eſt pro quieta conſcientia, deficit etiam ipſa diſpoſitio legis.

Caldas. Barboſa.

51. Declaratio.

Opponitur etiam 2. Quædam Cardinalium declaratio, quæ ita habet, *Congregatio Concilij cenſuit Regulares ad audiendas, in civitate, & diœceſi ſæcularium confeſſiones ſemel ab Epiſcopo prævio examine approbatos, iterum ab eodem Epiſcopo non eſſe examinandos, cæterum à ſucceſſore poſſe utique examinari iuxta conſtitutionem ſanctæ memoriæ Pii V. datum 8. Idus Auguſti. Pontificatus illius anni* 6. quæ non eſt revocata per reductionem privilegiorum ad terminos Concil. Trident. per S. D. Gregorium XIII. quæ declaratio ut authentica refertur à Cardinali Garrafa. Quaranta, *verb. confeſſor.* Confetio *in ſummario tit.* 17. *c.* 5. Barboſa inter declarationes ad Tridént, *ſeſſ.* 23. *cap.* 15.

Garrafa. Quaranta. Confetio. Barboſa.

52.

Reſpondetur: Primò. Quòd declarationes Cardinalium non poſſunt derogare id, quod eſt de iure, præcipuè cum in ipſis declarationibus nulla ſit clauſula ſpecifica. Secundò, quod declarationes Cardinalium, quæ fiunt inconſulto Pontifice, quamvis habeant magnam auctoritatem, tamen non poſſunt facere ius, nec excedunt auctoritatem Doctorum particularium, ut tenent Rodriguez *tom.* 1. *regul. quæſt.* 51. *art.* 2. Ledeſma *tom.* 1. *ſumma tract. de Pœnitent. cap.* 13. *dub.* 7. *fol.* 2. *ad* 3. *Argum.* & ex deciſionibus Rotæ idem habet Vaſq. 1. 2. *quæſt.* 97. *art.* 3. *diſp.* 187. *num.* 74. Fundamentum eſt, quia Sixtus V. in ſua bulla, & refertur *in* 2. *tom.* Bullarij, & inter bullas hujus Pontificis eſt 74. ait: *Cardinalibus deputatis executioni, & interpretationi Concilij Tridentini, ſi quando in his, quæ de morum reformatione, diſciplina, ac moderatione Eccleſiaſticis iudiciis difficultas emerſerit, interpretandi facultatem, nobis tamen conſultis impartimur.* Cùm ergo illa declaratio non ſit facta conſulto ſummo Pontifice, ad derogandum ipſum ius, præcipuè cum de hac re extet conſtitutio Gregorij XIII. reducentis omnia facta à Pio V. in quo prædicta declaratio fundatur ad terminos iuris antiqui, contra quam declaratio Illuſtriſſimorum Cardinalium non poteſt habere vim.

Rodrig. Ledeſma. Vaſquez. Rota.

53.

Nec etiam cum his obſtat Decretum Clementis X. datum die 2. Auguſti 1670. in quo declaratur, quòd Religioſi poterunt iterum examinari à ſucceſſore, non obſtante quocumque privilegio, etiam incluſo in iure, quia tale Decretum, ut audio, non eſt promulgatum in Hiſpania, nec in Luſitania, quòd eſt neceſſarium, cùm ſit Decretum privilegij derrogatorium ut in præſenti reſolutum fuit à viris doctiſſimis, inſuper quia de illo nobis non conſtat authentice, tamen ſtante ſucceſſoris derogatione, ſecurius eſt iterum examinari.

QVÆ

Quæstio X.

An approbatus ſemel in una diœceſi habeatur ubique approbatus?

SMUMARIUM.

53 *Quæſtio non procedit de ſacerdote ſæculari,*
54 *Prima ſententia, & communis negat.*
55 *Secunda affirmat.*
56 *Invalido nititur fundamento.*
57 *Ponitur Caſtro Palaus cum ſua ſententia.*
58 *Refertur Decretum Innocentij X. pro Epiſcopo Indiarum.*
59 *Vera, & certa ſententia eſt negativa.*

53. NVlla difficultas eſt in hoc de ſacerdote ſæculari, cum ſuam iuriſdictionem accipiat ab Epiſcopo, ſed tota difficultas eſt de ſacerdote Regulari, qui non ab Epiſcopo, ſed à Papa accipit ſuam iuriſdictionem, ut iam dixi *quæſt.* 1.

54. Prima ſententia, & communis tenet, quòd
Navarr. approbatus in uno Epiſcopatu, non ſit ap-
Sylveſt. probatus pro omnibus. Ita Navarr. Sylveſter,
Rodrig. Rodriguez, Miranda, Fagundez, Vivaldus,
Homobonus, Cooinch, Veiga, Villalobos,
Hurtado. Sella, quos citat, ac ſequitur Thomas Hurtado *part.* 2. *tract.* 52. *cap* 1. *num.* 2007. Epiſco-
Barbaſten. pus Barbaſten. *in paſtorali regularium part.* 2.
quæſt. 9. *per totam.* Tancredo *tract.* 1. *diſp.* 2.
Tancredo. *quæſt.* 52. Suar. *de pœnit. diſp.* 18. *ſect.* 6. *&* 7. *n.* 3.
Suar. Vaſquez. *&* 8. Vaſq. *quæſt.* 93. *art.* 3. *dub.* 4. Lugo *diſp.* 21.
num. 29. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 2.
allegat. 25. *num* 59.

55. Oppoſitam ſententiam, quòd approbatus in
uno Epiſcopatu ſit vbique approbatus, docent
Henriquez. Corduba *quæſt.* 10. *ad* 2. Henriquez *de pœni-*
Coninch. *tentia, lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 7. Coninch. *diſp.* 8. *dub.* 7.
Propoſit. *num.* 53. Præpoſit. *in* 3. *part. quæſt.* 8. *de Sacram.*
Bauny. Monſius. *pœnitent. dub.* 4. *num.* 21. Stephan. Bauny *in*
Amicus. *Theolog. Moral. part*, 1. *tract.* 4. *quæſt.* Montius, Merina, quos referunt, & ſequuntur Frat.
Martinus à S. Ioſeph *fol. mihi* 547. Amicus *de*
pœnit. diſp. 15. *ſect.* 3. *num.* 123. Baſſæus *verb. Con-*
Leander. *feſſor.* 3. *num.* 19. Antolines. Leander à Murtia
Diana. probabilem dicit, ut refert Diana *p.* 10. *tract.* 17.
Reſolut. 23.

56. Fundamentũ huius ſententiæ petitur ex conceſſione Clementis VII. ſed hoc revocatum eſt
Vrban. VIII ab Vrbano VII. cùm aliis in ſua Conſtitut.
Cùm ſicut accepimus. In qua revocat omnia privilegia audiendi confeſſiones abſque examine, & approbatione Epiſcopi Diœceſani,
Peirin. eamque refert Peirinus *tom.* 3. *Privileg. p.* 358.
Nec etiam eidem opinioni ſuffragatur alte-
Quaranta. rum conceſſum à Sixto V. relatum à Quaranta *verb. Confeſſor.* Presbyteris Congregationis Oratorij, qui Romæ approbati ad confeſſiones audiendas, non debent examinari extra Vrbem à locorum ordinariis, quibus ſufficit præſentare eorum licentias Romæ datas: & quamvis memoratum privilegiũ utile ſit præ-
Bordon. dictis Patribus Oratorij, & ut notat Bordonius *tom.* 1. *reſol.* 6. *num.* 2. Cùm ipſi non ſint verè Religioſi, cùm non emittant tria vota, quamvis habeant communem menſam, inde prædictum privilegium non communicatur alteris non Religioſis, quia communicatio privilegiorum, ſolùm datur inter Religioſos.

Caſtro Palaus. 4. *part. tract.* 23. *de ſacram* 57.
diſp. unica punct. 19. §. 4. ait probabile eſſe, appro- Palaus.
batum ab uno Epiſcopo, mutatione domicilij approbationem non perdere, quia approbatio eſt quoddam iudicium authenticum de idoneitate perſonæ, quòd ſemel factum perſeverat, dum retractum non eſt, neque à ſubiectione actuali Epiſcopi, à quo receptum eſt, pendere videtur, ſicut non pendet gradus Doctoratus; ac Magiſterij in univerſitatibus recepti, à ſubiectione eorum à quibus recepti ſunt, neque contrariam declaravit Sacra Cardinalium congregatio, dum dixit: *in diœceſi Valentina non cenſeri approbatum, qui ab alio, quam ab Epiſcopo Valentino eſt approbatus,* quia intelligi debet de approbatione iuriſdictionem concedente, hæc enim in diœceſi Valentina ab alio concedi non debet, niſi ab Epiſcopo Valentino, & hæc ab Epiſcopo datur clericis ſæcularibus, nam Regularibus ſolus dat Papa, *ut dixi. q.* 1. *n.* 2.

Contra hanc ſententiam inſurgit Diana 58.
part. 10. *tract.* 14. *Reſol* 23. propter quandam bullam Innocentij X. in cauſa Epiſcopi Angelopolitani, anno 1648. In qua bulla ad nonum ſic reſpondet Pontifex. *Ad nonum dubium. Regulares in una diœceſi approbatos nequaquam poſſe in alia diœceſi confeſſiones audire ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani* Tamen
hoc breve, ut notat Lezana *in conſiliis con-* Lezana.
ſil. 113. tantùm procedit pro Epiſcopo Angelopolitano in Indiis Occidentalibus, ad ſedandas lites, & ſcandala inter prædictum Epiſcopum, & Patres Societatis, & ideò ad alias terras non eſt extendendum.

Tamen ſimpliciter dicendum eſt cum pri- 59.
ma ſententia, valde incredibile videtur, quòd approbatus ab uno Epiſcopo, ſit approbatus pro toto orbe, & quòd unus Epiſcopus valeat approbare pro toto orbe, hoc eſt contra communem praxim totius Eccleſiæ, & cõtra Conſtitutionem Vrbani VIII. anno Domini 1628. in qua revocat omnia privilegia, & licentias audiendi confeſſiones ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani, & idem, ut Vrbanus præcipit, Sanct. D. Clemens X. in ſua Conſtitut. anno 1670. die 2. Auguſti.

Quæstio XI.

Vtrùm poſſit Epiſcopus punire Regularem, qui ab ipſo approbatus cum limitatione temporis, vel perſonarum virtute Bullæ, vel Iubilæi, audit extra limites?

SVMMARIVM

60 Status *quæſtionis.*
61 *Barbaſtrenſis affirmat.*
62 *Negativa ſententia eſt vera, & certa.*
63 *Intuitu Iubilæi, vel Bullæ Confeſſor agit iuriſdictione non accepta ab Epiſcopo, ſed à Papa.*

60 QVæſtio præſens eſt, verbi gratia approbavit Epiſcopus Regularem pro certo tempore, verbi gratia pro uno anno, vel pro viris, & non pro fœminis, ſi virtute bullæ, vel iubilæi eligatur, an velit Epiſcopus ipſum punire, & idem eſt ſi approbatus in Archiepiſcopatu Eborenſi eligatur in alio Epiſcopatu, virtute ipſius bullæ, vel iubilæi.

61. Barbaſtrenſ. Barbaſtrenſis in ſuo Paſtorali Regularium *quæſt.*10 *num.*7 aſſerit Epiſcopum punire poſſe etiam Eccleſiaſticis cenſuris regularem, qui in ſuo Epiſcopatu audit confeſſiones ſæcularium ſine eius approbatione, quamvis alias in alio Epiſcopatu ſit approbatus. Hæc ſententia eſt omnino falſa, & nullum pro ſe habet fundamentum, maximè in eo quòd dicit poſſe Epiſcopum procedere contra regularem Eccleſiaſticis cenſuris, cùm nullo modo poſſit niſi in caſibus expreſſis in iure, ut eſt certum, & dicam infra cum de excommunicatione fuerit ſermo.

62. Dicendum eſt, quòd talis Religioſus nullo modo, nulloque pacto poteſt puniri ab Epiſcopo, non ſolùm cenſuris, ut iam dixi, ſed etiam nulla alia pœna, nec Regularis tenetur in talibus Epiſcopo obedire. Ita Ioannes Sanchez *in ſelectis*, *diſp.*44. *num.*27. & 28. Baſſæus *verb. Confeſſar.* 3. *num.* 19. Diana 3. *p. tract.*2. *Reſol.*93. Pellizar. *tract.*8. *cap.*3. *n.*29. M. Frat. Antonius à Spiritu ſancto *director. Confeſſor. tract.*5. *diſp.*13. *ſect.*43. *num.* 898. Et ratio eſt, quia iſte talis confeſſor ſimpliciter eſt approbatus, quòd Iubilæum, vel bulla requirit, & inde corruit totum fundamentum Barbaſtrenſis. Deinde, quia Regularis in tali caſu operatur ſecundum opinionem probabilem, ut patebit ex quæſt. ſequenti, qui autem operatur ſecundum opinionem probabilem, operatur bona, & tuta conſcientia abſque culpa, ut patet ex his, quæ docent Theologi in materia de conſcientia; ergo nulla pœna dignus eſt, quia pœna ſupponit culpam, & ubi nulla culpa, nulla eſt pœna, Confirmatur, quia facta prohibitio Regulari de non audiendis fœminarum confeſſionibus, verbi gratia, debet explicari, ut locum habeat quantum ad iuriſdictionem commiſſam ab Epiſcopo, ſive Prælato Regulari, non autem quantum ad eam, quæ ipſi delegatur à Papa, & datur confeſſariis virtute bullæ, vel Iubilæi.

Ioannes. Sanchez Baſſæus. Diana. Pellizar. Fr. Anton.

QUÆSTIO XII

An ſimpliciter approbatus in uno Epiſcopatu poſſit per bullam, vel Iubilæum eligi in quocumque alio loco, ſicut & ille, qui limitatè in uno loco eſt approbatus?

SUMMARIUM.

63 *Nomine ordinarij non veniunt Prælati Regulares.*
64 *Senentia negativa.*
65 *Vera, & communis ſententia affirmativa.*
66 *Explicat rem Boſſius.*
67 *Ratio pro noſtra ſententia.*
68 *Ad declarationes Cardinalium reſpondetur*

63. SVppono ut certum Regularem approbatum à ſuo Prælato tantùm non poſſe eligi per Bullam Cruciatam, quia ſub nomine ordinarij non intelliguntur Regulares Prælati, ut Abbates, Generales, ſeu Provinciales; ſicut etiam non intelligitur approbatus ab Epiſcopo titulari, quia hic non dicitur ordinarius, ut ex Nugno notat Diana *part.* 5. *tractat.*11. *Reſolut* 7. Nugnus. Diana.

Quòd approbatus ab ordinario in una diœceſi non valeat per bullam, vel Iubilæum eligi in alia, tenent Vaſquez, Villalobos, Layman, Zerola, Beja, Campanil. à Coſta Gutierrez, & alij quos referunt Diana *part.*1. *tractat.*11. *Reſol.*7. Candidus *diſquiſit.*24. *art.*64.

65. Valerius. Pottel. Henriq. Ledeſma. Oppoſita ſententia mihi videtur vera, pro ea ſtant Ioan. Valerius, Pottel, Henriquez, Ledeſma, Fai, Llamas, Fernandes, Nugnus, Coninch, Ioannes de la Cruz, Filliucius, Reginaldus apud Dianam, & Candidum. Delbene *tom.*2. *cap.*14. *dub.*18. *ſect.* 13. *num.*5. Thomas Hurtado *tom* 2. *tract.*12. *cap.*1. *dub.* 5. *num.*2041. & 2056. Leandrus *de Sacram. pœnitent. diſp.*11. *quæſt.*70. Baſſæus *verb. Confeſſor.*3. *num.*14. Boſſius *de pœnitent.* §.7. *num.* 215. & ſic ait.

66. Concedente bulla, vel Iubilæo, privilegio Pontificis facultatem eligendi confeſſarium approbatum ab ordinario, ſacerdos ſive ſæcularis, ſive Regularis ſemel abſolute approbatus à ſuo ordinario Epiſcopo, ſive ille Epiſcopus ſi originis, ſive beneficij, ſive domicilij, ſive ſit Epiſcopus pœnitentis, ſive confeſſarij, ſive loci ubi audiuntur confeſſiones, & conſequenter à quocumque Epiſcopo, ſeu ordinario ſimpliciter approbatus, virtute bullæ, & Iubilæi. vel privilegij, poteſt ubicumque terrarum licitè, & valide eligi ſaltem quoad forum conſcientiæ; ita Boſſius, & ſimpliciter Baſſæus.

67. Ratio pro noſtra ſententia eſt, quia bulla non requirit aliud, niſi quòd confeſſarius ſit approbatus ab ordinario, ſed qui in aliquo loco eſt approbatus ab ordinario, verè, & ſimpliciter eſt approbatus ab ordinario, ergo eſt eligibilis per bullam, nam ſi aliàs requiritur quòd ſit approbatus ab ordinario loci nullum privilegium conceditur in bulla.

68. Valerius. Ad quandam declarationem Cardinalium, quam auctores pro ſe afferunt, reſpondetur non oſtendi authenticam. Imò Ioannes Valerius cum Suario pro noſtra ſententia alias Cardinalium declarationes afferunt.

QUÆSTIO XIII.

Utrùm approbatus cùm limitatione ex defectu ætatis pro viris, & non fœminis vel pro uno oppido tantùm, ſit ab aliis eligibilis per bullam?

SUMMARIUM.

69 *Negativa ſententia eſt multorum.*
70 *Affirmativa vera, & communis,*

71 *Genuina concluſionis ratio.*
72 *Si quis eſt approbatus pro viris, & non fœminis, quia eſt levis, & inhoneſtus, tunc non eſt eligibilis.*

69. Rodrig. Suar. Villalobos. Ioan à Cruce. Diana. Henriq. Ledeſma.

NEgant Rodriguez, Suar. Villalobos, Homobonus, Ioannes à Cruce, quos citat Diana. 1. *part. tract.* 11. *Reſol.* 9. Oppoſitam tamen ſententiam tenent Henriquez, Ledeſma, Fay, Nugnus, quos refert, & ſequitor citatus Diana, Barboſa, Gutierrez, quos refert & ſequitur Trullench. *lib.* 1. *ſuper Bullam Cruciatam*, §. 7. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 9. Delbene *tom.* 2. *cap.* 14. *dub.* 8. *ſect.* 13. *num.* 2. M. Fr. Anton. ab Spiritu ſancto *in directorio Confeſſor. tract.* 5. *diſp.* 13. *ſect.* 17.

70. Fagundez. Sanchez. Quintand.

Et ratio eſt, quia de iſto tali verum eſt dicere, quòd ſit approbatus ab ordinario, & bulla non diſtinguit inter has, & illas perſonas, & ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; maximè quia illa limitatio quoad viros, non eſt poſita ex defectu ſcientiæ, ſed ex defectu ætatis, quæ conditio benè ſuppletur in viro gravi, & timorato per bullam; deinde, ut benè notat Fagundez *de precept. Eccleſ. tract.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 45. ſaltem quoad ſacerdotes ſæculares. Illa reſtrictio quoad viros, locum habet quantum ad iuriſdictionem commiſſam, & datam ab Epiſcopo, non verò quantum ad iuriſdictionem delagatam à Summo Pontifice per bullam, ac eius privilegium, & ideò etiam noſtram ſententiam tenent præter Auctores citatos, Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 36. *num.* 16. Bonacin. *diſp.* 5. *quæſt.* 7. *punct.* 4. §. 1. *n.* 22. Quintanadueñas *de Iubilæo dupl. hebdomad. cap.* 19. *num.* 9.

71. Ledeſma. Barboſa. Gutierrez. Sanchez. Bonacina. Trullench.

Nota tamen, quòd ſi quis eſt approbatus ad viros, & non ad fœminas, quia ipſe levis eſt, & parem modeſtus, imò & ſuſpicione inhoneſti laborat, tunc non poteſt eligi per bullam, ut tenent Ledeſma, Barboſa, Gutierrez, Sanchez, Bonac. quos citat, & ſequitur Trullench. citatus *num.* 6. Et ratio eſt, quia mens Pontificis interpretanda eſt prudentialiter, ac rationabiliter, & ideo quando conceditper bullam, vel Iubilæum eligi confeſſorem approbatum ab ordinario, intelligit confeſſorem convenientem, pudicum, & modeſtum.

72. Pellizar. Leandr. Ledeſma. Nognus. Diana. Henriq. Ludovic. Trullench.

Nota ſecundò contra Pellizar *tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 30. & Leandrum *de Sacram. tract.* 5. *diſp.* 11. *q.*... cum Ledeſma, Nugno, quibus adhæret Diana *part.* 1. *tract.* 11. *Reſol.* 9. Henriquez Ludovic. à Cruce, quos refert, & probabile reputat Trullench. *in Cruciatam*, *lib.* 1. §. 7. *c.* 1. *dub.* 3. *num* 62. Quòd ſi quis ex defectu ſcientiæ approbatus eſt pro parvo oppido ruſticorum, vel pro pueris non poteſt eligi per bullam, niſi à viris conſimilibus, non verò ab his, qui magnis negotiis ſunt implicati. Et ratio eſt, quia confeſſor eligendus per bullam debet eſſe approbatus iuxta formam Concilij Tridentini, ut per examen ſit approbatus, & idoneus; ſed ſic eſt, quòd ille per examen non eſt inventus idoneus, niſi pro ruſticis, & parvulis; ergo per alios non eſt eligibilis; At verò ſi talis limitatio non ſit ex defectu ſcientiæ, tunc eſt eligibilis, ut patet ex dictis.

QUÆSTIO XIV.

An Confeſſarius, qui olim fuit approbatus ab ordinario, ſed modò ſine cauſa, ſuſpenſus, poſſit audire Confeſſiones, ſicut ille qui limitato tempore illo tranſacto per Bullam Cruciatam?

SUMMARIUM.

73 *Regulari ſufficit, quòd ſemel fuerit approbatus, quamvis modò non ſit.*
74 *De Clerico ſæculari negat Ioan. Valerius.*
75 *Sententia affirmativa vera.*
76 *Approbatus prò limitato tempore eſt eligibilis.*
77 *Iuxta aliquos Parrochus dimiſſo officio eſt eligibilis.*

COnveniunt Auctores, quòd quoad Regulares ſufficit, quòd ſemel ſint approbati, 73.
quamvis modò non ſint; quòd benè colligitur ex bulla plumbea, dum dicitur: *Liceat eligere confeſſorem ſæcularem, aut Regularem ab ordinario approbatum, & de Regularibus ſemel tantum approbatum*; Ergo de Regulari ſufficit, quòd ſemel ſit approbatus, quamvis actu non ſit ut eligatur per bullam.

Tota difficultas eſt de confeſſore ſæculari, 7
qui olim fuit approbatus, & modò ſine legitima cauſa, ex pravo affectu ordinarij, vel officialis, eſt ſuſpenſus, & privatus. Negat Ioannes à Cruce *in director. conſcientiæ*, *part.* 2. *de pœnit. quæſt.* 5. *dub.* 8. *concluſ.* 4. Et fundamentum deſumitur ex proximè dictis, quia bulla ait, quòd liceat eligere confeſſorem approbatum ab ordinario ſæcularem, vel Regularem, & quoad Regulares ſufficit quòd ſemel ſit approbatus; ergo illa taxativa quoad Regulares, videtur excluſiva ſæcularium.

Ioan. à Cruce.

Oppoſita ſententia videtur probabilior, eam tenent Sebaſtianus à Coſta *in exp. Bullæ*, *q.* 40. 75.
Delbene *tom.* 2. *quæſt.* 14. *dub.* 8. *ſect.* 3. *num.* 2. Seobar *lib.* 7. *Theol. Moralis*, *ſect.* 2. *problemate* 26. Diana *part.* 1. *tract.* 11. *quæſt.* 12. & magis rem determinat. 3. *part. tract.* 2. *de dub. Regul. Reſolut* 22. Bardus *in bulla. tract.* 5. *cap.* 1. *ſect.* 5. *num.* 100. Leandrus *tract.* 5. *de pœnit. diſput.* 11. *quæſt.* 75. Et ratio eſt, quia iſte ſacerdos iam ſemel fuit approbatus ad confeſſiones audiendas, atque idoneus reputatus ab ordinario, ergo benè poteſt eligi per bullam, quamvis actu non ſit approbatus, non ex defectu ſuo, ſed ex pravo affectu ordinarii; vel officialis, ob quem non debet privari ſuo iure verè, & legitimè acquiſito.

A Coſta. Delbene. Seobar. Diana. Bardus. Leandrus.

Ex his inferes contra Ledeſmam *in ſumma*, *cap.* 13. *de pœnit. dub.* 10. & Trullench. *in cruciatam lib.* 1. §. 7. *dub.* 3. *num.* 4. Quòd ille nempe, 76.
qui fuit approbatus pro limitato tempore, nempe per unum annum, quòd illo tranſacto eſt eligibilis per bullam, ſi illa limitatio fuit poſita abſq; aliqua cauſa, ſed ſolùm ex mera voluntate ordinarij, vel officialis, tunc enim benè poteſt eligi per bullam, quia non requiritur, quòd

Ledeſma. Trullench.

quòd actu ſit approbatus, ſed ſufficit, quòd olim habuerit approbationem, nam ita poteſt dici approbatus ab ordinario. Ita docent Acoſta *in explicat. bullæ, quæſt.* 39. Fay *in additionib. ad* 3. *part. quæſt.* 8. *art.* 5. *diſp.* 3. *concluſ.* 4. *ad* 3. *argum.* Delbene *tom.* 2. *cap.* 14. *dub.* 18. *ſect.* 13. *num.* 2. Diana 1 *part. tract.* 11. *Reſolut.* 11. M. Fr. Anton. ab Spiritu ſancto *in director. Confeſſor. tract.* 5. *diſp.* 13. *ſect.* 2.

Acoſta. Fay. Delbene. Diana. Fr. Anton.

77. Confirmatur; quia ut docent aliqui graves Doctores, Rodrig. *in additionibus ad bullam*, §. 9. *num.* 4. Villalobos *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 27. *clauſul.* 9. §... *num.* 4. & Ludovicus à Cruce, quem refert, & ſequitur Trullench. *in Cruciat. lib.* 1. § 7. *cap.* 1. *dub.* 4. *num.* 41. Quòd Parrochus dimiſſo beneficio, adhuc eſt eligibilis per bullam quia iam tali munere functus eſt; ergo idem dicendum.

Quæstio XV.

An Regularis approbatus ab Epiſcopo, ſine approbatione ſui Prælati, imò cum illius prohibitione validè audiat confeſſiones.

SUMMARIUM.

78 *Hæc quæſtio idem valet, ac an Religioſus, poſſit audire confeſſiones ſine licentia ſui Prælati.*

79 *Si datur ſtatutum, vel ſententia tales confeſſiones prohibens invalidè audis.*

80 *Prima ſententia, & negativa.*

81 *Secunda affirmat pro validitate.*

82 *Talis confeſſor non poteſt abſolvere virtute privilegiorum ſui ordinis.*

83 *An peccent mortaliter, aliqui affirmant, alij negant.*

84 *Prælatus Religioſum ab ipſo expoſitum, & ab Epiſcopo approbatum ob culpas poteſt ſuſpendere.*

78. Ledeſma. HÆc quæſtio, ut notat Ledeſma *in ſumma tom.* 1. *tract. de pœnit. cap.* 13. *dub.* 12. coincidit cum illa, an Religioſus qui habet facultatem ab Epiſcopo audiendi confeſſiones ſine licentia ſui Prælati validè eas excipiat.

79. Et in limine quæſtionis ſupponendum, quòd ſi Religioſus eſt prohibitus per Decretum irritans ſuæ Religionis, vel per ſententiam iuridicam, vel per legem latam à capitulo generali, vel provinciali, quòd etiam cùm approbatione Epiſcopi non audiat confeſſiones, licet detur approbatio Epiſcopi, prædictæ tamen confeſſiones ſunt nullæ, & talis lex etiam conceſſa facultate Epiſcopi reddit Religioſum incapacem ad excipiendas confeſſiones, niſi alias approbationem habeat à Papa; nam contra ſententiam iuridicam prolatam à proprio iudice, vel contra legem legitimi ſuperioris nihil poteſt, qui non eſt iudex, vel ſuperior eius proprius. Ita cum Tabiena, & aliis, docent Thomas Hurtado, *tom.* 2. *tract.* 12. *c* 1. *num.* 2153. & 2156. M Fr. Anton. ab Spiritu Sancto, *Directorio confeſſor. tract.* 5. *diſp.* 13. *ſect* 2. *num.* 915. Unde Religioſi D. Dominici non poſſunt audire ſæcularium cōfeſſiones, ob peculiaria ſtatuta ſine præſentatione ſuorum Prælatorum, ut ex Rodriguez, Ioanne à Cruce docet Villalobos, *tom. tract.* 9. *diff.* 50. *num.* 3.

Tabiena. Hurtado. Fr. Anton. Rodrig. Cruz. Villalob.

Ad quæſtionem, quòd talis Religioſus cùm approbatione Epiſcopi ſine licentia ſui ſuperioris licite non valeat audire confeſſiones, Negant aliqui, ut Adrianus Angelus, quam referunt, & ſequuntur Rodriguez, *tom.* 1. *quæſt.* 60. *art.* 3. Boſſius *de Iubilæo ſect.* 3. *caſu* 2. §. 5. *num.* 195. qui etiam refert Navarrum *in Manuali cap.* 4. *num.* 6. Sylveſtr. Conradum, Henriquez, Lopezium, Fagundez, & alios, quorum præcipuum fundamentum eſt, quia Epiſcopi conferunt talem poteſtatem dependenter à ſuis Prælatis præſentantibus, ergo ſine eorum præſentatione, nulla erit Epiſcopi expoſitio. 80.

Adrian. Angelus. Rodrig. Boſſius. Navar. Henriq. Conrad. Lopez.

Affirmativam tamen ſententiam docent Pitigan. Nugnus, Salas, Angelus, Homobonus, Villalobos, Miranda, quos citat, & ſequitur Diana 1. *part. tract.* 11. *Reſol.* 13. In eadem ſententia etiam eſt Leande. *de ſacram. tract.* 5 *diſp.* 11. *quæſt.* 75. Fundamentum eſt, quia talis ſacerdos habet poteſtatem ordinis, & eſt approbatus ab Epiſcopo ſimpliciter, & aliunde non habet impedimentum, nec ex ſua regula, nec ex ſuis conſtitutionibus, ut ſuppono, ergo nihil obſtat, cùm aliàs opus ſit ſanctum, & maximè ſalutiferum animabus. Dixi ſimpliciter approbatus, quia ſi Epiſcopus approbet ſecundùm ordinis ſtatuta, ut notat Diana citatus, & in ſtatutis prohibetur, ut nemo audiat confeſſiones ſine præſentatione Prælati, tunc invalidè audit confeſſiones, ſed Epiſcopi non ſolent in ſuis dimiſſoriis talem limitationem ponere, & ideo abſolutè ſunt intelligendi; de quo Fagund. *de præcept. tract.* 2. *lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 32. 81.

Pitigan. Nugnus. Salas. Angelus. Homobon. Villalobos. Miranda. Diana. Leandr. Fagundez.

Tamen maximè notandum cum Adriano *quæſt.* 1. *de confeſſ. dub.* 1 *verſ. ſed circa hoc fol. mihi* 266. Trullench. *in expoſit. bullæ lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 8. Layman *lib.* 5 *tract.* 6. *cap.* 10. *num.* 19. Graff. 1. *part. lib.* 1 *cap.* 3 *n.* 88. Miranda *tom.* 1. *quæſt.* 45. *art.* 12. Lezana *in ſumma cap.* 19. *n.* 12. Zerola *in praxi pœniten. cap.* 16. *quæſt.* 6. dictum confeſſarium in prædicto caſu non poſſe abſolvere pœnitentem virtute privilegiorum ſui ordinis, cum non habeat licentiam audiendi confeſſiones à ſuis Prælatis. 82.

Adrian. Trullench. Layman. Graffius. Miranda. Lezana.

Tota difficultas eſt, an talis ſacerdos peccet mortaliter. Affirmat Peregrinus ad ſuas *conſtitut. part.* 2. *cap.* 5. §. 5. Negativè tamen melius reſpondent Molfeſius, Megala, quos citat, & ſequitur Diana allegatus, hoc determinandum eſſe ſecundùm conſtitutiones Religionum, quæ ſemper requirunt licentiam proprij Prælati ad audiendas confeſſiones, ſi ergo ipſæ confeſſiones obligant ad mortale, talis confeſſarius mortaliter peccabit, ſi ſolùm ad veniale, ut in Societate Ieſu, & in noſtra Carmelitana, venialiter tantùm delinquet: ſi verò in ordine Minorum reluctantibus Prælatis confeſſiones exaudiat, præter peccatum, incurrit in excommunicationem, & alias pœnas, ut ex compendio notat Villalobos, *citatus num.* 3. 83.

Peregrin. Molfeſius. Megala. Diana. Villalobos.

Vltimò advertendum eſt ex Sylveſtro, & Lopez, ut notat Villalobos, *citatus num.* 6. 84.

Sylveſt. Lopez.

quòd

quòd Religioſus expoſitus à Prælato, & ab Epiſcopo approbatus, tamen ob culpas, & ob juſtam cauſam benè poteſt ſuſpendi à Prælato à confeſſionibus audiendis, quia ius requirit Confeſſarium idoneum, & modeſtum, ac ſufficientem, ſed iſte judicio Prælati talis non eſt; ergo invalidè audit confeſſiones, & ideò exiſtimo, quòd ob ipſos defectus, ut veros, & legitimos, ut ſuppono, quòd talis confeſſor non eſt eligiblis per bullam; ſecus verò ſi defectus non ſunt veri, nec legitimi ut ob-
Ledeſma. Acoſta. ſervant Ledeſma *in ſumm. tom. 1. tract. de pœnitent. cap. 13. dub. 12.* Acoſta *in expoſit. Bullæ. quæſt. 1. per totam*, & alij.

85. Ad argumentum adverſariorum reſpondetur, quòd ſemper intelligitur Epiſcopũ dare poteſtatem Religioſo juxta ſui ordinis ſtatuta ac juxta ſuorum ſuperiorum mandata, tamen ſi his non reluctantibus Epiſcopus ſimpliciter dat poteſtatem, tunc validè abſolvit, quia ut ait Navarrus *in manual. cap. 4. num. 6.* Religioſus benè poteſt ſine licentia ſui Prælati facere pacem inter duos homines; ergo etiam inter Deum, & hominem.

Quæstio XVI.

In quibus caſibus Epiſcopus Religioſos ſimpliciter, & abſolutè approbatos poſſit repellere, ac removere à confeſſionibus audiendis.

SUMMARIUM.

86 *Vbi iam de hac quæſtione eſt tractatum.*
87 *Auctores referentes Decretum ſacræ Congregationis.*
88 *Decretum ſacræ Congregationis.*
89 *Quid ibi determinat quoad confeſſionem.*
90 *Conſtitutio Clementis X.*
91 *Numerantur quinque cauſæ, ob quas Epiſcopi poſſunt ſuſpendere Regulares iam ſimpliciter approbatos.*
92 *Probitas, ac intergritas morum in confeſſione maximè neceſſaria.*
93 *Refertur de verbo ad verbum in totum Conſtitutio Clementis X.*

86. IAm dixi ſuprà *quæſt. 6.* quòd Epiſcopus Religioſos ſemel ab ipſo abſolutè, & ſimpliciter approbatos non poteſt ſuſpendere, nec removere à confeſſionibus audiendis, niſi ex cauſa graviſſima, ac urgentiſſima, quæ quamvis jam olim fuiſſet explicata, à ſacra Congregatione, hanc cauſam magis in in-
Clem X. dividuis nobis enucleavit ſanctiſſimus D. Noſter Clemens X modò præſidens in Eccleſia Dei, ut ſtatim dicam.

87. Decretum ſacræ Congregationis inter alia referunt Alphonſus Leo *in fine, part. de indulgent.* Peirinus *tom. 1. privileg. conſtit. 2. Sixti IV. num. 45.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. allegat. 25. num. 30.* Gavantus *in manuali Epiſcop. verb. Confeſſor. num 23.* Scrofta *quæſt. 36. art. 3.* Ludovicus Caſpenſis *tom. 2. Curſ. Theolog. tract. 24 de pœnit. diſp. 5. ſect. 9.* Franſciſcus Ceſpides *de exemptione Regular. dub. 110.* M. Lezana *tom. 1. ſumma Regular. cap. 19. num. 9. & in conſultis conſult. 40. num. 5.*

Ita habet Decretum Sacræ Congregationis 88.
Cùm ſacra Congregatio negotiis Epiſcoporum, & Regularium Præpoſita, innotuerit confeſſarios Regulares graviter conqueri, quòd ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum ordinariis ab audiendis confeſſionibus, quavis de cauſa, indiſcriminatim ſuſpenduntur, propterea ſæpe contingere ut ab iſdem Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & locorum ordinariis omnibus ſimul, unius conventus confeſſariis confeſſiones audiendi facultates adimantur. Illuſtriſſimi eiuſdem Congregationis Patres, rati vix fieri poſſe, ut hoc ſine ſcandalo, magnaque animarum pernicie contingat: re maturè perpenſa ad omnem ſcãdali materiam ſubmovendam, & quo magis ſpirituali piarum mentium conſolationi conſulatur. Statuunt, ac decernunt Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque ordinariis locorum, ad quos confeſſarios approbandi ius ſpectat, confeſſarios regulares alias ab ipſis liberè approbatos, ab audiendis confeſſionibus ſuſpendere poſt hæc minimè licere, niſi ex nova cauſa, atque ad confeſſiones ipſas pertinente, aut ob non ſervatum interdictum ab ipſis ordinariis poſitum, *ſtatuunt inſuper eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos locorum ordinarios*, confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul unius conventus Regularibus confeſſoribus, eadem ſacra Congregatione inconſulta, nullo modo adimere poſſe *quod quidem Decretum, ut iidem Illuſtriſſimi Patres opportunum, & neceſſarium, ita inviolabiliter iubent obſervari. Romæ 20. Novembris 1615. A. Mar. Epiſcopus Hoſtien. Cardin. Gallus V. Thatin. ſecret.* Idem habetur ex alia declaratione, *Sacra Congregationis Epiſcoporum, & Regularium 21. Februarij 1642.* Quòd Decretum ad maiorem rei cognitionem integrum appoſui.

Vbi ſacra Congregatio determinat, & or- 89.
dinat, quòd confeſſarij approbati ab ordinario non poſſunt ſuſpendi niſi ex nova cauſa, eáque ad confeſſiones pertinente, vel ob non ſervatum interdictum poſitum ab ipſis ordinariis, quòd iam dixi, ac explicavi *citata q. 6* Tamen has cauſas magis explicat, & explanat.

Sanctiſſimus Dominus noſter Clemens X. 90.
in diplomate, & ſic ait: *Regulares verò admiſſos ad confeſſiones audiendas, prævio examine ſimpliciter, abſque ulla temporis præfinitione ab ipſomet Epiſcopo, ſecus autem ab ipſomet vicario, aut anteceſſoribus Epiſcopis approbatos, non poſſe ab eodem, qui ſic approbavit, iterum examinari, aut ab eiſdem confeſſionibus audiendis, ſuſpendi, ſeu licentias illis conceſſas revocari*, niſi nova ſuperveniente cauſa, quæ ipſas confeſſiones concernat, *de qua tamen haud neceſſarium eſſe, ut in actis conſtet, nec eam teneri Epiſcopum ipſis Regularibus ſignificare; ſed ſedi Apoſtolica dumtaxat, ubi eam ſibi aperiri poſtulaverit* Porrò, ſi Regulares cùm ſcandalo, aut aliàs inhoneſtè vivant, vel aliquod delictũ committant, *per quod rationabiliter Epiſcopi iudicio, videantur à confeſſionibus ſuſpendendi, in quo ipſius Epiſcopi conſcientiam oneratam eſſe volumus, cum præcipua Miniſtri pœnitentiæ qualitas, ſit vita integritas, ac morum honeſtas*, &c. paucis interpoſitis, *poſſit Epiſcopus Regulares*

lares à ſemetipſo approbatos ſuſpendere, ac repellere à confeſſionibus audiendis.

91. Iuxta ergo Decreta Apoſtolica quinque habemus cauſas, ob quas Epiſcopus Regulares à ſemetipſo ſimpliciter approbatos, poteſt à confeſſionibus audiendis removere; in quo maximè ſummus Pontifex oneratam vult conſcientiam ipſorum Epiſcoporum. *Primò*, ob cauſas, ſeu defectus pertinentes ad confeſſionem. *Secundò*, ob non ſervatum interdictum impoſitum ab ipſo ordinario, ut patet ex ſupra citata declaratione ſacræ Congregationis *Tertiò*, ſi confeſſor vita ſua; ſuiſque actionibus ſcandalum præbeat. *Quartò*, ſi vitam luxurioſam ducat. *Quintò*, ſi aliquod grave delictum perpetraverit, quia *Præcipua miniſtri pœnitentiæ qualitas eſt vitæ integritas, & morum honeſtas.*

92. Confeſſor debet corripere pœnitentem de ſuis delictis, ac peccatis, ſi ipſe eiſdem eſt detentus, quomodo de eiſdem poteſt pœnitentem arguere, ac admonere, cum ipſe eadem

Rom. 2. faciat, quòd graviter arguit Apoſtolus Rom. 2 num. 21. *Qui alium doces, & te ipſum non doces, qui prædicas non furandum, furaris.*

D Barnard D Bernard. lib. 2. de conſideratione ad Eugenium Papam, ait, *Monſtruoſa res eſt gradus ſummus, animus infimus, ſedes prima, vita ima, lingua magniloqua, manus otioſa, ſermo multus, fructus nullus.* Poſtquam Deum obiecit Iſraëli peccata ſua per Ezechielem Prophetam 22. num. 4. ait: *Propterea dedit te opprobrium gentibus, & irriſionem univerſis terris.* Ultima verba legit Arabicus: *Et luſum univerſis terris.* Severianus in catena Græca apud Vaticanum; *Gloriabantur ſe eſſe filios Abrahæ, ac veri Dei cultores, & idolis immolabant.* Qui id quòd verbis dicit operibus contradicit, unum habet in ore, & aliud oſtendit opere, in irriſionem, ac luſum univerſis terris venit.

Sanctiſſ. D. N. Clementis divina Providentia Papæ X, Conſtitutio in qua Regularium privilegia quoad prædicationem Verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem declarantur.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

93. *SVperna magni Patrisfamilias præordinatione creditum Nobis Univerſalis Eccleſiæ myſticum agrum circumſpecta providentia cuſtodire, atque excolere (quantum ex alto conceditur) ſatagentes, animum in eas curas libenter intendimus, quibus valeant diſſidia inter villicos, & operarios componi, iurgia tolli, ſcandalis, atque offenſionibus aditus præcludi, ut quibus una fides, una Mater Eccleſia, & unus Dominus, qui charitas eſt, & pacis cogitans cogitationes, fiat etiam cor unum, atque anima una; ſic etenim evulſis opportunè zizeniis, dum plantamus, & rigamus incrementum dabit Deus, quo benedicente meſſis multa fructu centeſimo cæleſte in horreum congregabitur.*

Sanè cum ſacri Concilij Tridentini decretis providè ſtatutum fuerit ut Regulares cuiuſcumque Ordinis, niſi à ſuis ſuperioribus de vita, moribus, & ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicare non poſſint, cum qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant; in Eccleſiis verò, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, ultra licentiam ſuorum ſuperiorum etiam Epiſcopi licentiam gratis ab eo dandam habere teneantur, ſine qua in ipſis Eccleſiis non ſuorum Ordinum nullo modo prædicare poſſint. Atque ut nullus ſæcularis, ſive Regularis etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum contradicente Epiſcopo prædicare præſumat. Itidémque cum nullus Sacerdos Regularis poſſit confeſſiones ſæcularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputari, niſi aut Parrochiale beneficium obtineat, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, privilegijs, & conſuetudine quacunque non obſtantibus. Innotuit Nobis dubitationes nonnullas circa benedictionem, licentiam; contradictionem, examen, & approbationem ejuſmodi in aliquibus Diœceſibus excitatas fuiſſe, ex quibus controverſiæ, & diſſenſiones permultæ in diem ſubſequi poſſent occaſione privilegiorum, quæ per Sedem Apoſtolicam religioſis Ordinibus conceſſa fuerunt.

Nos attendentes, quòd alias diverſis temporibus prædictæ dubitationes, & controverſiæ, nonnullis Prædeceſſorum Noſtrorum Summorum Pontificum conſtitutionibus, earumque declarationibus definitæ fuerint, eiuſmodi definitiones in unum collectas, ut magis, magiſque diſſenſionum tollantur ſemina, & in poſterum firmior in agro Dominico pax Chriſti floreat, pro ſummo, quo fungimur Apoſtolatus officio, novis Apoſtolicis litteris muniendas duximus, & roborandas: Itaque de conſilio nonnullorum Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum pietate, doctrina, & prudentia præſtantium, & matura deliberatione noſtra, atque ex certa ſcientia, hac generali, & perpetuò valitura conſtitutione decernimus, ac declaramus.

Regulares, qui in Eccleſiis ſui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Epiſcopo Diœceſano benedictionem petere, prædicare tamen poſſe, quamvis illam non obtinuerint. Quòd ſi Epiſcopus benedictionem nedum non conceſſerit, ſed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Eccleſiis licere Regularibus prædicare, eoſque contravenientes ab illo tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato cenſuris; aliiſque pœnis Eccleſiaſticis in vim Conſtitutionis fel. rec. Gregorij X V. prædeceſſoris noſtri, incipientis, inſcrutabili Dei providentia coërceri & puniri poſſe. Epiſcopum tamen abſque iuſta, & rationabili cauſa contradicere non debere, & huiuſmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere, ſi in quibuſcumque oratorijs ſui Ordinis ſermonem coram populo, vel in Eccleſiis, aut ad crates Monaſteriorum ſanctimonialium eorum juriſdictioni ſubiectarum licèt clauſis ianuis, & nullus ſæcularis ibi interſit, habere voluerint. Poſſe autem Epiſcopum

licentiam

licentiam conceſſurum Regularibus, in Eccleſiis quæ ſuorum ordinum non ſunt, prædicare volentibus, illos, quamvis ab univerſitatibus, aut à magiſtratibus laicis nominatos, etiamſi Epiſcopi Anteceſſores per tempus immemorabile hanc licentiam abſque examine concedere conſueverint, quoad doctrinam examinare; ſi ita ipſius arbitrio, quòd moderatum, & diſcretum eſſe debet, viſum fuerit. Et licentiam prædicandi ſemel iiſdem conceſſam ob rationabiles cauſas licet occultas, prædicationem tamen concernentes ſuſpendere. Non poſſe tamen Epiſcopum generatim prohibere Regularibus, quin in Eccleſiis ſuorum ordinum prædicent.

Ad hæc Religioſos ab Epiſcopo ad confeſſiones ſæcularium in ſua Diœceſi audiendas approbatos, non poſſe in alia Diœceſi eas abſque Epiſcopi Diœceſani approbatione audire, quamvis pœnitentes ſubditi ſint ejus Epiſcopi à quo ipſi Religioſi jam fuerant approbati. Et generaliter approbatos ab Epiſcopo ad perſonarum ſæcularium confeſſiones audiendas nequaquam cenſeri approbatos ad audiendas confeſſiones Monialium ſibi ſubjectarum; ſed egere quoad hoc ſpeciali Epiſcopi approbatione, atque approbatos pro audiendis confeſſionibus Monialium unius Monaſterii minimè poſſe audire confeſſiones Monialium alterius Monaſterii. Itidemque confeſſores extraordinarios ſemel deputatos, atque approbatos ab Epiſcopo ad Monialium confeſſiones pro una vice audiendas, haud poſſe expleta deputatione in vim approbatione hujuſmodi illarum confeſſiones audire. Sed toties ab Epiſcopo eſſe approbandos, quoties caſus deputationis contigerit. Cæterum in Monaſteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxta Regularia inſtituta vivitur, poſſe tam Prælatos Regulares, quàm confeſſores Regularium eorundem Monaſteriorum, ſeu Collegiorum audire confeſſiones illorum ſæcularium, qui inibi ſunt verè de familia, & continui commenſales, non autem illorum, qui tantum ipſis deſerviunt. Illos autem Religioſos, qui ad confeſſiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Epiſcopis, generaliter quoque, & indiſtinctè abſque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis Perſonarum in Diœceſi propria admittendos. Quoad cæteros verò, qui non adeò idonei reperientur, ſi petierint ſe admitti arbitrio ordinariorum relinqui, ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere. Semel autem ſimpliciter approbatos poſſe in Diœceſi Epiſcopi approbantis quovis anni tempore etiam Paſchali, & quorumcumque etiam infirmorum confeſſiones audire abſque ulla Parochorum, vel ipſius Epiſcopi licentia. De qua tamen confeſſione teneri dictos Religioſos eorundem infirmorum Parochum illico certiorem reddere. Et hoc poſſe illis ab Epiſcopo ſub pœna ſuſpenſionis à facultate audiendi confeſſiones præcipi: ſufficere tamen, ut certioratio hujuſmodi fiat ſaltem per ſcripturam apud ipſum infirmum relinquendã.

Et eos, qui dictis Religioſis ſimpliciter approbatis Paſchali tempore confeſſi fuerint, conſtitutioni quæ incipit omnis utriuſque ſexus quoad confeſſionem dumtaxat ſatisfeciſſe cenſendos. Regulares verò ad ejuſmodi confeſſiones audiendas prævio examine ſimpliciter, & abſque ulla temporis præfinitione ab ipſomet Epiſcopo, ſecus autem ſi ab eius vicario, aut ab anteceſſoribus Epiſcopis approbatos non poſſe ab eodem, qui ſic approbavit, iterum examinari, aut eiſdem confeſſionibus audiendis ſuſpendi, ſeu licentias illis conceſſas revocari, niſi nova ſuperveniente cauſa, quæ ipſas confeſſiones concernat. De qua tamen haud neceſſarium eſſe, ut in actis conſtet, nec eam teneri Epiſcopum ipſis Regularibus ſignificare, ſed ſedi Apoſtolicæ dumtaxat, ubi eam ſibi aperiri poſtulaverit. Porrò ſi Regulares cum ſcandalo, aut aliàs inhoneſte vivant; vel aliquod delictum committant, per quòd rationabili Epiſcopi judicio videantur à confeſſionibus ſuſpendendi, in quo ipſius Epiſcopi conſcientiam oneratam eſſe volumus, cùm præcipua Miniſtri Sacramenti pœnitentiæ qualitas ſit vitæ integritas, ac morum honeſtas; utique eam cauſam ad confeſſionis miniſterium pertinere, ac proinde nihil obſtare, quominus ob eam poſſit Epiſcopus Regulares à ſemetipſo approbatos ſuſpendere, aut repellere à confeſſionibus audiendis. Attamen confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul unius conventus Regularibus confeſſoribus adimi ab Epiſcopo inconſulta ſede Apoſtolica nullatenus poſſe. Ex facultatibus per mare magnum aliave privilegia Regularibus cujuſcumque ordinis, inſtituti, aut Societatis etiam Ieſu conceſſis, factam eis non eſſe poteſtatem abſolvendi in caſibus ab Epiſcopo ſibi reſervatis. Et per confirmationes dictorum Privilegiorum, quas Regulares à ſede Apoſtolica poſt ſacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixiſſe privilegia prius ab eodem concilio, aut deinde Apoſtolicis etiam Decretis ſublata, atque extincta, ſi quæ habebant, abſolvendi à caſibus Epiſcopo reſervatis.

Et habentes facultatem abſolvendi ab omnibus caſibus ſedi Apoſtolicæ reſervatis, non ideo à caſibus Epiſcopo reſervatis poſſe abſolvere. Poſſe autem Regularem confeſſorem in ea Diœceſi, in qua eſt approbatus, confluentes ex alia Diœceſi à peccatis in ipſa reſervatis, non autem in illa, ubi idem confeſſor eſt approbatus abſolvere, niſi eoſdem pœnitentes noverit in fraudem reſervationis ad alienam Diœceſim pro abſolutione obtinenda migraſſe; vigore ſupradictorum privilegiorum nequaquam licere Regularibus etiam ſatisfacta parte abſolvere Pœnitentes à cenſuris quoad externum, & judiciale forum, & abſolutos ab eis in foro Pœnitentiali, utique non cenſeri abſolutos in exteriori judicio, & contentioſo. Quinimmo cenſuris Eccleſiaſticis irretitos, & denuntiatos ab Epiſcopis cogi poſſe gerere ſe pro talibus etiãſi à Regularibus fuerint abſoluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apoſtolicis Privilegiis coram Epiſcopo, ab eo judicetur ipſa non ſuffragari caſui, de quo agitur; ſi dictorum privilegiorum verba obſcura ſint, & ambigua, non eſſe ad Metropolitanum provocandum, ſed cùm ejus ſit interpretari, cujus eſt condere; dictorum privilegiorum interpretationẽ ſedis Apoſtolicæ judicio, prout alias conſtitutione Prædeceſſoris noſtri fel. rec. Clementis IV. Statutum fuit, eſſe requirendam.

Decernentes ſic & non aliàs per quoſcumque, judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate, & dignitate fungentes etiam cau-

ſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, & nuntios, & quoſvis alios ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſvis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcunque perſonarum, atque quorumvis ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militarium etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum etiam Ieſu, ac cujuſvis alterius inſtituti etiam neceſſariò, & in individuo exprimendi, Monaſteriorum, conventuum, capitulorum, Eccleſiarum, & aliorum quorumcunque tam ſecularium, quàm Regularium locorum, nec non illorum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, vel conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, ex privilegiis etiam in corpore juris clauſis; aut ex cauſa, & titulo oneroſo, vel in limine fundationis conceſſis, etiam Mari Magno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis; conſervatorum deputationibus, eorumque, atque aliis inhibitionibus, quibus Epiſcopi deferre minimè teneantur, & quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ut aliàs quomodolibet etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis quoad ea, quæ eiſdem præſentibus adverſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris harum ſerie ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Cæterum quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula quæque loca deferri, ut ea tamen omnibus innoteſcant mandamus illas ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de urbe, atque cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei campi floræ affigi, & publicari. Volentes, quòd earundem præſentium litterarum tranſumptis etiam impreſſis, manu tamen alicujus notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Prælati, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis in judicio, & extra illud, ubi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum Decreti, declarationis, derogationis, mandati, & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo. Vndecimo Kalendas Iulii. Pontificatus noſtri Anno primo. G. Dat. Viſa de Curia P. Ciampinus. I. G Sluſias. D Ciampinus. Anno à Nativitate D. N. Ieſu Chriſti 1670. indictione 8. die verò 2. Menſis Auguſti Pontific. autem SS. in Chriſto Patris, & D.N.D. Clementis Divina Providentia PP. X. anno ejus primo, præſens conſtitutio affixa & publicata fuit ad valvas Eccleſiæ Lateranen. Baſilicæ principis Apoſt. & Cancell. Apoſt. & in acie campi floræ, locis ſolitis, & conſuetis urbis per me Hilarium Centellam SS. D. N. Papæ Curſ. Petrus Marcheratus Mag. curſ. Romæ. ex Typographia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ. M. DC. LXX.

QVÆSTIO XVII.

An Capitulum ſede vacante poſſit revocare Regularium licentias?

SVMMARIVM.

94 *Clementis IV. conceſſit, quòd licentia data Religioſis ad audiendas confeſſiones Epiſcopo mortuo, non poſſit revocare capitulum ſede vacante.*

95 *Idque roboratur ex conceſſione Pauli V. Pii V. & etiam ex Decreto Vrbani VIII.*

96 *Hæc reſolutio valde communis inter graviſſimos Doctores, ut videre eſt.*

CApitulum ſede vacante licentias datas Religioſis ad audiendas confeſſiones ab Epiſcopo anteceſſore non poteſt revocare, ut in 94.
propoſito caſu capituli ſedis vacantis, ut conceſſit Clementis IV. ipſis Religioſis Peruſiæ 17. Kal. Iulii anno 1. ſui Pontificatus. Et Ita habet: *Quoniam ipſis Prælatis decedentibus, uti licentia, Eccleſiis ſic vacantibus dubitatis, nobis similiter ſupplicaſtis, ut providere vobis ſuper hoc paterna diligentia curaremus: veſtris igitur ſupplicationibus inclinati, præſentium vobis auctoritate concedimus, ut in hujuſmodi caſu poſitis, uti liberè prædicta licentia, donec viduatis Eccleſiis proviſum fuerit de Paſtore.* Hæc Bulla habetur authentica in Bullario Fr. Emmanuel. Rodrig. impreſſo Lugduni anno Rod. i.
1615. fol. mihi 36. & originale habetur apud D. Franciſcum Salmanticenſem.

Quòd confirmatur ex novo Decreto edito 95.
à Paulo V. ann. 1650. quòd nempe, *Religioſus approbatus ab Epiſcopo, prævio examine, non poteſt iterum ab eodem Epiſcopo examinari, nec à ſua approbatione expelli, bene tamen à futuro ſucceſſore, niſi conſtet de aliquo crimine commiſſo in confeſſione, vel in violatione interdicti.* Quòd cohæret cum quodam Decreto Pij V.
Pii V, apud Bullar. Rodrig. bulla 10. & incipit: *Romani Pontifici providentia.* Et eſt aliud ſimile Decretum Urbani VIII. Ubi Summi Pontifices confirmant, ac corroborant licentiam datam ad confeſſiones ab Epiſcopo mortuo, ſolùm concedunt auctoritatem Epiſcopo ſucceſſori,

Digitized by Google

ſucceſſori, ut de illis valeat cognitionem habere, cùm ergo capitulum ſede vacante mediet inter Epiſcopum mortuum, & Epiſcopum ſucceſſorem, nullam inde habet auctoritatem, ac juriſdictionem ad aliquid innovandum in prædictis facultatibus, ac licentiis.

96. Rodrig. Miranda. Ioan. à Cruce. Villalobos. Fagundez. Diana. Delbene. Dicaſtill. Sylveſt. Boſſius.

Hæc ſententia eſt valdè communis Fr. Emmanuel Rodriguez *tom.* 1. *quæſt.* 59. *art.*6. §. *Infertur. ſecundo.* Miranda *tom* 1. *quæſt.* 45. *artic.* 7. *ad finem*, Fr. Ioannes à Cruce *lib.* 2. *cap.* 6. *concluſ.* 3. *folio* 120. ex impreſſione Vlyſip. Villalobos *in ſumma*, *tom.* 2. *tract* 9. *difficult.* 53. *num.* 5. Fagundez *præcept.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 28. & *num.* 30. Diana *tom.* 3. *tract.* 2. *Reſolut.* 27. § *Notandum eſt*, & *tom.* 8. *tract.* 4. *Reſolut.* 48. Delbene *tom.* 2. *cap.* 14. *dub* 18. *ſect.* 11. *num.* 26. Dicaſtillus *de pænitentia*, *tract.* 8. *disputat.* 10. *dub.* 12. *num* 321. Sylveſter *verb. Confeſſor* 21. *num.* 4. *quæſt.* 3. *ad finem*, Angelus Boſſius *de Iubilæo*, *ſect.* 3. *caſu* 2. §. 1. *n.* 47. Pellizar. *tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 3. *ſe.* 2. *num.* 44.

Quæstio XVIII.

An Religioſus degens extra Conventum poſſit confiteri cum Sacerdote ſæculari, vel cum Religioſo alterius Ordinis.

SUMMARIUM.

97 *Status quæſtionis.*
98 *Indulta Summorum Pontificum, ut Religioſi eligant Confeſſorem extra Conventum.*
99 *An debeat eſſe approbatus ab Ordinario, aliqui affirmant, & num.* 100.
101 *Religioſus extra Conventum debet confiteri cum Religioſo ſui Ordinis etiam ſimplici Sacerdote, n.* 93. *& abſolvi à reſervatis, & num.* 102.

97. QUæſtio præſens eſt, an Religioſus cum licentia ſui Prælati iter agens, vel degens extra Conventum, vel ob recreationem, vel ob viſitandos cõſanguineos, & ibi non habet copiam Confeſſoris approbati ſui Ordinis, tunc talis an licitè, & validè poſſit confiteri cum Sacerdote ſæculari, vel Regulari alterius Ordinis. Dixi cum licentia ſui Superioris, quia ſine illa erit Apoſtata, & incapax abſolutionis.

98. Sixtus IV. Compend. Mendic. Monumenta Ordinis.

Sixtus IV. conceſſit Patribus Dominicanis, de quo privilègio participant aliæ Religiones, quod de licentia ſuorum Prælatorum Religioſi dum itineraverint, vel fuerint extra Conventus ſuos dumtaxat, valeant confiteri quibuſcunque Sacerdotibus, vel ſæcularibus, refertur *in Compendio Mendicantium, v. Abſolutio ordinaria quoad Fratres*, §. 35. Idémque Minoribus conceſſit Sixtus IV. ut refertur *in libro Monumenta Ordinis*, & Innocent. VIII. Ciſtercienſibus, ut in eorum Compendio habetur, & hoc poſtulat recta ratio: nam prudens, & rationalis mens Prælati eſt, ut Religioſus non degat in peccato mortali, ac cum ſcandalo, dum diebus Dominis, ac feſtivis non celebrat, & ab Altari ſe abſtinet.

99. An verò Sacerdos eligendus à tali Religioſo, ſi ſæcularis fuerit, debeat eſſe approbatus à ſuo Epiſcopo, vel ſi Regularis alterius Ordinis requiritur approbatus à ſuo Prælato, ſaltem quoad Sacerdotes ſui Ordinis? Affirmant Rodriguez *tom* 1. *quæſt.* 62. *artic.* 4. Portel *in dub. verb. Confeſſor*, quoad Fratres, & 2. *p. Reſpon. caſu* 13. *n.* 11. quia aliàs non eligitur Sacerdos idoneus. Rodrig. Portel.

Tamen ſimpliciter dicendum eſt cum Navarro *in ſumma Latina*, *cap.* 4. §. *In poſtrema.* Suarez *tom.* 4. *de Regul tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 6. quod non requiritur in Sacerdote eligendo talis approbatio, nec ab Epiſcopo, nec à Prælato alterius Religionis in Sacerdote, quia talis Religioſus non abſolvitur per juriſdictionem Epiſcopi, vel Prælati alterius Religionis, ſed per facultatem conceſſam à Summis Pontificibus Martino, Sixto, Innocentio, & per rationabilem facultatem Prælati ad eligendum Confeſſorem, ut eſt dictum. 100. Navarr. Suar.

101. Suar. Veiga.

Ex his inferes, quod quando Prælatus mittit duos Religioſos ſimplices Sacerdotes, ibi ut notant Suarez *citatus num.* 5. & etiam Veiga ibi, etiam ſecundum rectam rationem dat facultatem, ut ad invicem confiteantur, & Conſtitutiones ſacrarum Religionum ita diſponunt, & ordinant; inde etiam fit, quod ſi unus Religioſus tendit ad aliquem locum, vel civitatem, in qua eſt alius Religioſus ejuſdem Ordinis etiam Sacerdos ſimplex, cum eo debet ſua peccata confiteri, ex rationabili facultate præſumpta ſui Prælati: nam illius voluntas eſt, ut ſuus ſubditus non ſit in peccato mortali, ſed ut celebret, ut jam dixi, ergo veriſimilius eſt, quod Prælatus potiùs vult ut ſuus Religioſus confiteatur cum altero ejuſdem Ordinis, quam cum extraneo, ne defectus talis Religioſi ad aliorum notitiam veniat, ſed ut inter privatos parietes contineatur, cum Conſtitutiones uniuſcujuſque Religionis, maximè intendant ſuorum filiorum defectus abſcondi, & nullo modo propalari. Et confirmatur, quia, ſecundum Navarrum, ac Suarez juxta regulas prudentiæ, quando Prælatus dat licentiam uni Religioſo ſemper intendit, ut ſi adſit Religioſos ejuſdem Ordinis cum eo confiteatur.

102. Portel.

Maximè notandum id, quod advertit Portel. *in dubiis, verb. Confeſſor erga Regulares*, *num.* 13. quod Martinus V. conceſſit Patribus S. Hieronymi in Hiſpania, ut exiſtentes extra Conventum poſſint eligere Confeſſorem Regularem, vel ſæcularem, qui eos abſolvat ab omnibus caſibus, à quibus abſolvi poſſunt exiſtentes in Monaſterio. Ita *Compendium dicti Ordinis, verb. Abſentes à Monaſterio.* §. 10 & *idem Compendium, verb. Abſolvere*, §. *Secundo.* Illis conceditur, ut abſentes à Convento poſſint abſolvi per Confeſſorem ſæcularem ab omnibus caſibus, ſive per jus, ſive per conſuetudines reſervatis. Circa hoc nota quod intelligitur dummodo malitioſè non exeat à Conventu ad obtinendam talem abſolutionem Secundò nota, quod non intelligitur de reſervatis in Religione, quia facultas ſolùm datur ad abſolvendum à reſervatis ſecundum jus, vel conſuetudines.

RESOLUTIO XXIV.

De Conſervatoribus

Quæstio Prima.

Quid intelligitur nomine Conſervatoris, & à quo, & quibus datur?

SUMMARIUM.

1 *Quid intelligitur ſub nomine conſervatoris.*
2 *Conſervatores, etſi Iudices delegati ſe habent tanquam Iudices Ordinarii.*
3 *Inde conſervatores in ſuis litteris, ac citationibus ſe debent habere, ut alii Iudices Ordinarii.*
4 *Solus Papa poteſt inſtituere conſervatores.*
5 *Facultatem ad eligendum conſervatorem habent Prælati Religionum, & Fratres.*

1. NOmine conſervatoris intelligitur Judex delegatus à Papa ad tuendos Regulares, contra apertas, & manifeſtas injurias illatas ab aliquo, judiciali non utente indagine. Quod apertè conſtat ex *cap. Statuimus, de offic Iudic. deleg. in 6.* ut explicant Azot. *tom. 2. lib. 5. cap. 35. quæſt. 1.* Sorbus *in Compend. privil. Mendicant. v. Conſervator, §. Sunt autem.* Ex quibus deducitur, quod conſervator ſit Iudex delegatus, cum juriſdictio non competat illi ex officio, ſed ex delegatione, ut bene adnotarunt Molina *de juſtitia, tom 6. diſp. 29. n. 1.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. 106.* qui etiam bene advertunt, quod licet conſervator ex vi juris communis, ſolum ſit Iudex delegatus ex privilegio multarum Religionum, eſt Iudex Ordinarius, ut bene advertit, & probat Lezana *tom 2. cap. 10. num. 25.*

Azot. Sorbus. Molina. Barboſa. Lezana.

2. Primò ex privilegio Bullato Pii V. & Gregorii X I I I. (ut habetur *ejus in Compend. fol. 120.* ubi expreſsè conſervatores, vocantur Iudices Ordinarii. Secundò, quia in dictis privilegiis conceditur conſervatoribus facultas ad delegandam ſuam auctoritatem, ut patet ex Bulla Sixti I V. pro Carmelitis qui in ſuo mari magno de conſervatoribus agens ait, *ut per ſe, vel alium, vel alios.* Et in Bulla Clementis VII. pro Minimis, illis verbis: *Per vos, vel alium, vel alios.* Et in conſervatoria Gregorii X I I I. pro Patribus Societatis, his verbis: *Per ſe, vel alium, ſeu alios.* Solus autem Iudex Ordinarius, vel quaſi Ordinarius habet poteſtatem ad delegandum. Tertiò, quia aliqui illorum dantur ad univerſitatem cauſarum. Iudex autem datus ad univerſitatem cauſarum, ut Judex Ordinarius habetur Gloſſa *in cap. Cum cauſam, de appellationib.* Sylveſter *verb. Delegatus n 12.* Rodrigoez *tom. 1. quæſt. 51. art. 3. & 4.* Quod autem dentur ad univerſitatem cauſarum conſtat ex citata Bulla Sixti I V. pro Carmelitis, *In quibuſcunque cauſis per eos movendis quacunque ratione, vel cauſa, quæ excogitari poſſet, eis miniſtrent juſtitiæ complementum.* Idemque conſtat ex conſervatoria Clementis V I I. pro Minimis, & Pii V. pro Dominicanis, & Gregorii X I I I. pro Ieſuitis. Moneta *de conſervatoribus, cap. 1. num 11. & cap. 7. n. 40.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, allegat. 106. num. 2. & 3.*

Gloſſa. Rodrig. Barboſa.

Ex quo bene infertur non eſſe neceſſarium, quod in citationibus circumferantur litteræ conſervatoriæ, ſed ſufficit inſtar aliorum Iudicum Ordinariorum, quod de eis conſtet in actis Notarii Curiæ, ut fieri ſolet, quoad alios Judices Ordinarios. Ita Peirinus *tom. 2. privilegior. Minor. in Conſtit. Gregorii XV. §. 1. num 2.* Lezana *tom 2. cap. 10. num. 25.* Pellizar. *tom 2. tract. 8. cap. 8. num. 101.* 3.

Peirin. Lezana. Pellizar.

Poteſtas autem ad eligendum conſervatorem, ſolum dari poteſt à Papa, & non à Nuncio, nec à Legato à latere, & maximè poſt Conſtitutionem Gregorii X V. 20. Sept. 1621. & in ordine eſt 9. & inde dicuntur conſervatores Iudices delegari à Papa, & eſt communis Doctorum, Rodriguez *tom. 1. q. 65. art. 1.* Miranda *part. 2. manual. q. 47. art. 1.* 4.

Rodrig. Miranda.

Quibus autem datur facultas eligendi conſervatores, ſunt omnes Prælati, & etiam Fratres particulares Regulares, ut nobis Carmelitis conceſſit Sixtus I V. Prædicatoribus, Pius V. Minimis, Iulius I I. Clemens V I I. & Gregorius X I I I. Societati; & etiam aliis Religionibus alii Pontifices, & omnibus ſaltem per communicationem; quæ privilegia conceſſa latè refert Lezana *tom. 2. cap. 10. à num 4.* 5.

Lezana.

Quæstio II.

Quænam perſonæ eligendæ ſint in Conſervatores?

SUMMARIUM.

6 *Conſervatores eligendi ſunt perſonæ in dignitate conſtituta, & num. 7.*
8 *Breve Innocentii nihil obſtat.*
9 *Nec quædam Cardinalium declaratio.*
10 *Decretum Gregorii continet Conſilium, & non præceptum.*
11 *Secundum communem uſum non requiruntur conſervatores electi in Synodo.*
12 *Quolibet tempore eligi poſſunt à Regularibus.*

COnveniunt omnes juxta diplomata Apoſtolica, quod qui eligendus eſt in conſervatorem, debet eſſe inſignitus aliqua Eccleſiaſtica dignitate, ut Cardinalis, Epiſcopus, Vicarius Epiſcopi, Abbas, dignitates etiam Canonici Cathedralis, Prior Eccleſiæ ſæcularis Collegiatæ, Vicecancellarius Papæ, Camerarius, Pœnitentiarius, Clericus Curiæ, Auditor Curiæ, Auditor Rotæ, vel etiam obtinens perſonatum, ut ait Gregorius X V. in ſua Conſtitutione edita 20. Septembris 1621. in ordine 9. ait, quod eligendi ſunt conſervatores, vel dignitate Eccleſiaſtica præditi, vel perſonatum obtinentes. Ut, verbi gratiâ, eſt Diffinitor: Perſonatus eſt præeminentia, ſeu præcedentia, ſine juriſdictione, qualis reperitur in aliquibus Clericis, quæ præcedunt Canonicos in Eccleſiis Cathedralibus, ſeu Collegiatis, & in Religionibus. Diffinitores etiam, & alii hujuſmodi, & inde dignitas Diffinitoris reddit perſonam 6.

Google

Lezana. perſonam habilem, ut eligatur in conſervatorem, ut ex multis probat Lezana *tom. 2. cap. 13. num 2. & la.ò in conſiliis, conſil. 40. num. 86.* & deinceps.

7. Poſſunt etiam eligi in conſervatores Prælati Regulares, utpote Generales, Commiſſarii Generales, Provinciales, & etiam alii inferiores, ut Priores, Guardiani, vicarii, in capite, ſunt enim perſonæ Eccleſiaſticæ in dignitate conſtitutæ. Ita colligitur ex jure communi *cap. finali, in princip. de offic. delegat.*
Moneta. *in 6.* & docent Moneta *de conſervat. cap. 5.*
Tambur. *quæſt. 8. num. 79. & 80.* Tambur. *de jure Abba-*
Naldus. *tum tom. 2. diſp. 14. quæſt. 4. num. 1.* Ioan. Nald.
Lezana. *in quæſt. de hac re à §. 80. uſque 87.* M. Lezana
Portel. *conſult. 40. num. 85.* Portel. *verb. conſervator.*
Rodrig. *num. 2.* & idem docent Rodrig. Peirinus, Fra-
Peirin. goſus, Pellizarius, Ventrigila, quos citat, ac
Fragoſus. ſequitur M. Fr. Anton. ab Spirit. Sancto. *Dire-*
Pellizar. *ctor. Regul. tom. 1. tract. 2 diſp. 1. ſect. 4. n. 201.* Quòd confirmant ex quodam privilegio Clementis VII. concesſo minimis, quòd ad priores dirigitur, quo nomine vocantur Prælati Regulares. Rodriguez *tom. 1. quæſt. 65. articul. 3.*

8. Nec contra hoc obſtat breve Innocentii X. ſub die 14. Maii 1648. quòd nobis proponit
Diana. Diana, *part. 9. tract. 9.* in cauſa inter Patres Societatis, & Epiſcopum Angelopolitanum, ubi multa circa conſervatores determinantur; Sed ſi totum dictum Breve attentè legatur, nihil habet contra nos, ac quòd Regulares eligantur in conſervatores.

9. Nec etiam obſtat quædam declaratio ſacræ Congregationis Epiſcoporum Regularium in una Turriana pro die 6. Octobr. anno 1617.
Barboſa. quam refert Barboſa de poteſtate Epiſcopo. Allegat. 106. quia talis declaratio non oſtenditur authentica, & variè circumfertur, ut ex Gavanto, *in Manual. verb. conſervator. num. 6. teſtatur.* Lezana *in conſil. conſil. 40. num. 85.* Imò ut ipſemet Lezana *in ſumma cap. 10. num. 14. in fine.* Abbati Ordini Olivetani conceſſum eſt à ſacra Congregatione poſſe eligi in conſervatorem. Ita Barboſa *in collect. Bullarii verb.* Abbas Olivetanus: de quo privilegio participant aliæ Religiones, ut tenet
Pellizar. Pellizar. *tom. 2. tractatione 8. cap. 7. ſect. 4. num. 90.*

10. Gregorius XV. in ſua conſtitutione data 16. Octobris 1621. dicitur §. 4. ſanctitas ſua admonitos voluit omnes locorum ordinarios, ut in Synodis Provincialibus, aut Diœceſanis eligant hujuſmodi judices. Dum Pontifex ait. *Admonitos voluit*, ait citatus Lezana *cap. 10. num. 55.* indicare præceptum, quo Pontifex obligat, melius tamen Pellizarius *citatus n. 89.* ait, quòd de obligatione imponenda, ſtricta non debet fieri interpretatio. Verbum autem *Admoneo*, juxta propriam ſignificationem non importat præceptum, ſed conſilium; unde in præſenti non ſignificat præceptum, ſed conſilium.

11. Juxta prædictam conſtitutionem Gregorii XV. eligendi ſunt judices conſervatores ex his, qui ſunt deſignati in Synodo Provinciali, vel Diœceſano ab Epiſcopo deputati, tamen in his Regnis Hiſpaniarum, ac Portugalliæ tales judices non dantur, nec habentur, & ideo Regulares poſſunt eligere illos viros,

Sylveira Opuſcula.

qui habeant qualitates ex jure communi, & ſunt conſtituti in dignitate Eccleſiaſtica, nam cùm Regulares habeant jus eligere conſervatores, & non dentur Synodales deſignati ab Epiſcopo, poſſunt eligere tales, ut dictum eſt, nam ad impoſſibile nemo tenetur, ut patet ex lege, ſi quis in gravi in principio, ut Bartol. & alii, quòd procedit in ſententiis, & præceptis, ut ex multis probat Surd. *deciſ. 289. num. 21.* Flamin. *de reſignat. benefic. lib 11. quæſt. 13. num. 9.* Belletus *diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de cleric. debitore §. 1. n. 4.* Barboſa *in axiomat. Iuris, axioma 118. num. 7.* Deinde conſtitutio Gregorii XV. quoad hos conſervatores non eſt uſu recepta in Hiſpania, ac Portugallia, & omnes ferè, qui de facto dantur, non ſunt deſignati in tali Concilio, & quòd hoc non ſit neceſſarium, videtur deciſum ab Innocentio X. ann. 1648. die 14. Maii pro Epiſcopo Angelopolitano, & Patribus Societatis *ad ſeptimum.*

Conſervatores tempore aſſignato à Gregorio XV. tali tempore tranſacto, quocumque 12.
alio Religioſi quandocumque eis placuerit, eos valent eligere, quòd declaravit ſacra Congregatio apud Barboſam *in collectanea Bulla-* Barboſa.
rii verb. Regulares primo, & ex ipſo. Lezana *in ſumma tom 2. cap. 10. num. 58.* Belaſius *verb. Conſervator. num. 58.*

Quæstio III.

De obligatione, ac poteſtate Conſervatoris.

SUMMARIUM.

13 *Conſervatores electi à Regularibus tenentur acceptare.*
14 *Ex aliqua juſta cauſa poſſunt ſe excuſare.*
15 *Solent cognoſcere de injuriis, ac violentiis manifeſtis.*
16 *Quid ſit injuria, quid violentia, & quando conſervator dubitat.*
17 *Conſervator poteſt procedere ad tuendos familiares ſyndicos, & alios Conventuum, & num. 18. ſeq.*
18 *Cum Epiſcopis ſe habeat reverenter.*

Conſervatores electi à Regularibus tenentur acceptare, non ſolùm ex charitate ad 13.
propulſandas injurias, ac violentias, ſed etiam rigido præcepto Summorum Pontificum, quòd non ſolùm obligat ad mortale, ſed etiam ad excommunicationem majorem ipſo facto. Ita præcipit Julius II. pro Fratribus Minoribus, & Leo X. in favorem mendicantium; & rigidius Pius V. pro Dominicanis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ac ſuſpenſionis Papæ reſervatæ. Ita Rodrig. Peirinus, Rodrig.
quos citat, & ſequitur Lezana *citatus, num. 18.* Peirin.
Pellizar. *tract. 8. cap. 8. num. 97.* M. Fr. Anton. Lezana.
ab Spir. ſancto, *director. Reg. tom. 1. tract. 11.* Pellizar.
diſp. 1. ſect. 4. num. 208. Fr. Anton.

Tamen Conſervator poteſt ex aliqua vera, 14.
ac legitima cauſa ſe excuſare, nempe ob ſenectutem, morbum, vel alias occupationes, ob quas impeditur in tanto onere portando, ut

notat Pellizarius *citatus, num.98.* aliàs præceptum eſſet nimis rigidum, jugum autem Chriſti eſt ſuave, & onus leve eſt.

15. Poteſtas, & auctoritas horum conſervatorum, etſi antiquitus eſſet valdè ampla juxta
Sixtus IV. Pius V. Clem.VII. Greg.XIII. diplomata Sixti IV. pro Carmelitis, & Pii V. pro Dominicanis; Clementis VIII. pro Minimis Gregorii XIII. pro Jeſuiſtis. Tamen hæc poteſtas reſtricta eſt per bullam Gregorii XV. & per quandam declarationem ſacræ Congregationis anno 1624. Ubi decernitur, quòd ſolùm conſervatores poſſunt agnoſcere in cauſis, in quibus Religioſi fuerint rei, etſi in aliquibus ſint actores pro injuriis, & violentiis propulſandis, hoc tamen debet eſſe, quando injuriæ, & violentiæ ſunt notæ, &
Bonif. VIII. manifeſtæ, ut conſtat ex decreto Bonifac.VIII. quod incipit: *Hac Conſtitut.* & etiam *cap. finali de offic.& poteſt. judicis deleg.* Tamen conſervator generaliter facit illam indaginem, quæ in notis, & manifeſtis adhibere ſolet: Si autem conſervator dubitet, de illa notorii qualitate, ut manifeſtè appareat, tunc ſummariè poterit omnia examinare & inquirere, an illa injuria, ſeu violentia, de qua tractatur, ſit notoria, & ſuper hoc probationes, & documenta recipere ad procedendum in ſua juriſdictione, an injuria, de qua agitur; ſit notoria. Ita
Miranda. Barboſa. Miranda *tom 2. quæſt.47. art.8.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi. allegat.* 106. *num.* 18. Cui enim committitur juriſdictio, committitur quoque ſine quo illa exerceri non poteſt. Barboſa
Moneta. Molina. *citatus, num.* 20. Moneta *de Conſervatoribus, cap.7. quæſt.3. num.* 90. & 93. Molina *tom.6. diſpat.29. num.2.*

16. Tuſchus. Monach. Si verò quæras quid ſit injuria, vel violentia manifeſta? Reſpondeo ex Tuſcho *verb. manifeſtum concluſ.* 71. *num.* 7. Monacho de judice Delegato *cap.1. n.3.* Injuria eſt quando perſona indebitè, & malè afficitur. Violentia verò, eſt injuria cum vi, impetu, & perſonis, vel ejus rebus fit, quid autem ſit manifeſtum, & notorium, ſuperiori numero dixi, ex quibus bene ſequitur, quòd debent conſervatores cognoſcere de injuriis, ac violentiis illatis ipſis Religioſis ipſoſque tueri tam in ſuis privilegiis, quàm in ſuis omnibus rebus, ut
Sacr. Congr. declaravit Sacra Congregatio anno 1624. poſt decretum Gregorii XV. quòd debeant defendere Regulares à manifeſtis injuriis, & violentiis, quæ illis de facto inferuntur, dum à ſuis poſſeſſionibus dejiciuntur, & propriis bonis
Ioan. à Cruc. Diana. Lezana. Fr. Anton. frui, aut uti impediuntur; de quo utterque Rodrig. Portellus, Ioannes à Cruce, quos refert. & ſequitur Diana 3. *part. tract.* 1. *Reſolut.* 26. Lezana *tom 2. cap.10 num.62.* & 67. Fr. Anton. ab Spiritu ſancto, *num.* 215.

17. Imò etiam & poſſunt dicti conſervatores procedere pro ſervorum & famulorum Religioſorum in manifeſtis injuriis, & violentiis modo ſuperiùs explicato quoad Religioſos, tamen hoc privilegium videtur limitari à Con-
Trident. cilio Tridentino *ſeſſ.24. cap.11.* dum ait, quòd dicto privilegio gaudent, qui monaſterio actu ſerviunt, & intrà eorum ſepta, ac domos reſident ſubque eorum obedientiam vivunt, ut
Rodrig. Lezana. Villalobos. notant Rodrig. *tom.1. quæſt.65. art.17.* Lezana *citat. cap.* 10. *n.*65. Villalobos 2. *p. tract.* 35. *diff.6. num* 9. Imò etiam poſſunt prædicti conſervatores procedere ad tuendos ſyndicos, & procuratores Fratrum in caſibus pertinentibus ad ſuum officium non verò quoad ea, quæ ad ipſas perſonas particulares pertinent quoad apertè conſtat ex bulla Clementis VIII. apud
Caſarub. Rodrig. Portel. Lezana. Caſarubium *in compendio privileg. Mendic. verb.* Procuratores Fratrum, Rodriguez *tom* 3. *quæſt.*39. *art.*4. Portellus *in dub. Regular. verb. Syndicus Minorum*, Lezana *cit. num.*66.

Conſervator ad tuendas perſonas Regulares, & alias eis proximè addictas, poteſt procedere cum cenſuris, & eas aggravando, ut patet ex jure. *cap. ſanè 2. de poteſt. judicis delegati*, & apertè deducitur ex *cap. Auctoritate. de privilegijs, in 6.* nam quoties committitur alicui aliquod negotium, etiam ei datur illud ſine quo tale negotium non poteſt impleri, fruſtranea enim eſſet talis juriſdictio, ſi ſecum non involveret viam coactivam. Ita Azor *tom.2. lib 5. cap.35. quæſt.10.* Moneta *de conſervatoribus, cap.7. num.*279. Et hoc ſpecialiter conceditur Religioſibus, ut patet ex ſuis privilegiis, ex Bulla Sixti IV. pro Carmelitis, Clementis VII. pro Minimis Pii V. pro Dominicanis Gregorii XIII. pro Patribus Societatis. Cùm verò conſervatores procedunt contra Epiſcopos, debent cum multa modeſtia, reverentia, ac circumſpectione ſe habere, ut advertit
Peitin. Peitin. *tom.* 2. *privileg. Minimorum in Conſtit. Gregorii XV. §.6. num.*45. 18.

RESOLUTIO XXV.

Declarationes Cardinalium, ac Deciſiones Rotæ.

QUÆSTIO PRIMA.

An Declarationes Cardinalium habeant vim legis, & quid ad hoc requiratur?

SUMMARIUM.

1 *Facultas data à Sixto V. Cardinalibus.*
2 *Decreta Congregat. conſulto Papa, habent vim legis.*
3 *Quæ fiant non conſulto Papa non eſſe leges tenet prima ſententia.*
4 *Ejus fundamentum.*
5 *Oppoſita ſententia vera, & ejus fundamentum, & num.6.*
7 *Requiritur ut talis declaratio exhibeatur authentica*
8 *Requiritur ut de ejus publicatione conſtet, & num.9. & 10.*

QVOAD has Illuſtriſſimorum Cardinalium declarationes extat bulla Sixti IV. edita anno 1588. & in ordine eſt 7. & incipit: *Immenſa.* In qua poſtquam Pontifex ſibi reſervavit poteſtatem convocandi Concilium, ac res fidei definiendi, ſubdit. Cardinalibus præfectis interpretationi, & executioni Concilii Tridentini, ſi quando in his, quæ de morum 1.

Digitized by Google

rum reformatione, diſciplina, ac moderatione, & Eccleſiaſticis judiciis, & aliis, quæ humana ſtatuta ſunt, dubietas, aut difficultas emerſerit interpretandi facultatem (nobis tamen conſultis) impertimur. Ex quibus verbis apertè conſtat huic Sacræ Congregationi, datam eſſe facultatem interpretandi decreta Concilij Tridentini, hac tamen conditione ut Summus Pontifex conſulatur. Ex quo oritur magnum dubium, an prædictæ declarationes habeant vim legis, an ſint tantum quædam declarationes doctrinales magni ponderis, & auctoritatis.

2. Quod verò ad dicta decreta, ac declarationes editas à Sacra Congregatione juſſu Sanctiſſimi Papæ, vel ipſo conſulto, res eſt extra dubium, quod obtineant vim legis, & eſſe ſanctiones deciſivas, & auctoritativas. Et ratio eſt manifeſta, quia factæ ſunt auctoritate Papæ; ergo obtinent eandem auctoritatem, quam haberent, ac ſi immediatè emanaſſent ab eo; in moralibus enim idem eſt facere per alium, ac facere per ſe, Salas *de legib. tract.* 14. *diſp.* 21. *ſect.* 12. Peirinus *tom.* 1. *de ſubdito q.* 1. *de obedientia. cap.* 25. Lezana *tom.* 3. *in ſumma, verb. Sacra Congregatio.*

Salas. Peirin. Lezana.

3. Tota difficultas eſt, quando tales declarationes fiunt à Sacra Congregatione, non conſulto Papa, nec ex ejus mandato. Prima ſententia affirmat, non tenere vim legis. Navar. *lib.* 5. *Conſilior. conſil* 15. *de ſent. ext. excommunic.* Sanchez *lib* 8. *de matrim. diſp.* 2. *nu.* 10. *circa finem.* Vaſquez 1.2. *diſp.* 177 *cap. ultimo* Veiga *Minim. verb. Deſcommunio caſu* 226. *colum.* 967. Pellizarius *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 4. *num.* 108. Portel. 2. 10 *n. Reſponſ. caſu* 31. *num.* 3. Bonacina Italus *tom.* 2. *diſput.* 1. *de legibus, quæſt.* 1. *punct.* 8. *num.* 4. & citat Suarez, Salas, & alios.

Navarr. Sanchez. Vaſquez. Veiga. Pellizar. Portel. Bonacina. Suarez.

4. Probatur: quia poteſtas commiſſa eſt conſulto Summo Pontifice, ut patet ex Bulla Sixti V. citata. & tamen Sacra Congregatio, ut notat Salas *diſp.* 21. *de legibus ſect.* 12. atqui ex declarationibus, quæ circumferuntur, raro in eis ut patet, conſulitur Summus Pontifex, ſed tantum in caſu raro, & in re valdè difficili; ſi ergo ordinariè loquendo non ſervant conditionem poſitam in ſua delegatione, eorum declaratio non poteſt habere vim legis. Secundò, quia tales declarationes ſæpè inter ſe contrariantur, ut notarunt Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part. diſp.* 21. *ſect.* 12. & Portellius *citatus*, ergo nulla eſt authentica, aut aſſignetur, quænam ex illis ſit authentica, non prima, alias non ſuccederet illi ſecunda contraria, non ſecunda, quia illi non habent poteſtatem ad derogandam legem, ſed interpretandam, ergo nulli illarum declarationum eſt ſtandum. Tertiò, ſi habent vim legis, debebant authenticè publicari ſicut & cæteræ leges, ac etiam declarationes authenticæ legum à Principe, ut habet communis uſus in hoc noſtro Regno.

Salas.

5. Tamen oppoſita ſententia, quod nempe prædictæ declarationes habeant vim legis probabilius, & mihi verius videtur duabus poſitis conditionibus ſtatim explicandis. Ita Manoël Rodriguez *tom.* 1. *quæſt.* 11. *artic.* 2. Garcia *de beneficiis in præfatione.* Caſtro Palaus *tomo primo, tractatu* 3. *diſputat.* 5. *punct.* 3. §. 1. *num.* 6. *folio mihi* 199. Salas *diſput.* 21. *ſect.* 12. *fol.* 566. ubi alios citat, & Barboſa ſtatim allegandus.

6. Primo probatur, quia Sacra Congregatio ita declaravit ſuas declarationes, ac decreta talem habere auctoritatem. Ut referunt Garcia *citatus proximè.* Zerola *in praxi Epiſcopor. p.* 1. Salas *de legib. diſp.* 21 *ſect.* 12. Barboſa *in Collectanea Bullarij, verb. Congregatio pro interpret. Concilij Trident.*; Secundò, quia Sacra Rota, huiuſmodi deciſiones, ac decreta inſtar legis veneratur, & eas allegat ut patet ex multis deciſionibus Rotæ, quas adducunt Barboſa *citatus*, Bonacina *tom.* 2. *diſp.* 1. *de legibus, quæſt.* 1. *punct.* 9. *num.* 4. Tertiò, quia licet in Bulla Sixti V. Illuſtriſſimis Cardinalibus detur facultas conſulto Summo Pontifice ad huiuſmodi edenda decreta, tamen cum paſſim, & ferè quotidie huiuſmodi decreta emanent, ſciente, conſentiente, ac præſente Romano Summo Pontifice, imò & in ſuis Bullis, ut ſtatim dicam de Urbano VIII. earum faciat mentionem, & hoc per ſpatium octoginta annorum, communi uſu, ac univerſali conſuetudine videntur tanquam receptæ, & ut habentes legis vim.

Garcia. Zerola. Salas. Barboſa. Barboſa. Bonacina.

7. Ad hoc tamen requiruntur duæ conditiones, & quia multæ declarationes circumferebantur, vel falſæ, vel vitiatæ. Ideo Urbanus VIII. ſuo diplomate die 11. Aug. 1632. præcepit. *Huiuſmodi declarationibus, decretis, ſeu deciſionibus tam impreſſis, quam imprimendis ac etiam manuſcriptis, nullam fidem in judicio, vel extra eſſe adhibendā, ſed tantum illis, quæ in authentica forma ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij ejuſdem Congregationis pro tempore exiſtentium munita fuerint.* Ut referunt Barboſa *ſuprà citatus*, & Lezana *etiam num.* 5. Ex quo manifeſtè conſtat, talibus declarationibus, ac decretis, quæ prædicto modo non fuerint munita, non eſſe plenariam fidem adhibendam, licet ſemper cum probabili fide ſint veneranda.

Decretum. Urbani VIII. Barboſa. Lezana.

8. At vero tales declarationes quamvis authenticè de illis conſtet, tamen ſi publicatæ non ſint, nec de earum publicatione conſtet, non habent vim legis, ut teneamur illas ſequi. Ita Bonacina *tom.* 2. *diſp.* 1 *quæſt.* 1. *punct.* 8. *num* 4. § *Secunda pars*, Lorca 1.2. *diſp.* 18. *Appendice circa finem.* Salas *diſp.* 2. *ſect.* 9. *in fine*, & *diſp.* 12 *ſect.* 1. *num.* 8. & inde indicat eadem *diſp.* 12. *ſect.* 12. *Corollario* 5. *fine* Suarez *generaliter loquēs de omni declaratione facta à Principe, lib.* 6. *de legib. cap.* 1. *num.* 3. Probatur, quia publicatio eſt de eſſentia legis, ſic & ſimiliter declaratio Principis, ad hoc ut vim legis habeat, publicatione indiget.

Bonacina. Lorca. Salas. Suarez.

9. Nec ſatis eſt, quod aliqui dicunt, quia publicatio eſt requiſita ad legis Conſtitutionem, non verò ad illius declarationem, quia declaratio cum ipſa lege à principio ineſt, & ut cum ipſa lege promulgatur, *l. Ita fidei, ff. de jure fiſci.*

10. Sed contra eſt ſolēnis Principum conſuetudo, ut legum declarationes publicentur in loco conſueto; & multæ declarationes Illuſtriſſimorum Cardinalium publicantur, & ex Bonacina notat Lezana *citatus, verb. Sacra Congregatio, num.* 11. Inde præcipitur, ut talibus declarationibus non adhibeatur fides, niſi

Aa 4 illis,

illis, quæ ſupradicto modo ſigillatæ, ſubſcriptæ, & munitæ fuerint, quia illæ ſolum publicantur in Curia & in locis ad id deſignatis, de quarum publicatione fit mentio, ſicut in diplomatibus Apoſtolicis, quæ dicuntur publicata, ad Valvas Divi Petri, & in foro Floræ.

11. Diana. Et quamvis in rebus claris, & manifeſtis, declarationes inſitæ ſunt ipſi legi, minimè tamen in rebus dubiis, quæ difficultatem patiuntur, & ideo in illis eſt neceſſaria nova publicatio, ut cum Bonacina, & Perino citatis tenet Diana *part.1. tract. 10. Reſolut. 29.* Ex his patet ſolutio ad argumenta adverſariorum. Nec obſtat, quod huiuſmodi declarationes ſint ſibimetipſis contrariæ aliquando, quia cum prudentiſſimè fiant, & prudentia verſetur hic, & nunc, ideo pro variis circunſtantiis variantur, tamen pro ultima ſtandum, ut notant citati Auctores.

Quæstio II.

Quam vim habeant Deciſiones Rotæ, ac etiam agitur de ſtylo Curiæ?

Summarium.

12 *Deciſiones Rotæ, ſententiæ Cancellariæ, ac Regij Senatus non habent vim legis.*
13 *Stylus Curiæ non habet vim legis.*
14 *Conſuetudines locorum ſi bona ſint retinendæ, etiamſi Romæ non ſerventur.*

12. Suarez. Sanchez. Vaſquez. Palaus. Salas. DEciſiones Sacræ Rotæ, ſententiæ Cancellariæ, ac Regij Senatus, non habendæ ſunt tanquam leges, procedunt enim à judicibus non habentibus auctoritatem ad leges conſtituendas, ſine qua auctoritate nulla lex poteſt conſiſtere, ut ex multis docent Suarez *lib.7. de legibus, cap.11. circa finem* Sanchez *lib.8. de matrim. diſp.2. num. 10. ad finem.* Vaſquez 1. 2. *diſput.177. cap. ultimo, num.75.* Caſtro Palaus *tract.3. diſp. 3. punct. 2. §. 3. nu.7.* Salas alios referens, *diſp.19. ſect.19. num.109.* Cùm hoc tamen ſtat, quòd prædictæ deciſiones magnam habent auctoritatem, maximèque ſunt venerandæ ac ſequendæ.

13. Cevallos. Portel. Gregor. I. Quantum ad ſtylum Curiæ, quòd varius ſit, modò niger, modò albus, ut ait Cevallos, & idcò licèt talis ſtylus ſit maximè venerandus, non habet vim legis, ut probavi ſuprà *Reſol.19. quæſt. unica, num.10.* deinde ut laté probat Portellius *tom.1. reſponſ. caſu 32. n. 16. fol.170.* Conſuetudines Eccleſiarum particularium, ſi bonæ ſint, nec Eccleſiæ decretis repugnantes, etiam ſi tales conſuetudines Romæ non ſerventur, permanere, ac teneri debent, ut patet ex tota *diſtinct.12.* & maximè ex *cap. ſcit Romana*; ubi ex duobus Capitibus in rubrica poſitis ſic habetur: *Nihilobſunt ſaluti credentium diverſæ pro loco, & tempore conſuetudines ſi illis canonica non obſtet auctoritas.* Et idem habetur *ibid. cap. Novit*, ubi Gregorius I. ad Auguſtum Anglorum Epiſcopum, ſic ſcribit: *Placet, ut ſive in Romana ſive in Galliarũ, ſive in qualibet Eccleſia aliquid inveniſti, quod plus omnipotenti Deo poſſit placere, ſolicitè eligas.* Ex quibus duobus Capitibus apertè conſtat permittere Summos Pontifices, ut Eccleſiæ particulares retineant ſuas conſuetudines, cum non repugnant decretis Eccleſiæ Romanæ, etiamſi Romæ non ſerventur, ad quod etiam alludit D. Thomas docens conſuetudines Eccleſiarum, ac peculiarium locorum obſervandas eſſe. Ita Sanctus Doctor *3. part. quæſt.66. art.8.* D.Thom.

Resolutio XVI.

De Diſpenſationibus.

Quæstio Prima.

Utrum ad diſpenſandum validè in lege humana requiratur vera cauſa?

Summarium.

1 *Diſpenſatio facta ab inferiori in lege ſuperioris eſt invalida, & n.2.*
3 *Quid quando Pontifex committit diſpenſationem, & non exprimit cauſam.*
4 *Diſpenſatio facta à Principe in ſua lege, negat Vaſquez quod ſit valida, affirmat communis ſententia, & num.5.*
6 *Solvuntur argumenta contraria, & n. 7.*

DISPENSATIO, ut ſuppono ex communi ſententia Theologorum, ac Iuriſtarum eſt relaxatio juris humani; nunc inquirimus an ad diſpenſandum validè in lege requiratur vera cauſa, ac idem eſt an diſpenſatio facta abſque ſufficienti cauſa ſit valida. In hac quæſtione certum eſt, & extra controverſiam, invalidam, & nullam eſſe diſpenſationem factam ſine ſufficienti cauſa ab inferiori in legibus ſuperioris. In hoc conveniunt omnes, quos laté citant, ac ſequuntur Sanchez *lib.8. de matrim. diſp.17. num.3. & 4.* Salas *diſput.20. ſect.4. num.31.* Vaſquez 1.2. *diſput.178. num.17.* Et inde inferunt diſpenſationem factam etiam à Summo Pontifice in jure divino, vel naturali myſtico, ut in voto, juramento, vel matrimonio rato eſſe nullam, ſi fiat ſine cauſa. 1. Sanchez. Sala Vaſquez.

Et ratio eſt, quia inferiori non committitur poteſtas ad diſpenſandum in deſtructionem, ſed in ædificationem; atqui diſpenſatio ſine juſta cauſa eſt in deſtructionem; ergo non conceditur illi poteſtas ad diſpenſandum ſine juſta cauſa. Confirmatur, quia diſpenſatio facta ab inferiori, in tantum valet, in quantum ei conceditur facultas à ſuperiori, ſed non eſt veri ſimile ſuperiorem dare facultatem inferiori ad diſpenſandum in ſua lege, ſine juſta cauſa; ergo ſine ea non valet diſpenſatio. 2.

Quando autem Pontifex committit auctoritatem diſpenſandi cum hac, & illa perſona, & non exprimit cauſam, tum ait Sanchez *citatus*, quod poteſt præſumi diſpenſationem eſſe factam, & ſolum ſibi comitti executionem; Salas verò *citatus, num.31.* hoc judicat probabile, licet incertum, tandem inde mihi 3. Sanchez. Salas.

eſt

eſt certum, quia ſi Pontifex non proponit cauſam, non committit illius examen, ſed tantùm executionem.

4. Tota controverſia eſt de diſpenſatione facta in ſua lege, vel in lege inferioris, utrùm ſcilicet talis diſpenſatio facta ſine cauſa ſit valida? Negat Vaſquez 1. 2. *diſp.* 128. *cap.* 4. *&* (Vaſquez.) *diſp.* 179. *cap.* 3. etſi cum formidine propter communem Doctorum conſenſum.

5. Ideo dicendum eſt, quòd talis diſpenſatio niſi aliunde habeat aliquem defectum, quòd ſit valida. Ita Sãchez *lib.* 8. *de Matrim. diſp.* 17. (Sanchez.) *nu.* 24 Azor. 1 *part. lib.* 5. *cap.* 15. *quæſt.* 3. Pon- (Azor.) tius *de Matrim. lib.* 8. *cap.* 14. *nu.* 7. Lorca 1. 2. (Pontius.) *diſp.* 27. Villalob. *in ſuma tom* 1. *tract.* 2. *dif.* 41. *num.* 5. Suarez, Valentia, Salas, quos citant, ac (Suar.) ſequuntur Bonacin. *tom* 2. *diſp.* 1. *de leg. quæſt.* 2. (Bonacina.) *punct.* 3 *nu.* 1. Diana *part.* 1 *tract.* 10. *de legibus* (Diana.) *Reſol.* 32. & ratio eſt, quia lex pendet à voluntate ponentis illam, ergo ſi ipſemet aufert illam reſpectu alicuius, ablata erit, licèt ſuperior male agit, de quo quæſtione ſequenti. Confirmatur exemplo abſolutionis à cenſura, quæ eſt valida, etiamſi à ſuperiori detur iniuſte, & ſine cauſa, *cap. venerabilis de ſententia excommunicationis*, *in* 6.

6. Argues 1. Legiſlator diſpenſando, non ſe habet ut Dominus, ſed ut diſpenſator, & ut adminiſtrator, ergo ſi diſpenſat ſine cauſa nihil facit. Reſpondeo, Principem quoad poteſtatem, quam habet ad diſpenſandum in ſua lege, potiùs ſe habet ut Dominus, quam ut miniſter, diſpenſat enim in re propria, & in propria voluntate, cujus eſt Dominus, mutando illam, mutata autem voluntate, mutatur lex neceſſario, & inde diſpenſatio facta ſine cauſa valet, ſicut & donatio facta ſine cauſa valet, etſi Dominus prodigere cenſeatur rem ſuam: conceſſio autem indulgentiarum fit ab homine, non tanquam à Domino, ſed tanquam à miniſtro, ac diſpenſatore in theſauro Eccleſiæ ex ſanguine Chriſti comparato.

7. Argues 2. Diſpenſatio ſine cauſa eſt injuſta, de quo quæſtione ſequenti, ergò eſt etiam nulla. Probatur conſequentia, quia ſicut lex iniuſta non eſt lex, ergo nec diſpenſatio iniuſta eſt diſpenſatio, inde meritò de ea ait D. (D. Bernar.) Bernardus *lib* 3 *de conſideration cap* 4. *in fine*, ubi poſtquam enumeravit cauſas diſpenſationis, ait: *Cùm nihil eorum ſit, non eſt plane diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio.*

8. Reſpondeo. Concedo antecedens, nego conſequentiam, nam multa iniuſte fiunt, quæ tamen facta tenent, donec annullentur, ut patet in iniqua abrogatione legis, licet iniuſte, validè tamen manet abrogata. Item in electione digni prætermiſſo digniori, valida eſt licet iniuſta. Ad probationem conſequentiæ, eſt diſparitas inter legem, & diſpenſationem, nam lex ponit obligationem, ac præcipit ut homo ſubditus det rem ſuam, verbi gratia pecuniam, vel voluntatem, vel perſonam, & nemo poteſt obligari ad dandam rem ſuam ſine iuſta cauſa, aliàs actus erit tyrannicus. At in diſpenſatione Princeps non obligat, ac exigit rem alienam, ſed quòd ſuum eſt dat, nempe ſuam legem, ſuam voluntatem, donans autem poteſt dare ſine cauſa, ut dixi.

QUÆSTIO II.

Vtrùm diſpenſatio data à ſuperiore ſine iuſta cauſa ſit licita?

SUMMARIUM.

9 *Pauci ſunt, qui dicant ſine cauſa licitè fieri poſſe.*

10 *Legiſlator abſque culpa non diſpenſat ſine cauſa.*

11 *Probatur reſolutio ratione.*

12 *Ponuntur, & ſolvuntur argumenta contraria.*

Diximus ſuperiori quæſtione talem diſpenſationem datam ſine juſta cauſa, eſſe validam, nunc videndum eſt, an ſit licita, & fiat ab ipſo Principe, ac ſupremo legiſlatore abſque ullo peccato. Et loquimur de diſpenſatione data ſine cauſa ſecluſo ſcandalo, aut gravi damno, ſeu gravamine alicuius, vel nocumento Reipublicæ, & ita Suar. 6. *de legib.* (Suar.) *cap.* 18. *num.* 3. *in fine*, ubi dicit quòd pauci, & rari ſunt, qui illam tueantur. 9.

In his ergo terminis, quòd legiſlator abſq; culpa non valeat ſine juſta cauſa diſpenſare in ſua lege, tenent multi Doctores cum D. Thoma 1. 2. *quæſt.* 97. *art.* 4. hos citat, & ſequitur Salas *late diſp.* 20. *de leg. ſect.* 5. *num.* 50. & deſumitur ex *cap. Neceſſaria* 1. *quæſt.* 7. *& ex cap. qui contra diſtinct.* 8. 10.

Probatur ratione, quia diſpenſatio facta ſine juſta cauſa, eſt imprudens, temeraria, & abuſus poteſtatis. Imprudens, quia deviat à fine proprio talis poteſtatis, qui eſt attendere ad bonum commune. Deinde eſt infidelis, illa enim diſpenſatio eſt propter privatum commodum, vel inordinatum affectum alicujus, & ſic eſt abuſus poteſtatis: deinde, quia per talem diſpenſationem vulneratur commune bonum. Temeraria quia præbet anſam confuſionis in ſubditis, quia ſine cauſa jus commune relaxat; nam quamvis legiſlator ſit quodammodo Dominus ſuæ legis, ita tamen eſt ut ſit paſtor, & rector populi, & inde dicuntur ab Apoſtolo Paulo, miniſtri, & diſpenſatores, ut autem ſit bonus, & fidelis paſtor, debet attendere ad bonum commune, & non ad privatum, ac ſuum affectum. 11.

Dices primò. Si juſta cauſa requiritur ad diſpenſandum, ſequitur quòd ad hoc non requiritur auctoritas ſuperioris. Probatur, quia juſta cauſa per ſe eſt ſufficiens ad excuſandum ab obligatione legis humanæ. Reſpondetur negando ſequelam, quia ut lex ceſſet requiritur vehementiſſima cauſa, ut infra dicam, at verò ad diſpenſandum, ſufficit quælibet congruentia ut dicam *quæſt.* 5. 12.

Dices 2. Lex poſita eſt pro voluntate legiſlatoris, ergo pro ſua voluntate poteſt eam auferre. Reſpondeo. Concedo antecedens, nego conſequentiam, quia princeps in abroganda lege debet attendere ad bonum commune, propter quòd lex eſt lata. Deinde, Princeps quamvis tulerit legem, tamen ſubditus legi naturali, quæ præcipit conformitatem inter membra, 13.

membra, ergo ſine aliqua ratione non poteſt tollere hanc conformitatem.

Quæstio III.

Quale peccatum ſit diſpenſare in lege humana ſine cauſa?

Summarium.

14 *Prima ſententia, eſſe veniale.*
15 *Secunda, & verior, mortale.*
16 *Probatur ratione.*
17 *Multis aliis confirmatur.*

14. ET eſt duplex ſententia in hac materia. Prima affirmat eſſe tantùm peccatum veniale, ſecluſo ſcandalo, vel notabili aliquorum damno, ſeu gravamine vel Reipublicæ detrimento, in his enim caſibus dicunt eſſe mortale peccatum diſpenſare in lege humana ſine cauſa, ratione circunſtantiæ extrinſecæ actui ſuperadditæ, non verò ex intrinſeco objecto, quatenus præcisè exemptio eſt à lege ſine cauſa. Ita Sanchez *lib.8.de Matrim.diſp.* 18.*n.*7. & pro ea citat Navarrum, Rodrig. & alios, pro ea etiam ſtant Layman *lib.*1.*tract.* 4.*c.* 22. *num.*13. Tannerus *part.*2.*diſp* 5.*queſt.*7.*n.*29. Diana *part.*1.*tract.*10.*de legibus*, *Reſol.*32. Fundamentum eſt, quia diſpenſatio legiſlatoris in ſua lege, non videtur res tanti momenti, ut ad peccatum mortale pertineat.

Sanchez. Navarr. Rodrig. Lyman. Tannerus. Diana.

15. Tamen oppoſita ſententia mihi videtur verior, ac probabilior, affirmans ſuperiorem diſpenſare in propria lege ſine juſta cauſa ex genere ſuo eſſe peccatum mortale, niſi quando ea levitate materiæ ſit veniale. Ita Caietanus, Covarru. Sotus, Navarrus, quos citant, ac ſequuntur Suar. *lib.*6.*de legib cap.* 19.*num.*9. Vaſquez t.2.*diſp.*17.*c.* Valentia *tom.*2. *diſp.*7. *queſt.*5. *punct.* 9. Petrus de Ledeſma *tract. de Matrim.cap.*27.*poſt.*4.*concluſ.dub.*1. & Sanch. citatus fatetur hanc ſententiam eſſe probabilem.

Caietan. Covar. Sotus. Navarr. Suar. Vaſquez. Valentia. Sanchez.

16 Probatur hac ratione. Diſpenſare ſine juſta cauſa in lege humana eſt contra juſtitiam, ex qua tenetur princeps ſine cauſa non diſpenſare, ſed peccatum contra juſtitiam ex genere ſuo eſt mortale, ut tenet communis doctrina, ergo talis diſpenſatio eſt peccatum mortale. Major oſtenditur, quia juſtitiæ obligatio eſt triplex, legalis, commutativa, diſtributiva. Primò peccat contra juſtitiam legalem, quæ reſpicit bonum commune, & princeps diſpenſando ſine cauſa, maximè nocet bono communi. Secundò peccat contra juſtitiam commutativam, quæ dat unicuique quòd ſuum eſt. Tertiò, & evidenter peccat contra diſtributivam, quæ ponit æqualitatem, in dividendo bona communia, princeps autem dando diſpenſationem ſine cauſa, committit acceptationem perſonarum, quæ opponitur juſtitiæ diſtributivæ, ut tradunt Theologi 22. *queſt.*63. & ideo hoc peccatum, ut ait Suar. *citatus num.*10. ex generi ſunt conſtituitur, in hac ſpecie acceptionis perſonarum, præcipuè cum accedat obligatio, quàm ex officio habet princeps non diſpenſandi ſine cauſa.

Suar.

Confirmatur primò. Quia omnis acceptio perſonarum, ex genere ſuo eſt peccatum mortale, in tali diſpenſatione ſine cauſa datur acceptio perſonarum, ergo datur peccatum mortale. Confirmatur ſecundò, quia lex ex intrinſeca ſua ratione fertur in bonum commune, ut dicunt Theologi, & Juriſtæ, ergo diſpenſatio in lege ſine cauſa cedit in magnum damnum boni communis, & inde eſt mortale; illud enim eſt mortale, quòd intra propriam ſpeciem dicit magnam difformitatem cùm lege, ut eſt diſpenſatio ſine cauſa. Quis enim dicet non eſſe mortale diſpenſare in jejunio quadrageſimæ; vel cùm ſacerdote in recitatione divini Officij ſine juſta cauſa. 17.

Quæstio IV.

An Prælatus peccet diſpenſando, quando dubitat de ſufficientia cauſæ ad diſpenſandum?

Summarium.

18 *Prima ſententia affirmat non peccare.*
19 *Si probabiliter opinatur non peccat, ſecus ſi dubitat.*

SYlueſter *verb diſpenſare queſt.*14.*num.*20. Sanchez *in Decalogum lib* 4 *cap.* 45.*n.* 10. & alij. exiſtimant non peccare, quia aliàs daretur via ad multos ſcrupulos, & ad multam inquietitudinem, ac perturbationem conſcientiæ, & ita etiam tenet Diana *tract.* 10.*de legib Reſol.*31. 18.

Sylveſt. Sanchez. Diana.

Tamen mihi cum diſtinctione videtur dicendum cum Medina *tract.de venite* 1.*queſt de diſpenſatione*, Bonacina *diſp.*1.*de legib.queſt.*1. *punct.*3.*num.*7. Quia ſi legiſlator probabiliter opinetur, an adſit cauſa juſta diſpenſandi, tunc poteſt ſecure diſpenſare, accommodans ſe opinioni probabili, & tunc qui ſecundùm illam operatur, tuta conſcientia agit, at verò ſi dubitat an detur ſufficiens cauſa, tunc cùm peccato diſpenſat, exponit enim ſe periculo diſpenſandi ſine cauſa, & fieri poteſt, ut re ipſa cauſa non ſit ſufficiens. 19.

Quæstio V.

Quæ cauſa ſit ſufficiens ad juſtè diſpenſandum?

Summarium.

20 *Duplex cauſa ad diſpenſandum, intrinſeca, & extrinſeca.*
21 *Cauſa ad diſpenſandum commune bonum.*
22 *Ad diſpenſandum requiritur cauſa rationalis.*
23 *Hæ autem cauſæ ex multis poſſunt conſiderari.*
24 *Ad diſpenſandum per privilegium ſufficit cauſa remota.*

EX communi placito Theologorum, duplex eſſe poteſt cauſa diſpenſationis, una intrinſeca, 20.

Google

intrinſeca, altera extrinſeca. Intrinſeca eſt, quando in perſona diſpenſanda inveniunt aliquod impedimentum, ob quod obligatio legis eſt valdè gravis, & onecoſa, ut verbi gratia jejunium ob debilitatem corporis. Extrinſeca eſt, quæ ſumitur ad diſpenſandum ex circunſtantiis extrinſecis, verbi gratia ex nobilitate perſonæ, vel ejus meritis. Hoc poſito.

21. D. Thom. Salas. Trident. Cauſa generalis in principe ad diſpenſandum debet eſſe bonum commune, ut D. Thomas 2. 2. *quæſt. 97. art. 4.* & eſt valdè commune, & ſequuntur omnes Theologi, quot latè citat Salas, *diſp. 8. ſect. 8.* Quia quemadmodum lex non poteſt eſſe juſta, niſi bonum commune reſpiciat, ita nec diſpenſatio, ſi verò ad commune bonum tendat, jam incipit eſſe juſta, quia commune bonum melius eſt, quam privatum; onde Concilium Trid. *ſeſſ. 25. cap. 18.* dixit, leges tantum debere relaxari, ut communi utilitati ſatisfiat.

22. Hæc autem rationabilis cauſa ad diſpenſandum legitima auctoritate, juxta prudentis viri arbitrium deſumenda eſt, & communiter cum aliis tenent Reginald. *in praxi lib. 13. cap. 19. n. 194.* Fr. Ioannes à Cruce, *lib. 2. cap. 1. dub. 1.* Barboſ. ad citatum locum Concilii. Hæc autem cauſæ, ut deſumitur ex *cap. requiſitis, §. Niſi rigor, quæſt. 7.*

23. Ad diſpenſandum multæ, & variæ ſunt, juxta varia genera diſpenſationum, & ſunt pietas in Deum, verbi gratia, ad Dei templum ædificandum, neceſſitas communis, vel privata; utilitas, ac commoditas communis, ac privata, qualitas perſonæ, ac meritorum, ejus & alia, quæ pro qualitate loci, temporis, ac circunſtantiarum prudentiali arbitrio penſanda ſunt, ut notant Sylveſter verbo diſpenſatio, *num. 3.* Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 15. quæſt. 8.* M. Lezana, *verb. Diſpenſare, num* 2. His adde, quod maximè ad bonum Reipublicæ pertinet, quod privatæ ejus perſonæ fruantur ſalute, divitiis, meritis remuneratis, quietè, & commodè, & pacificè vivant, & inde paſſim diſpenſatur in impedimento matrimonii, propter honorem, vel paupertatem mulieris, in voto caſtitatis propter periculum incontinentiæ, vel in aliis rebus vetitis propter periculum peccandi, & etiam ob Eminentem perſonam principis, generis nobilitatem, & ob majorem commodum, ac firmitatem regni.

24. Argues. Ad commutandum, ac diſpenſandum per privilegium, non requiritur cauſa juſta, ergo nec etiam ad diſpenſandum in propria lege requiritur juſta cauſa; Nam ſi per privilegium habeo velut jus ad impetrandam rem, tanquam propriam, à fortiori habebit legiſlator in ſua lege, cùm ſit res propria.

25. Argumentum petit illam quæſtionem, an diſpenſatio, vel commutatio facta per privilegium, vel per Iubilæum, vel bullam cruciatam requirat juſtam cauſam? Reſpondeo propriè nullam aliam cauſam requiri particularem, præter eam, quæ aſſignatur in bulla, vel Iubilæo. Ita Suar. *tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 19. num.* 10. Portel. *in Additionibus, ad dubia Regularia verb voti commutatio.* Diana, *tract. de bulla cruciata Reſol. 39.* Probatur, quia licet ad commutandum in æquale, vel ad diſpenſandum ordinariè requiratur juſta cauſa, tamen quando commutatio, vel diſpenſatio fit per privilegium, non fit abſolutè, ſed cum aliquo onere, ob bonum publicum, ut fit per bullam cruciatam, vel Iubilæum, ergo nulla alia cauſa requiritur, quam dare eleemoſynam in belli ſubſidium, vel exequi opera præcepta in Iubilæo, quia ob talem cauſam Pontifex concedit facultatem diſpenſandi, ac commutandi, & ut ita loquar, ad diſpenſandum per privilegium, licet non detur juſta cauſa proxima, & immediata, tamen datur juſta cauſa remota, nempe eleemoſyna, vel preces in ſubſidium, ac ad illius victoriam.

Suar. Portel. Diana.

Ad argumentum concedo antecedens, nego conſequentiam. Et major ratio eſt, quia ad impetrandum privilegium habui juſtam cauſam, & ſic jam antea juſtè habeo jus ad diſpenſationem, quod idem eſt licet proximè, ac immediatè non habeam juſtam cauſam ad diſpenſationem, habui tamen remotam, quæ dedit occaſionem diſpenſatori, ut juſtè, ac validè diſpenſet. 26.

QVÆSTIO VI.

Vtrum Prælatus poſſit ſecum immediatè diſpenſare?

SVMMARIVM.

27 *Prælatus poteſt dare poteſtatem ſuo Confeſſori, ut eum abſolvat a peccatis, ac cenſuris.*

28 *Prima, & ſecunda ſententia negat Prælatum poſſe ſecum diſpenſare.*

29 *Tertia ſententia, & vera affirmat poſſe, & probatur, & num. 30.*

31 *Prælatus poteſt ſecum diſpenſare validè, ſed non licitè.*

QVærimus in præſenti, an eo caſu in quo Prælatus poteſt diſpenſare cum aliis, poſſit etiam ſecum diſpenſare; & imprimis certum eſt, poſſe Prælatum dare poteſtatem ſuo Confeſſori ad diſpenſandum cum eo, in omnibus his, quæ poteſt cum ſuis ſubditis diſpenſare. 27. In quo videtur Suarius, *dubitaſſe tom. 2. de Relig. lib. 6. de voto cap. 15. num. 5. Tamen lib. 6. de legibus*, ut ſtatim referam, ſtat pro communi ſententia, quam valdè frequenter tenent Doctores, quos citat, & ſequitur Sanchez, *lib. 8. de Matrim. diſp. 3. n. 3. & ſumitur ex cap. finali de Pænitentia, & remiſſionibus.* Deinde Prælatus non debet eſſe deterioris conditionis quam ſubditi; unde tradunt Suar. *tom. de cenſur. diſput. 41. ſect. 2.* Sayro, *tom. 1. lib. 7. cap. 14. n. 5.* eſſe declaratum per Sacram Congregationem Cardinalium, quod in caſibus occultis commiſſis Epiſcopo in Tridentino *ſeſſ. 24 cap. 6. de reformatione*, ſi Epiſcopus, in eos incidat, poteſt abſolvi, & diſpenſari ab eis à Confeſſore à ſe electo.

Suar. Sanchez. Sayro.

Tota difficultas in hac re eſt, an Prælatus poſſit directè, & immediate verè, & propriè diſpenſare ſecum in irregularitatibus, votis, & præceptis Eccleſiæ, quoties id poteſt cum ſuis ſubditis. In qua re eſt triplex Sententia. Prima abſolutè negat etiam includendo ſummum Pontificem. Ita Angelus, Imola, Paludanus, & alii apud Sanchez citatum *num. 4.* ſecunda Sen- 28.

Angelus. Immola. Paludan. Sanchez.

tentia

tentia. Prima abſolutè negat etiam includendo ſummum Pontificem. Ita Angelus, Imola, Paludanus, & alii apud Sanchez citatum *n.4.* ſecunda ſententia utitur diſtinctione: Concedit ſummo Pontifici. aliis verò Prælatis negat. Ita Henriquez, *lib.6. de pœnitent. cap.4. num.3. in Commentar. littera l.* & *cap.7. n.5. in Comment. litter. B.* Azor. *lib.5. cap.15. q.6.* Rodriguez, *t. Regul. quæſt.45. & alii.*

Henriq. Azor. Rodrig.

29. Tertia, & vera ſententia, ac probabilior, ait, poſſe Pontificem, Epiſcopum, vel Prælatum Regularem, vel quemcumque alium diſpenſare ſecum immediatè in his, quæ poteſt diſpenſare cum ſuis ſubditis. Ita D. Thomas, 2.3. *q.85. art.8.* Corduba, *lib.3. quæſt.31.* Sanchez, *citat. diſp.3. à n.4.* ubi citat Sylveſtrum, Covarr. & alios, Suar. *6. de legibus cap.12. num.12.* Salas, *diſp.20. ſect.3. num.14* Valentia, *tom.4. diſp.7. quæſt.20. punct.3.* Bonacin. *tom.2. diſp.1. de leg. q.2. punct.1. n.9.* Diana, *p.10.*

D. Thom. Sylveſt. Corduba. Sanchez. Suarez. Salas. Valentia

30. Pro reſolutione quæſtionis notandum eſt, quod actus juriſdictionis eſt duplex; unus qui eſt per modum coactionis, ſeu judicii, ſeu ſententiæ; alter eſt actus juriſdictionis voluntariæ, & gratuitæ, ut concedere indulgentias.

31. Noſtra reſolutio probatur hoc diſcurſu, quia quod aliquis Prælatus poſſit ſecum diſpenſare, non habet repugnantiam, vel contrarietatem: nec ex jure naturali, ſeu divino, nec ex jure humano, ergo Prælati ordinarii poſſunt erga ſemet ipſos diſpenſare, nam valent agere omne illud, quod nec in ſpecie, nec in genere eis prohibetur. Antecedens probatur. In primis non repugnat ex jure naturæ, vel etiam Divino, quia nullum aſſignabitur, præcipuè cum diſpenſatio non fiat per modum judicii, & Sententiæ, ob quam cauſam nullus poteſt, nec ſacramentaliter, nec à cenſuris ſe ipſum abſolvere, nec ſe ipſum excommunicare. At diſpenſatio fit ex directione voluntaria prudentialis judicii conſiderando juſtam diſpenſationis cauſam, quæ quando eſt notoria, & evidens poteſt Prælatus eam in ſe conſiderare, ut ſecum diſpenſet.

32. Quod verò non repugnet ex jure humano, probatur, quia ſi aliqua eſſet, daretur ex *cap. finali. n.5. de Inſtitut.* ubi decernitur quòd Prælatus Collator beneficiorum non poſſit ſe ipſum inſtituere, nec ſibi conferre beneficium; & redditur ratio, quia inter dantem, & accipientem debet dari diſtinctio. Sed hæc ratio, ut ibi benè notant Abbas. & alii in Collectanea apud Barboſam, ſolum militat in citato Textu, ne Prælatus præbeat exemplum ambitionis ſe ipſum inſtituens in beneficium, & non eſt extendenda talis ratio ad alia; ſiquidem in univerſum non requiritur diſtinctio perſonalis inter dantem, & accipientem; nam in naturalibus, verbi gratia, potentia viſiva agit, ſeu producit viſionem, & eam recipit. In Sacramentis idem Sacerdos eſt miniſter Euchariſtiæ, & receptor. Item ſtando in puncto juris, talis diſtinctio non requiritur, quia Rex ut homo fidelis, eſt ſervus Eccleſiæ, ut verò Rex patronus, *cap. ſi Eccleſia in fine* 23. *q.4.* Item Archiepiſcopus, qui ſine Pallio exercet Pontificale, graviter peccat, *cap. quod ſicut de electione.* At verò ſi antea erat Epiſcopus, ſine culpa poteſt exercere, ibi Gloſſa, *verb. Tanquam* ergo ſtando in jure nulla requiritur diſtinctio perſonalis inter agentem, & patientem, ſecluſo ordine judiciario; ergo Prælatus poteſt agere, ſe ipſum diſpenſando.

Abbas. Barboſa. Gloſſa.

Dices Diſpenſatio eſt actus juriſdictionis, atqui nemo habet juriſdictionem in ſe ipſum; ergo nemo poteſt ſecum diſpenſare. Reſpondetur, quod diſpenſatio eſt actus juriſdictionis voluntariæ, & non coactivæ, & quamvis nemo poſſit in ſe exercere actum juriſdictionis coactivæ, ac ordinis judiciarii, optimè tamen actum juriſdictionis voluntariæ, ac beneficæ, ut ſibi concedat indulgentias, ut cum multis tenet Suar. *tom 4. ad 3. part. diſp.52. de Indulgentiis ſect.1. num.22.* 33.

Suar.

Dices ſecundò. Ex *cap. magnæ, de voto.* Ubi laudatur Epiſcopus Tercenſis, qui noluit ſecum diſpenſare in voto, ſed pro illo habuit recurſum ad ſedem Apoſtolicam. Reſpondetur, quod laudatur, non quia id eſſet neceſſarium, ſed valdè decens, & convenientius, ut eſt ſemper recurrere ad ſuperiorem, at ad eſſe, & validitatem, poterat ſecum diſpenſare. 34.

Quæres tamen, utrum legiſlator poſſit ſecum juſta cauſa, validè, & licitè diſpenſare. Suar. *6. de leg. cap.18. num.11. & cap.19. n.17. & 20.* cum aliis tenet, legiſlatorem ſine cauſa non poſſe licitè, ac validè diſpenſare ſecum; & ratio eorum eſt, quia ſuperior ex jure naturali tenetur legem ſuam ſervare, obligatio autem juris naturalis, non poteſt auferri ſine cauſa juſta. 35.

Suarez.

Tamen probabilius Navarrus in ſumma præludio, *9. num.14.* Cajetanus, 1. 2. *quæſt 96. art.5.* Bonacin. *tom.2. diſput.1. quæſt.2. punct 3. n.6.* docent, quod legiſlator poteſt ſecum ſine juſta cauſa diſpenſare validè, ſed non licitè. Quod poſſit validè inde oſtenditur, quia poteſt cum aliis validè ſine cauſa diſpenſare, ut tenent Sanchez, *lib.8. de Matrim. diſp.18.* Sayrus, *de cenſuribus lib.3. cap.10. num.11.* Suar. Azor. Henriquez, & alii, quos citat, ac ſequitur Bonacina citatus. Et ratio eſt, quia obligatio legis pendet à voluntate legiſlatoris, ipſe enim eſt Dominus legis, ut etiam ipſe Suar. ait *lib.6. de leg. cap.19. num.6.* ergo poteſt alios eximere, ab obligatione legis, ergo & ſe ipſum, & in hoc legiſlator non aufert legem naturalem, ſed ſe ipſum eximit ab obligatione legis, quæ ab ipſius voluntate pendet; quam lumine naturali ſervare tenetur, niſi eximatur, quòd verò non licitè inde declaratur, quia ſuperior debet ſe cum ſuis membris conformare, & cum eis quandam æqualitatem habere. 36.

Navar. Cajet. Bonac. Sanchez. Sayrus. Azor. Henriq. Bonacina. Suar.

QVÆSTIO VII.

Vtrum valida ſit diſpenſatio facta à Prælato inferiori in lege ſuperioris, cauſa non juſta, quàm bona fide exiſtimabat juſtam.

SVMMARIVM.

37 *De Prælato Inferiori procedit quæſtio. Prima ſententia affirmat validam eſſe diſpenſationem, & num.38.*

39 *Secundus, & verior negat, & rationibus probatur, & num.40. & 41.*

42 *Propo*

41 *Proponitur primum argumentum, & reſpondetur ad legem* Barbarius, *num.* 43. *&* 44.

45 *Ponitur ſecundum argumentum, agitur de alienatione bonorum Eccleſiæ, & num.*46.

47 *Proponitur tertium argumentum, de poſſeſſore bonæ fidei.*

37. QVando ſupremus legiſlator ſine cauſa in ſua lege diſpenſat, validam eſſe diſpenſationem, patet ex proximè dictis ſuperiori quæſtione, Quæſtio propoſita procedit de Prælato inferiori in lege ſuperioris, dum bona fide exiſtimat ſe habere poteſtatem ad diſpenſandum, cum revera non habeat. In qua re eſt duplex ſententia.

38. Prima affirmat validam eſſe diſpenſationem. Ita Sanchez *lib* 8. *de matrimonio, diſput.* 17. *num.*8. Azor. *part.*1. *lib.*7. *cap.* 29. *quæſito* 9. Rebellus 2. *part.lib.*1. *quæſt.*5. *num.*12. Diana 1. *part. tract.*10. *de legibus, Reſol.*33. & idem multi dicunt de jure divino, ut in voto, vel juramento,

Sanch. Azor. Rebellus. Diana,

39. Secunda ſententia eſt mihi verior, ac probabilior. eam tenet Salas *diſput.* 20. *de legibus, ſect.* 4. *num.* 35. citans Navarrum, Lopez, & alios. Bonacina, *tom.*2. *diſput.*1. *de legibus, quæſt.*2. *punct.*3. *num.*8. & ait hæc ſententia, quod quamvis in præcitato caſu diſpenſatio ſit nulla, quod ille, cum quo eſt diſpenſatum, ſit in bona conſcientia, donec de inſufficientia cauſæ ei certo conſtet, cognita autem inſufficientia cauſæ, non poteſt amplius uti tali lege.

40. Probatur primò, hæc ſecunda ſententia, & noſtra reſolutio, quia in omni poteſtate, ſeu commiſſione alicui data ad diſpenſandum, quamvis ſit conceſſa à Deo, ſemper ſubintelligitur illa clauſula, juſta ſubſiſtente cauſa, ergo ſi non adſit cauſa juſta, diſpenſatio non eſt valida. Conſequentia eſt bona, antecedens probatur ex illa celebri regula, in dubio tenendum eſt illud, quod legiſlator interrogatus prudentialiter, reſponderet; atqui ſi ipſe legiſlator interrogaretur, prudentialiter reſponderet, non ſtante juſta cauſa, mentem ſuam eſſe non diſpenſare, ergo diſpenſatio eſt invalida. Confirmatur. Prælatus in ſuo facto non præſumitur velle peccare; atqui Prælatus inferior diſpenſando ſine juſta cauſa peccat, ergo præſumitur non ſtante juſta cauſa, mentem ſuam eſſe non diſpenſare.

41. Probatur ſecundò. Bona fides petentis diſpenſationem ſine cauſa, non facit diſpenſationem validam; ergo nec bona fides concedentis, reddit diſpenſationem validam, quando concedens, exiſtimabat juſtam adeſſe cauſam, licet bona fides utrumque excuſet à peccato, donec de ſufficientia cauſæ non conſtat. Confirmatur primò. Quia contractus celebratus bona fide ſine debita ſolemnitate eſt nullus, excepto teſtamento ad pias cauſas: nam bona fides licet excuſet à peccato, non tamen ſupplet defectum juris, ergo & diſpenſatio data bona fide ſine ſufficienti cauſa, eſt nulla. Confirmatur, quia qui contrahunt matrimonium, per diſpenſationem factam à ſuperiore bona fide, ſine juſta cauſa, ubi ipſa cauſa cognoſcitur injuſta, tale matrimonium, judicatur à ſuperiori eſſe nullum; ergo talis diſpenſatio bona fide facta eſt nulla: nam ſi ipſa eſſet valida, matrimonium etiam eſſet validum, & ſic nunquam poſſet annullari ab Eccleſia.

Argues primò, quod eſt fundamentum primæ ſententiæ. Prudentialiter non eſt credendum, ſuperiorem, qui dat facultatem inferiori ad diſpenſandum ad conſcientiæ quietem, velle ut diſpenſatio data ſine cauſa, ſit nulla, cum ex hoc darentur multi ſcrupuli; ergo credendum velle, ut diſpenſatio ſit valida; & hæc eſt mens Prælati circa ſuas leges, & etiam Dei circa ſuas, ut ait Sanchez *citatus*. Confirmatur ex *l. Barbarius, de officio Prætoris*, ubi facta à Prætore ex communi errore, titulo colorato, ſunt valida. 42.

Reſpondetur, bonam Eccleſiæ gubernationem non poſtulare, ut valida ſint, quæ bona fide ſunt, ut patet in contractu celebrato ſine debita ſolemnitate, licet bona fide, quamvis aliunde revalidari poſſint, ſed ſolum talis recta gubernatio requirit, ut quæ bona fide fiunt, à peccato excuſent operantem, donec de inſufficientia cauſæ certo conſtet; & ſic donec non conſtat, quietus eſt in conſcientia: nam pro diſpenſatione conceſſa ſtat poſſeſſio, cum pro ea ſtet juris præſumptio, *de Regulis juris, in* 6. 43.

Ad confirmationem ex *l. Barbarius*, dic per talem legem ſolum validari ea, quæ fiunt à Prælato habente titulum coloratum cum communi errore, quantum ad juriſdictionem, verbi gratiâ, Petrus revera non eſt Prælatus, quia fuit ſimoniacè electus, tamen acta per eum ſunt valida, quia aliunde darentur gravia inconvenientia, ut conſideranti patebit in Prælato Religionis, vel Senatore populi, & idem dicitur de Confeſſario communiter bona fide exiſtimante ſe eſſe approbatum, & ſe habere juriſdictionem, cum revera non habeat. Ita Henriquez, & Sanchez. Suarez, quos citant, ac ſequuntur Ægidius Lovan. *diſput.* 8. *dub.* 3. *num.* 22. Bonacina *de pœnitentia, diſputatione* 5. *quæſtione* 7. *punct.* 5. §. 4. *numero* 4. At verò alia, præter ea, quæ ſunt juriſdictionis non ſupplentur per legem prædictam, ut patet in contractu ſine ſolemnitate juris, vel in teſtamento, ſeu legato ad cauſas prophanas, ſine debita ſolemnitate, quæ omnia ſunt invalida; ſic eſt diſpenſatio ſine juſta cauſa, quia jus ad illam requirit cauſam juſtam, ſine qua dicta diſpenſatio eſt invalida. 44.

Henriq. Sanchez. Suar. Lovan. Bonac.

Argues ſecundò. Bona Eccleſiaſtica, ſeu Eccleſiæ non poſſunt alienari ſine juſta cauſa *Clement.*1. *de rebus Eccleſiæ non alienandis,* & *cap. Sine exceptione,* 12. *quæſt.*2. & aliis multis; & tamen valida eſt alienatio bonorum Eccleſiæ facta bona fide, ſine juſta cauſa à Prælato exiſtimante juſtam cauſam ſubeſſe, quæ revera non ſubſiſtit. Ita Gloſſa *cap. Ad noſtrum, de rebus Eccleſiæ non alienandis.* Molina *tract.*2. *diſput.* 468. *num.* 14. Vaſquez *in Opuſculis, de redditibus, cap.*2.§.2.*dub.*13. *n.*39. Covarruvias, & alii, quos citat, ac ſequitur Bonacina 45.

Gloſſa. Molin. Vaſquez. Covar. Bonac.

diſp. 3. *de contract. quæſt.* 8. *punct.* 4. *num.* 6. ubi expendit conditiones, quæ ad hanc alienationem requiruntur, ergo etiam diſpenſatio data bona fide in cauſa non juſta erit valida.

L. Ius irregulare.

46. Reſpondeo. Concedo antecedens, nego conſequentiam, & major ratio eſt, quia ex communi ſententia Doctorum videtur hic caſus exceptus in bonorum Eccleſiæ alienatione, veluti per Epicheiam: exceptio autem ſeu diſpoſitio ſpecialis in uno caſu, non eſt ad alium trahenda. *L. jus irregulare, ff. de legibus.* Deinde aſſigno hanc majorem rationem, quia tam ad alienanda bona Eccleſiaſtica, quam ad diſpenſandum requiritur poteſtas à ſuperiore; ad alienandum à Papa, qui licitè poteſt dare talem poteſtatem, etiam ſine ulla cauſa, & ideo ex communi Doctorum conſenſu judicantur data, quia Eccleſia non vult invalidare talem alienationem legitimam putatam ad evitandas lites; at diſpenſare ſine cauſa eſt peccatum ex genere ſuo mortale, ut eſt communis ſententia, & ideo non præſumitur dare poteſtatem ad diſpenſandum ſine cauſa.

D. Thom. Caietan. Leſſius. Clavis Reg.

47. Argues 3. Poſſeſſor bonæ fidei, qui alienavit, vel conſumpſit rem alienam bona fide credens eſſe ſuam, non tenetur ad reſtitutionem, niſi in aliqua re factus ſit locupletior, ut docet D. Thomas 2.2. *quæſt.* 62. *art.* 6. *ibi.* Cajet. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 14. *dub.* 1. *n.* 7. Molin. *tom.* 1. *diſp.* 36. Clavis Regia *lib.* 10. *cap.* 2. *n.* 9. & alii multi, apud ipſos, in quo diſtinguunt poſſeſſorem bonæ fidei à poſſeſſore malæ fidei, quia iſte tenetur ad reſtituendam rem, & damna omnia, ergo ſicut illa alienatio facta bona fide ſine juſto titulo fuit valida, & liberat à reſtitutione, ita & diſpenſatio data bona fide ſine juſta cauſa, erit valida.

48. Reſpondetur, concedendo antecedens, quod verum eſt, ut tenet communis ſententia etiam de ipſo poſſeſſore, quando in manu ejus caſu res perit. Negatur conſequentia, quia nunquam talis alienatio poteſt dici valida, ſiquidem ille, ad quem res eſt alienata, vel vendita à poſſeſſore bonæ fidei, ubi cognoſcit rem eſſe alienam, tenetur ipſam dare domino ſuo. Deinde ſi ipſa res perit in manu poſſeſſoris bonæ fidei, licet non teneatur reſtituere ipſam rem, quia ſolum tenetur ratione rei acceptæ, res verò accepta non extat, ergo non tenetur ad illius reſtitutionem, obligatur tamen ad reſtituendum id, in quo factus eſt locupletior, vel quia tali re aliquid lucravit, vel quia illa evitavit aliquos ſumptus, ergo.

Quæstio VIII.

Vtrùm præcognitio cauſæ neceſſaria ſit ad validè diſpenſandum?

SUMMARIUM.

49 *In notoriis non requiritur probatio juris.*
Diſpenſatio data à ſuperiore ſine cauſæ cognitione eſt valida, ibid.

50 *Prima ſententia ait, quòd diſpenſatio data ab inferiori ſine cauſæ cognitione ſit nulla.*

51 *Secunda ſententia, & vera affirmat, & probatur, & n.* 52.

53 *Reſpondetur argumento contrariorum, ac confirmationi, & n.* 54.

55 *Diſpenſatio facta ſine cauſæ cognitione, præſumitur dolo obtenta.*

Quærimus, an cauſæ præcognitio, & examinatio præmittenda ſit, ad hoc ut valida ſit diſpenſatio, & quantum ad examinationem certum eſt non requiri, quando cauſa eſt notoria, & manifeſta, quia in notoriis non requiritur ordo juris, nec notorium exigit examinationem. *Cap. manifeſta* 2. *quæſt.* 1. Sed quæſtio eſt, quando cauſa non eſt manifeſta, & notoria, & in hac re eſt certum, quòd ſupremus princeps, diſpenſando ſine cauſæ cognitione, valida eſt diſpenſatio, ſicut valida eſt diſpenſatio ab ipſo data, ſine cauſa, *ut dixi ſupra quæſt.* 1. *num.* 4. à fortiori ergo erit valida ſine cauſæ cognitione, quæſtio eſt tantùm de inferiori diſpenſante in lege ſuperioris ſine cauſæ cognitione. 49.

Angelus. Azor.

In hac re prima ſententia in diſpenſationem datam ſine cauſæ cognitione eſſe nullam. Ita Angelus *in ſumma verb. diſpenſatio. n.* 12. Azor. 1. *part. lib.* 5. *cap.* 15. *quæſt.* 9. & 10. ubi ait, quòd talis diſpenſatio ſit nulla in utroque foro; nam facultas cenſetur commiſſa cum cauſæ cognitione, ita videtur conſtare *ex cap. neceſſaria, & cap. diſpenſationis* 1. *quæſt.* 7. ubi dicitur temporum varietatem expoſcere aliquando, ut leges relaxentur adhibita diligenti ponderatione: & clarius hoc docet Tridentin. *ſeſſ.* 25. *de reformatione cap.* 18. ubi diſponitur, ac præcipitur, quòd ſi urgens ratio poſtulaverit, cum aliquibus diſpenſandum, id tamen fiat, cauſa cognita, ac cum ſumma maturitate, de quo Menochius *conſil.* 16. *num.* 15. Gutierez *Canonic. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 5. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi allegat.* 33. *num.* 4. & confirmatur, quia ſicut actus juriſdictionis eſt abſolutio à peccatis, & cenſuris, ita & diſpenſatio; ſed abſolutio non poteſt dari, nec à peccatis, nec à cenſuris, niſi cognita cauſa: ergo nec diſpenſatio. 50.

Trident. Menoch. Guttier. Barboſa.

Communis, & vera ſententia eſt, validam eſſe diſpenſationem in foro conſcientiæ, datam ſine cognitione cauſæ, dummodo cauſa diſpenſandi verè ſubſiſtat, quamvis in foro exteriori revocari poſſit. Ita Sanchez *lib.* 8. *de Matrim. diſput.* 17. *num.* 11. Salas *de legibus diſp.* 20. *ſect.* 9. *num.* 79. Villalobos *in ſumma tom.* 1. *tract.* 2. *dub.* 41. *num* 4. Bonacina *de leg. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 3. *num.* 17. Diana 1. *part. tract.* 10. *de leg. Reſol.* 34. 51.

Sanchez. Salas. Villalobos. Bonacina. Diana.

Probatur primò, quia nullo jure probatur cognitionem cauſæ requiri ad validitatem diſpenſationis in foro conſcientiæ, dummodo talis cauſa verè adſit in re, ergo talis cognitio non eſt neceſſaria. Probatur ſecundò ex *c. Nihil de elect.* ubi dicitur electum ſine cauſæ examine eſſe ejiciendum, cùm indignus reperiatur, ergo à contrario ſenſu, non eſt ejiciendus, ſi dignus inveniatur, quamvis eligentes prætermiſſo examine defecerint in electionis forma, ergo etiam diſpenſatio data ſine cauſæ cognitione erit valida, ſi verè cauſa ſubſiſtat: & inde ex præcitato textu manet confirmata ſecunda 52.

pars

pars concluſionis, quòd poteſt invalidari in foro externo.

53. Salas. Ex quibus benè notat Salas *cita. ui num.* 81. quòd ſubditus utens tali diſpenſatione nec venialiter peccabit, quamvis ſit etiam in voto, vel juramento. At verò Prælatus diſpenſando ſine cauſæ cognitione, ut benè advertit Sanchez *num.* 11. *in fine*, peccabit mortaliter, exponit enim ſe periculo faciendi diſpenſationem iovalidam, & ſine cauſa.

54. Ad argumentum contrariorum deſumptum ex jure, ac ex Tridentino dicimus, quòd loquuntur de foro exteriori, & ideo diſpenſatio data ſine cognitione cauſæ poterit annullari in foro externo, & ideo in tali foro habetur præſumptive pro ſubreptitia. Cujus rei ſignum eſt, quòd Tridentinum indiſtinctè loquitur de Summo Pontifice, ac alio quolibet Prælato; & tamen omnes fatentur, quòd diſpenſatio data à Papa ſine cognitione cauſæ eſt valida, ergo etiam quoad alios Prælatos, ac proinde ſolum poterit invalidari, præſumitur enim dolo obtenta. Clauſula autem poſita in Tridentino, *cognita cauſa*; utpotè juſta, non ponitur tanquam quid neceſſarium, ſed ad evitandam temeritatem, & ideo ait Concilium *Cum ſumma maturitate*: Vnde ſi cauſa aliunde cognoſcitur, vel verè præexiſtit in te, valida erit diſpenſatio.

55. Ad confirmationem concedo majorem, & minorem, nego conſequentiam, eſt diſpar ratio, quia abſolutio à peccatis, & cenſuris fit per modum ſententiæ, & ideo requirit cauſæ cognitionem, at diſpenſatio non fit per modum iudicii, ſed juriſdictionis voluntariæ, & gratuitæ, & ideo Prælatus poteſt ſecum diſpenſare, non verò ſe ipſum abſolvere, *ut dixi ſuprà quæſt.* 6.

56. Suar. Pro magis confirmanda hac doctrina notã ex Suario *lib* 6. *de leg. cap.* 19. *n.* 2. Quòd eſto diſpenſatio fuerit data ſine cauſa juſta, tamen præſumptione ſubreptionis in foro externo notari, probando legitimam cauſam non interfuiſſe ad diſpenſandum, quia tunc per ſufficientem probationem conſtabit in foro externo, legitimam cauſam non dari ad diſpenſandum, & ſic pro tali foro diſpenſatio erit invalida.

QUÆSTIO IX.

Vtrùm ſubditus petendo procurando, acceptando, utendo diſpenſatione injuſta peccet?

SUMMARIUM.

57 *Diſpenſatio obtenta falſa cauſa, nulla eſt.*

58 *Qui inducit poſtulare diſpenſationem injuſtam, peccat.*

59 *Quæſtio eſt de acceptante, ac utente diſpenſatione injuſta,*

60 *Prima ſententia affirmat peccare mortaliter, ſecunda venialiter.*

61 *Tertia ſententia ut vera probatur, ac confirmatur, & n.* 62.

63 *Ponuntur, & ſolvuntur argumenta contraria, & n.* 64. *&* 65.

IN præſenti quæſtione non loquimur de eo, qui falſa cauſa, vel ratione diſpenſationem procurat, quia certum eſt talem peccare mortaliter, & diſpenſationem eſſe nullam, ut notant omnes Doctores, & ratio eſt manifeſta, quia ſuperior quando diſpenſat, ait *ſi ita eſt, ſeu ſi preces veritate nitantur*; & quando hoc non exprimitur, ſemper ſubintelligitur, ut notat Petrus de Ledeſma *in ſumma de ſacram. Matrim. cap.* 17. *difficultate ultima.* 57. Ledeſma.

Quantum verò ſpectat ad petentem procurantem, inducentem ſuperiorem precibus, vel poſtulationibus ad diſpenſandum in lege injuſta, certum eſt peccare eodem peccati genere, quo peccat ſuperior, *de quo dixi ſupra quæſt.* 3. peccare mortaliter, nam iſte inducit ad peccandum, inducens autem ad peccandum, eodem peccati genere peccat, quo peccat inductus, ut cùm multis tenet Sanchez *lib.* 8. *de Matrim. diſp.* 18. *num.* 8. Valentia 1. 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *punct.* 9. Bonacin. *diſp.* 5. *de leg. quæſt.* 2. *punct.* 3. *num.* 16. 58. Sanchez. Valentia. Bonac.

Quæſtio autem eſt de utente, ac acceptante talem diſpenſationem injuſtam, an præter peccatum commiſſum in petitione, & procuratione incidat in novam culpam utendo tali diſpenſatione injuſta. In qua te triplex eſt ſententia; prima peccare mortaliter. Ita Cajetan. 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. *in fine.* Ledeſma *in ſumma tract. de Matrim. cap.* 27. *poſt.* 4. *concluſ. dub.* 1. quia peccat contra conformitatem, quam lex naturalis dictat in membris. 59.

Secunda ſententia affirmat utentem tali diſpenſatione peccare venialiter. Ita Rodriguez, *tom.* 1. *quæſt.* 26. *art.* 7. Valentia, & Bonacina citati. Fundamentum eſt, quia iſte diſpenſatus non peccat contra legem, in qua eſt diſpenſatus, cùm per diſpenſationem ſit exemptus. Deinde in uſu talis diſpenſationis ſolum peccat ex quadam indecentia, quia indecens eſt, ut pars ſit deformis à toto, quòd ceſſante ſcandalo, vel alio damno, non ita eſt grave, ut excedat culpam venialem. 60. Rodrig. Valentia. Bonac.

Tertia ſententia tenet abſolutè utentem tali diſpenſatione nullo modo nec venialiter peccare, ſecluſo ſcandalo, aut malo exemplo, ut excludi poteſt, ſi verbi gratiâ violatio legis fiat occultè, vel ſi alii arbitrentur diſpenſationem eſſe juſtam ex legitima cauſa conceſſam. Ita Aragonius 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 9. *ad finem.* Vaſquez 1. 2. *diſp.* 178 *cap.* 4. Navarrus, Soto, ac Sylveſter, quos citant, ac ſequuntur Suar. *lib.* 6. *de legib. cap.* 19. *num.* 14. Salas *diſput.* 20. *de legibus ſectione* 5. *num.* 60. Azor. *lib.* 5. *inſtitut. Moral cap.* 15. *quæſtione* 5. Probatur, quia utens tali diſpenſatione non peccat contra legem, in qua eſt diſpenſatus, ut probat ratio poſita in 2. ſententia, nec peccat contra legem naturalem de conformitate membrorum inter ſe, & cum capite, quia lex naturalis non obligat valide diſpenſatum, ut ſe conformet cùm aliis membris, nullam habentibus diſpenſationem, ut patet in privilegiatis, qui non tenentur ſe conformare cùm aliis, nec aſſigna- 61. Aragon. Vaſquez. Navarr. Sylveſt. Soto.

bitur alia lex contra quam peccet, ergo in uſu talis diſpenſationis nullum datur peccatum.

62. Confirmatur, quia ſi Princeps abſque juſta cauſa tollat legem omnino, tunc non peccabit eam non obſervans, ergo ſimiliter quando partim tollitur lex, diſpenſando, cùm aliquo, talis utens diſpenſatione non peccabit, nullum enim principium aſſignabitur, ex quo dicatur illum peccare.

Argues primò: qui utitur tali diſpenſatione injuſta cooperatur peccato ſuperioris, ergo peccat eodem genere peccati. Et confirmatur. Quia acceptans, ac utens diſpenſatione injuſta cooperatur peccato concedentis: diſpenſatio enim planè non ſortitur ſuum effectum, donec accipietur, ac in uſu ponatur.

63. Reſpondeo negando antecedens, quia non cooperatur peccato Principis diſpenſantis, quia ut operarentur cùm Principe, concurreret in diſpenſationem faciendam, quemadmodum cooperatur, qui ſuperiorem inducit, & excitat ad faciendam diſpenſationem, non verò acceptans, vel utens tali diſpenſatione, non concurrit eodem modo ad illam, imò ſupponit factam, ſed utitur effectu diſpenſationis, in quo effectu nulla eſt malitia.

64. Inſtabis. Diſpenſatio fuit injuſta, ergo etiam effectus; nam ſi diſpenſatio eſſet nulla, nullus etiam eſſet ejus effectus. Reſpondeo; quòd quamvis diſpenſatio injuſta ponat aliquem effectum injuſtum, nempe in legiſlatore peccatum, tamen omnis ejus effectus non eſt injuſtus, ut patet in iniqua abrogatione legis, quam licet abrogando Princeps peccet, tamen ſubditus illa utendo non peccat, ita in præſenti, quia imprimis non obligatur a lege cùm ſit in ipſa diſpenſatus, nec alia lex extat, à qua obligetur. Ad id autem quòd dicitur de actu invalido, eſt multum diſpar ratio, quia actus invalidus idem eſt, ac ſi non eſſet, & nihil operatur.

65. Ad confirmationem principalis argumenti dicimus, quòd acceptans diſpenſationem, ac utens non cooperatur peccato concedentis, ergo poſtquam legiſlator concedit diſpenſationem, nihil amplius acquiritur, ex parte ejus, ut diſpenſatio ſuum obtineat effectum, licet ex parte ſubditi executio deſideretur, ac peccatum Prælati ſtat in concedenda diſpenſatione injuſta, in quo nihil facit ſubditus acceptando, & ſic diſpenſatio ex parte concedentis in ipſa diſpenſatione planè ſortitur ſuum effectum.

66. Dices 2. Sicut ſuperior diſpenſando ſine juſta cauſa peccat, & conſentiendo ut ſubditus utatur tali diſpenſatione etiam peccat, & veluti proſequitur in eodem peccato, ita etiam ſubditus petendo diſpenſationem injuſtam etiam peccat, ergo etiam perſeverando in tali uſu etiam peccat, in proſequitur in eodem peccato.

67. Relicta ſolutione Suarii *cap. 19. num. 14.* Tunc verò dic cum diſtinctione, quòd ſi diſpenſatio eſt data ab inferiori ſine cauſa in lege ſuperioris, tunc utens tali diſpenſatione poteſt peccare mortaliter juxta gravitatem materiæ, quia talis diſpenſatio eſt nulla, *ut dixi ſuprà quæſt. 1.* & ſic non eximit diſpenſatum ab obligatione legis, cum diſpenſatio nulla nullum obtineat effectum, quòd agnoſcens diſpenſatus illa non poteſt uti. At verò ſi diſpenſatio facta eſt à proprio legiſlatore, uti ſuperiore illius, tunc diſpenſatio eſt valida, & ideo cum tertia ſententia dicendum exiſtimo, quòd utendo illa nec venialiter peccat.

RESOLUTIO XXVII.

Poteſtas Eccleſiaſtica ad diſpenſandum.

Quæstio Prima.

De his, in quibus Summus Pontifex valet diſpenſare.

SUMMARIUM.

1 *Summus Pontifex poteſt diſpenſare in omni jure humano, tam Eccleſiaſtico, quam civili.*

2 *Pontifex non poteſt diſpenſare in his, quæ immediatè proveniunt à principiis naturæ, ac voluntate divina. & n. 3.*

4 *Tamen Deus in aliquibus poteſt mutare materiam, tamen talem mutationem non poteſt facere in omnibus.*

5 *Nec Pontifex poteſt diſpenſare in his, quæ immediatè pendent à voluntate divina.*

6 *Poteſt Pontifex diſpenſare in aliquo jure divino, cujus obligatio oritur à voluntate divina.*

7 *Non tamen in matrimonio conſummato.*

Valdè ampla, & lata eſt hæc materia; & certum in hac materia Summum Pontificem poſſe diſpenſare in omni jure humano, ſive Eccleſiaſtico, ſive civili, an verò poſſit diſpenſare in jure divino, & naturali, controverſia eſt, & quamvis omnes Catholici conveniant, quòd in aliquibus poſſit diſpenſare, tamen in explicanda hac re varii ſunt dicendi modi, & aliquando valdè confuſi, & multis omiſſis. 1.

Dico. Quòd Summus Pontifex non poteſt diſpenſare in his, quæ immediatè proveniunt ab ipſis intrinſecis principiis naturæ, vel à voluntate divina immediatè. Ac proinde non poteſt diſpenſare Deum creatorem, & auctorem non eſſe diligendum, ac venerandum, nec parentes honorandos, nec etiam in his, quorum materia, niſi varietur, eſt intrinſecè mala ex ſe; ac proinde licere furari, occidere, adulterari, nec etiam poteſt diſpenſare in his, quæ immediatè pendent à voluntate divina, ut in materia, forma, ac integritate Sacramentorum. Ita Abbas *in cap. à nobis num. 4. & in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. num. 11.* Filinus *ibid. num. 26. ibidem* 2. Abbas. Filinus.

Inno

Innocent. Panorm. Navarr. Sanchez. Azor. M. Cornejo. Bonac. Rebellus.

Innocentius, Panormitanus, Navarrus, *lib.* 4. *conſilior. tit. de ſponſalibus, & conſil.* 3. *n.* 8. *& tit. qui filii legitimi num.* 2. Sanchez *lib.* 3. *de Matrim. diſp.* 6. *à num* 5. *uſque* 10. *tom.* 1. *in Decalog. lib.* 4. *cap.* 37. *num.* 14. Azor. *lib.* 6. *cap.* 1. *quæſito* 5. M. Cornejo *tom.* 2. *tract.* 2. *diſ.* 7. *dub. ultimo, num.* 2. Bonac. *tom.* 2. *diſp.* 1. *de leg. quæſt.* 1. *punct.* 2. *num.* 12. Rebellus *lib.* 2. *quæſt.* 16. *ſect.* 7. *num.* 6.

3. Probatur, quia poteſtas Pontificis data eſt à Deo tanquam fidelis diſpenſatoris in ædificationem, & non in deſtructionem, atqui ſi Pontifex diſpenſaret, ut licitum eſſet furari, adulterari, fornicari, & occidere, maximè ejus poteſtas eſſet in deſtructionem totius boni communis, ergo talis poteſtas non ei data. Confirmatur: quia Deus de potentia abſoluta non poteſt diſpenſare, in hujuſmodi jure naturali, divino, ut in primis principiis, ac præceptis Decalogi, quia talia ante omnem prohibitionem, ac voluntatem ſunt intrinſecè mala, & diſconveniunt mortaliter naturæ rationali, ipſamque deordinant à ſuo naturali fine, nam hæc non ſunt mala, quia prohibita, ſed quia mala, ideo prohibita, ergo nullo modo poteſt Deus talia facere. Et confirmatur, quia Deus neceſſariò amat ſuas perfectiones, ergo neceſſario odio habet quidquid illis opponitur; ſed quidquid opponitur præceptis Decalogi, opponitur perfectionibus divinis, ergo neceſſario ſunt in odio Dei, ac proinde non

D. Thom. poteſt talia præcipere. Ita D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 8. *ibidem* Cajetan. Conradus, Medina, M. Cornejo *tom.* 2. *tract.* 6. *diſput.* 1. *dub.* 4. *num.* 4. Sotus *lib.* 2. *de juſtitia quæſt.* 3. *art.* 8. & plures alii, quos citant, ac ſequuntur Vaſquez t. 2. *diſp.* 179 *caſ.* 2. Salas *diſp.* 5. *ſect.* 9. *n.* 51. Lorca *de legib. diſp.* 9. *Membro* 2. & alii.

4. Qui etiam notant, quòd quamvis præcepta Decalogi ſint indiſpenſabilia, tamen Deus, ut ſupremus Dominus poteſt mutare materiam: propria auctoritate non licet occidere, tamen Deus ut ſupremus Dominus omnium vitæ, poteſt eam auferre, ſic & furari nemini licet, tamen Deus ut omnium Dominus, poteſt huic, vel illi transferre dominium, & quamvis hoc verum ſit in aliquibus præceptis, non tamen in omnibus, ut D. Thoma 1. 2. *quæſt.* 100. *art.* 8. *ad* 3. & cum multis aliis, tenet Suarez *lib.* 2. *de legibus cap.* 15. *num.* 16. quia in aliquibus materia eſt adeò determinata, ut neque de potentia Dei abſoluta, in illis poſſit fieri mutatio, ut in primo præcepto Decalogi, *Non adorabis deos alienos*, impoſſibile eſt, quòd liceat, ut aliquis æquali honore, ut Deus verus honoretur, ſic & de ſecundo præcepto Decalogi, tum quia involvit deformitatem mendacii, tum quia facit Deum auctorem mendacii.

5. Dixi in concluſione, nec etiam in his, quæ immediatè pendente à voluntate divina, ut in materia, & forma Sacramentorum, & ratio eſt, quia Sacramentum totum ſuum eſſe habet à Chriſto, & tale eſſe debet, quale à Chriſto fuit inſtitutum, ſed Chriſtus inſtituit quodlibet Sacramentum cum determinata materia, & forma, ergo in eis non poteſt

D. Thom. Cajetan. humana poteſtas aliquid innovare. Ita D. Thomas 3. *part. quæſt.* 30. *art.* 7. Cajetan. M. Cornejo, Coninch. *ibidem art.* 5. An verò circa ipſa Sacramenta poſſit Pontifex per modum interpretationis aliquid declarare; An verbi gratiâ in regione frigidiſſima, ubi nulla conſervatur vini copia, liceat conſecrare ſub una ſpecie tantùm; multi, & graves Theologi affirmant. Cornejo. Coninch.

Sylveira Opuſcula.

Dico 2. Quòd Pontifex poteſt diſpenſare in aliquo jure divino naturalis, cujus obligationis radix eſt à voluntate humana in aliquo ſpeciali caſu, juſta interveniente cauſa, ita Auctores citati in prima concluſione, ac proinde poteſt diſpenſare in voto juramento, matrimonio rato, reſidentia Epiſcoporum, qui voluntate tale onus ſuſceperunt. Probatur, quia Deus poteſt diſpenſare in tali jure divino naturali hoc modo conſiderato; & deinde bene ſequitur quòd etiam Pontifex, quia hoc nullam dicit indecentiam, ſed magnam convenientiam, ac utilitatem boni communis, ac Regni, ergo Pontifex habet hanc auctoritatem ad diſpenſandum, ac relaxandum ipſum jus naturale in tali caſu. Major eſt certa; Minor patet, quia diſpenſatio in aliquo caſu ſpeciali, in voto, matrimonio rato, poteſt conducere ad pacem unius Regni; deinde in hujuſmodi diſpenſatione nulla datur indecentia, cum talis obligatio orta ſit ex voluntate humana. Conſequentia eſt bona, quia conceſſio facta Petro, & ſuis ſucceſſoribus fuit generalis, & ampliſſima; *Quodcumque ſolveris ſuper terram*, &c. Ex quo Eccleſia colligit poteſtatem ad indulgentias, ad cenſuras, ergo etiam ad diſpenſandum in hoc jure. 6.

Nec inde inferas, ergo etiam poterit Papa diſpenſare in matrimonio conſummato, cùm etiam dependeat à voluntate humana, hoc tamen negant omnes Theologi, & Juriſtæ, & mentio ſanè; quia ejus omnimoda indiſſolubilitas provenit ex ratione ſignificationis, ſignificationem indiſſolubilem Chriſti cum Eccleſia unionem per carnem aſſumptam. Ita Canus, Medina, Azor. Petrus de Ledeſma, Palacius, & multi alii, quos citat, ac ſequitur Sanchez *lib.* 2. *de Matr. diſp.* 13. *n.* 7. *& tom.* 1. *in Decalog. lib.* 4. *cap.* 37. *num.* 14. 7.

Canus. Medina. Azor. Ledeſma. Palacius. Sanchez.

Quæstio II.

De Etymologia nominis Archiepiſcopi, Metropolitani, Epiſcopi, & de Archiepiſcopo, dum viſitat.

SUMMARIUM.

8 *Etymologia nomina Archiepiſcopo, Metropolitani, Epiſcopi.*
9 *Archiepiſcopus dum viſitat, poteſt diſpenſare, in voto, ac juramento ſuffraganei.*
10 *In confeſſionali poteſt diſpenſare in votis, ac juramentis ſubditorum ſuffraganei.*

Ab Etymologia nominis incipio. Archiepiſcopus deducitur à verbo Græco Archon, 8.

quòd idem eſt ac Latinè *princeps*, ac proinde idem valet ac princeps inter Epiſcopos, ac Fratres, & deducitur *ex cap.*12. *cleros diſt.*21.
D. Iſidor. Cenedus. Bellarm. Henriq. Hugo. Durand. Cæſar. Ita D. Iſidorus, Cenedus, Bellarmin. Henriquez, Hugo, Durandus, & alii multi, quos citat, & ſequitur Sebaſtianus Ceſar *in Hierarch. Eccleſ. diſp.*4 §.1 *num.*1. Metropolitanus verò, ut vult D. Iſidorus, deducitur à numero decem, vel duodecim civitatum, vel ut alii probabilius à verbo Græco *Metros*, quòd ſignificat matricem civitatem vel Matrem civitatum.
Gloſſa. Budæus. Immola. Zabarella. Panormit. Vitalius. Gomez. Barboſa. Ita Gloſſa *in dicto cap. cleros*, Budæus in prioribus annotationibus ad Pandectas, ex quo Immola, Zabarella, Panormitan. Vitalius, Gomez, & alii, quos citat, ac ſequitur Barboſa de poteſt. Epiſcopi, *part.* 1. *tit.* 1. *cap.*6. *num.* 10. Dicunt, quod idem eſt Archiepiſcopus, ac Metropolitanus, ubi etiam notat, quòd ſunt aliqui Archiepiſcopi, qui non dicuntur Metropolitani, quia nullum habent Epiſcopum ſuffraganeum, ut etiam no-
Azor. tat Azor. *part.*2. *lib.*3. *cap* 33. *quæſtio* 1. Epiſcopus autem dicitur à verbo Græco *ſcopein*, quòd ſignificat conſiderare, ſeu inſpicere, quaſi Epiſcopus in Eccleſia Dei ſit ſpeculator conſiderans ſubditorum vitam, & mores. Ita D. Iſidorus, *in citato cap. cleros ve b. Epiſcopus*, Bellarmin. *lib.*3. *de Romano Pontifice cap.* 24. Henriquez *lib.* 10. *cap.* 32. *in prin. cip.* Durandus *in Rationali Divin. lib.*2. *cap.*2. *num.*1. *ad quæſtionem.*

9. Archiepiſcopus dum viſitat, poteſt diſpenſare in votis, & juramentis Epiſcoporum ſuf-
Paludan. S. Anton. Henriq. Avila. Sayrus. fraganeorum, ut tenent Paludanus S. Anton. Henriq. Avila, Sayrus, & alii, quos citant, ac ſequuntur, Sanchez, *in precept. Decalog. tom.*1.*lib.*4 *cap.*38. *num.*36. Molfeſ. *in ſumma morali tract.*11.*quæſt.*15. *num.*111. Suar. *tamen de relig. lib.*6. *de voto*, *cap* 11. *n.*3. ait in hoc caſu conſulendam eſſe conſuetudinem.

10. Archiepiſcopus dum etiam viſitat diœceſim ſuffraganei, audiendo confeſſiones in pœnitentiali, poteſt diſpenſare in foro conſcientiæ ac-
Gambar. Abbas. cedentes ad ipſum. Ita Gambar. *de offic. legat. lib.*2. *tit. de variis ordinib.* Abbas *in cap. ad extirpandas*, *de filiis presbyterorum*, & etiam in foro conſcientiæ de hæreſi occulta, & caſi-
Trident. bus conceſſis Epiſcopis in Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reformat.* & cùm eis etiam in irregu-
Suar. Sayrus. laritate diſpenſare tenent Suar. *tom* 2. *de Relig. tract. de voto lib* 6. *cap.*10. *num* 9. Sayro, Sanchez, Henriquez, Anton. Gomez, Avila, quos citat, ac ſequitur Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.*1. *tit.*2. *num.*32. & modo omnia, quæ dicimus de Epiſcopis etiam intelligenda ſunt de Archiepiſcopis.

QUÆSTIO III.

De poteſtate Epiſcopali ad diſpenſandam in votis, ac juramentis quibuſdam exceptis.

SUMMARIUM.

11 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in votis ſubditorum exceptis quinque.*

12 *Poteſt Epiſcopus diſpenſare in voto caſtitatis, ac Religionis non abſoluto, nec ex amore Dei, ſed conditionali, & num.*13. *&* 14.

13 *Poteſt Epiſcopus diſpenſare in juramento quibuſdam exceptis.*

Poteſt ergo Epiſcopus, ſeu Archiepiſcopus diſpenſare in omnibus votis ſuorum ſubditorum, quia Epiſcopus habet ſufficientem juriſdictionem ad rectam ſuæ Eccleſiæ gubernationem, & bonum ſuorum ſubditorum. Excipiuntur tamen quinque vota, quæ reſervata ſunt Summo Pontifici, verbi gratiâ votum perpetuæ caſtitatis, Religionis approbatæ, votum peregrinationis ad limina Apoſtolorum, ad terram ſanctam, & S. Iacobum, ut patet ex extravaganti *Dominici de remiſſionibus, & pœnitentia*, & licet in his tribus ultimis votis juxta Panormitanum *in cap. ex multa de voto*, Panorm.
Tabienam *verbo diſpenſatio. num.*11. & alios Tabiena
poſſit, Epiſcopus diſpenſare, quando facta ſunt tantùm cauſa devotionis, & non in ſubſidium belli, nihilominus contrarium tenendum eſt, univerſali Eccleſiæ conſuetudine. Ita Sanchez *in Decalog. tom.*1. *lib.*4. *cap.*40. *n.*6. Leſſius *lib.*2. *cap.*40 *dub.*13. *num.*104. Clavis Regia *lib.*6. *cap.*11. *num.* 35. Bonacin. *tom.*2. *diſput.*4. *de voto*, *quæſt.*2. *punct.*7. §.4. *num.*4. *&* 11. & quamvis hæc reſervatio non ſit expreſſa in jure; tamen ſicut reſervatio poteſt per conſuetudinem auferri, ita etiam induci poteſt, & iſta reſervatio bene colligitur ex citata extravaganti Dominici de remiſſionibus, ubi fertur excommunicatio contra eos, qui prætextu facultatum ſummi Pontificis hæc quinque vota commutant. Ita Clavis Regia Clavis Reg.
cit. num. 38. Suar. *lib. de voto c.*21. qui bene Suarez.
obſervant, quòd in dicta extravaganti ſolùm fit mentio de commutatione, non verò de diſpenſatione, in pœnis autem non eſt facienda extenſio ad diverſa.

Loquimur tamen de voto abſoluto, quia 12.
ſi ſit ad tempus, certum eſt poſſe Epiſcopum diſpenſare, imò & poteſt diſpenſare in voto caſtitatis, ſeu Religionis pœnali, ſeu conditionali, etiam adimpleta conditione, verbi gratiâ fecit quis votum caſtitatis, vel Religionis, ſi ab hac infirmitate liberetur, poſtquam evaſit periculum poteſt votum ab Epiſcopo diſpenſari. Ita Sanchez cum multis Sanchez.
lib 8. *de Matrim. diſp.* 10. *num.* 13. *& tom.*1.
in Decalog. lib 4. *cap.*40. *num.* 99. Rodriguez Rodrig.
*tom.*1. *quæſt.* 63. *art.* 7. Clavis Regia *lib.*6. *ci-* Clavis Reg.
*tato cap.*11. *num* 72. Petrus de Ledeſma *tom* 2. Ledeſma.
*tractat.*10. *cap.*8. *num.*3. Suar. *tom* 2. *de Relig.* Suarez.
lib. 6. *de voto cap.* 23. *num.* 1. *&* 6. & multi
alii, quos citat, ac ſequitur Trullench *in* Trullench.
bullam cruciatam lib. 1. §. 7. *cap.* 3. *dub.* 6. *num.* 2. Et idem dicendum eſt etiam de votis juratis, ac etiam de confeſſore electo per Bullam Cruciatam, ſeu Jubilæum, quòd in tali voto poſſit diſpenſare, ut cùm multis tenet Illuſtriſſimus Dominus Acuña in explicatione Iubilæi, in quodam additamento in exordio.

Ratio hujus rei eſt, quia reſervatio eſt 13.
odioſa, ergo eſt reſtringenda ad rem ſimplicitèr talem, atqui votum pœnale, ſeu conditionale, etiam adimpleta conditione, non eſt votum abſolutum, & ex perfectò amore Dei,

Dei,ſed tantum ea amore evadendi periculum, ergo non eſt votum ſimpliciter, cum deficiat à perfecta ratione voti, ergo non venit inter vota reſervata Pontifici.

14. Dices poſita conditione votum manet abſolutum, ergo non poteſt diſpenſari ab Epiſcopo. Reſpondetur, quod quamvis vota, poſita conditione,cenſeantur abſoluta ſecundum ſe, non tamen ſunt abſoluta, quoad radicem, ex qua proceſſerunt, eſt enim in illis imbibita illa radicalis imperfectio, quia non ſunt emiſſa directè ea amore virtutis, ſed tanquam pœna peccati, ac mali præſentis,quæ imperfectio etiam poſita conditione manet.

Quoad Iuramenta.

15. Quantum ad juramenta, poſſunt diſpenſaſe Epiſcopi, & alij Prælati, quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habentes, exceptis juramentis reſervatis Summo Pontifici, ut ſunt juramenta, quibus confirmantur ſtatuta Collegiorum, Academiarum,& bonorum Eccleſiaſticorum. Item juramenta, quibus aſtringuntur Domini temporales, ut Reges, Duces, Marchiones, Comites. Item Prælati Eccleſiaſtici, ut Epiſcopi, & ſuperiores Eccleſiarom. Item jurameota, qoæ in rebus arduis interponuntur. Et ratio eſt, ne hojuſmodi bona facile dilapidentur, & optimè tradit Sotus hanc regulam generalem. 8.de *juſtit.quaſt.* 1.*art.*9. Quoties ſtatum juratum confirmatum à Papa; juramentum eidem Pontifici eſt reſervatum. Ita Sanchez *lib.*3.*in Decalog. cap.* 19.*num.*7. Azor, p.1. *lib.*11.*cap.* 19. *poſt quaſitum.* Reginald..*lib.* 18. *num.* 68.Bonacin. *disp.* 4. *de leg.quaſt.* 1.*punct.* 17,*& hoc maximè poſtulat commune bonum.*

Q u æ s t i o IV.

De poteſtate Epiſcopali ad diſpenſandum quoad irregularitates, & explicatur quid ſit occultum?

S U M M A R I U M.

16 *Quot ſint irregularitates.*
17 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in omni Irregularitate ex delicto occulto,& num.*18.
19 *Et etiam in irregularitate ex hareſi occulta,& num.*20.
21 *Explicatur quid ſit occultum, & num* 22.
23 *Hac facultas committenda Vicario ad hoc deputato, & num.*24.
25 *Eadem poteſtas convenit Archiepiſcopo, dum viſitat.*

16. QUantùm ad irregularitates, nota quod irregularitates ſunt undecim,ſex ex defectu, quinque ex delicto. Irrigularitates ex defectu. Primò, eſt ex defecto rationis, ſcientiæ, & fidei. Secundò, ea defectu corporis, qoia caret oculo, vel digito. Tertiò, ea defectu natalium, quia eſt illegitimus. Quartò, ea defectu ætatis, quia non habet requiſitam ad ordines Quintò, ea defectu Sacramenti, id eſt bigamia, de qua egi *ſupra Reſolut.* 19. *& hac eſt triplex.* Prima & vera, quæ conſurgit ex duplici matrimonio, quando quis habuit doas uaores. Secunda, & interpretativa, quando quis contraxit cum corrupta, verbi gratia, vidua. Tertia, & ſimilitudinaria, quando quis poſt votum ſolemna,vel ſactum ordinem contraait matrimoniom cum aliqua. Sexto, defectu lenitatis, verbi gratia, homicidio; dicuntur irregularitates *ex* defectu, quia deficit homo à Chriſto, qui eſt primum exemplar in ordine Eccleſiaſtico.

Irregularitates ex delicto ſunt quinque.Primò, ea iteratione Baptiſmi. Secundò, ea indebita ſuſceptione & uſu ordinis, ut verbi gratia, ſi excommunicatus ſuſcipiat, vel adminiſtret ordines. Tertiò, *ex* actu infidelitatis, ſeu hæreſis, nam *Hæretici,* Apoſtatæ à fide,eorum fautores, & defenſores ſunt irregulares, etiam ſi ſint occulti. Quartò, oritur *ex* infamia,quæ eſt prava opinio de vita, & moribus alicujus, hæc autem oritur ex ſententia data in crimine Sodomiæ, Hæreſis, & ſimilium.Quintò, ex homicidio, ac mutilatione illicitè facta. 17.

Hoc poſito. Epiſcopi poſſunt diſpenſare in 18.
omni irregularitate ex delicto occulto,ſeu oon
deducta ad forum contentioſum, excepto homicidio
volootario, Ita expreſſe Conſiliom
Trident.*ſeſſ.*24.*cap.*6.*de Reformat.*Vnde Epi- Trident.
ſcopus poteſt diſpenſare in eà, quæ conſorgit
ea mutilatiooe occulta. Ita Molina, *disp.* 70. Molina. Filliucius.
num. 19.*&* 79. Filliucius, *tract.* t 20. *cap.* 4.
num. 9. Suar. *de cenſur. disp.* 44. *ſect.* 4. *num.* Suar.
35. & multi alij. quos citat, ac ſequitur Bo- Bonacina.
nacin. *tom.* 1. *diſp.* 7. *quaſt.* 4. *punct. ultimo,*
num. 11. Ratio eſt, quia Trideotioum dat facultatem
diſpenſandi in omni irregularitate
occulta, excepto homicidio.

De Irregularitate ex Hareſi.

An verò poſſit Epiſcopus diſpenſare in Irre- 19.
gularitate contracta ex hæreſi occulta, tam
circa uſum ordinum ſuſceptorum, quam circa
ſuſceptionem ipſorum ordioum, quandio de-
lictom eſt occultum? Gravis eſt quæſtio,& ſi
multi, & graviſſimi negent,ut retuli *ſuprà Re-*
ſol. 10.*quaſt.* 1. *num.* 3. Alij è contra, & ma-
gnæ notæ affirmant poſſe diſpenſare, ut San- Sanch.
chez,*tom.*1 *in Decalog.lib.* 2.*cap.*11. *num.*27.
ait eſſe probabiliſſimum. Henriquez, *in ſumma* Henriq. Avila.
lib. 6.*cap.* 14.*num.* 7. *litter.* M. Avila. *de cen-*
ſuris 2.*p. cap.*7. *diſp.* 5. *dub.* 6.5. *Prima Con-*
cluſio. Portel,*in Additionibus ad Dubia Regu-* Portel. Filliucius.
laria verb. Epiſcopus, num. 5. Filliucius,*tract.* Rodrig.
20. *cap.* 3. *num.* 146. Rodrig. Petrus de Le- Ledeſma.
deſma, Lorca, Sa, Veiga, quos citat, ac ſeqoi- Lorca. Sa.
tur Illuſtriſſimus Dominus Brachareos. *in ex-* Veiga.
plicat. Iubilai, *cap.* 10. *dub.* 7.*num.* 18.*& ſa-* Brachar.
pientiſſimus, M. Aotonius de Souza,*in expoſit.* Souza.
Bulla cœna, disp. 100.*n.*7.*& alij multi, quos*
*citavi Reſol.*20.*quaſt.*1.

Et ratio eſt, quia Tridentinum citato loco dat facultatem Epiſcopis diſpenſandi in omni 20. irregularitate, proventente ex delicto occulto; atqui irregularitas ex hæreſi occulta provenit ea tali delicto occulto, ergo cum ſit occulta, poterit diſpenſari ab Epiſcopo. Nec obſtat dicere, quod hæc facultas ſit ablata per bullam Cœnæ quæ quotannis legitur; nam præter ea,

quæ dixi, *cit q.* 1. Bulla Cœnæ ſolum derogat
facultatem abſolvendi, non vero diſpenſandi,
de qua nos hic agimus, ac proinde in pœnis
non eſt facienda extenſio ad diverſa. De hac
re vide quæ dixi, *ſuprà Reſol.* 20. *quæſt.* 1. Ubi
argumenta adverſariorum poſui, ac ſolvi.

21. Pottel. Nota circa hanc rem, quid ſit occultum.
Pottel, *in Additionibus ad Dubia Regul. Verb.*
Fagundez. *Diſpenſare num.* 9 Fagundez *in præceptis De-*
calog. tract. 2. *lib.* 8. cap. 8. *num.* 32. 33. Di-
cunt quod ſi hæreſis ſit nota quinque, vel ſex
perſonis, vel ſex complices habeat, adhuc di-
cetur occulta, & ab illa adhoc Epiſcopi pote-
Navar. tunt abſolvere. At Navarr. *in Manual. cap.* 27.
Toletus. *num.* 254. *in fine, verſ. Vndecim.* Toletus, *in*
Vivald. *ſumma lib.* 1. *cap.* 89 *num.* 5. Vivald. *in cande-*
Sayrus. *labro tit. de irregularit. num.* 315. Sayrus, *de*
Suar. *cenſur. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 315. Suar. *tom* 4. *de*
pœnit. diſp. 3. *ſect.* 2. *num.* 2. & *de cenſur. diſp.*
Veiga. 41. *ſect.* 2. *num.* 6. Veiga, Emmanuel Rodrig.
Rodrig. Zerola, Azor, & alij in magno numero, quos
Zerola. refert. & citat Barboſa *in Collectanea*, ad Tri-
Azor. dent. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. ad Verbum ex occulto,
Barboſa. qui omnes dicunt illud reputari occultum,
quod non eſt notorium apud omnes, etiam ſi
poſſit probari per aliquos teſtes, ſufficit enim
non eſſe divulgatum, & quod poſſit aliqua ter-
giverſatione celari, & eſto, delictum fuiſſet de-
ductum ad forum contentioſum, & vel ex de-
fectu probationis, vel ob inſtantiam partis
Iudex abſolvit reum per ſententiam diffiniti-
vam, adhuc res manet intra terminos occulti,
ut ex Covarr. ac aliis probat Sanchez, *de ma-*
trim. lib. 8. Imo ſi delictum fuerit publicum
in uno loco, in altero occultum, ubi petitur
diſpenſatio, & non eſt moraliter ſpes, ut pu-
blicetur ibi, reputatur ut occultum, prout op-
ponitur publico. Ita Sanchez, Suarez, Avila,
Vidalius. Fagundes, quos citant, ac ſequuntur Vidal. *de*
caſibus reſervatis Inquiſit. 1. *num.* 101. Candid.
cit. dub. 9 circa occultum vide, *ſuprà Reſolut.*
37. *quæſt.* 2.

22. Circa quod nota primò Epiſcopum in præ-
dicto caſu poſſe committere abſolutionem, non
ad ſuum Vicarium abſoluè, ſed ad Vicarium,
Suarez. vel Confeſſorem ſpecialiter ad talem caſum
Henriq. hæreſis deputatum, nam ita requirit Triden-
tinum, ut contra Suarez, *tom.* 4. *diſp.* 30. *ſect.*
2. *num* 9. *&* 25. probat Henriq. *lib.* 6. *cap.*
Garcia. 14. *num.* 7. in Gloſſa, *litter.* O. Garcia, *diſp.*
Vgolin. 11. *cap.* 10. *num.* 85. Ugolinus, *de irregularit.*
cap. 36. *num.* 5. in principio. & cum aliis mul-
tis, Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi, p.* 2. *Allegat.*
40. *à principio.*

22. Nota etiam contra Henriquez, *lib.* 14. *cap.*
Henriq. 20. §. 20. *in fine*, & Avilam *de cenſur. p.* 7.
Avila. *diſp.* 10. *dub.* 6. Epiſcopum poſſe dictam abſo-
lutionem, & diſpenſationem dare ſuo ſubdito
in abſentia, etiam ſi talis ſubditus ſit extra
Diœceſim, nam cum Concilium dicat, *ſubdi-*
Rodrig. *tos in ſua diœceſi, hoc eſt ſua diœceſis.* Ita Ro-
Salzedo. driguez, *in ſumma tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 3. Sal-
zedo, *in praxi Epiſcopal. p.* 2. *cap.* 6. *num.*
28. Suarez, *de cenſur, disp.* 41. *ſect.* 2. *num.* 10.
Bonacina. *&* 12. Bonacin. *de cenſur. disp.* 1. *quæſt.* 3. *punct.*
2. *num.* 1. *verſ. &* *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *punct.* 1.
num 4.

14. Nota tertiò Epiſcopum dictam abſolutio-
nem, & diſpenſationem poſſe impertiri extra
Sacramentum Confeſſionis, nam per illam
particulam, *in foro conſcientiæ*, non intelligitur
forum Sacramentale, audita confeſſione, ſed
tantum denotatur, ut abſolutio in foro exter-
no non proſit, ſi accidat hæreſim ad judicium
externum deduci. Ita Homobonus de examine Homobon.
Eccleſiæ, *p.* 1. *tract.* 5. *cap.* 5. *quæſt.* 31. *&* Sanchez.
alij multi, quos citant, ac ſequuntur, Sanchez Diana.
in Decalog tom 1 *lib.* 2. *cap.* 11 *num.* 13. Diana,
p. 1. *de Abſolut. Hæreſis, Reſol.* 2. *ad finem.*

Nota quartò, hanc eandem poteſtatem con- 25.
venire Archiepiſcopo dum viſitat Diœceſim Clau. Reg.
ſuffraganei, ut tenent Sayro, Clau. Regia, *lib.* Henriq.
6. *cap.* 11. *num.* 79. Henriquez, *in ſumma lib.*
14. *cap.* 18. *num.* 3. Suar. *tom.* 4. *de Pœnit. diſp.* Suar.
3 *ſect.* 2. *num.* 8. Avila, Sanchez, *&* *alij*, *quos* Avila.
citat, ac ſequitur, Bonacin. *cit.* *diſp.* 1. *quæſt.* 3. Bonacina.
punct. 2. *num.* 3. Barboſa, *de poteſt. Epiſcopus* Diana.
Alleg. 39. *num.* 19.

Quæstio V.

Poteſtas Epiſcopalis ad diſpenſandum quo-
ad ea, quæ pertinent
ad matrimonium.

SUMMARIUM.

26 *In impedimento occulto quando eſt diffici-*
lis recurſus ad Papam, Epiſcopus poteſt
diſpenſare.
27 *An ſi matrimonium fuit celebratum mala*
fide, an tunc valeat diſpenſare Epiſcopus,
aliqui negant.
28 *Alij probabiliter affirmant.*
29 *Etiam, Epiſcopus in caſu urgente poteſt diſ-*
penſare ante matrimonium contractum.
30 *Non verò ſi adſit legatus.*
31 *Epiſcopi poſſunt diſpenſare ad pe. endum*
debitum.

IN impedimentis dirimentibus ſolus Papa 26.
poteſt diſpenſare ante matrimonium cele-
bratum; at poſt celebrationem illius ſaltem
bona fide unius publicè factam, ſi impedimen-
tum eſt occultum, & ſeparatio conjugum ne-
quit fieri ſine magnæ famæ jactura, ac ſcan-
dalo, aliove magno detrimento, & non eſt
facilis ad Summum Pontificem recurſus, vel
ad alium habentem ad id poteſtatem, ſi eſt
periculum in mora, tunc bene poteſt Epiſco- Sanch.
pus diſpenſare. Ita Sanchez, *de matrim. lib.* 2. Pontius.
diſp. 40. *num.* 4. Pontius, *de matrim. lib.* 8. *cap.* Tannerus.
13. *num.* 4. Taonetus, *tom.* 4. *diſp.* 8. *quæſt.* 4. Rebellus.
dub. 9. *num.* 162. Rebellus, *p.* 2. *lib.* 3. *quæſt.* 5. Bonacina.
num. 20. Bonacin. *de matrim. quæſt.* 3. *punct.* Præpoſit.
15. *num* 4. Præpoſitus, *in* 3. *p. quæſt.* 8. *de*
diſpenſationibus matrim dub. 2. *num.* 12. Ocha- Ochagavia.
gavia, *de Sacram. tract.* 5. *de matrim. quæſt.* 2.
num. 7. Villalobos, *in Summa tom.* 1. *tract.* 14. Villalobos.
difficult. 25. *num* 4.

Et addunt citati Auctores, quod ſi Sacra- 27.
mentum celebratum ſit mala fide ex parte
unius, quod tunc non poteſt Epiſcopus diſpen-
ſare. Et ratio eſt, quia mala fide contrahens,
indignus eſt, cui favor hujuſmodi concedatur,
ergo non poteſt præſumi tacita conceſſio ſum-
mi Pontificis, ut Epiſcopus in caſu diſpenſet;
quod

Trident. quod confirmatur ex Concilio Trident. *ſeſſ. 24. cap. 5. de reformatione Matrim. ubi dicitur, ſi quis intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerit, ſeparetur, & ſpe diſpenſationis conſequendæ careat.*

28. Moſcoſus. Henriq. Tamen Moſcoſus *tract.* 10. *cap.* 19. *num.* 22. quod etiam antea docuit, Henriquez, *lib.* 12. *cap.* 3. *n.* 2. affirmant poſſe diſpenſari ab Epiſcopo, nam Epiſcopus in ſua diœceſi de jure divino poteſt, quidquid poteſt Papa in toto orbe; & quamvis ejus poteſtas poſſit à Papa limitari, & de facto in hoc limitata ſit; non tamen in omnibus caſibus cenſetur limitata, ſed tantum in ordinariis, quando verè datur periculum animarum, præſumitur Papam velle quod Epiſcopus ſuam juriſdictionem exerceat, & diſpenſando remedium adhibeat, ſic enim decet Patrem, Paſtorem, ac bonum diſpenſatorem. Et cum hac limitatione interpretatur Tridentinum, nam etiam Deus (ait ipſe) prohibet homicidium, quod tamen permittit in neceſſariam defenſionem; & quemadmodum Concilium loco citato, prohibens diſpenſationem, cum taliter contrahentibus tamen. Pontifex, quando ſibi videtur congruum, diſpenſare valet, ſic etiam ex ejus benigna pietate, ac clementia, quando urget gravis neceſſitas ad evitandam infamiam, incontinentiam, ac gravè ſcandalum, & non eſt facilis recurſus ad Pontificem, tunc videtur commiſſa Epiſcopo juriſdictio ad diſpenſandum, ne animæ illæ pereant; quod tamen faciendum eſt cum multa diligentia, & magna cautela. Villalobos. Hanc ſententiam judicat Villalobos, citatus probabilem, dum contrariam dicit probabiliorem, & mihi etiam videtur probabilis in aliquo raro, & urgenti caſu. Glоſſa. Cardinalis. Hoſtienſ. Alexand. Dicaſtillus. Faventque huic ſententiæ Gloſſa, Cardinalis, Hoſtienſis, Alexander, *in cap. Quia circa de conſanguinitate.* Dicaſtillus, *de Sacram. tom.* 3. *tract.* 10. *diſp.* 8. *dub.* 4.

29. Poteſt etiam Epiſcopus diſpenſare in impedimento dirimente ante contractum matrimonium; ut ſi ſponſa mane ad confeſſionem accedens, quando omnia jam parata ſunt ad nuptias publicatas, eadem Veſpera celebrandas, quæ ſine gravi ſcandalo, ac infamia omitti non poſſunt, inveniatur impedimentum dirimẽs habere, in hoc caſu diſpenſare poteſt Epiſcopus, quia impedimenta ſunt de jure humano, & eadem ratio, ob quam Epiſcopus diſpenſare poteſt poſt matrimonium, militat etiam antea, Sanchez. Ita cum multis Sanchez, *de matrimon. lib.* 2. *cap.* 10.

30. Difficultas eſt ſi adſit Legatus, vel Nuntius, an tunc poſſit Epiſcopus diſpenſare: utramque Diana. ſententiam jam probabilem dicit Diana, *p.* 11. *tract.* 8. *Reſol.* 3. *§. ſed difficultas eſt*; tamen negativam partem tutiorem dicit, ut tenet Dicaſtillus. Dicaſtillus, *de Sacram. tom.* 3. *tract.* 10. *diſp.* 8. *dub.* 4. *num.* 53. Quia Epiſcopus ſolum poteſt in tali caſu diſpenſare ratione neceſſitatis urgentis. Sed quando adeſt alius, qui poteſt diſpenſare, ceſſat neceſſitas; ergo pro tunc dum adeſt Legatus Pontificis, non cenſetur quod ipſe, alteri, ſeu Epiſcopo concedat talem facultatem, ſed tantum ſuo Delegato, qui ex vi ſuæ delegationis habet, ut vices teneat Pontificis, & tunc ceſſat omne animarum detrimentum.

Quoad debitum. 31.

Quantùm ad petendum debitum; pro quo nota, quod ex copula licita oritur impedimentum dirimens matrimonium uſque ad 4. gradum; unde per copulam licitam habitam cum propria conjuge, contrahitur impedimentum, ut alter poſt illius obitum nequeat contrahere matrimonium, cum conſanguineo, vel conſanguinea uſque ad quartum gradum? ex copula verò illicita oritur impedimentum uſque ad ſecundum gradum ex Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. *de matrim.* Vnde qui poſt contractum matrimonium fornicatus eſt cum conſanguineo in tertio, vel quarto gradu; & ſimiliter qui poſt contractum matrimonium cognoſcit conſanguineam uxoris in tertio, vel quarto gradu, ſine ullo impedimento poteſt petere debitum. Ita Henriquez, *lib.* 12. *cap.* 10. Petrus Henriq. de Ledeſma, *de matrim. quæſt.* 55. *art.* 3. San- Ledeſma. chez, *lib.* 7. *diſp.* 67. *num.* 8. Bonacin. *de ma-* Sanchez. *trim. quæſt.* 3. *punct.* 12. *num.* 6. & 19. Bonacina.

Quando verò cognoſcitur conſanguinea uxoris in primo, vel ſecundo gradu datur impedimentum petendi debitum. Dubitatur tamen an Epiſcopus poſſit in hoc diſpenſare? Aliqui negarunt ducti *ex cap. Tranſmiſſa*, de eo, qui cognoſcit conſanguineam, ubi tale jus petendi debitum reſervatur, & in nullo alio loco conceditur Epiſcopo, ergo nequit Epiſcopus diſpenſare, cum inferior non poſſit mutare legem ſuperioris. 32.

33. Nihilominus contraria ſententia eſt, & habetur in praxi, Epiſcopi paſſim diſpenſant ad petendum debitum; ita cum multis tenet, ac Sanchez. teſtatur, Sanchéz, *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 12. Toletus. *num.* 13. ubi pluſquam viginti quatuor Au- Rodriq. ctores citat. Item tenent Toletus, *lib.* 5. *ſummæ cap.* 12. *num.* 6. Rodriguez, *tom.* 1. *ſummæ*, Cornejo. *edit.* 2. *cap.* 243. *num.* 12. M. Cornejo, *de matrim. diſp.* 7. *dub.* 16. *num.* 3. & ratio eſt univerſalis Eccleſiæ conſuetudo, quæ poteſt, & eſt ſufficiens ad introducendum jus.

Q u æ s t i o VI.

*De multis aliis rebus e**tio ſuperveniat dubium, in quibus Epiſcopus valet diſpenſare.*

S U M M A R I U M.

34 *Multa ſunt in quibus Epiſcopus valet diſpenſare.*

35 *In dubio an quis indigeat diſpenſatione. Bonacina utitur diſtinctione.*

36 *Si homo dubitat an egeat diſpenſatione, poteſt deponere dubium, poſſeſſio ſtat pro libertate.*

37 *In dubio an res egeat diſpenſatione, tenendum non indigere.*

Conveniunt Doctores, quod multi ſunt caſus, in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare in lege ſuperioris ex jure, vel ex eius poteſtate. Primò in diebus feſtis, in jeiunio, in recitatio- 34.

reetatione horatum, idque poteſt etiam Prælatus Religionis cum ſuis ſubditis. Secundò in re levis momenti non obligantis ad mortalia. Teitiò, quando lex eſt particularis ſuis ſubditis, tam Epiſcopo, quam Regularibus. Quartò, quando non poteſt adiri Pontifex, & neceſſitate urgente, periculum eſt in mora. Quintò, Poteſt Epiſcopus diſpenſare pro ſua diœceſi in legibus Concilij Provincialis, & multa alia, quæ jure non prohibentur, & conſuetudine introducta ſunt. Conſuetudo enim vim legis habet. De quibus latè
Barboſa. Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi, p.2. in Compendio ſtatim in exordio à num.74.*

35. Sed quæſtio eſt, quando Epiſcopus dubitat, an res egeat diſpenſatione, poſſit ipſe in lege ſuperioris diſpenſare, vel etiam quando ipſe dubitat, an ipſe poſſit diſpenſare,
Bonac. Bonacina, *tom. 2. diſput. 1. de legibus quæſt. 2. punct. 1. num.* 18. Vritur diſtinctione ait, ſi probabiliter opinamur rem non indig.re diſpenſatione, tunc non eſt neceſſe illam petere à Summo Pontifice, vel Epiſcopo, quia licitum eſt ſequi opinionem probabilem, depoſito practicè dubio: vel non probabiliter opinatur, ſed practicè dubitatur, opus eſſe diſpenſatione; & tunc dicit ipſe petendam à ſede Apoſtolica diſpenſationem. Et ratio eſt, tum quia non debemus exponere nos periculo delinquendi contra legem ſuperioris, in qua Epiſcopus exceptis quibuſdam caſibus diſpenſare non poteſt: tum quia praxis in oppoſitum extare videtur. Ita Bonacin.

36.
Barboſa. Contraria tamen ſententia, ut probabilior, ac verior tenenda eſt, quam tenent, Barboſa,
Sa. *de poteſtate Epiſcopi, p.2. Allegat. 35. num* 19.
Layman. Emmanuel Sa, *verb. Diſpenſatio num.*1. Layman, *lib. 1. tract. 4 cap. 22. num.* 4 Caſtrus
Palaus. Palaus, *tom. 1. tract. 3 diſp. 6. punct. 5. num. 10. & alij apud ipſos.* Ratio eſt, quia in tali caſu datur præſumptio pro libertate: neque alicui morali periculo faciendi contra legem exponitur, etiam ſi inclines te indigere diſpenſatione, ac exiſtimo te reputari poſſe, non indigere illa, quia non debes cenſeri lege adſtrictus, quouſque de lege tibi certo moraliter conſtet. Conceſſo tamen gratis in illo dubio tibi eſſe neceſſariam diſpenſationem, exiſtimo Epiſcopalem ſufficere. Tum quia non videtur Pontifici reſervatus caſus dubius, ſed certus; Tum quia poteſtas diſpenſandi latè eſt interpretanda. Ita Caſt us Palaus.

37. Quando ergo res verſatur in dubio, an egeat diſpenſatione Papæ, non ſolum ut diximus quod Epiſcopus poteſt diſpenſare, ſed etiam quod in tali caſu nulla ſit neceſſaria
Diana. diſpenſatio: tenet, Diana, *part.3. tract.6. Reſol.*82. Quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, qua homo eſt dominus, & poſſeſſor ſuæ libertatis.

RESOLUTIO XXVIII.

Poteſtas Religioſa ad diſpenſandum.

QUÆSTIO PRIMA.

Quænam vota ſuorum ſubditorum poſſint Prælati Regulares diſpenſare?

SUMMARIUM.

1 *Omnia vota ſive realia, ſivè perſonalia per profeſſionem tolluntur.*
2 *Quæſtio procedit de Veris Prælatis, & quinam ſint.*
3 *Prælatus poteſt di enſare, ac irritare omnia vota ſuorum ſubditorum.*
4 *Loquimur de diſpenſatione utili, & non im ertine ne.*
5 *Votum peregrinationis non poteſt fieri ſine licentia Prælati*
6 *Votum de tranſitu ad arctiorem Religionem poteſt diſpenſari à Prælato*

QUO AD vota. Et imprimis non agimus de votis emiſſis in ſæculo antè profeſſionem, quia omnia illa vota, ſive realia, ſive perſonalia commutantur, ſeu extinguntur per Religionis profeſſionem. Hanc ſententiam expreſſe docet D.Thomas, *quæſt.* 88. *art.* 12. *ad* 1. D.Thom. 1.
Vbi ait profeſſum non teneri ad vota in ſæculo emiſſa, ſed per profeſſionem tolli, eo quod Priori vitæ moriatur. Idem docent, Gloſſa, Gloſſa.
cap. Monach. verſ. Voverit, 20. *quæſt.* 4. ſequuntur multi alij Doctores, quos citat, ac ſequitur
Sanchez, *tom.2. in Decalog. lib.5. cap. 5. num.* 38 *&* 43. Sanchez.

Tota quæſtio eſt de votis factis poſt profeſſionem, an poſſint irritari, vel diſpenſari à Prælato, & nomine Prælatorum intelligitur hic Generalis, Provincialis, Prior, Rector Collegij, & etiam Vicarius in capite; nam omnes poteſtate ſpirituali gaudent erga ſuos ſubditos; alij verò, qui Prælati verè non ſunt, quamvis latè ſuperiores dicantur, ut Superiores Conventus, vel Vicarij conſtituti à Priore, etiam in ejus abſentia per breve tempus, cum non habeant poteſtatem ſpiritualem non veniunt hic nomine Prælatorum, nec poterunt diſpenſare. Ita cum multis aliis, Sanchez *lib.* Sanchez.
4 *de vot cap.* 33. *num.* 16. Suarez, *lib* 6. *de voto* Suar.
cap 7. *num.* 17. 2.

Dico ergo. Prælatus Regularis poteſt irritare, ac diſpenſare omnia vota ſuorum ſubditorum, exceptis his, quæ pertinent ad conſtitutionē ſtatus Religioſi, & talis Religionis Ita D.Thomas, 2.2. *quæſt.* 88. *art.* 8. *ad* 3. *&* 4. Navarrus, *in Summa cap.* 12. *num.* 65. Clavis Regia, *lib.6. cap.* 10. *num.*9. Azor, Valentia, Leſſius, Layman, Bonacina, & alij multi, apud ipſos, quos citat, ac ſequitur Caſtrus Palaus, 3.
D.Thom. Navarr. Clavis Reg. Azor. Valentia. Leſſius. Layman. Bonacina. Palaus.

laos, *tom. 3. tract. 15. diſp. 2. punct. 8. num. 2.* Et probatur, quia Religioſus ratione ſuæ profeſſionis nec habet velle, vel nolle, nec voluntatem; deinde Prælati ex commiſſione data à Pontifice, *cap. ſi Religioſus de Electione in 6.* & *cap. Non dicatis. 12. quæſt. 1.* habet plenariam poteſtatem ſpiritualem in ſuos ſubditos, eos regendi, ac gobernandi. Et confirmatur. Quia Prælati Regulares habent poteſtatem, quaſi Epiſcopalem in ſuos ſubditos, ſed Epiſcopi poſſunt diſpenſare in voto ſimplici, ergo & Prælati Regulares. Pro majori explicatione hujus rei.

4. Nota primò, quod loquimur de diſpenſatione utili, & convenienti; nam ſi Prælatus diſpenſet in voto caſtitatis, paupertatis, obedientiæ, diſpenſatio eſt inutilis, quia vota illa ſunt ſolemnia, & reſervata Pontifici, & hoc eſſet deſtruere ſtatū Religioſum, ſimiliter eſſet inutilis diſpenſatio in Religione Minimorum in voto abſtinendi à carnibus, quia tale votum auctoritate Pontificia eſt annexum Regulæ.

5. Etiam erit impertinens diſpenſatio reſpectu voti peregrinationis ad limina Apoſtolorum, vel Ieruſalem, vel ad D. Iacobum, cum tale votum non poſſit fieri, niſi in ordine ad licentiam Prælati, unde ſi ipſe annuat, tenet votum, ſi abneget facultatem, non tenet: ſi autem annuat, jam obligat votum, & tale votum jam non poteſt diſpenſari, niſi in caſu urgenti de novo ſupervenienti, & in quo poteſt Epiſcopus diſpenſare, poteſt tamen Prælatus
Lezana. Fr. Antab. Spir. S. illud irritare. Ita M. Lezana, *tom. 1. Summa cap. 08. num. 49* Fr. Anton. ab Spir. S. *in Directorio Regularium tom. 1. tract. 2. diſp. 2. ſect. 2. num. 99.*

6. Palaus. Nota ſecundò, contra Caſtrum Palaum citatum, *num 4. Votum de tranſitu ad arctiorem Religionē poſſe diſpenſari à Prælato Regulari.*
Navar. Sayrus. Sayrus. Leſſius. Suar. Bonacina. Villalobos. Hier. Rod. Diana. Ita Navarrus, Sayrus, Leſſius, Suarius, & alii, quos citant Bonacina, *tom. 2. diſp. 4. quæſt. 2. punct. 7. §. 2. num. 27.* Villalobos, *tom. 2. tract. 35. diffic 13. num. 19.* Hieronym. Rodrig. *Reſolut. 1 23. num. 8.* Diana, *3. p. tract. 2. de d b. Regular. Reſol. 91.* Probatur, quia votum Monachi de tranſitu ad arctiorem Religionem non eſt ſimpliciter votum Religionis, ſed tantum votum de tranſitu; ergo non venit ſub reſervatione voti Religionis. Advetre tamen cum Rodriguez, & Diana citato, quod licet tale votum poſſit diſpenſari à Prælato, non tamen poteſt irritari, ex defectu poteſtatis dominativæ, cum non poſſit impediri à Prælato, ſicut non poteſt impediri à Patre votum filij ſui.

Quæstio II.

Poteſtas Prælatorum quoad vota Novitiorum.

SUMMARIUM.

7 *Prælatus poteſt diſpenſare, & commutare ſuorum Novitiorum vota.*
8 *Non poteſt irritare illa vota directè, ſed indirectè.*
9 *Quid ſit votum reale, quid perſonale*
10 *Prælatus poteſt ſuſpendere vota perſonalia Novitij, & realia in raro caſu.*
11 *Si egrediatur è Religione teneatur ad vota antea facta in ſæculo.*

Quoad Novitiorum vota Dicimus, quod poſſunt Prælati diſpenſare, & commutare ſuorum Novitiorum vota; nam Novitius quamdiu eſt in Religione gaudet profeſſorum privilegiis. Ita Navarr. *in Summa cap. 12. num. 65.* Rodriguez, *tom. 1. quæſt. 28. art. 8.* Molina, *tom. 1 de Iuſtitia, diſp. 139. col. 3.* Miranda, *quæſt. 33. art. 6.* Portel, *in Additionibus ad dubia, verb. voti diſpenſatio, num. 74.* Et ad tollendam omnem difficultatem hoc conceſſit Eugenius IV. in ſua bulla 21. quam refert Ioannes à Cruce, *in Epitome lib. 1. dub 6. concluſ. 2.* Henriquez, Navarrus, quos citat, & ſequitur Fr. Martin. à S. Ioſeph, *fol. 537. n. 7.* Quod etiam Auctores communiter extendunt ad Magiſtrum Novitiorum. 7. Navarr. Rodrig. Molina. Miranda. Portel. Eugen. IV. Ioā. à Cruce Henriq. Martin.

Quoad irritationem vero, dicimus; Novitiorum vota directè non poſſunt irritari à Prælato, eo quod in illis deficit ſubjectio ex voto obedientiæ, in quo fundatur hæc directa irritatio, indirectè tamen irritari poſſunt illa vota, prout indirectè, convenienti ordinis regimini obviant, vel debilem, ac impeditum reddunt Novitium. Suarez, *tom. 2. de Relig. lib. 6. de voto, cap. 7 num. 12.* 8. Suar.

Cum autem duplex ſit votum, perſonale, & reale; Perſonale, quod tangit perſonam, vel aliquam ejus actionem, vel omiſſionem, verbi gratia orare, non ambulare. Reale, quo res aliqua externa promittitur, verbi gratia, in refectorio relinquere aliquid de ſua pitantia pro pauperibus alendis. 9.

Tunc dicunt communiter Doctores, Navarr. citato, *cap. 12. num. 65.* Azor, *1. part. lib. 1. cap. 17. quæſt. 20. & ultima.* Sayrus Clavis Reg. *lib. 6. cap. 10. num. 15.* Bonacin, *diſp. 4. quæſt. 2. punct. 7. §. 2. num. 52.* & alij multi, quos adducit Caſtrus Palaus citatis *num. 11.* Dicunt, quod etiam Prælatus poteſt ſuſpendere vota perſonalia Novitij, quia talia opera poterunt inſervire ad difficiliorem, ac graviorem reddendam probationem Novitiatus, & eſſe impedimenta ad majus bonum, profeſſionem nempe Religionis; non verò vota realia poterunt ſuſpendi, quia hæc rariſſimè poterunt eſſe impedimentum ad profeſſionem, niſi ex illis novitius fiat debilior, & ejus vires deficiant, & tunc dicunt citati Auctores, quod ipſe Novitius poterit commutare in alia pia opera. 10. Navarr. Azor. Sayrus. Bonacina. Palaus.

Benè tamen notat Leſſius, *lib. 2. cap. 40. dub. 13. num. 80. §. Quando votum.* Si contingat, quod homo ante ingreſſum Religionis habuerit aliquod votum, vel in ipſo Novitiatu emiſerit quod pro tunc fuit diſpenſatum, vel ſuſpenſum, & ipſe egreſſus fuerit è Religione ante profeſſionem, tunc omnia illa vota reviviſcunt, quia ſolum fuerunt ſuſpenſa pro tempore Novitiatus. Si verò profeſſionem emiſerit, omnia ex diſpoſitione juris commutantur in votum profeſſionis, ut communiter Doctores colligunt ex *cap. Scriptura, de voto* ubi Alexander III. ait: *Reus fracti voti laiqua-tenus non habetur, qui temporale obſequium in perpetuā Religionis obſervantiā noſcitur commutare.* Ex vi juris & diſpoſitione, cum quis in 11. Leſſius. Alexand. III

perpetuum

perpetuum alterius directioni ſe ſubiicit, omnes privatas obligationes à ſe dimittere cenſetur; ita citatus Leſſius, *num.* 106.

Quæstio III.

An Prælatus Regularis poſſit irritare, ſeu diſpenſare votum Religioſi creati Epiſcopi?

Summarium.

12 *Etſi aliqui affirment, tamen communis ſententia negat.*
13 *Quod dicimus de Prælatis Religioſorum, negamus de Prioriſſis Monialium.*

12. Ex his bene infertur, quid dicendum ſit de votis Religioſi creati Epiſcopi, an valeant irritari à Prælato Regulari? Affirmat Emmanuel Sa, *verb. Votum, ubi de votorum irritatione, num.* 5.
Sa. Tamen ſimpliciter dicendum eſt, quod talia vota nequeant irritari à Prælato Regulari, quia talis electio Epiſcopi eximitur à ſubjectione omnium Prælatorum Regularium, ergo Prælatus Regularis in eum non poteſt exercere ſuam juriſdictionem cum jam non ſit illius ſubditus, ac proinde irritari tantum poſſunt à Summo Pontifice, qui omnium
Suarez. Religioſorum eſt ſupremus Prælatus. Ita Suar. *tom. 2. de Relig. lib. 6. de voto, cap. 7. num.* 10. Sanchez, *tom. 1. in Decalog. lib. 4. cap. 30. num.* 21. & idem dicendum eſt de Religioſo juſte ejecto, quia per ejectionem excluſus eſt ille à regimine Religionis, ac poteſtate Prælatorum.
Sanchez. Ita Sanchez, *citato cap. 30. num.* 26.

13. Hæc, quæ diximus de Prælatis Religioſorum, negamus tamen de Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa Monialium; nam ut jam dixi, hæ poterunt irritare vota Monialium ratione poteſtatis dominativæ, qua pollent, non tamen cum eis poterunt diſpenſare, cum ſint expertes juriſdictionis ſpiritualis.

Quæstio IV.

Prælati Regulares habent poteſtatem ad diſpenſandum in irregularitatibus, ſicut & Epiſcopi.

Summarium.

14 *Explicatur nominis etymologia.*
15 *Undecim ſunt irregularitates.*
16 *Prælati Regulares poſſunt diſpenſare in omnibus irregularitatibus in quibus poſſunt Epiſcopi cum ſuis ſubditis.*

14. A Nominis Etymologia incipiamus. Irregularitas deducitur à Regula adjuncta præpoſitione *in*, quæ ſignificat privationem; Irregularitas ergo idem eſt, ac privatio Regulæ, ſeu extra Regulam juris Pontificij, quod omnes habiles, & ſine defectu admittit ad ſtatum Clericalem, qui ergo à tali recta regula deficit, irregularis dicitur, ut patet ex text. *cap.* 1. *de ſententia & re judicata lib. 6. cap. cum Medicinalis §. final.* & *cap. 15. qui de ſententia excommunic. eodem libro.*

Undecim ſunt irregularitates, ſex ex defectu, quinque ex delicto; quas ſuperiori *Reſolut. quæſt. 2. num.* 16. & 17. enumeravi, & ideo pro his diſcendis videndæ ſunt: & antequam ad ſingularum diſpenſationem veniamus, propono hanc regulam generalem. 15.

Prælati Regulares poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in omnibus irregularitatibus, in quibus poſſunt Epiſcopi diſpenſare cum ſibi ſubjectis, ac proinde in hac poteſtate diſpenſandi æquiparantur cum Epiſcopis; Ita conceſſit Dominicanis Pius V. *in Conſtitut. Romani Pontificis* 132. & Gregorius XIII. in ſua bulla conceſſa Fratribus D. Bernardi, & refertur in eorum Compendio, verb. Abſolutio quoad Fratres. *num.* 11. Ita Rodriguez, Miranda, Portel. quos citant, ac ſequuntur Candidus, *tom. 2. diſp. 24. art. 59. dub.* 3. Bordon, *tom 1. Reſolut.* 10. *num.* 6. 16. Compend. D. Bernardi. Rodrig. Miranda. Portel. Candidus Bordon.

Quæstio V.

Irregularitas ex defectu animæ triplex eſt in qua non poteſt Prælatus Regul. diſpenſare.

Summarium.

17 *Prima irregularitas eſt ex defectu uſus rationis, & hæc eſt indiſpenſabilis.*
Secunda eſt ex defectu ſcientiæ, ſi neſciat quæ requiruntur eſt inhabilis, at in Religioſo non requiritur tanta ſcientia, ibidem.
Tertia eſt ex defectu fidei, ut recenter baptizati, ſi bene inſtructi fuerint judicio Epiſcopi poterunt ordinari, ibidem.

Prima Irregularitas provenit ex animæ defectu, & hæc eſt triplex, ex defectu uſus rationis, ex defectu litterarum, ex defectu fidei. 17.
Prima ex defectu uſus rationis, qui tali defectu laborat, & mente captus, jure divino, & naturali, ad ordines non poteſt promoveri, quia uſus non valet exercere. Ita M. Cornejo, *quæſt. 5. de Irregularitate, diſp. 3. dub. unico*, Bonacina *de Cenſuris, diſp. 7. de Irregular. quæſt. 1. punct. 1. num* 1. & in hac Irregularitate nec Papa poteſt diſpenſare. Cornejo Bonacina. Secunda eſt, ex defectu ſcientiæ *cap. Illiteratos, diſt.* 36. Concil. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 2.* & *ſeſſ. 23. cap. 4. 11. &c* Si autem tanta ſit hæc inſcientia, ut neſciat, quæ neceſſaria ſunt ad uſum Ordinis, eſt inhabilis ex jure Divino, juxta illud Oſeæ, *quia ſcientiam repuliſti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Ita Suarez, *de Cenſur. diſp.* 51. *ſect.* 1. Cornejo, *proximè citatus.* Suar. Cornejo. Quod vero ad Regulares, etſi non bene calleant linguam latinam bene poſſunt ordinari ab Epiſcopo, de quo Lezana, *tom. 1. cap. 14. n.* 24. Ut latius, cum de ordine fuerit ſermo, dicam. Per defectum fidei intelligitur Neophytus, qui in adulta ætate recenter eſt baptizatus, *Diſt. 48. cap.* 1. veniens ex Iudaiſmo, Mahometiſmo, vel Gentiliſmo. Poſtquam autem per aliquod tempus bene

inſtructi

Digitized by Google

inſtructi fuerint in fide viri huiuſmodi non ſunt jam irregulares, & bene poterunt arbitrio Epiſcopi ordinari, *cap. Eam. de reſcriptis*, Ita ex Navarro, Toleto, Sayro, Lezana, *verb. Irregularitas, num.* 11. Navar. Toletus. Sayrus. Lezana.

Quæstio VI.

Quid poßint Prælati circa irregularitatem ex corporis defectu?

SUMMARIUM.

18 *De corporis defectu quoad ſæculares pertinet ad Epiſcopum judicare; quoad Regularem, ad illius Prælatum.*

19 *Prælati Regulares poſſunt cum ſuo ſubdito diſpenſare in defectu corporis.*

20 *Prælati ſint valdè cauti in tali diſpenſatione, ne defectus ſint multum difformes, etſi non poſſent tegi, & abſcondi.*

18. Secunda irregularitatis ſpecies oritur ex defectu corporis, ſicut enim de ea judicare quoad clericos ſæculares pertinet ad Epiſcopum, ſic quoad Regulares pertinet ad Prælatum Regularem, ut tenent M. Petrus Cornejo Peirinus, Miranda, Suar. Bartholomæus de Vecchis, Layman, quos citat, ac ſequitur Diana 4.*p.tract.*2.*Reſol.*73. Qui tamen advertunt, quod liberum erit Epiſcopo, qui daturus eſt Ordines, Religioſum cum tali corporis defectu admittere, vel non admittere ad Ordines. Cornejo. Peirin. Miranda. Suar. Vecchis. Layman. Diana.

19. Poterunt ergo Prælati Regulares ex vi ſuorum privilegiorum cum ſubdito corporis defectum patiente, v.g. ſi in facie, vel oculo habeat maculam, vel ſi ei deſit unus digitus, dummodo non ſit pollex, vel pes, ut ligneo utatur, & ſi ei deſit unus oculus, etiam ſiniſter, ita ut cum apta Miſſalis diſpoſitione non multum faciem vertat, ita ex privilegio Sixto IV. & aliis, in quibus datur ampliſſima poteſtas ad diſpenſandum in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario, mutilatione, vel bigamia, ut patet ex multis privilegiis aliorum Pontificum, ut referunt Vecchis *in praxi Novitiorum, diſp.*9.*dub.*21 *num.*3. M. Lezana, Peirin. *in mari magno Minorum, n.*144. Bordonius *Reſol.*11. *num.* 10. Imò infra referam *in hac quæſt.* Paulum Tertium dantem facultatem ad diſpenſandum in omni irregularitate, nulla excepta. Vecchis. Lezana. Peirin. Bordon.

20. Notandum eſt tamen, quod Prælati valdè cauti ſe habent in his defectibus diſpenſandis, quod non ſint valdè deformes, & ſcandaloſi, quod non ſit ille caducus, magnopere balbutiens, ut non poſſit bene, & integrè proferre verba, nec totaliter Surdus, ut notant Avila, Layman, apud Lezanam *citatum*; in his enim non ſolet Summus Pontifex diſpenſare, ut notant Candidus *tom.*2.*diſquiſ.*24.*art.*61.*tom.*7. Ex quo bene deducitur contra Navarrum, *cap.*27.*num.*223. non eſſe irregularem, qui aures non habet, ſi eas crinibus, vel alium corporis defectum bene tegere valet, ita Henriquez, Avila, Coninch, quos citat Diana *allegatus, Reſolut.*73. Avila. Layman. Candidus. Navar. Henriq. Avila. Coninch. Diana.

Quæstio VII.

An illegitimi in Religione ſint habiles ad Ordines; & an cum eis poſſint Prælati diſpenſare ad dignitates?

SUMMARIUM.

21 *Quinam reputandi ſunt illegitimi.*

22 *Illegitimi ſecundum ius ſunt irregulares ad Ordines: per profeſſionem in Religione approbata tollitur, impedimentum ad ordines.*

23 *Quoad honores, & dignitates diſpenſatur cum eis* in cap. Generali, *vel* Provinciali.

24 *Imò ex multis privilegiis, Generalis, vel Provincialis, ſeu Prior localis cum eis diſpenſat ad honores, & dignitates.*

Tertia irregularitatis ſpecies eſt ex defectu natalium, unde illegitimi ſunt irregulares, & non poſſunt aſſumi ad ordines; pro illegitimis autem non reputantur expoſiti, nec ſunt irregulares, ut decrevit, ac declaravit Gregorius XIV. in gratiam confraternitatis pro expoſitis, ut refert M. Cornejo *tom* 2. *tract.*5. *diſp.*15 *dub.*1.*num.*4. Nec eſt illegitimus, qui naſcitur ex parentibus legitimè conjugatis, etſi tempore conceptionis non eſſent conjugati interveniente impedimento dirimente. Ita Sanch. *lib.* 8. *de matrim. diſp.*7. *num.*19. Nec cenſentur illegitimi filii nati ex matrimonio invalido bona fide contracto, ut cum multis Doctoribus tenet Diana 1. *part. tract.* 2. *Reſol.* 59. §. *Notà quarto.* Nec filius tenetur credere matri in articulo mortis affirmanti ipſum eſſe illegitimum. Ita Diana *eod.tract.Reſol.*50. §. *Notandum.* 21. Cornejo. Sanchez. Diana.

22. Illegitimi ergo ſecundum jus ſunt inhabiles, & irregulares ad Ordines ſacros. Hæc irregularitas tollitur per profeſſionem in Religione approbata, per quamque fit homo expeditus, & habilis ad omnes Ordines, ex multis privilegiis. Suar. *tom.* 5. *in* 3. *diſp.* 41. *ſect.* 1. ex Navarro, & multis aliis M. Cornejo *tom.*2. *diſp.*15. *de irregularitate, dub.*2. Sanch. *lib.*5. *de præceptis Decalogi, cap.*5 *num.*10. M. Lezana *tom.*1. *cap.*3. *num* 2. Hoc etiam extendunt ad uſum Ordinum ſuſceptorum in novitiatu ante profeſſionem. Suarez. Navar. Cornejo. Sanchez. Lezana.

23. Hæc tamen irregularitas non tollitur in illegitimo, quoad prælaturas, ac honores in Religione, ut patet ex *c.*1. *de filiis Presbyterorum.* Et ita communiter Doctores, tamen juxta conceſſionem Gregorii XIV. poſſunt Prælati *in cap. Generali*, vel *Provinciali*, cum eis diſpenſare, ut ad præfecturas admittantur; & poſtea idem conceſſit Gregorius XIV. Societati in Bulla, quæ incipit, *Exponi nobis.* Et Congregationi Clericorum miniſtrantium in infirmis, in Bulla, quæ incipit, *Illis qui*; qua facultate gaudent cum illis communicantes. Ita Bordon. *Reſol.*12.*n.*3. & *n.*48. M. Lezana *tom.*1. *c.*18. *n.*6. Candid. *diſquiſ.*24. *art.*61. *dub.*23. Bordon. Lezana. Candidus.

24. Imò maximè nota ex Portel. *tom.*1.*Reſponſ. part.*3. *caſu* 25. *num.* 2. ubi adducit quoddam privilegium Leonis X. conceſſum Patribus Congregationis Sancti Joannis Evangeliſtæ Portel.

in Portugallia, ut habetur in eorum Compendio, *fol.9.* concedit Pontifex. *Ut admiſſus ad profeſſionem inter illos, ſi habet defectum natalium, ipſo facto ſit diſpenſatus non ſolum ad ordines, ſed etiam ad omnia ſolita gubernari per Fratres illius Ordinis, Prioratus Reiterias,* &c. Quo privilegio gaudent omnes aliæ Religiones cum eis communicantes. Pellizar. *tom.2. tract.9. cap.3. ſect.4. n.131.* tenet quod Generalis, vel Provincialis, ſeu Prior localis poſſit diſpenſare cum illegitimis, ut ad honores, & dignitates aſſumantur ex privilegio Gregorii XIV. Pro Regularibus miniſtrantibus infirmis, quod refert Cæſarrubias *in Bullario tom.2. Conſtitut. Gregorii XIV.* Aliud privilegium ex Sixto IV. conceſſum Prædicatoribus refert Bordonius *Reſol.10.n.1. §.Secundum ſit.* Ubi Pontifex concedit facultatem tam Generali, quam Provinciali, ac Priori locali, diſpenſandi, *Ut tam ipſi Regulares, quam defectum natalium patientes prædicti, ad quaſcunque adminiſtrationes, & officia eligi, recipi, & aſſumi, illáque gerere, & exercere liberè, & licitè valeant motu proprio, & ex certa ſcientia concedimus.*

Pellizar. Caſarrub. Bordon.

Q u æ s t i o VIII.

An in foro conſcientiæ Regulares poſſint uti privilegiis antiquis ad Ordines ſuſcipiendos ante ætatem deſignatam à Tridentino?

SUMMARIUM.

25 *Privilegia antiqua ad ordines ſuſcipiendos minori ætate à Tridentino determinata ſunt revocata.*

26 *Quidam graves Doctores negant alii affirmant, & num.27.*

28 *Fundamenta affirmantium proponuntur.*

29 *Sententia negativa vera, & tenenda.*

30 *Etſi Regulares non diſpenſant ad ſuſcipiendos Ordines, diſpenſant, ut miniſtrentur.*

25. QUartæ ſpecies irregularitatis provenit ex defectu ætatis, quam determinavit Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ.23. cap.12.* Unde quamvis olim Regulares habuiſſent multa privilegia, ut ad Sacros Ordines promoverentur ætatis anno 22. ut Benedictus III. conceſſit Benedictinis Valliſoleti. Innoc. VIII. Minoribus. Julius II. Minimis, ut referunt Vaſqoez *ad 3. part. diſp. 246. cap.4.* Ioannes de la Cruz *lib.2.cap.3.dub.6.* Peirio. *de Conſtitut. 1. Julii II. n.20.* Hæc omnia privilegia revocata ſunt per Concilium Tridentinum *citato loco*, ſicut & alia, quod eodem die poſſent ſuſcipere omnes ſacros Ordines.

Trident. Vaſquez. Ioan. à Cruce. Peirin.

26. Magna tamen quæſtio, an ſaltem in foro conſcientiæ poſſint Regulares hodie ordinari ante ætatem determinatam à Concilio Tridentino, & an cum eis valeant Prælati diſpenſare; negativa ſententia eſt communis: eam tenent Miranda *tom.1. q.39. art.1.* Vaſquez *3.p. diſp.246. cap.4. in fin. n.43.* Portel. *in Dubiis Regul. verb. Privileg. n.64.* Miranda *in ſumma tom.1. q.39. art.1. concl. unica.* Sa *verb. Relig. n.56.* Amicus *diſp.2. de Ordin. ſect.4. n.2.* Caſtro Palaus *tom.4. tract.27. diſp. unica. de Ordin. punct.7. n.9.* Rodrig. *tom.3. q.23. art.6.* Villalobos *tom.1. tract.11. de Ordine, diff.11. n.8.*

Vaſquez. Ioan. à Cruce. Portel. Miranda. Sa. Amicus. Palaus.

27. Alii verò è contra affirmant, quod Religioſi hodie poſſunt uti ſuis privilegiis antiquis etiam contrariis Concil. Trident. Ita Henriq. *lib.7. cap.24. in Gloſſa litt.K.* Sanchez *tom.2. in Decalog. lib.5. cap.4. n.16.* Beja, Compendium Societatis, Veiga, quos citat Diana *tom.3. tract.2. de Dubiis Regular. Reſol.59.* M. Fr. Anton. de Spiritu Sancto, *in Direct. tom.1. tract.2. diſp.1. ſect.2. num.64.* & M. Fr. Franciſcus de Fonſeca ex Illuſtri familia Eremitarum Sancti Auguſtini publicus veſperarius Lector in Academia Conimbric. vir magnæ virtutis, Religionis, ac ſapientiæ in lectura Sacramenti Ordinis.

Henriq. Sanchez. Beja. Compend. Veiga. Diana. Fr. Anton. à Fonſeca.

28. Probant hanc ſententiam. Quia Pius V. vivæ vocis oraculo conceſſit privilegium Regularium Miniſtris, etiam contrarium Concilio Trident. pro foro tantum conſcientiæ, & licet Gregorius XIII. poſtea revocaverit ea, quæ Pius V. conceſſerat contraria Concilio Tridentino, fuit tantum in foro externo pro [illegible]tandis controverſiis.

Nec obſtat id, quod ait Dicaſtillus *de Ordine, dub.11. diſp.40.* Quod [illegible] nunquam poſſunt ordinari contra T[illegible] to interno abſque eo quod exeat i[illegible] quia Provincialis debet dare liter[illegible] niales ordinandum habere omnes qualitates juxta Conc. Trid. ad Presbyteratum, v. g. Ad hoc facilè reſpondet Amicus *citatus*, quod Provinciali ſat eſt, ut dicat ordinandum habere omnes qualitates requiſitas ad talem ordinem. Nec obſtat ſecundo id, quod objicit Amicus, quia privilegia Gregorii XIII. ſunt oracula, quæ per Gregorium XV. & Urbanum VIII. ſunt revocata, & annullata. Reſpondetur, quod licet omnia oracula fuiſſent per Gregorium XV. revocata, tamen poſtea ab eodem Gregorio XV. fuerunt confirmata ex certa ſcientia per Bullam authenticam, ut teſtatur Peirinus *tom.3. privileg cap.12.* & ideo illa jam non ſunt oracula, ſed Bullæ, & ideo non comprehenduntur in revocatione Gregorii ipſius XV. nec Urbani VIII. & ideo ob hæc fundamenta, & alia ait Portel. *citatus* quod hanc ſententiam non audet condemnare, nec ego eam condemno.

Amicus.

29. Tamen prima ſententia mihi ſimpliciter vera videtur, quod hodie Regulares non poſſunt ordinari, niſi juxta ætatem præſcriptam in Concil. Trid. nec in hoc Prælati Regulares audent aliquid diſpenſare. Quia Sixtus V. in ſua Bulla contra malè promotos, revocavit omnia privilegia Pii V. ſtatuens ſub graviſſimis pœnis Concilium Trident. obſervari in iis, quæ ad ſuſceptionem Ordinum maximè pertinent, ut apertè conſtat ex illis verbis: *Aut ante per ætatem, per ſacri Generalis Concilii Tridentini decreta primæ tonſuræ, aut cuique Ordini præſcriptum.* Et ſubdit: Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis. Et licèt Clem. VIII. de anno 1595. prædictum decretum Sixti V. revocaverit, id ſolum fuit prout derogabat terminos juris communis, ac Conc. Trid. quatenus verò

juri

juri communi, ac Concilio Tridentino conformis erat, illud confirmavit, ac revalidavit; & ideo conceſſio Pij V. per Sixtum V. ac Clementem VIII. eſt revocata, & annullata.

30. Advertendum eſt, quod quamvis Regulares non valeant diſpenſare cum ſuo ſubdito Religioſo, ut ante ætatem Concilij ordines ſuſcipiat, poterunt tamen cum eo diſpenſare in ſuſpenſione contracta ex mala ſuſceptione Ordinum ante legitimam ætatem ex privilegio Sixti IV. & Pij II. in Bulla *cum ex ſacratum*, quam refert Bordonius *reſol.* 11. *n.* 26. & adducens pro hac ſententia Peregrin. Portel. & alios, ut etiam habet in eadem ſententia Dicaſtill. *tract.* 6. *de Ordine, diſquiſit.* 1. *dub.* 2. *num* 305.

Bordon. Peregrin. Portel. Dicaſtillus.

Quæstio IX.

Explicantur irregularitates ex defectu Sacramenti, id eſt Bigamia, ex defectu lenitatis, libertatis, ac bonorum temporalium.

SUMMARIUM.

De Bigamia egi Reſol. 17. ſupra.
Ex defectu lenitatis dicam quæſt. ſequenti.
32 *Servi ſunt irregulares, ſi ordinentur ſuſcipiant annuente Domino ſunt liberi, ſi neſciente, ſunt ſervi, in his quæ non repugnant ſacerdotali dignitati.*
33 *Ex Tridentino requiritur patrimonium ad Ordines ſacros.*

32. Aliæ ſunt duæ irregularitates ex defectu, quæ ad has reducuntur, una ex defectu libertatis; ſervi enim ſunt irregulares *diſt.* 54. *per tota m*, de quo latè noſter Bacconius *in* 4. *diſtinct.* 25. *q.* 5. Et meritò hæc irregularitas ab Eccleſia eſt inducta: nam ſervitus maximè repugnat cum ſuprema dignitate ſacerdotali. Si autem ſervus ordinetur, aut profeſſionem emittat, ſciente Domino, manet liber, ſi autem initietur in minoribus non conſentiente Domino, manet ſervus; ſi verò in majoribus, tunc adquirit libertatem ſolvendo pretium Domino, vel alium ſervum in ſui locum tradendo, alioquin adhuc tenetur ſervire in iis rebus, quæ non dedecent ſtatum clericalem. Ita Navar. Toletus, Sayrus quos citant, ac ſequuntur M. Cornejo *diſp.* 6. *de irregul. dub.* 1. Bonacina *de irregul. punct.* 4. *n.* a. M. Lezena *de irregular. n.* 18.

Baccon.

Navar. Toletus. Cornejo. Bonacina. Lezana.

33. Alia etiam irregularitas communiter aſſignatur ex defectu bonorum temporalium, quæ ſcilicet provenit ex paupertate, carentes enim titulo, vel patrimonio ordinari non poſſunt propter Decretum Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de Reformatione*. Quod minimè ſpectat ad Regulares, quia ipſi ordinantur ſine titulo, & patrimonio, imò potius ad titulum: quoad ſæculares dicam cum de Ordine fuerit ſermo, interim vide Suar. *tom.* 5. *ad* 3. *p. diſp.* 51. *ſect.* 3. *in fine*, M. Cornejo *ſuprà, diſp. ultima.*

Trident.

Suar. Cornejo.

Quæstio X.

An Prælati Regulares valeant diſpenſare in irregularitate ex homicidio voluntario, vel mutilatione?

SUMMARIUM.

34 *Ex homicidio voluntario, ſeu mutilatione etiam juſtè facta contrahitur irregularitas.*
35 *Prælati Regulares in homicidio voluntario, ac mutilatione diſpenſant.*
36 *Et hoc tam in homicidio prohibito in quinto Decalogi precepto, quam non prohibito.*
37 *Poſſunt diſpenſare in irregularitate ex aborſu.*
38 *Ob homicidium in propriam defenſionem non datur irregularitas.*
39 *Loquimur de homicidio occulto.*

Septima ſpecies irregularitatis, & eſt prima ex delicto, eſt ex defectu lenitatis, cum homo præ ſe non præfert manſuetudinem, ac ſimilitudinem Chriſti Domini, qui erat valdè mitis, & humilis corde; hæc autem irregularitas incurritur propter homicidium, vel mutilationem etiam juſtè factam, vel cooperationem, & etiam notabiliter accelerantem; unde Iudex ſæcularis cum ſuo aſſeſſore, ſcribà, ſeu tabellione, & etiam accuſator, ac teſtis in cauſa mortis, ſeu mutilationis omnes ſiunt irregulares, de quibus multa tractant M. Cornejo *de irregularitate, diſp.* 11. *n.* 1. M. Lezana *verb. Irregularitas, à num.* 21. 22. *& ſeqq.* 34.

Cornelio. Lezana.

Prælati Regulares poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in irregularitate contracta ex homicidio voluntario, vel mutilatione. Ita conſtat ex Bulla Pauli III. pro Benedictinis, de qua egi citatà *reſol.* 17. In qua Pontifex concedit facultatem Prælato ad abſolvendum ab omnibus caſibus etiam reſervatis, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, & ad diſpenſandum irregularitatibus, quavis cauſa, vel occaſione contractis; unde in caſibus excepravit contenta in Bulla Cœnæ, in irregularitatibus nullam fecit exceptionem; ergo poſſunt diſpenſare in omni irregularitate, ac proinde in homicidio, ac mutilatione. Idem conceſſit Marinus V. vivæ vocis oraculo, & Sixtus IV. Prædicatoribus. M. Lezana *tom.* 5. *in mari magno Prædicatorum*, *num.* 128. Ita Fillincius, Vecchius, Barboſa, quos referunt, ac ſequuntur Bordon. *tom.* 1. *reſolut.* 13. *num.* 14. Candidus *tom.* 2. *diſquiſit.* 24. *art.* 61. *dub.* 13. M. Fr. Anton. ab Spirito Sancto *tom.* 1. *tractatu* 2. *diſput.* 1. *ſect.* 2. *n.* 7. 35.

Lezana. Fillincius. Vecchius. Barboſa. Bordon. Candidus. Fr. Anton.

Limitat tamen hanc doctrinam Bordon. *citatus*, cum Fr. Anton. *ad homicidium peccaminoſum prohibitum in quinto Decalogi precepto*, quia ſimpliciter hoc tantum venit nomine homicidij. Quæ doctrina mihi non placet, quia ex conceſſionibus Pontificiis colligitur facultas ad diſpenſandum in omni homicidio voluntario, & ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; deinde ſi colligitur poteſtas ad diſpenſandum in homicidio pecca- 36.

Bordon. Fr. Anton.

minoſo, ergo etiam in eo, quod non eſt peccaminoſum.

37. Limitat ſecundò, Rodrig. *tom. 2. quæſtion. q. 55. art. 4. ad fin.* In homicidio ex abortu, quia non ſolum eſt homicidium corporis, ſed etiam animæ, & inde dicit illud homicidium qualificatum. Tamen hæc doctrina non eſt admittenda; & Prælati poſſunt diſpenſare in tali irregularitate & in fœtu animato: de quo latè egi *Reſol. 3. quæſt. 16. & 17.*

38. Limita tertiò, quia occidens, vel mutilans aliquem ob defenſionem ſui cum moderamine inculpatæ tutelæ, nullam incurrit irregularitatem, ita definitum eſt ab Eccleſia, *Clementina ſi furioſus, de homicidio,* quia non ſponte, ſed neceſſitate propriæ defenſionis juſtæ, id fecit homo. Ita communiter Doctores. Noſter Bacconius. Bononia. Cornejo. Bacconius *in 4. diſt. 25. quæſt 7. art. 2.* Michaël de Bononia *ibidem quæſt. 2. art. 3.* M. Cornejo *de irregularitate, diſput. 4. dub. 1.* & multa *ſupra dixi, verb. Accuſatio,* vel *Banuitus,* vel *Bellum.*

39. Maximè nota, quod tam hic de homicidio, quam de hæreſi, ac aliis criminibus, loquitur de delicto occulto; quid autem ſit occultum, vide quæ dixi *ſuperiori Reſolut. q. 2. n. 21.* Deinde notorium ut opponitur occulto, non ſufficit, quod ſit divulgatum per unum teſtem aliàs non multum fide dignum, ut notat Peirin. *de Prælat. q. 2. c. 5. §. 4. n. 52.* Deinde non ſufficit, quod crimen ſciatur tantum per famam, niſi fama procedat ab illis, qui crimen viderunt. Sotus. Tabiena. Angelus. Sanch. Ita Sotus, Tabiena, Angelus, & alii, quos citat, ac ſequitur Sanchez *in Conſiliis, lib. 6. cap. 5. dub. 42. num. 2.*

Quæstio XI.

Quis poteſt diſpenſare in irregularitate proveniente ex rebaptizatione?

Summarium.

40 *Quando quis ſcienter rebaptizatur, incurrit irregularitatem.*

41 *Qui in adulta ætate, non in infantili baptizatur ab hæretico, fit irregularis.*

42 *In hac irregularitate diſpenſat Papa, Epiſcopus, & Prælatus Regularis reſpectu ſuorum ſubditorum.*

40. SEcunda ſpecies irregularitatis ex delicto provenit ex rebaptizatione, ſeu iteratione baptiſmi ſcienter, ſive publica, ſive occulta *cap. Eos de conſecrat. diſtinct. 4.* & *cap. Confirmand. diſtinct. 50.* Dixi ſcienter, quia ſi quis in infantia, ebrietate, vel ſomno rebaptizetur, non fit irregularis ob defectum uſus rationis, etiamſi poſtea ratam habeat illam rebaptizationem. Sayrus. Ita communiter Sayrus *lib. 7. cap. 8.* M. Cornejo *de irregul. diſput. 5. dub. 1.* Deinde etiam ſi quis ex ignorantia facti permitteret ſe rebaptizari, non incurrit in dictam irregularitatem: nam hæc irregularitas provenit ex delicto, à quo ignorantia excuſat. Sotus. Cornejo. Bonacina. Sotus *in 4. diſt. 3. quæſt. unica, art. 9.* M Cornejo *citatus,* Bonacina *de irregularitate, diſput. 7. quæſt. 3. punct. 3. num. 3.*

41. Hanc tamen irregularitatem incurrit ille, qui in adulta ætate ſe ſinit ab hæretico baptizari *cap. Si in qualibet, 1. quæſt. 7.* ſecus ſi quis in infantili ætate baptizetur *cap. Placuit,* & *cap. Qui apud 1. quæſt. 4.* ex Suario, Filliucio, Reginald. Bonac. *citatis, num. 53.* Filliuc. Reginald. Bonac.

42. Trident. Ab hac irregularitate non ſolum diſpenſat Papa, ſed etiam Epiſcopus, ex Trident *ſeſſ. 14. cap. 6.* Per profeſſionem autem in Religione non tollitur, cum ad hoc nullum videatur dari fundamentum, ut notat M. Lezana, *verb. Irregul. num. 44.* Lezana. In ea tamen poſſunt diſpenſare Prælati Regulares per privilegia, quæ habent ad diſpenſandum in omni irregularitate, ut notat idem Lezana, Bordon. *reſol. 11. num. 3.* Bordon. & loquitur non ſolum de rebaptizatione occulta, ſed etiam de publica.

Quæstio XII.

Per malam ſuſceptionem, & adminiſtrationem ordinis incurritur irregularitas, & quis in ea diſpenſet.

Summarium.

43 *Suſcipiens ordines furtivè, & ſtante matrimonio incurrit irregularitatem.*

44 *Baptizans ſolemniter, vel Miſſam celebrans ſine ordine, vel excommunicatus confeſſiones excipiens, vel Euchariſtiam miniſtrans fit irregularis.*

45 *Ab hac irregularitate non ſolum diſpenſat Papa, ſed etiam Epiſcopus in caſibus occultis, Prælatus in utroque caſu.*

TErtia ſpecies irregularitatis ex delicto contrahitur per indebitam ſuſceptionem Ordinis, ac malam illius adminiſtrationem; & 43. quantum ad ſuſceptionem, juxta communem ſententiam, in duobus tantum caſibus incurritur irregularitas, ut notarunt Hurtado *de cenſur. diſput. 2. diffic. 3.* Diana 4. *part. tract. 2. Reſol 55. §. Nota etiam.* Præpoſit. 3. *part. q. 5. de irregul. dub. 5.* Hurtado. Diana. Præpoſit. Primò, quando quis ordinatur furtivè, hoc eſt non examinatus, vel non admiſſus ſuſcipit Ordines, vel alium loco ſui facit examinare; & ipſe loco illius ſuſcipit ordines, *cap. de eo qui furtivè.* Bonac. Bonacina *de cenſur. diſp. 7. quæſt. 3. punct. 4. num. 6.* Cum formidine tenet contrarium. Secundò, ſi durante matrimonio etiam non conſummato præſumit ſacros Ordines ſuſcipere; unde in aliis caſibus in quibus multi Doctores aſſerunt incurri irregularitatem, tenendum eſt contrarium, ſed ſolum ſuſpenſionem, cum non exprimantur in jure; quod tenendum eſt memoria pro multis caſibus reſolvendis, de quo *de Sacram. Ordin.*

44. Per exercitium Ordinis etiam multis caſibus incurritur irregularitas, ut ſi quis ſine ordine ſolemniter baptizet, Miſſam celebret; itèmque excommunicatus confeſſiones excipiat, ſacrámque Euchariſtiam miniſtret, etiamſi miſſam non celebret, de quibus, & multis aliis dicendum eſt infra. Ex his, & aliis irregularitatibus diſpenſationem concedit, non ſolum Summus Pontifex, ſed etiam Epiſcopus in caſibus occultis ex Concilio Trid. *ſeſſ. 24. cap. 6.* Trident. Quoad Regulares: eorum Prælati in multis privilegiis

Eugenii

Lezana. Bordon.

Eugenii IV. Sixti IV. Pii V. quæ adducunt, & referunt Lezana *tom.1. ſumma,cap.18.n.40.* Bordonius *Reſol.11. num.3. & 41.*

QUÆSTIO XIII.

An Epiſcopi, & Prælati Regulares poſſint diſpenſare in irregularitate ex hæreſi occulta?

SUMMARIUM.

45 *Sub nomine hæreſis. intelligitur Hæreticus occultus, illius fautores, conſilium, & favorem dantes.*

46 *In hac irregularitate occulta poſſunt diſpenſare Epiſcopi,& Prælati Regulares.*

47 *Cum hac doctrina ſtat, quod non poſſunt abſolvere ab hæreſi occulta.*

45. QVarta ſpecies irregularitatis ex delicto, incurritur per hæreſim; hæretici enim ſunt irregulares, *cap. Presbyteri, diſt.50. cap. Qui in qualibet*; quod intelligitur de hæretico occulto,ut patet ex *Clement.7.* quæ refertur *in Directorio Inquiſitor.*Majolus *lib.de irregular. cap. 46.* M. Cornejo *diſp.8. dub. unico*, quod etiam intelligitur de fautoribus, receptoribus eorum, conſilium, favorem, auxiliúmque ipſis præbentibus: nam iſti cum ipſis hæreticis æquiparantur, *cap.2. de hæreticis, in6.* Suar. *diſp. 43. ſect.2.* Hurtadus *diſput. de irregular. diffic.3.n.9.* Cum hæreticis computantur etiam Apoſtatæ, ac Schiſmatici. Ita Sanch.Navar. ac multi alii apud Bonacinam *de irregularitate, diſp.7. punct.6. num.5.*

Director. Cornejo. Suar. Hurtad. Sanchez.

46. Si hæreſis ſit occulta, quod Epiſcopus poteſt diſpenſare ex Trident.*ſeſſ.24 c.6.* Henriq. *lib 14. de irregularitate, cap.4. n.6.* Sanchez *in Decalog. lib.2. cap.25. num.* 18. Toletus *in Additionibus, lib.1. cap.69.* referens Sà, Comitolum. Sayrum. Prælati Regulares poſſunt etiam diſpenſare in hac irregularitate orta ex delicto infidelitatis, vel hæreſi occultæ ex privilegio Pii V.Bulla 13. Et confirmatur ex multis aliis privilegiis, in quibus eis datur poteſtas ad diſpenſandum in omni irregularitate, excepto homicidio, ac bigamia, Layman *lib. 1. tract.5.part.5. cap.4. in fine.* M. Lezana *verb. Irregul. num.62. ad finem.* Belaſius *v. Irregularitas,num.17.*Bordon.*tom 11.Reſol.11.n.43.* ubi cum Boſſio *de Iubilæo*, affirmat poſſe Prælatos Regulares diſpenſare cum hæretico publico, dummodo non ſit relapſus,quæ doctrina mihi nullo modo placet utpote contra communem conſenſum Theologorum. Quid autem ſit occultum, jam dixi *ſuperiori Reſolut. num 21. quæſt.4.*

Trident. Henriq. Sanchez. Toletus. Sà Comitol. Sayrus. Layman. Lezana. Belaſius Bordon. Boſſius.

47. Nec cum his pugnat id,quod dixi *Reſol.20. q. 3.* Non poſſe Prælatos Regulares à crimine hæreſis occulto abſolvere; ergo cum eis nec diſpenſare,juxta c.*Cum illorum,de ſent.excommunicationis.*Cui negatur poteſtas abſolvendi, negatur poteſtas diſpenſandi. Reſp. cum Sanchez *lib.2. in Decalog.c.25.n.18.*Lezana *verb. Irregularitas, num.62.* & Bordonio *proximè citato.* Quia textus intelligendus eſt regulariter loquendo: nam in crimine hæreſis ſtrictior eſt poteſtas abſolvendi,quam diſpenſandi:nam Concil. Trid. *citata,ſeſſ.24. c.6.* dans amplam facultatem Epiſcopis diſpenſandi in caſibus occultis, etiam Pontifici reſervatis, non expreſſit hæreſim, tanquam illam comprehendens ſub illa generali diſpenſandi conceſſione facta Epiſcopo, vel ejus Vicario, facta delegatione; at Concilium in poſteriori parte, ut notat Sanch. *citatus num.16.* agens de abſolutione ab hæreſi, ſtrictiùs loquitur, ut abſolutio ſolum impendatur per ipſum Epiſcopum, & non per ejus Vicarium. Deinde reſponderi poterit, quod in hæreſi ſtrictior eſt facultas abſolvendi, quam diſpenſandi, eo quod excommunicatio pro hæreſi occulta eſt certiſſima, non ſic autem irregularitas: nam quod hæc per hæreſim occultam contrahatur, negant multi Auctores, Henriquez, Emmanuel Sà, Sayrus. Avila,quos allegat, ac refert Sanchez *citatus num.1. & 2.*

Sanch. Lezana. Bordon.

Sylveira Opuſcula.

Henriq. Sà. Sayrus. Avila.

QUÆSTIO XIV.

Quid ſit irregularitas ex infamia, & quis in ea valeat diſpenſare?

SUMMARIUM.

48 *Quid ſit infamia, & ob quot crimina contrahatur.*

49 *Infamia eſt duplex juris, vel facti.*

50 *Infamia facti tollitur per pœnitentiam, & emendationem.*

51 *In infamia facti, & juris diſpenſat Papa, & Epiſcopus.*

52 *In utraque infamia etiam publica diſpenſant Prælati Regulares.*

QVinta ſpecies irregularitatis ex delicto, oritur ex infamia, quæ ut ſumitur apud circumſtantes, *eſt prava exiſtimatio de vita, & moribus alicujus.* Ex parte ipſius infamis, *eſt læſa dignitatis qualitas, legibus, aut moribus reprobata.* Noſter Michaël de Bononia *in 4. diſt.25. quæſt.5. art.1.* Sylveſter, & alii cum Layman, *lib.1. tract.5.part.5. cap.4. n.1.* Hæc autem contrahitur, poſt vel ante ingreſſum Religionis; & oritur ex multis, & variis criminibus, ex Apoſtaſia à fide, hæreſi,ex furto,raptu, perjurio, falſario,cum Moneta falſa, Sodomia, ex proſtitutione propriæ filiæ, vel neptis, matrimonio cum meretrice, vili, vel abjecta, ex arte magica. Hæc, & alia multa crimina circa infamiam congerunt Azorius *tom.2. lib.6. c.7. quæſt 3.* M Cornejo *tom.2. tract.5. de irregularitate, diſput.8. dub. unico, §.Ex quibus infero.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, allegat. 43. à num.25.* 48.

Bononia. Azor. Cornejo. Barboſa.

Infamia duplex eſt,una juris,altera facti. Infamia juris contrahitur poſt publicam judicis ſententiam; infamia autem facti contrahitur, ut explicat Caſtro Palaus *1.p. diſp.6.de cenſur. punct. 20. n.7.* per aliquod factum deteſtabile, & infamatorium notum apud viros probos; bonos, & prudentes, cum per talia crimina homines excludantur ab officiis, ac muneribus publicis,ac honorificis. ut advertit Molina *tract.1. de juſtit. diſp.7. num.6.* 49.

Palaus. Molina.

51. Infamia facti tollitur per juſtam pœnitentiam, ac rectam emendationem vitæ, cum res, per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvatur, ita communiter omnes cum Navarro *c.25. num.75.76.* Infamia autem facti, vel juris poteſt tolli à Summo Pontifice, an etiam ab Epiſcopis, negat Caſtro Palaus *citatus, num. 13.* dicens quod Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum infami, ut ad ordines aſcendat, ſed ut in ſuſceptione miniſtret. Tamen, quod in utroque poſſit Epiſcopus diſpenſare, communis eſt ſententia ex *cap. At ſi Clerus, §. de adulterio. de judic.* Navar. *in manuali, cap. 27. num. 204.* Toletus *in ſumma, lib. 1. cap. 62. n. 5.* Lezana *verb. Infamia, num. 16.* Infamia autem orta ex jure civili tollitur à Rege, Principe, ac Imperatore.

Navar. Palaus. Toletus.

52. Prælati Regulares poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis ratione ſuorum privilegiorum in omni irregularitate infamiæ ſive juris, ſive facti qualitercumque contracta ſit, ſive occulta, ſive publica ſit, poſt & ante ingreſſum Religionis. Ita Peregrin. *in ſuo Compendio, verb. Diſpenſat.* Naldus, *verb. Infamia, num 1. 9. Hic autem.* Bordon. *Reſol. 11. num. 50.* M Lezana, *verb. Infamia, n. 17. 18.* Thesaur. *p. 1. cap. 34.* Diana *part. 5. tract. 14. Reſol. 91.* Et probabilem videtur ſentire Pellizar. *tract. 9 c. 3 ſect. 4. n. 134* Et probatur ex multis privilegiis, quæ conceſſa ſunt Prælatis Regularium; quæ refert Lezana *tom. 1. cap. 18. num. 4.* ad diſpenſandum cum ſuis ſubditis in omni irregularitate, exceptis tribus, homicidio voluntario, mutilatione, bigamia; ergo manet integra facultas ad diſpenſandum in omni alia irregularitate, & inde etiam ab infamia.

Peregrin. Naldus. Bordon. Lezana. Diana.

53. Probatur etiam ſecundò, ex privilegio Gregorii XIV. Bulla 17. pro Clericis miniſtrantibus infirmis, ut eorum Generalis, & idem eſt per conſequens aliorum Ordinum, qui cum ipſis communicant in privilegiis, poſſit diſpenſare cum ſuis ſubditis in infamiæ macula; & idem conceſſit Pius V. *in Bulla 129.* in novo Bullario. Abbatibus, & Prælatis Congregationis Caſſinenſis diſpenſandi in quavis macula infamiæ, qualitercumque contractæ, ſive ante, ſive poſt ingreſſum Religionis.

Greg. XIV.

54. Nec contra hoc faciunt Rodriguez *tom. 1. quaſt. 24. art. 6.* Portel. *in dubiis Regular. v. Diſpenſat. num. 6.* Lavor. *tit. 14. cap. 16. num 7.* aſſerentes Prælatos Regulares non poſſe diſpenſare in infamia juris; maximè in crimine Sodomiæ, quia talis diſpenſatio generat ſcandalum. Reſpondemus quod diſpenſatio datur ſuppoſita pœnitentia, ac emendatione criminis, & per pœnitentiam, ac emendationem deletur omne quodcuoque crimen.

Rodrig. Portel. Lavor.

Quæstio XV.

Prælatus, in quocunque loco ſit, poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito etiam à ſe abſente.

SUMMARIUM.

55 *Prælatus extra Conventum in quocunque loco ſit, poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito.*

56 *Prælatus poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito etiam abſenti à ſe.*

PRimò Prælati Regulares poſſunt diſpenſare cum ſuo ſubdito, ſive ſit in Conventu, ſive extra illum, quia poteſtas diſpenſandi non alligatur loco, & privilegia Pontificum indiſtincte loquuntur ſine determinatione loci. Ita Portel. *verb. Diſpenſare, in Addition. 10.* ex doctrina Sanchez *lib. 1. diſp 9. num. 7.* Suar. *de cenſur. diſp. 41. ſect. 2. num. 10.* 55.

Portel. Sanchez. Suar.

Secundò, tenendum eſt, quod Prælatus poteſt diſpenſare ſubditum abſentem à ſe ipſo. Primò, quia in hoc nulla aſſignabitur repugnantia, nec difficultas, quia non eſt abſolutio ſacramentalis, quæ requirat ſubditum præſentem; deinde quia major difficultas poteſt conſiderari in abſolutione cenſurarum, quæ tamen confertur ſubdito abſenti. Bonac. *diſp. 1. de cenſur. quaſt. 3. punct. 4. n. 4.* cum communi ſententia; ergo multo magis diſpenſatio, cum nullum contineat veſtigium abſolutionis. Ita multi Auctores cum Boſſio *de Iubilæo caſu to. num. 166.* Portel. *verb. Diſpenſatio, n. 10.* 56.

Bonacina. Boſſius. Portel.

Quæstio XVI.

An valeat diſpenſatio à ſuperiori data ſubdito ignoranti, non petenti, & etiam nolens?

SUMMARIUM.

57 *Valet diſpenſatio taliter data.*
Diſpenſatio data ſubdito ignoranti valet. Ibid.

58 *Prodeſt diſpenſatio ſubdito non petenti.*
Prodeſt diſpenſatio facta nolenti. Ibid.

REſpondeo, quòd maximè valet, ac tenet diſpenſatio data à ſuperiore ſubdito ignoranti, vel non petenti, vel nolenti diſpenſari. Probatur univerſaliter, quia ex parte diſpenſantis dantur omnia requiſita ad valorem diſpenſationis poteſtas, & voluntas; ergo bona eſt diſpenſatio: ex parte etiam diſpenſati adſunt omnia requiſita, ſubjectio nempe, & juſta cauſa, ut ſuppono, ratione cujus ſuperior diſpenſat. Et probatur per ſingulas partes. Prodeſt ignoranti, ſi eam per tertium procuravit, aliter verò à die ſcientiæ acceptæ, ut voluit Suar. *lib. 8. de legib. cap. 25. n. 25.* Menoch. *lib. 2. de arbitrar. centur. 2. caſu 185. n. 31.* cum ipſis, ac aliis Bonac. *diſp. 3. n. 5. de privil.* Aliter tamen Sanch. *lib. 8. de matrim. diſput. 26. num. 5.* Bordon. *reſol. 10.* quod mihi eſt verius; prodeſt enim diſpenſatio facta ignoranti à die diſpenſationis ad collationem beneficii, quia ſtante diſpenſatione jam ipſe revera eſt habilis ad beneficium, & ipſa ſcientia eſt per accidens. 57.

Suarez. Menoch. Bonac. Sanchez. Bordon.

Prodeſt etiam diſpenſatio non petenti data à ſuperiore, quia valor illius pendet à voluntate concedentis, & non à ſupplicatione petentis, tum quia beneficium datum à ſuperiore ſine petitione alicujus valet, & ſortitur effectum, *cap. Si motu proprio de præbendis, in 6* ergo & diſpenſatio, militat enim eadem ratio. Navar. *conſ. 2. & 3. de reſcriptis.* Sà *verb. Gratia, n. 23.* Portel. *verb. Diſpenſatio, num. 12.* Suar. *lib. 6.* 58.

Navar. Sà Portel. Suarez.

lib 6. de legibus, cap. 13. n. 8. Diſpenſatio facta in nolentem, habet ſuum effectum; nam diſpenſatio eſt beneficium ſuperioris, ac proinde juſta interveniente cauſa poteſt diſpenſare, maximè quando hoc confert ad bonum commune, vel commendationem virtutis, in ordine ad officia, tunc enim beneficium, & gratia confertur invito Thomazer *regula* 151. Thomazer.

Quæstio XVII.

An Prælatus non ſolùm per tertium, ſed etiam immediatè per ſemetipſum poſſit ſecum diſpenſare?

SUMMARIUM.

59 *Poteſt per tertium à ſe electum ſecum diſpenſare.*

60 *Poteſt etiam ſecum immediatè diſpenſare.*

59. Reſpondeo Prælatus Regularis utpote Generalis, Provincialis, Prior localis non ſolùm per alium à ſe electum, ſed etiam immediatè per ſemetipſum ſecum diſpenſare poteſt in omni irregularitate, in qua poteſt cum ſuis ſubditis diſpenſare. Prima pars probatur ex privilegio Sixti IV. Gregorii XI. quæ refert Bordon. *Reſol* 10. *quæſt.* 1. §. *Secundum ſit.* Bordon. Deinde Prælati, & Epiſcopi poſſunt eligere confeſſorem, ad eos abſolvendos, ergo etiam ad diſpenſandum cum eis. Henriquez *lib.* 6. *de Pœnitentia cap.* 4. *num.* 3. & *lib.* 7. *de indulg.* Henriq. *cap.* 28. Emmanuel Sa, *ve b Religio. n.* 47. Emman. Sà.

60. Secunda pars de diſpenſatione immediata in ſe ipſum, probatur, quia hoc nulli juri, tam divino, quam humano repugnat, ut probat Bordinus *Reſol.* 10. *num* 13. § *Secundum* Quia idem reſpectu diverſarum actionum, poteſt exercere vicem duorum. Abbas *in cap. ex litteris de probationibus, num.* 12. Deinde non eſt univerſaliter verum illud axioma, quòd inter dantem, & accipientem debet dari diſtinctio, ut ex multis oſtendit Sanch. *lib* 8. *de Matrim diſp.* 3. *num.* 6. Deinde illud axioma nemo ſui ipſius eſt judex, non habet locum in diſpenſationibus, nam diſpenſatio exercetur juriſdictione voluntaria, & gratuita, valdè diverſa ab abſolutione Sacramentali, quæ fit per modum judicii. Gloſſa *final. cap. Nunc autem* 7. *diſt.* 21. Thomazer. *Reg.* 25. Armilla, *verſ. Monachus, n.* 9. Molin. *tom.* 1. *de juſtitia tract.* 2. *diſp.* 247. §. *Religioſus tamen.* Azor. *lib.* 7. *c.* 29. & ſicut Prælatus poteſt ſibimet ipſi concedere indulgentiam, ſicut aliis per ſuam juriſdictionem voluntariam, & gratuitam, ita & ſibimet ipſam diſpenſationem. Bordon. Abbas. Sanch. Gloſſa. Thomazer. Armilla. Molina. Azor.

Quæstio XVIII.

An diſpenſatio negata à majore, poſſit concedi à minori, & an diſpenſatus ad majus ſit diſpenſatus ad minus?

SUMMARIUM.

61 *Negata diſpenſatione à ſuperiori poteſt inferior diſpenſare, dummodo non ſit denegata diſpenſatio ob cauſam injuſtam, & n.* 62. & 63.

64 *Diſpenſatus ad majus non eſt diſpenſatus ad minus, & n.* 65.

Prima quæſtio eſt. Negat ſuperior, verbi gratiâ, Papa diſpenſationem alicui, an talem diſpenſationem poſſit concedere inferior, ſuppoſito quòd aliàs habeat poteſtatem, cognita negativa ſuperioris. Reſpondeo quòd inferior poteſt dare talem diſpenſationem, dummodo diſpenſatio non ſit denegata à ſuperiori, eo quòd judicaverit non adeſſe cauſam juſtam, & ſufficientem. Ita Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 14. *num.* 5. 6. & 7. Portel. *in additionibus ad dubia, verb. Diſpenſare, n.* 18. 61. Sanch. Portel.

Probatur prima pars; quia denegatio ſuperioris, verbi gratia, Papæ, non abſtulit poteſtatem, quam habet inferior ex vi ſui officii. Deinde illa denegatio non facit caſum indiſpenſabilem, ſed denotat arbitrium ſuperioris, qui non tenebatur diſpenſare. Tandem ſubditus relicto inferiori, accedendo ad ſuperiorem, non ceſſit juri ſuo, cum in ejus optione ſit accedere ad hunc, vel illum. 62.

Altera pars concluſionis probatur, quia ſi ſuperior, verbi gratia Papa, negat diſpenſationem, quia judicat cauſam injuſtam, & inſufficientem, tunc inferior non poteſt diſpenſare; nam in re tam gravi tenetur ſe conformare cum judicio ſuperioris, & ideò reſpectu illius cauſæ indiſpenſabilis eſt caſus. At verò ſi aliæ cauſæ proponantur, quas inferior judicet ſufficientes, vel aliæ circumſtantiæ ad eundem caſum, tunc inferior poteſt diſpenſare, non enim ipſe conſtringitur ad unam cauſam, cum aliæ intervenire poſſint. 63.

Secundò petit quæſtio, an diſpenſatus ad majus officium, verbi gratiâ ad generalatum cenſeatur diſpenſatus ad minus, verbi gratiâ ad Provincialatum, vel Prioratum, ſeu diffinitoratum. Reſpondeo, quòd non cenſetur diſpenſatus; ita Sanchez *lib.* 8. *de Matrim. diſp.* 1. *n.* 32. Sigiſmund. *dub.* 30. *n.* 3. §. *Manet ergo.* Ubi *num.* 5. expreſſis verbis hunc noſtrum caſum tractat. Bordonius *Reſol.* 10. *n.* 19. 64. Sanch. Sigiſmond. Bordon.

Ratio eſt, quia diſpenſatio ſtrictè eſt interpretanda, & maximè reſtringenda, cùm ſit juris communis vulneratio, quòd eſt maximè odioſum, *cap.* 1. *de filiis Presbyterorum in* 6. & *facit Regula, quæ à jure exorbitant non ſunt habenda in conſequentiam in* 6. Confirmatur ex paritate rationis. Quia diſpenſatus ad Archiepiſcopatum, non poteſt eligi in Epiſcopum, *cap. finali de tranſlatione Epiſcoporum.* Neque enim in his valet argumentum à minori ad majus, ut aliis citatis probat Sanchez. 65.

Quæstio XIX.

Utrùm diſpenſatio facta in ſolemni viſitatione non ſolùm comprehendat profeſſos, ſed etiam novitios.

SUMMARIUM.

60 *Diſpenſatio facta in viſitatione prodeſt etiamſi de irregularitate non recordetur, ſed poſtea.*

67 Prima ſententia negat, quod Prælatus nõ poteſt diſpenſare in irregularitate novitiorũ.
68 Secunda affirmat, & fundatur, & n.69.
70 Solvitur fundamentum adverſariorum, & quod novitius poteſt adire Epiſcopum.

65. CONveniunt, quòd diſpenſatio facta à Prælato, ſeu viſitatore in ſolemni viſitatione, ſeu reconciliatione comprehendat ipſos Religioſos profeſſos, ut abſoluti, & diſpenſati maneant à quacumque irregularitate, ſi illa erant innodati, ad quam ſe extendat poteſtas ipſius viſitatoris, ita ut hæc diſpenſatio in tantum eis proſit, quòd ſi poſtea ſubditus meminerit ſe eſſe aliqua irregularitate affectum verbi gratiâ, non egeat nova diſpenſatione, cùm jam per illam generalem diſpenſationem,
Peirin. fuerit irregularitas ablata. Ita Peyrinus *tom.* 1. *Privilegiorum conſtitut.* 1. Iulij II. adducens
Sylveſt. Navarr. Navarrum *in ſumma cap.*26. *num.*13. Sylveſt. *verb. confeſſio* 1. *quæſt.* 4.

67. Major difficultas eſt, an Prælatus Regularis poſſit diſpenſare cùm novitiis ſuper omni
Suar. irregularitate ex delicto occulto provenienti,
Azor. juxta conceſſiones Apoſtolicas. Negant Suar. *tom* 2. *de Relig. lib.* 6. *cap.* 11. Azor. *part.*1.
Saytus. *dub.*11. *cap.*19. Saytus *Clavi Reg. lib* 6. *cap.*11. *num* 92. Quia licet Regularis habeat juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, non tamen in novitium, cùm non ſit ſimpliciter, & abſolute verus Religioſus.

68. Tamen ſimpliciter oppoſita ſententia te-
Sanchez. nenda eſt, quam tenent Sanchez *in Decalog.*
Tambur. *tom.*1. *lib.*4. *cap.*39. *num.*17. Tamburin. *de jure*
Henriq. *Abbat. tom.* 2. *diſp.*18. *quæſt.*3. *num.*2. Henriquez,
Leſſius. Fauſtus. Miranda. Leſſius, Fauſtus, Miranda, Barthomolæus
Vecchis. Portel. de Vecchis. Portel, quos citat, ac ſequitur
Diana. Diana 3. *part. tract.* 2. *Reſol.*71. *quibus adhæret*
Pelizar. Pellizar. *tom.* 2. *tract.*9. *cap.*3. *ſect.*4. *num.*129. & in hac ſententia ſunt Auctores, quos ſuprà citavi, *quæſt.*2. *num.*7.

69. Probatur primò, quia novitij gaudent privilegiis ſui ordinis, ut eſt commune, & conceſſit Gregorius XIII. Novitiis Societatis, ut ipſius Societatis gaudeant privilegiis. De quo communicant aliæ Religiones. Secundò. Quia etſi Prælatus Regularis non habeat poteſtatem dominativam in novitios, habet tamen poteſtatem ſpiritualem Eccleſia-
Navarr. Sanchez ſticam in eos, ut ex Navarro cum communi ſententia tenet Sanchez *lib* 4. *in Decalog. c.*39. *num* 17. & inde fit, quòd novitius valet confiteri cum confeſſore approbato à Prælato ordinis, & quod novitius quamdiu perſeverat in Religione, exemptus eſt à juriſdictione
Sanch. Henriq. Epiſcopi, qui non poteſt cognoſcere de de-
Rodrig. licto ejus, ac aliis illius cauſis, niſi forte novi-
Leſſius. tius ſe illi ſubdat, ut late probat Sanchez
Angelus. citatus cum Henriquez, Rodriguez, Leſſio,
Sylveſt. Angelo, Sylveſtro, & aliis.

70. Nec obſtat fundamentum Suaris, quia No-
Suar. vitius non habet ſtatum perpetuum, ſed veluti ita dicam habet ſtatum mutabilem, & annualem, diſpenſatio autem fit ad rem perpetuam. Quæ ratio non multum urget, quia, v. g. quis virtute Iubilæi, vel ſacræ pœnitentiariæ poteſt diſpenſari, & tamen poſtea ex negligentia non exequitur opera adjuncta; ſic & Novitius accedens ad Religionem, ex ejus privilegiis obtinet aliquod beneficium, & favorem, licèt poſtea in ea non perſeveret, & ſicut Novitius quamdiu eſt in Religione, ſuſtinet illius onera, ſic æquum eſt, ut favoribus illius gaudeat. 71.

Dixi; quòd ſi Novitius velit, poteſt adire Epiſcopum ad obtinendum aliquam diſpenſationem, poteſt illum adire, cum nondum plenam exemptionem, ac ſubjectionem Prælato Regulari adeptus ſit, ideoque poteſt ſe ſubiicere Epiſcopo, ut probat Sanchez *citatus*, *num.*18 & 20. addens, quòd debet adire ad Epiſcopum ſui domicilij. Oppoſitum mihi videtur verius, quia ex eo quod Novitius ingreſſus eſt Religionem, jam non habet animum perpetuo habitandi in priori domicilio, ſed ſe transferendi ad hunc, & illum locum, prout obedientia ordinaverit, ac proinde ſi vult adire ordinarium, debet adire illum, in cujus diœceſi ſe habet in præſentiarum.

RESOLUTIO XXIX.

Explicatur poteſtas, quam habent Confeſſores Regulares ad diſpenſandum cum ſæcularibus.

QUÆSTIO PRIMA.

De poteſtate conceſſa Confeſſoribus Regularibus ad diſpenſanda vota, & juramenta.

SUMMARIUM.

1 *Non agimus de ipſis confeſſoribus, quantum ad ipſos Fratres, quia eſt res valdè dubia.*
2 *Confeſſores Regulares poſſunt diſpenſare in votis ſæcularium, quinque exceptis.*
3 *Privilegia Apoſtolica.*
4 *Votum conditionale caſtitatis, vel alia, quæ non ſunt directè vota caſtitatis, non ſunt reſervata.*
5 *Votum caſtitatis in conjugatis eſt diſpenſabile.*
6 *Votum peregrinationis ad loca ſancta, ſi non eſt ex devotione, ſed aliò fine non eſt reſervatum.*
7 *Religioſi poſſunt commutare vota.*

NON agimus in præſenti de poteſtate, quam habent Confeſſores Regulares erga ipſos Fratres, & Religioſos, quia res eſt ſatis dubia, & multas patitur difficultates, quoad diſpenſanda eorum vota, & juramenta, & ideò pro hac re via certa, & ſecura eſt recurrere ad Religionis Prælatum, ut notat Portel. *verb. Confeſſor. quoad Fratres*, *num.*21. Sed loquimur tantùm de Confeſſoribus Regularibus quoad vota, & juramenta ſæcularium accedentium ad eos ad confeſſiones. 1.

Dico Primò, Confeſſores Regulares poſſunt diſpenſare in omnibus votis ſæcularium 2.
venien-

venientium ad confeſſiones, exceptis quinque Papæ reſervatis, ſcilicet caſtitatis, Religionis, ac triplicis peregrinationis, de quibus jam egi in præcedentibus, *Reſolutionibus* 28. *&* 27. *Sententia eſt communis.* M. Lezana, *tom.*1. *cap.*19. *num.*23. Lopez, Navar. Valentia, Sayrus, Aragonius, quos refert, & ſequitur Candidus, *tom* 2. *diſquiſit.*27. *art. vnico*, *dub.*1. Vivald. *tit. de votis inquiſit.*3. *num.*77. Pellizar. *tom.*2. *tract.*8. *cap.*3. *ſect.*2. *num* 141. Vrbanus *tract.*2. *part.*2. *diſt.*1. *cap.*4. *Regul.*1. *fol. mihi* 249. M. Fr. Anton. ab Spir. Sanct. *director. Reg. tom.*1. *tractatu* 2. *diſput.*3. *ſect.*2. *num.* 80.

Lezana. Lopez. Navarr. Valentia. Sayrus. Aragon. Candidus. Vivald. Pellizar. Urban. Fr. Anton.

3. Ad fundamentum hujus veritatis ſtabiliendum multa privilegia adducit Bordon. *tom.* 1. *Reſol.* 15. *num.* 2. quæ partim ſunt vivæ vocis oracula, vel pro certo, & determinato tempore, duo, vel tria bullata, & pro omni tempore. Primum & bullatum, Eugenius IV. conceſſit Monachis S. Juſtinæ Ordinis S. Benedicti, *conſtitut. Et ſi quaſlibet* apud Confetium *pag.* 39. & apud Caſarrubium in compendio privilegiorum Mendicant. *verb. Abſolutio quoad ſæculares* 2. *num.* 16. Inter cætera ait Pontifex: *inſuper & vota omnia permutare, ac in omnibus, & ſingulis caſibus, & cum eis diſpenſare præter cenſuras, pœnas, & vota, & caſus, de quibus eſſet merito ſedes Apoſtolica conſulenda.* Ubi ut bene advertit Miranda *tom.* 1. *quæſt.*48. *art.* 3. *verb. diſpenſandi, etiam referendum eſſe ad vota.* Aliud privilegium conceſſit Paulus III. Patribus Societatis Ieſu in ſua conſtitut. *Cum inter cuncta.* referunt Confetius, *pag.*184. & Caſarrubius, *in citato compend. ubi ſuprà num.* 19. ubi ait citatus Paulus III. quòd concedit liberam facultatem, *vota quæcumque per eos pro tempore emiſſa (vltra marinis, viſitationis B. Petri, & Pauli Apoſtol. de vrbe, ac Sancti Iacobi in Compoſtella, nec non Religionis, & caſtitatis votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutandi.* Iulius II. conceſſit Patribus Benedictinis facultatem diſpenſandi in omnibus votis, in quibus poſſunt diſpenſare Epiſcopi. Refert Sorbo *verb. diſpenſatio.* Peregrin. *verb. diſpenſatio.* §. 10. licèt alia privilegia poſſint referri, hæc ſufficiant.

Bordon. Confet. Caſarrub. Miranda. Confetius. Caſarrub. Sorbo. Peregrin.

4. Ex his colliges. Primò, quod Confeſſores Regulares poſſunt diſpenſare in votis caſtitatis, ac Religionis, & triplicis peregrinationis, quando hæc vota non ſunt abſoluta, & ex perfecto amore Dei, ſed conditionalia, & pœnalia, ut ſuprà dixi de Epiſcopis, *Reſolut.*17. *quæſt.*3. *n.*12. *&* 13. Ex his etiam colliges Confeſſores Regulares poſſe diſpenſare in votis, quæ non ſunt ſimpliciter, & abſolutè caſtitatis vota; ut ſi quis faciat votum aſſumendi ordines ſacros, non nubendi, non fornicandi, non polluendi, mulierem non luxurioſè tangendi; imò ſi faciat votum caſtitatis per quatuor, vel ſex annos, hæc vota non ſunt ſimpliciter caſtitatis vota, & ideò non ſunt reſervata, Sanchez *lib.* 8. *diſput.* 9. *num.* 11. *& in Decalog. lib.*4. *c.*40. & alii apud ipſum, Diana *tom.*1. *in Cruciatam*, *Reſol.* 59. Portel. *verb. Diſpenſatio de Confeſſario Regulari*, *n.*19.

Sanchez. Diana. Portel.

5. Colliges tertiò; quod etiam eſt diſpenſabile, & non reſervatum, quòd matrimonio conjuncti votum injerunt ex communi conſenſu ſervandi caſtitatem; nam hoc in conjugatis non eſt perfectum, & abſolutum integræ caſtitatis votum, ſed tantùm non petendi debitum, & ex una parte poteſt deficere, & ideò non eſt votum perpetuum, & abſolutum, ac per conſequens non eſt Papæ reſervatum. Ita Rodrig. *tom.*1. *quæſt.*73. *art.*2. Baſilius Legionenſis *lib.*8. *de matrim. cap.*10. *in fine*, Caſtro Palaus *tom.*3. *tract.*15. *diſp.*2. *punct.*13. *num.*9. Trullench. *in Decalog. lib* 2. *cap.*2. *dub.*44. *n.*3.

Rodrig. Baſilius. Legionen. Palaus. Trullench.

Colliges quartò, quid dicendum ſit de voto triplicis peregrinationis in loca ſancta, vel Romam, Compoſtellam: ſi tale votum fiat, non ob venerationem, nec devotionem illorum locorum, ſed ob curioſitatem ad videnda mirabilia Romæ, non eſt votum reſervatum, cum non ſit emiſſum ob cultum Dei, & venerationem illorum locorum, quia hac de cauſa vota illa reſervantur, Bordonius *tom.*1. *Reſol.*15. *num.*20. vnde docet Sanchez *in Decalog. lib.*4. *cap.*40. *num.*77. Votum ejus, qui promiſit ire Romam ad viſitandam imaginem Virginis, aut ad oſculandos pedes Sanctiſſimi Domini Papæ, non eſt reſervatum; nam reſervatio tunc datur, quando votum fit ad veneranda ea, quæ ſunt in illa civitate, non verò ad unum, vel alterum determinatè. Si tamen ſimpliciter vovit ire ad ea loca, tunc eſt reſervatum, quia tunc directè tendit ad venerationem illorum locorum. 6.

Bordon. Sanchez.

Dico; Secundò. Religioſi habentes communicationem cum Religioſis D. Benedicti, ac Societatis Ieſu, poſſunt commutare omnia vota, exceptis illis quinque, ſæcularium ad ſe venientium, ita conſtat ex privilegiis relatis Eugenii IV. pro Benedictinis, & Pauli III. pro Patribus Societatis Ieſu, ut refert Lezana *tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 23. Et patet ex privilegiis relatis ſuprà in hac quæſtione *concluſ.* 1. Gregor. XIII. extendit hoc privilegium, ut notat idem Lezana ad vota etiam jurata. Dummodo talis commutatio in alterius præjudicium non fiat. In commutatione autem horum votorum, idem ſentiendum eſt, ac in eorum diſpenſatione, ut ex multis obſervat Bordonius *tom.*1. *Reſol.*15. *num.*29. 7.

Lezana. Bordon.

Quæstio II.

An Confeſſarii Regulares poſſint diſpenſare in quinque votis Papæ reſervatis, quando ratione neceſſitatis Epiſcopi poſſunt diſpenſare?

SUMMARIUM.

8 *Epiſcopi in caſu neceſſitatis, quando recurſus ad Papam eſt difficilis, poſſunt diſpenſare.*
9 *Proponitur caſus ex Sanchez.*
10 *Affirmant aliqui.*
11 *Negat communis ſententia.*
12 *Ejus fundamentalis ratio.*

Quæſtio ſatis curioſa, & difficilis; communis ſententia tenet, quòd quando urget neceſſitas, & non eſt aditus facilis ad Papam ſine mora, quòd tunc ex benigna mente 8.

Summi

quæ dixi, *cit q. 1.* Bulla Cœnæ ſolum derogat facultatem abſolvendi, non vero diſpenſandi, de qua nos hic agimus, ac proinde in pœnis non eſt facienda extenſio ad diverſa. De hac te vide quæ dixi, *ſuprà Reſol. 20. quæſt. 1.* Ubi argumenta adverſariorum poſui, ac ſolvi.

Portel. Fagundez.

21. Nota circa hanc rem, quid ſit occultum. Portel, *in Additionibus ad Dubia Regul. Verb. Diſpenſare num. 9.* Fagundez. *in preceptis Decalog. tract. 2. lib. 8. cap. 8. num. 32. 33.* Dicunt quod ſi hæreſis ſit nota quinque, vel ſex perſonis, vel ſex complices habeat, adhuc dicetur occulta, & ab illa adhuc Epiſcopi poterunt abſolvere.

Navar. Toletus. Vivald. Sayrus. Suar. Veiga. Rodrig. Zerola. Azor. Barboſa.

At Navarr. *in Manual. cap. 27. num. 254. in fine, verſ. Undecim.* Toletus, *in ſumma lib. 1. cap. 89 num. 5.* Vivald. *in candelabro tit. de irregularit. num. 315.* Sayrus, *de cenſur. lib. 4. cap. 17. num. 315.* Suar. *tom 4. de pœnit. diſp. 3. ſect. 2. num. 2. & de cenſur. diſp. 41. ſect. 2. num. 6.* Veiga, Emmanuel Rodrig. Zerola, Azor, & alij in magno numero, quos refert, & citat Barboſa *in Collectanea,* ad Trident. *ſeſſ. 24. cap. 6.* ad Verbum ex occulto, qui omnes dicunt illud reputari occultum, quod non eſt notorium apud omnes, etiam ſi poſſit probari per aliquos teſtes, ſufficit enim non eſſe divulgatum, & quod poſſit aliqua tergiverſatione celari, & eſto, delictum fuiſſet deductum ad forum contentioſum, & vel ex defectu probationis, vel ob inſtantiam partis Iudex abſolvit reum per ſententiam diffinitivam, adhuc res manet intra terminos occulti, ut ex Covarr. ac aliis probat Sanchez, *de matrim. lib. 8.* Imo ſi delictum fuerit publicum in uno loco, in altero occultum, ubi petitur diſpenſatio, & non eſt moraliter ſpes, ut publicetur ibi, reputatur ut occultum, prout opponitur publico. Ita Sanchez, Suarez, Avila,

Vidalius.

Fagundes, quos citant, ac ſequuntur Vidal. *de caſibus reſervatis Inquiſit. 1. num. 101.* Candid. *cit. dub. 9.* circa occultum vide, *ſuprà Reſolut. 37. quæſt. 2.*

22. Circa quod nota primò Epiſcopum in prædicto caſu poſſe committere abſolutionem, non ad ſuum Vicarium abſolutè, ſed ad Vicarium, vel Confeſſorem ſpecialiter ad talem caſum

Suarez. Henriq. Garcia. Ugolin.

hæreſis deputatum, nam ita requirit Tridentinum, ut contra Suarez, *tom. 4. diſp. 30. ſect. 2. num 9. & 25.* probat Henriq. *lib. 6. cap. 14. num. 7.* in Gloſſa, *litter.* O. Garcia, *diſp. 11. cap. 10. num. 85.* Ugolinus, *de irregularit. cap. 36. num. 5.* in principio. & cum aliis multis, Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi, p. 2. Allegat. 40. à principio.*

22. Henriq. Avila.

Nota etiam contra Henriquez, *lib. 14. cap. 20. §. 20. in fine,* & Avilam *de cenſur. p. 7. diſp. 10. dub. 6.* Epiſcopum poſſe dictam abſolutionem, & diſpenſationem dare ſuo ſubdito in abſentia, etiam ſi talis ſubditus ſit extra Diœceſim, nam cum Concilium dicat, *ſubditos in ſua diœceſi, hoc eſt ſua diœceſis.* Ita Rodriguez,

Rodrig. Salzedo. Bonacina.

in ſumma tom. 3. cap. 3. num. 3. Salzedo, *in praxi Epiſcopal. p. 2. cap. 6. num. 28.* Suarez, *de cenſur. diſp. 41. ſect. 2. num. 10. & 12.* Bonacin. *de cenſur. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 2. num. 1. verſ. & diſp. 7. quæſt. 5. punct. 1. num 4.*

14. Nota tertiò Epiſcopum dictam abſolutionem, & diſpenſationem poſſe impertiri extra Sacramentum Confeſſionis, nam per illam particulam, *in foro conſcientiæ,* non intelligitur forum Sacramentale, audita confeſſione, ſed tantum denotatur, ut abſolutio in foro externo non proſit, ſi accidat hæreſim ad judicium externum deduci. Ita Homobonus de examine

Homobon. Sanchez. Diana.

Eccleſiæ, *p. 1. tract. 5. cap. 5. quæſt. 31. & alij multi, quos citant, ac ſequuntur,* Sanchez *in Decalog tom 1 lib. 2. cap. 11 num. 23.* Diana, *p. 1. de Abſolut. Hæreſis, Reſol. 2. ad finem.*

Nota quartò, hanc eandem poteſtatem convenite Archiepiſcopo dum viſitat Diœceſim ſuffraganei, ut tenent Sayro, Clau. Regia, *lib. 6. cap. 11. num. 79.* Henriqoez, *in ſumma lib. 14. cap. 18. num 3.* Suar. *tom. 4. de Pœnit. diſp. 3 ſect. 2. num. 8.* Avila. Sanchez, *& alij, quos citat, ac ſequitur,* Bonacin. *cit. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 2. num. 3.* Barboſa, *de poteſt. Epiſcopus Alleg. 39. num. 19.* 25.

25. Clau. Reg. Henriq. Suar. Avila. Bonacina. Diana.

Quæstio V.

Poteſtas Epiſcopalis ad diſpenſandum quoad ea, quæ pertinent ad matrimonium.

Summarium.

26 *In impedimento occulto quando eſt difficilis recurſus ad Papam, Epiſcopus poteſt diſpenſare.*

27 *An ſi matrimonium fuit celebratum mala fide, an tunc valeat diſpenſare Epiſcopus, aliqui negant.*

28 *Alij probabiliter affirmant.*

29 *Etiam, Epiſcopus in caſu urgente poteſt diſpenſare ante matrimonium contractum.*

30 *Non verò ſi adſit legatus.*

31 *Epiſcopi poſſunt diſpenſare ad petendum debitum.*

IN impedimentis dirimentibus ſolus Papa poteſt diſpenſare ante matrimonium celebratum; at poſt celebrationem illius ſaltem bona fide onius publicè factam, ſi impedimentum eſt occultum, & ſeparatio conjugum nequit fieri ſine magnæ famæ jactura, ac ſcandalo, aliove magno detrimento, & non eſt facilis ad Summum Pontificem recurſus, vel ad alium habentem ad id poteſtatem, ſi eſt periculum in mora, tunc bene poteſt Epiſcopus diſpenſare. Ita Sanchez, *de matrim. lib. 2. diſp. 40. num. 4.* Pontius, *de matrim. lib. 8. cap. 13. num. 4.* Tannerus, *tom. 4. diſp. 8. quæſt. 4. dub. 9. num. 162.* Rebellus, *p. 2. lib. 3. quæſt. 5. num. 20.* Bonacin. *de matrim. quæſt. 3. punct. 15. num. 4.* Præpoſitus, *in 3. p. quæſt. 8. de diſpenſationibus matrim dub. 2. num. 12.* Ochagavia, *de Sacram. tract. 5. de matrim. quæſt. 2. num. 7.* Villalobos, *in Summa tom. 1. tract. 14. difficult. 25. num 4.* 26.

Sanch. Pontius. Tannerus. Rebellus. Bonacina. Præpoſit. Ochagavia. Villalobos.

Et addunt citati Auctores, quod ſi Sacramentum celebratum ſit mala fide ex parte unius, quod tunc non poteſt Epiſcopus diſpenſare. Et ratio eſt, quia mala fide contrahens, indignus eſt, cui favor hujuſmodi concedatur, ergo non poteſt præſumi tacita conceſſio ſummi Pontificis, ut Epiſcopus in caſu diſpenſet; 27.

quod

Trident. quod confirmatur ex Concilio Trident. *ſeſſ. 24.cap.5.de reformatione Matrim.ubi dicitur, ſi quis intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerit, ſeparetur, & ſpe diſpenſationis conſequendæ careat.*

28. Moſcoſus. Henriq. Tamen Moſcoſus *tract.10.cap. 19.num.* 22. quod etiam antea docuit. Henriquez, *lib.* 12. *cap.3.n.2.* affirmant poſſe diſpenſari ab Epiſcopo, nam Epiſcopos in ſua diœceſi de jure divino poteſt, quidquid poteſt Papa in toto orbe; & quamvis ejus poteſtas poſſit à Papa limitari, & de facto in hoc limitata ſit; non tamen in omnibus caſibus cenſetur limitata, ſed tantum in ordinariis, quando verè datur periculum animarum, præſumitur Papam velle quod Epiſcopus ſuam juriſdictionem exerceat, & diſpenſando remedium adhibeat, ſic enim decet Patrem, Paſtorem, ac bonum diſpenſatorem. Et cum hac limitatione interpretatur Tridentinum, nam etiam Deus (ait ipſe) prohibet homicidium, quod tamen permittit in neceſſariam defenſionem; & quemadmodum Concilium loco citato, prohibens diſpenſationem, cum taliter contrahentibus tamen. Pontifex, quando ſibi videtur congruum, diſpenſare valet, ſic etiam ex ejus benigna pietate, ac clementia, quando urget gravis neceſſitas ad evitandam infamiam, incontinentiam, ac gravè ſcandalum, & non eſt facilis recurſus ad Pontificem, tunc videtur commiſſa Epiſcopo juriſdictio ad diſpenſandum, ne animæ illæ pereant; quod tamen faciendum eſt cum multa diligentia, & magna cautela. Villalobos. Hanc ſententiam judicat Villalobos, citatus probabilem, dum contrariam dicit probabiliorem, & mihi etiam videtur probabilis in aliquo raro, & urgenti caſu. Glossa. Cardinals. Hostienſ. Alexand. Dicaſtillus. Faventque huic ſententiæ Gloſſa, Cardinalis, Hoſtienſis, Alexander, *in cap. Quia circa de conſanguinitate.* Dicaſtillus, *de Sacram. tom.3.tract.* 10.*diſp.*8. *dub.*4.

29. Poteſt etiam Epiſcopus diſpenſare in impedimento dirimente ante contractum matrimonium; ut ſi ſponſa mane ad confeſſionem accedens, quando omnia jam parata ſunt ad nuptias publicatas, eadem Veſpera celebrandas, quæ ſine gravi ſcandalo, ac infamia omitti non poſſunt, inveniatur impedimentum dirimẽs habere. in hoc caſu diſpenſare poteſt Epiſcopus, quia impedimenta ſunt de jure humano, & eadem ratio, ob quam Epiſcopus diſpenſare poteſt poſt matrimonium, militat etiam antea, Sanchez. Ita cum multis Sanchez, *de matrimon. lib.2.cap.*10.

30. Difficultas eſt ſi adſit Legatus, vel Nuntius, an tunc poſſit Epiſcopus diſpenſare: utramque Diana. ſententiam jam probabilem dicit Diana, *p.* 11. *tract.8.Reſol.3.§.ſed difficultas eſt*; tamen negativam partem veriorem dicit. ut tenet Dicaſtillus. Dicaſtillus, *de Sacram. tom. 3.tract.*10. *diſp.*8. *dub.* 4. *num.* 53. Quia Epiſcopus ſolum poteſt in tali caſu diſpenſare ratione neceſſitatis urgentis. Sed quando adeſt alius, qui poteſt diſpenſare, ceſſat neceſſitas; ergo pro tunc dum adeſt Legatus Pontificis, non cenſetur quod ipſe, alteri, ſeu Epiſcopo concedat talem facultatem, ſed tantum ſuo Delegato, qui ex vi ſuæ delegationis habet, ut vices teneat Pontificis, & tunc ceſſat omne animarum detrimentum.

Quoad debitum. 31.

Quantùm ad petendum debitum; pro quo nota, quod ex copola licita oritur impedimentum dirimens matrimonium uſque ad 4. gradum; unde per copolam licitam habitam cum propria conjuge, contrahitur impedimentum, ut alter poſt illius obitum nequeat contrahere matrimonium, cum conſanguineo, vel conſanguinea uſque ad quartum gradum? ex copula verò illicita oritur impedimentum uſque ad ſecundum gradum ex Trident. *ſeſſ.*14. *cap. 4. de matrim.* Vnde qui poſt contractum matrimonium fornicatus eſt cum conſanguineo in tertio, vel quarto gradu; & ſimiliter qui poſt contractum matrimonium cognoſcit conſanguineam uxoris in tertio, vel quarto gradu, ſine ullo impedimento poteſt petere debitum. Ita Henriquez, *lib.* 12. *cap.* 10. Petrus Henriq. de Ledeſma, *de matrim. quæſt.*55. *art.*3. Ledeſma. Sanchez, *lib. 7. diſp.* 67 *.num.* 8. Sanchez. Bonacin. *de matrim. quæſt.* 3. *punct.*12. *num.*6.*&* 19. Bonacina.

32. Quando verò cognoſcitur conſanguinea uxoris in primo, vel ſecundo gradu datur impedimentum petendi debitum. Dubitatur tamen an Epiſcopus poſſit in hoc diſpenſare? Aliqui negarunt ducti *ex cap. Tranſmiſſa*, de eo, qui cognoſcit conſanguineam, ubi tale jus petendi debitum reſervatur, & in nullo alio loco conceditur Epiſcopo, ergo nequit Epiſcopus diſpenſare, cum inferior non poſſit mutare legem ſuperioris.

33. Nihilominus contraria ſententia eſt, & habetur in praxi, Epiſcopi paſſim diſpenſant ad petendum debitum; ita cum multis tenet, ac Sanchez. teſtatur, Sanchéz, *lib.*8. *de matrim. diſp.* 12. Toletus. *num.* 15. ubi pluſquam viginti quatuor Au- Rodriq. ctores citat. Item tenent Toletus, *lib.5. ſummæ cap.* 12. *num.*6. Rodriguez, *tom.* 1. *ſumma, edit.*2. *cap.* 243. *num.* 12. Cornejo. M. Cornejo, *de matrim. diſp.* 7.*dub.* 16. *num,* 3. & ratio eſt univerſalis Eccleſiæ conſuetudo, quæ poteſt, & eſt ſufficiens ad introducendum ius.

QUÆSTIO VI.

De multis aliis rebus eſto ſuperveniat dubium, in quibus Epiſcopus valet diſpenſare.

SUMMARIUM.

34 *Multa ſunt in quibus Epiſcopus valet diſpenſare.*

35 *In dubio an quis indigeat diſpenſatione. Bonacina utitur diſtinctione.*

36 *Si homo dubitat an egeat diſpenſatione, poteſt deponere dubium, poſſeſſio ſtat pro libertate.*

37 *In dubio an res egeat diſpenſatione, tenendum non indigere.*

CONueniunt Doctores, quod multi ſunt caſus, in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare in lege ſuperioris ea jure, vel ex eius poteſtate. Primò in diebus feſtis, in jeiunio, in recitatio- 34.

Digitized by Google

recitatione horarum, idque poteſt etiam Prælatus Religionis cum ſuis ſubditis. Secundò in re levis momenti non obligantis ad mortalia. Tertiò, quando lex eſt particularis ſuis ſubditis, tam Epiſcopo, quam Regularibus. Quartò, quando non poteſt adiri Pontifex, & neceſſitate urgente, periculum eſt in mora. Quintò, Poteſt Epiſcopus diſpenſare pro ſua diœceſi in legibus Concilij Provincialis, & multa alia, quæ jure non prohibentur, & conſuetudine introducta ſunt. Conſuetudo enim vim legis habet. De quibus latè Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi*, *p.2. in Compendio ſtatim in exordio à num.*74. Barboſa.

35. Sed quæſtio eſt, quando Epiſcopus dubitat, an res egeat diſpenſatione, poſſit ipſe in lege ſuperioris diſpenſare, vel etiam quando ipſe dubitat, an ipſe poſſit diſpenſare, Bonacina, *tom.* 2. *diſput.* 1. *de legibus quæſt.* 2. *punct.* 1. *num.* 18. Utitur diſtinctione ait, ſi probabiliter opinamur rem non indigere diſpenſatione, tunc non eſt neceſſe illam petere à Summo Pontifice, vel Epiſcopo, quia licitum eſt ſequi opinionem probabilem, depoſito practicè dubio: vel non probabiliter opinatur, ſed practice dubitatur, opus eſſe diſpenſatione; & tunc dicit ipſe petendam à ſede Apoſtolica diſpenſationem. Et ratio eſt, tum quia non debemus exponere nos periculo delinquendi contra legem ſuperioris, in qua Epiſcopus exceptis quibuſdam caſibus diſpenſare non poteſt: tum quia praxis in oppoſitum extare videtur. Ita Bonacin. Bonac.

36. Contraria tamen ſententia, ut probabilior, ac verior tenenda eſt, quam tenent, Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi*, *p.2. Allegat.*35.*num* 19. Emmanuel Sa, *verb. Diſpenſatio num.*1. Layman, *lib.* 1. *tract.* 4.*cap.* 22. *num.* 4 Caſtrus Palaus, *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 6. *punct.* 5. *num.* 10. *& alij apud ipſos.* Ratio eſt, quia in tali caſu datur præſumptio pro libertate: neque alicui morali periculo faciendi contra legem exponitur, etiam ſi inclines te indigere diſpenſatione, ac exiſtimo te reputari poſſe, non indigere illa, quia non debes cenſeri lege adſtrictus, quouſque de lege tibi certo moraliter conſtet. Conceſſo tamen gratis in illo dubio tibi eſſe neceſſariam diſpenſationem, exiſtimo Epiſcopalem ſufficere. Tum quia non videtur Pontifici reſervatus caſus dubius, ſed certus; Tum quia poteſtas diſpenſandi latè eſt interpretanda. Ita Caſtrus Palaus. Barboſa. Sa. Layman. Palaus.

37. Quando ergo res verſatur in dubio, an egeat diſpenſatione Papæ, non ſolum ut diximus quod Epiſcopus poteſt diſpenſare, ſed etiam quod in tali caſu nulla ſit neceſſaria diſpenſatio: tenet, Diana, *part.* 3. *tract.*6. *Reſol.*82. Quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, qua homo eſt dominus, & poſſeſſor ſuæ libertatis. Diana.

RESOLUTIÒ XXVIII.

Poteſtas Religioſa ad diſpenſandum.

QUÆSTIO PRIMA.

Quænam vota ſuorum ſubditorum poſſint Prælati Regulares diſpenſare?

SUMMARIUM.

1 *Omnia vota ſive realia, ſivè perſonalia per profeſſionem tolluntur.*
2 *Quæſtio procedit de Veris Prælatis, & quinam ſint.*
3 *Prælatus poteſt diſpenſare, ac irritare omnia vota ſuorum ſubditorum.*
4 *Loquimur de diſpenſatione utili, & non impertinente.*
5 *Votum peregrinationis non poteſt fieri ſine licentia Prælati.*
6 *Votum de tranſitu ad arctiorem Religionem poteſt diſpenſari à Prælato*

QUOAD vota. Et imprimis non agimus de votis emiſſis in ſæculo antè profeſſionem, quia omnia illa vota, ſive realia, ſive perſonalia commutantur, ſeu extinguntur per Religionis profeſſionem. Hanc ſententiam expreſſe docet D.Thomas, *quæſt.* 88. *art.* 12. *ad* 1. Ubi ait profeſſum non teneri ad vota in ſæculo emiſſa, ſed per profeſſionem tolli, eo quod Priori vitæ moriatur. Idem docent, Gloſſa, *cap. Monach. verſ. Voverit.* 20. *quæſt.*4. ſequuntur multi alij Doctores, quos citat, ac ſequitur Sanchez, *tom.* 2. *in Decalog. lib.*5.*cap.* 5.*num.* 38 *&* 43. 1. D.Thom. Gloſſa. Sanchez.

Tota quæſtio eſt de votis factis poſt profeſſionem, an poſſint irritari, vel diſpenſari à Prælato, & nomine Prælatorum intelliguntur hic Generalis, Provincialis, Prior, Rector Collegij, & etiam Vicarius in capite; nam omnes poteſtate ſpirituali gaudent erga ſuos ſubditos; alij verò, qui Prælati verè non ſunt, quamvis latè ſuperiores dicantur, ut Superiores Conventus, vel Vicarij conſtituti à Priore, etiam in ejus abſentia per breve tempus, cum non habeant poteſtatem ſpiritualem non veniunt hic nomine Prælatorum, nec poterunt diſpenſare. Ita cum multis aliis, Sanchez *lib.* 4 *de vot cap.* 33.*num.*16. Suarez, *lib* 6. *de voto cap* 7. *num.*17. 2. Sanchez. Suar.

Dico ergo. Prælatus Regularis poteſt irritare, ac diſpenſare omnia vota ſuorum ſubditorum. exceptis his, quæ pertinent ad conſtitutionē ſtatus Religioſi, & talis Religionis. Ita D.Thomas. 2.2. *quæſt.* 88. *art.* 8. *ad* 3. *&* 4. Navarrus, *in Summa cap.* 12. *num.* 65. Clavis Regia, *lib.*6. *cap.* 10. *num.*9. Azor, Valentia, Leſſius, Layman, Bonacina, & alij multi, apud ipſos, quos citat, ac ſequitur Caſtrus Palaus, 3. D.Thom. Navarr. Clavis Reg. Azor. Valentia. Leſſius. Layman. Bonacina. Palaus.

laus, *tom.3. tract.15. diſp.2. punct.8. num.2.* Et probatur, quia Religioſus ratione ſuæ profeſſionis nec habet velle, vel nolle, nec voluntatem; deinde Prælati ex commiſſione data à Pontifice, *cap ſi Religioſus de Electione in 6.& cap. Non dicatis. 12. quæſt.1.* habet plenariam poteſtatem ſpiritualem in ſuos ſubditos, eos regendi, ac gubernandi. Et confirmatur. Quia Prælati Regulares habent poteſtatem, quaſi Epiſcopalem in ſuos ſubditos, ſed Epiſcopi poſſunt diſpenſare in voto ſimplici, ergo & Prælati Regulares. Pro majori explicatione hujus rei.

4. Nota primò, quod loquimur de diſpenſatione utili, & convenienti; nam ſi Prælatus diſpenſet in voto caſtitatis, paupertatis, obedientiæ, diſpenſatio eſt inutilis, quia vota illa ſunt ſolemnia, & reſervata Pontifici, & hoc eſſet deſtruere ſtatū Religioſum, ſimiliter eſſet inutilis diſpenſatio in Religione Minimorum in voto abſtinendi à carnibus, quia tale votum auctoritate Pontificia eſt annexum Regulæ.

5. Etiam erit impertinens diſpenſatio reſpectu voti peregrinationis ad limina Apoſtolorum, vel Ieruſalem, vel ad D. Iacobum, cum tale votum non poſſit fieri, niſi in ordine ad licentiam Prælati, unde ſi ipſe annuat, tenet votum, ſi abneget facultatem, non tenet: ſi autem annuat, jam obligat votum, & tale votum jam non poteſt diſpenſari, niſi in caſo urgenti denuo ſupervenienti, & in quo poteſt Epiſcopus diſpenſare, poteſt tamen Prælatus
Lezana. Fr. Antab. Spir. S. illud irritare. Ita M. Lezana, *tom. 1. Summæ cap. 08. num. 49* Fr. Anton. ab Spir. S. *in Directorio Regularium tom. 1. tract. 2. diſp. 2. ſect. 2. num. 99.*

6. Palaus. Nota ſecundò, contra Caſtrum Palaum citatum, *num 4. Votum de tranſitu ad arctiorem Religionē poſſe diſpenſari à Prælato Regulari.*
Navar. Saytus. Saytus. Leſſius. Suar. Bonacina. Villalobos. Hier. Rod. Diana. Ita Navarrus, Saytus, Leſſius, Suarius, & alii, quos citant Bonacina, *tom. 1. diſp. 4. quæſt. 2. punct. 7. §. 2. num.* 27. Villalobos, *tom. 2. tract. 35. diffic 13. num.* 19. Hieronym. Rodrig. *Reſolut. 123. num.* 8. Diana, *3. p. tract. 2. de dub. Regular. Reſol. 91.* Probatur, quia votum Monachi de tranſitu ad arctiorem Religionem non eſt ſimpliciter votum Religionis, ſed tantum votum de tranſitu; ergo non venit ſub reſervatione voti Religionis. Adverte tamen cum Rodriguez, & Diana citato, quod licet tale votum poſſit diſpenſari à Prælato, non tamen poteſt irritari, ex defectu poteſtatis dominativæ, cum non poſſit impediri à Prælato, ſicut non poteſt impediri à Patre votum filij ſui.

Quæstio II.

Poteſtas Prælatorum quoad vota Novitiorum.

Summarium.

7 *Prælatus poteſt diſpenſare, & commutare ſuorum Novitiorum vota.*

8 *Non poteſt irritare illa vota directè, ſed indirectè.*

9 *Quid ſit votum reale, quid perſonale*

10 *Prælatus poteſt ſuſpendere vota perſonalia Novitij, & realia in raro caſu.*

11 *Si egrediatur è Religione tenetur ad vota antea facta in ſæculo.*

QUoad Novitiorum vota Dicimus, quod poſſunt Prælati diſpenſare, & commutare ſuorum Novitiorum vota; nam Novitius 7.
quamdiu eſt in Religione gaudet profeſſorum privilegiis. Ita Navarr. *in Summa cap. 12. num. 65.* Rodriguez, *tom. 1. quæſt. 28. art. 8.* Molina, *tom. 1 de Iuſtitia, diſp. 139. col. 3.* Miranda, *quæſt. 33. art. 6.* Portel, *in Additionibus ad dubia, verb. voti diſpenſatio, num. 74.* Navarr. Rodrig. Molina. Miranda. Portel.
Et ad tollendam omnem difficultatem hoc conceſſit Eugenius IV. in ſua bulla 21. quam refert Ioannes à Cruce, *in Epitome lib. 1. dub 6. concluſ. 2.* Henriquez, Navarrus, quos citat, & ſequitur Fr. Martin. à S. Ioſeph, *fol. 537. n. 7.* Eugen. IV. Ioã. à Cruce Henriq. Martin.
Quod etiam Auctores communiter extendunt ad Magiſtrum Novitiorum.

Quoad irritationem vero, dicimus; Novitiorum vota directè non poſſunt irritari à Prælato, eo quod in illis deficit ſubjectio ex voto obedientiæ, in quo fundatur hæc directa irritatio, indirectè tamen irritari poſſunt illa vota, prout indirectè, convenienti ordinis regimini obviant, vel debilem, ac impeditum reddunt Novitium. Suarez, *tom. 2. de Relig. lib. 6. de voto, cap. 7 num. 12.* 8. Suar.

Cum autem duplex ſit votum, perſonale, & reale; Perſonale, quod tangit perſonam, vel aliquam ejus actionem, vel omiſſionem, verbi gratia orare, non ambulare. Reale, quo res aliqua externa promittitur, verbi gratia, in refectorio relinquere aliquid de ſua pitantia pro pauperibus alendis. 9.

Tunc dicunt communiter Doctores, Navarr. citato, *cap. 12. num. 65.* Azor, *1. part. lib. 1. cap. 17. quæſt. 20. & ultima.* Saytus Clavis Reg. *lib. 6. cap. 10. num. 15.* Bonacin, *diſp. 4. quæſt. 2. punct. 7. §. 2. num.* 52. & alij multi, quos adducit Caſtrus Palaus citatis *num.* 11. 10. Navarr. Azor. Saytus. Bonacina. Palaus.
Dicunt, quod etiam Prælatus poteſt ſuſpendere vota perſonalia Novitij, quia talia opera poterunt inſervire ad difficiliorem, ac graviorem reddendam probationem Novitiatus, & eſſe impedimenta ad majus bonum, profeſſionem nempe Religionis; non verò vota realia poterunt ſuſpendi, quia hæc rariſſimé poterunt eſſe impedimentum ad profeſſionem, niſi ex illis novitius fiat debilior, & ejus vires deficiant, & tunc dicunt citati Auctores, quod ipſe Novitius poterit commutare in alia pia opera.

Benè tamen notat Leſſius, *lib. 2. cap. 40. dub. 13. num. 80. §. Quando votum.* Si contingat, quod homo ante ingreſſum Religionis 11. Leſſius.
habuerit aliquod votum, vel in ipſo Novitiatu emiſerit quod pro tunc fuit diſpenſatum, vel ſuſpenſum, & ipſe egreſſus fuerit è Religione ante profeſſionem, tunc omnia illa vota reviviſcunt, quia ſolum fuerunt ſuſpenſa pro tempore Novitiatus. Si verò profeſſionem emiſerit, omnia ex diſpoſitione juris commutantur in votum profeſſionis, ut communiter Doctores colligunt ex *cap. Scriptura, de voto* ubi Alexander III. ait: *Reus fracti voti laiqua-* Alexand. III
tenus non habetur, qui temporale obſequium in perpetuā Religionis obſervantiā noſcitur commutare. Ex vi juris & diſpoſitione, cum quis in

perpetuum

perpetuum alterius directioni ſe ſubiicit, omoes privatas obligariones à ſe dimittere ceoſetur; ita citatus Leſſius, *num.*106.

Quæstio III.

An Prælatus Regularis poſſit irritare, ſeu diſpenſare votum Religioſi creati Epiſcopi?

SUMMARIUM.

12 *Etſi aliqui affirment, tamen communis ſententia negat.*

13 *Quod dicimus de Prælatis Religioſorum, negamus de Prioriſſis Monialium.*

12. Ex hia bene infertur, quid dicendum ſit de votis Religioſi creati Epiſcopi, an valeant irritari à Prælato Regulari? Affirmat Emmanuel Sa, *verb. Votum, ubi de votorum irritatione, num.* 5. Tamen ſimpliciter dicendum eſt, quod talia vota nequeant irritari à Prælato Regulari, quia talis electio Epiſcopi eximitur à ſubjectione omnium Prælatorum Regularium, ergo Prælatus Regularis in eum non poteſt exercere ſuam juriſdictionem cum jam non ſit illius ſubditus, ac proinde irritari tantum poſſunt à Summo Pontifice, qui omnium Religioſorum eſt ſupremus Prælatus. Ita Suar. *tom.2. de Relig. lib.6. de voto, cap. 7. num.* 10. Sanchez, *tom.1. in Decalog. lib.4. cap.30. num.* 21. & idem dicendum eſt de Religioſo juſte ejecto, quia per ejectionem excluſus eſt ille à regimine Religionis, ac poteſtate Prælatorum. Ita Sanchez, *citato cap.*10. *num.*26.

Sa. Suarez. Sanchez.

13. Hæc, quæ diximus de Prælatis Religioſorum, negamus tamen de Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa Monialium; nam ut jam dixi, hæ poterunt irritare vota Monialium ratione poteſtatis dominativæ, qua pollent, non tamen cum eis poterunt diſpenſare, cum ſint expertes juriſdictionis ſpiritualis.

Quæstio IV.

Prælati Regulares habent poteſtatem ad diſpenſandum in irregularitatibus, ſicut & Epiſcopi.

SUMMARIUM.

14 *Explicatur nominis etymologia.*

15 *Undecim ſunt irregularitates.*

16 *Prælati Regulares poſſunt diſpenſare in omnibus irregularitatibus in quibus poſſunt Epiſcopi cum ſuis ſubditis.*

14. A Nominis Etymologia incipiamus. Irregularitas deducitur à Regula adjuncta præpoſitione *in*, quæ ſignificat privationem; Irregularitas ergo idem eſt, ac privatio Regulæ, ſeu extra Regulam juris Pontificij, quod omnes habiles, & ſine defectu admittit ad ſtatum Clericalem, qui ergo à tali recta regula deficit, irregularis dicitur, ut patet ex text. *cap.* 1. *de ſententia & re judicata lib.6. cap. cum Medicinalis* §. *final.* & *cap.*15. *qui de ſententia excommunic. eodem libro.*

Undecim ſunt irregularitates, ſex ex defectu, quinque ex delicto; quas ſuperiori *Reſolut. quæſt.* 2. *num.* 16. & 17. enumeravi, & ideo pro his diſcendis videndæ ſunt: & antequam ad ſingularum diſpenſationem veniamus, propono hanc regulam generalem. 15.

Prælati Regulares poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in omnibus irregularitatibus, in quibus poſſunt Epiſcopi diſpenſare cum ſibi ſubjectis, ac proinde in hac poteſtate diſpenſandi æquiparantur cum Epiſcopis; Ita conceſſit Dominicanis Pius V. *in Conſtitut. Romani Pontificis* 132. & Gregorius XIII. in ſua bulla conceſſa Fratribus D. Bernardi, & refertur in eorum Compendio, verb. Abſolutio quoad Fratres. *num.* 11. Ita Rodriguez, Miranda, Portel. quos citant, ac ſequuntur Candidus, *tom.2. diſp.24. art.59. dub.* 3. Bordon, *tom* 1. *Reſolut.* 10. *num.* 6. 16.

Compend. D. Bernardi. Rodrig. Miranda. Portel. Candidus. Bordon.

Quæstio V.

Irregularitas ex defectu animæ triplex eſt in qua non poteſt Prælatus Regul. diſpenſare.

SUMMARIUM.

17 *Prima irregularitas eſt ex defectu uſus rationis, & hæc eſt indiſpenſabilis.*

Secunda eſt ex defectu ſcientiæ, ſi neſciat quæ requiruntur eſt inhabilis, at in Religioſo non requiritur tanta ſcientia, ibidem.

Tertia eſt ex defectu fidei, at recenter baptizati, ſi bene inſtructi fuerint judicio Epiſcopi poterunt ordinari, ibidem.

Prima Irregularitas provenit ex animæ defectu, & hæc eſt triplex, ex defectu uſus rationis, ex defectu litterarum, ex defectu fidei. Prima ex defectu uſus rationis, qui tali defectu laborat, & mente captus, jure divino, & naturali, ad ordines non poteſt promoveri, quia eos non valet exercere. Ita M. Cornejo, *quæſt.* 5. *de Irregularitate, diſp.*3. *dub. unico*, Bonacina *de Cenſuris, diſp.7. de Irregular. quæſt.1. punct.* 1. *num* 1. & in hac Irregularitate nec Papa poteſt diſpenſare. Secunda eſt, ex defectu ſcientiæ *cap. Illiteratos, diſt.*36. Concil. Trident. *ſeſſ.*22. *cap.*2. & *ſeſſ.*23. *cap.*4. 11. &c. Si autem tanta ſit hæc inſcientia, ut neſciat, quæ neceſſaria ſunt ad uſum Ordinis, eſt inhabilis ex jure Divino, juxta illud Oſeæ, *quia ſcientiam repuliſti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Ita Suarez, *de Cenſur. diſp.* 51. *ſect.*1. Cornejo, *proxime citatus.* Quod vero ad Regulares, etſi non bene calleant linguam latinam bene poſſunt ordinari ab Epiſcopo, de quo Lezana, *tom.1. cap.*14. *n.*24. Ut latius, cum de ordine fuerit ſermo, dicam. Per defectum fidei intelligitur Neophytus, qui in adulta ætate recenter eſt baptizatus, *Diſt.* 48. *cap.* 1. veniens ex Iudaiſmo, Mahometiſmo, vel Gentiliſmo. Poſtquam autem per aliquod tempus bene inſtructi 17.

Cornejo. Bonacina. Suar. Cornejo.

Inſtructi fuerint in fide viri huiuſmodi non ſunt jam irregulares, & bene poterunt arbitrio Epiſcopi ordinari, *cap. Eam. de reſcriptis.* Ita ex Navarro, Toleto, Sayto, Lezana, *verb. Irregularitas, num.* 11. Navar. Toletus. Saytus. Lezana.

Quæstio VI.

Quid poſſint Prælati circa irregularitatem ex corporis defectu?

SUMMARIUM.

18 *De corporis defectu quoad ſæculares pertinet ad Epiſcopum judicare; quoad Regulares, ad illius Prælatum.*
19 *Prælati Regulares poſſunt cum ſuo ſubdito diſpenſare in defectu corporis.*
20 *Prælati ſint valdè cauti in tali diſpenſatione, ne defectus ſint multum difformes, etſi non poſſent tegi, & abſcondi.*

18. SEcunda irregularitatis ſpecies oritur ex defectu corporis, ſicut enim de ea judicare quoad clericos ſæculares pertinet ad Epiſcopum, ſic quoad Regulares pertinet ad Prælatum Regularem, ut tenent M. Petrus Cornejo Peirinus, Miranda, Suar. Bartholomæus de Vecchis, Layman, quos citat, ac ſequitur Diana 4. *p. tract.* 2. *Reſol.* 73. Qui tamen advertunt, quod liberum erit Epiſcopo, qui daturus eſt Ordines, Religioſum cum tali corporis defectu admittere, vel non admittere ad Ordines. Cornejo. Peirin. Miranda. Suar. Vecchis. Layman. Diana.

19. Poterunt ergo Prælati Regulares ex vi ſuorum privilegiorum cum ſubdito corporis defectum patiente, v. g. ſi in facie, vel oculo habeat maculam, vel ſi ei deſit unus digitus, dummodo non ſit pollex, vel pes, ut ligneo utatur, & ſi ei deſit unus oculus, etiam ſiniſter, ita ut cum apta Miſſalis diſpoſitione non multum faciem vertat, ita ex privilegio Sixto IV. & aliis, in quibus datur ampliſſima poteſtas ad diſpenſandum in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario, mutilatione, vel bigamia, ut patet ex multis privilegiis aliorum Pontificum, ut referunt Vecchis *in praxi Novitiorum, diſp.* 9. *dub.* 21. *num.* 3. M. Lezana, Peirin. *in mari magno Minorum, n.* 144. Bordonius *Reſol.* 11. *num.* 10. Imò infra referam *in hac quæſt.* Paulum Tertium dantem facultatem ad diſpenſandum in omni irregularitate, nulla excepta. Vecchis. Lezana. Peirin. Bordon.

20. Notandum eſt tamen, quod Prælati valdè cauti ſe habeant in his defectibus diſpenſandis, quod non ſint valdè deformes, & ſcandaloſi, quod non ſit ille caducus, magnopere balbutiens, ut non poſſit bene, & integrè proferre verba, nec totaliter Surdus, ut notant Avila, Layman, apud Lezanam *citatum*; in his enim non ſolet Summus Pontifex diſpenſare, ut notant Candidus *tom.* 2. *diſquiſ.* 24. *art.* 61. *tom.* 7. Ex quo bene deducitur contra Navarrum, *cap.* 27. *num.* 223. non eſſe irregularem, qui aures non habet, ſi eas crinibus, vel alium corporis defectum bene tegere valet, ita Henriquez, Avila, Coninch, quos citat Diana *allegatus, Reſolut.* 73. Avila. Layman. Candidus. Navar. Henriq. Avila. Coninch. Diana.

Quæstio VII.

An illegitimi in Religione ſint habiles ad Ordines; & an cum eis poſſint Prælati diſpenſare ad dignitates?

SUMMARIUM.

21 *Quinam reputandi ſunt illegitimi.*
22 *Illegitimi ſecundum ius ſunt irregulares ad Ordines: per profeſſionem in Religione approbata tollitur impedimentum ad ordines.*
23 *Quoad honores, & dignitates diſpenſatur cum eis* in cap. Generali, *vel* Provinciali.
24 *Imò ex multis privilegiis, Generalis, vel Provincialis, ſeu Prior localis cum eis diſpenſat ad honores, & dignitates.*

TErtia irregularitatis ſpecies eſt ex defectu natalium, unde illegitimi ſunt irregulares, & non poſſunt aſſumi ad ordines; pro illegitimis autem non reputantur expoſiti, nec ſunt irregulares, ut decrevit, ac declaravit Gregorius XIV. in gratiam confraternitatis pro expoſitis, ut refert M. Cornejo *tom.* 2. *tract.* 5. *diſp.* 15 *dub.* 1. *num.* 4. Nec eſt illegitimus, qui naſcitur ex parentibus legitimè conjugatis, etſi tempore conceptionis non eſſent conjugati interveniente impedimento dirimente. Ita Sanch. *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 7. *num.* 19. Nec cenſentur illegitimi filii nati ex matrimonio invalido bona fide contracto, ut cum multis Doctoribus tenet Diana 1. *part. tract.* 2. *Reſol.* 59. §. *Notà quarto.* Nec filius tenetur credere matri in articulo mortis affirmanti ipſum eſſe illegitimum. Ita Diana *eod. tract. Reſol.* 50. §. *Notandum.* 21. Cornejo. Sanchez. Diana.

Illegitimi ergo ſecundum jus ſunt inhabiles, & irregulares ad Ordines ſacros. Hæc irregularitas tollitur per profeſſionem in Religione approbata, per eámque fit homo expeditus, & habilis ad omnes Ordines, ex multis privilegiis. Suar. *tom.* 5. *in* 3. *diſp.* 41. *ſect.* 1. ex Navarro, & multis aliis M. Cornejo *tom.* 2. *diſp.* 15. *de irregularitate, dub.* 2. Sanch. *lib.* 5. *de præceptis Decalogi, cap.* 5 *num.* 10. M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 3. *num* 2. Hoc etiam extendunt ad vſum Ordinum ſuſceptorum in noviciatu ante profeſſionem. 22. Suarez. Navar. Cornejo. Sanchez. Lezana.

Hæc tamen irregularitas non tollitur in illegitimo, quoad prælaturas, ac honores in Religione, ut patet ex *c.* 1. *de filiis Presbyterorum.* Et ita communiter Doctores, tamen juxta conceſſionem Gregorii XIV. poſſunt Prælati *in cap. Generali*, vel *Provinciali*, cum eis diſpenſare, ut ad præfecturas admittantur; & poſtea idem conceſſit Gregorius XIV. Societati in Bulla, quæ incipit, *Exponi nobis.* Et Congregationi Clericorum miniſtrantium in infirmis, in Bulla, quæ incipit, *Illis qui*; qua facultate gaudent cum illis communicantes. Ita Bordon. *Reſol.* 12. *n.* 3. & *n.* 48. M. Lezana *tom.* 1. *c.* 18. *n.* 6. Candid. *diſquiſ.* 24. *art.* 61. *dub.* 23. 23. Bordon. Lezana. Candidus.

Imò maximè nota ex Portel. *tom.* 1. *Reſponſ. part.* 3. *caſu* 25. *num.* 2. ubi adducit quoddam privilegium Leonis X. conceſſum Patribus Congregationis Sancti Joannis Evangeliſtæ 24. Portel.

in Portugallia, ot habetur in eorum Compendio, *fol.9.* concedit Pontifex. *Vt admiſſus ad profeſſionem inter illos, ſi habet defectum natalium, ipſo facto ſit diſpenſatus non ſolum ad ordines, ſed etiam ad omnia ſolita gubernari per Fratres illius Ordinis, Prioratus Rectorias*, &c. Quo privilegio gaudent omnes aliæ Religiones cum eis communicantes. Pellizar. Pellizar. *tom.2. tract.9. cap.3. ſect.4. n.131.* tenet quod Generalis, vel Provincialis, ſeu Prior localis poſſit diſpenſare cum illegitimis, ut ad honores, & dignitates aſſumantur ex privilegio Gregorii X I V. Pro Regularibus miniſtrantibus infirmis, quod refert Caſarrubias Caſarrub. *in Bullario tom.2. Conſtitut. Gregorii XIV.* Aliud privilegium ex Sixto I V. conceſſum Prædicatoribus refert Bordonius Bordon. *Reſol.10.n.1. §.Secundum ſit.* Ubi Pontifex concedit facultatem tam Generali, quam Provinciali, ac Priori locali, diſpenſandi, *Vt tam ipſi Regulares, quam defectum natalium patientes prædicti, ad quaſcunque adminiſtrationes, & officia eligi, recipi, & aſſumi, illáque gerere, & exercere liberè, & licitè valeant motu proprio, & ex certa ſcientia concedimus.*

Quæstio VIII.

An in foro conſcientiæ Regulares poſſint uti privilegiis antiquis ad Ordines ſuſcipiendos ante ætatem deſignatam à Tridentino?

SUMMARIUM.

25 *Privilegia antiqua ad ordines ſuſcipiendos minori ætate à Tridentino determinata ſunt revocata.*

26 *Quidam graves Doctores negant alii affirmant, & num.27.*

28 *Fundamenta affirmantium proponuntur.*

29 *Sententia negativa vera, & tenenda.*

30 *Etſi Regulares non diſpenſant ad ſuſcipiendos Ordines, diſpenſant, ut miniſtrentur.*

25. QVarta ſpecies irregularitatis provenit ex defectu ætatis, quam determinavit Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ.23. cap.12.* Trident. Unde quamvis olim Regulares habuiſſent multa privilegia, ut ad Sacros Ordines promoverentur ætatis anno 22. ut Benedictus I I I. conceſſit Benedictinis Vallisoleti. Innoc. V I I I. Minoribus. Julius I I. Minimis, ut referunt Vaſquez. Vaſquez *ad 3. part. diſp. 246. cap.4.* Ioan. à Cruce. Ioannes de la Cruz *lib.2.cap.3.dub.6.* Peirin. Peirin. *de Conſtitut. 1. Iulii II. n.20.* Hæc omnia privilegia revocata ſunt per Concilium Tridentinum *citato loco*, ſicut & alia, quod eodem die poſſent ſuſcipere omnes ſacros Ordines.

26. Magna tamen quæſtio, an ſaltem in foro conſcientiæ poſſint Regulares hodie ordinari ante ætatem determinatam à Concilio Tridentino, & an cum eis valeant Prælati diſpenſare; negativa ſententia eſt communis: eam tenent Miranda *tom.1. q.39. art.1.* Vaſquez. Vaſquez *3.p. diſp.246.cap.4.in fin.n.43.* Ioan. à Cruce. Portel. Portel. *in Dubiis Regul. verb. Privileg. n.64.* Miranda. Miranda *in ſumma tom.1. q.39. art.1. concl.unica.* Sà Sà *verb. Relig. n.56.* Amicus. Amicus *diſp.2. de Ordin. ſect.4. n.2.* Caſtro Palaus. Palaus *tom.4. tract.27. diſp. unica. de Ordin. punct.7. n.9.* Rodrig. *tom.1. q.23. art.6.* Villalobos *tom.1. tract.11. de Ordine, diff.11. n.8.*

27. Alii verò è contra affirmant, quod Religioſi hodie poſſunt uti ſuis privilegiis antiquis etiam contrariis Concil. Trident. Ita Henriq. Henriq. *lib.7. cap.24. in Gloſſa litt.K.* Sanchez. Sanchez *tom.2. in Decalog. lib.5. cap.4. n.16.* Beja. Beja, Compend. Compendium Societatis, Veiga. Veiga, quos citat Diana. Diana *tom.3. tract.2. de Dubiis Regular. Reſol.59.* M. Fr. Anton. Fr. Anton. de Spiritu Sancto, *in Direct. tom.1. tract.2. diſp.1. ſect.2. num.64.* & M. Fr. Franciſcus de à Fonſeca. Fonſeca ex Illuſtri familia Eremitarum Sancti Auguſtini publicus veſperarius Lector in Academia Conimbric. vir magnæ virtutis, Religionis, ac ſapientiæ in lectura Sacramenti Ordinis.

28. Probant hanc ſententiam. Quia Pius V. vivæ vocis oraculo conceſſit privilegium Regularium Miniſtris, etiam contrarium Concilio Trident. pro foro tantum conſcientiæ, & licet Gregorius X I I I. poſtea revocaverit ea, quæ Pius V. conceſſerat contraria Concilio Tridentino, fuit tantum in foro externo pro evitandis controverſiis.

Nec obſtat id, quod ait Dicaſtillus Dicaſtillus. *tract. 6. de Ordine, dub.21. diſp.40.* Quod Regulares nunquam poſſunt ordinari contra Trid. in foro interno abſque eo quod exeat in externum, quia Provincialis debet dare literas teſtimoniales ordinandum habere omnes qualitates juxta Conc. Trid. ad Presbyteratum, v. g. Ad hoc facilè reſpondet Amicus Amicus. *citatus*, quod Provinciali ſat eſt, ut dicat ordinandum habere omnes qualitates requiſitas ad talem ordinem. Nec obſtat ſecundo id, quod objicit Amicus, quia privilegia Gregorii X I I I. ſunt oracula, quæ per Gregorium X V. & Urbanum V I I I. ſunt revocata, & annullata. Reſpondetur, quod licet omnia oracula fuiſſent per Gregorium X V. revocata, tamen poſtea ab eodem Gregorio X V. fuerunt confirmata ex certa ſcientia per Bullam authenticam, ut teſtatur Peirinus *tom. 3. privileg cap. 12.* & ideo illa jam non ſunt oracula, ſed Bullæ, & ideo non comprehenduntur in revocatione Gregorii ipſius X V. nec Urbani V I I I. & ideo ob hæc fundamenta, & alia ait Portel. *citatus* quod hanc ſententiam non audet condemnare, nec ego eam condemno.

29. Tamen prima ſententia mihi ſimpliciter vera videtur, quod hodie Regulares non poſſunt ordinari, niſi juxta ætatem præſcriptam in Concil. Trid. nec in hoc Prælati Regulares audent aliquid diſpenſare. Quia Sixtus V. in ſua Bulla contra malè promotos, revocavit omnia privilegia Pii V. ſtatuens ſub graviſſimis pœnis Concilium Trident. obſervari in iis, quæ ad ſuſceptionem Ordinum maximè pertinent, ut apertè conſtat ex illis verbis: *Aut ante per ætatem, per ſacri Generalis Concilii Tridentini decreta prima tonſura, aut cuique Ordini præſcriptum.* Et ſubdit: Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis. Et licèt Clem. V I I I. de anno 1595. prædictum decretum Sixti V. revocaverit, id ſolum fuit prout derogabat terminos juris communis, ac Conc. Trid. quatenus verò

juri

Digitized by Google

juri communi, ac Concilio Tridentino conformis erat, illud confirmavit, ac revalidavit; & ideo conceſſio Pij V. per Sixtum V. ac Clementem VIII. eſt revocata, & annollata.

Bordon. Peregrin. Portel. Dicaſtillus.

30. Advertendum eſt, quod qoamvis Regulares non valeant diſpenſare cum ſuo ſubdito Religioſo, ut ante ætatem Concilij ordines ſuſcipiat, poterunt tamen cum eo diſpenſare in ſuſpenſione contracta ex mala ſuſceptione Ordinum ante legitimam ætatem ex privilegio Sixti IV. & Pij II. in Bulla *cum ex ſacrarum*, quam refert Bordonius *reſol.* 11. *n.* 26. & adducens pro hac ſententia Peregrin. Portel. & alios, ut etiam habet in eadem ſententia Dicaſtill. *tract.* 6. *de Ordine, diſquiſit.* 1. *dub.* 2. *num.* 305.

Quæstio IX.

Explicantur irregularitates ex defectu Sacramenti, id eſt Bigamia, ex defectu lenitatis, libertatis, ac bonorum temporalium.

SUMMARIUM.

De Bigamia egi Reſol. 17. ſupra.
Ex defectu lenitatis dicam quæſt. ſequenti.
32 *Servi ſunt irregulares, ſi ordines ſuſcipiant annuente Domino ſunt liberi, ſi neſciente, ſunt ſervi, in his quæ non repugnant ſacerdotali dignitati.*
33 *Ex Tridentino requiritur patrimonium ad Ordines ſacros.*

Baccon.

32. ALiæ ſunt duæ irregularitates ex defectu, quæ ad has reducuntur, una ex defectu libertatis; ſervi enim ſunt irregulares *diſt.* 54. *per totam*, de quo latè noſter Bacconius *in* 4. *diſtinct.* 25. *q.* 5. Et meritò hæc irregularitas ab Eccleſia eſt inducta: nam ſervitus maximè repugnat cum ſuprema dignitate ſacerdotali. Si autem ſervus ordinetur, aut profeſſionem emittat, ſciente Domino, manet liber, ſi autem initietur in minoribus non conſentiente Domino, manet ſervus; ſi verò in majoribus, tunc adquiret libertatem ſolvendo pretium Domino, vel alium ſervum in ſui locum tradendo, alioquin adhuc tenetur ſervire in iis rebus, quæ non dedecent ſtatum clericalem. Ita Navar. Toletus, Sayrus quos citant, ac ſequuntur M. Cornejo *diſp.* 6. *de irregul. dub.* 1. Bonacina *de irregul. punct.* 4. *n.* 2. M. Lezena *de irregular. n.* 18.

Navar. Toletus. Cornejo. Bonacina. Lezana.

33. Alia etiam irregularitas communiter aſſignatur ex defectu bonorum temporalium, quæ ſcilicet provenit ex paupertate, carentes enim titulo, vel patrimonio ordinari non poſſunt propter Decretum Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de Reformatione.* Quod minimé ſpectat ad Regulares, quia ipſi ordinantur ſine titulo, & patrimonio, imò potius ad titulum: qooad ſæculares dicam cum de Ordine fuerit ſermo, interim vide Suar. *tom.* 5 *ad* 3. *p. diſp.* 51. *ſect.* 3. *in fine*, M. Cornejo *ſuprà, diſp. ultima.*

Trident. Suar. Cornejo.

Quæstio X.

An Prælati Regulares valeant diſpenſare in irregularitate ex homicidio voluntario, vel mutilatione?

SUMMARIUM.

34 *Ex homicidio voluntario, ſeu mutilatione etiam juſtè facta contrahitur irregularitas.*
35 *Prælati Regulares in homicidio voluntario, ac mutilatione diſpenſant.*
36 *Et hoc tam in homicidio prohibito in quinto Decalogi præcepto, quam non prohibito.*
37 *Poſſunt diſpenſare in irregularitate ex aborſu.*
38 *Ob homicidium in propriam defenſionem non datur irregularitas.*
39 *Loquimur de homicidio occulto.*

SEptima ſpecies irregularitatis, & eſt prima ex delicto, eſt ex defectu lenitatis, cum homo præ ſe non præfert manſuetudinem, ac ſimilitudinem Chriſti Domini, qui erat valdè mitis, & humilis corde; hæc autem irregularitas incurritur propter homicidium, vel mutilationem etiam juſtè factam, vel cooperationem, & etiam notabiliter accelerantem; unde Iudex ſæcularis cum ſuo aſſeſſore, ſcriba, ſeu tabellione, & etiam accuſator, ac teſtis in cauſa mortis, ſeu mutilationis omnes ſiunt irregulares, de quibus multa tractant M. Cornejo *de irregularitate, diſp.* 11. *n.* 1. M. Lezana *verb. Irregularitas, à num.* 21. 22. *& ſeqq.* 34.

Cornejo. Lezana.

Prælati Regulares poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in irregularitate contracta ex homicidio voluntario, vel mutilatione. Ita conſtat ex Bulla Pauli III. pro Benedictinis, de qua egi citatâ *reſol.* 17. In qua Pontifex concedit facultatem Prælato ad abſolvendum ab omnibus caſibus etiam reſervatis, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, & ad diſpenſandum irregularitatibus, quavis cauſa, vel occaſione contractis; unde in caſibus exceptavit contenta in Bulla Cœnæ, in irregolaritatibus nullam fecit exceptionem; ergo poſſunt diſpenſare in omni irregularitate, ac proinde in homicidio, ac mutilatione. Idem conceſſit Martinus V. vivæ vocis oraculo, & Sixtus IV. Prædicatoribus. M. Lezana *tom.* 5. *in mari magno Prædicatorum*, *num.* 128. Ita Filliucius, Vecchius, Barboſa, quos referunt, ac ſequuntur Bordon. *tom.* 1. *reſolut.* 13. *num.* 14. Candidus *tom.* 2. *diſquiſit.* 24. *art.* 61. *dub.* 13. M. Fr. Anton. ab Spiritu Sancto *tom.* 1. *tractatu* 2. *diſput.* 1. *ſect.* 2. *n.* 7. 35.

Lezana. Filliucius. Vecchius. Barboſa. Bordon. Candidus. Fr. Anton.

Limitat tamen hanc doctrinam Bordon. *citatus*, cum Fr. Anton. *ad homicidium peccaminoſum prohibitum in quinto Decalogi præcepto*, quia ſimpliciter hoc tantum venit nomine homicidij. Quæ doctrina mihi non placet, quia ex conceſſionibus Pontificiis colligitur facultas ad diſpenſandum in omni homicidio voluntario, & ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; deinde ſi colligitur poteſtas ad diſpenſandum in homicidio pecca- 36.

Bordon. Fr. Anton.

minoſo, ergo etiam in eo, quod non eſt peccaminoſum.

37. Limitat ſecundò, Rodrig. *tom. 2. quæſtion. q. 33. art. 4. ad fin.* In homicidio ex abortu, quia non ſolum eſt homicidium corporis, ſed etiam animæ, & inde dicit illud homicidium qualificatum. Tamen hæc doctrina non eſt admittenda; & Prælati poſſunt diſpenſare in tali irregularitate & in fœtu animato: de quo latè egi *Reſol. 3. quæſt. 16. & 17.*

38. Limita tertiò, quia occidens, vel mutilans aliquem ob defenſionem ſui cum moderamine inculpatæ tutelæ, nullam incurrit irregularitatem, ita definitum eſt ab Eccleſia, *Clementina ſi furioſus, de homicidio,* quia non ſponte, ſed neceſſitate propriæ defenſionis juſtæ, id fecit homo. Ita communiter Doctores. Noſter Bacconius *in 4. diſt. 25. quæſt 7. art. 2.* Michael de Bononia *ibidem quæſt. 2. art. 3.* M. Cornejo *de irregularitate, diſput. 4. dub. 1.* & multa *ſuprà dixi, verb. Accuſatio*, vel *Bannitus*, vel *Bellum.*

Bacconius. Bononia. Cornejo.

39. Maximè nota, quod tam hic de homicidio, quam de hæreſi, ac aliis criminibus, loquitur de delicto occulto; quid autem ſit occultum, vide quæ dixi *ſuperiori Reſolut. q. 2. n. 21.* Deinde notorium ut opponitur occulto, non ſufficit, quod ſit divulgatum per unum teſtem aliàs non multum fide dignum, ut notat Peirin. *de Prælat. q. 2. c. 5. §. 4. n. 52.* Deinde non ſufficit, quod crimen ſciatur tantum per famam, niſi fama procedat ab illis, qui crimen viderunt. Ita Sotus, Tabiena, Angelus, & alii, quos citat, ac ſequitur Sanchez *in Conſiliis, lib. 6. cap. 5. dub. 42. num. 2.*

Sotus. Tabiena, Angelus. Sanch.

Quæstio XI.

Quis poteſt diſpenſare in irregularitate proveniente ex rebaptizatione?

SUMMARIUM.

40 *Quando quis ſcienter rebaptizatur, incurrit irregularitatem.*

41 *Qui in adulta ætate, non in infantili baptizatur ab hæretico, fit irregularis.*

42 *In hac irregularitate diſpenſat Papa, Epiſcopus, & Prælatus Regularis reſpectu ſuorum ſubditorum.*

40. Secunda ſpecies irregularitatis ex delicto provenit ex rebaptizatione, ſeu iteratione baptiſmi ſcienter, ſive publica, ſive occulta *cap. Eos de conſecrat. diſtinct. 4.* & *cap. Confirmand. diſtinct. 50.* Dixi ſcienter, quia ſi quis in infantia, ebrietate, vel ſomno rebaptizetur, non fit irregularis ob defectum uſus rationis, etiamſi poſtea ratam habeat illam rebaptizationem. Ita communiter Sayrus *lib. 7. cap. 8.* M. Cornejo *de irregul. diſput. 5. dub. 1.* Deinde etiam ſi quis ex ignorantia facti permitteret ſe rebaptizari, non incurrit in dictam irregularitatem: nam hæc irregularitas provenit ex delicto, à quo ignorantia excuſat. Sotus *in 4. diſt. 3. quæſt. unica, art. 9.* M Cornejo *citatus*, Bonacina *de irregularitate, diſput. 7. quæſt. 3. punct. 3. num. 3.*

Sayrus. Sotus. Cornejo. Bonaciba.

41. Hanc tamen irregularitatem incurrit ille, qui in adulta ætate ſe ſinit ab hæretico baptizari *cap. Si in qualibet, 1. quæſt. 7.* ſecus ſi quis in infantili ætate baptizetur *cap. Placuit*, & *cap. Qui apud 1. quæſt. 4.* ex Suario, Fillincio, Reginald. Bonac. *citatis, num. 53.*

Filliuc. Reginald. Bonac.

Ab hac irregularitate non ſolum diſpenſat Papa, ſed etiam Epiſcopus, ex Trident *ſeſſ. 24. cap. 6.* Per profeſſionem autem in Religione non tollitur, cum ad hoc nullum videatur dari fundamentum, ut notat M. Lezana, *verb. Irregul. num. 44.* In ea tamen poſſunt diſpenſare Prælati Regulares per privilegia, quæ habent ad diſpenſandum in omni irregularitate, ut notat idem Lezana, Bordon. *reſol. 11. num. 3.* & loquitur non ſolum de rebaptizatione occulta, ſed etiam de publica. 42.

Trident. Lezana. Bordon.

Quæstio XII.

Per malam ſuſceptionem, & adminiſtrationem ordinis incurritur irregularitas, & quis in ea diſpenſet.

SUMMARIUM.

43 *Suſcipiens ordines furtivè, & ſtante matrimonio incurrit irregularitatem.*

44 *Baptizans ſolemniter, vel Miſſam celebrans ſine ordine, vel excommunicatus confeſſiones excipiens, vel Euchariſtiam miniſtrans fit irregularis.*

45 *Ab hac irregularitate non ſolum diſpenſat Papa, ſed etiam Epiſcopus in caſibus occultis, Prælatus in utroque caſu.*

Tertia ſpecies irregularitatis ex delicto contrahitur per indebitam ſuſceptionem Ordinis, ac malam illius adminiſtrationem; & quantum ad ſuſceptionem, juxta communem ſententiam, in duobus tantum caſibus incurritur irregularitas, ut notarunt Hurtado *de cenſur. diſput. 2. diffic. 3.* Diana 4. *part. tract. 2. Reſol 55. §. Nota etiam.* Præpoſit. 3. *part. q. 5. de irregul. dub. 5.* Primò, quando quis ordinatur furtivè, hoc eſt non examinatus, vel non admiſſus ſuſcipit Ordines, vel alium loco ſui facit examinare; & ipſe loco illius ſuſcipit ordines, *cap. de eo qui furtivè.* Bonacina *de cenſur. diſp. 7. quæſt. 3. punct. 4. num. 6.* Cum formidine tenet contrarium. Secundò, ſi durante matrimonio etiam non conſummato præſumit ſacros Ordines ſuſcipere; unde in aliis caſibus in quibus multi Doctores aſſerunt incurri irregularitatem, tenendum eſt contrarium, ſed ſolum ſuſpenſionem, cum non exprimantur in jure; quod tenendum eſt memoria pro multis caſibus reſolvendis, de quo *de Sacram. Ordin.* 43.

Hurtado. Diana. Præpoſit. Bonac.

Per exercitium Ordinis etiam multis caſibus incurritur irregularitas, ut ſi quis ſine ordine ſolemniter baptizet, Miſſam celebret; itémque excommunicatus confeſſiones excipiat, ſacrámque Euchariſtiam miniſtret, etiamſi miſſam non celebret, de quibus, & multis aliis dicendum eſt infra. Ex his, & aliis irregularitatibus diſpenſationem concedit, non ſolum Summus Pontifex, ſed etiam Epiſcopus in caſibus occultis ex Concilio Trid. *ſeſſ. 24. cap. 6.* Quoad Regulares: eorum Prælati in multis privilegiis 44.

Trident.

Eugenii

Lezana. Bordon. Eugenii IV. Sixti IV. Pii V. quæ adducunt, & referunt Lezana *tom.1. ſumma,cap.18.n.40.* Bordonius *Reſol.11. num.3. & 41.*

QUÆSTIO XIII.

An Epiſcopi, & Prælati Regulares poſſint diſpenſare in irregularitate ex hæreſi occulta?

SUMMARIUM.

45 *Sub nomine hæreſis, intelligitur Hæreticus occultus, illius fautores, conſilium, & favorem dantes.*

46 *In hac irregularitate occulta poſſunt diſpenſare Epiſcopi, & Prælati Regulares.*

47 *Cum hac doctrina ſtat, quod non poſſunt abſolvere ab hæreſi occulta.*

45. QUarta ſpecies irregularitatis ex delicto, incurritur per hæreſim; hæretici enim ſunt irregulares, *cap. Presbyteri, diſt.50. cap. Qui in qualibet*; quod intelligitur de hæretico occulto,ut patet ex *Clement.7.* quæ refertur *in* Director. *Directorio Inquiſitor.* Majolus *lib.de irregular.* Cornejo. *cap. 46.* M. Cornejo *diſp.8. dub. unico*, quod etiam intelligitur de fautoribus, receptoribus eorum, conſilium, favorem, auxiliúmque ipſis præbentibus: nam iſti cum ipſis hæreticis Suar. Hurtad. æquiparantur, *cap.2. de hæreticis, in 6.* Suar. *diſp. 43. ſect.2.* Hurtadus *diſput. de irregular. diffic.3.n.9.* Cum hæreticis computantur etiam Sanchez. Apoſtatæ, ac Schiſmatici. Ita Sanch.Navar. ac multi alii apud Bonacinam *de irregularitate, diſp.7. punct.6. num.5.*

46. Trident. Henriq. Sanchez. Toletus. Sa Comitol. Sayrus. Si hæreſis ſit occulta, quod Epiſcopos poteſt diſpenſare ex Trident. *ſeſſ.24 c.6.* Henriq. *lib 14. de irregularitate, cap.4. n.6.* Sanchez *in Decalog. lib.2. cap.25. num. 18.* Toletus *in Additionibus, lib.1. cap.69.* referens Sà, Comitolum, Sayrum. Prælati Regulares poſſunt etiam diſpenſare in hac irregularitate orta ex delicto infidelitatis, vel hæreſi occultæ ex privilegio Pii V. Bulla 13. Et confirmatur ex multis aliis privilegiis, in quibus eis datur poteſtas ad diſpenſandum in omni irregularitate, excepto homicidio, ac bigamia, Layman *lib. 1.* Layman. Lezana. Belaſius Bordon. *tract.5.part.5.cap.4. in fine.* M. Lezana *verb. Irregul. num.62. ad finem.* Belaſius *v. Irregularitas, num.17.* Bordon. *tom 11. Reſol.11. n.43.* Boſſius. ubi cum Boſſio *de Iubilæo*, affirmat poſſe Prælatos Regulares diſpenſare cum hæretico publico, dummodo non ſit relapſus, quæ doctrina mihi nullo modo placet utpote contra communem conſenſum Theologorum. Quid autem ſit occultum; jam dixi *ſuperiori Reſolut. num 21. quæſt.4.*

47. Nec cum his pugnat id, quod dixi *Reſol.20. q.3.* Non poſſe Prælatos Regulares à crimine hæreſis occulto abſolvere; ergo cum eis nec diſpenſare, juxta *c. Cum illorum, de ſent. excommunicationis.* Cui negatur poteſtas abſolvendi, negatur poteſtas diſpenſandi. Reſp. cum Sanch. Lezana. Bordon. Sanchez *lib.2. in Decalog. c.25. n.18.* Lezana *verb. Irregularitas, num.62.* & Bordonio *proximè citato.* Quia textus intelligendus eſt regulariter loquendo: nam in crimine hæreſis ſtrictior

ſylveira Opuſcula.

eſt poteſtas abſolvendi, quam diſpenſandi: nam Concil. Trid. *citata, ſeſſ.24. c.6.* dans amplam facultatem Epiſcopis diſpenſandi in caſibus occultis, etiam Pontifici reſervatis, non expreſſit hæreſim, tanquam illam comprehendens ſub illa generali diſpenſandi conceſſione facta Epiſcopo, vel ejus Vicario, facta delegatione; at Concilium in poſteriori parte, ut notat Sanch. *citatus num.16.* agens de abſolutione ab hæreſi, ſtrictiùs loquitur, ut abſolutio ſolum impendatur per ipſum Epiſcopum, & non per ejus Vicarium. Deinde reſponderi poterit, quod in hæreſi ſtrictior eſt facultas abſolvendi, quam diſpenſandi, eo quod excommunicatio pro hæreſi occulta eſt certiſſima, non ſic autem irregularitas: nam quod hæc per hæreſim occultam contrahatur, negant multi Auctores, Henriquez, Emmanoel Henriq. Sà. Sayrus. Avila. Sà, Sayrus. Avila, quos allegat, ac refert Sanchez *citatus num 1. & 2.*

QUÆSTIO XIV.

Quid ſit irregularitas ex infamia, & quis in ea valeat diſpenſare?

SUMMARIUM.

48 *Quid ſit infamia, & ob quot crimina contrahatur.*

49 *Infamia eſt duplex juris, vel facti.*

50 *Infamia facti tollitur per pœnitentiam, & emendationem.*

51 *In infamia facti, & juris diſpenſat Papa, & Epiſcopus.*

52 *In utraque infamia etiam publica diſpenſant Prælati Regulares.*

QVinta ſpecies irregularitatis ex delicto, oritur ex infamia, quæ ut ſumitur apud circumſtantes, *eſt prava exiſtimatio de vita, & moribus alicujus.* Ex parte ipſius infamis, *eſt læſa dignitatis qualitas, legibus, aut moribus reprobata.* Noſter Michaël de Bononia *in* Bononia. *4. diſt.25. quæſt.5. art.1.* Sylveſter, & alii cum Layman, *lib.1. tract.5. part.5. cap.4. n.1.* Hæc autem contrahitur, poſt vel ante ingreſſum Religionis; & oritur ex multis, & variis criminibus, ex Apoſtaſia à fide, hæreſi, ex furto, raptu, perjurio, falſario, cum Moneta falſa, Sodomia, ex proſtitutione propriæ filiæ, vel neptis, matrimonio cum meretrice, vili, vel abjecta, ex arte magica. Hæc, & alia multa crimina circa infamiam congerunt Azorius *tom.2. lib.6. c.7.* Azor. Cornejo. *quæſt 3.* M Cornejo *tom.2. tract.5. de irregularitate, diſput.8. dub. unico, §. Ex quibus infero.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, allegat. 43.* Barboſa. *à num.25.* 48.

49. Infamia duplex eſt, una juris, altera facti. Infamia juris contrahitur poſt publicam judicis ſententiam; infamia autem facti contrahitur, ut explicat Caſtro Palaus *1.p. diſp.6. de cenſur.* Palaus. *punct. 20. n.7.* per aliquod factum deteſtabile, & infamatorium notum apud viros probos, bonos, & prudentes, cum per talia crimina homines excludantur ab officiis, ac muneribus publicis, ac honorificis, ut advertit Molina Molina. *tract.1. de juſtit. diſp.7. num 6.*

51\. Infamia facti tollitur per juſtam pœnitentiam, ac rectam emendationem vitæ, cum res, per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvatur, ita communiter omnes cum Navarro *c.* 25. *num.* 75. 76. Infamia autem facti, vel juris poteſt tolli à Summo Pontifice, an etiam ab Epiſcopis, negat Caſtr. Palaus *citatus, num.* 13. dicens quod Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum infami, ut ad ordines aſcendat, ſed ut in ſuſceptione miniſtret. Tamen, quod in utroque poſſit Epiſcopus diſpenſare, communis eſt ſententia ex *cap. At ſi Clerus*, §. *de adulterio. de judic.* Navar. *in manuali, cap.* 27. *num.* 204. Toletus *in ſumma, lib.* 1. *cap.* 62. *n.* 5. Lezana *verb. Infamia, num.* 16. Infamia autem orta ex jure civili tollitur à Rege, Principe, ac Imperatore.

Navar. Palaus. Toletus.

52\. Prælati Regulares poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis ratione ſuorum privilegiorum in omni irregularitate infamiæ ſive juris, ſive facti qualitercumque contracta ſit, ſive occulta, ſive publica ſit, poſt & ante ingreſſum Religionis. Ita Peregrin. *in ſuo Compendio, verb. Diſpenſat.* Naldus, *verb. Infamia, num* 1. §. *Hic autem.* Bordon. *Reſol.* 11. *num.* 50. M. Lezana, *verb. Infamia, n.* 17. 18. Theſaur. *p.* 1. *cap.* 34. Diana *part.* 5. *tract.* 14. *Reſol.* 91. Et probabilem videtur ſentire Pellizar. *tract.* 9. *c.* 3. *ſect.* 4. *n.* 134. Et probatur ex multis privilegiis, quæ conceſſa ſunt Prælatis Regularium; quæ refert Lezana *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 4. ad diſpenſandum cum ſuis ſubditis in omni irregularitate, exceptis tribus, homicidio voluntario, mutilatione, bigamia; ergo manet integra facultas ad diſpenſandum in omni alia irregularitate, & inde etiam ab infamia.

Peregrin. Naldus. Bordon. Lezana. Diana.

53\. Probatur etiam ſecundò, ex privilegio Gregorii X I V. Bulla 17. pro Clericis miniſtrantibus infirmis, ut eorum Generalis, & idem eſt per conſequens aliorum Ordinum, qui cum ipſis communicant in privilegiis, poſſit diſpenſare cum ſuis ſubditis in infamiæ macula; & idem conceſſit Pius V. *in Bulla* 129. in novo Bullario, Abbatibus, & Prælatis Congregationis Caſſinenſis diſpenſandi in quavis macula infamiæ, qualiter cumque contractæ, ſive ante, ſive poſt ingreſſum Religionis.

Greg. X I V.

54\. Nec contra hoc faciunt Rodriguez *tom.* 1. *quæſt.* 24. *art.* 6. Portel. *in dubiis Regular. v. Diſpenſat. num.* 6. Lavor. *tit.* 14. *cap.* 16. *num* 7. aſſerentes Prælatos Regulares non poſſe diſpenſare in infamia juris; maximè in crimine Sodomiæ, quia talis diſpenſatio generat ſcandalum. Reſpondemus quod diſpenſatio datur ſuppoſita pœnitentia, ac emendatione criminis, & per pœnitentiam, ac emendationem deletur omne quodcunque crimen.

Rodrig. Portel. Lavor.

Quæstio XV.

Prælatus, in quocunque loco ſit, poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito etiam à ſe abſenti.

SUMMARIUM.

55 *Prælatus extra Conventum in quocunque loco ſit, poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito.*

56 *Prælatus poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito etiam abſenti à ſe.*

PRimò Prælati Regulares poſſunt diſpenſare cum ſuo ſubdito, ſive ſit in Conventu, ſive extra illum, quia poteſtas diſpenſandi non alligatur loco, & privilegia Pontificum indiſtinctè loquuntur ſine determinatione loci. Ita Portel. *verb. Diſpenſare, in Addition.* 10. ex doctrina Sanchez *lib.* 1. *diſp* 9. *num.* 7. Suar. *de cenſur. diſp.* 41. *ſect.* 2. *num.* 10. 55.

Portel. Sanchez. Suar.

Secundò, tenendum eſt, quod Prælatus poteſt diſpenſare ſubditum abſentem à ſe ipſo. Primò, quia in hoc nulla aſſignabitur repugnantia, nec difficultas, quia non eſt abſolutio ſacramentalis, quæ requirat ſubditum præſentem; deinde quia major difficultas poteſt conſiderari in abſolutione cenſurarum, quæ tamen confertur ſubdito abſenti. Bonac. *diſp.* 1. *de cenſur. quæſt.* 3. *punct.* 4. *n.* 4. cum communi ſententia; ergo multo magis diſpenſatio, cum nullum contineat veſtigium abſolutionis. Ita multi Auctores cum Boſſio *de Iubilæo caſu* to. *num.* 166. Portel. *verb. Diſpenſatio, n.* 10. 56.

Bonacina. Boſſius. Portel.

Quæstio XVI.

An valeat diſpenſatio à ſuperiori data ſubdito ignoranti, non petenti, & etiam nolens?

SUMMARIUM.

57 *Valet diſpenſatio taliter data.*
Diſpenſatio data ſubdito ignoranti valet. Ibid.

58 *Prodeſt diſpenſatio ſubdito non petenti.*
Prodeſt diſpenſatio facta nolenti. Ibid.

REſpondeo, quòd maximè valet, ac tenet diſpenſatio data à ſuperiore ſubdito ignoranti, vel non petenti, vel nolenti diſpenſari. Probatur univerſaliter, quia ex parte diſpenſantis dantur omnia requiſita ad valorem diſpenſationis poteſtas, & voluntas; ergo bona eſt diſpenſatio: ex parte etiam diſpenſati adſunt omnia requiſita, ſubjectio nempe, & juſta cauſa, ut ſuppono, ratione cujus ſuperior diſpenſat. Et probatur per ſingulas partes. Prodeſt ignoranti, ſi eam per tertium procuravit, aliter verò à die ſcientiæ acceptæ, ut volunt Suar. *lib.* 8. *de legib. cap.* 25. *n.* 15. Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. centur.* 2. *caſu* 185. *n.* 31. cum ipſis, ac aliis Bonac. *diſp.* 3. *n.* 5. *de privil.* Aliter tamen Sanch. *lib.* 8. *de matrim. diſput.* 26. *num.* 5. Bordon. *reſol.* 10. quod mihi eſt verius; prodeſt enim diſpenſatio facta ignoranti à die diſpenſationis ad collationem beneficii, quia ſtante diſpenſatione jam ipſe revera eſt habilis ad beneficium, & ipſa ſcientia eſt per accidens. 57.

Suarez. Menoch. Bonac. Sanchez. Bordon.

Prodeſt etiam diſpenſatio non petenti data à ſuperiore, quia valor illius pendet à voluntate concedentis, & non à ſupplicatione petentis, tum quia beneficium datum à ſuperiore ſine petitione alicujus valet, & ſortitur effectum, *cap. Si motu proprio de præbendis, in* 6 ergo & diſpenſatio, militat enim eadem ratio. Navar. *conſ.* 2. & 3. *de reſcriptis.* Sà *verb. Gratia, n.* 23. Portel. *verb. Diſpenſatio, num.* 11. Suar. *lib.* 6. 58.

Navar. Sa. Portel. Suarez.

lib 6. de legibus, cap. 13. n. 8. Diſpenſatio facta in nolentem, habet ſuum effectum; nam diſpenſatio eſt beneficium ſuperioris, ac proinde juſta interveniente cauſa poteſt diſpenſare, maximè quando hoc confert ad bonum commune, vel commendationem virtutis, in ordine ad officia, tunc enim beneficium, & gratia confertur invito Thomazer *regula* 151. Thomazer.

Quæstio XVII.

An Prælatus non ſolùm per tertium, ſed etiam immediatè per ſemetipſum poſſit ſecum diſpenſare?

Summarium.

59 *Poteſt per tertium à ſe electum ſecum diſpenſare.*

60 *Poteſt etiam ſecum immediatè diſpenſare.*

59. Reſpondeo Prælatus Regularis utpote Generalis, Provincialis, Prior localis non ſolùm per alium à ſe electum, ſed etiam immediatè per ſemetipſum ſecum diſpenſare poteſt in omni irregularitate, in qua poteſt cum ſuis ſubditis diſpenſare. Prima pars probatur ex privilegio Sixti IV. Gregorii XI. quæ refert Bordon, *Reſol* 10. *quæſt.* 1. §. *Secundum ſit.* Bordon. Deinde Prælati, & Epiſcopi poſſunt eligere confeſſorem, ad eos abſolvendos, ergo etiam ad diſpenſandum cum eis. Henriquez *lib. 6. de Pœnitentia cap. 4. num. 3. & lib. 7. de indulg.* Henriq. Emmar. Sà. *cap.* 28. Emmanuel Sa, *verb Religio. n.* 47.

60. Secunda pars de diſpenſatione immediata in ſe ipſum, probatur, quia hoc nulli juri, tam divino, quam humano repugnat, ut probat Bordinus *Reſol.* 10. *num* 13. §. *Secundum* Quia idem reſpectu diverſarum actionum, poteſt exercere vicem duorum. Bordon. Abbas *in cap. ex literis de probationibus, num.* 12. Abbas. Deinde non eſt univerſaliter verum illud axioma, quòd inter dantem, & accipientem debet dari diſtinctio, ut ex multis oſtendit Sanch. *lib 8. de Matrim. diſp.* 3. *num.* 6. Sanch. Deinde illud axioma nemo ſui ipſius eſt judex, non habet locum in diſpenſationibus, nam diſpenſatio exercetur juriſdictione voluntaria, & gratuita, valdè diverſa ab abſolutione Sacramentali, quæ fit per modum judicii. Gloſſa *final. cap. Nunc autem 7. diſt.* 21. Thomazer. *Reg.* 25. Armilla, *verſ. Monachus, n.* 9. Molin. *tom.* 1. *de juſtitia tract.* 2. *diſp.* 247. §. *Religioſus tamen.* Azor. *lib.* 7. *c.* 29. Gloſſa. Thomazer. Armilla. Molina. Azor. & ſicut Prælatus poteſt ſibimet ipſi concedere indulgentiam, ſicut aliis per ſuam juriſdictionem voluntariam, & gratuitam, ita & ſibimet ipſam diſpenſationem.

Quæstio XVIII.

An diſpenſatio negata à majori, poſſit concedi à minori, & an diſpenſatus ad majus ſit diſpenſatus ad minus?

Summarium.

61 *Negata diſpenſatione à ſuperiori poteſt inferior diſpenſare, dummodo non ſit denegata diſpenſatio ob cauſam injuſtam, & n.* 62. *&* 63.

64 *Diſpenſatus ad majus non eſt diſpenſatus ad minus, & n.* 65.

Prima quæſtio eſt. Negat ſuperior, verbi gratiâ, Papa diſpenſationem alicui, an talem diſpenſationem poſſit concedere inferior, ſuppoſito quòd aliàs habeat poteſtatem, cognita negativa ſuperioris. Reſpondeo quòd inferior poteſt dare talem diſpenſationem, dummodo diſpenſatio non ſit denegata à ſuperiori, eo quòd judicaverit non adeſſe cauſam juſtam, & ſufficientem. Ita Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 14. *num.* 5. 6. & 7. Pottel. *in additionibus ad dubia, verb. Diſpenſare, n.* 18. 61. Sanch. Pottel.

Probatur prima pars; quia denegatio ſuperioris, verbi gratia, Papæ, non abſtulit poteſtatem, quam habet inferior ea vi ſui officii. Deinde illa denegatio non facit caſum indiſpenſabilem, ſed denotat arbitrium ſuperioris, qui non tenebatur diſpenſare. Tandem ſubditus relicto inferiori, accedendo ad ſuperiorem, non ceſſit juri ſuo, cum in ejus optione ſit accedere ad hunc, vel illum. 62.

Altera pars concluſionis probatur, quia ſi ſuperior, verbi gratia Papa, negat diſpenſationem, quia judicat cauſam injuſtam, & inſufficientem, tunc inferior non poteſt diſpenſare; nam in re tam gravi tenetur ſe conformare cum judicio ſuperioris, & ideò reſpectu illius cauſæ indiſpenſabilis eſt caſus. At verò ſi aliæ cauſæ proponantur, quas inferior judicet ſufficientes, vel aliæ circumſtantiæ ad eundem caſum, tunc inferior poterit diſpenſare, non enim ipſe conſtringitur ad unam cauſam, cum aliæ intervenire poſſint. 63.

Secundò petit quæſtio, an diſpenſatus ad majus officium, verbi gratiâ ad generalatum cenſeatur diſpenſatus ad minus, verbi gratiâ ad Provincialatum, vel Prioratum, ſeu diffinitoratum. Reſpondeo, quòd non cenſetur diſpenſatus; ita Sanchez *lib.* 8. *de Matrim. diſp.* 1. *n.* 32. Sigiſmund. *dub.* 30. *n.* 3. §. *Manet ergo.* Ubi *num.* 5. expreſſis verbis hunc noſtrum eatum tractat. Bordonius *Reſol.* 10. *n.* 19. 64. Sanch. Sigiſmond. Bordon.

Ratio eſt, quia diſpenſatio ſtrictè eſt interpretanda, & maximè reſtringenda, cùm ſit juris communis vulneratio, quòd eſt maximè odioſum, *cap. c. de filiis Presbyterorum in* 6. *& facit Regula, quæ à jure exorbitant non ſunt habenda in conſequentiam in* 6. Confirmatur ex paritate rationis. Quia diſpenſatus ad Archiepiſcopatum, non poteſt eligi in Epiſcopum, *cap. finali de tranſla tione Epiſcoporum.* Neque enim in his valet argumentum à minori ad majus, ut aliis citatis probat Sanchez. 65.

Quæstio XIX.

Utrùm diſpenſatio facta in ſolemni viſitatione non ſolùm comprehendat profeſſos, ſed etiam novitios.

Summarium.

66 *Diſpenſatio facta in viſitatione prodeſt etiamſi de irregularitate non recordetur, ſed poſtea.*

67 Prima ſententia negat, quod Prælatus nõ poteſt diſpenſare in irregularitate novitiorũ.
68 Secunda affirmat, & fundatur, & n. 69.
70 Solvitur fundamentum adverſariorum, & quod novitius poteſt adire Epiſcopum.

66. COnveniunt, quòd diſpenſatio facta à Prælato, ſeu viſitatore in ſolemni viſitatione, ſeu reconciliatione comprehendat ipſos Religioſos profeſſos, ut abſoluti, & diſpenſati maneant à quacumque irregularitate, ſi illa erant innodati, ad quam ſe extendat poteſtas ipſius viſitatoris, ita ut hæc diſpenſatio in tantum eis proſit, quòd ſi poſtea ſubditus meminerit ſe eſſe aliqua irregularitate affectum verbi gratiâ, non egeat nova diſpenſatione, cùm jam per illam generalem diſpenſationem, fuerit irregularitas ablata. Ita Peyrinus *tom.* 1. *Privilegiorum conſtitut.* 1. Iulij II. adducens Navarrum *in ſumma cap.* 26. *num.* 13. Sylveſt. *verb. confeſſio* 1. *quaſt.* 4.

Peirin. Sylveſt. Navarr.

67. Major difficultas eſt, an Prælatus Regularis poſſit diſpenſare cùm novitiis ſuper omni irregularitate ex delicto occulto provenienti, juxta conceſſiones Apoſtolicas. Negant Suar. *tom* 2. *de Relig. lib.* 6. *cap.* 11. Azor. *part.* 1. *dub.* 11. *cap.* 19. Sayrus *Clavi Reg. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 92. Quia licet Regularis habeat juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, non tamen in novitium, cùm non ſit ſimpliciter, & abſolute verus Religioſus.

Suar. Azor. Sayrus.

68. Tamen ſimpliciter oppoſita ſententia tenenda eſt, quam tenent Sanchez *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 39. *num.* 17. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 2. *diſp.* 18. *quaſt.* 3. *num.* 2. Henriquez, Leſſius, Fauſtus, Miranda, Barthomolæus de Vecchis. Pottel, quos citat, ac ſequitur Diana 3. *part. tract.* 2. *Reſol.* 71. *quibus adhæret* Pellizar. *tom.* 2. *tract.* 9. *cap.* 3. *ſect.* 4. *num.* 129. & in hac ſententia ſunt Auctores, quos ſuprà citavi, *quaſt.* 2. *num.* 7.

Sanchez. Tambur. Henriq. Leſſius. Fauſtus. Miranda. Vecchis. Pottel. Diana. Pellizar.

69. Probatur primò, quia novitij gaudent privilegiis ſui ordinis, ut eſt commune, & conceſſit Gregorius XIII. Novitiis Societatis, ut ipſius Societatis gaudeant privilegiis. De quo communicant aliæ Religiones. Secundò. Quia etſi Prælatus Regularis non habeat poteſtatem dominativam in novitios, habet tamen poteſtatem ſpiritualem Eccleſiaſticam in eos, ut ex Navarro cum communi ſententia tenet Sanchez *lib* 4. *in Decalog. c.* 39. *num.* 17. & inde fit, quòd novitius valet confiteri cum confeſſore approbato à Prælato ordinis, & quod novitius quamdiu perſeverat in Religione, exemptus eſt à juriſdictione Epiſcopi, qui non poteſt cognoſcere de delicto ejus, ac aliis illius cauſis, niſi forte novitius ſe illi ſubdat, ut late probat Sanchez citatus cum Henriquez, Rodriguez, Leſſio, Angelo, Sylveſtro, & aliis.

Navarr. Sanchez. Sanch. Henriq. Rodrig. Leſſius. Angelus. Sylveſt.

70. Nec obſtat fundamentum Suaris, quia Novitius non habet ſtatum perpetuum, ſed veluti ita dicam habet ſtatum mutabilem, & annualem, diſpenſatio autem fit ad rem perpetuam. Quæ ratio non multum urget, quia, v. g. quis virtute Iubilæi, vel ſacræ pœnitentiariæ poteſt diſpenſari, & tamen poſtea ea negligentia non exequitur opera adjuncta; ſic & Novitius accedens ad Religionem, ex ejus privilegiis obtinet aliquod beneficium, & favorem, licet poſtea in ea non perſeveret, & ſicut Novitius quamdiu eſt in Religione, ſuſtinet illius onera, ſic æquum eſt, ut favoribus illius gaudeat,

Suar.

Dixi; quòd ſi Novitius velit, poteſt adire Epiſcopum ad obtinendum aliquam diſpenſationem, poteſt illum adire, cum nondum plenam exemptionem, ac ſubjectionem Prælato Regulari adeptus ſit, ideoque poteſt ſe ſubiicere Epiſcopo, ut probat Sanchez *citatus*, *num.* 18 & 20. addens, quòd debet adire ad Epiſcopum ſui domicilij. Oppoſitum mihi videtur verius, quia ex eo quod Novitius ingreſſus eſt Religionem, jam non habet animum perpetuo habitandi in priori domicilio, ſed ſe transferendi ad hunc, & illum locum, prout obedientia ordinaverit, ac proinde ſi vult adire ordinarium, debet adire illum, in cujus diœceſi ſe habet in præſentiarum. 71.

RESOLUTIO XXIX.

Explicatur poteſtas, quam habent Confeſſores Regulares ad diſpenſandum cum ſæcularibus.

QUÆSTIO PRIMA.

De poteſtate conceſſa Confeſſoribus Regularibus ad diſpenſanda vota, & juramenta.

SUMMARIUM.

1 *Non agimus de ipſis confeſſoribus, quantum ad ipſos Fratres, quia eſt res valdè dubia.*
2 *Confeſſores Regulares poſſunt diſpenſare in votis ſæcularium, quinque exceptis.*
3 *Privilegia Apoſtolica.*
4 *Votum conditionale caſtitatis, vel alia, quæ non ſunt directè vota caſtitatis, non ſunt reſervata.*
5 *Votum caſtitatis in conjugatis eſt diſpenſabile.*
6 *Votum peregrinationis ad loca ſancta, ſi non eſt ex devotione, ſed aliò fine non eſt reſervatum.*
7 *Religioſi poſſunt commutare vota.*

NON agimus in præſenti de poteſtate, quam habent Confeſſores Regulares erga ipſos Fratres, & Religioſos, quia res eſt ſatis dubia, & multas patitur difficultates, quoad diſpenſanda eorum vota, & juramenta, & ideò pro hac re via certa, & ſecura eſt recurrere ad Religionis Prælatum, ut notat Pottel. *verb. Confeſſor. quoad Fratres*, *num.* 21. Sed loquimur tantùm de Confeſſoribus Regularibus quoad vota, & juramenta ſæcularium accedentium ad eos ad confeſſiones. 1.

Dico Primò. Confeſſores Regulares poſſunt diſpenſare in omnibus votis ſæcularium venien- 2.

venientium ad confeſſiones, exceptis quinque Papæ reſervatis, ſcilicet caſtitatis, Religionis, ac triplicis peregrinationis, de quibus jam egi in præcedentibus, *Reſolutionibus* 28. & 27. *Sententia eſt communis.* M. Lezana, *tom.*1. *cap.*19. *num.*23. Lopez, Navar. Valentia, Sayrus, Aragonius, quos refert, & ſequitur Candidus, *tom* 2. *diſquiſit.*27. *art. unico, dub.*1. Vivald. *tit. de votis inquiſit.*3. *num.*77. Pellizar. *tom.*1. *tract.*8. *cap.*3. *ſect.*2. *num* 141. Vrbanus *tract.*2. *part.*2. *diſt.*1. *cap.*4. *Regul.*1. *fol. mihi* 249. M. Fr. Anton. ab Spit. Sanct. *director. Reg. tom.*1. *tractatu* 2. *diſput.*3. *ſect.*2. *num.* 80.

Lezana. Lopez. Navarr. Valencia. Sayrus. Aragon. Candidus. Vivald. Pellizar. Urban. Fr. Anton.

3\. Ad fundamentum hujus veritatis ſtabiliendum multa privilegia ad ducit Bordon. *tom.*1. *Reſol.* 15. *num.* 2. quæ partim ſunt vivæ vocis oracula, vel pro certo, & determinato tempore, duo, vel tria bullata, & pro omni tempore. Primum & bullarum, Eugenius IV. conceſſit Monachis S. Juſtinæ Ordinis S. Benedicti, *conſtitut. Et ſi quaſlibet* apud Conferium *pag.* 39. & apud Caſarrubium in compendio privilegiorum Mendicant. *verb. Abſolutio quoad ſaculares* 2. *num.* 16. Inter cætera ait Pontifex: *inſuper & vota omnia permutare, ac in omnibus, & ſingulis caſibus, & cum eis diſpenſare præter cenſuras, pœnas, & vota, & caſus, de quibus eſſet merito ſedes Apoſtolica conſulenda.* Ubi ut bene advertit Miranda *tom.* 1. *quæſt.*48. *art.*3. *verb. diſpenſandi, etiam referendum eſſe ad vota.* Aliud privilegium conceſſit Paulus III. Patribus Societatis Ieſu in ſua conſtitut. *Cum inter cuncta.* referunt Conferius, *pag.*184. & Caſarrubius, *in citato compend. ubi ſuprà num.* 19. ubi ait citatus Paulus III. quòd concedit liberam facultatem, *vota quæcumque per eos pro tempore emiſſa (vltra marinis, viſitationis B. Petri, & Pauli Apoſtol. de urbe, ac Sancti Iacobi in Compoſtella, nec non Religionis, & caſtitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutandi.* Iulius II. conceſſit Patribus Benedictinis facultatem diſpenſandi in omnibus votis, in quibus poſſunt diſpenſare Epiſcopi. Refert Sorbo *verb. diſpenſatio.* Peregrin. *verb. diſpenſatio.* §. 10. licèt alia privilegia poſſint referri, hæc ſufficiant.

Bordon. Confer. Caſarrub. Miranda. Conferius. Caſarrub. Sorbo. Peregrin.

4\. Ex his colliges. Primò, quod Confeſſores Regulares poſſunt diſpenſare in votis caſtitatis, ac Religionis, & triplicis peregrinationis, quando hæc vota non ſunt abſoluta, & ex perfecto amore Dei, ſed conditionalia, & pœnalia, ut ſuprà dixi de Epiſcopis, *Reſolut.*27. *quæſt.*3. *n.*12. & 13. Ex his etiam colliges Confeſſores Regulares poſſe diſpenſare in votis, quæ non ſunt ſimpliciter, & abſolutè caſtitatis vota; ut ſi quis faciat votum aſſumendi ordines ſacros, non nubendi, non fornicandi, non polluendi, mulierem non luxurioſè tangendi; imò ſi faciat votum caſtitatis per quatuor, vel ſex annos, hæc vota non ſunt ſimpliciter caſtitatis vota, & ideò non ſunt reſervata, Sanchez *lib.* 8. *diſput.* 9. *num.* 11. & *in Decalog. lib.*4. *c.*40. & alii apud ipſum, Diana *tom.*1. *in Cruciatam*, *Reſol.* 59. Portel. *verb. Diſpenſatio de Confeſſario Regulari*, *n.*19.

Sanchez. Diana. Portel.

5\. Colliges tertiò; quod etiam eſt diſpenſabile, & non reſervatum, quòd matrimonio conjuncti votum injerunt ex communi conſenſu ſervandi caſtitatem; nam hoc in conjugatis non eſt perfectum, & abſolutum integræ caſtitatis votum, ſed tantùm non petendi debitum, & ex una parte poteſt deficere, & ideò non eſt votum perpetuum, & abſolutum, ac per conſequens non eſt Papæ reſervatum. Ita Rodrig. *tom.*1. *quæſt.*73. *art.*2. Baſilius Legionenſis *lib.*8. *de matrim. cap.*10. *in fine*, Caſtro Palaus *tom.*3. *tract.*15. *diſp.*2. *punct.*13. *num.*9. Trullench. *in Decalog. lib.*2. *cap.*2. *dub.*44. *n.*3.

Rodrig. Baſilius. Legionen. Palaus. Trullench.

6\. Colliges quartò, quid dicendum ſit de voto triplicis peregrinationis in loca ſancta, vel Romam, Compoſtellam: ſi tale votum fiat, non ob venerationem, nec devotionem illorum locorum, ſed ob curioſitatem ad videnda mirabilia Romæ, non eſt votum reſervatum, cum non ſit emiſſum ob cultum Dei, & venerationem illorum locorum, quia hac de cauſa vota illa reſervantur, Bordonius *tom.*1. *Reſol.*15. *num.*20. unde docet Sanchez *in Decalog. lib.*4. *cap.*40. *num.*77. Votum ejus, qui promiſit ire Romam ad viſitandam imaginem Virginis, aut ad oſculandos pedes Sanctiſſimi Domini Papæ, non eſt reſervatum; nam reſervatio tunc datur, quando votum fit ad veneranda ea, quæ ſunt in illa civitate, non verò ad unum, vel alterum determinatè. Si tamen ſimpliciter vovit ire ad ea loca, tunc eſt reſervatum, quia tunc directè tendit ad venerationem illorum locorum.

Bordon. Sanchez.

7\. Dico; Secundò. Religioſi habentes communicationem cum Religioſis D. Benedicti, ac Societatis Ieſu, poſſunt commutare omnia vota, exceptis illis quinque, ſæcularium ad ſe venientium, ita conſtat ex privilegiis relatis Eugenii IV. pro Benedictinis, & Pauli III. pro Patribus Societatis Ieſu, ut refert Lezana *tom.*1. *cap.*19. *num.*23. Et patet ex privilegiis relatis ſuprà in hac quæſtione *concluſ.* 1. Gregor. XIII. extendit hoc privilegium, ut notat idem Lezana ad vota etiam jurata. Dummodo talis commutatio in alterius præjudicium non fiat. In commutatione autem horum votorum, idem ſentiendum eſt, ac in eorum diſpenſatione, ut ex multis obſervat Bordonius *tom.*1. *Reſol.*15. *num.*29.

Lezana. Bordon.

QUÆSTIO II.

An Confeſſarii Regulares poſſint diſpenſare in quinque votis Papæ reſervatis, quando ratione neceſſitatis Epiſcopi poſſunt diſpenſare?

SUMMARIUM.

8 *Epiſcopi in caſu neceſſitatis, quando recurſus ad Papam eſt difficilis, poſſunt diſpenſare.*
9 *Proponitur caſus ex Sanchez.*
10 *Affirmant aliqui.*
11 *Negat communis ſententia.*
12 *Ejus fundamentalis ratio.*

Quæſtio ſatis curioſa, & difficilis; communis ſententia tenet, quòd quando urget neceſſitas, & non eſt aditus facilis ad Papam ſine mora, quòd tunc ex benigna mente 8.

ſummi

Digitized by Google

Summi Pontificis, in votis reſervatis poſſit Epiſcopus diſpenſare, quia tunc credendum eſt ex benigna Pontificis mente nolle eum ſibi talem caſum reſervare, ſed potius Prælatis inferioribus concedere facultatem diſpenſandi, & hæc communis eſt ſententia. Ita Sylveſter, Navarrus, Palacius, Henriquez, Sà, Valentia, Aragonius, & multi alij, quos citant, ac ſequuntur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, 2.part. allegat.37.num.8.* Diana *p.6 tract. 6.Reſol.50.*

Sylveſt. Navarr. Palaus. Henriq. Sà Valentia. Aragonius. Barboſa. Diana.

9\. Unde Sanchez *lib.8.de matrim.diſp.9.n.22.* poſt medium refert, quod ipſe de hac re fuiſſet conſultus, ac conſuluiſſet, quòd poterat Epiſcopus diſpenſare cum juvene, qui voto Religionis aſtrictus, virginem defloraverat, ac gravidam effecerat, volebâtque ejus famæ conſulere, eam ducens, erat que periculum in mora, quia ſi diſpenſatio Pontificia expectaretur, impediretur matrimonium à conſanguineis juvenis, qui illi repugnabant, ac mutaretur juvenis voluntas, quæ non tam firma erat, quin facilè mutari poſſet, & ita diſpenſaſſe Epiſcopum, ut refert Sanch. *citatus.*

Sanchez.

10\. Quæſtio præſens, an cum Mendicantes habeant facultatem ad diſpenſandum in votis, in quibus Epiſcopi valent diſpenſare; & ratione neceſſitatis urgentis Epiſcopi valeant diſpenſare in quinque votis reſervatis, an etiam ratione ipſius neceſſitatis, valeant in eis Mendicantes diſpenſare; ſententiam affirmativam tenent Murcia apud Dianam *p.9.tract.6.Reſolut.50.* & Paſcalig. apud ipſum eadem *part.9.tract.9.Reſol.6.* Vidal *tit.de voto, inquiſit.3.n.77.* Crouſeres *in Regulam S.Franciſci, cap.7. lect.29.fol. 785.* & probabilem dicit M.Fr. Antonius ab Spiritu. ſanct. *director. Regul.tract.2.diſp.3.ſect.2.n.82.*

Murcia. Diana. Paſcalig. Vidalius. Crouſeres. Fr. Anton.

11\. Tamen in tali caſu neceſſitatis, quòd Religioſi non valeant diſpenſare in votis reſervatis, eſt communis, & vera. Ita Rodrig. *tom. 1. quæſt.63. art. 3.& 6.* Miranda *tom.1. quæſt.48. art.4.* Suar. *tom.2.lib.6.de voto, cap.26.num.16.* Barboſa *citatus, num.14.* Henriquez, Sanchez, Layman, Baſilius, Legionen. & alij, quos citant, ac ſequuntur Diana *part.6. tract. 6.Reſolut.50.* Caſtro Palaus *tom.3 tract.15.de voto, diſp.2.punct. 12.num 7.* Fagundez *in præcepta Decalog.tom.1.lib.2.cap.45.num.15.*

Rodrig. Miranda. Suarez. Barboſa. Henriq. Sanchez. Layman. Baſilius. Diana. Palaus. Fagundez.

12\. Probatur, quia tales caſus, non jure ordinario, ſed extraordinario, ac per accidens ratione urgentis neceſſitatis competunt Epiſcopis, ex quadam benigna juris interpretatione, ac voluntate Pontificis, tanquam Paſtoribus, ac Prælatis ordinariis ſuarum ovium, ne pereant, ſed earum bono conſulant; ergo cum hi caſus jure ordinario, non ſint caſus Epiſcopales, ſed ex peculiari delegatione, non competunt Regularibus: quæ enim ex delegatione competunt uni, non competunt omnibus. Aliam rationem adducit Caſtro Palaus *citatus*, quæ non multum firma videtur, & inde eam omitto.

QUÆSTIO. III.

An Epiſcopi, vel Regulares confeſſarii, vel quilibet confeſſarius virtute Iubilæi, vel Bullæ Cruciatæ poſſit commutare iuramentum, vel vota iurata?

SUMMARIUM.

13 *Quilibet ex ſupradictis poteſt diſpenſare, ſeu relaxare juramentū, ſeu vota jurata.*

14 *Poſſunt prædicti in voto jurato jejunandi tali die, vel dandi Calicem Eccleſiæ, &c.*

15 *Poſſunt prædicti confeſſarij in voto & juramento facto in favorem alicujus tertij, dummodo non ſit acceptatum.*

16 *Poſſunt etiam diſpenſare in ipſo voto, vel juramento, quamvis non detur ſpecialis promiſſio.*

Dico, quòd Epiſcopi, confeſſores Regulares per ſua privilegia, ac quilibet confeſſor ſæcularis virtute Iubilæi, aut Bullæ Cruciatæ poſſunt diſpenſare, ſeu relaxare juramentum, aut vota jurata. Ita Rodrig. *in compendio*, Boſſius, & alij, quos citat, ac ſequitur Bordonius *tom.1.Reſol.15.num.25.* Portel. *verb. Confeſſor erga ſæculares, num.26.& verb.Diſpenſat, num.18.& 26.* & Tabiena, Navar. Petrus de Ledeſma, quos citat, & cum eis conſentit Diana *4.part.tract.4.Reſol.69 & part.5. tract.12 .Reſol. 69.* & Candidus, *diſquiſitione 27.art.unico, dub. 3.& 4.* cum Sanchez, & aliis. Et hæc concluſio eſt communis: Probatur, quia hoc conceſſit de votis juratis Gregorius XIII. Patribus Societatis Ieſu. Probatur deinde, quia prædicti poſſunt diſpenſare in juramentis, ut communiter fatentur omnes, & dicam ſtatim; ergo benè poſſunt diſpenſare in votis cum juramento. Confirmatur, quia ipſi ut ſupra dictum eſt ſuperiori reſolutione, poſſunt diſpenſare in voto, adjectum autem juramentum non variat ſubſtantiam voti, non enim de non reſervato facit reſervatum. 13.

Rodrig. Bordon. Portel. Tabiena. Navarr. Ledeſma. Diana. Candidus.

Ex his colliges primò, poſſe prædictos confeſſarios diſpenſare in juramento, ſeu voto juramentato jejunādi omnibus ſextis feriis in honorē Paſſionis Chriſti; ita colligitur ex proximè citato privilegio Gregorij XIII. & tenent Portel. Boſſius, & alij cum Bordonio *Reſol.15. num 26.* Et probatur etiam ratione, quia prædicti confeſſarij valent diſpenſare in voto, ut dixi ſuperiori reſolutione. Deinde poſſunt diſpenſare in juramento, ut cum multis Doctoribus probant Sanchez *lib.8.de matrim.diſp.2 num.18.* referens ſe ipſum *in Decalog.lib.4. cap.53.num.8.* ergo poſſunt diſpenſare in voto jurato. 14.

Portel. Boſſius. Bordon. Sanchez.

Colliges ſecundò. Poſſunt prædicti confeſſarij Regulares, vel ſæculares ex Iubilæo, vel ex Cruciata diſpenſare in votis, vel juramentis factis in favorem alicujus tertij, ut ſi quis vovit Eccleſiæ dare candelabra aurea, vel tali pauperi eleemoſynam, dummodo non ab eis, vel ab aliquo acceptata ſint, nam promiſſione 15.

acta

facta nemo dicitur jus acquirere, niſi per humanam accepstionem, vt planum eſt apud omnes; ergo confeſſarius vi ſoorum privilegiorum diſpenſando, nulli tertio præjudicium infert, cum per votum, aut juramentum factum, nullum jus, aut emolumentum amittat,
Sanchez. cum nondum acquiſiſſet, quia hoc debebat dare acceptatio, quæ non eſt facta, vt ſuppono. Ita Sanchez *lib.4. in Decalog cap.41.n 7.*
Portel. *& cap. 53.num. 2.* Portel. *verb. Confeſſor. erga ſaculares, n. 26. & 17. & verb. Votum. n. 97.*

16. Navar. Trullench. Sylveſt. Angelus. de la Torre. Navarrus, quem ſequitur Trullench *lib. 2. in Decalog. cap. 2. dub. 4. num. 31.* Sylveſter, Angelus, Caietanus, quos refert Raphaël de la Torre, *quaſt. 88. art. 12. diſp. 2. num. 2.* Quòd licet votum ſit acceptatum ab aliquo tertio, dum modo non ſit illi facta ſpecialis promiſſio, quòd adhuc eſt diſpenſabile à prædicto confeſſario, quia cùm promiſſio cum voto, vel juramento facta ſit ſoli Deo, per accidens eſt, quòd ſit in favorem tertij, & hominis acceptatio ſine ſpeciali promiſſione non tribuit jus juſtitiæ, tamen oppoſita ſententia eſt verior
Lezana. cum Sanchez, ac M. Lezana, *tom. 1. cap. 18. num. 53.* quia illa ſpecialis promiſſio non requiritur, ſed eſt imbibita in ipſo voto, vel juramento facto, quæ cùm ſit emiſſa in favorem Eccleſiæ, vel pauperis, ſat eſt, quòd miniſter Eccleſiæ, vel pauper nomine Dei, vel Eccleſiæ acceptet.

17. Excipiuntur tamen ſtatuta jurata confirmata à Papa, Academiarum, Colegiorum, & Regnorum, in quibus Epiſcopi non poſſunt diſpenſare; ut poſtulat bonum commune, *ut dixi ſuprà Reſol. 27. quaſt. 3. num. 15.*

Quæstio IV.

An Epiſcopi, vel confeſſores Regulares, ſeu ſæculares, virtute Bulla, ſeu Iubilæi vaſcant diſpenſare vota jurata caſtitatis, vel Religionis?

SUMMARIUM.

17 *Prima ſententia aſſirmat, & eſt probabile.*
19 *Secunda ſententia negat, & eſt vera.*
20 *Proponitur ſententia negantis fundamentum.*

18. Tabien. Navarr. Diana. Affirmativam ſententiam tenent Tabiena, Navarrus, quos adducit Diana ſtatim citandus, Petrus de Ledeſma *in ſumma tom. 2. tract. 11. cap. 4. dub. 2.* ubi ſic ait: Quia in jure nullum reperitur juramentum reſervatum Pontifici, non ſequitur, illa quinque vota ſunt Pontifici reſervata; ergo etiam juramenta de illa materia: nam obligatio voti major eſt ju-
D. Thom. ramenti obligatione, ut docet D. Thom. 2.2. *quaſt 89. art. 8.* Et ex alia parte, cum reſervatio ſit odioſa, reſtringenda eſt, & non amplianda. Deinde cum Pontifices per aliquod indultum facultatem dant relaxandi, ſeu commutandi omnia juramenta, ſine partis tamen præjudicio; non ſolent excipere aliqua juramenta, ſicut excipiunt aliqua vota: ergo ſignum eſt non eſſe uſu receptum, aliqua juramenta, & etiam illa quinque eſſe Pontifici reſervata, & ideo quando Pontifex in aliquo indolto concedit facultatem relaxandi juramenta, poſſunt ſine ſcrupulo à confeſſariis illa quinque relaxari. Ita Ledeſma, & ideo ob prædicta fundamenta, hanc ſententiam probabilem dicunt Diana *4. part. tract. 4. Reſol. 69.* Diana.
Trullench. *in Bullam Cruciatam, lib. 5. §. 7. c. 5.* Trullench.
dub. 5. num. 5. Alphonſ. de Leone *de poteſt Confeſſor. part 2. Reſol. 20. recollect. 20. n. 181.* Pellizarius *tom. 2. tract. 8. cap. 3. ſect. 2. n. 158* Fr. Anton. ab Spir. *in director. Regular. tom. 1. tract. 2. diſp. 3 ſect. 2 num. 87.* Et hanc ſententiam probabilem eſſe dico. Alp. de Leo. Pellizar. Fr. Anton.

Tamen ſimpliciter mihi videtur dicendum, quòd tales confeſſores ſive Regulares per ſua privilegia, ſive ſæculares, ratione Jubilæi, vel Cruciatæ, non poſſunt diſpenſare in illis quinque votis juratis, verbi gratiâ caſtitatis, Religionis, & hanc ſententiam ut probabiliorem tenent Doctores proximè citati, & etiam Caietan. Sotus, Valentia, Azor. Layman, Aragon. Baſilius Pontius, citata à Diana prædicta *Reſolutione 69* eandemque ſententiam tenet Sanchez, *lib. 8. de Matrim. diſp. 13. num. 7. & in Decalogum lib. 4. cap. 54. num. 21.* Bordon. *tom. 1. Reſol. 15. n. 18.* Turrian. *in diſput. ſelectis, centur. 2. dub. 92.* & multos alios Doctores citat Boſſius *ſect. 1, caſu. 5. num. 13.* 19. Caietan. Sotus. Valentia. Azor. Layman. Aragon. Pontius. Diana. Sanch. Bordon. Turrian. Boſſius.

20. Probatur. Quia omne juramentum Deo factum, includit votum, juramentum autem, quo aliquid Deo promittitur, nihil aliud eſt, quam votum jurejurando firmatum, ergo ſi votum eſt Papæ reſervatum, ſimiliter erit & juramentum. Et confirmatur, quia vinculum, aut vis voti non diminuitur, aut deperditur per adiunctum juramentum, nam ut docet D. Thomas 2.2. *quaſt 89. art. 8.* Major eſt obligatio voti obligatione juramenti, ut etiam explicat Caſtro Palaus *tom. 3. tract. 14. diſp. 2. punct. 1. num. 5.* ergo cùm obligatio voti ſit major, non poteſt minui per id, quod eſt minus, nempe per juramentum; ſemper enim acceſſorium ſequitur principale; principale autem eſt id, quod eſt majus, & inde votum eſt principale, & tanquam acceſſorium eſt juramentum. Id autem quòd dicitur, nullum juramentum inveniri reſervatum in jure, id verum eſt de juramento ſecundùm ſe, ſed juramentum junctum voto ratione voti ſit reſervatum. D. Tom. Palaus.

Quæstio V.

In quibus irregularitatibus ſæcularium confeſſores Regulares valent diſpenſare?

SUMMARIUM.

21 *Irregularitas triplici modo conſideratur.*
22 *Poſſunt confeſſores Regulares diſpenſare cum Clericis ſæcularibus ex mala ſuſceptione, ac adminiſtratione Sacramentorum.*
23 *Nec obſtat, quòd in privilegio ſit facultas abſolvendi à cenſuris.*
24 *Prædicti confeſſores poſſunt diſpenſare cum ſæcularibus, in irregularitatibus, in quibus poſſunt Epiſcopi, & n. 25. & 26.*

27. Irregu

Digitized by Google

27 Irregularitates, in quibus poſſunt Epiſcopi diſpenſare, & n. 28.

21. Fragoſus.

IN limine quæſtionis notandum eſt ex Fragoſo *tom.2.d.lib.11.diſp.24 §.7.num.*18. Irregularitatem in triplici modo poſſe conſiderari. Primò, illa, quæ contrahitur, ex homicidio, ſeu mutilatione culpabili. Secundò illa, quæ contrahitur abſque culpa, ut ex bigamia, morte, ſeu mutilatione juſta, ut inflicta à judice. Tertiò illa, quæ provenit ex mala ſuſceptione, ſeu adminiſtratione Sacramentorum.

22. Dico; Primò. Confeſſores Regulares poſſe toties quoties cum ſæcularibus diſpenſare in irregularitate, quæ provenit ex mala ſuſceptione, & adminiſtratione Sacramentorum, ut quando quis excommunicatus, vel ſuſpenſus, ordines ſuſcipit, miniſtrat, ac celebrat. Concluſio eſt communis, eamque cum multis tenet Fragoſus *citatus num* 18. Et pro ea ſtant omnes Auctores ſtatim citandi concluſione ſequenti, ut Peytious *ad Conſtit.1.Iuly II n.*67. Probatur ex indulto Pauli III. in quo nobis dat facultatem abſolvendi à quibuſcumque peccatis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis provenientibus ex indebita Sacramentorum adminiſtratione, & ſi contrahatur irregularitas, manet certum ab ea poſſe diſpenſari, & abſolvi per citatum privilegium Mendicantium.

(Margin: Fragoſus.)

23. Nec obſtat contra concluſionem, quia Pontifex in dicto privilegio, concedit facultatem abſolvendi ab omnibus caſibus, & cenſuris: Irregularitates autem nec ſunt caſus, nec cenſuræ. Tamen Sotus, Bartholomæus Medina, Corduba, Salon, M. Cornejo, quos citant, & eorum ſententiam ut probabilem tenent Pellizar. *tom.2.tract.8.cap.3.ſect.2. n.90.* Diana *tom.1.tract.11.Reſol.27.* Et multi alii Doctiſſimi recentiores, nempe ex multis fundamentis, irregularitatem, quæ oritur ex delicto, eſſe veram cenſuram, & conſequenter ex præfato privilegio poteſt abſolvi, & diſpenſari; unde Rodrig. ait *in Bullam Cruciatam §.9. num.29.* quòd hæc ſententia ſecure ſine ſcrupulo poteſt teneri in conſcientia.

(Margin: Sotus. Medina. Corduba. Salon. Cornejo. Pellizar. Diana. Rodrig.)

24. Dico ſecundò. Confeſſores Regulares poſſunt diſpenſare cum ſæcularibus in omni irregularitate, in qua Epiſcopus jure ordinario cum eis diſpenſare valet. Hanc ſententiam tenent Henriquez, Rodriguez, Veiga, quos citat, & ſequitur Portel *tom.1.reſponſionum Moralium, part.1.caſu 3.num.1.2.* & deinceps multis probat Murcia *in quæſtionib. Regularibus, cap.7.Reg.98.num.61.* citans pro hac ſententia Sanch. Trullench. Dianam, Belaſium, *verb. Irregularitas. num.12.* M. Lezana *tom.3. verb. Confeſſor. Regularis, num.10.* licèt dubitet an ſit in uſu, quam dubitationem excludit Bauny *tom.2.tract.11.quæſt.58.diſt.4.* ubi affirmat eſſe in uſu in Roma, In hac etiam ſententia eſt Pellizarius *citatus*, & P. Urbanus *ab Aſcenſione in ſuo tract.2. diſtinct.1. cap.1. Regula 13. ad medium.*

(Margin: Henriq. Rodrig. Veiga. Portel. Murcia. Sanchez. Trullench. Belaſius. Diana. Lezana. Bauny. Pellizar. Urbanus.)

25. Probatur; quia ita conceſſit Sixtus IV. Minimis Bulla 9. poſſe eos diſpenſare in omni irregularitate ordinario reſervata, quod privilegium eſt bullatum, ut patet ex compendio privilegiorum Mendicantium, *verb. Abſolutio quoad ſæculares, n.*20. Prædictam autem conceſſionem Sixti IV. Confirmavit Iulius II. *in ſua conſtitutione*, quæ incipit: *Dum ad ſacrum Ordinem Minimorum, §.32*, quam refert Peirinus *ad Conſtit.1. Iulij II.*

(Margin: Peirin.)

26. Atqui juxta privilegium Sixti IV. Iulij II. Regulares poſſunt diſpenſare in omnibus irregularitatibus, in quibus poſſunt Epiſcopi jure ordinario, ſed facultates ad diſpenſandum conceſſæ Epiſcopis in Tridentino *ſeſſ.24.cap. liceat*, eis ex jure ordinario competunt, ut tenent Panormit. Felinus, Sanchez, Fagundez, Bauny, & alii, quos citat, & ſequitur Diana *part.7.tract.2. Reſol.3.* ſiquidem talis facultas lege Pontificia perpetuo competit Epiſcopis.

(Margin: Trident. Panormit. Felinus. Sanchez. Fagundez. Bauny. Diana.)

27. Irregularitates autem, in quibus Epiſcopi poſſunt diſpenſare, ſunt multæ. Primò contracta ex homicidio caſuali occulto, tale committitur in ſui defenſionem ſine debito cautelæ moderamine. Secundò, ſi Clericus exercens chirurgiam, aliquem interficiat ex negligentia, vel imperitia. Tertiò, ſi dominus mandet famulo, ut inimicum percutiat, non lethaliter, & tamen famulus occidat. *Quartò* homicidium ex ſubita ira commiſſum, quia non cenſetur voluntarium, cùm non ſit factum per inſidias; quòd tamen videtur conſilium requirere, ut dicatur voluntarium. Ita ex Leſſio, Avila, Diana, *part.9.tract.8. Reſolut 22. §. Notandum eſt.* Quintò, poſſunt etiam diſpenſare in irregularitate orta ex mala ſuſceptione, ſeu adminiſtratione Sacramentorum, ut quando quis excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel non debita ætate ſuſcipit ordines, ita ex Fragoſo, & Leandro de Murcia, quos refert & ſequitur Diana *part.9.tract.8. Reſol.50.* & prædictus Leandrus de Murcia *citatus in concluſ.* adducit pro hac ſententia Sanchez, Trullench dicens expreſsè, quòd confeſſores regulares poſſunt in tali irregularitate diſpenſare cum clericis ſæcularibus.

(Margin: Leſſius. Avila. Diana. Fragoſus. Leand. de Murcia. Sanchez. Trullench.)

28. Sextò; poſſunt Epiſcopi diſpenſare in quacunque mutilatione membrorum occulta. Septimò, poſſunt etiam Epiſcopi diſpenſare in irregularitate ex defectu lenitatis. Ita Covar. Rodrig. Campanil. Vivaldus, Medina, Barboſa, Emmanuel Sà, Pellizar. quos citat Diana 4. *part. tract. 2. Reſol.69.* Octavò; poſſunt diſpenſare in irregularitate orta ex homicidio juſto, quia quando Concilium excipit homicidium voluntarium, intelligitur homicidium prohibitum in quinto Decalogi præcepto. Ita Barboſa, Bañez. Campanillus, Novarius, Cruz. & alii, quos refert & ſequitur citatus Diana *Reſol.7.* M.Fr.Anton.ab Spiritu ſancto *director. Regular. tom.1.tract.2.diſput.3.ſect.2. num.67. §. Secundo diſpenſare.*

(Margin: Covar. Rodrig. Campanil. Vivald. Medina. Barboſa. Sa. Pellizar. Diana. Barboſa. Bannez. Campanil. Novar. Cruz. Diana. Fr. Anton.)

QUÆSTIO. VI.

Quam poteſtatem habeant Confeſſores Regulares ad diſpenſandum circa debitum conjugale.

SUMMARIUM.

29 *Hoc impedimentum ex triplici capite provenit, & non datur in his, qui ignorant legem.*

30 *Hæc facultas conceditur non Confeſſoribus tantum, ſed deputatis à Prælato.*

31 *Tales*

31. *Tales Confeſſores poſſunt diſpenſare ad petendum debitum cum conjugibus inceſtuoſis, vel qui votum ſimplex caſtitatis fecerunt.*
32 *Poſſunt diſpenſare cum his, qui cognationem ſpiritualem contraxerunt.*
33 *Facultas data à Pralato non exſpirat, ipſo mortuo, vel amoto.*
34 *Hac diſpenſatio poteſt fieri inter abſentes.*

29. IN limine hujus quæſtionis tria notanda ſunt. Primò, quod hoc impedimentum inter conjuges poteſt provenire ex triplici capite. Primò, ex inceſtu. Secundò, ex voto. Tertiò, ex cognatione ſpirituali. Secundò, notandum, hoc impedimentum petendi debitum non contrahi à conjugibus, qui de tali pœna habebant ignorantiam, ſive fuerit ignorantia juris, ſive facti; ut docent Sanchez, Barboſa, Diana, & alii, quos citant, ac ſequuntur Quintanad. *tract.* 9. *ſig* 6. *num.* 5. Pellizarius *tom.* 2. *tractatu* 8. §. 2. *num* 174. Quod idem dicunt, de vno conjuge per vim ab aliquo conſanguineo violato.

Sanchez. Barboſa. Diana. Quintan. Pellizar.

30. Tertiò, notandum cum communi ſententia, privilegia conceſſa à Romanis Pontificibus ad diſpenſandum ad debitum petendum, non ſunt data ipſis tantum Confeſſoribus Regularibus, ſed Confeſſoribus à Prælato, Provinciali, vel Priore deputatis ad talem diſpenſationem concedendam, ut conſtat ex Bulla Julij II. quæ eſt 23. quam referunt Cruz *lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 9. *num* 1. Lezana *tom.* 3. *verb. affinit. n.* 4. Diana *tom.* 3. *tract.* 2. *de Dub. Regular. Reſol.* 14.

Ioan. à Cruce. Diana. Lezana.

31. Dico primò. Confeſſores Regulares deputati à ſuis Prælatis poſſunt diſpenſare cum conjugatis ad petendum debitum, qui poſt contractum matrimonium, inceſtum commiſerunt, & etiam cum illis, qui poſt contractum matrimonium, ſimplex votum caſtitatis emiſerunt. Ita conceſſit Martinus V. Benedictini, & confirmavit Julius II. ut habetur *in Compendio Societatis, tit. Diſpenſatio.* §. *Minorum*, & *Capucin. eodem titul.* §. *Iulius II.* Refertur etiam aliud privilegium Pij V. quod eſt vivæ vocis oraculum, at cum talia privilegia ſint revocata ab Urbano VIII. pro privilegio Martini, & Julij eſt ſtandum. Concluſio eſt valdè communis, eam tenent Naldus, Rodriguez, Bariola, Sanchez, Portel, quos citat, ac ſequitur Bordonius *tom* 1. *Reſolut.* 6. *num.* 23. 24. M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 19. *num* 25. Candidus *tom.* 2. *diſquiſitione* 27. *artic. unico, dubio* 9. Pellizarius *tom* 2. *tract.* 8. *cap.* 3. *ſect.* 2. *num.* 274.

Naldus. Rodrig. Bariola. Sanchez. Portel. Bordon. Lezana. Candidus. Pellizar.

32. Dico ſecundò. Tales Confeſſores Regulares deputati à ſuis Prælatis ad diſpenſandum cum inceſtuoſis, poſſunt etiam diſpenſare cum his, qui cognationem ſpiritualem contraxerunt, vel quia proprium filium baptizarunt, vel filium ſuæ vxoris ex alio matrimonio, vel illos de fonte ſuſceperunt, tanquam patrini officium gerentes. Ita docent Villalob. Bordon. quos refert, & ſequitur Fr. Martinus à S. Joſeph *fol.* 559. *n.* 14. Caſtro Palaus *tom.* 5. *diſp.* 4. *de ſponſalibus punct. vlt. vltimo* §. 1. *n.* 18. *in fine.*

Villalobos. Bordon. Fr. Martin. Palaus.

33. Ad calcem quæſtionis tria etiam adverte. Primò, quod data licentia Confeſſori à Provinciali ad diſpenſandum, non exſpirat mortuo, vel amoto Provinciali ab officio. Ita Lezana *verb. affinitas, tom.* 3. *n.* 5. Secundò, notandum licentiam diſpenſandi datam à Provinciali Confeſſoribus, cum impeditis ad debitum petendum ex quocumque ex prædictis impedimentis abſque juſta cauſa non poſſe revocari, ut notant Lezana *proximè citatus*, & Diana *tom* 2. *tr.* 2. *reſol.* 14. Nota tertiò, cum eiſdem Doctoribus, talem diſpenſationem poſſe fieri extra Sacramentum in abſentia vrgente neceſſitate.

Lezana. Diana.

Sylveira Opuſcula.

RESOLUTIO XXX.

De Notis Eccleſiæ Dei.

QUÆSTIO PRIMA.

Eccleſia Chriſti valdè excelſa, & ſublimis in omnium oculis.

SUMMARIUM.

1 *Etymologia nominis Eccleſia.*
2 *Sublimitas, ac ſoliditas Eccleſia in Iſaïa explicatur.*
3 *Eccleſia doctrina una, & ſuper omnia excelſa.*
4 *Gratia Chriſti ſurſum mentem elevat.*
5 *Lex ſcripta in vno populo coarctabatur, lex gratia ad omnes gentes.*
6 *Eccleſia Dei eſt in manifeſto, & non in occulto.*
7 *Argumenta Hareticorum.*
8 *Facilè ſolvuntur.*

ECCLESIA dicitur à verbo Græco, quod ſignificat convocationem, ſeu Congregationem convocatorum, ut notat Franciſcus Cattire *tom.* 1. *fidei digeſtum ad art.* 9. *q.* 1. & rectè cœtus vocatorum, quia ad hanc Eccleſiam nemo venit, niſi ſit vocatus Dei gratia, juxta illud Actorum 2. num. 39. *Quoſcumque advocaverit Dominus Deus noſter.* Et Paulus Rom. 8. *Quos vocavit, hos juſtificavit.* Hinc idem Apoſtolus Chriſtianos ſæpè appellat vocatos. 1.

Cattire. Roman.

Quanta verò ſit ſublimitas, ac celſitudo hujus ſanctæ Eccleſiæ Dei larga, & ampla materia, de qua aliqua dixi *ad cap.* 1. *Apocalypſeos*; breviter eam nobis proponit Iſaias 2. cum ait: *Erit in noviſſimis diebus praparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper omnes colles, & venient ad eum omnes gentes*, &c. *Quia de Sion exhibit lex, & Verbum Domini de Ieruſalem.* Ubi apertè eſt ſermo de Eccleſia Chriſti, & ideo ait Propheta, *Erit in noviſſimis diebus*, ut notant Procopius, Rupertus, & alii. Et dicitur *Mons*, ut ait noſter D. Cyrillus ob firmitatem, & ſtabilitatem, ac ob inexpugnabilitatem; quemadmodum enim, ut explanat ibi D. Chryſoſt. ſi quis arcus intorqueat, vel haſtas vibret, aut ſagittas jaculet, tormenta ænea explodat, nil noxæ, aut detrimenti ſoliditati montis infert, ſed in vanum laborat, ſic & contingit omnibus, qui ſuis erroribus, falſis dogmatibus, aut perverſitatibus Eccleſiam impugnant, in vanum enim laborant. 2.

Iſai. 2. Procop. Rupert. D. Cyrill. D. Chryſ.

laborant, & hæc ipſa ſua firmitate, ac ſtabilitate immobilis, ſalva, & integra perſeverat: *Porto inferi non prævalebunt adverſus eam.* Hinc dicitur *Præparatus mons.* Cum dicitur *Præparatus*, idem eſt ea radice Hebraïca, ac fundatus, firmatus, ac inſtructus. Proverb. 8. Proverb. 8. num. 27. *Quando præparabat*, id eſt fundabat *cœlos aderam.* Pſalm. 23. Pſalm. 23. n. 2. *Super flumina præparavit*, id eſt firmavit, ſtabilivit eam, ſcilicet terram.

3. *In vertice montium*, quia ejus doctrina tam ad fidem, quam ad mores ſpectans, ſua ſublimitate, integritate, ac ſanctitate ſuperat omnia templa, & ſacra, tam Iudæorum, quam Gentium, omnémque Philoſophiam, omnéque, quod apud homines altum videtur, erigitur, & extollitur. D. Cyrill. D. Baſil. D. Bernard. D. Auguſt. Procop. Origenes. Ita noſter D. Cyrill. D. Baſil. D. Bernardos. vel aliter D. Auguſt. Procop. Origenes *lib. 5. contra Celſum*, per verticem montium interpretantur Patriarchæ, Prophetæ, Evangeliſtæ, & Apoſtoli, quia licet corpore degerent in terra, mente tamen, converſatione, ac virtutibus in altum efferebantur, colles verò ſunt Cornelius. minores Sancti, ut explicat Cornelius, ſuper quorum doctrinam, virtus, ac ſanctitas Eccleſiæ eſt fundata; & nota quod dicitur *in vertice montium*: non in plurali, ſed in ſingulari, quia licet montes, & colles, nempe Patriarchæ, ac Prophetæ, Apoſtoli, Evangeliſtæ, & Sancti multi ſunt, eorum tamen vertex, ſeu unitas in fide, doctrina, ac aſcenſus, unus uniformis, ac ſingularis eſt.

4. Deinde addit, *& fluent ad eum omnes gentes, & populi multi*, ſignificatur, quod ad morem fluminis, gratia Chriſti excitante, rapidus, erit ac vehemens omnium gentium curſus, venientium ad Eccleſiam: *fluent*, ait, non trahentur, quia ad Eccleſiam Chriſti liberè, ac ſpontaneè venitur. Sed quomodo fluent ad verticem montium? Flumina deorſum fluunt, hi vero fluunt ſurſum in altiſſimum montem, quod totum facit Chriſti gratia, quæ ſurſum corda noſtra elevat, & rapit.

5. *Quia de Sion exibit lex*, nempe Evangelica, & gratiæ, *& verbum Domini de Ieruſalem*, Evangelium nempe, ac prædicatio Evangelica; dat Propheta rationem, cur ad eam tanta feſtinatione fluent gentes, dum ait: *De Sion exibit lex*; nam in die Pentecoſtes a Sion, & Ieruſalem exivit lex Evangelica, non tamen ibi ſe continuit, ac coarctavit, ut lex Moſaïca, quæ uni tantum populo Judaico data eſt. Unde ait Pſalm 147. David Pſal. 147. *Qui annuntiat verbum ſuum Iacob, & judicia ſua Iſrael; non fecit taliter omni nationi, & judicia ſua non manifeſtavit eis.* At lex gratiæ ad omnes gentes diffuſa, ac dilatata eſt; quod in die Pentecoſtes evidenter eſt inchoatum, dum ad prædicationem Apoſtolicam concurrerunt multi viri, *ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt.* Actor. 2. Luc. 24. Actor. 2. & dixit Chriſtus diſcipulis euntibus in Emaus, Luc. 24. *Quoniam ſic oportebat pati Chriſtum, & reſurgere, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ieroſolyma.* Sic & Chriſtus mittens ſuos Apoſtolos ad prædicandum, dixit: *Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ.* Marc. ult. Marc. ult.

6. Matth. 16. Ait Propheta: *Mons Domus Domini in vertice montium.* Quia valdè viſibilis, & manifeſta eſt eis, qui puris, & ſanis oculis in eam tenduot, *nunquid poteſt civitas abſcondi ſuper montem poſita.* Actor. 2. Et ideo in exordio militantis Eccleſiæ, venit S. Spiritus vehementi ſono apparentibus diſpertitis linguis tanquam ignis, Actor. 2. Ignis ardet, & lucet, quia virtus divini Spiritus ardet in corde, lucet in opere per totum orbem: ait Regius Vates Pſal. 18. Pſalm 18. D. Auguſt. D. Chryſ. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum* D. Auguſt. ibi, *In manifeſtatione Eccleſiam tuam poſuit, non in occulto.* D. Chryſ. in Iſaiam: *Facilius*, ait, *eſt Solem extingui, quam Eccleſiam obſcurari.* Et ſic communiter omnes Sancti Patres multi in locis.

7. Contra hanc viſibilitatem Eccleſiæ ſe opponunt Hæretici, & nos arguunt tanquam contraria tenentes. Dicimus in ſymbolo fidei, *Credo unam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam.* Tunc ſic contra nos argumentatur Lutherus. Lutherus lib. de abroganda Miſſa privata, part. 1. *Quis Eccleſiam nobis monſtrabit? Cum ſit occulta in Spiritu, & ſolum creditur? Sicut dicitur Credo Eccleſiam ſanctam.* Et diſcipulus ejus Brentius. Brentius *in Confeſſione Vuitemberg.* ait: *Vide, quod Papiſtæ faciant Eccleſiam viſibilem, & ſenſibus corporeis perſpectam, delendus ergo erit ille articulus ſymboli Apoſtolici: Credo Eccleſiam ſanctam Catholicam. & erit ſic reponendus; Video, & ſentio Eccleſiam Catholicam.* Fides eſt de re quæ non apparet, nec videtur, juxta Apoſtolum, *Fides eſt argumentum rerum non apparentium.*

8. Facilè ſolvitur argumentum, quia de Eccleſia ſancta Militante in terris, ſic philoſophandum, ac de aliis myſteriis noſtræ fidei, in quibus aliud videmus, aliud credimus, v. g. Apoſtoli videbant in Chriſto humanitatem, & credebant Divinitatem. In Baptiſmo videmus aquam externam, & ablutionem, trinámque merſionem, & credimus internam vim regenerandi in Chriſto, & extinguendi peccata, ſic & in Eccleſia videmus externam Congregationem fidelium, gubernatam per multos miniſtros, ac Epiſcopos, *quos Spiritus ſanctus poſuit regere Eccleſiã Dei.* Actor. 20. Actor. 20. ſub uno Principe, ac capite Romano Pontifice, cui Deus tradidit claves Regni cœlorum. Matth. 16. *Matth.* 16. & hoc videmus; tamen firmiter credimus in hac ſancta Eccleſia Chriſti, & in nulla alia, eſſe veram gratiam, ſalutem, ac remiſſionem peccatorum, hæc autem cum ſint ſpiritualia exterius non apparent, nec videntur, ſed tantum creduntur; unde rectè dicimus, *Credo Eccleſiam ſanctam,* &c.

QUÆSTIO II.

Eccleſia Sancta Dei una eſt.

SUMMARIUM.

9 *Eccleſia Dei una ab exordio mundi habens diverſos ſtatus.*

10 *Exemplo explicantur ſtatus Eccleſiæ.*

11 *Unitas Eccleſiæ maximè viſitur in Eccleſia Evangelica Chriſti.*

12 *Ex multiplici capite oſtenditur hæc unitas Eccleſiæ.*

13 *Hæc unitas Eccleſiæ eſt ſub uno capite Romano Pontifice.*

Etſi multi Pontifices pro tempore, in eis ſemper fuit una doctrina, una lingua, Ibid.

14 *Apud*

14 *Apud Hæreticos cum non ſit unum Caput ſunt multæ Sectæ, quæ pugnant inter ſe.*
15 *Et ſi multæ Eccleſiæ ſub una Matrice tantum.*

9. Rectè dicimus in ſymbolo ; *Credo unam Sanctam Eccleſiam Catholicam.* Dicitur
una Eccleſia loquendo de ea, etiam à prin-
cipio mundi vſque modo. In eadem ſemper
fuit una divina fides, ante legem nempe, ſub
lege, ac in Evangelio, intendens in Deum ut
Auctorem ſupernaturalem, reſpiciens Chri-
ſtum in lege ſub umbra, in Evangelio ut rea-
Joan. 1. liter præſentem, *Vidimus gloriam ejus, glo-
riam quaſi unigeniti à Patre.* Tamen ſemper
fuit eadem fides, eadémque Eccleſia, habens
diverſos ſtatus, diverſáſque ætates, quod exem-
plo declaratur.

10. Idem homo, qui fuit infans, poſtea fit puer,
tandem vir perfectus ; infans lacte nutritur.
Puer regitur à Pædagogo. Vir perfectè intel-
ligit, loquitur, & docet. Sic & Eccleſia ante
legem velut infans, divinis inſpirationibus, ve-
lut lacte alebatur. Sub lege, erat velut ſub pæ-
dagogio legis, & Prophetarum. Sic ait Apo-
Galat. 3 ſtolus ad Galatas 3. num. 24. *Lex Pædagogus
noſter fuit in Chriſto, at ubi venit fides iam
non ſumus ſub pædagogo.* At in lege gratiæ
Apoſtoli induti virtute ex alto repleti ſunt om-
nes Spiritu ſancto, *& loquebantur magnalia*
Actor. 2. *Dei.* Actor. 2. & inde ut viri in perfecta ætate
conſtituuntur à Chriſto Domino Magiſtri, ac
Doctores totius univerſi, cum eis ait : *Euntes
docete omnes gentes, docentes eos ſervare om-*
Matth. 28. *nia quæcunque mandavi vobis.* Matth. 28.

11. Hæc autem unitas maximè viſitur in Eccle-
ſia Evangelica Chriſti, ſic ipſe dixit Petro
Matth. 16. Matth. 16. *Super hanc petram ædificabo Eccle-
ſiam meam*, non ait Eccleſias meas, quia hæc
una eſt, tam ratione fundamenti, quam ratione
lapidis angularis, in qua tota coadunatur, ac
Epheſ. 2. copulatur ; inde ait Apoſtolus 2. ad Epheſ.
*Ædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum,
& Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide
Chriſto Ieſu.* Fundamentum unum, & unicum
eſt Prophetarum, ac Apoſtolorum, quorum do-
ctrina unanimis, conformis, ac cohærens eſt,
quæ coadunatur, ac copulatur in uno Chriſto
Ieſu lapide angulari.

12. Hæc unitas in Eccleſia oſtenditur ex unitate
Sacramentorum, quæ ad hoc inſtituta ſunt, ut
in unam fidem colligamur, ideo ait Apoſtolus
1. Cor. 12. 1. Cor. 12. *Omnes nos baptizati ſumus in uno
Spiritu, ut ſimus unum corpus, ſive Iudæi, ſive
Gentiles, ſive ſervi, ſive liberi, omnes in uno
Spiritu potati ſumus.* Ad hoc tendunt, ut uniãt
omnia Eccleſiæ membra in unam fidem. Hæc
etiam unitas ex charitate oſtenditur, per quam
Eccleſia una eſt unitate voluntatis, juxta quod
Ioan. 17. Chriſtus à Patre petebat, Ioan. 17. *Pater ſancte
conſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut
ſint unum, ſicut & nos.* Hæc unitas apparuit in
Actor. 4. exordio Eccleſiæ. Actor. 4. *Multitudinis cre-
dentium erat cor unum, & anima una.* Unitate
Epheſ. 4 etiam unius ſpei ait Apoſt. ad Epheſ. 4. *Obſe-
cro vos, ut dignè ambuletis in una ſpe vocatio-
nis veſtræ.* Maximéque in unitate fidei, ac cre-
dibilium, ut ait idem Apoſtolus citato loco.
*Vnus Deus, una fides, unũ baptiſma, unus pater
omnium* : quod magis ſequenti numero explico.

Maximè oſtenditur hæc unitas ab uno ca- 13.
pite viſibili Chriſti Vicario in terris, ac Petri
ſucceſſore Romano Pontifice : nam ſicut Re-
gnum ab uno Rege dicitur, & Civitas ab uno
Gubernatore, familia ab uno Patre, grex ab
uno Paſtore ; ſic Eccleſia una dicitur ab uno
Principe, Gubernatore, Patre, ac Paſtore, de
qua unitate ait Dominus per Ezechiel. 37. *Fa-* Ezech. 37.
*ciam eos in gentem unam, & Rex unus erit om-
nibus imperans. Paſtor erit unus eorum.* Et tan-
ta unitate, ac uniformitate in rebus fidei defi-
niens, ut cum à D. Petro uſque ad Sanctiſſ. D.
noſtrum Clem. X. extent 243. Pontifices, tamen
ſemper in eis fuit unus Spiritus, unaque cohæ-
rentia in dogmatibus fidei declarandis, ut nulla
ſit contrarietas, nec diſcrepantia, ſed ſumma
conſonantia, ac cohærentia, tanquam ſi uno
ore, ac lingua loquerentur. Rectè D. Auguſt. in D. Auguſt.
Pſalm. 74. ait : *Qui volunt unam linguam, ve-
niunt ad Eccleſiam quia in diverſitate lingua-
rum carnis, una eſt lingua in fide cordis.* Unde
rectè ait D. Cyprian. de fide. *Neque enim aliun-* D. Cyprian.
*de hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſchiſmata,
quam quod Sacerdoti Dei non obtemperatur,
nec unus in Eccleſia Sacerdos, vel Iudex vice
Chriſti cogitatur.*

Cum ergo apud Hæreticos non ſit unum 14.
caput ; nec apud eos eſt una Eccleſia, ſed mul-
tiplices, & diverſæ Sectæ, quas unuſquiſque
pro ſuo capite cogitat, & format, ita ut teſtan-
tur Florimundus Remondus *lib. 2. de ortu Hæ-* Florimund.
reticorum, & Iacobus Marchantius *in Horto* Hortus Paſtorum.
Paſtorum, lib. 1. tract. 4. lect. 5. Propoſit. 3. à tem-
pore Lutheri pluſquam centum diverſæ Sectæ
exortæ ſint, & totidem ferè ſub Calvino, inde
quidam dicuntur rigidi Calviniſtæ, alij Mol-
les, alij Puritani, alij Anglo-Calviniſtæ, alii
Papiſtæ, alij Gommariſtæ, alij Arminiſtæ, qui
omnes maximè inter ſe pugnant, & adverſan-
tur. De his ait Iſaias 19. *Concurrere faciam* Iſai. 19.
*Ægyptios adverſus Ægyptios, & pugnabit
vir contra fratrem ſuum, & Civitas adverſus
Civitatem, & regnum adverſus regnum, & di-
rumpetur Spiritus Ægypti in viſceribus ejus,
& Concilium ejus præcipitabo.* Rectè per
Ægyptios, qui tenebras important, & dicunt,
Hæretici interpretantur, qui in denſiſſimis er-
rorum, ac perverſitatum tenebris verſantur, de
quo aliquid *quæſt. ſequenti.*

Nec contra ea, quæ dicimus de unitate Ec- 15.
cleſiæ pugnat, quòd ſæpè Scriptura plures Ec-
cleſias nominat, ſic Ioan. Apocalypſeos 1. Se- Apoc. 1.
ptem Eccleſias nominat. *Ioannes ſeptem Eccle-
ſiis, quæ ſunt in Aſia.* Sic & Apoſtolus ſalutat
Eccleſiam, quæ eſt Corinthi, non tamen ſunt
plures Eccleſiæ, ſed una in ſe, tanquam multa
membra ſub uno capite, à quo reguntur, &
tanquam multi rami ab una radice, à qua
ſuſtentantur, ac aluntur, & tanquam multi
fluvij ab una ſcaturigine ; ſic omnes Eccleſiæ
fidem, Sacramenta, doctrinam ; ac omnia do-
cumenta ab una Eccleſia Chriſti participant,
hauriunt, & firmiter tenent, itaut in omnibus
ſit eadem fides, eadem Sacramenta, eadem do-
ctrina, eadem documenta cum ſumma unifor-
mitate abſque ulla diſcrepantia.

Quæstio III.

Eccleſia Dei dicitur Sancta.

SUMMARIUM.

16 *Scriptura Eccleſiam ſæpè Sanctã appellat.*
27 *Aſſignantur ſex rationes, ob quas Eccleſia dicitur Sancta.*

16. Pſalm 91. Pſalm. 45. Pſalm. 2. Epheſ. 5. DIvino Spiritu aſſlante in ſacris Conciliis Nicæno, & Conſtantinopolitano in ſymbolo dicta eſt Eccleſia ſancta, paſſimque eam Sanctam Sacra Scriptura appellat Pſal. 92. *Domum tuam decet ſanctitudo Domine.* Pſal. 45. *Sanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus.* Pſalm. 2. Introducitur Chriſtus loquens: *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem Sanctum ejus.* Apoſtolus ad Epheſ. 5. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ, ut ſit ſancta, & immaculata*

17. Daniel. 9 Apoc. 21. Ioan. 14. Epheſ. 5. Rectè in ſymbolo dicimus, *Credo Eccleſiam ſanctam Catholicam.* Et primò rectè dicitur *Sancta*, quia caput ejus *Sanctus Sanctorum eſt.* Dan. 9. Secundò *Sancta* quia tota Deo dedicata, ac conſecrata eſt, ſerviens in omni juſtitia, ac puritate. Apoc. 21. *Vidi civitatem novam Ieruſalem deſcendentem de cœlo*; totum quod in ea eſt, de cœlo eſt, de cœlo deſcendens in novitate Spiritus. Tertiò, *Sancta*, quia continet ſanctitatem doctrinæ, tam quoad fidem, quam quoad mores, utpote edocta, ac illuſtrata à divino Spiritu, *Ipſe vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia.* Ioan. 14. Quartò, *Sancta*, quia in ea ſunt media, & inſtrumenta ſanctitatis, nempe Sacramenta, per quæ ſanctificamur. Unde Apoſtolus ait Epheſ. 5. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ, ut ſit ſancta, & immaculata* Quintò dicitur *Sancta* quia in ea nihil aliud eſt, ac invenitur, niſi vera ſanctitas, quæ nos ducit ad conſummatam ſanctitatem in cœlis. Unde poſſumus dicere cum Iacob. Gen. 27. *Non eſt hic aliud, niſi Domus Dei, & porta cœli* Sextò, *Sancta* dicitur, quia tanquam mater, magnam, ac innumerabilem multitudinem Sanctorum, Martyrum, Confeſſorum, ac Virginum generat, de quo *quæſt. ſequenti* aliqua dicam, & de hac Eccleſiæ ſanctitate multa ſcribunt Auctores, quæ ſunt valdè manifeſta.

Quæstio IV.

Rectè Sancta Eccleſia dicitur Catholica.

SUMMARIUM.

18 *Quædam pictura pro univerſitate, ac unitate Eccleſiæ.*
19 *Eccleſia dicitur Catholica, quia per omnia tempora ſe extendit. & n. 20.*
21 *Secundò dicitur Catholica, quia recipit omnes homines cujuſcunque conditionis.*
22 *Tertiò dicitur Catholica, quia per omnes terras, & imperia dilatatur, ac ſe extendit.*
23 *Univerſalitas Eccleſiæ juxta D. Auguſtinum figuratur in Chriſti veſte.*
24 *Fides Chriſti Romana prædicatur per omnes remotiſſimas nationes.*
25 *Cum fides Romana teneat omnes partes orbis rectè ſola dicitur Catholica & n. 26.*
27 *Hæc univerſalitas vera fidei Chriſti evidens ſignum.*

NVlla ſanè validior machina ad omnes hæreſes evertendas, ac deſtruendas, quã quod noſtra fides Eccleſiæ Romanæ dicatur *Catholica*; nam hic titulus datus eſt in formula fidei in Concil. Nicæno, ut Eccleſia dicatur *Catholica*, id eſt, univerſalis, ut ſcribit D. Athanaſ. *epiſt. ad Iovinianum.* Hinc quidam ſatis curioſè depinxerunt Eccleſiam habentem in una manu *globum mundi* cum hoc ſcripto *Catholica*, ut ſignificarent ejus univerſalitatem. In altera manu erat *Phœnix*, ut ſignificarent ejus ſingularitatem, ac unitatem, hoc ſcripto *unica ſemper.* 18. Nicænum. D. Athanaſ. Pictura quædam.

Dicitur ergo Eccleſia *Catholica*, quia per omnia tempora extendit palmites ſuos, quia per omne tempus ſemper Eccleſia inter multas perſecutiones perſeveravit, ac ſtetit ſub uno Romano Pontifice, multis Epiſcopis, miniſtris, ac operariis per tot millia annorum, ut anno per annum conſtat ex Actis Pontificum, ac multis aliis hiſtoriis. Hinc bene dicitur Eccleſia fundata ſuper firmam petram ob ejus firmitatẽ, & conſtantiam, *& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Matth. 16. ut ibi ex Sancto Patribus explicavi, & hanc perſeverantiam per tot tempora vaticinante David Pſal. 92. *Domum tuam Domine decet ſanctitudo in longitudinem dierum* Unde rectè ait D. Pacianus Barcionenſis *epiſt. ad Simpronianum*, quæ eſt de nomine Catholico. *Certè non eſt ab homine inventum, quod per ſæcula tanta non cecidit.* 19. Matth. 16. D. Pacianus.

Et per hanc proprietatem maximè diſtinguitur noſtra Eccleſia ſancta, ac Romana, ab Eccleſia, ſeu cœtu Hæreticorum, quia hæreſes, quæ ſub uno ſæculo ſunt natæ, ſtatim poſt aliquod tempus defecerunt, & exterminatæ ſunt, ac in infernũ demerſæ: nam à Chriſto D. ferè pluſquam mille, & ſeptingentæ hæreſes prodierũt, de quo Florimundus Remundus *lib. 1. de ortu heretico.* & omnes ferè abolitæ, ac ſuffocatæ ſunt. Undè rectè D. Aug. eas comparat torrentibus hyemali tẽpore cum ſtrepitu currentibus, ſed paulo poſt nil niſi arenam, & ſordes relinquentibus. Illud Pſal. 57. *Ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens.* Sic ibi explicat D. Auguſt. *Non vos terreant fratres, quidam fluvii, qui dicuntur torrentes, hyemalibus aquis implentur, aqua ad tempus perſtrepit, mox ceſſat, diu ſtare non poſſunt: multæ hæreſes jam mortuæ ſunt, cucurrerunt rivis ſuis, quantum potuerunt: ſiccati ſunt rivi, vix eorum memoria reperitur, ad nihilum devenerunt, tanquam aqua decurrens.* 20. Florimond. Pſalm 57. D. Auguſt.

Secundò, dicitur *Catholica*, quia recipit homines cujuſcunque conditionis, ac ſtatus, nec eſt uni familiæ alligata, ſicut lex antiqua; modo Eccleſia Catholica: nam ut ait. Apoſtol. Rom. 10 num. 12. *Nam jam non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci idem Dominus omnium, qui invocant illum.* Sive ſint Indii, Perſæ, Æthiopes, & ideo quando lex Evangelica promulgata eſt, 21. Rom. 10.

aderant

Actor. 2. Apoc. 7. aderant in Ieruſalem viri *ex omni natione, quæ ſub cælo eſt*. Actor. 2. & ideo dixit Ioan. Apoc. 7. *Turbam magnam ex omnibus gentibus, populis ac linguis ſtantes ante thronum.*

22. Tertiò *Catholica* id eſt univerſalis, quia per totum orbem omnéſque gentes diffuſa eſt, hoc eſt magnum, & fortiſſimum argumentum noſtræ Sanctæ fidei Catholicæ Romanæ, quia in die Pentecoſtes juxta vaticinium Iſaiæ, de quo quæſt. 1. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem*. Et inde ſacri Apoſtoli exeuntes totum orbem ſua doctrina impleverunt, juxta quod de illis ſcriptum eſt Pſalm. 18. *In omnem terrã exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*, adimplentes Chriſti præceptum Matth. ultimo: *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſervare omnia quæcunque mandavi vobis*. Marc. ultimo: *Prædicate Evangelium omni creaturæ*. Luc. ultimo: *Oportebat ſic. &c Prædicari pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ieruſalem* Malach. 1. *Ab ortu ſolis uſque ad occaſum magnũ eſt nomen meũ in gentibus.*

(Margin: Iſaias. Pſalm 18. Matth. 28. Marc. 16. Luc. 24. Malach. 1.)

23. Hanc Eccleſiæ univerſalitatem per totum orbem ſignificatam eſſe in Chriſti veſte, quæ in quatuor partibus diviſa eſt à militibus Ioan. 19. n. 23 ait D. Auguſtinus tract. 118. in Ioan. *Quadripartita veſtis Domini noſtri Ieſu Chriſti quadripartitam figuravit Eccleſiã eius ſcilicet, quæ quatuor partibus cõſtat, orbe diffuſam, & omnibus ejſdem partibus æqualiter, id eſt concorditer diffuſam propter quod dicit alibi miſſurum ſe Angelos ſuos, ut colligant electos ejus à quatuor ventis, quod quid eſt, niſi à quatuor partibus mundi Oriente, Occidente, Aquilone, & Meridie.*

(Margin: Ioac. 19. D. Auguſt.)

24. Conveniant nunc hic omnes Hæretici. Quænam Eccleſia, quænam fides, ac doctrina, totum adimplet orbem per omnes mundi partes apud remotiſſimas nationes, Græcos, Armenios, Sinas, Indos, Tartaros, Perſas, Æthiopes, Turcas, Braſilios, Mexicanos, &c. Quænam doctrina prædicatur, & colitur, ac obſervatur, niſi tantum fides Catholica Romana, omnibus in his locis reperiuntur Templa more Romano, Altaria, Imagines Chriſti, ac Sanctorum, quæ mirificè coluntur, ac venerantur, celebratur Miſſa, adminiſtrantur Sacramẽta, & doctrina Eccleſiæ Romanæ obſervatur. Nunquid apud has remotas nationes auditur Lutherus, Calvinus, & eorum ſectatores, minimè ſanè; ergo ſolum fides, quã profitetur Eccleſia Romana eſt vera & Catholica: Hæreticorum autem in uno angulo terræ falſa, & diabolica.

25. Solum ergo Eccleſia Romana cum totum orbem adimpleat, ut ſibi proprium, retinet hoc nomen *Catholica*, quia ut vera Eccleſia Chriſti tenet quatuor orbis partes, quod eſt validum argumentum illius veritatis, ac veræ Chriſti fidei. D. Auguſt. *in cap. 9. Ioannis* ait: *Multa ſunt, quæ in gremio Eccleſiæ Catholicæ me tenent, tenet me conſenſus populorum, tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata. Tenet ab ipſo Petro Sacerdotum ſucceſſio. Tenet poſtremo ipſũ Catholicæ nomen, quod inter tot hæreſes Eccleſia ſola obtinuit, ut cum omnes Hæretici Catholici ſe dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur, nullus Hæreticorum Baſilicam ſuam audet oſtendere.* Cum apertè eorum initia agnoſcamus, ut in Luthero, Calvino, ac aliis, qui pro ſuo cerebro novas ſectas inveniunt, quæ tantùm in uno, vel altero loco breviter naſcuntur, & ſtatim decidunt, ac minimè per quatuor orbis partes diffunduntur.

(Margin: D. Auguſt.)

26. Eodem modo D. Cyrill. Ieroſol. *Catecheſi* 18. ait: *Si iveris in aliquam urbem, non petas ubi ſit Eccleſia, vel domus Dei: nam Hæretici dicunt ſe habere domum Dei, & Eccleſiam, ſed petas ubi ſit Catholica Eccleſia. Id enim nomen proprium eſt hujus Sanctæ Eccleſiæ matris omnium noſtrũm, quaſi dicat, ſi hoc petas, nullus Hæreticus ſuam Eccleſiam oſtendet.* Similiter D. Hieron. *in cap. 24. Matth.* ad illa verba, *ſicut fulgur.*

(Margin: D. Cyrill. D. Hier.)

27. Hæc eſt maxima nota, ac evidens ſignum fidei Divinæ, ac Eccleſiæ Sanctæ Dei, quod ſit univerſalis, ac per totum orbem evulgata. Hinc ait Iſaias 49. n. 12. *Ecce iſti de longè venient, & ecce illi ab Aquilone, & mari, & iſti de terra Auſtrali.* Oſorius, & Arias Montanus, Cornelius, *& iſti de terra Synarum*; & hos ponunt, quia Synæ longiſſimè diſtant, ſunt in eſtremo Oriente juxta Japonem, proximam habent Tartariam, vel etiam hos poſuit, quia ut tradunt Maffeus *lib. 6.* Botterus Ortelius de Sinis, eorum Imperium ampliſſimum eſt, habens Civitates vulgares 1150. majores vero 247. Per has omnes nationes fides Chriſti Catholica Romana. Quid ſtultius, ac inſipidius, quam fides Chriſti, quæ data eſt pro toto orbe, quod velit eam Hæreticus pro ſuo cerebro, in uno angulo continere, ac habere. Vnde ait D. Hieron. citatus in cap. 24. Matth. *Stultum eſt eum in parvo loco, vel abſcondito quærere, qui totius mundi lumen ſit.*

(Margin: Iſai 49. Oſorius. Arias Cornelius. Maffeus Botterus. Ortelius. D. Hieron.)

Quæstio V.

Optimo jure Eccleſia Sancta dicitur Apoſtolica.

SUMMARIUM.

28 *Vt vera fides Chriſti diſtinguatur à ſecta Hæreticorum, dicitur Apoſtolica.*
29 *Apoſtoli fundarunt Eccleſiam ſua prædicatione, ac ſanguine.*
30 *Eccleſia dicitur Apoſtolica, quia doctrinam datam ab Apoſtolis ſemper puram retinet*
31 *Doctrina Apoſtolica per bona opera certam facit vocationem.*
32 *Dicitur Eccleſia Apoſtolica ob conſervatam ſucceſſionem ab Apoſtolis.*
33 *Explicatur hæc ſucceſſio exemplo.*
34 *Hæc ſucceſſio oſtenditur in Eccleſia Romana, & n. 35.*

VT Eccleſia Sancta Dei diſtingueretur à Sectis, ac Conventiculis Hæreticorum, dicta eſt Apoſtolica à Concil. Conſtantinop. 1. in cujus ſymbolo exprimitur, *Vna Sancta, & Apoſtolica Eccleſia*, quæ appellatio ei antea erat data à Concilio Nycæno, ut teſtatur Theodor. *lib. 1. Hiſt. c. 19. & 2.* & eodem modo loquuti ſunt Patres in ſequentibus Concilijs Epheſino, Conſtantienſi, ſexta Synodo, &c. 28.

(Margin: Conc. Conſtantinop. Theodor.)

29. Primò: Apoſtolica, quia Eccleſia ab Apoſtolis fundata eſt ſua doctrina, ac ſanguine *ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum*. Ad Epheſ. 2. (Epheſ. 2.) Hinc Joannes ait Apoc. 21. (Apoc. 21.) num. 2. *Vidi ſanctam Civitatem Ieruſalem novam deſcendentem de cœlo.* Et ſtatim num. 14. ſubdit, *Et murus Civitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum Agni*; fundamenta autem hæc poſuerunt Apoſtoli ſua doctrina, ac prædicatione. Ait Iſaias 60. (Iſai. 60.) *Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas.* Volant, ait ob ſuam celeritatem, qua facti Apoſtoli exierunt in omnem terram, & peragrarunt univerſum orbem, ut nubes ſalutiferum rorem effundentes ſuæ doctrinæ, miraculorum, ac divinorum operum. *Pluviam voluntariam ſegregabit Deus hæreditati tuæ.* Pſalm. 67. (Pſalm. 67.) *Et tanquam columbæ*, ob puritatem, & ſinceritatem, manſuetudinem, ac fœcunditatem, ut per eas paſſim ſignificantur in Scriptura, *Ad feneſtras ſuas*, nempe rapido impetu, quo columbæ cum ſuis pullis volitant ad ſuum nidum, ac feneſtras ſui columbarii; ſic & citiſſimè Apoſtoli, ut explicat noſter D. Cyrillus, (D. Cyrill.) volant cum ſuis filiis ſpiritualibus, ut eos per fidem adducerent ad ingreſſum Eccleſiæ, ac cœleſtem patriam.

30. Secundò, dicitur *Apoſtolica*, quia doctrinam datam à Sanctis Apoſtolis, ſemper retinuit, retinet, ac retinebit puram, & illibatam, ut ab eis eſt tradita. Et ſic adimpletum eſt illud, quod de Eccleſia nova vaticinatum eſt ab Iſaia 59. (Iſai. 59.) *Spiritus meus, qui eſt in te, & verba, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, nec de ore ſeminis tui, amodo uſque in ſempiternum.* Et quia illam doctrinam ab Apoſtolis derivatam ad ſe, ſemper puram, & integram per ſucceſſionem ſuorum filiorum ſpiritualium incorruptam conſervat, à S. Paulo dicitur 1. ad Timoh. 3. n. 15. (1 Tim. 3.) *Eccleſia columna, & firmamentum veritatis*, quia doctrinæ veritatem traditam ab Apoſtolis firmiter tenet, in quo juxta aliquos Doctores alludit Apoſtolus ad duas columnas, quas Salomon poſuit in veſtibulo Templi. 3. *Reg.* 7. (3. Reg. 7.) *n.* 15. & 21. firmitatem templi optans; quarum dexteram vocavit *Iachin*, id eſt, *Directio*. Siniſtram verò dixit *Booz*, hoc eſt, *Fortitudo*. Utraque columna erat coronata. In his denotabatur Eccleſia ſancta, quia ipſa eſt columna directa, cum multa directione doctrinæ, ac virtutum, cum multa conſtantia, perſeverantia, ac fortitudine, & inde coronatur ſempiterna gloria.

31. Doctrina Apoſtolica ea eſt; quam tradit Petrus epiſt. 2. cap. 1. (2. Petr. 1.) *Vt per bona opera certam veſtram vocationem faciatis.* Ab his maximè diſcedunt Hæretici, ut Lutherus, & Calvinus, quorum prior, ut teſtatur Hortus Paſtorum (Hortus Paſtorum.) *lib.* 1. *tract.* 4. *lect.* 8. Sacerdos, & Religioſus profeſſione, Monialem profeſſam fœdo ſacrilegio ſibi matrimonio copulavit, & cum dæmone plus quam modium ſalis ſe comediſſe faſſus eſt. Poſterior Novioduni de Sodomitico crimine, & aliis infamibus convictus eſt, hi ſunt fundatores, & capita Hæreticorum, non Apoſtolorum ſectatores, ſed potius eorum adverſarii, ac impugnatores.

32. Tertiò dicitur, *Apoſtolica*, ratione ſucceſſionis continuæ, quam obtinet ad Apoſtolis, non ſolùm doctrina, ſed etiam auctoritate, & juriſdictione. Nam omnes Catholicæ Eccleſiæ miniſtri ab Apoſtolis deſcendunt, Apoſtolorumque ſucceſſores ſunt, & ab eorum ſucceſſoribus poteſtatem & juriſdictionem acceperunt. Quia Presbyteri ab Epiſcopis ordinationem acceperunt, Epiſcopi ab aliis Epiſcopis, & hi iterum ab aliis, & ſic deinceps ſurſum verſus uſque ad Apoſtolos, qui hanc poteſtatem proximè à Chriſto Domino acceperunt.

Sicut homines longo hominum tractu deſcendunt ab Adam: ita ſecundum vim, & potentiam ſupernaturalem, omnes Eccleſiæ miniſtri longa ordinationum ſerie deſcendunt à Chriſto, qui eſt ſecundus Adam. 33.

Rectè ergo dicitur Eccleſia Apoſtolica, quæ eandem auctoritatem, juriſdictionem, ac functionem habet, quam Chriſtus tradidit Collegio Apoſtolorum, & quam habet Eccleſia ab Apoſtolis inſtituta: habet enim modo eundem ordinem, quem tunc habuit ſub Apoſtolis. In ipſa ſunt Apoſtoli, Prophetæ, Evangeliſtæ, Doctores, ut Apoſtolus Paulus ad Epheſ. 4. & ſubdit: (Epheſ. 4.) *Ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterii ad ædificationem corporis Chriſti*, ad ædificationem corporis Chriſti myſtici, quod eſt Eccleſia, & hoc ad conſummationem Sanctorum, hoc eſt donec compleatur numerus prædeſtinatorum, ac electorum, quod erit in fine ſæculi, hic ordo in Eccleſia ſucceſſivè perſeverabit. 34.

Ad veritatem Eccleſiæ Apoſtolicæ oſtendendam efficaciter, & hoc argumento utitur Tertullianus (Tertull.) *lib. de Præſcriptis contra Hæreticos*, & ait: *Evolvant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſionem ab initio decurrentem, ut primus ille Epiſcopus, aliquem ex Apoſtolicis viris habuerit auctorem, & anteceſſorem.* Dicant nobis Hæretici? Quis ante Lutherum, Lutheranæ Sectæ fuit ejus Antiſtes? & quis ante Calvinum Calvinianæ Sectæ, oſtendant, ſi poſſint ſuos Epiſcopos uſque ad Apoſtolos, ut inde dicant ſuam Eccleſiam eſſe Apoſtolicam. Hoc facit, & oſtendit manifeſtè Eccleſia Romana: nam ab Apoſtolo Petro uſque ad Dominum Clement. X. ducenti, & quadraginta tres ſunt Epiſcopi, ſeu Summi Pontifices, ut (Quot Pontifices.) anno per annum, die per diem ex eorum actis conſtat. Hoc argumentum ſucceſſionis maximè faciunt Sancti Patres contra Hæreticos. Propter quod ait D. Auguſt. (D. Auguſt.) ſupra citatus: *Tenet me in Eccleſia, ab ipſa Sede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oves ſuas Dominus commendavit, uſque ad præſentem Epiſcopum, ſucceſſio Sacerdotum.* 35.

QUÆSTIO VI.

Optimo jure Eccleſia Dei dicitur Romana.

SUMMARIUM.

36 *Romana Eccleſia inter principales Eccleſias principaliſſima.*

37 *Fides Romana diffunditur in alias Eccleſias.*

38 *Divina Ordinatione Petrus ſuam Cathedram conſtituit in Roma.*

39 *Omnia Concilia generalia à Romanis Pontificibus congregata ſunt.*

40 *In*

40 *In Romana Eccleſia ſemper fides illæſa conſervata eſt.*

41 *In Eccleſiis Patriarchalibus aliquando ſederunt Hæretici, & n. 42.*

43 *Roma civitas ſpargens radios per univerſum orbem.*

44 *Aliqui Antipapæ fuerunt reclamante Eccleſia.*

36. D.Irinæus. D. Irinæus *lib.* 3. adverſus Hæreſ. de Romana Eccleſia ait; *Ad Romanam Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt cõvenire omnem Eccleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt undique fideles, in qua ſemper eſt conſervata ea, quæ ab Apoſtolis eſt traditio.* In quo conſidera, quòd inter alias Eccleſias principales Romana habet potiorem principalitatem; & ut clarius dicam, ſola Romana eſt principaliſſima, & inter alias prima. Eodem ferè modo loquuntur cæteri Patres, D. Cyprianus *lib.* 4 *epiſt.* 8. D Auguſtin., *lib.* 1. *in Iulian.* Optatus *Milevitan. lib.* 2. Adverſus Parm. D. Hieron. in Apologia adverſus Ruffin. S. Leo Papa in Natali Apoſtolor. Petri, & Pauli, de quo late videndus eſt Gregor. Turonen. *lib.* 1. *de gloria Martyrum cap.* 28. & 30. & 70.

D Cyprian. D.Auguſt. Optatus. D Hieron. D.Leo. Greg. Turon.

37. Romana Eccleſia Mater utique eſt omnium Eccleſiarum, cui Chriſtus D. primatum dedit, Petri ſedem ibi conſtituens, ex qua infallibilis doctrina profluit in cæteras Eccleſias, & fides indefectibilis, de qua ait Apoſtolus ſcribens ad Romanos 1. *Fides veſtra annunciatur in univerſo mundo.* Hoc non dixit Apoſtolus ſcribens ad Corinthios, Galatas, Epheſios, ſed tantùm ad Romanos *Fides veſtra*, quia Eccleſia Romana conſtituebatur caput univerſi, ut inde defluerent dogmata fidei in omnes Eccleſias, ex ipſaque Roma denuncianda erat vera fides. *Fides veſtra annunciatur in univeſo mundo.* D. Auguſtin. *lib.* 1. in Iulian. Catholicam. S. Ambroſij fidem ex Pelagio collaudans ait: *Hic eſt Mediolanenſis Ambroſius, quem Magiſter tuus Pelagius tanta laudavit prædicatione, ut diceret in libris ejus præcipuè fidem lucere Romanam.*

Rom. 1. D. Auguſt.

38. Hinc divina diſpoſitione factum eſt, ut Petrus, ſuper quem, tanquam firmam petram Chriſtus Eccleſiam ſuam ædificaverat, ſuam ſedem conſtitueret ibi ipſe Apoſtolus, ut ibi firmiter permaneret. Optatus Milevitan. *lib.* 2. *adverſus Parm.* ait: *Negari non poſſe, quin in urbe Roma à Petro ſit collocata cathedra Epiſcopalis, in qua una cathedra unitas ab omnibus ſervetur,* S. Leo in Natali Sanctorum Petri, & Pauli loquens cum Roma ait: *Per ſacra B. Petri ſedem, caput orbis effecta.* & Sanctus Proſper cecinit.

Optatus. S Leo. D.Proſper.

Sedes Roma Petri, quæ Paſtoralis honoris.
Facta caput mundi, quidquid non poſſidet armis
Religione tenet.

39. Probatur etiam optima ratione. Soli Romani Pontifices congregaverunt Concilia generalia ab ipſis approbata, ad quæ convenerunt Epiſcopi Orientales, & Occidentales, quia unanimes conſpiraverunt in unitatem ejoſdem fidei, & damnarunt alias ſectas diſſeminantes dogmata contraria Decretis Eccleſiæ Romanæ.

Primum Generale Concilium celebratum eſt *Nicææ* ſub Sylveſtro Papa anno Chriſti 327. & trium annorum ſpatio confectum, ad quod 318. Epiſcopi convenerunt, ſuo hoc numero teſtantes, quam latè diffunderetur Eccleſia, quamvis hactenus imperatores ethnici in eam multo Chriſtianorum effuſo ſanguine deſævüſſent, ut rectè dicatur, *Sanguis Martyrum ſemen Chriſtianorum.*

Secundum Generale Concilium, celebratum eſt conſtantinopoli anno 383. annis à Nicæno, 58. convocavit quidem Damaſus Papa ad Romam, & convocati fuerunt 150. Epiſcopi, & in eis multi magnæ notæ, & advenerunt Epiſcopi Occidentales, & permiſſum eſt Occidentalibus coire Conſtantinopolim, inde Conſtantinopolitanum dictum eſt. 40.

Tertium Concilium Generale, habitum eſt Epheſi ſub Cœleſtino Primo præſidente noſtro D. Cyrillo Alexandrino anno 430. ex delegatione ipſius Summi Pontificis, & peſtiferum dogma Neſtorii damnatum eſt.

Quartum Concilium Generale, fuit Chalcedonenſe ſub Leone Primò Pontifice Maximo anno 451. & juxta eandem formam. 14. Concilia generalia congregata ſunt, ab ipſiſque Romanis Pontificibus approbata, ad quorum nutum dumtaxat coierunt Epiſcopi toto orbe diſperſi nemine reclamante, omnes profitentes Eccleſiam Romanam eſſe Eccleſiam Catholicam, quæ ut caput Eccleſiarum influit in omnes alias Eccleſias tanquam caput in membra. 41.

Et merito ſane, quia in Romana Eccleſia, tanqoam in cathedra Petri conſervatur fides integra, & illæſa. Unde ait D. Bernard. *lib.* 1. *ad Eugeniũ, Cui enim alteri dictum eſt, ego rogavi pro te Petre, ne non deficiat fides tua,* Matth. 26. Hoc non eſt dictum nec Thomæ, nec alteri diſcipulorum, niſi tantum Petro, quia in ipſo, ac ejus ſucceſſoribus fides ſemper conſtans, ac firma perſeverat, & inde eleganter ait D. Cyprianus. *Ad Romanam fidem perfidia non habet acceſſum.* Et D. Auguſtin. Epiſt. 162. Decret. diſt. 24. ait: *Cùm aliæ omnes Eccleſiæ, quibus Apoſtoli præfuerunt, à fide defecerint, ſola hæc ſancta Apoſtolica Mater omnium Eccleſiarum Chriſti, per Omnipotentis Dei gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe, nec hæreticis pravitatibus unquam depravanda decubuiſſe probatur, ſed quam ab exordio fidei Chriſtianæ normam ab ipſis Apoſtolis accepit, in ea ſemper illibata permanſit.* Quòd deinde ſic oſtenditur. 42.

D. Bernard. Matth. 26. D. Cyprian. D. Auguſt.

In quatuor Patriarchalibus Eccleſiis orientis ſederunt Hæretici. 43.

In Eccleſia Conſtantinopopolitana Macedonius, Neſtorius Anthimus, Sergius, & alii plures, quos Iconomachi Imperatores conſtituerunt. 1.

In Antiochena Hæreſiarcha ſedit Paulus Samaſatenus, Eulalius, Petrus Kenaphæus, & alii. 2.

In Alexandria Georgius Cappadox, Lucius Dioſcorus, & alii. 3.

In Hieroſolymitana, Saluſtius, Arſenius, Heraclius, & alii. 4.

Per varias Dei Eccleſias multi hæretici inſurrexerunt, & iden Apoſtolus Paulus commendans Prælatis Dei Eccleſiam, ait: *Attendite* 5.

Auctor.20. *dite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit regere Eccleſiã Dei* Act.20. num.28 & ſtatim ſubdit, n.29 *Ego ſcio, quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi.* Nam adhuc vivente Paulo contra eum inſurrexerunt in Aſia Hymenæus, Alexander, Phygellus, & Hermogenes, ut ipſe teſtatur, 1. *Timoth.* 1. *n.* 20. & *Epiſt.* 2. *cap.* 1. *num.* 15. 1.Tim.1. & 2.c.1.

44. In Roma verò nullus unquam ſedit hæreticus, aliæ defecerunt, illa nunquam; & ita hic verificari poteſt, illud Iſaiæ 19. dicens: (Iſai.19.) *In die illo erunt quinque civitates, jurantes per Dominum Deum exercituum: Verumtamen civitas Solis una vocabitur.* Etſi illæ Patriarchales Eccleſiæ, quæ olim in cultu Chriſti fuerunt florentiſſimæ, paulatim defecerunt ad hæreſes, & impios cultus. Unica tamen illa Romana, ſtabilis, ac firma ſtetit, tanquam mater omnium Eccleſiarum, ac magiſtra totius Chriſtianæ Religionis, à qua lux fidei per totum orbem diffunditur; & ſicut Sol ſuis radiis totum orbem illuminat, ſic Eccleſia Romana ſplendore ſpiritualis doctrinæ omnes Eccleſias illuſtrat, divino fulgore irradiat.

Nec contra hæc tibi faciat difficultatem, quod in Eccleſia aliqui fuerunt Antipapæ, ſed tales non fuerunt recepti à tota Eccleſia, ſed potiùs ipſa reclamante, & parvo, & exiguo tempore durarunt.

RESOLUTIO XXXI.

De Eccleſia materiali, ſeu in particulari ad Sacramenta miniſtranda.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid ſit Eccleſia, & quomodo ædificanda, ac benedicenda, ſeu conſecranda?

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit Eccleſia, & quomodo definiatur.*
2 *Eccleſia non poteſt ædificari ſine dote, ſecus dicendum de Eccleſiis Mendicantium.*
3 *Requiritur quod Epiſcopus ponat primum lapidem; non verò in Eccleſiis Mendicantium.*
4 *Eccleſia debet eſſe benedicta, vel conſecrata, ut in ea celebretur.*
5 *Conceſſum eſt Regularibus ut valeant ſuas Eccleſias benedicere.*

1. Eccleſia materialis, in particulari prout eſt ad adminiſtranda Sacramenta fidelibus, ſic definitur: *Eſt locus publicus Epiſcopali auctoritate conſtitutus, & conſecratus, ad quem fideles conveniunt, ad percipienda fidei Sacramenta.* Ita Sylveſter (Sylveſt.) *in ſumma, verb. Eccleſia, 2. num. 1.* Quàm definitionem ſequuntur omnes Summiſtæ, qui etiam dicunt, quod ad ædificationem Eccleſiæ requiritur etiam auctoritas, & licentia Epiſcopi.

2. De jure tamen communi ad ædificationem Eccleſiæ duo requiruntur; primò ut Eccleſia non poſſit ædificari ſine dote competenti, ut colligitur *cap. Nemo de Conſecratione, diſt.* 1. ad ſui nempe fabricam, & paramenta; tamen ex antiqua conſuetudine datum eſt Mendicantibus ædificare ſine dote, vel ſic eorum privilegia ſunt intellecta. Ita citatus Sylveſter *n.* 4. Lezana *tom.* 3. *verb Eccleſia, n.* 8. (Sylveſt. Lezana.)

3. Secundò ex jure communi pro ædificanda Eccleſia requiritur, quòd Epiſcopus conveniat, & ponat ibi primum lapidem, & Crucem ibi figat, ut colligitur ex citato, *cap. Nemo,* & docent Azor. *tom.* 2. *lib.* 9. *cap* 3. *q.* 4. Tamburin. *de jure Abbatum, tom.* 1. *diſput.* 22. *quæſt.* 9. (Azor. Tambur.) Imò hoc videtur pertinere ad Epiſcopum Diœceſanum, ut conſtat ex quadam bulla Leonis X. in Concil. Lateran. pro Mendicantibus. Tamen ex privilegio Cæleſtini V. cõfirmato ab Eugenio IV. in bulla *ad decorem* in Bullario Rodrig. inter bullas Eugenij 18. (Rodrig.) conceſſum eſt Priori ſancti Spiritus de Sulmona Ordinis Cœleſtinorum, ut in ædificandis Eccleſiis, vel Capellis, aut Hoſpitalibus primum lapidem, & fundamenta ponere & Pontificali ritu valeat benedicere, Tamburinus (Tambur.) citatus refert hoc privilegium, & ipſum vocat Generalem Priorem totius Ordinis. Cœleſtinorum, de quibus omnibus Barboſa *de officio Epiſcopi, allegat.* 26. *num.* 2. (Barboſa.)

4. Ædificata Eccleſia non licèt in ea celebrare, niſi ſit conſecrata, vel benedicta, ut habetur, ex *cap. Nullus de conſecr. diſt.* 1. D. Thomas 3. *part. quæſt.* 83. *art.* 1. & ibi expoſitores omnes, ſicut & Canoniſtæ, *in cap. ultimò de Conſecratione Eccleſiæ.* (D. Thom.)

5. Quamvis maximè pertineant ad Epiſcopos Eccleſias ſolemniter benedicere, hoc tamen ex multis privilegiis conceſſum eſt Regularibus Mendicantibus, ut eorum Generales, Provinciales, Priores, ac Vicarij poſſint ſuas Eccleſias, Cæmeteria, Oratoria, ac capitula ſolemniter benedicere, ita conceſſit Iulius II. (Iulius II.) Minimis in Bulla *dudum ad ſacrum*, Leo X. in Concil. Lateran. pro Mendicantibus, *Religionis ſuadet honeſtas.* Tertium privilegium, Sixtus IV. apud Sorbum, *verb. Benedicere*, §. 4. (Sorbus.) concedit Minoribus de Obſervantia, his verbis: *Veſtri Ordinis Generalibus, & Provincialibus, Vicarijs, Cuſtodibus, ac Guardianis pro tempore exiſtentibus, ut omnia, & ſingula ejuſdem Ordinis Obſervantiæ, Eccleſias, Cæmeteria, & Capitula, & Oratoria ubicumque exiſtentia, receptas, & recepta, recipiendas, ſeu recipienda ſolemniter benedicere*, ſcilicet conceſſum ſic. Agunt de his privilegiis Confetius, *pag.* 140. (Confetius.) Caſarrubius *in compendio Privileg. Mendicantium, verb. Benedicere Eccleſias*, §. 12. & 14. (Caſarrub.) Peregrinus *verb. Benedicere*, Miranda *tom.* 2. *quæſt.* 39. *art.* 1 *concluſ.* 3. (Peregrin. Miranda.) vide quæ dixi ſuprà *Reſol.* 14. *num.* 17. Adverte tamen quod Prælati Regulares ſolùm poſſunt benedicere ſuas Eccleſias, & non alterius.

6. Eccleſiam conſecrare ſecundum jus commune ſolùm ad Epiſcopum pertinet, *c. Nemo de conſecrat. diſt.* 1. Et hoc tantùm ad Epiſcopum proprium, *cap. Tua fraternitas de conſecrat. Eccleſiæ.* Et Epiſcopus proprius non poteſt hoc delegare ſimplici ſacerdoti, ſed tantùm

tùm alteri Epiſcopo, *cap. Aqua eod. tit.* non obſtante quacumque patriæ conſuetudine.

Quæstio II.

In quibus caſibus polluitur Eccleſia.

SUMMARIUM.

7 *Homicidium polluit Eccleſiam factum intra illam, non verò ſuper tectum, nec ſubtus Eccleſiam.*

8 *Homicidium debet eſſe voluntarium, & non ex caſu.*

9 *Sanguis humanus injurioſè effuſus polluit Eccleſiam.*

10 *Vulnus in Eccleſia, eam polluit, quando ex illo ſequitur mors, vel notabile damnum.*

11 *Si ipſa percuſſio ſit ex joco, tunc conſiderandum. an voluntarium fuerit & prævisum vulnus.*

12 *Ex infuſione ſeminis voluntaria polluitur Eccleſia.*

13 *Etiam ex copula conjugali extra neceſſitatem, affirmat una ſententia.*

14 *Alia probabilius negat, & n.15.*

16 *Polluitur Eccleſia, ſi in ea ſepeliatur excommunicatus nominatim.*

17 *Polluitur Eccleſia in ea ſepeliatur infidelis non baptizatus.*

18 *Eccleſia conſecrata per Epiſcopum excommunicatum non polluitur.*

7. IN quinque caſibus polluitur Eccleſia, & etiam graves Doctores adduut ſextum. Primus, quando intra Eccleſiam commiſſum eſt homicidium voluntarium injurioſum, *ex cap. Propoſuiſti de conſecrat. Eccleſiæ, & cap. ſi notum de conſecrat. diſt.* 1. Dixi *intra Eccleſiam*, Quia ſi homicidium fiat ſupra tectum, vel ſubtus Eccleſiam, aut in parietibus, non violatur Eccleſia; nam ad hoc ut polluta maneat, vulnus, & cauſa phyſica mortis debet eſſe intra Eccleſiam; unde ad polluendam Eccleſiam non ſufficit, quòd quis vulnus læthale extra Eccleſiam accipiat, & intra illam moriatur, ut obſervat Cardinalis Lugo *de Euchar. diſp.* 20. *num.* 53. Vnde infertur contra Suar. *diſp.* 81. *de Euchar. ſect.* 4. Quòd quando quis in Eccleſia vulneratur, & poſtea domi moritur, Eccleſia eſt polluta. Vnde etiam colligo; quòd ſi quis alteri det potionem venenoſam mortiferam in Eccleſia, & poſtea domi moriatur, Eccleſia polluitur, quia cauſa phyſica mortis violentæ data eſt in Eccleſia; ſic ſi de foris emittitur ſagitta, quæ intra Eccleſiam occidat. (Lugo, Suar.)

8. Dixi *voluntarium*, quia homicidium caſuale, vel factum in amentia, & ebrietate non eſt voluntarium, & non ſufficit ad hunc effectum, ut notat Lezana *verb. Eccleſia.* Vnde etiam inferes, quòd intendens vulnerare, aut occidere unum, & per errorem, alterum vulneret, & occidat, tunc non polluitur Eccleſia, quia talis occiſio, ac vulneratio eſt omnino involuntaria. Dixi *injurioſum*, quia factum ob propriam defenſionem, non ſufficit ad hunc effectum: ſecus tamen dicendum exiſtimo, ſi auctoritate judicis ſuſpendatur reus in Eccleſia, quia licet alias talis occiſio ſit juſta, & non ſit injurioſa delinquenti tamen videtur injurioſa loco ſacro, ejuſque auctoritati, ac reverentiæ multum adverſatur. (Lezana.)

9. *Secundus caſus*, quando in Eccleſia ſanguis humanus injurioſè effunditur. *cap. ſi Eccleſia de conſecrat. cap. Eccleſiis de conſecrat. diſt.* 1. intelligitur autem de effuſione notabili non proveniente à naribus, nec de effuſione naturali medicinali licita, aut caſuali, nec de effuſione in quantitate parva, nec de ea, quæ non eſt facta in ipſa Eccleſia. Tamen ſi vulneratus in Eccleſia, effundat ſanguinem extra illam, aut intra illam, ſeu intra aliquod vas, adhuc Eccleſia polluitur, teſte Fagundez, *Præcepto* 1. *Eccleſiæ, lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 16. *qui etiam ſubdit num.* 17. id etiam procedere, ſi Martyr cauſa Chriſti in loco ſacro occidatur, aut ſuſpendatur juxta illud, *Actio diſplicuit, paſſio grata fuit.* (Fagundez.)

10. Advertit tamen Pellizar. *tom.* 2. *tract.* 8. *c.* 5. *ſect.* 2. *n.* 70. Quòd ad hoc ut Eccleſia polluatur, non ſufficit quæcumque percuſſio, ut ſi aliquid de carnibus contundatur, vel de oſſibus confringatur, nec quodcumque vulnus, ex quo ſanguis non effunditur; ſed hæc debent eſſe talia, ut inde mors probabiliter ſequatur, vel inde grande damnum, vel membri claudicatio ſequatur: Tamen ex hoc inferendum Eccleſiam pollui, ſi alicui digitus cædatur; ſed non omnino cum notabili ſanguinis effuſione. Quia licèt digitus non ſit membrum, ſed pars membri, & non ſit totaliter reciſus, tamen multa ſanguinis copia, cum non ſit ex naribus, facit Eccleſiam pollutam, ut docent communiter Doctores, qui dicunt Eccleſiam non pollui, quando ſanguis eſt in parva quantitate. (Pellizar.)

11. At verò ſi ipſa effuſio ſanguinis in Eccleſia fiat ex joco, tunc maximè dubitatur, & hæc inter caſuales debet computari, aliàs non erit jocoſa: maximè ſi ſanguis effuſus ſit in parva quantitate quæ non ſufficit ad Eccleſiæ violationem, ut Sylveſter cum Panormitano, & alij notant. Si autem per ipſam actionem jocoſam, magna ſanguinis copia effundatur, tunc diſtinguendum dicit Suar. *tom.* 3. *ad* 3. *p. diſp.* 81. *ſect.* 4. §. *ſecundo violatur*; & ait: Quòd tunc attendenda eſt ratio voluntarij; nam ſi omnino involuntariè accidat, non violat, ſi verò ita imprudens, & periculoſa extitit actio, ut ex ea benè potuerit ſequi magna copia ſanguinis effuſi, tunc moraliter benè ſequitur effectus in cauſa voluntarius, & tunc Eccleſia violabitur, quia iam actio eſt injurioſa. (Sylveſt. Panorm. Suar.)

12. *Tertius caſus*, quando humanum ſemen viri, ſive fœminæ, ſive fidelis, ſive infidelis in Eccleſia, quocumque modo peccaminoſè effunditur, ut conſtat ex *cap. unico de conſecrat. Eccleſia, in* 6. *& ex cap. Eccleſiis de conſecrat. diſt.* 1. Dixi *voluntariè*, quia non ſufficit, quòd fiat in ſomnis. Dixi *quomodocumque*, ad denotandum id eſſe, ſive fiat per mollitiem ſive per fornicationem, adulteriũ, ſodomiam, &c. Dixi *peccaminoſè*, ad excludendam copulam matrimonialem, in qua eſt magna difficultas.

13. Circa copulam conjugalem magna eſt difficultas, & conveniunt Doctores, quod talis copula, quando conjuges coguntur diu commorari in Eccleſia ad evitandum periculum incontinentiæ, ſit licita, & per illam non violari

lati Eccleſiam, & ad hoc multos Doctores citat Leandrus *de Sacram.tom.2.tract.9.diſp.25. quæſt.* 3. Tota controverſia eſt, an ſecluſa diuturna mora, & ſecluſo periculo incontinentiæ licita ſit talis copula, ut eſt licita in omnibus aliis caſibus extra locum ſacrum. Sententiam affirmativam, talem copulam conjugalem ſine neceſſitate in loco ſacro eſſe mortale, & per eam violari Eccleſiam, tenent multi Doctores, quos in magno numero citat, ac ſequitur Sanchez *lib. 9. de matrim. diſputatione* 15. *num.* 8.

Leandr. Sanch.

14. Hurtadus. Pontius. Martin. Dicaſtill. Perez. Diana.

Oppoſita ſententia; quòd talis copula ſit licita, & non polluat Eccleſiam, tenet Hurtado *de matrim. diſp.*10.*diff.*4. *num.*16. Baſilius Pontius *lib.* 10. *cap.*10. *num.* 13. Fr. Martin. à S. Joſeph. *in Mon.Confeſſor.tom.*1.*lib.*1.*tract.*50. *de matrim. n.*2. Dicaſtillus *de Sacram. tom.*3. *tract.*10.*diſp.*9. *dub.*5.*num.* 57. Martin. Perez *de matrim. diſp.*49.*ſect.* 4.*num.*7. Diana *part.*11. *tr.*8.*Miſcel.*1.*Reſol.*34. Nam talis copula nullo jure eſt prohibita, non divino, nec naturali, nec Canonico; nam Textus unicus adducitur ex *cap. finali de conſecrat. Eccleſia*, ubi dicitur, quod Eccleſia eſt polluta ſemine, aut ſanguinis effuſione; ubi Textus æqualiter loquitur de ſanguinis effuſione, ac ſeminis, ſed ſanguinis effuſio, verbi gratiâ, ob propriam defenſionem eſt licita, & non violat Eccleſiam; ergo etiam licita copula, ut pote conjugalis. Nam illa copula ſecundum ſe eſt licita, & conjuges ſunt in mutua poſſeſſione ad debitum; ergo ab illa non ſunt ſpoliandi, niſi per Textum expreſſum, qui non datur.

15. Imò ſatis communis eſt ſententia, quòd ſolum illa effuſio ſeminis ex ſe illicita, quæ eſt cum peccato mortali, polluit Eccleſiam, imò nec ipſa effuſio ſeminis peccaminoſa violat Eccleſiam, niſi ſit publica, & manifeſta, de quo dicam, *quæſt. ſequenti.*

16. *Quartus caſus eſt*, Quando in Eccleſia ſepultus eſt aliquis excommunicatus vitandus, *cap. conſuluiſti, de conſecratione Eccleſiæ*, quando ſcilicet talis excommunicatus eſt, ſive ſit publice denuntiatus, ſive notorius percuſſor clerici; non ſi ſit tantùm nominatim interdictus, ut notat Layman, *lib.*5.*tract.*5.*cap.*5 *n.*8. ex quo bene colligit Cardinalis Lugo *de Euchariſtia diſp.* 20.*ſect.*2.*num* 56. Eccleſiam non pollui apud ſeptentrionales per ſepultoram hæreticorum, cùm non ſint nominatim denuntiati.

Layman. Lugo.

17. *Quintus caſus eſt*, quando in Eccleſia ſepelitur aliquis infidelis, vel non baptizatus, *cap. Eccleſiam* 1.& 2.*diſp.*1. *de conſecrat.* Sub quo venit intelligendus infans non baptizatus, etiam fidelium filius, ſi ſeorſim à matre ſepeliatur: non ita verò ſi in utero matris gravidæ, jam mortuus ſepeliatur, ita notat Cardinalis Lugo, *citatus num.*57.& ex eo Pellizar. *tom.*1. *tract.*8.*cap.*5.*ſect.*2.*num.*72. §.*Noto* 11. *Eccleſiam non pollui per ſepulturam heretici baptizati.*

Lugo. Pellizar.

18. *Sextu caſus*, additur ab aliquibus, quando nempe Eccleſia per Epiſcopum publicè excommunicatum eſt conſecrata, vel benedicta. Argumento deducto ex *cap Conſuluſti, de conſecrat.* ſed ut benè notat Lezana *tom.* 4. *verb. Eccleſia, num.* 12. non apparet, unde illud ex citato cap. colligatur, quia ſolùm ibi eſt ſermo de Eccleſia, in qua excommunicatus eſt ſepultus, ut etiam advertit Layman *citatus, n.*9.

Lezana.

QUÆSTIO III.

Quænam partes ſub nomine Eccleſiæ intelliguntur, ut inde ipſa inviolata intelligatur?

SUMMARIUM.

19 *Nomine Eccleſiæ venit totum corpus illius cum ſepulturis, & capellis.*

20 *Si effuſio ſanguinis fiat in tecto, in turri, ſacriſtia, tribunis, non polluitur Eccleſia.*

21 *Si in caveis ſubtus Eccleſiam non polluitur Eccleſia.*

22 *Idem dicendum de confeſſionariis, ſi dividantur pariete.*

13 *Si fiat effuſio in choro, vel tribuna organorum, polluitur Eccleſia.*

24 *Si in Cœmeterio, vel clauſtro, hæc ſunt polluta, non verò Eccleſia.*

25 *Si homicidium contingat in gradibus, vel portaria, Eccleſia non polluitur.*

PEr Eccleſiam intelligimus totum illius corpus interius; à tecto nempe interiori uſque ad pavimentum illius, incluſis ſepulturis, ut ſtatim dicam, & ab uno pariete uſque ad alterum oppoſitum, incluſis etiam capellis, quæ unum corpus efficiunt cum ipſa Eccleſia, ut cum communi ſententia tenet Veiga *in ſumma tom.*2.*cap.*94.*caſu.*5.& à porta Eccleſiæ interiori uſque ad ipſum altare; unde notat Caſtro Palaus *tract.* 22. *diſp. unic. punct.*9.*num.*9. Polluto altari per effuſionem ſanguinis polluit totam Eccleſiam, & è contra, polluta Eccleſia, polluta ſunt omnia altaria ibi fixa. 19.

Veiga. Palaus.

Ex his colliges primò, quòd ſi talis effuſio fiat in tecto ſuperiori, vel in turri ubi cymbala collocantur, vel etiam in domo, vel cubiculo, ſuprà tectum fabricato non polluitur Eccleſia, ut cum multis tenet Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.*15.*num.*26. Deinde ſi in parietibus ſint aliquæ januæ, ſeu tribunæ, ædificatæ ad ſacrum audiendum, ex ipſa effuſione ibi facta non polluitur Eccleſia, quia non deputantur ad divina celebranda, ſed ſunt tanquam Cameræ adhærentes Eccleſiæ. Ita cum multis Fagundez *de 2.precepto lib.* 4. *c.*4.*n.*35. & Martinus Perez *de matrim. diſput.*49.*ſect.*4. *num.*7. Diana *part.*11 *tract.*8.*Miſcel.*1.*num.*34. & idem dicunt de ſacriſtia. Tamen ſi tribunæ ſunt ſupereminentes intra corpus Eccleſiæ, ex ipſis polluitur Eccleſia, ut notat Caſtro Palaus. 20.

Sanchez. Fagundez. Perez. Diana.

Colliges ſecundò: Si polluantur ſpeluncæ, aut cellulæ, quæ ſunt ſubter Eccleſiam, non polluitur Eccleſia, quia ſunt partes diſtinctæ ab ipſa Eccleſia, Suar. *de Euchariſt. diſput.* 81. *ſect.*4. Fagundez *citatus, num.*33. Aliter tamen dicendum de ſepultura, ſeu pars concava, ſeu fornix illius polluatur, quia ſepultura pars illius reputatur, ut advertit Sanchez *citatus, num.* 27. *in fine.* 21.

Suar. Fagundez. Sanchez.

Colliges tertiò: Quòd idem dicendum eſt de cellulis ad mulierum confeſſiones audiendas,

das, ſi fiat in Eccleſia, ut intra concavum parietis à parte interna Eccleſiæ Sanchez *citatus*, *num.* 34 & Fagundez *num.* 35. Qui etiam advertunt, quòd ſi confeſſionarium dividatur pariete, & ſolum per foramina in feneſtella, vel panno certato fixo, & confeſſor eſt extra parietem, eſt etiam extra Eccleſiam, ac proinde ex parte illius non polluitur Eccleſia, ſecus dicendum, ſi tale fiat ex parte mulieris, cùm ſit intra Eccleſiam.

24. Colliges quartò: Quòd chorus quamvis ſit in loco edito, & à terra prominente, ſicut & tribuna, ſeu locus organorum, maximè ſpectant ad Eccleſiam, cùm illorum cantus, ac ſonus ſit pars cultus divini, ac proinde ex illis pollutis polluitur Eccleſia, ita ex D. Antonio Sanchez *citatus*, *num.* 33. Et inde etiam Cameræ inſtar odæi ex adverſo aræ maximè ad miſſam audiendam conſtructæ, cùm non ſint deputatæ ad divina celebranda, non ſunt partes Eccleſiæ, ac proinde illis pollutis non polluitur Eccleſia. D. Anton. Sanchez.

25. Colliges quintò: Quòd ſi talis actus polluens Eccleſiam contingat in porta à parte interiori, tunc polluit Eccleſiam, ſi verò à parte exteriori, tunc cum illa pars pertineat ad Cæmeterium tunc ſolum Cæmeterium violatur, polluto enim Cæmeterio, non polluitur Eccleſia, cum minus nobile non trahat ad ſe nobilius; ſicut è contra polluta Eccleſia, pollutum cenſetur Cæmeterium, cum acceſſorium ſequatur principale, & nobilius ad ſe trahat minus nobile, ut ex Sayro, Henriquez, Suario, Coninch tradit Bonac. *de matrim diſp. unica. quæſt.* 2. *punct. ultimo, n.*20 Quòd idem dicendum exiſtimo de clauſtro, quòd reputatur tanquam Cæmeterium ad ſepulturas.

Si verò quæras quid dicendum ſit de gradibus tendentibus ad Eccleſiam, vel Cæmeterium, ſi in eis homicidium, v. g. fieri contingat, exiſtimo quòd nec Eccleſia, nec Cæmeterium polluitur, quia ſunt à parte exteriori, & tanquam viæ ad Eccleſiam. Et idem dic de portaria Conventus, in qua facto quodam homicidio, ita conſultum fiat, quia portaria nec eſt Eccleſia, nec Cæmeterium.

Quæstio IV.

Quæ notorietas, ſeu publicatio requiratur, ut ex illis caſibus Eccleſia habeatur ut polluta?

SUMMARIUM.

26 *Eccleſia judicatur polluta per delictum publicum.*
27 *Quod ad hoc ſufficit notorietas facti, affirmat prima ſententia.*
28 *Oppoſita requirit ſententiam judicis.*
29 *Prima communis in praxi, ſecunda probabilior in jure, & benè poteſt tutè ſequi in conſcientia.*

26. NOtant communiter Doctores, ut videre eſt apud Lugo *diſput* 20. *de Euchariſtia*, *num* 55. & Caſtro Palaum *part.* 2. *tract.* 1 r. *de reverentia debita locis, diſp. unica, punct.* 1. *n.* 2. Quòd prædictæ actiones, ut Eccleſia ſit polluta, non ſufficiunt, quòd ſint occultæ, ſed requiruntur, quòd ſint publicæ, & notoriæ, ut colligitur ex *cap. Significaſti de adulterio.* Et ratio eſt manifeſta, quia conſecratio, ſeu benedictio Eccleſiæ eſt publica; ergo publico delicto debet tolli. Lugo. Caſtro Pal.

Difficultas tamen eſt, ut Eccleſia habeatur tanquam polluta, an ſufficiat notorietas per evidentiam facti, an adhuc requiratur ſententia judicis declarativa de facto? Prima ſententia, & ſatis communis, eſt, quòd ut Eccleſia habeatur ut polluta, ſufficit quòd ipſum crimen, ſeu effuſio ſanguinis, vel ſeminis ſit manifeſta per evidentiam facti; ita ex Navarro, Rebello, Suar. *diſp.* 81. *de Euchariſtia, ſect. Dubitari ſolet*, Baſilius Pont. *lib.* 10. *cap.* 20. *in fine*, Fagundez *de ſecundo præcepto, lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 24. Et ratio eſt, quia per evidentiam facti ſatisfit manifeſtum, & publicum ipſum factum, ac proinde videtur non plus amplius requiri. 27. Navar. Rebellus. Suar. Baſil. Fagundez.

Ac inde inferunt, quòd quando crimen eſt occultum per decem vel viginti dies, Eccleſia non indiget reconciliatione, ſecus verò ſi cœperit publicari, ac publicè de eo conſtiterit: publicum verò dici inquiunt, quod eſt notum majori parti Parrochiæ, aut viciniæ, vel ſi in judicio conſtiterit, & ita poteſt contingere, quod quando crimen commiſſum eſt, tribus, vel quatuor ſcientibus, ac tacentibus, Eccleſia non reputetur ut polluta, nec divina officia in ea ceſſent: At verò quando crimen divulgatum fama eſt, & majori parti innoteſcit, tunc Eccleſia habetur, ac reputatur ut polluta. 28.

Oppoſita ſententia tenet, quòd non ſolùm requiritur notorietas facti, ſed etiam quod requiritur ſententia declaratoria judicis. Et hanc ſententiam probabilem dicunt Suarez, & Fagundez citati; & etiam probabile dicit Paulus *citatus*, *num* 4. *in fine*; eamque tenet Diana *par.* 6. *tract.* 6. *Reſol.* 27. Et ratio eſt, quia pœna pollutionis Eccleſiæ, ſe habet veluti quædam cenſura; cenſura autem requirit ſententiam judicis, juxta *Extravagantem ad evitanda ſcandala*: Nullus enim excommunicatus vitandus eſt, donec per ſententiam judicis declaretur cenſuram incurriſſe, quod autem hujuſmodi pœna pollutionis inſtar cenſuræ, ſeu pœnæ interdicti prohibentis ingreſſum Eccleſiæ, tenent Paludanus Sylveſter, Sayrus, Avila, apud citatum Dianam. Et Avila ſubdit ad interdictum locale reduci quodammodo Eccleſiæ violationem. 29. Diana. Palaus. Paludan. Sylveſt. Sayrus. Avila.

Verùm eſt quod prima ſententia eſt in praxi, quia ut evidenter conſtat de effuſione ſanguinis in Eccleſia, ſtatim Eccleſia habetur ut violata; tamen ſecunda ſententia in jure mihi videtur verior, & probabilior, & ſecurè poteſt benè ſequi in conſcientia, quia ille, qui effudit ſanguinem, poteſt dicere illud feciſſe in ſui defenſionem naturalem, vel illud feciſſe cum ebrietate, & amentia, vel fuiſſe in quodam motu primo, & his de cauſis hodie notorius percuſſor clerici, communis ſententia tenet, quod non ſtatim ſit vitandus, & ita in aliquibus caſibus ego vidi judicare, & reſolvi. 30.

Qu æ

QUÆSTIO V.

Quomodo Eccleſia violata reconcilianda ſit?

SUMMARIUM.

31 *Si Eccleſia eſt benedicta à ſacerdote ſimplici, vel Prælato Regulari, poteſt reconciliari, & idem dic de Cæmeterio.*

32 *Si conſecrata ſolum ab Epiſcopo poteſt reconciliari.*

33 *Si Epiſcopus eſt abſens per duas dietas à Prælato Regulari cum aqua benedicta ab Epiſcopo poteſt reconciliari.*

34 *Quid ſit una dieta.*

35 *Reycitur opinio Novarini.*

36 *Prædicto privilegio uti poſſunt Prælati Regulares, etiam præſente Epiſcopo.*

37 *Si Epiſcopus nec vult reconciliare, nec benedicere aquam, poteſt Prælatus Regularis, & n. 38.*

39 *Si violatio fiat, dum ſacerdos celebrat.*

31. PRo reſolutione hujus quæſtionis, quæ ſæpe contingit in praxi, notandum an Eccleſia ſit benedicta, vel conſecrata, ſi Eccleſia ſit benedicta, bene poteſt reconciliari per quemcumque ſacerdotem ſimplicem aqua benedicta communi, ut communiter colligunt Doctores, *ex cap. ſi Eccleſia de conſecrat.* adjuncta Gloſſa contra Toletum, & hoc etiam poſſunt Prælati Regulares quo ad ſuas Eccleſias: ſi hoc conceditur ſimplici ſacerdoti ſæculari ſine licentia Epiſcopi, nullo modo negari poteſt Prælato Regulari. Deinde Prælati Regulares ad hoc habent multa privilegia ad reconciliandas ſuas Eccleſias ex Julio II. in Bulla, *Dudum ad ſacrum* & ex Leone X. *Bulla Religionis honeſtas.* Ita Henriquez, Tamburinus, Præpoſitus, Barboſa *de poteſtate Epiſcopi.* Quos citat, & ſequitur Diana *4. part. tract. 4. reſol.* 91. Quibus adde ex Navarro, Soto, Suar. *3. part. diſp.* 81 *ſect.* 4. Avila *de cenſur. p. 5. diſp. 7. dub.* 4. Portelium *in additionibus ad dubia, verb Eccleſia, num.* 1. & idem dicunt de Cæmeterio polluto ad ejus reconciliationem.

Julius II. Leo X. Henriq. Tamburin. Præpoſit. Barboſa. Diana. Navar. Soto. Suar. Avila. Portel.

32. Si verò Eccleſiæ ſint conſecratæ, opus habent reconciliatione per Epiſcopum, qui non poteſt alteri etiam vicario ſuo hanc facultatem delegare. Reconciliatio autem Eccleſiæ conſecratæ eſt proprium munus epiſcopale: Solus ſummus Pontifex id poteſt committere ſimplici ſacerdoti. Cardinalis Lugo *de Sacram. Euchariſtia diſp* 20. *ſect.* 12. *num.* 62. Franciſc. Lugo *de Sacram lib. 5. cap. 5. quæſt.* 22. *num.* 95. Et patet *ex cap. aqua de conſecrat. diſt* Et idem dicendum de Cæmeterio conſecrato juxta declarationes Cardinalium, quas refert Barboſa *in collectanea Bullar. verb. Eccleſia,* & refert M. Lezana *tom 3. verb. Cæmeterium ad initium.*

33. Si autem Eccleſia mendicantium conſecrata polluta fuerit reverenter vocandus eſt Epiſcopus ad reconciliandum, quòd ſi Epiſcopus per duas dietas longe abſens ſit, tunc ex conceſſione Leonis X. facta Mendicantibus, poterunt ſuperiores illius Religionis, & reliqui communicantes in eorum privilegiis, prædictam Eccleſiam pollutam, cum aqua gregoriana hoc eſt facta ex vino, & cinere per ipſumet Prælatos benedicta reconciliare. Ita Confeſſorius Ugolinus, Sayrus, Barboſa, Henriquez, Avila, quos citant, ac ſequuntur, Marchinus *de Sacram. Ordinis tract. 3. part. 3. cap.* 13. *num* 14. Megala *in promp. tom. 2. verb. Eccleſia, num.* 11. *in fine,* Layman *lib 5. tract. 5. cap. 5. num.* 11. Miranda *tom. 2. quæſt.* 39. *art. ultimo concluſ* 3. Bordonius *tom.* 1 *Reſol.* 17. *n* 7. Dicaſtill. *de Euchariſt. tract 5. diſp. 4. dub. 6. numero.* 109. Pellizar. *tom. 2. tract. 8. cap. 5. ſect n.* 69.

Card. Lugo. Franc Lugo. Barboſa. Lezana. Confeſſor. Ugolinus. Sayrus. Barboſa. Henriq. Avila. Megala. Layman. Miranda. Bordon. Pellizar.

Una dieta continet ſeptem Leucas, duæ dietæ quatuordecim, ut tenet Henriquez cum Rodriguez, *tom. 1. quæſt,* 15. *art.* 2 Joan. à Cruce *epitome lib. 2. c. 5. dub. 5 compendium Privilegiorum verb Eccleſia n.* 2. Portellius *citatus.* 34.

Henriq. Rodrig. A Cruce. Compend. Portel.

Referam etiam hic opinionem quandam Antonij Novarini *in ſumma Bullarij, titulo de pollutione Eccleſiarum num.* 7. ubi ait ſuperiores Regulares ex privilegio poſſe reconciliare Eccleſias conſecratas, & citat Graſſium, *conſil.* 1. *de conſecrat Eccleſia num.* 18. Tamen hæc ſententia videtur facere multam vim diſpoſitioni juris *cap. Aqua, & cap. Propoſuiſti de conſecrat.* 35.

Ant. Novar.

Maximè notandum eſt, quòd prædicto privilegio ad reconciliandas Eccleſias ſuas conſecratas uti poſſunt Regulares, non ſolum quando Epiſcopus diſtat per duas dietas, ſed etiam quando defunctus eſt imò quocumque modo abſit Epiſcopus, morte, renuntiatione, ac depoſitione. Ita Rodriguez *tom. 2. quæſt.* 19. *art.* 5. *& poſt illum Perſicus de officio ſacerdotis dubio* 13. *num* 110. 36.

Imò maximè nota caſum. Cum in toto Regno Portugalliæ tantùm eſſet unus Epiſcopus, & exiſteus in hac civitate Olyſipponenſi, in eademmet civitate Olyſippon. eſt contigit, quòd quædam Eccleſia Regularium conſecrata violaretur ex quodam homicidio, humiliter poſtulatum eſt ab Epiſcopo, ut dignaretur Eccleſiam reconciliare, quòd ipſe firmiter negavit; deinde poſtulatum eſt ab eo, ut aquam ex vino, & cinere benediceret, quòd ipſe eadem conſtantia negavit, & nullo modo nec voluit ad Eccleſiam accedere, nec aquam benedicere, tunc à viris doctiſſimis me præſente reſolutum eſt, quòd Prælatus Regularis poterat illam aquam ex vino & cinere benedicere, & illam Eccleſiam conſecratam reconciliare, quia ad illum effectum præſentem idem erat Epiſcopus nolens, ac abſens, & ſic factum eſt, & Eccleſia reconciliata eſt à Prælato Regulari. 37.

D. Thom. *4. part. quæſt.* 83. *ad* 2. docet Epiſcopum poſſe concedere facultatem, ut in Eccleſia violata celebretur ante reconciliationem, nam, *cap Miſſorum, & cap. Hic ergo de conſecrat. diſt.* 1. Simpliciter decernitur fieri poſſe ſacrum, ubi juſſerit, vel permiſerit Epiſcopus, qui ſubinde ſicut poteſt concedere licentiam faciendi ſacrum in loco non ſacro, ſic & in templo violato, quamvis ad hoc graviorem cauſam requirat Avila, unde Cardinalis Lugo *ſuprà citatus* optime in grandi neceſſitate hoc concedit, v. g. ſi in die feſto populus non habet templum ubi audiat ſacrum. Ita etiam Diana *part.* 11. *tract.* 8. *Reſol.* 23. 38.

D. Thom. Lugo. Diana.

Pro caſu occurrenti, ſi dum ſacerdos celebrat, homici

homicidium, v. g. contigit, & hoc accidit poſt cœptum Canonem, tunc tenetur Miſſam proſequi, ut ſacrificium perficiat; ſi autem ante Canonem violatio fiat, vel Eccleſiam ingrediatur excommunicatus nominatim declaratus per ſententiam judicis, aut publicus Clerici percuſſor, tunc celebrans debet à Miſſa deſiſtere.

Quæstio VI.

An ſi Sacerdos celebret in Eccleſia polluta ipſa maneat reconciliata?

Summarium.

40 *Partem affirmantem tenent multi Auctores.*
41 *Sententia negativa eſt vera, & certa.*
42 *Ponuntur illius fundamenta.*
43 *Sacerdos celebrans in Eccleſia polluta ante reconciliationem non fit irregularis, nec ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ.*

40. Quæſtio procedit de Sacerdote celebrante bona fide. Partem affirmantem tenent Emman. Sà, Henriq. P. Perſicus, Naldus, Zerola, Avila, Dicaſtill. Thom. Tambur. quos citat, & conſtanter ſequitur Diana *part. 6. tract. 6. Reſol* 28. & p. 11. *tract. 2. Reſol.* 59. & Emmanuel Sà *verb. Eccleſia, num.* 19. ait quod hæc opinio procedit etiamſi Sacerdos celebret mala fide, & Perſicus *de Officio Sacerdotis, lib. 1. dub. 6. n.* 61. ait quod hæc opinio ſit valdè probabilis & tuta in conſcientia in praxi, propter Doctorum auctoritatem, & quia præſentia corporis Chriſti dum in Eccleſia Miſſa celebratur, reputanda eſt pro ſufficienti reconciliatione.

Sà. Henriq. Perſicus. Naldus. Zerola. Avila. Dicaſtill. Tambur. Diana.

41. Oppoſita ſententia mihi vera, & certa videtur, quod per talem Miſſæ celebrationem Eccleſia non ſit reconciliata, eam fortiter tenet Cardinalis Lugo *3. part. tom. 2. de Euchariſtia, diſp. 20. ſect. 4. n.* 91. & ejus Fr. Franciſcus *de Sacram. lib. 5. cap. 5. q. 12. n.* 99. Sayrus *de cenſuris, lib. 5. cap. 16. n.* 11. Layman *lib. 5. tract. 5. cap. 5. num.* 15. Amicus *in curſu Theologico, diſput. 33. ſect. 12. n.* 345.

Lugo. Franciſc. Sayrus. Layman. Amicus.

41. Probatur primò, quia ut notat Franciſcus Lugo *citatus*, oppoſita ſententia nullum pro ſe habet fundamentum intrinſecum ex ratione, ſed tantum extrinſecum ex auctoritate Doctorum. Secundò, ſic arguo, in re graviſſima, ut eſt reconciliatio Eccleſiæ, forma, & diſpoſitio data ab Eccleſia, non eſt mutanda; atqui Eccleſia aſſignat formam, & modum reconciliandi Eccleſiam, ſive benedictam; ſive conſecratam ut patet ex Rituali Romano; ergo talis forma ſine auctoritate Eccleſiæ non eſt mutanda. Tertiò. Si celebratio Miſſæ à Sacerdote bona fide, eſt inſtar reconciliationis Eccleſiæ, idem ergo erit de Miſſa celebrata à Sacerdote mala fide: nam bona, vel mala fides Sacerdotis celebrantis, non reconciliat Eccleſiam, ſed ipſa præſentia corporis Chriſti in Miſſa dum celebratur, & tantum adeſt, quando Sacerdos celebrat, bona fide, ac mala; ergo ſi Auctores contrarii præter Emmanuelem Sà negant talem reconciliationem in Miſſa celebrata à Sacerdote mala fide, debent etiam negare, in Miſſa celebrata bona fide.

Franc. Lug.

Sylveira Opuſcula.

43. Ex quo obiter nota, quod Sacerdos celebrans in Eccleſia polluta ante reconciliationem, non fit irregularis, ut expreſſe determinavit *in cap. Is qui, de ſententia excommunicationis*, nec incurrit ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, nec fit irregularis, etiamſi celebret in eodem loco. Ita ex Paludano, Suarez *tom. 3. ad 3. part. diſp. 81. ſect. 4. §. penultimo*, & ex Sà, Layman, Avila, Fagundez, Diana *part. 6. tract. 6. Reſol.* 28.

Paludan. Henriq. Suar. Sà. Layman. Avila Fagundez. Diana.

Quæstio VII.

De aliquibus privilegiis, quibus gaudent Eccleſiæ Regularium.

Summarium.

44 *Eccleſiæ, & Monaſteria Regularium exemptorum ſunt libera à juriſdictione, ac poteſtate cujuſvis Ordinarii.*
45 *Bulla Sixti IV. maximè de hac re.*
46 *Expenditur prædicta Bulla Sixti.*
47 *Ordinarii non poſſunt præcipere, ut in Eccleſia Regular. confeſſionarii ſint in tali loco, necne Euchariſticum Sacramentum exponatur, & num.* 48.
49 *Ordinarii non poſſunt viſitare Eccleſias Regularium, ſed Parochiales ſolum, quæ pertinent ad Officium Parochi, n.* 50.
51 *In occurrentia in Eccleſiis Collegiatis, & Cathedralibus dicendæ ſunt duæ Miſſæ, hoc non procedit in Eccleſiis Regular. & num.* 52.
53 *In Eccleſiis Regularium ipſis invitis non poſſunt Epiſcopi actus juriſdictionis exercere. Affirmant aliqui, negat communis ſententia, & n.* 54. & 55.
56 *An in Eccl. Regular. Parochiali poſſint viſitare tabernaculum Sacræ Euchariſtiæ?*

44. Eccleſiæ Regularium, ac eorum Monaſteria, & cætera, quæ ad eos ſpectant, ſunt omnino libera, & exempta à juriſdictione, ac poteſtate D D. Epiſcoporum, itaut in eis non valeant aliquid ordinare, ac præcipere ut conceſſum à multis Summis Pontificibus per ſuas authenticas Bullas, referam unam tantum Joannis 22. conceſſam Patribus Carmelitanis, & refertur *in eorum mari magno Sixti IV. Bulla* 37. apud Bullar. Rodriguez & *in Compendio Carmelitar. Diſcalceator. fol.* 22. Bulla incipit, *Dum attenta meditatione, num.* 5. ita ait:

Rodrig. Compend. Carmel.

45. *Ea propter, dilecti in Domino filii devotionis veſtræ precibus favorabiliter annuentes, vos, & prædictum ordinem, perſonas, & Eccleſias, Oratoria, domos, res alias, & loca veſtra, ac ſpectantia ad eadem, in quibus inhabitatis ad præſens, vel habitabitis in futurum, cum omnibus juribus, & pertinentib. ſuis, ac perſonis degentibus in eiſdem, in jus, & proprietatem Beati Petri, & Apoſtolicæ Sedis aſſumimus, illâque à cujuſcunque Diœceſani, & cujuslibet alterius poteſtate, & dominio omnimodè in perpetuum prorſus eximimus, & de gratia ſpeciali decernimus ex nunc vos, & ordinem veſtrum per-*

Bulla.

Ec ſonas

perſonas, Eccleſias, Oratoria, domos, & loca præfata ac pertinentia ad eadem, ſoli Romano Pontifici, & dictæ ſedi tam in ſpiritualibus, quam temporalibus, abſque ullo medio ſubiacere, ita quod, nec locorum Ordinarij, nec alia quævis perſona Eccleſiaſtica in vos, & Ordinem veſtrum, perſonas, Eccleſias, & Oratoria, domos, loca præfata, utpote prorſus exempta poſſunt excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti promulgare ſententias, aut aliàs poteſtatẽ juriſdictionis aliquam exercere, quod ſi forſitan quidquam in contrarium à quocunque fuerit attentatum, illud omnino ſit irritum, & inane. Similia privilegia habentur *in mari magno ejuſdem Sixti Quarti* conceſſa Patribus Dominicanis, & Franciſcanis, & Auguſtinianis, ac Patribus Societatis per Bullam Gregor. XIII. de quo late Rodrig. *tom. 2. quæſt. 2. art. 17. in fine, & 63.* Maranta *de Ordine judiciario, part. 6. membr. 1. n. 63.* & citat multos alios. Bordon. *Reſol. 32 n. 367.*

Rodrig. Maranta. Bordon.

46. Ex quibus verbis apertè conſtat, quod Religioſi ſunt de familia Papæ *utpote in jus, ac proprietatem Beati Petri.* Et quod Domini Epiſcopi nullam habent juriſdictionem in eos, nec in ſuas Eccleſias, nec quæ ad eos pertinent, ut conſtat ex verbis expreſſis Pontificis: *Ac cujuſvis Diœceſani, & cujuſlibet alterius poteſtate, juriſdictione, ac dominio prorſus eximimus.* Et ſic Domini Epiſcopi nullã habent poteſtatem, ac juriſdictionem in Eccleſias, ac loca Regularium *utpote in jus, ac proprietatem B. Petri aſſumimus;* ac proinde, ſi Domini Epiſcopi in hoc ſe volunt intromittere, erit falcem mittere in ſegetem alienam; & addit Summus Pontifex, *Quidquid in contrarium à quocunque fuerit attentatum, illud omninò ſit irritum, & inane.*

47. Ex quibus multa deducuntur. Primò, non poſſunt præcipere Domini Ordinarij, ut in Eccleſia Regularium Confeſſionarij ſint in tali, & tali loco, ut in controverſia fuit deciſum in hac Curia Olyſſiponenſi, quia Eccleſiæ Regularium ſunt omnino exemptæ ab eorum juriſdictione.

48. Secundò Colligendum eſt, quod Domini Ordinarij non poſſunt præcipere, ut Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, etiam à Regularibus, non exponatur abſque eorum licentia, niſi aliquibus Illuſtriſſ. Cardinalium declarationibus, quas adducunt Barboſa, & Gavantus, de quibus dicam ſuo loco, quæ cauſa multoties eſt agitata in hoc Regno, tamen omnis difficultas excluditur, quia Clemens VIII. conceſſit Reverend. admodum Patribus Sancti Ioannis Evangeliſtæ in hoc Regno, ut liberè, & licitè valeant exponere Sacram Euchariſtiam quoties ei bene viſum fuerit, quod Breve authenticum ego vidi, & ad longum referam infra, cum de Sacra Euchariſtia fuerit ſermo.

Barboſa. Gavant.

49. Tertiò, colligendum eſt, quod Domini Ordinarij non poſſunt viſitare Eccleſias Regularium. Ita apertè cõſtat ex quadam declaratione Cardin. relata à Rodrig. *tom. 1. q. 36. art. 4* & à Quaranta *in ſuma Bullarij, verb. Privilegium, fol. 514.* & ita habet, *Cõgregatio Concilij cẽſuit Epiſcopos, aut alios cujuſvis loci Ordinarios vigore cujuſvis Decreti ejuſdẽ Cõcilij, nullam habere facultatẽ quovis tempore in Eccleſiis, Monaſteriis, domibus Regulariũ exemptorum, quibus non imminet cura animarũ perſonarum ſæcularium, viſitandi Sacriſtias, paramenta, vaſa ſacra, Altaria, & cætera hujuſmodi, aut etiam tabernaculum, ſeu pixidem, in qua Sãctiſſimum Sacramentum aſſervatur.* In quo maximè annotanda ſunt illa verba, *quibus non imminet cura animarum perſonarum ſæcularium.* Si ergo Regulares habent aliquas Eccleſias Parochiales, cum cura animarum ſæcularium, ſubſunt viſitationi quoad ea, quæ pertinent ad curam Parochianorum, & Sacramentorum conſervationem, ac adminiſtrationem, & ſi in præfatis delinquant puniri poterunt ab Ordinario intra ſepta Regularis loci ut notat Lezana *tom. 1. cap. 11. num. 7. ex Concilio Lateranenſi in Bulla Leonis X. quæ habetur in Bullario, tom. 1. conſtit. 10. ipſius Leonis.*

Rodrig. Quarant. Lezana.

50. Et ita etiam deciſum eſt à Concilio Tridẽtino *ſeſſione 7. de Reformatione c. 7* dicente: *Beneficia Eccleſiaſtica curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, ſeu aliis Eccleſiis, vel Monaſteriis, Beneficiis, ſeu Collegiis, aut piis locis quibuſcunque perpetuò unita, & annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum ſingulis annis viſitentur.* Inquiſitioni ſolum ſubiacent Parochiales Regulares ad ea, quæ ſpectant ad Officium Parochiale, quoad alia ſubijciuntur ſuis Prælatis Regularibus, ut patet ex Tridentino *ſeſſione 25. cap. 11. de Regularibus, & ex quadam Bulla Gregorij XV. in ordine* 18. ſi verò aliam facultatem habeant Epiſcopi, hanc debent oſtendere, ut notat Peirinus *tom. 3. privileg. cap. 2. n. 6.*

Trident. Trid. ut. Peirin.

51. Colligendum quartò. Quod quamvis Eccleſiæ Cathedrales, & Collegiatæ juxta quandam declarationem Sacræ Congregationis Rituum, quam refert Gavantus *in Rubrica Miſſalis, tom. 1. part. 3. tract. 10. num* 8. teneantur in occurrentia duas Miſſas cantare, unam de Feſto poſt tertiam, & alteram de feria poſt nonam, quod dicendum etiam de Eccleſiis Regularium tenet Portel. *verb. Miſſa, n. 7. in dubiis Regularium.*

Gavant. Portel.

52. Tamen talis obligatio non militat in Eccleſiis Regularium, quæ ſub Eccleſiis Collegiatis non intelliguntur, nec veniunt, ut probat Rodriguez *tom. 1 quæſt. 43. art. 12.* & in terminis noſtræ reſolutionis tenet Villalobos *tom. 1. tract. 8. diffic. 19. n. 4.*

Rodrig.

53. Colliges quintò. An in Eccleſiis Regularium ipſis invitis poſſit Epiſcopus actus juriſdictionis exercere, ut chriſmare, ordinare, confirmare, degradare, facereque proceſſiones ſolemnes ac generales. Epiſcopis favet, quod poſſint talia facere M. Lezana *in mari magno Carmelitar. §. 77. num. 122.* & Bordonius etiam *tom. 1. in Conſil. Regular. Reſolut. 7. n. 132.* & ratio eſt, quia talia facere ſunt honorifica, & quando privilegia, ait Lezana, prohibent Epiſcopo Conventus publicos in domibus Regularium convocare, intelligi debet de Conventibus odioſis, contumelioſis, ac præjudicialibus, non verò de his, qui cedunt in honorem, & æſtimationem Religionis.

Lezana. Bordon.

54. Negativa tamen ſententia, quod non poteſt Epiſcopus talia exercere in domibus Regularium ipſis invitis, eſt communis, quia talia ſunt actus juriſdictionis, qui nequeunt fieri in loco exempto, ab Epiſcopo. Ita Tamburin. *de jure Abbatum, tom. 1. diſput. 15 quæſt. 16. num. 10.* & Bordon. *tom. 2. Concil. Reſol. 68. quæſt. 6 num. 21.*

Tambur. Bordon.

Unde

Vnde melius re conſiderata retractat ſententiam, quam dedi *priori tomo ſupra citato*, & in hæc ſententia eſt Diana *p.9.tract.5.& Miſcell. 1. Reſol. 47. alias* 48.

55\. Imprimis in tali loco exempto non poteſt ordines celebrare, quia actus eſt juriſdictionis Ancharan, *in Clementina Archiepiſcopo, num.*8. Cardinalis *ibidem, n.3. in principio*, & *num.*5. Immola *n.*4. Abbas *n.*3 Vitalin. *n* 20. nec etiam poteſt Sacramentum Confirmationis miniſtrare, quia habet mixturam juriſdictionis, & Officij Epiſcopali Anchar. Cardinalis Imola, Abbas, & Vitalinus *in locis proximè citatis*, neque degradare Anchar. *ibidem n.* 21. neque facere proceſſiones ſolemnes, & generales, quia hoc potius eſt Officij, quam honoris Epiſcopalis Vitalinus *ibidem n.* 55.

Ancharan. Cardinalis. Immola. Abbas. Vitalinus.

56\. Colliges ſextò, reſolutionem cujuſdam caſus; quod annis elapſis contigit in hoc Regno Portugalliæ, D. quidam Epiſcopus Conimbr. voluit Sacrarium, ſeu tabernaculum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ in Conventu Monial. *de Lorvam* Ord. S. Benedicti viſitare, Religioſi, qui aderant, reſtiterunt. Reſolutum fuit à Doctoribus Conimbricenſibus, quod ſi Sacrarium erat ſeparatum, vnum Monaſterij, alterum Parochiæ, quod poterat Epiſcopus viſitare illud, quod erat Parochiæ, utpote quia ad ipſum ſpectabat. Si autem unum, & idem erat ſacrarium, ſeu tabernaculom Sacræ Euchariſtiæ, quod tunc non poterat, quia revera erat in Eccleſia, à Capella Monaſterij quod principaliter, & ab antiquo ita reputabatur; & poſtea acceſſorium fuit, ut fieret Parochiale, & principale ſemper trahit ad ſe acceſſorium.

RESOLUTIO XXXII.

De Eccleſiaſticis quoad eleemoſynam.

QUÆSTIO PRIMA.

Quonam jure teneatur Eccleſiaſticus eleemoſynas facere?

SUMMARIUM.

1 *Prima opinio affirmat teneri Eccleſiaſticos ex decentia, ſecunda vero ex jure Eccleſiaſtico. & n.* 2.

3 *Diana ait hanc obligationem provenire ex ipſa rei conſtitutione.*

4 *Hac obligatio immediatè oritur à jure Eccleſiaſtico, radicaliter à divino.*

5 *Ad illa admonet Apoſtolus.*

1\. SÆPE à magnis Viris, ac Prælatis de materia hujus reſolutionis ſum interrogatus; ut quæſtionem à primis fundamentis explicemus, inquirendum eſt à quo jure talis obligatio oriatur. Et primo Petrus de Lorca 2.2. *D. Thomæ quæſt. 38. art. 9. ſect.... diſp. 40. memb. 2. n.* 44. ubi intendit probare hoc ex quadam convenientia emanaſſe, non jure poſitivo introductum, ut aliqui Doctores dicunt apud Navar. *q.* 1. *n.* 22. E contra Vaſq. *Opuſculo de eleemoſyna, cap.4. n.*15. ſe nullum legale, qui aſſerat, jure tantum humano teneri Eccleſiaſticos ſuperflua in vſus pios expendere.

Lorca. Navar. Vaſquez.

Secunda tamen ſententia affirmat hanc obligationem in Eccleſiaſticis provenire ex jure Eccleſiaſtico, ex Concilio Carthaginenſi, & ex Concilio Tridentino *ſeſſione* 25. *cap.* 1. *de Reformatione*, ubi juxta Canones Apoſtolorum, præcipit Sacrum Concilium, quod hujuſmodi bona diſtribuantur in pauperes. Ita Sotus *de juſtitia, lib* 10. *quæſt.* 4. *artic.* 3; Leſſius *lib.* 2. *cap.4. dub.6. num.* 47. Banius *in Theologia Morali, tom.* 3. *lib.* 2. *tractatu* 9. *quæſtione* 4. Eſcobar *in Theologia Morali, tractatu* 5. *examen.* 5 *cap.* 4. *num* 45. Machado *in ſumma, tomo* 1. *lib* 3. *part.* 3. *documento.*9 *num.*8. citant Toletum, Sanchez, Trullench, & alios. 2.

Tridènt. Sotus. Leſſius. Baunius. Eſcobar. Machado. Toletus. Sanchez. Trullench.

Tertiò. Diana *coordinatus tom.* 4. *tract.* 9. *Reſolut.* 20. *num*, 4 *alias part.* 10. *tractatu* 11. *Reſolut.* 35. ait, quod ex communi ſententia talis obligatio provenit ex natura rei, ac ex eorum conſtitutione, quia ſunt bona Chriſto conſecrata, & inde convertenda in pium & charitativum obſequium, & non in uſus profanos, ac impios, quod erit grande peccatum, & ait ipſe Diana eſſe ſpeciem ſacrilegi, ea profane expendere, quia ut Divus Thomas *ſecunda ſecundæ, quæſt.* 99. *artic.* 3. Sacra ſunt, & ideo quemadmodum fit illis injuria, ſi furto rapiantur, ita etiam ſi profanè inſumantur, & utrumque eſt ſacrilegium. 3.

Diana. D. Thom.

Dicendum exiſtimo quod hæc obligatio, ne conſumantur in uſus profanos, ſed pios, ac eleemoſynas pauperum formaliter, ac immediatè provenit à jure Canonico, ut ait ſecunda ſententia radicaliter, ac fundamentaliter ex natura ipſorum bonorum, ſeu ut clarius dicam à jure divino. Quod hæc obligatio formaliter proveniat à jure Eccleſiaſtico probat ſecunda ſententia ex Concilio Carthaginenſi, Tridentino, ac multis aliis juribus: quod autem hæc obligatio radicaliter ac fundamentaliter proveniat ex jure divino patet ex ipſo Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 1. *de reformatione*, de bonis Eccleſiaſticis dicitur, *quæ ſunt Dei*; ſunt enim res Dei ut probant Tiraquell. *de Conſtitut. limit.* 16. *num.* 3. Navar. *Commentat.* 2. *de Regularibus, num.* 3. & *de reddit. Eccleſiaſtic. quæſt.* 1. *num.* 40. & 4. Joannes Valer. *de differentia vtriuſque fori, verb. Munera, diffic.* 1 *num.* 5. & ratio eſt manifeſta, quia hujuſmodi bona ſunt comparata ex decimis, quæ ex jure divino debentur. Jus autem divinum ea Eccleſiis applicat ad fabricam, & ſuſtentationem ipſius Eccleſiæ, ac Miniſtrorum ejus, & etiam ad opera pia, & honeſta, & non ad vſus illicitos, & prophanos, ſed in pauperes, & egenos. 4.

Trident. Tiraquell. Navar. Valerius.

Hinc Apoſtolus Paulus 1. ad Tim. 3. n. 2. ait, *Oportet Epiſcopum eſſe ornatum, pudicum hoſpitalem*, id eſt, ut pauperes egenos, debiles, ac peregrinos recipiat ad alimoniam, ita ut domus Epiſcopi ſit hoſpitium egenorum, ita D. Hieron. *in epiſtola ad Joannem Epiſcopum*. Et idem S. Doctor. *ad Oceanum*; & idem ipſe Apoſtolus ſcribens ad Titum c. 1. n. 7. ait: *Oportet Epiſcopũ eſſe non turpis lucri cupidum.* 5.

1\. Tim. 3. D. Hieron. Ad Tit. 1.

ſed hoſpitalem, benignum. Id eſt, ne ſit cupidus ad augendos ex multis redditus ad negotiationes faciendas, ad ditandos conſanguineos, & amicos. Ita exponunt *Patres Concilij Antiocheni*, apud Euſeb, *lib.* 8. *Hiſtoriarũ*, *c.* 23. *&* 24. Quod graviter eſt damnatum per Sacros Canones 3. *q.* 2. *cap. Si quis, &* 17. *q.* 4. *cap. Alias.*

Conc. Antiochenum. Euſebius.

Quæstio II.

De quibus bonis teneantur Eccleſiaſtici eleemoſynas facere.

SUMMARIUM.

6 *Bona Eccleſiaſtica in triplici differentia.*
7 *De bonis tantum Eccleſiaſticis eſt quæſtio.*
8 *In dubio nullus præſumitur ſe velle privare jure ſuo.*
9 *Si Eccleſiaſticus ſubſtraxit de ſua ſuſtentatione poterit expendere.*
10 *Epiſcopus, & Eccleſiaſticus, quæ ſuperſunt ex ſua congrua, tenentur expendere in eleemoſynas, & pia opera, & n.* 11. 15.
13 *Inde patet quod magis obligantur Eccleſiaſtici ad eleemoſynas, quam laici.*

6. BOna Eccleſiaſticorum poſſunt conſiderari in triplici differentia. Primò, quædam ſunt bona patrimonialia, quæ ſucceſſione ſanguinis à ſuis majoribus accepta, vel ex donatione alicujus benevoli amici obveniunt. Secundò, ſunt quædam quaſi patrimonialia, quæ comparantur tanquam ſtipendia propriæ actionis, ac induſtriæ, ut pro celebratione Miſſarum, vel habenda concione, vel pro funere defunctorum comitando, vel proceſſione peragenda, vel viſitando Epiſcopatu, ferendi ſententias, & cauſis audiendis, pro agendo aliquo negotio Eccleſiæ, vel aliorum, vel pro lectione publica in univerſitate, vel pro canendo in choro, vel pro organis pulſandis, pro tibiis inſufflandis, audiendis confeſſionibus, denique pro quocunque alio titulo diſtincto à titulo beneficii, reputantur bona quaſi patrimonialia. Tertiò, ſunt quædam alia bona merè Eccleſiaſtica ex beneficiis comparata, ut ſunt fructus ex decimis, ex aliis piis legatis Eccleſiæ ac beneficio annexis. Ita Navar. *tr. de Redditib. q.* 1. *n.* 4. Leſſ. *lib.* 2. 4. *dub.* 6. *in princ. n.* 35. Corduba *lib.* 1. *q.* 18. *in princ.* Molina *tract.* 2. *diſp.* 142. *in princ.* Vaſq. *Opuſculo de Redditib. cap.* 5. §. 2. *dub.* 1. *num.* 16.

Navar. Leſſius. Corduba. Molina. Vaſquez.

7. Secundò, certum quod ex bonis primo & ſecundo modo acceptis non obligantur Clerici ad eleemoſynas faciendas, ſiquidem illa tenent, ac poſſident, ſicut alij laici, de iiſque habent plenum dominium, illaque poſſunt dare pro ſua libertate, de eiſque conſanguineos ditare, ad majora promovere, ſicut & cæteri ſæculares, ut notant proximè citati Auctores, hoc enim tantum, ut notat Caſtro Palaus *p.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 2. *punct.* 5. *n.* 3. eſt illis prohibitum de bonis tantum Eccleſiaſticis, quæ illis veniunt ex redditibus ſui beneficij: hoc enim eſt eis prohibitum ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. 1 *de reform.* unde magno Conſilio Illuſtr. Dom. D. Veriſſimus ab Alencaſtro aſſumptus ad Archiepiſcopatum Bracharenſem, & Illuſtriſſ. D. Antonius de Saldaña ad Epiſcopatum Vianenſem, & Illuſtr. D. Franciſcus Barretto ad Epiſcopatum Algarbiorum, omnes fecerunt inventaria de bonis, quæ habebant patrimonialia, vel quaſi patrimonialia, antequam ad ſuos Epiſcopatus tranſirent, ut ſcirent quæ bona patrimonialia, vel quaſi patrimonialia habebant, ut de illis diſponerent ſecundum jura.

Caſtr. Pal. Trident.

Ex quo maximè notandum ſecundò, quod beneficiato integra ſuſtentatio debetur ex beneficio, unde ſi ipſe ex ſuis bonis patrimonialibus emat unam villam, agrum fertilem tritici, vel vineam, ex quibus bona pars, ſeu aliqua inſervit ad ejus ſuſtentationem, tunc poterit ex fructibus beneficij recompenſationem facere proportione ſervata, & ex eis tantum inſumere in his, quæ voluerit, quantum accepit ex patrimonialibus, niſi ipſe habuiſſet expreſſam voluntatem nullam recompenſationem faciendi; ſi autem dubitet, poterit judicare, quod nullam talem intentionem habuit: nam in caſu dubio nemo præſumendus eſt ſe velle jure ſuo privare. Ita cum Navarro, Molina, Leſſio, Caſtro Palaus *citatis*, *n.* 4. 8.

Navar. Molina. Leſſius Caſtr. Pal.

Notandum eſt tertiò, contra Panormitanum *in cap. Cum omnes, de rebus Eccl. num.* 27. & Sarmientum *de Redditibus, part.* 3 *cap.* 5 *n.* 1. *& ſeqq.* ac Granado 1. 2. *D. Thomæ Comment.* 3. *tract.* 11. *diſp.* 3. *num* 121. quod de ſua congrua ſuſtentatione, quam unuſquiſque Clericus poteſt licitè de pingui, ſeu groſſo beneficij accipere, ejúſque redditibus: ſi velit, aliquid ſibi ſubtrahere, valde parcè vivendo poterit quidquid ſubtraxerit expendere pro libito, abſque peccato mortali, non tamen ad uſus profanos. Ita Sanchez *in Opuſculis, tom.* 1 *lib.* 2. *c.* 2 *dub.* 45. Molina *de Primog. Hiſpan. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 50. Avendañus *Reſp.* 19. *n.* 12. Hurtadus §. 113. Diana *coordin. tom.* 4. *tract.* 7. *Reſol.* 24. *n.* 4. *alias part.* 5. *tract.* 8. *Reſol.* 27. cum Navarro, Ledeſma *citatis ab ipſis.* 9.

Panormit. Sarmient. Granado. Sanchez. Molina. Aved. Hurtad. Diana. Navar. Ledeſma.

Dicendum eſt ergo, certum, & indubitatum eſſe teneri Epiſcopos, vel Beneficiatos, ea omnia, quæ ſuperſunt ſuæ congruæ ſuſtentationi ex fructibus ſuorum beneficiorum, in eleemoſynas, ac pia opera expendere ſub peccato mortali. Hæc eſt omnium ſententia Auctorum tam qui citati ſunt in hac quæſtione, quam ſuperiori, quos etiam in magno numero citat Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, p.* 1. *tit.* 2. *Gloſſa* 9. *n.* 30. & ſequentia. & in Collectanea ad Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reform.* 10.

Barboſa.

Probatur ex fundamentis datis ſuperiori quæſtione. Deinde quia Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 1. *de Reformatione*, diſtrictè, ac rigoroſè præcipit Epiſcopis, ut bona Eccleſiaſtica, *quæ Dei ſunt*, in pauperes diſtribuant juxta Canones Apoſtolorum, ne pravo affectu in fratres, ac conſanguineos, & familiares diſtrahant, & conſumant, & hos expreſſit Sancta Synodus apertè, *fratres, nepotes, propinquóſque carnis affectu.* Circa hos enim ſolent Epiſcopi eſſe cæci. Baldus *in Authent. quicunque, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Franciſcus Lucas *in Theſauro fori Eccleſiaſtic. p.* 1. *c.* 3. *n.* 37. & eandem doctrinam, quam Sacrum Concilium dat ad Epiſcopos, extendit ipſe etiam ad omnes beneficiatos, & etiam uſque ad Illuſtriſſimos Dominos Cardinales. 11.

Trident. Baldus. Franc. Luc.

Probatur etiam ſecundò. Quia bona bene- 12.

ficij

ficij cum ſint ex decimis, ut ſuperiori quæſtione dixi, & applicata ab Eccleſia, vel data à fidelibus ad ſuſtentationem tantum miniſtrorum, vel ad pauperum miſeriam ſublevandam, vel ad pia opera exhibenda, ergo abſque gravi peccato non poſſunt in alios vſus conſumi, ac erogari, cum agatur contra intentionem applicantis, ac dantis talia bona.

13. Ex quo infertes majorem obligationem eſſe in viro Eccleſiaſtico ad dandam eleemoſynam, quam in laico: nam Eccleſiaſticus maximè Epiſcopus ut Paſtor tenetur inquirere neceſſitate oppreſſos, ne fortè ratione illius à recta via declinent, quæ obligatio non datur in laicis, ut
Valentia. docent Valentia 2.2 *diſp.10. quæſt.3. punct.7.*
Vaſquez. *verſ. Sexto certum eſt.* Vaſquez *de eleemoſyna, cap.4.n.14.* Deinde quia Eccleſiaſticus obligatur ad ea, quæ ſuo præſenti ſtatui ſuperſunt in eleemoſynas, aliave pia opera expendere, niſi aliàs prudentialiter occaſio occurrens ſeu neceſſitas poſtulet: laicus quæ ſibi ſuperſunt ex ſuo præſenti ſtatu, poteſt apud ſe retinere, vel ad aliorum ſtatum, & pompam dare, quod non poteſt facere beneficiatus.

QUÆSTIO III.

Prabendatus Eccleſiaſticus qualem partem ex beneficio debet ſibi aſſumere ad ſui ſuſtentationem, & qualem tenetur in pauperes erogare?

SUMMARIUM.

14 *Loquimur in hac quæſtione de neceſſitate communi.*
15 *Vna ſententia affirmat, quod tenetur dare quartam partem.*
16 *Altera ſententia, quod tenentur ad tertiam partem.*
17 *Probabilior quod prudentialiter res ſit judicanda.*
18 *Diverſa ratio in beneficio pingui, ac tenui ſecundum tempus & loca.*
19 *Attendenda qualitas perſonæ, & ut viri timorati ejuſdem qualitatis vivunt, & num. 20.*
21 *Varij caſus, ſi habeat cognatos pauperes, vel filios ſpurios, & n. 22. 23.*

14. DUrus eſt hic ſermo, ſed verus, ait Granado *In exordio iſtius quæſtionis*, ſtatim citandus, & conveniunt omnes Doctores, quos vidi teneri Eccleſiaſticos ex redditibus ſuorum beneficiorum, quæ ſuperſunt ab eorum ſuſtentatione expendere in eleemoſynis, & piis operibus in neceſſitate communi: nam in graviſſima, ac urgentiſſima tenentur etiam, & maximè Epiſcopi etiam multa de ſua ampla ſuſtentatione ſubtrahere, imò & vendere vaſa argentea, ac ſuppellectilem ad alendos pauperes. Ita
Bannez. Bañez, Granado, Hurtadus, & ſtatim citandi. In
Granado. neceſſitate communi quantum ſit dandum, ac
Hurtadus. largiendum in eleemoſynas eſt tota difficultas.

15. Primò, tenet Azor. *tom.2. lib.12. cap.11. quæſt.1. in fin.* quod beneficiatus obligatur ut expendat in pauperes quidquid illi supereſt ex ſua ſuſtentatione. Secunda ſententia, & ſatis

Sylveira Opuſcula.

communis tenet Epiſcopum, vel Clericum præbendatum teneri dare quartam partem ſuorum fructuum in pauperes, & opera pia. Ita
ex Navarro, Sotus *lib.4. de juſtitia, quæſt.4.* Azor.
art.4. verſ. quamvis documentum. Toletus *lib.8.* Navarr.
cap.38. cum Tabiena, Molina *tract.2. diſp.146.* Sotus.
§. contrarium cum Majori. Lorca 2.2. *diſp.40.* Toletus.
num.43. Granadus 2.2. *controverſ.3. tract.11.* Tabiena.
diſp.3. num.21. Hurtadus de Mendoça 2.2. *vo-* Molina.
lum.2. diſp 160. ſect.15. §.105. uſque ad §.110. Lorca.
Trullench. *in Decalog. tom.1. lib.1. cap.5. dub.9.* Granado.
num.1. Machadus *de Præfecto, tom.2. lib.4.* Hurtadus.
part.1. tract.6. docum 6. Bañez 2.2. *quæſt.38.* Trullench.
art.6. dub. ult. 5. Ex dictis omnibus, & ſubdit. Machad.
Ego ſanè nullum Epiſcopum Hiſpaniæ abſolverem, niſi ſaltem quartam partem redditorum in eleemoſynas expenderet, & hæc ſententia eſt probabilis. Bannez.

Lorca, Hurtado, & etiam Sotus *proximi citati*, docent quod Epiſcopus & Beneficiati ſatisfaciant, ſi ex ſuis redditibus dent tertiam partem. Et ratio eſt, quia Eccleſiaſtici habent verum dominium, in ipſa bona Eccleſiaſtica, ergo ex juſtitia bene legi miſericordiæ, ac pietati, & præcepto Eccleſiaſtico planè ſatisfaciunt, ſi dent bonam partem, quia Clerici in Choro, in reſidentia, in cœlibatu, & aliis, habent ſuos labores: unde abundanter ſatisfaciunt, ſi dant tertiam partem, v. g. Epiſcopus habens triginta mille aureos in ſuis redditibus, ſatisfacit, ſi det decem millia pauperibus, ac piis locis; ex viginti verò quæ poteſt habere pro ſua ſuſtentatione, poteſt etiam ex illis adjuvare conſanguineos, & familiares; & hæc ſententia etiam eſt probabilis. 16. Lorca. Hurtado. Sotus.

Tamen probabilior, ac verior mihi videtur ſententia, quod hæc res determinanda eſt judicio viri prudentis, ac timorati, ut docent Cardinalis Lugo *tom 1. de juſtitia, diſput.4. ſect. 3. n.40. 41.* Caſtro Palaus *tom. 1. tract.4. diſp.2. puncti 5. num.8.* pro quo meo videri multa conſideranda ſunt, qualitas locorum, ac temporum, nam pro ratione locorum, ac temporis res habet majus vel minus pretium, & plura requiruntur in uno loco, ac tempore, quam in alio. Deinde maximè conſideranda qualitas beneficij ac perſonarum. 17.

Vel beneficium tam mediocres habet proventus, quod tantum ſufficiunt ad mediocrem ſuſtentationem beneficiati, vel ad etiam Epiſcopatus, vel beneficium adeo tenue, ut non ſufficiat per ſe ſolum ad ſuſtentationem. Si habet Eccleſiaſticus redditus valdè pingues, tenetur dare in eleemoſynas tertiam, vel quartam partem, ut inquiunt Auctores ſecundæ, & tertiæ ſententiæ, & ex ſuperfluis tenetur dare medietatem, ut expri- 18.
munt Hurtado, Lorca, Machadus *citatus*, Hurtado.
quia talia bona ſunt dona Dei, & patrimonium Lorca.
pauperum, ut inquiunt Concilia, & Patres. Machado.
Si verò Eccleſiaſticus habet mediocres proventus ad ſuam mediocrem ſuſtentationem, vel valdè exiguos, qui non ſufficiunt ad ſui ſuſtentationem, parum, aut nihil, tenetur dare. Huc venit, quod Sanctus Senior Tobias Tobiæ 4.
dicebat filio ſuo cap. 4. num. 4. *Quomodo potueris ita eſto miſericors: ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartire.* Dixi per ſe ſolum ad ſui ſuſtentationem, quia ſi bona habet

patrimonialia, vel quaſi patrimonialia, quæ de illis aſſumit ad ſui ſuſtentationem poteſt illa recompenſare ex fructibus beneficij, ut jam dixi *ſuperiori quæſtione.*

19. Etiam de qualitate beneficii, ac perſonæ, maximè conſideranda res, quod ille, qui habet magnam dignitatem, v. g. Archiepiſcopatum, vel Epiſcopatum valdè pinguem, majorem menſam, familiam, ac ſupellectilem debet habere quam Decanus, vel alius Clericus, & ſub his veniunt etiam moderata convivia, liberales, & remuneratoriæ donationes; hæc enim expediunt, & conveniunt tali ſtatui, ob ſui amplitudinem ad animos reconciliandos, ut notant Molina *citat. diſp.* 145. §. *Tertium eſt*, & Valentia 2. 2. *diſp* 10. *quaſt.* 3. *punct.* 4. §. *Itaque.* Nec enim Eccleſia vult ſuos miniſtros auſteros, & inorbanos, ſed ut honeſto, ac urbano modo vivant.

Molina. Valentia.

20. Unde regula generalis in hac re eſſe poteſt, ut taliter vivat Eccleſiaſticus, qualiter alii viri timorati habuerũt vivendi modum: nam Eminentiſſ. D. Cardinales, qui ſunt primi Principes totius Eccleſiæ modo decenti, urbano, ac convenienti tantæ dignitati vivunt, ad majorem auctoritatem, & venerationem recõciliandam; ſic & Eccleſiaſtici debent decentem, & convenientem vivendi modum habere, ut alii viri in eadem dignitate, & ſicut illis expedit ſuos cõſanguineos, ac propinquos in neceſſitatibus ſublevare, ita & illi facere poſſunt, ne dedecus ſit beneficiatos in multa egeſtate ſuos cõſanguineos habere. Ita Navar. *q.* 1. *de Redditib. Monaſt.* 77 *n.* 5. Molinà *diſp.* 146. §. *Dubium eſt.* Sotus *lib.* 10. *q.* 4. *art.* 4. §. *Quamvis documentum.* Toletus *lib.* 8. *n.* 38. cum Tabiena, Coninch *de charitate, diſp* 27. *dub.* 11. *num.* 185. & alios citat Diana *coordin. tom.* 4. *tract.* 7. *Reſolut.* 23. *alias p.* 5. *tract.* 8. *Reſol.* 27.

Navarr. Molina. Sotus. Toletus. Tabiena. Coninch. Diana.

21. Ex quibus inferunt Caſtro Palaus *citat. n.* 9. *circa finem*, & Diana *coordinatus citato tract.* 7. *Reſol.* 21. *alias p.* 10. *tract.* 11. *Reſol.* 36. *n.* 3. poſſe Eccleſiaſticos ex fructibus beneficii alere filios ſpurios, ſi dentur, quod abſit, quia poſito dicto jure naturæ debetur illis ſuſtentatio, & ſuſtentatio illis debetur juxta qualitatem beneficiati, unde major dos debetur filiæ ſpuriæ Sacerdotis nobilis, quam filiæ alterius Sacerdotis pauperis, & inferioris conditionis intra limites tamen filiæ ſpuriæ, quæ eſt multo inferioris conditionis, ac ſi eſſet legitima, ita Molina *diſp.* 246. *in fine*, qui verſiculo antecedenti addit, doctrinam eſſe limitandã, ut intelligatur in eo caſu, quo beneficiatus non habeat alia bona, quibus valeat dare filio ſpurio alimenta, quia ſi habet ad illa filius habet jus, ac proinde videtur quod Sacerdos ex illis tenetur filium alimentare, & quamvis hoc revera ita ſit conſulendum, tamen inquiunt Palaus, & Diana *citati*, cum Valentia 2. 2. *diſp.* 10. *q.* 3. *punct.* 7. §. *Neque ſolum.* Quod quamvis ita ſit conſulendum, tamen videtur durum, ita affirmare, ut ex obligatione ſic faciendum eſſet, quia filius etiam ſpurios habet jus non ſolùm in perſonam patris, ſed etiam ad omnia illius bona, ut ex eis ſuſtentetur; & pater habet obligationem ad ſuſtentandos filios, ergo etiam ex fructibus beneficii, quia illorum pater eſt Dominus, & ſicut ex eiſdem fructibus poteſt donationes gratuitas facere, ſic & jus naturæ, ac obligationes naturales adimplere.

Palaus. Diana. Molina. Palaus. Diana. Valentia.

22. Ex his infert etiam ipſe Diana *citata Reſolutione, num.* 2. *ad finem*, poſſe Epiſcopos abſque præjudicio pauperum Diœceſis præbere Regi, ac Principi extremis neceſſitatibus oppreſſo in adjutorium bellorum contra Hæreticos aliquam ſummam denariorum ex fructibus bonorum Epiſcopalium, quod bis cum Viris Doctiſſimis de hac quæſtione vidi conſului, quod nempe in magna Regni neceſſitate, ac pro illius defenſione poterant Eccleſiaſtici dare de fructibus beneficiorum Regi ad juvamen juxta *cap. Sancta Maria, cap. Adverſus, de immunitate Eccleſiæ,*

Diana. Cap. Sancta Maria. C. Adverſus.

23. Circa qualitatem perſonæ etiam maximè conſiderandum, an Eccleſiaſticus ſit perſona valdè illuſtris, ac nobilis, & Vir maximè doctus, ac literatus: ut inde plus illi pro ſua ſuſtentatione aſſignandum ſit, negat Lorca 2. 2. *diſp.* 40 *ſect. n.* 39. quia beneficiarii fructus dantur pro congrua beneficiali ſuſtentatione, ergo parum prodeſt, quod ſit Vir apprimè nobilis, vel doctus.

Lorca.

24. Contraria tamen ſententia tenet, communis, & deſumitur ex *cap. De multa, de præbendis*, ubi in Concilio Lateranenſi Innocentius III. ſtatuit, quod in pluralitate beneficiorum poſſit cum valdè nobilibus, ac notabiliter doctis diſpenſari; valdè infructifera eſſet diſpenſatio, ſi non poſſent pluſquam alii in ſua ſuſtentatione inſumere. Confirmatur, quia ſatis communis eſt ſententia, quod Vir magnus nobilitate, ac literis, quando non poteſt reſtituere, niſi cum magna jactura honoris, ac auctoritatis, & cum indecentia ſuæ perſonæ, non tenetur reſtituere, ut docent uterque Navarrus, Leſſius, Azorius, Sayrus, Molina Valeotia, quos citat, ac ſequitur Bonacina *diſp.* 1. *de reſtit. queſt. ultima, punct.* 1. *n.* 13. ergo ſi tales perſonæ pro ſua congrua ſuſtentatione ratione ſui ſtatus liberantur à reſtitutione in præſenti, etiam liberantur ab ordinaria ſuſtentatione communi cum aliis. Deinde quia maximè decet ad honorem, ac auctoritatem Eccleſiæ habere miniſtros valde nobiles, & maximè doctos.

Navarr. Sayrus. Molina. Valentia. Bonacina.

25. Confirmatur ex Apoſtolo Paulo 1. *ad Tim. c.* 5. *n.* 17 dicente: *Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habentur*, juxta D. Chryſ. D. Ambroſ. Theoph. Theodoret. Haymon, explicant duplici honore, non ſolùm reverentia, ſed, etiam ſubſidio, ac alimonia ad vitam ſuſtentandam. Inde Apoſtolus, verſu ſequenti, immediatè ſubdit: *Scriptum eſt non alligabis os bovis triturantis, dignus eſt mercenarius mercede ſua.* Sic & explicatur illud Proverb. 31. num. 5. *Omnes domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus.* Id eſt, veſtibus pretioſis, ac magnificis, pro eorum dignitate, cum eſſent domeſtici tantæ Reginæ, ac Dominæ.

1. Tim. 5. D. Chryſ. D. Ambr. Theophy. Theodor. Haymon. Prov. 31.

Cum his omnibus, quæ diximus, quod magna pars ex fructibus beneficii expendenda ſit in pauperes, & etiam ex his, quæ ſuperflua ſunt; cum hoc tamen maximè ſtat, quod multum incumbit Epiſcopis, & Prælatis, ſuarum Eccleſiarum fabrica, bona ſtructura, decentia, ac convenientia in apparatu, veſtibus, ac ornamentis, cum omni affectu ad illa habent intendere, ac hæc procurare. In quo conveniunt omnes Doctores.

QVÆ

Quæstio IV.

An Penſionarii ſicut & cæteri beneficiaris teneantur ad eleemoſynas?

SUMMARIUM.

27 *Prima ſententia affirmat abſolutè eos teneri.*
28 *Secunda abſolutè negat.*
29 *Tertia & vera diſtinguit inter penſiones datas titulo ſæculari, vel clericali ſeu. In primo negat, in ſecundo vero concedit, & num. 30.*

27. Navar. IN hac re eſt triplex ſententia. Prima abſo-
lutè affirmat eos teneri. Ita Navar. *opuſc. de*
Sarmient. *de ſpoliis Clericorum* §.1.*num.6.* & §.7.*num.7.*
Sarmientus *de redditibus, part.3.cap.5. num.7.*
Quia cum talia dona ſint Eccleſiaſtica tale onus
28. affixum ſecum aſportant.
Gigans. Covar. Secunda ſententia abſolutè negat hanc obli-
gationem in penſionariis; illam tenet Gigans
Azor. *tract. de Penſionibus, quaſt.51.* Covar. *cap. Cum
in officiis de teſtamentis, num.6.* Azor. 2. *tom.
lib.7. quaſt.* 12. Et dicit hanc ſententiam eſſe
Lugo. communem, & multi alij Doctores, quos citat,
Vaſquez. ac ſequitur Cardinalis Lugo *tom.1. de juſtitia,
diſp.4. ſect.3. num* 3. & Vaſquez ita ei adhæ-
ret *tract. de eleemoſyna, cap 4 dub. ultimo in
fine.* Ut dicat ſe neminem vidiſſe, qui contra-
rium ſentiat. In hoc tamen exceſſit, ut notat
Lugo *citatus*, cum ſint multi, & graviſſimi
Auctores pro contraria ſententia. Probatur;
Primò, quia Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25.
cap. 1. *de reformat.* Agens de obligationibus
ad eleemoſynas ſolùm loquitur de Epiſcopis,
ac Beneficiatis; ergo non eſt extendendum ad
plura. Et ratio eſt, quia ex eo quod Pontifex
imponit penſionem alicui beneficio, jam ex-
trahit partem illam ab eo beneficio; & hæc
ſententia eſt probabilis.

29. Tertia ſententia, quæ mihi ſimpliciter eſt
vera, diſtinguit in penſiones, quæ dantur titulo
Sotus. ſæculari ac quæ dantur titulo Clericali, ac ſpi-
Sanchez. rituali, illas immunes ſe dicit ab hoc onere,
Molina. non verò iſtas. Ita Sotus, Corduba, quos citat,
Hurtadus. ac ſequitur Sanch. *lib.2.conſil.c* 2.*dub.47.*Mo-
lina *tom 1.tr.2.diſp.145.n.5.*Hurtad. de Mēdoça
Palaus. *in* 2.2.*diſp.160.ſect.7.§.117.*Caſtro Palaus *tom.1.*
Diana. *tract.6.diſp.1.punct.7.num.5.* & 6.Diana *tom.4.
tractat.7.Reſolut.29.*Coordinatus aliàs *part.5.
tractat.8. Reſolut.29.* Unde inquiunt Auctores
citati, quod penſio, quæ datur Clerico ad ſui
ſuſtentationem, affert ſecum illud onus; quæ
verò conferuntur Principibus ſæcularibus,
dantur propter multa merita, obſequia, vel
labores perpeſſos ob bonum, vel defenſionem
fidei, ac Eccleſiæ, vel ob bonum commune,
ac Reipublicæ, quod maximè ſpectat ad con-
ſervationem ipſorum fructuum.

30. Navar. *At verò valde diverſimodè ſe habet penſio,
quæ datur Clerico, ut multis probat Navar.
*variis in locis, & præcipuè de redditibus, quaſt.
1.num.32.* Primò, quia talis obligatio eſt anne-
xa redditibus beneficiorum, ergo ad quoſcum-
C. Paſtoral que tranſit cum ſuo onere, Argum. *cap. Litte-
ris de pignoribus, & cap. Paſtoralis de decimis.*
Secundò, non poteſt penſionarius in penſio-
ne aliter diſponere, quàm vult Papa, qui con-
cedit ſolùm pro alimonia; ergo implicitè in-
ſinuat, nolle eos prodigere, *cap.* 1. 42. *diſt.*
& §.1. 44 *diſt.* ergo ex ſuperfluis tenetur dare
mediam partem in eleemoſynam. Tertiò, ei
qui minus præmii meretur non debet plus
præmii dari, Argumento §. 1. *Inſtituta de ju-
ſtitia, & jure, & l. Iuſtitia, ff. eodem titulo,* L. Iuſtitia.
Minus autem meretur penſionarius, qui non
tenetur dicere officium divinum, neque ſervi-
re, ad utrumque autem Beneficiatus cum
onere ſimul dandi eleemoſinam, ergo ad hanc
etiam tenetur penſionarius: ex his manent ſo- Trident.
luta argumenta ſecundæ ſententiæ. & Tri-
dentinum ponit id, quòd magis eſt in uſu, ac
frequentia, ut ſunt Beneficiati, ac Epiſcopi.

Quæstio V.

An Beneficiati ex diſtributionibus teneantur ad eleemoſinas.

SUMMARIUM.

31 *Prima ſententia affirmat eos teneri.*
32 *Secunda vera, ac communis negat.*
33 *Multiplici ratione probatur ſecunda ſententia, & num.34.*

QUæſtio præſens eſt, quid judicandum ſit 31.
de diſtributionibus, quæ dantur Cano-
nicis, vel Beneficiariis, ob aſſiſtentiam in
choro, an teneantur ſcilicet dare ex ſuperfluis
eleemoſinas, ſicut ex fructibus beneficii. Pri-
ma ſententia, quam tenent Navarrus, ac mul- Navar.
ti alii, quos citant, ac ſequuntur Sanchez, Sanch.
tom.1. Concil. lib.2. cap.2. dub.46.& Molina Molina.
tract.2.diſp.143.§. ſecundo probat, affirmat eos
teneri.

Secunda ſententia, & ſatis communis, 32.
quam tenent Sylveſter, Covar. Decius, Pala- Sylveſt. Covar.
tius, Iulios Clarus, & alii multi, quos citant, Decius.
ac ſequuntur Bonacina, *tom.1.tract 4.de obli-* Palatius.
gation. inſumendi fructus beneficij in pios uſus. Clarus.
punct.1. num.18. & multis relatis Azor. *tom.2.* Bonac.
*lib.7.cap. 9.quaſt.1.*Filliucius etiam *in Appen-* Azor. Filliuc.
dice, tract.43.cap.3.quaſt.11. Cardinalis Lugo Lugo.
tom 1.de juſtit.diſp.4.ſect. 3.num.23. affirmat
eos non teneri.

Ratio eſt, quia licèt illæ diſtributiones ex 33.
ipſius beneficij fructibus proveniant, jam ta-
men ab Eccleſia non conſignantur tanquam
in ſuſtentatione Canonici, ſed ad alium finem,
ut ſtudium, ac aſſiſtentia frequentandi cho-
rum foveatur, & tanquam ſtipendium, ac mer-
ces illius laboris, quare ſicut portio, quæ ex-
trahitur ex aliqua præbenda, ut merces canto-
ris, ac Magiſtri Grammaticæ tranſit ſub ejus
libero dominio, ac diſpoſitione, quia datur
ut merces talis laboris, quamvis ex fructibus
Canonicatus deſumatur, ſic & de diſtributio-
nibus videtur dicendum, quia dantur in ſtipen-
dium, ac præmium illius laboris, & aſſiſten-
tiæ, & ut etiam alii ſtimulentur ad chori fre-
quentationem.

Et confirmatur, qui habet dignitatem, & 34.
Canonicatum, vel duos Canonicatus in eadem

Eccleſia, licèt percipiat duplices fructus, tamen non recipit duplices diſtributiones, quia hæ dantur propter aſſiſtentiam, quia hæc eſt vna, & non duplex, & ideò portio diſtributionis non debet multiplicari, niſi alicubi legitima conſuetudine contrarium habeatur, ut docent Francus, Ludovicus Gomez, Rochus de Curte, quos refert Covar. *lib. 3. variar. quæſt.* 13. & alij, quos refert, & ſequitur Bonac. *diſputatione 2. de horis Canonic. quæſt. 4. punct. 3.* quia diſtributiones ſunt ſtipendia perſonalia, pro opere, præſentia, quæ eſt una, & non duplex.

Francus. Gomez. Rochus. Covar. Bonacina.

Quæstio VI.

An Eccleſiaſticus ex ſuperfluis ſui beneficij poſſit theſaurizare ad faciendum unum hoſpitale, vel collegium?

SUMMARIUM.

35 *Prima ſententia arguit theſauriſantes.*
36 *Alij dicunt, quod quando non eſt neceſſitas præſens, ex his quæ ſuperſunt, poſſunt emi poſſeſſiones, vel poni in theſauro.*
37 *Ponuntur varij caſus, qui ſi non dentur, benè poſſunt Eccleſiaſtici congregare pecunias ad opus pium faciendum.*

35. Valde feverè multi Doctores agunt contra theſaurizantes de bonis Eccleſiaſticis, quæ ſuperſunt, & ſuperflua ſunt, dicuntque ſubveniendum neceſſitatibus præſentibus, vel etiam his, quæ de proximo imminent, Ita. Gerſon, Dionyſius Carthuſianus. Abulenſis, Navarrus, Soto, quos refert Sanch. *tom. 1. conſil. lib 2. cap. 2. dub. 28. num.* 12.

Gerſon. Carthuſian. Abulenſis. Navarr. Soto. Sanchez.

36. Alij verò duce D. Thoma. 2. 2. *quæſt.* 185. *art. 7. ad 4. ibi*, Caietan. & etiam D. Anton. Navar. Abulenſ. Onchagavia, Petrus Soto apud eundem Sanchez dicunt, quòd quando non eſt neceſſitas præſens, licèt ex redditibus emere poſſeſſiones, vel exponere in theſauro pro futuris neceſſitatibus, & ita ait Vaſquez *tract. de eleemoſyna, cap. 4. dub. vltimò, num. 16. §. Ad hunc finem*, ſcilicet: *Monaſterium conſtruendum, quando neceſſitas in præſenti non vrget ſervare aliqua in futurum bona laudabile eſt.*

D. Thom. Caietan. D Anton. Navar. Abulenſ. Onchag. Soto. Sanches. Vaſquez.

37. Iuxta mentem Doctorum D. Thomas, Soti, Cajetani, Sanchez, Vaſquez, quos proximè citavi, & etiam Molinæ *diſput.* 145. §. *Dubium etiam*, Cardinalis Lugo *tom. 1. de juſtitia, diſp. 4. ſect. 3. num.* 41. Eccleſiaſticus ſe debet habere in hoc negotio tanquam bonus œconomicus, ac Paterfamilias. Primò ſi graves neceſſitates in præſenti urgent, non poteſt pecunias recondere, nec theſaurizare, cum alij pereant. Secundò, ſi timetur neceſſitas, ſeu paupertas imminens, & non eſt facilè, vnde illi valeat ſubveniri, vel timetur rerum defectus benè poteſt aliquid recondere pro futuro caſu, ut ſibi provideat. Tertiò, ſi animo fixo intendit facere aliquod opus bonum, & pium, verbi gratiâ Collegium Religioſorum, etiam poteſt recondere, quia ad tale opus incipiendum requiritur bona pecuniarum copia, hoc tamen debet fieri multa cautione, inquiunt Molina, & Lugo citati, vel donatione facta, vel teſtamento condito, vel emptis poſſeſſionibus ad tale, vel tale opus, vel facta firma declaratione talis pecuniæ ac ſi jam eſſet applicata ad tale opus; nam quæ jam in pium finem congregantur, ſi in eorum poteſtatem deveniunt, qui profanè, ac perdite illa inſumant, peccant; vnde ſanè & prudentiſſimè ait Eccleſiaſt. 9. *Quodcumque facere poteſt manus tua inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Eccleſiaſt. 9.

Quæstio VII.

An fructus Eccleſiæ expendendi ſint in pauperes illius loci, an etiam poſſint extra illum?

SUMMARIUM.

38 *Prima ſententia negat teneri in eodem loco.*
39 *In eadem ſententia Molina, Navarrus, niſi aliud poſtulet bonum commune.*
4 . *Quinam veniant ſub nomine pauperum, & quibus prius ſubveniendum.*
41 *Quotuplex ſit neceſſitas.*
42 *Si pauperes ſuæ Diœceſis, vel alterius ſunt in communi, ſuis pauperibus ſubveniendum.*
43 *Si pauperes hujus Diœceſis ſunt in communi neceſſitate, alterius in extrema iſtis ſubveniendum.*
44 *An verò prius Eccleſiæ, deinde pauperibus ſit ſubveniendum.*

Quæſtio præſens, an Epiſcopus teneatur expendere fructus in pauperes ſuæ Diœceſis, an etiam in alios extra illam. 38. Primam ſententiam tenet Azor. *lib 7. cap. 11. quæſito ſecundo*, cum Navarro, cui etiam adhæret Bonacina *tract. 4. de obligatione inſumendi fructus, punct. 2. num. 3.* Dicunt enim jure communi non eſſe obligationem diſtribuendi, vel expendendi in eo loco, cum ſacri Canones ſanxerint, decimas eſſe ſolùm ad vſus Clericorum, Eccleſiarum pauperum, & peregrinorum, atque advenarum.

Azor. Bonacina. Navar.

A qua non diſtat multum Molina *tom. 1. de juſtitia. diſp. 145. §. Illud verò*. Vbi etiam cum Navarro ait, non eſſe neceſſarium, ut ea pia opera fiant in loco beneficij, quando illud non poſtulat bonum commune Diœceſis, regni, aut totius Eccleſiæ, v. g quod Collegium in tali vniverſitate ad alendos miniſtros Eccleſiæ, quia ſi non occurrat peculiaris ratio, talia opera pia debent fieri in utilitatem loci, vel Diœceſis, ex qua percipiuntur reddiens. 39.

Molina. Navarr.

Lorca 2. 2. *diſp. 40. membr. 2. num. 40.* & Garcia *in ſumma Theologia Moralis, tract. 1. diffic. 4. dub. 2. num. 10.* inquiunt quod in fructibus Eccleſiaſticis diſpenſandis, ſervandus eſt ordo, ut primo occurratur pauperibus loci, aut Provinciæ ex quibus deſumuntur fructus beneficij, & hoc opus reliquis præferendum: ſub nomine pauperum veniunt Conventus Monialium, ac Religioſorum, & deinde viri nobiles, Comites, 40.

Lorca. Garcia.

tes, Duces, ac etiam conſanguinei. Deinde (Diana.) alijs, & exteris ſubveniendum; vnde ait Diana. *Coordinatus, tom.4.tract.7.Reſolut.*21.aliàs *p.*10.*tract.*11.*Reſol.*36.Ex his ergo olim reſpondi non poſſe Cardinalem ex fructibus ſui Epiſcopatus fabricare Eccleſiam Romæ ſi pauperes ſuæ Diœceſis graviter egebant.

45 Pro reſolutione quæſtionis notandum eſt, quòd triplex eſt neceſſitas, communis, extrema, & gravis. Communis eſt illa, quam patiuntur communiter pauperes, qui oſtiatim petunt: nomine autem neceſſitatis extremæ intelligimus illam, quando aliquis indiget neceſſarijs naturæ ad vitam conſervandam; nomine verò gravis dicitur illa, ut explicat (Coninch.) Coninch.*diſput.* 27.*de charitate. dub* 8.*num.*114. *&* 115. Cardinalis (Lugo.) Lugo *tom.*1.*de juſtitia, diſput.*4.*ſect.*3.*num* 38.§. *Hæc doctrina*, qualis ex defectu rerum neceſſariarum, & in periculo certo incidendi in gravem miſeriam, verbi gratià, morbum gravem, longam incarcerationem, & in periculo probabili incidendi in extremam neceſſitatem, & ex his reſolvenda eſt quæſtio.

42. Quando ergo pauperes tuæ Diœceſis, & alterius proximæ ſunt in eadem communi neceſſitate, ſubveniendum eſt pauperibus tuæ Diœceſis, quia tales pauperes ſunt tanquam membra illius Eccleſiæ, tanquam ſub ſuo capite. Eccleſia illa habet jus ad illos redditus, cum ſint illi applicati ex decimis; ergo eleemoſynæ ex illis fructibus primò, & maximè ſunt faciendæ pauperibus illius loci, cum pertineant ad illam Eccleſiam, & illis pauperibus indigentibus potiùs ſubveniendum eſt quam ædificare unam Eccleſiam Romæ.

43. Si verò pauperes hujus Epiſcopatus, cui præeſt, ſunt in neceſſitate communi, alterius verò in extrema, his qui in extrema ſubveniendum, hoc poſtulat rectus charitatis ordo, cum etiam laici teneantur ſubvenire proximo in extremo laboranti, ait Sapiens (Proverb.25.) Proverb. 25. num.21 *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitierit, da ei aquam bibere;* quòd non ſolùm de extrema neceſſitate, ſed etiam de gravi, communiter interpretantur Expoſitores; nam in gravi neceſſitate conſtituitur homo in magna miſeria, & oppreſſione, ex quo paratur oſtium ad multa mala. Inde inſita eſt nobis obligatio ex charitate ſubveniendi homini conſtituto in gravi neceſſitate, ut docet Divus (D Thom.) Thomas 2.2. *quæſt* 66.*art.*1.& alij multi, quos citat, ac ſequitur Caſtro (Palaus.) Palaus *tom.*1.*tract.*6. *de Charit.diſp.*2.*punct.*9.*num* 5.Nam licèt pauper hujus Diœceſis habeat veluti quoddam jus, ut ex redditibus illius Eccleſiæ, ſeu ex decimis, illi ſubveniatur; At ille, qui eſt in extrema, aut gravi neceſſitate, habet ſuperius jus ex naturali lege inſitum.

44. (Divallius.) Divallius 2.2.*tract.de Charitate, quæſt.*3. *de de eleemoſyna, fol*...ait quòd Eccleſiaſticus præbendatus debet expendere non ſolùm unam partem, ſed etiam ſuperflua in pauperes; Deinde in Eccleſiam, quem ordinem non approbo, ſed prudentialiter pro majori, expendenda ſunt illa in Eccleſiam, vel in pauperes prout gravior, ac vehementior exigentiæ occaſio poſtulaverit; eo maximè, quia ſecundum juris diſpoſitionem neceſſitas Eccleſiarum præfertur exigentiæ pauperum, nam cum olim Clerici in communi viverent, & nullarum rerum haberent dominium, ſed tantùm Epiſcopus omnia diſtribuebat *cauſa* 12. *quæſt.* 1. tamen cùm ex tali rerum partitione multæ querimoniæ eſſent exortæ, Summus Pontifex (Pontifex.) Simplicius anno 471. in quatuor partes fructus diviſit. Primam aſſignavit Pontifici, ſecundam Clericis pro meritorum qualitate diſtribuendam: Tertiam Eccleſiæ fabricæ. quartam pauperibus, *cap. de redditibus* 12. *quæſt.*2. (Gelaſius.) Idemque confirmavit Gelaſius I. *in cap. vobis enim, &* 4. *quæſt* 12. *quæ.*2. & Gregorius (Gregor.) Magnus *cap. cognovimus eadem cauſa, & quæſtione*, tamen communiter portio Eccleſiæ prælata eſt pauperibus.

Q u æ s t i o VIII.

An Eccleſiaſtici, ſi eleemoſynas debitas non præbeant, non ſolum mortaliter peccent, ſed etiam ad reſtitutionem teneantur?

SUMMARIUM.

45 *Quod Eccleſiaſtici non ſunt domini ſuorum redditu um eſt prima ſententia.*

46. *Secunda & communis affirmat, eos acquirere dominium.*

47 *Probatur ex Concilio Trid. & ratione.*

48 *Vnde ſi bona beneficiorum non expendant in pauperes, peccant, ſed non tenentur ad reſtitutionem.*

49 *Quod ra ionibus probatur.*

50 *Et nullum fundamentum efficax aſſignatur in contrarium.*

REſolutio quæſtionis dependet ex alia gravi quæſtione; an nempe Eccleſiaſtici ſint domini, ac retineant dominium Eccleſiaſticorum redditum. Negativam ſententiam tenent multi graves Auctores Antiqui, Alenſis Richardus, Paludanus, D. Antonin. Major, Petrus Sotus. quos citant, ac ſequuntur Michaël Medina *de recta fide.lib.*7.*c.*21.& fortiter Navar.*tr. de redditibus quæſt.*1.*n.*21.& ut probabiliorem Tannerus *tom.*3. *diſput.*4.*quæſt.*6. *dub.*8.*n.* 215. 45. (Alenſis. Richard. Paludan. D. Anton. Major. Sotus. Medina. Navarr. Tanner.)

46. Secunda ſententia, & valdè communis tenet Clericos acquirere verum dominium fructuum ſuorum beneficiorum, Sotus, Bordonus, Reginaldus, Sanchez, Hurtado de Mendoça, Molina, Valentia, Azorius, Turrianus, Vaſquez, Coninch, Sarmiento, quos citant, ac ſequuntur Leſſius *lib.*2.*cap.* 4.*dub.*6. *num.* 43. Caſtro Palaus *tom.*1. *tract.*6.*diſp.*2.*punct.*6.*n.*5. Diana *Coordinatus, tom.*4.*tract.*7.*Reſol.*26.*n.*2. aliàs *part.*5.*tract.*8.*Reſol.*31.qui conſtanter docent Clericos habere dominium ſuorum fructuum. (Sotus. Bordon. Reginald. Sanchez. Molina. Valentia. Leſſius. Palaus. Diana.)

45. (Trident.) Probatur: Primò ex Concilio Trid. *ſeſſ.* 22. *c* 3. *de reformat.* ubi expreſsè dicitur *Abſentes fructus ſuos non facere, nec de eis acquirere dominium.* Ergo reſidentes fructus ſuos faciunt, & de eis acquirunt dominium. Secundò ut patet ex calce ſuperioris quæſtionis *num* 44. ſacri Canones dividunt ipſos fructus inter Clericum, Eccleſiam, ac pauperes, fruſtra autem

talis

tâlis diviſio fieret, niſi Clerici dominium compararent, quia diviſio rerum communium, & illarum aſſignatio cuilibet facta dominium confert juxta *l. 1. C. communia vtriuſque judicij*, ait ibi lex: *Diviſionem prædiorum vicem exemptionis obtinere placuit*. Tertiò, quia illa pars fructuum aſſignata eſt Clericis in præmium ſui laboris reſidentiæ; nam *dignus eſt mercenarius mercede ſua*. L. 1. C. Communia.

48. Unde docent Auctores noſtræ ſecundæ ſententiæ, Clericos acquirere dominium fructuum beneficiorum ſuorum; vnde ſi ea, quæ eis ſuperſunt pro ſua ſuſtentatione, in alios vſus etiam profanos expendunt, & non in eleemoſynas, & in alia opera pia, ad quæ tenentur, peccant quidem mortaliter, ſed minimè ad reſtitutionem tenentur.

49. Quòd citatis multis Auctoribus probat Caſtro Palaus *citato, num 5.* quia rigida juſtitiæ obligatio non eſt imponenda ſine manifeſto Textu, ac aperta ratione; atqui nullus eſt Textus, nec aperta ratio ad talem obligationem perſuadendam; ergo non eſt imponenda, imprimis nec eſt Textus apertus, quia ſi in aliquibus decretis vocantur Clerici, qui non ſunt eleemoſynarij, raptores pauperum, homicidæ, hoc dictum eſt per exaggerationem, vel ad excitandum ad eleemoſynas faciendas, vel ſermo eſt de illis Clericis qui non contenti ſua tertia parte, ſed etiam de illa, quæ eſt pauperum defraudant, vel eſt ſermo de ſæcularibus avaris, de quibus Patres frequenter loquuntur, vt dicit D. Thomas 2. 2. *quæſt. 18. art. 7. ad primum*. Palaus. D. Thom.

50. Quòd autem nulla ſit efficax ratio contrarium perſuadens; inde probatur: Quia fructus beneficij præcipuè conſiſtunt in decimis, primitiis, & oblationibus, quæ non liberaliter, ſed titulo juſtitiæ dantur à populo Dei miniſtris, ut inſerviant nempe Eccleſiæ, & populo; ergo in his non poteſt populus aliquam juſtitiæ obligationem imponere, ab Eccleſia autem non conſtat ſub tali onere datos fuiſſe fructus, imò potius bono fundamento oppoſitum colligitur, ex eo quòd Eccleſia non reſcindat, nec annullet donationes profanas, & exceſſivas factas à Clericis in detrimentum pauperum; & ſi pauperes haberent juſtitiæ jus ad ſuſtentationem miniſtrorum ſuperfluam, Eccleſia non permitteret eos ita defraudari.

Quæstio IX.

An Religioſus factus Epiſcopus abſolvatur à voto paupertatis, ut prodigè largiens non teneatur ad reſtitutionem?

SUMMARIUM.

51 *Prima ſententia concedit in beneficio perpetuo, non verò amovibili.*
52 *Prima ſententia affirmat, quod ex eo quod Religioſus aſſumptus ſit ad Epiſcopatum, quòd ſit abſolutus à voto paupertatis.*
53 *Contraria ſententia eſt vera, & communis.*
54 *Probatur efficaci ratione.*
55 *Ponitur argumentum ex cap. ſtatutum.*
56 *Reſpondetur ad argumentum, & explicatur prædictum cap.*

Extra controverſiam eſt, quòd ſi Religioſus habet aliquod beneficium ſive regulare, ſive ſæculare, quòd nullum habet dominium, ſed totum eſt penes ſuum monaſterium, ſolumque illi datur adminiſtratio in pios uſus; & tunc non peccabit mortaliter contra votum paupertatis. Vaſq. *de redditibus, cap. 3. dub. 8.* diſtinguit de Religioſis aſſumptis ad beneficium regulare, vel ſæculare; nam ſi beneficium eſt amovibile non facit fructus; at verò ſi eſt perpetuum beneficium, & extra obedientiam Prælati, eodem modo de fructibus beneficij poteſt diſponere, ac alij clerici, ſed contraria ſententia eſt omnino communis, ſiquidem adhuc tenetur aſtrictus voto paupertatis, nec alius eſt Doctor, qui contrarium dicat. Ita Sanch. *lib 6. in Decalog cap. 6. num 36.* Caſtro Palaus ſtatim citandus. 55. Vaſquez. Sanchez. Palaus.

Tota difficultas eſt de Religioſo aſſumpto ad Epiſcopatum, an ipſo facto ſit liber à voto paupertatis; prima ſententia eſt affirmativa. Ita Sotus, Michaël Medina, Angelus, Vaſquez, & multi alij, quos citant, ac ſequuntur Alphonſus de Leone *de offic. Confeſſor. p. 1. relect. 11. n. 178.* Marq. *lib. de orig. Eremitar.* S. Auguſt. *cap. 5. & 4.* Hurtadus de Mendoça *in 2. 2. diſp. 360. ſect. 3. §. 156.* & eam probabilior dicit Sanchez citandus, & multi alij, quos citat, ac ſequitur Diana *part. 3. tract. 2. Reſolut 50.* & ipſe Diana *Coordinatus, tom. 4. tract. 7. Reſol. 16.* aliàs *p. 5. tract. 8. Reſol. 31.* qui aſſerunt Epiſcopum non manere cum voto paupertatis, ſed acquirere verum dominium, ac ſi nunquam fuiſſet Religioſus. Unde ſi aliquis Epiſcopus Religioſus expendat fructus redditum Eccleſiaſticorum in uſus prophanos, peccabit mortaliter ut cæteri Epiſcopi ſæculares, ſed non tenebitur ad reſtitutionem, fundamenta poſtea ponam. 52. Sotus. Molina. Angelus. Vaſquez. Alphonſus. Hurtadus. Sanchez. Diana.

Contraria tamen ſententia, quæ eſt valdè communis, & mihi verior eſt, tenet Epiſcopum Regularem manere aſtrictum voto paupertatis, & non effici dominum redditum Eccleſiaſticorum, ſed ſolùm eſſe adminiſtratorem; vnde ille ſupervacuè, & prodigè largiens, atque etiam accipiens tenetur ad reſtitutionem. Ita D. Thom. 2. 2 *quæſt. 185. art. 8.* Cajet. Soto, Navarr. Valentia, Covarruvias, Molina, quos citant, ac ſequuntur Sanch. cum multis citatis *lib. 6. Decalog. cap. 6. n. 8.* Leſſius *de juſtitia lib. 2. cap. 4. dub. 5. n. 29. & cap. 41. dub 11. num 92.* Ægidius Coninch *diſput. 27. dub. 11. num. 200.* Sarmiento *de reddit. Eccleſ. monito. 11. num. 1.* Caſtro Palaus *tom. 1. tract. 6. diſp. 11. punct. 8. num. 3.* eamque ſic probo. 53. D. Thom. Cajetan. Soto. Valentia. Covar. Molina. Sanch. Sarmiento. Palaus.

Primò: votum ex ſua natura obligat, ex jure divino, ac naturali, ergo votum paupertatis factum à Religioſo, etiam Epiſcopo adhuc manet in ſua obſervantia: maximè cum de illius diſpenſatione nullus aſſignetur textus, obligatio voti eſt expreſſa, diſpenſatio non apparet, ergo voti obligatio perſeverat. Secundò. Vota Religioſorum in tantum poterant diſpenſari, ſi obſtarent muneri Epiſcopali, ſed abdicatio dominij non obſtat tali muneri, conceſſa libera facultate adminiſtrandi redditus Epiſcopales, cæteraque bona in vſus 54.

pios,

pios, & decentes, ergo nulla eſt ratio, ut dicatur diſpenſatus in voto paupertatis.

55. Cſtatutum. Argumentantur adverſarii pro prima ſententia, ex *cap. ſtatutum* 18. *queſt.* 1. ubi dicitur: *Statutum eſt ſecundum Patres, à Synodo confirmatum eſt, ut monachus, quem electio Canonica, à jugo regulæ monaſticæ abſolvit, & ſacra ordinatio de monacho Epiſcopum fecit, velut legitimus hæres, paternam ſibi hæreditatem, poſtea jure vindicandi poteſtatem habeat.*

56. Reſpondetur ad argumentum, quòd cum dicitur, quod electio canonica eum: *Abſolvit à jugo regulæ monaſticæ*; intelligitur quoad regulares obſervantias, & clauſuram, cum ad majus bonum factus Epiſcopus ordinetur ad viſitandum, ac alia officia agenda; cùm autem dicitur, quod acquirit jus ad hæreditatem paternam, non pro ſe, ſed pro ſua Eccleſia, ſicut exiſtens in monaſterio jus comparabat, non pro ſe, ſed pro monaſterio; factus autem Epiſcopus vota non laxantur ei, niſi quatenus muneri Epiſcopali obſtant, tanquam majori bono impedimenta, cui minimè obſtat abdicatio dominij, dummodo talis Epiſcopus habeat plenam adminiſtrationem bonorum Eccleſiaſticorum, qualem jura illi permittunt, tum ad ſuam ſuſtentationem, tum ad cauſas pias, ut reſolvunt Fr. Manuel Rodrig. Graff. Tapia, Surdus, Azor. Leſſius, Sanchez, quos citat, & ſequitur Barboſa *in collectanea ad citatum caput. ſtatutum, num.* 13.

Rodrig. Graffius. Tapia. Surdus. Azor. Leſſius. Sanchez. Barboſa.

RESOLUTIO XXXI.

De Sanctiſſimo Parente Elia.

QUÆSTIO PRIMA.

An Epiſtolæ, quæ allatæ ſunt ab Elia ad Ioram Regem, ſint Miſſæ ab Elia, & poſt eius raptum?

SUMMARIUM.

1 *Status quæſtionis.*
2 *Ratio dubitandi.*
3 *Opinio Caietani*
4 *Sententia Vatabli.*
5 *Vera, & communis ſententia, quòd ſunt miſſæ à Mag. Parente Elia.*
6 *Quæ ſententia triplici fundamento probatur, n. 7. & 8.*
9 *Aliqui exiſtimant, quod Epiſtolæ fuerunt relictæ ab Elia antequam aſportaretur.*
10 *Vera ſententia, quod tunc epiſtolæ fuerunt allatæ, & miſſæ, n. 11. & 12.*

1. 2. Paralip. 21. DE hoc Magno, & Sanctiſſimo Parente Elia multa dicam toto Opuſculo tertio, & multis aliis in locis; nunc verò dubium eſt, an Epiſtolæ illæ, de quibus ſcribitur 2. Paralip. 21. num. 12. dum agitur de Ioram Rege, dicitur: *Allatæ ſunt ei litteræ ab Elia Propheta, in quibus ſcriptũ erat, hæc dicit Dominus Deus,* &c. In illis obiiciebantur horribilia crimina, ac exécranda ejus facinora, & denuntiabatur miſerabilis ejus interitus, ac illius totius familiæ, tota quæſtio eſt, an hujuſmodi epiſtolæ fuiſſent miſſæ ab Elia.

2. Salianus. 3. Reg. 22. Ratio dubitandi eſt manifeſta, quia Elias raptus eſt in cœlum anno 18. Regni Ioſaphat juxta Salianum anno mundi 3139. n. 29. Ioſaphat autem regnavit 25. annis, ut conſtat ex 3. *Reg.* 22. *num.* 42. Prædictæ autem literæ adductæ ſunt Ioram filio ejus regnante, ut conſtat ex *citato loco Paralip.* ac proinde octo, vel novem annos poſt raptum Eliæ. Salianus eas dicit allatas anno mundi 3148. *num.* 5. ergo anno nono poſt Eliam tranſlatum, allatæ ſunt hujuſmodi Epiſtolæ ut etiam habet Chronicon Hebræum cap. 17. quòd cum mirum videatur, in varias ſententias fecit abire Doctores.

3. Caietan. Caietanus ad citatum locum Paralip. exiſtimat Eliam, qui Regi Ioram ſcripſit, alium ac diverſum fuiſſe à Magno Elia Thesbite; contra quem Cornelius à Lapide inſurgit aſſerens: *Id non habere veriſimilitudinis ſpeciem, & novo ſine fundamento dici, nec pro ſe aliquem citat Auctorem.*

4. Vatabl. Secundò. Vatablus in notis marginalibus ad ſupracitatum locum Paralipomenon. Sub nomine Eliæ interpretatur Eliſæum, quia Eliæ profeſſione, ſtatu, ac habitu diſcipulus erat, ejuſque ſpiritus ſucceſſor, ac hæres habebatur. Hæc tamen ſētēria aliena eſt à mente ſcripturæ, quæ nō ſolet nomen unius perſonę pro alia, nec nomen unius hominis pro alio ponere.

Communis, ac vera ſententia quam ſequimur, affirmat Eliam magnum Dei Zelatorem, Iſraëlis aurigam has literas ſcripſiſſe, quibus impio Ioram, mortis ſupplicium, ac graves pœnas minabatur, quia receſſerat à veſtigiis patris ſui Ioſaphat, & quia poſt viam iniquitatis, ac idola abierat. Pro hac ſententia ſtant fortiter antiqui Hebræi, Auctor Seder Olan *cap.* 17. Ioſeph. *lib.* 9. *Antiquit. cap.* 2. Aben Ezra *in* 4. *Malach.* Sixtus Senen. *lib.* 2. *Bibliothec. verb. Elias & ad.* 2. *Paralip cap.* 21. Lyra, Sà, Sanchez, Cornelius à Lap. Tirinus, Miranda, Ereus, Malveda ibi & etiam *lib.* 10. *de Antich. cap.* 2. *in excurſu de Elia*, Serarius 4. *Reg.* 2. Adricomius in chronic. anno 3056. *num* 2. Torniel. anno 3246. Genebrardus *lib.* 1. *chronol.* Salianus *citatus anno.* 3148. *num.* 5. & Lezana *tom.* 1. *Annal. anno* 3148. *n.* 2. Acoſta *lib.* 3. *de noviſſ. tempore cap.* 7. Camartus *de Geſtis Eliæ cap.* 6. *ſect.* 10. Petrus Maturus *in notis ad S. Antonium* 1. *part. hiſtoriar. tit.* 3. *c.* 3. § 1. Fr. Franciſcus à S. Maria *lib.* 1. *hiſtor. Prophetica cap.* 29. *num.* 7. Caſſanate *in Prær. Carmel. Decoris anno* 3123. *num.* 3. Fr. Anton. à Matre Dei *in Iſagoge ſcrip. Præl.* 1. *dub.* 7. *n.* 13.

Sedar Olan. Ioſephus. Aben Ezra. Sixtus Sen. Lyra. Sa. Sanchez. Cornel. Miranda. Ereus. Malveda. Adricom. Torniel. Genebrard. Salian. Lezana. Acoſta. Camart. Fr. Anton.

5. Probatur primo, quia valdè conſentaneum eſt ſcripturæ, quòd hæ epiſtolæ dicantur allatæ à Magno Elia zelatore Dei, & nullum inde ſequitur inconveniens; ergo dicendum, quòd ab ipſo ſunt miſſæ. Probatur antecedens, quia abſolutè ſcriptura dicit epiſtolas eſſe allatas ab Elia Propheta, clarè indicat ſermonem eſſe de Magno illo Elia, maximè cum materia literarum cum ejus ſpiritu, ac celebri conſuetudine cohæreat; nam Ipſe ſolitus erat Regibus terrorem incutere, ſupplicia ob peccata denuntiare, errantem populum ad Dei cultum

reducere

reducere: Deinde ille aptiſſimus erat, ut ejus nomine litteræ mitterentur, de cujus ſanctitate, ac veritate in futuris prænuntiandis, nullus ambigere poterat; ergo conveniens erat, errantem turpiter Regem ab eo abſenti corripi, ac reprehendi, qui facilè non eſſet paſſurus alium, ſed eum contemneret.

7. Matth. 17. Confirmatur hæc veritas, quia ex eo quod Matth. 17. num. 3. dicitur: *Ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes*; & eodem cap. 11. *Venturus eſt Elias, & reſtituet omnia.* Univerſus Patrum, & interpretum conſenſus tenet Eliam eſſe magnum zelatorem, qui in transfiguratione apparuit, & venturus eſt ad reſtituenda omnia; non ergo alium Eliam debemus fingere; nam ſicut ille ex Dei ordinatione, ex paradiſo terreſtri, ſeu ex alio loco diſpoſito à Deo, venit ad transfigurationem, ſic & ex Dei ordinatione miſit literas.

8. Tertiò probatur, quia eadem charitas ſecundum habitum, & actum, quæ eſt in via manet in patria dicente Apoſtolo. 1. Cor. 13. *Charitas nunquam excidit.* Et latè explicant omnes Theologi cũ Magiſtro *in 3. diſtinct.* 31. D. Thoma 12. *quæſt.* 67. *art.* 6. & patet, quia ſicut Ieremias, qui in vita erat fratrum, ac populi Iſraëlis amator, ut multum pro eis deprecaretur; ita etiam poſt mortem multum pro eis orabat, 2. *Machab.* 15. *num.* 14. Sic etiam in ſancto Parente Elia ille perfectiſſimus ſpiritus zelandi honorem Dei, ut delinquentes argueret & qui totũ populum ad Dei cultum reducere intendebat, adhuc poſt ejus raptum in ipſo perſeverat. Quòd autem poſt ſuum raptum mitteret epiſtolas, hoc non debet videri mirum, conſideranti magnalia Eliæ, in ejus vita, quia omnium primus cœlum clauſit, & primus mortuum ſuſcitavit, & jejunio quadraginta dierum uſque ad montem Dei ambulavit, & per plures etiam ibi manſit jejunus, ut dicam *opuſcul.* 3. *Reſol.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 20. & Magnus Elias multoties apparuit, ſuos protegens, ac defendens, ut dicam *opuſc.* 3. *Reſol.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 10. 11. & 12. Quid ergo mirum quod etiam mitteret epiſtolas ad arguendum impiiſſimum Regem, pro defenſione ſui populi, ut eum reduceret ad verum Dei cultum.

1. Corinth. 13.
Magiſter.
D. Thom.
2. Machab. 15.

Incidens dubium.

9. Inquires tamen, eſto, quod Elias Theſbites ſit Auctor harum litterarum, quonam tempore has litteras ſcripſit? Aliqui Auctores exiſtimant antequam raperetur in cœlum: pro hac ſententia ſunt Tremellius, Iunius, Carthuſian. Mariana, Sà, & Tornielus citatus, affirmantes Eliam futurorum præſcium, ante ejus raptum, illas ſcripſiſſe, eaſque reliquiſſe Eliſæo, vel alteri, impoſito decreto, ut tali, & tali tempore eas Ioramo præſentaret.

Tremelli. Iunius. Carthuſian. Mariana. Sà. Torniel.

10. Tamen verior, & communior ſententia eſt, quòd hæ epiſtolæ ab Eliâ miſſæ ſunt ex illo loco, in quo poſt raptum repoſitus eſt à Deo, ſive miniſterio alicujus Angeli, ſive alicujus hominis ignoti, non enim Elias eſt in illo loco tanquam in carcere clauſus, ut non poſſit inde exire, vel aliquo miniſtro uti, & pro hac ſententia ſtant omnes Auctores citati pro noſtra ſententia *num.* 5.

Probatur, quia non ſolum hanc ſententiam tenent tot graviſſimi Auctores citati, ſed etiam pro illa ſtant antiqui Hebræorum Rabbini, id expreſſè tenet Auctor Seder Olam c. 17. & Aben Ezra *ad cap.* 4. Malachiæ, eandem ſententiam probans ſic ait. *Quia ſic ſcripta fuiſſent ante aſcenſionem ejus, ſcriberentur, & inventæ ſunt, aut allatæ ſunt ad eum litteræ, quas reliquerat Elias, nec eſt dubium, quin in diebus ſanctorum noſtrorum apparuerit. Deus autem per miſericordiam ſuam accelerat prophetiam ejus.* 11.

Seder. Aben.

Probo aliter noſtram reſolutionem, primo verba Textus: *Allatæ ſunt epiſtolæ ab Elia.* Qui modus loquendi indicat, quod tunc tranſmiſſæ ſunt epiſtolæ; nam ſi relictæ fuiſſent, hoc erat exprimendum, ſicut & filij Iacob mortem patris dixerunt Ioſeph: *Pater tuus præcepit nobis, antequam moreretur, ut hæc tibi verbis illius diceremus, obſecro ut obliviſcaris ſceleris fratrum tuorum*, Geneſ. 50 num. 16. Sic etiam ſi illæ epiſtolæ fuiſſent relictæ ab Elia dicendum erat, antequam Elias aſportaretur in curru, has epiſtolas reliquit, ut tibi Regi Ioram darentur; cùm ergo dicuntur allatæ ſunt ab Elia Propheta, denotatur quod tunc ſunt aſportatæ, ac ab eo miſſæ, & non alio tempore. 12.

Gen 50.

Deinde, quia litteræ illæ recenter ab Elia ſcriptæ, & ignoti nuntij miniſterio tranſmiſſæ, majorem poterant iniquo Regi terrorem incutere, eumque maximè ad meliorem frugem revocare, ſi mens ſana, & non læva fuiſſet. 13.

Quæstio II.

Elias maximè à nobis venerandus, invocanduſque eſt.

SUMMARIUM.

14 *Ex dictis infertur quod Elias de nobis curam agat.*

15 *Elias cognoſcit noſtras orationes, ac ea, quæ ad ſuum ſtatum pertinent per divinam revelationem, ac miniſterium Angelorum.*

16 *Probatur ex ſanctis Patribus, ac ex officio Carmelitano, quod Elias orat pro ſuis devotis.*

17 *Quòd confirmatur ex multis miraculis.*

EX dictis ſuperiori quæſtione patet, quantam Elias, ſicut & cæteri ſancti etiam poſt tranſlationem ſuam, ſuorum curam habeat; ſi enim de his, quæ apud nos geruntur, ipſe curam gerit, quis negabit noſtras preces ad eum directas, ejus interceſſione interveniente, apud Deum multùm prævalere ad impetranda divina beneficia, ex his enim litteris curam habere Eliam de rebus ad nos ſpectantibus inferunt Genebrardus *lib.* 1. *Chronolog.* Malveda *lib.* 9. *de Antichriſto*, *cap.* 2. Barradas *tom.* 1. *in Evang. lib.* 5. *cap.* 11. Sanch. *in* 4. *Reg.* 2. *n.* 25. 14.

Genebrard. Malveda. Sanchez. Barradas.

Elias, & Henoch per divinam revelationem, ac per miſterium Angelorum cognoſcunt ea, quæ fiunt in mundo, maximè illa quæ ſpectant ad ſuum ſtatum, ut cum communi ſententia Theologorum docent Suar. *tom* 2 *ad* 3. *p. diſp.* 55. 15.

Suar.

Veigas. Camartus. Abulenſ. *diſp.55.ſect.1.* Veigas *in Apocalypſ.c.11.ſect.4.* Ægidius Camartus *de geſtis Eliæ,c.3.ſect* 17. Abulenſis 4. *cap.* 2. *quæſt.* 14. Sanchez *ibidem num.* 35. Maximè autem, ad ſtatum Eliæ pertinet, ut preces, ac Orationes, quibus ipſius interceſſio, ac patrocinium apud eum poſtuletur, exaudiat. Quod optimè probat Malveda *citatus*, quia ideo dicitur de eis Apoc.11. num 4. *Hi ſunt duo olivæ, & duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes.* Aſtant in conſpectu Domini tanquam duo candelabra lucentia, ſuis meritis, ac orationibus orantes pro felici ſtatu Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ, ac filiorum ejus.

Malveda. Apoc.11.

16. Et quod ipſe pro ſuis devotis, ac pro his, qui ejus auxilium implorant, roget, ac exoret Deum præter Auctores citatos ex Patribus docent D. Baſilius *homil.*40. dicens: *Forſaſſis aliquem piorum advocabis, ut precibus, veluti Propheta Theſbites Elias remiſſionem tibi malorum impetret.* Divus Gregorius *in cap.* 9. *Job cap.* 12. hoc magnum profert de Elia encomium. *Qui furorem Dei placat aliis per remiſſionem.* Similiter Metaphraſtes, Drogo Hoſtienſis, & alij, quos erudite citat, ac ſequitur Mag. Lezana *conſulto* 3. *num.* 102 & 103. & *ſeqq.* quod optimè confirmatur ex Officio Carmelitano à Sancta Sede Apoſtolica approbato ex hymno laudum.

D.Baſil. D.Gregor. Metaphraſt. Hoſtienſ. Lezana. Breviar.

Nos nunquam auxilium deſtituat Pater,
Optatúſque tuus perpetuo favor,
Nobis quin noſtris muneraſpirentus.
Angeri prece poſtula.

17. Quod etiam poteſt confirmari ex Hymno ad ſecundas Veſperas, & ex multis miraculis, quæ noſtri Auctore referunt; unum tantum apponam, quod paucis ab hinc annis contigit: nam cum anno 1656. tota Italia magna peſtilentia premeretur, ab illa plures liberati, ac ſanati fuerunt, uncti oleo ex lampade Sanct. Pat. Eliæ, cujus rei publicum, & authenticum teſtimonium perhibuit, nuper inſignis urbs Capuana in Regno Neapolitano ſita, quæ ob tantum miraculum, ipſum elegit in patronum, ac protectorem, ut conſtat ex authentico inſtrumento per publicum Notarium facto die 24. Ianuarij 1657. quod ad longum refertur apud vineam Carmeli *fol.*131.*n.*156.

Vinea Carmeli.

QUÆSTIO III.

Carmelitæ quolibet menſe una die non impedita Officio novem lectionum, poſſunt recitare Officium de S. Elia.

SUMMARIUM.

18 *Indultum Pauli V. pro Franciſcanis.*
19 *Indultum Iulij II. pro Dominicanis.*
20 *Carmelitæ gaudent eiſdem privilegiis, ac ſi pro eis fuiſſent immediatè concessa, & ideo quolibet menſe poſſunt recitare Officium de S. Elia.*
21 *Probatur etiam ex graviſſimis Auctoribus.*

18. Fundamentum totius hujus quæſtionis deſumendum ex indulto Pauli V. conceſſo Fratribus Minoribus, ut in quolibet menſe, una die non impedita feſto novem lectionum, poſſint recitare Officium S. Franciſci, ut in ejus die ad ſupplicationem eorum Fratrum, ſic ait Paulus V. in ſua Conſtitutione *Domini noſtri Ieſu Chriſti* data die 20. Martij 1617. apud Cherubinum fol.353. *Supplicationibus veſtris ſuper hoc humili ex porrectis inclinati de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, Sacris Ritibus præpoſitorum conſilio, eiſdem Fratribus Minoribus Conventualibus, ut Officium de eodem S. Franciſco, ſemel in menſe, prima die non impedita alio feſto novem lectionum, prout ab ipſis recitatur in die feſto ejuſdem S. Fráciſci recitare liberè, & licitè poſſint, & valeant Apoſtolica auctoritate tenere præſentium licentiam, & facultatem perpetuo concedimus, & impartimur.* Paul.V. Cherubin.

19. Quod etiam corroboratur ex alio privilegio Iulij II. conceſſum Patribus Dominicanis, cujus bullam refert Emmanuel Rodriguez *tom.1.q.55.art.20.* ubi inquit Pontifex. *Et quod de Prælatis ad Prælatos dictū eſt ita de feſtivitatibus ad feſtivitates alterius Ordinis aliquid conceſſum, & nunc, & pro tempore reſpectivè conceſſum intelligatur ita quod ea, quæ in honorem Sanctorū Dominici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino, Fratribus Minoribus præfatis, eorúmque locis, & feſtivitatibus Sanctorum Franciſci, Antonij & Ludovici, ac de eiſdem feſtivitatibus dicti Ordinis Minorum, licet ſint majori numero, quam feſta ipſorum Fratrum Prædicatorum ſint conceſſa.* Iulius II. Rodrig.

20. At nos Fratres Carmelitæ gaudemus omnibus privilegiis conceſſis, & concedendis tam pro Fratribus Minoribus, quam Prædicatoribus, ac ſi immediatè eſſent conceſſa pro noſtro Ordine, ut ait Sixtus IV. *in mari magno, n.*105. Similiter Clemens VII. Gregorius XIII. & confirmatur ex Bulla Leonis X. concedentis hanc communicationem omnibus Mendicantibus. Bullam refert Lezana *in mari magno Prædicatorum, §.*52.*n.*166.*& tom.* 3.*ve b. Mendicantes.* Sixtus IV. Clem.VII. Greg.XIII. Leo X. Lezana.

21. Cum ergo ex Paulo V. Fratres Minores habeant indultum quolibet menſe, die non impedita feſto novem lectionum celebrandi, ac recitandi Officium, de ſuo Patriarcha S. Franciſco, nos ergo etiam Carmelitæ, cum gaudeamus omnibus privilegiis, favoribus, & gratiis conceſſis Minoribus; ac ſi nobis fuiſſent immediatè conceſſæ, ut inquiunt Summi Pontifices, etiam quoad feſtivitates, ergo etiam quolibet menſe, in prima die non impedita poſſumus recitare Officium Patriarchæ noſtri S. Eliæ.

22. Probatur etiam hæc ſententia auctoritate graviſſimorum Doctorum concedentium hanc communicationem, etiam in feſtorum celebratione. Rodriguez *tom* 1.*quæſt.* 55.*art.*20. Suarez *de legibus, lib* 2.*cap.*17.*num* 7. Peitnus *in Comment. Regulæ Minimorum, cap.4.§.*13. *quæſt.* 1. & 2. Portel. *part.* 3. *caſuum caſu* 28. *num.*3. Caſtro Palaus *tom.*1.*tract.*3.*de privileg. diſp.*4.*punct.*2.*§.*9.*n.*5 Hierō. Rodrig. *Reſol* 65. *n.*2. Diana *p.*11 *tract.* 11. *Reſol* 6. & in propriis terminis hujus quæſtionis Quintana Dueñas *tractatu* 2 *ſingular.* 14. *num.*1. Bordonius *Reſolut.*3.*quæſt.*22.*num.*16 Fr. Antonius ab Spiritu Sancto *de primatu Eliæ, §.*1. *num.*2. Et ex his fundamentis in aliquibus noſtris Provinciis ut in Belgica ſingulis menſibus prima die non

Rodrig. Suarez. Peitnu. Portel. Caſtr.Pal. Hieron. Diana. Bordon. Fr. Anton.

Sloeira Opuſcula. FF

non impedita officio novem lectionum, recitatur Officium ſancti Eliæ.

Quæstio IV.

Circa revelationem factam Vener. Mariæ de Ieſu, qua vidit Sanctum Parentem Eliam, & Henoch S. Euchariſtiam recipere è Chriſti manu.

SUMMARIUM.

23 *Valdè celebris Maria de Ieſu.*
24 *Ejus revelatio, qua vidit Sanctum Parentem, & Henoch è manu Chriſti Sacram Euchariſtiam accipere in Cœnaculo.*
25 *Elias, & Henoch, etſi antiquitus fuiſſent legis veteris, hodie pertinent ad legem gratiæ, in eáque ſunt confirmati, & num. 26.*
27 *Eis aliquid Dei gratia conceſſum eſt per quod effectus Baptiſmi in eis ſuppletur, & num. 28.*
29 *Quæ fiunt miraculosè, ac virtute divina, non ſunt judicanda per regulas communes, quod multis exemplis oſtenditur.*
30 *Elias, ac Henoch cum magna poteſtate, ac Sacerdotes, ac Episcopi venient in fine mundi.*

25. Venerabilis *Maria de Ieſu*, Ordinis Sancti Franciſci, valdè celebris eſt hac noſtra ætate ob præclariſſimas ejus virtutes, multáque beneficia ejus precibus à Deo obtenta, ac etiam ob præclariſſimas, ac ſublimes revelationes à Deo acceptas, & etiam ob profunditatem, ac altitudinem ejus doctrinæ, quæ graviſſimos Theologos in admirationem rapit.

24. Inter cæteras ejus revelationes refertur quod viderit cum Chriſtus Dominus in Cœnaculo inſtituiſſet Sacram Euchariſtiam, aderant Sanctus Parens Elias, & Henoch, qui è manu Chriſti Sacram Euchariſtiam ſuſceperunt, de qua revelatione mentionem facit R. P. Doctor Ioſephus Andræas è Sacra Societate I e s u in ſuo Collegio Cæſar Auguſtæ, Sacræ Theologiæ Primarius Lector in ſuo libro cujus Titulus eſt *Decor Carmeli, pag 431. num. 323. cap. 69.* Cum autem liber vitæ ipſius Mariæ de Ieſu eſſet typis dandus, maximè dubitatum, ac controverſum fuit circa prædictam revelationem, quia Elias, & Henoch non erant baptizati, ac proinde non erant capaces ad Sacram Euchariſtiam ſuſcipiendam; cum Baptiſmus ſit janua omnium Sacramentorum, inde à Reverendiſſimo Patre Vicario Generali Mag. Fr. Ioſepho Ximenes Samaniego poſtulatum fuit à me conſultum, ego tanto Præſuli obediens, hoc conſultum obtuli, & liber typis eſt datus.

D. Ioſeph. Andræas.

25. Suar. Suppono primò, ut certum cum Suarez *tom. 2. ad 3 p. disp. 55. sect. 5. §. Tertio colligo.* Quòd quamvis Elias, ac Henoch antiquitus pertinerent ad legem veterem, hodie per Incarnatum Verbum Divinum, ad legem gratiæ ſpectant: nam ut docet D. Thomas 1. 2. *q. 108. artic. 1. & 2.* & cum eo omnes Theologi, in hoc diſtinguitur lex vetus à lege nova, quia lex vetus reſpiciebat Chriſtum in umbra, ac ut futurum: lex verò gratiæ reſpicit Chriſtum ut præſentem, ac ut realiter jam exiſtentem. Et cum Elias, & Henoch juxta communem ſententiam non ſint modo beati Deum videntes, ſed adhuc ſunt in hoc ſæculo in loco à Deo deputato, inde vera fide Chriſtum cognoſcunt ut præſentem, ac ut Salvatorem, & Redemptorem mundi aliàs non eſſet in illis fides, ſed error; nam fides non poteſt inclinare ad falſum; & inſuper Elias adfuit cum Chriſto, cum eo loquens. *Matth. 17. n. 3.* in Thabor. Matth 17.

D. Thom.

Suppono ſecundò, quod Elias, & Henoch ſunt divina gratia confirmati, magna plenitudine, ac abundantia cœleſtium donorum, ut eſt communis ſententia teſte Suar. *citato, §. ſequitur primo* Et latè multis probat M. Lezana *in conſultis, conſulto 3. n 70.* 26.

Suarez. Lezana.

Hac ergo fide viva in Chriſto, cum ejus gratia divina Elias, & Henoch uniti ſunt cum Chriſto, in ipſoque regenerati, ſicut alij juſti, tanquam Chriſti membra, ejuſque Eccleſiæ, ſicut & viſitur in Baptiſmo flaminis, & cum Elias, & Henoch, ubi juxta Divum Hieronymum *epiſtola ad Pammach.* ubi ait, *Eos fruì divino conſortio, ac cibo cæleſti, & inviſibili.* Sic & alij Patres; illa ergo revelatio, quam habent de Chriſti præſentia, ac exiſtentia, cum divina gratia illis conceſſa, ac interveniente ſumma Dei potentia, in illis agit vices Baptiſmi, omnemque ejus effectum ſupplet, effectus enim Baptiſmi eſt cum Chriſto unire, in ipſoque nos regenerare. 27.

D. Hieron.

Neceſſariò dicendum eſt, quod illa fides divina de Chriſto Domino cum tanta gratiarum abundantia, agit in illis vices Baptiſmi, qui eſt Eccleſiæ janua: nam ſi illi non ſunt Chriſti membra, nec ejus Eccleſiæ, computandi ſunt tanquam Catechumeni: nam Catechumenorum hic eſt ſtatus, ut non ſint adhuc intra Eccleſiam, ut notant D. Chryſoſtomus *homil. 41. ad populum Antiochenum.* S. Iuſtinian. *in Apologia 2.* D. Auguſtin. *lib. 1. de peccatorum meritis, cap. 26.* nullo enim modo dici poteſt de Viris tam Illuſtriſſimis, ut Elia, ac Henoch, quod ſint tanquam Catechumeni ſeparati à corpore Chriſti myſtico, ac ejus Eccleſia. De illis ait Spiritus Sanctus: *Hi ſunt duo olivæ, & duo candelabra lucentia ante Dominum dominatorem.* Apocalypſ. 11. Et Eccleſia Catholica, tanquam præclariſſima membra ſua eos celebrat, ac honorat, dedicans, ac conſecrans eis templa, & altaria. Sic & Sancta Helena magnificum templum dedicavit, ac conſecravit Sancto Parenti Eliæ in Ieruſalem, quod poſtea auxit, ac reædificavit Baſilius Imperator, ut refert Baronius *in ſuis Annotation. ad Martyrologium Romanum, die 20. Iuly.* Et Cornelius à Lapide *lib. 3. Regum. cap. 18.* & in multis aliis partibus ut teſtatur Dorotheus à Sancto Reinato, *in Apocal. lib. 2. quæſt. 10. ſect. 3.* & Martyrologium Romanum die 20. Iulij eum nominat & celebrat inter Sanctos ejus, Illuſtris Civitas Capua in Regno Neapolitano, ob magna miracula, quæ D. Elias in ea eſt operatus, ipſum habet ut ſuum Patronum, ædificato templo, cum Officio de Sancto Patrono, ut in vinea Carmeli 28.

D. Chryſ. D. Iuſtin. D. Auguſt.

Apoc. 11.

Baron.

Cornelius.

Dorotheus. Martyrolog. Romanum.

Vinea Carmeli.

retuli

retuli *q.2.n.17.* & ſacra noſtra Religio ejus feſtum ſolemniter celebrat, cum propria Miſſa, Officio, ac Octavario; ergo de Viris tam Illuſtriſſimis, de quibus prædicatur, quod ſint lucernæ lucentes, ac ardentes ante Deum, & quos Eccleſia tanta ſolemnitate celebrat, nullo modo dici poteſt, quod ſint ſeparati à Chriſti corpore, ac ejus Eccleſia; ergo dicendum eſt aliquid divina virtute in eis ineſſe, per quod effectus Baptiſmi in eis ſuppleretur.

29. Secundò probatur, ea quæ fiunt miraculosè, ac virtute divina non requiruntur in eis regulæ communes, ac generales: nam Deus, qui in eis eſt primus operator, poteſt hoc, & illo modo eas ordinare, ac in illas hoc & illo modo diſpenſare, ut tenet communis doctrina cum D.Thoma *3.p.q.7.art.5.* ibi communiter Theologi, Cajetan. Suar. Cabreira, Vaſquez, & Cardinalis Lugo quod multis exemplis oſtenditur. Sanſon dejiciens columnam, ſe ipſum cum multis Philiſtheis interfecit; & certum eſt quod nullus poteſt ſe ipſum interficere; ſicut B.Apollonia è tortorum manibus ſe expediens in ignem injecit. Certum eſt etiam quod nullus ſæcularis per ſe ipſum abſque miniſtro, etiam in caſu neceſſitatis ſibi valet divinum Eucharisticum Sacramentum, ut docent Divus Thomas, Soto, Henriq Ledeſma, Navar. M.Petrus Cornejus, Sylveſter, de quo latè Faguodez *de quinque precept. precepto.3. lib.3. cap.2.n.12.* & tamen excellentiſſima Domina Dona Maria Eſthuaca, quæ pro fide Catholica in Anglia ab impia Iſabele, capite abſciſſo mortua eſt, & ante mortem, ad pixidem in qua erat Sacra Euchariſtia, accedens ipſam propriis manibus accepit, & ſibi miniſtravit, quod factum reputatum fuit à Doctoribus Lovanienſibus, ut refert Michaël Moreus *lib.2. cap.24. art.3. num.10.* tanquam quid inſpiratum à divino Spiritu, ut comprobatur ex multis, tam quæ in ejus martyrio, quam poſt mortem contigerunt; quod autem Elias, & Henoch adeſſent in cœnaculo, tempore, quo Chriſtus Dominus inſtituebat Sacram Euchariſtiam, non communi, ac ordinario modo, ſed extraordinario, ac miraculoſo hoc factum eſt, ergo non per communes, ac generales Eccleſiæ regulas judicandum eſt, ſed per ſingularem, ac particularem diſpoſitionem divinam.

D.Thom. Cajetan. Suar. Cabreira. Vaſquez. Lugo.

D.Thom. Soto. Henriq. Ledeſma. Navar. Cornejus. Fagundez.

Moreus.

30. Probatur tertiò. In fine Mundi Elias, & Henoch advenirent cum pleniſſima poteſtate, ut Sacerdotes, ac Epiſcopi ad adminiſtranda Sacramenta, ad imponendáſque cenſuras, ad hunc ſenſum explicant communiter Doctores verba illa Apocalypſ.11.num.... *Ignis exiet ab ore eorum.* Hoc eſt ad fulminandas cenſuras, ut explicant Interlinealis, D. Anſelm. Cardinalis Hugo, & de poteſtate ampliſſima tanquam Sacerdotes, & Epiſcopi. Præter Auctores citatos idem docent Rupertus, Pannonius, Ansbertus, Mello, Mag. Petrus Munhos, quos citavi ad eundem locum *Apocalypſ.11. quæſt.20. num.147.* & deinceps. Hæc poteſtas Sacerdotalis, ac Epiſcopalis ei conferenda eſt immediate à Deo; ex eo enim, quod Deus ſuum miniſtrum ad aliquem effectum deputat, ei confert, ac communicat omnia requiſita ad executionem talis rei, in quo ſenſu Sancti Patres explicant illa verba Chriſti Domini. Ioan.20.n.21. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* Ita D.Cyrillus, D.Chryſoſtom. D.Auguſtinus, Theophylactus, Rupertus & alii à me citati *tom.5. in Evangel. lib.9. cap.4. num 83.* Si ergo Deus in fine mundi tam ampliſſimam poteſtatem eſt eis conceſſurus, quid mirum, quod tam Illuſtriſſimis Viris talem gratiam, & benevolentiam concederet, ut in cœnaculo adeſſent, ac ſuum ſacratiſſimum corpus conſecratum cum cæteris Apoſtolis accepiſſent.

Apoc.11. Interlin. Hugo. D.Anſelm.

Rupertus. Panonius. Anſbertus. Mello. Munhos.

Ioan.20.

D.Cyrill. D.Chryſ. D.Auguſt. Theophil. Rupert.

RESOLUTIO XXXIV.

Circa celebrationem cuiuſdam Capituli.

QUÆSTIO UNICA.

An eius celebrationem potuerit quidam viſitator impedire?

SUMMARIUM.

1 *Caſus proponitur, & n.2.& 3.*
4 *Iuriſdictiones diviſæ, ac diſtinctæ non poſſunt ſe invicem impedire, & n.5.& 6.*
7 *Oſtenditur quod mens Generalis fuit unam juriſdictionem dividere ab alia.*
8 *Legatus non poteſt agere contra mentem delegantis, & n.9.*
10 *Epiſtolæ Principis, ac Generalis fidem faciunt, ut diplomata, & n.11.*
12 *Poteſtas delegata eſt odioſa & non eſt extendenda de caſu ad caſum, & n.13.*
14 *Ex ampla poteſtate data Commiſſariis Generalibus, non intelligitur poteſtas ad diſpenſandum, niſi in litteris exprimatur, & num.15.*
16 *Probatur quintò, ex communi uſu totius Religionis.*
17 *Probatur ultimò, quia culpa unius non debet retorqueri in damnum aliorum & n.18.*
19 *Limitata cauſa limitatum parit effectum.*
20 *Verba taxativa non ſunt ultra extendenda.*
21 *Explicatur Breve Vrbani VIII.& n.22.*

Caſus.

QVIDAM Generalis certæ Religionis Romæ exiſtẽs dedit litteras patentes cuidam Religioſo extraneo, ac advenæ, v.g. Petro ad viſitandam Provinciam, eamque reformandam, cum hac clauſula Generali (*Ac ſi præſentes eſſemus.* Adhibita tamen hac limitatione (*uſque ad octavam Paſcha incluſive*) & ſimul miſit alteri religioſo v.g. Antonio litteras patentes ad præſidendum in Capitulo Provinciali, quod juxta Ordinis ſtatuta celebrandum erat tertia Dominica poſt Paſcha quindecim diebus poſt finitam commiſſionem viſitatoris. Scribens ſimul dictus Generalis Provinciæ, quod ſcilicet ei deſtinabat talem viſitatorem Petrum, qui talis Petrus viſitator nullam vim, nullamque moleſtiam inferret ipſi Provinciæ, cum nullo modo ſe eſſet intromittendus in his quæ pertinent ad celebrationem Capituli, quia hoc ad 1.

prædictum Antonium, cui commiſſa erat præſidentia talis Capituli, pertinebat.

2. Pervenit prædictus Viſitator, ac Commiſſarius Generalis Antonius, ad dictam Provinciam Portugalliæ, ubi debita obedientia, & benignitate fuit receptus, & quatuor Religioſorum Conventus, unumque Monialium Monaſterium viſitavit; ſed quia advena, & extraneus erat, & Regiam facultatem non impetravit ad viſitandum, in hoc Regno extraneo, ideo ab eadem Regia auctoritate impeditus fuit, ne in ſua juriſdictione ulterius procederet. Quod talis prædictus Viſitator, ac Commiſſarius Generalis impedivit, ne Capitulum Provinciale celebraretur, uſque ad alteram Generalis diſpoſitionem, ac ordinationem.

Quæritur.

3. An prædictus talis Viſitator, ſeu Commiſſarius Generalis, cui Reverendiſſimus Generalis vices ſuas commiſit, cum hac clauſula generali (*ac ſi nos præſentes eſſemus*) poſſit tempus Capituli dilatare, cum notum ſit, quod Reverendiſſimus Pater Generalis juxta Conſtitutiones *part. 2. cap. 1. §. 7.* habeat auctoritatem tam ad dilatandum, ſeu elogandum, quam ad abbreviandum, ſeu coarctandum Capituli tempus.

Conſtitutiones.

Reſolutio.

4. In hac materia procedendum eſt tam attento jure communi, quam etiam attento jure Conſtitutionum ipſius Religionis, & ejus uſu, conſuetudine ac practica; quo poſito facilè reſolvitur quæſtio.

5. Dico ergo. Talis viſitator nullo modo poteſt Capituli celebrationem impedire, neque in hoc ſe intromittere, & quidquid contra hanc reſolutionem fuerit factum erit nullum, irritum, nulliùſque roboris, ac momenti.

6. Probatur primò, quia omnis juriſdictio, ac poteſtas tam ad præſidendum in Capitulo, quam ad viſitandum pendet ex mente, ſeu voluntate Reverendiſſimi P. Generalis, qui optimè poteſt utrumque ſeparare & unam ab alia dividere; atqui de facto unam ab alia ſeparavit, & diviſit, quatenus uni tribuit munus præſidendi; alteri verò facultatem, & gratiam præſidendi per literas patentes, ergo talis juriſdictio de facto eſt disjuncta, ſeu ſeparata una ab alia, & una juriſdictio aliam impedire non poteſt *cap. Studuiſti, de Officio legati. cap. Paſtoralis, de Officio Iudicis Ordinarii, cap. 2. & cap. Ex parte, de Officio Iudicis delegati. cap. 1. de Reſcriptis*. Ibi Gloſſa, Panormitanus, Navarrus *lib. 1. Conſil. de Officio Iudicis Delegati. num. 2.* Molina *tractatu 5. diſput. 9. num. 13.* Anguianus *de legibus, diſp. 32. ſect. 6. num. 41.*

Gloſſa. Panorm. Navar. Molina. Anguian.

7. Et quod mens P. Generalis eſſet unam juriſdictionem ab alia dividere, ac ſeparare, oſtenditur primò. Quia hoc motivum coëgit P. Generalem, ut in literis patentibus conceſſis tali viſitatori poneret ac præfigeret hanc limitationem (*uſque ad Octavam Paſchæ*) ut ſpiraret juriſdictio talis viſitatoris quindecim dies, ante celebrationem Capituli, ut juriſdictio præſidentis inſtituti maneret expedita, & à nemine impediri poſſet. Confirmatur ex more, ac uſu ipſius Patris Generalis: nam in ſimilibus litteris patentibus, dum v. g. tribuit Petro munus ad viſitandum, ac reformandum cum plenitudine poteſtatis uſque ad Capituli terminationem. Tamen ut ipſemet Petrus in Capitulo præſideat, ei concedit alias patentes litteras diverſas, ac diſtinctas ab eis, quæ erant ad viſitandum, ergo mens P. Generalis eſt in omni caſu, & ſemper utramque juriſdictionem dividere, & ſeparare, ergo in propoſito caſu diviſit, ac ſeparavit.

Probatur ſecundò, ex quodam principio certiſſimo, ac receptiſſimo: legatus contra expreſſam mentem delegantis non poteſt extendere juriſdictionem ſuam, & quidquid facit, eſt irritum. *cap. Poſſe, de Officio legati. cap. Sedes Apoſtolica, cap. Paſtoralis, de Reſcriptis, cap. Venerabili, de Officio Iudicis Delegati.* Bartol. cum aliquibus *in cap. de Reſcriptis, in 6.* Menochius *de arbitrar. quæſt. 12. num. 5.* Navarrus *in cap. Cum contingat, de Reſcript. 7. cauſa Nullitatis, num. 1.* Molina *tract. 5. diſp. 25. num. 2.* Atqui expreſsè conſtat de mente Patris Generalis impedientis ſupradicto viſitatori, ut nullo modo in Capituli celebratione intromittatur, quia poſtquam prædictas litteras patentes ad viſitandum dedit tali viſitatori, ſcripſit ipſemet Pater Generalis quandam epiſtolam ad Provinciam, & inter alia, hæc continebat talis epiſtola (*Me he determinado inviar un viſitador de buenas partes, y talento, que conſuele a todos, y no ſe empachara en la celebracion del Capitulo Provincial, poſto que el Muy Reverendo P. M. Antonio ha recebido la preſidencia.* Et in alia epiſtola, quam idem P. Generalis ſcripſit M. Antonio inſtituto præſidenti ita habet: *Que el dicho viſitador no ſe empachara en las coſas de la celebracion del Capitulo, ſupoſto ſa muy Reverenda Paternidad aver recebido la preſidencia* Vbi expreſsè ait P. Generalis, ſe non intromittat, neque in celebratione, neque in rebus ad Capitulum pertinentibus, ergo ſe non poteſt in illis intromittere. 8.

Bartol. Menoch. Navar. Molina. Epiſtola generalis.

Confirmatur. Quia licet prædictus viſitator utatur omni ſua juriſdictione, ac poteſtate, ſibi commiſſa, quamvis ſit ad bonum regimen Provinciæ, reformationemque illius, non poteſt extendere ſuam juriſdictionem, ultra tempus præfixum, per ſpatium ſaltem quindecim dierum, & maxime, quia Pater Generalis, à quo tota juriſdictio dependet, certum, ac limitatum tempus prædiffinivit; ac determinavit, ergo non poteſt ſe intromittere in his, quæ ſpectant ad celebrationem Capituli, quia Pater Generalis per ſuas epiſtolas hoc ei denegat. 9.

Dicet aliquis, quod epiſtolis miſſivis, non tanta debet adhiberi fides, quanta litteris patentibus. Sed contra, quia epiſtolæ miſſivæ Summi Pontificis in toto terrarum orbe, & epiſtolæ Principis ſuo nomine ſubſcriptæ fidem faciunt in toto Regno ſuo: & eandem auctoritatem habent, ac ſi eſſent diplomata Pontificia, vel Regia, *cap. Cum olim, 2. de Officio Delegati, cap. Cum ad Sedem, §. finali, de reſtitutione ſpoliatorum.* Gloſſa *in cap. Ex tua, de filiis Presbyterorum,* 10.

poſt

Bartol. Maſcard. Menoch. Gonçalez. poſt Bartolum *in lege publia* Maſcardus *de de probationibus tom. 2. concluſ 807. num.* 17. Menochius *de arbitrar. caſu* 94. *num.* 10. Gonçalez *in Reg* 8. *Cancellariæ Gloſſa* 59. *num.* 11. Rubius. Rubius *cap.* 1. *de Reſcriptis*, & communiter Doctores *in can. Sancta Romana, diſt.* 15. ex quo inferunt aliqui, quod epiſtolæ miſſivæ Epiſcoporum in ſuis Diœceſibus plenariam fidem faciunt, ac ſi eſſent publica inſtrumenta, quia eodem modo comparatur Summus Pontifex, circa univerſam Eccleſiam, ac Epiſcopus circa ſuam Diœceſim Suarez. Salas. Suarez *lib.* 4. *de legibus, cap.* 14. *num.* 13. Salas *diſp.* 12. *de legibus, ſect.* 9. ex quo concluditur, quod epiſtolæ miſſivæ P. Generalis circa totam ſuam Religionem eandem fidem faciunt, ac ſi eſſent litteræ patentes, quia ita comparatur Generalis ad Religionem ſuam, ac Epiſcopus ad ſuum Epiſcopatum. Fragoſus. Angianus Ita Fragoſus *in praxi Regular. lib.* 3 *cap.* 11 *n.* 21. Angianus *de legibus, diſp.* 26. *ſect.* 3. *num.* 6. Fauſtus *in Theſaur. Relig. lib.* 5. Peirin. *quæſt.* 386. Peirinus *in privileg. Minor. tom.* 2. *Conſtit.* 11. *ſect.* 4. *à n.* 6.

11. Et confirmatur. Quia in eadem Provincia, ac Religione ſemper obſervatum fuit Patres Generales per tales epiſtolas miſſivas confirmare acta, ac decreta ad totam Provinciam, quæ omnia ex ſua intrinſeca natura patentes litteras poſtulant.

12. Probatur tertiò. Quia poteſtas delegata eſt odioſa, & non eſt extendenda de uno caſu ad alium, *cap. P. & G de officio delegat.* & docent Gloſſa *ibi verbo proceſſus, de reſcriptis, in* 6. Angelus *verb. Delegatus, num.* 5. Sylveſter *quæſt.* 5. Tabiena *verb Delegare, quæſt.* 4. Maranta, Armilla, & alii, quos citat, ac ſequitur Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 25. *n.* 9. Denique quando juriſdictio eſt determinata in certo genere cauſæ, v. g. viſitandi, & reformandi mores, non poteſt extendi ad aliud genus diverſum, ut eſt celebrandi Capitulum. Confirmatur, quia talis viſitator utendo omni ſua juriſdictione non poteſt Capitulum celebrare, neque in illo præſidere, neque in eo facere nominatum, ut omnes fateri debent, ergo etiam ſe non poteſt intromittere in Capitulo dilatando, quia juxta Ordinis ſtatuta, non minus juriſdictionis requiritur ad Capitulum dilatandum, quam ad illud celebrandum.

13. Et confirmatur ulterius, quia juriſdictio tali viſitatori conceſſa, eſt ſolummodo in ordine ad viſitationem, & ad hoc tendat clauſula illa executoria (*Ac ſi nos præſentes eſſemus*) quæ quidem novam non tribuit juriſdictionem, neque illam extendit, ſed tantummodo corroborat datam, ſicut juramentum, in Hoſtienſ. contractu, ut tenent Hoſtienſis, & communiter Doctores *in cap.* 1. *de tranſact.* Deinde clauſula executoria poſita in fine reſcripti non ampliat Farinac. juriſdictionem. Farinacius *tom* 5. *deciſ.* 55. *n.* 5. Dec. 708. *n.* 2. 2. *p. deciſ.* 624. *n.* 8. patet ex *Clem.* 1. *de Præbendis.*

14. Conſtitutio Ordinis. Probatur quartò. Quia Capitulum Provinciale juxta Ordinis Conſtitutionem p. 4. c. 10. §. 1. debet celebrari Dominica 3. poſt Paſcha & ſi hac Dominica non celebretur, aſt mutare diſpoſitionem Conſtitutionis, & in illa diſpenſare; atqui prædictos viſitator omni ſua juriſdictione utens, non poteſt in Conſtitutionibus diſpenſare, nec ad hoc ei eſt commiſſa poteſtas à P. Generali, quia ut ipſamet Religionis conſtitutio ait: part. 2. cap. 5. §. 11. *Sciat Reverendiſſimus Pater Ordinis, quod habet quidem plenariam poteſtatem diſpenſandi in his Conſtitutionibus, nunquam tamen cenſendum eum diſpenſare, niſi id ipſe in litteris patentibus expreſſè dicat ſe diſpenſare.* Et addit Conſtitutio quod tales litteræ nullæ ſint, ac ſi nunquam exiſterent; atqui talis viſitator in ſuis litteris patentibus conceſſis à Reverendiſſimo P. Generali non habet juriſdictionem ad diſpenſandum in prædictis Conſtitutionibus, ergo hoc non poteſt facere contra Conſtitutionum diſpoſitionem.

Confirmatur, quia licet P. Generalis alicui det litteras patentes contra Conſtitutionem, quamvis in illis expreſſè dicat, quantum ſe extendit noſtra poteſtas, in quantum poſſumus, & non faciat expreſſam mentionem de Conſtitutionibus, omne factum, quod fit contra Conſtitutionem eſt nullum, nulliùſque vigoris, ergo nunquam eſt intelligendum, quod Pater Generalis tribuat poteſtatem ad diſpenſandum in Conſtitutionibus, niſi id ipſum exprimat. Unde fit communis reſolutio, quod tales Commiſſarii Generales, & Viſitatores etiamſi in ſuis litteris patentibus Generales illis concedant plenitudinem poteſtatis, non eſt intelligendum ut poſſint diſpenſare in ſtatutis Ordinis, nec facere ea, quæ ſunt ſpecialiſſima Generalis. Ita Rodriguez *tom.* 1. *Reg. quæſt.* 54. *artic.* 1. & 2. Miranda *tom.* 2. *quæſt.* 11 *art.* 3. *concluſ.* 2. Portel. *in dubis, verb. Commiſſar. num.* 1. Fragoſus *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 6. Hieron. Rodriguez *Reſolut.* 2. *num.* 9. Peirinus *in Privileg. Minim. tom.* 1. *cap.* 3. *Conſtitut. Iuly* 11. §. 29. 15. Rodrig. Miranda. Portel. Fragoſ. Hieron.

Eandem reſolutionem de Viſitatoribus, ac Commiſſariis Generalibus Religioſorum, de quibus agitur, tenet Mag. Lezana Socius P. Generalis, qui Conſtitutionem fecit, & optimè ſciebat & penetrabat Generalis mentem *tom.* 2. *cap.* 13. *num.* 30. loquens de prædictis Viſitatoribus, ac Commiſſariis Generalibus, ita ait: *Ea quæ vel jure, vel conſuetudine Ordinum, ſolis Generalibus competunt, non poterunt facere; hæc enim cum ſint ſpecialiter nota digna, non veniunt in conceſſione generali juxta regulam juris* 18. Lezana.

Probatur quintò, communi uſu, ac univerſali conſuetudine totius Religionis, neque enim in illa poterit reperiri aliquod exemplum in contrarium, neque aliqui; Religioſus, licet valde Senio confectus recordabitur quod aliquis abſque ſpeciali commiſſione P. Generalis, vel Illuſtriſſimi Domini Nuntii ſe intromittat ad elongandam, vel abbreviandam Capituli Provincialis celebrationem, ergo hæc abſque prædicta auctoritate fieri non poteſt. 16.

Probatur ſextò. Quia culpa unius non retorquetur in damnum alterius; quod viſitatori ſua juriſdictio impediatur, non provenit ex culpa Provinciæ, ſed ipſiuſmet viſitatoris: quia Provincia illum accepit, & recepit debita obedientia, & benignitate: & cauſa, ob quam viſitator ſuam viſitationem non continuavit, neque finivit, ex eo fuit, quia regiam non obtinuit facultatem, ergo non debet converti in notabile damnum Provinciæ, 17.

Sylveira Opuſcula. Ff 3 quæ

quale eſt Capituli dilatationem, ex qua oritur maxima in tota Provincia confuſio.

Ad objecta.

18. Opponitur primò, pro contraria parte, quia tali viſitatori dedit, & commiſit P. Generalis vices ſuas (*Ac ſi præſentes eſſemus*) ſed P. Generalis juxta Ordinis Conſtitutionem poteſt elongare, vel abbreviare Capitulum Provinciale, ergo etiam idem poteſt præſens viſitator.

19. Reſpondetur, quod huic objectioni patet ſolutio ex multis capitibus. Primò, quia ex eo, quod P. Generalis juriſdictiones viſitandi, ac præſidendi in Capitulo dejunxit, ac ſeparavit, non poteſt talis viſitator mittere falcem in meſſem alienam, ac ſe intromittere in Capituli celebratione, ut patet ex primo, & ſecundo fundamento. Secundò. Se non poteſt intromittere, quia poteſtas commiſſa viſitatori, non eſt in omni genere cauſarum, ſed tantum ad viſitandum, ac reformandum in ordine ad ſuam viſitationem, & limitata cauſa limitatum producit effectum, ut tenet Angelus *conſilio* 138. §. *viſis omnibus*. Tuſchus *tom.* 2. *litter. D. concl.* 404. Barboſa *de clauſulis uſu frequentioribus clauſul.* 36. *num.* 48.

Angelus. Tuſchus. Barboſa.

20. Tertiò. Quia poteſtas data, ac conceſſa ipſi viſitatori eſt vſque ad octavam Paſchæ; celebratio autem Capituli peragenda eſt quindecim diebus poſt octavam Paſchatis, ac tempore poſt ejus juriſdictionem terminatam, verba autem taxativa ſunt excluſiva extenſionis, non ſolum de perſona ad perſonam, ſed etiam de caſu ad caſum, *l. Qui aliena*, §. *libertos*, *ff. de negotiis geſtis l. Qui ſella*, §. *Qui autem*, *l. Inter actum*, *l. Certo genere*, *l. Lucius*, *ff. de ſervit. Ruſtic.* & multis aliis; caſus autem talis delegationis extitit viſitatio Provinciæ, ergo non extendendum ad alia. Quartò. Talis viſitator non poteſt ſe intromittere in Capituli celebratione, quia talis viſitator non poteſt in Conſtitutionibus Ordinis diſpenſare, ut patet ex 4. fundamento.

Leg. Qui aliena. Leg. Qui ſella.

21. Opponitur ſecundò, quia juxta Bullam Urbani V I I I. in 3. anno ante Capituli celebrationem præcipitur, ut Provincia viſitetur, quia talis viſitatio eſt præparatorium quoddam ad Capitulum, ut agnoſcantur qualia nam ſint vota digna, ut in Capitulo admittantur, & conſerventur; & hoc eſt totum Adverſariorum fundamentum. Et confirmatur, quia in Religione D. Franciſci viſitatio ſemper Capitulum præcedit; ergo hoc idem in hac Religione (vbi præſens eſt difficultas) fieri debet.

Vrb. V I I I.

Statuta B. Franciſci.

22. Hoc argumentum falſis principiis, ac rebus nititur, abſque fundamento prolatis, quia in dicta Religione non extat, neque datur Bulla, vel breve Apoſtolicum, ſeu Decretum præcipiens, quod ante Capituli celebrationem detur talis Religionis viſitatio. Bulla enim Urbani V I I I. ita habet: *Præcipimus in virtute ſanctæ Obedientiæ Provinciali pro tempore, ut expleto biennio ſui Officij ſtatim moneat Patrem Ordinis, quo ipſe, ſi pro ſua prudentia judicaverit expedire valeat de inſtituendo Commiſſario ad viſitandum pro tertia vice Provinciam deliberare, ſine præjudicio tamen ſuffragij Provincialis.* Et nihil circa Capituli celebrationem loquitur, & nullam Capituli mentionem facit, nec Capituli nomen pronuntiat, & tantum ex dicto Decreto colligitur, quod in trienniu tres dentur viſitationes, & pro tertia, ſi videbitur expedire Reverendiſſimò P. Generali, poterit Viſitatorem, ſeu Commiſſarium creare; quæ quidem viſitatio non eſt neceſſaria, neque requiritur ad probanda, ſeu juſtificanda Capitularia vota, ſuper hoc enim attentè providet, Ordinis conſtitutio *part.* 4. *cap.* 23. ubi præcipitur, quod in omni Conventu eligatur Socius ituus ad Capitulum Provinciale, qui debet, & tenetur inquirere de culpis Gremialium intrantium tale Capitulum, & eas in Capitulo coram præſidente, & Patribus Deffinitoribus præſentare, ut ab illis examinentur, & ſæpè Gremiales ob tales culpas à dicto Capitulo ejiciuntur.

Conſtitutio.

Et impertinens eſt dicere, quod per talem viſitationem Capitularia vota approbantur, vel juſtificantur; hoc enim ſine fundamento eſt aſſertum, cum ſæpiſſimè contingat, quod viſitator, ſex, vel ſeptem menſes ante Capituli celebrationem incipiat viſitare, ac proinde poſt ejus viſitationem in hoc, vel illo Conventu faciles poterunt tales Gremiales graves committere culpas, propter quas fiant inhabiles intereſſe Capitulo, quia talis viſitator de culpis futuris inquirere, vel judicare nequit; juſtificantur ergo talia vota per Sociorum examen, & propter ſimilia incoovenientia, præcipit Ordinis Conſtitutio loco citato, ut eligatur Socius infra octo dies, antequam Prior è Conventu recedat ad Capitulum Provinciale, qui quidem ſocius ſecum fert culpas in ſcriptis Gremialium, & inſuper ſtatum domus, ſeu Conventus, & omnium rerum mobilium, & teſtimoniales literas directorum Conventus juſtificantes Priorem omnia ad ſui Officij munus optimè expleviſſe, & propter hanc cauſam in eodem Capitulo Provinciali, antequam ad electiones accedatur; omnes Priores, ſingillatim dicunt culpas ſuas, & ſi aliquis in illis deprehenſus invenitur, ſtatim rejiciunt. Ad confirmationem reſpondetur, quod non licet tranſire ex vna Religione ad aliam, cum vnaquaque habeat ſua peculiaria ſtatuta valdè diverſa. 23.

Conſtitutio Ordinis.

RESOLUTIO XXXV.

De Epiſcopis.

QUÆSTIO PRIMA.

An ex diſpenſatione Pontificis poſſit Epiſcopus conſecrari ab vno ſolo Epiſcopo?

SUMMARIUM.

1 *De Epiſcopis variis in locis multa ſunt dicta.*

2 *Ordinariè loquendo, ac ſecundum commu-* *nem*

Digitized by Google

nem uſum Epiſcopus eſt à tribus Epiſcopis conſecrandus.

Quod probatur ex factis Apoſtolicis, ac ex multis juris locis, ibid. & n. 3.

4 *An Papa poſſit diſpenſare ut ab uno ſolo conſecretur, eſt dubitatio & certum quid non poteſt diſpenſare, ut à ſimplici ſacerdote conſecretur.*

5 *Prima ſententia negat hoc diſpenſari poſſe à Pontifice.*

6 *Secunda, & vera affirmat.*

7 *Probatur hæc ſententia ex Canone Apoſtolorum.*

8 *Probatur ex Apoſtolo Simone Cananeo.*

9 *Probatur ex factis, ac diſpenſationibus Summorum Pontificum.*

10 *Clemens X. de facto diſpenſavit modo in Portugallia.*

11 *Ponitur argumentum adverſariorum, & ſolvitur, & num. 12.*

13 *Præter materiam, & formam Sacramentorum omnia, quæ Chriſtus fecit, non ſunt ſimpliciter facienda in omni caſu, & n. 14.*

1. MUlta, quæ ad Epiſcopos pertinent jam diximus ſupra, ut de approbatione confeſſarij *Reſol.* 23. *de poteſtate ad diſpenſandum Reſol.* 26. & multa alia ad munus Epiſcoporum ſpectantia variis in locis.

2. Conveniunt ergo omnes pro vtraque ſententia citandi, ordinariè loquendo, ac ſecundum communem uſum Eccleſiæ Epiſcopum à tribus Epiſcopis eſſe conſecrandum. Ita omnes Auctores, quos infra pro utraque ſententia referam. Probatur primo ex Paulo 1. ad Timoth. 4. num. 14. ubi ait Apoſtolus, *quod gratia ſit ei data per impoſitionem manuum Presbiteri.* Quòd et explicat Anacletus Papa *epiſtola 2. Decretalium. c. 2.* Ubi proponens modum qualiter Epiſcopos ſit faciendus, proponit factum Apoſtolicum à D. Petro, & ait: *Hieroſolymitanus primus Archiepiſcopus Beatus Iacobus, qui juſtus dicebatur, & ſecundum carnem Domini nuncupatus eſt frater, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apoſtolis eſt ordinatus, ſucceſſoribus videlicet dantibus formam eorum, ut non minus, quam à tribus Epiſcopis, reliquiſque omnibus aſſenſum præbentibus, ullatenus Epiſcopus ordinetur.* Quòd teſtimonium Anacleti refert Anicetus. *Epiſtola unica ad Galliæ Epiſcopos, c. 1. in princ.* dicens: *Si autem non minus, quam à tribus Apoſtolis tantus fuit ordinatus Epiſcopus patet profecto, eos formam, ſtatuente Domino, tradidiſſe, non minus, quam à tribus Epiſcopis, Epiſcopum ordinari debere.* Nota verba, dum dicitur Jacobus ordinatos à tribus, *eos ſervaſſe formam, ſtatuente Domino.* Adverte tamen, quod Jacobus minor non fuerit ordinatus Epiſcopus ab illis Apoſtolis, ſed antea immediatè fuerit à Chriſto, ſicut & alij Apoſtoli, ab illis autem tribus fuerit aſſignatus, ac deſignatus Epiſcopus.

1. Timoth. 4. Anacletus. Anacletus.

3. Probatur id ipſum ex multis locis ſacrorum Canonum, *cap. Placuit omnibus, cap. Coepiſcopi 68. diſt. cap. Epiſcopi, 80. c. Epiſcopum ab omnibus, diſt. 94.* Et multis aliis in locis; proindeque, qui ab uno Epiſcopo conſecratur, non ut verus Epiſcopus habendus, ut declaravit Joannes III. in Epiſtola ad Epiſcopos Germaniæ, & Galliæ, quæ refertur 2. *tom.*

Cap. Placuit. C. Epiſcop. Joan. III. 2. Tom.

Concil. & ita habet: *Omnia quoque maxima Concilia affirmant, eum non eſſe Epiſcopum qui minus quam à tribus Epiſcopis, auctoritate etiã Metropolitani fuerit factus.* Qua etiam de cauſa Concilium Aquiſgranenſe talem ordinationem ab uno irritam, & nullam eſſe voluit.

Concil. Concil. Aquiſgr.

De poteſtate Pontificis.

Tota difficultas eſt an Summus Pontifex poſſit diſpenſare, ut Epiſcopus non à tribus, ſed ab uno ſolo Epiſcopo poſſit ordinari, ac conſecrari, de quo fuit annis elapſis multa controverſia in hoc regno. Et certum eſt, in quo omnes convenerunt, quod Summus Pontifex non poteſt diſpenſare, ut Epiſcopos valeat conſecrari, & ordinari à ſimplici ſacerdote; nam Epiſcopatus eſt ſupremus ordo in Eccleſia ex jure divino ordinatus ad ſacerdotium complendum, ad ſacerdoteſque creandos, & ideo Epiſcopus eſt ſuperior ſacerdotibus, ſupremuſque ordo in Eccleſia Dei, impertirique non poteſt, niſi ab eo, qui in tali ordine fuerit conſtitutus. Minor enim à majori debet benedictionem obtinere juxta Paulum Hebræor. 7. Nemo enim dare poteſt alteri id, quod nec formaliter, nec virtualiter habet. Ita ſupponunt omnes, & explicat Vaſquez *tom. 3. ad 3. part. diſp. 243. cap. 4. num. 2. & cap. 6. in princip.* contra Paludan. *in 4. diſp. 7. quæſt. 4. art. 3. num. 2.* & Aurelium apud Capreolum *diſt. 25. quæſt. 1. art. 2. in 3. Argumento*, aſſerentes ex diſpenſatione Pontificis poſſe à Sacerdote ſimplici conſecrari. 4.

Hebræor. 7. Vaſquez. Paludanus. Aureolus. Capreolus.

Tota difficultas, an Pontifex poſſit diſpenſare, ut unus Epiſcopos ab alio ſolo Epiſcopo conſecretur? Partem negativam tenet Caſtro Palaus *part. 4. de Sacram. tract. 27. diſp. unica, de Sacramento Ordinis, punct. 14. num. 13.* & citat pro hac ſententia Henriquez *lib. 10. cap. 24. §. 1.* Paulum Comitol. *in reſponſ. moralib. lib. 1. quæſt. 48. n. 13.* Marc. Anton. Genuen. *in praxi Curiæ Archiepiſc Neapolitanæ, cap. 70. n. 26.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, part. 2. allegat. 1. num. 45.* Sed Barboſa, & alij ferè Auctores loquuntur de lege ordinaria, ac ſecundum communem Eccleſiæ uſum, præceptum, ac diſpoſitionem. 5.

Palaus. Henriq. Paul. Comit. Genuenſ. Barboſa.

Secunda communis, ac vera ſententia, etiam in praxi poſita, affirmat quod Summus Pontifex poſſit diſpenſare ut unus Epiſcopos ab alio ſolo Epiſcopo valeat conſecrari, ac proinde quòd tres Epiſcopi ad hoc non ſunt ſimpliciter neceſſarij. Ita Sanch. *lib. 7. cap. 1. d. b. 15. à num. 25.* Bellarm. *lib. 4. de notis Eccleſiæ, cap. 8. ante medium,* Vaſquez *citat. diſp. 243. cap. 6. à num. 63.* D. Anton. *in ſumm. part. 3. tit. 14. c. 6. §. 9.* Sylveſter *verb. conſecratio in princip.* Armilla *eodem num. 2.* Azor *tom. 2. lib. 3. cap. 30. verſ. Quæres item,* Filliucius *in ſumma tom. 1. tract. 9. de Ordine, cap. 5. num 106.* Ochogavia *de Ordine quæſt. 7. n. 15.* Tannerus *tom. 4. diſp. 7. quæſt. 3.* Granadus *in 3. part. comment 9. tract. 1. diſp. 3. §. 1. num. 5.* Hurtadus *de Sacram. Ordinis, diſſ. 19.* Illuſtriſſimus Dom. Roderic. à Cunha *in notis ad c. Epiſcop. 5. diſt. 61. n. 2.* Machado *de Perfecto Confeſſore, tom. 2. l. 4. part. 6. tract. 1. document 6. n. 5.* Diana *part. 8 tract. 1. Reſol. 31. §. Sed quid juid,* Fagnanus ad Concil. Trident. *ſeſſ. 23.* refert ita fuiſſe deciſum à ſacra Con- 6.

Sanchez. Bellarm. Vaſquez. D. Anton. Sylveſt. Armilla. Azor. Filliucius. Ochogavia. Tannerus. Granadus. Hurtadus. à Cunha. Machado. Diana.

gregatione Cardinalium, & Solorzanus citandus, qui teſtatur, quòd tempore Pii V. ita ſenſit, ac judicavit major, & melior pars Theologorum.

7. Probatur primò ex Canone Apoſtolorum, ubi ſtatuitur, quòd Epiſcopus ordinetur à duobus, vel tribus Epiſcopis, & idem habetur apud Clementem *lib. 3. inſtitutionum, cap. 20. & lib. 8. cap. 27. aliàs 33.* Quòd ſi poteſt fieri à duobus, non eſt neceſſe, quod fiat à tribus, & idem cenſere videntur Patres in Concilio Arauſicano *can.* 21.

Clemens. Concil. Arauſic.

8. Maximè in rem noſtram, quod in caſu neceſſitatis ex diſpenſatione Pontificis poſſit fieri conſecratio talis Epiſcopi. Probatur, & primo; quia Apoſtolus Simon Cananeus apud Clement. *lib. 8. Conſtit. cap. 27. aliàs 33.* Ubi poſtquam dixit Epiſcopum ordinandum eſſe à duobus, vel tribus addidit. *Quod ſi neceſſitas coëgerit ab uno ordinari, quod propter perſecutionem, aut aliam cauſam plures adeſſe non poſſint, afferatur decretum commiſſionis plurium Epiſcoporum.* Non dicitur, afferatur teſtimonium de conſecratione ipſius Epiſcopi, *ſed decretum commiſſionis*, Summi Pontificis diſpenſantis in pluralitate Epiſcoporum.

Clemens. Simon Apoſtolus.

9. Probatur ſecundò, & efficaciter, multi graviſſimi Summi Pontifices diſpenſarunt, ut ab uno ſolo Epiſcopo novus Epiſcopus conſecraretur; ergo valida eſt conſecratio ab uno tantùm Epiſcopo. Conſequentia patet, quia id quod Summus Pontifex facit, abſque dubio credendum eſt validè, & legitimè fieri ab eo ob peculiarem Dei aſſiſtentiam quam habet. Antecedens multis probatur; & primo ex dicto, & facto D. Gregorii Magni, qui prout refertur in reſponſionibus ad Auguſtinum Epiſcopum Angliæ *cap.* 8. & habetur *in* 2. *tom. Conciliorum*. Cum ipſe prædictus Auguſtinus eſſet tantùm Epiſcopus in Anglia, conceſſit dictus Gregorius ei, ut ipſe ſolus Epiſcopos conſecraret, cum verò plures eſſent Epiſcopi, tres adhiberet, juxta Canones receptos. Et Pius V. conſultis Doctiſſimis viris diſpenſavit, ut in India Epiſcopus ab uno ſolo Epiſcopo duabus dignitatibus mitratis, ſeu duobus Canonicis aſſiſtentibus valeat conſecrari, ut refert Solorzanus *de jure Indiarũ, tom. 2. lib. 3. cap. 6 n.* 38. Et Gregorius XIII. diſpenſavit etiam cum Patriarcha Antiochiæ, ut ipſe ſolus poſſet alium Epiſcopum conſecrare. Ita obſervatum, ut conſecratio Epiſcopi ab uno ſolo Epiſcopo modo dicto fiat, & in India ita fit de facto ut inquiunt Solorzanus, & Diana citatus, & ſanctiſſimus Dominus Clemens X. modo præſidens in Eccleſia Dei conceſſit ut Epiſcopus ab uno ſolo Epiſcopo poſſet conſecrari; refero caſum.

D. Gregor. 2. Tom. Concil. Pius V. Solorzanus Greg. XIII. Solorzan. Diana. Clem. X.

10. Cum in hoc Regno Portugalliæ ann. 1670. adeſſent multæ litteræ Apoſtolicæ, pro multis Epiſcopis electis, & jam confirmatis à ſanctiſſimo Domino Papa, & in hoc Regno Portugalliæ tantùm exiſteret unus Epiſcopus; nempe Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Dominus D. Franciſcus Raviza Archiepiſcopus Sidoniæ, & Nuntius Apoſtolicus in eodem Regno, conceſſit ſanctiſſimus Dominus Clemens X. ut ab ipſo ſolo Archiepiſcopo cum duabus dignitatibus aſſiſtentibus conſecraretur Illuſtriſſimus Dominus Alvarus de Sylva, Epiſcopus Ægytanus vulgò *da Guarda*, & Dominus... Epiſcopus Braſilienſis, qui duo ſimul conſecrati ſunt ab uno Epiſcopo ſimul cum duabus dignitatibus aſſiſtentibus in Conventu D. Benedicti, cum præſens adeſſet magna pars omnium Eccleſiaſticorum, ac principum, & magnatum totius civitatis, cum multa populi turba die 8. Iunij 1670.

Clem. X.

Arguit Caſtro Palaus pro ſua ſententia; 11.
quia Pontifex nequit diſpenſare in materia, Palaus.
& forma Sacramentorum; atqui materia conſecrationis Epiſcopalis non eſt tantùm unius Epiſcopi manus impoſitio, ſed plurimorum, ut patet ex Paulo jam citato 1. Timoth. 4. *Per impoſitionem manuum Presbyteri*; ergo non una manus, ſed plurimorum requiritur. Deinde quia hæc forma conſecrationis in ordinatione Epiſcopi, ut ait Anicetus Papa ſuprà citatus non videtur tradita à Domino; ergo non poteſt mutari ab Eccleſia.

1. Timot. 4. Anicetus.

Ad argumentum reſpondetur verum eſſe 12.
Eccleſiam nihil poſſe mutare in materia, ac forma Sacramentorum, utpote quid eſſentiale; at materia conſecrationis Epiſcopi non eſt impoſitio manuum trium, ſed unius Epiſcopi ordinati; nam hic eſt, qui conſecrat, & dat poteſtatem, alii verò ſunt tanquam Coadjutores, & ut aſſiſtentes; nec locus Apoſtoli aliquid in contrarium probat, quia juxta communiorem ſententiam, Benedictum Iuſtinianum & Cornelium Apoſtolus loquitur de ordinatione ſacerdotis, quia ordinatus per manuum impoſitionem debet recipere protectionem, ac plenitudinem gratiæ ad ſuas functiones peragendas; hoc enim ſignificat in ſcriptura manus impoſitio. Sic Moyſes poſuit manus ſuper Ioſue *Numeror. 27. num.* 18. & Chriſtus Dominus ſuper pueros, *Matth. 19. num. 13.* & ut notat D. Hieron. *in cap. 59. Iſaia* apud Græcos, ordinatio Sacerdotis dicitur manus impoſitio. Deinde adverte, quòd Apoſtolus ait: *Per manus Presbyteri* in ſingulari; non verò per manus Presbyterorum in plurali, quia non multi, ſed unus tantum requiritur.

Iuſtinian. Cornelius. Num. 27. Matth. 19. D. Hieron.

Ad confirmationem dicimus, quòd quamvis in omnibus debeamus ſequi, & imitari 13.
Chriſtum, non tamen in omnibus ſimpliciter, & in omni caſu, exceptis quæ pertinent ad materiam, & formam Sacramentorum, quia ſi fiat in his mutatio, & aliqua varietas, tota eſſentia, & natura Sacramentorum mutatur; in aliis verò non ſemper de neceſſitate ſequendum id, quod Chriſtus Dominus fecit; nam Chriſtus conſecravit in pane azymo, ut tenet Eccleſia, Latina, & ait D. Lucas 23. *Erat dies Azymorum*, ut latè ſuo loco *tom.* 5. dixi; & tamen ſi Sacramentum fiat in pane fermentato, cùm ſit verus panis, valide fit Sacramentum, ut definivit, *Concilium Florentinum in decreto de Armenis, §. tertiò in Euchariſtia.* Item Chriſtus Dominus conſecravit in vino mixto aqua, ut docet Innocentius *c. cum Martha*, Et alii Pontifices, quod ex multis congruentiis, probat D. Thomas *3. part. q. 74. art. 6.* & omnes Theologi, quia colligitur ex ſobrietate, ac temperantia Chriſti Domini, & quia ex latere ejus *fluxerũt ſanguis, & aqua.* Et tamen ſi quis conſecraverit in vino puro, valide fiat conſecratio, ut docet D. Thomas citata *quæſt. art.* 7.

Luc. 23. Florentin. Innocent. D. Thom.

Sacra

Sacramentum Confirmationis inſtitutum eſt à Chriſto, itaut ejus minſter ordinatius eſſet Epiſcopus, ut docet Trident. *ſeſſ. 7. can. 7.* & Apoſtoli, qui erant ordinari Epiſcopi à Chriſto Domino ipſum Sacramentum Confirmationis miniſtrabant: de hoc Sacramento iotelligitur illud, *Actor.8. num 17. Imponebant manus ſuper eos, & accipiebant Spiritum ſanctum.* Et tameo Pontifex poteſt diſpenſare, ut ſimplex ſacerdos illud adminiſtret, *cap. Pervenit, 95. diſt.* & multis aliis, quod optima ratione ſic ordinatum fuit, ne ob defectum Epiſcoporum, plures hoc Sacramento privarentur. ita docent D. Thomas 3. *part. quaſt.* 72. *art.* 11. Navar. *cap.* 22. *num* 8. Covar. *lib* 1. *variarum cap.* 10. *num* 6. & 14. Suar. *tom.* 3. *ad* 3. *part. diſp* 36. *ſect.* 2 *poſt princip.* Layman. *lib.* 5. *ſum. tract.* 3 *cap.* 8. Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 3. *de Sacram. quaſt. vnica, punct.* 2. *num.* 3. Caſtro Palaus *de Sacram. part.* 4. *tract.* 20. *punct.* 9. *n.* 3. Sicut ergo Chriſtus inſtituit, quod miniſter Sacramenti Confirmationis, ita eſſet Epiſcopus ut in caſu neceſſitatis poſſet Pontifex diſpenſare, ut ſit ſimplex ſacerdos, ne ob defectum Epiſcoporum fideles tanto Sacramento defraudentur; ſic etiam inſtituit, ut Epiſcopi conſecrarentur à tribus Epiſcopis, tamen in caſu neceſſitatis diſpoſuit, quod ex commiſſione Pontificis ab vno ſolo valeat conſecrari, ne ob penuriam Epiſcoporum Eccleſiæ, ac fideles debito paſtore defraudentur.

Quæstio II.

Vtrùm Epiſcopi jure divino, vel humano poſſint leges condere in ſua Diœceſi?

SUMMARIUM.

15 *Poteſtas ordinis in Epiſcopis eſt de jure divino.*

16 *Epiſcopi, qui habent ſubditos, habent juriſdictionem.*

17 *Quæſtio eſt à quonam habeant Epiſcopi juriſdictionem, à Chriſto, an à Papa.*

18 *Prima ſententia affirmat eorum juriſdictionem eſſe immediatè à Chriſto.*

19 *Secunda, & vera, à Pontifice Romano.*

20 *Probatur ex verbis Chriſti Domini.*

21 *Probatur ex Leone Papa, ac Gregorio.*

22 *Probatur 3. & 4. rationibus, & n.* 23.

24 *Ponitur primum argumentum, & ſolvitur, quod Epiſcopi ſuccedunt Apoſtolis non in Apoſtolatu, ſed in conſecratione, & num.* 25. & 26.

27 *Ponitur ſententia, quod Petrus alios Apoſtolos declaravit Epiſcopos.*

28 *Ponitur ſecundum argumentum, & ſolvitur quod Epiſcopi conſtituuntur in Eccleſia ex inſpiratione Spiritus ſancti, & n.* 29.

30 *Poteſtas juriſdictionis in Epiſcopis habet connexionem ex jure humano cum poteſtate ordinis, ducunt tamen originem ex jure divino.*

31 *Tertium argumentum ex D. Cypriano, ac D. Paulo ſolum probat, quod D. Petrus ex inſpiratione Spiritus ſancti poſuit Epiſcopos.*

32 *Quartum argumentum, quod in Eccleſia antiquitus Epiſcopi eligebantur à Clero, & populo ex conſenſu Romani Pontificis, & num.* 33. & 34.

35 *Nec obſtat, quod Epiſcopus dicat ſibi commiſſa poteſtate à Pontifice, nec ſequitur quod ejus poteſtas ſit delegata, cum ſit ex vi muneris ſui.*

IN Epiſcopis duplex poteſtas poteſt conſide- 15.
rari, vna ordinis, altera juriſdictionis. Poteſtas ordinis eſt in Epiſcopo de jure divino inſtituta, & ab ipſo immediatè data; vnde ſi Epiſcopus diſpoſitus, vel privatus, ordines conferat, validè agit, licet illicitè. Hoc enim provenit à poteſtate ordinis, quam ſolus Chriſtus potuit inſtituere, & dare, licet in conſecratione Epiſcopi interveniat actio miniſtri, applicans materiam, efficiendo conſecrationem, tamen tota ipſa poteſtas ordinis eſt immediatè à Chriſto.

Secundò certum eſt, quod Epiſcopus, qui 16.
habet ſubditos, habet juriſdictionis poteſtatem condendi leges, ac imponendi cenſuras. Ita Canoniſtæ *in rubrica, & cap. Cùm omnes, & in cap. Cùm acceſſiſſent. de conſtitutionibus.* [Cap. cum. omnes.] Et probatur ex multis juris locis, *cap.* 1. *de conſecratione, diſt.* 3. *cap.* 2. *de locat. cap.* 2. *de majoritate, & obedientia, & cap.* 2. *de Conſtitut. in* 6. [Cap. de conſecrat.] & cohæret, cum doctrina S. Pauli: cum Epiſcopis loquens, Actor. ait Actor. 21. *Vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*; [Actor. 21.] & ad gubernandum talis poteſtas legiſlativa requiritur. Deinde Epiſcopi ſunt paſtores animarum; ergo debent habere juriſdictionem, ut poſſint eas regere, gubernare, ac paſcere, dixi Epiſcopos, qui habent ſubditos, quia cum hos non habeant Epiſcopi titulares, nullam habent juriſdictionem.

Quæſtio ergo ſolum eſt de poteſtate juriſdi- 17.
ctionis, quam Epiſcopi habent ad gubernandas ſuas Eccleſias per leges, & cenſuras, & alia hujuſmodi, an talis poteſtas ſit eis immediatè data à Chriſto, in eorum ordinatione, an à Romano Pontifice, quando eos creat, & confirmat, & in hoc ſenſu eſt quæſtio valdè agitata, & eſt duplex ſententia in ea.

Prima ſententia in hac materia tenet Epi- 18.
ſcopos immediatè à Chriſto Domino habere poteſtatem ferendi leges, & cenſuras. Ita Victoria *relict.* 2. *de poteſtate Eccleſiæ* Petrus Sotus, & alter Sotus, quos citat, ac ſequitur Vaſquez 1. 2. *diſp.* 152. *cap.* 3. *num.* 28. Lorca *diſp.* 12. *§. tertiò aſſerendum*; [Victoria. Sotus. Vaſquez. Lorca.] eam judicat probabilem Salas *diſput.* 8. *ſect.* 4. & in ejus favorem ſolvit argumenta contraria. [Salas. Caſtro.] Caſtro ita hanc ſententiam, *ut de juſta hæreticorum punitione, cap.* 24. Ut dicat oppoſitum eſſe contra omnium ſacrorum Doctorum ſententiam.

Secunda ſententia affirmat poteſtatem ju- 19.
riſdictionis in Epiſcopis dari ex jure humano à Pontifice Maximo. Ita D. Thomas 4. *contra Gentes, cap.* 76. *ratione* 4. & *in* 2. *diſt.* 44. *in fine, in expoſitione littera*, [D. Thom.] Cajetan. *tom.* 1. *Opuſculor. tractat.* 1. *cap.* 19. Bellarm. *lib.* 4. *de Romano Pontifice, cap.* 24. Durandus, Sotus, Herveus, & alii, quos citat, ac ſequitur Suar. *lib.* 4. *de leg. cap.* 4. *num.* 5. & *de cenſuris, diſp.* 1. *ſect.* 2. *num.* 7. Bonac. *diſp.* 1. *quæſt. punct.* 3. *n.* 5. Caſtro Palaus *part.* 1 *tract.* 3. *diſp.* 1. *punct.* 23. *num.* 4. Ariaga [Cajetan. Bellarm. Durand. Sotus. Herveus. Suar. Bonacina. Palaus. Ariaga.]

quamvis

quamvis aliquam diſtinctionem intendat ponere maximè in hanc ſententiam inclinat, Salas. *tom.* 4. *diſput*. 18. *de leg. ſect.* 3. *ſubject*. 2. & Salas citatus.

20. Probatur: Primò ratione D. Thomæ, Chriſtus Dominus ſoli Petro, ejuſque ſucceſſoribus dixit: *Tibi dabo claves Regni cælorum*, & iterum, *Paſce oves meas*: Ideſt poteſtatem clavium, ſeu juriſdictionis ad gubernandum, & paſcendum, ergo hæc poteſtas ſolùm data eſt Petro, & ejus ſucceſſoribus. Probatur conſequentia, quia ſolus Chriſtus Dominus potuit dare hanc poteſtatem, & tamen ſoli Petro, & ejus ſucceſſoribus dedit; ergo ſolis illis competit hæc juriſdictio.

21. Leo Papa. Probatur, quia definitum eſt à Leone Papa, *cap. Ita Dominus*, 19. *diſtinct.* Ubi agens de Petri poteſtate, ait illi à Chriſto Domino fuiſſe donatum, ut ab ipſo quaſi à quo capite, dona ſua, velut in omne corpus diffunderet; D. Gregor. & Gregorius *in cap. Decreto*, 2. *quæſt*. 6. ait: *Romana Eccleſia vices ſuas ita alijs impartivit Eccleſiis, ut in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.* Verba illa *vices ſuas alijs Eccleſiis impartivit*, apertè ſignificant aliarum Eccleſiarum paſtores, à Romano Pontifice habere vicem, & poteſtatem.

22. Probatur, & ratione; ſi Epiſcopi immediatè receperunt à Chriſto poteſtatem legiſlativam, Pontifex Romanus non poteſt illorum poteſtatem minuere, coarctare, aut tollere, ſed eſſent omnino à Pontifice independentes, utpotè habẽtes juriſdictionem à ſuperiore, nempe Chriſto conceſſam. Conſequens eſt omnino falſum; ergo & antecedens. Confirmatur; quia ſi Epiſcopus immediatè accipit poteſtatem à Chriſto Domino, quando Epiſcopus delinquit, & eſt hæreticus Pontifex ſolum eum declarabit delinquentem, & Deus auferet poteſtatem ut communiter dicitur de Summo Pontifice; atqui hoc non eſt dicendum, ſiquidem Concilia, ac jura, *cap. ad abolendum* Cap. ad abolendum. *de hæreticis*, & mille alia ordinant Epiſcopos hæreticos, & ſchiſmaticos eſſe privandos, ac deponendos à Summo Pontifice; ergo dicendum quod Pontifex, eos deponit, ac privat, eiſque aufert juriſdictionem, aliàs Concilia, & jura impropriè loquuntur.

23. Probatur quartò; quia Epiſcopus electus, ac confirmatus tantum ante conſecrationem poteſt efficere ea omnia, quæ ſunt juriſdictionis Epiſcopalis, dare indulgentias, excommunicare, & alia ſimilia, *cap.* 1. *&* 2. *de tranſ-* Cap. Tranſmiſſum. Sanchez. *latione Epiſcoporum, cap. Tranſmiſſum de electione*; de quo laté Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 2. *num.* 11. Ergo talis poteſtas juriſdictionis in Epiſcopis non provenit ex vi ſuæ ordinationis, ſed ex commiſſione Eccleſiæ, quæ talem juriſdictionem dat Epiſcopo. Confirmatur efficaciter ex Pontifice Romano, quod eſt primum exemplar in hac materia; quia Pontifex ex eo ipſo, quod eligitur, eſt verus Papa, & poteſt omnem ſuam juriſdictionem papalem externam exercere, verbi gratiâ, excommunicare; concedere indulgentias, quamvis nunc electus non ſit Epiſcopus, vel Sacerdos, ut notat Suar. Suar. *citato lib.* 4. *de leg. cap.* 4. *num.* 11. Et poſtea ſit ordinandus, ac ſacrandus, & tamen ante conſecrationem licitè, & validè talem juriſdictionem exercet, ergo ſicut juriſdictio papalis non eſt actus ordinis, vel conſecrationis; ergo nec etiam erit actus juriſdictio Epiſcopalis, cum Epiſcopalis dignitas ſit quædam participatio Papalis dignitatis.

Arguunt primò adverſarii: Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, ut dicitur, *cap. In* 24. *novo diſt.* 21. & in Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 4. Trident. Atqui Apoſtoli habuerunt immediatè juriſdictionem à Chriſto Domino; ergo & Epiſcopi, cùm ſint ejus ſucceſſores. Major patet ex citatis locis; minor probatur ex verbis Chriſti ad Apoſtolos, Matth. 18. *Quæcunque li-* Matth. 18. *gaveritis ſuper terram, ligata erunt & in cælis*, & Ioan. 20. eis dixit Chriſtus, *Sicut miſit me* Ioan. 20. *vivens Pater, & ego mitto vos*, id eſt, ut explicant ſancti Patres; ut ſuo loco dixi eadem auctoritate, qua Deus Pater miſit me, & ego mitto vos, ſicut & Papa ſuccedit Petro, ita & Epiſcopi Apoſtolis.

Reſpondetur, quod in Apoſtolis fuit du- 25. plex dignitas, una Apoſtolatus altera conſecrationis, ſeu ordinis Epiſcopalis. Apoſtoli per Apoſtolicam dignitatem acceperunt à Chriſto plenariam poteſtatem ſuper univerſam Eccleſiam, quod fuit convenientiſſimum, quia ipſi erant dividendi per regiones longiſſimas, & ideò neceſſarium, ut daretur eis pleniſſima poteſtas ad creandos Epiſcopos, ac multa alia; & hanc excellentiſſimam poteſtatem Apoſtolatus per modum cujuſdam legationis, ut explicat Bellarm. loco ci- Bellarm. tato receperunt immediatè à Chriſto de quibus agitur locis citatis, Matth. & Ioannis. Acceperunt etiam Apoſtoli à Chriſto conſecrationem, ſeu ordinationem ſacerdotalem, vel cum novo charactere, vel cum extenſione characteris ſacerdotalis, juxta varias ſententias. Et quod hæ duæ dignitates in Apoſtolis diſtinguantur, patet, quia Paulus fuit Apoſtolus, & habuit plenariam poteſtatem Apoſtolicam, & tamen non legitur 1. Corinth. 14. quod fuiſſet creatus Epiſcopus alicujus Eccleſiæ particularis, licèt omnium Eccleſia- 26. rum habuerit ſolicitudinem. 2. *Corinth.* 11. Anicetus.

Inde doctrinæ gratia addo, quod ut dixi ſuperiori *quæſt. num...* Anicetus Papa teſta- Turrecremata. tur quod Iacobus minor fuerit ordinatus Lorinus. Epiſcopus à D. Petro, imò Turrecremata *in ſumma de Eccleſia, part.* 2. *cap.* 42. Lorinus *in acta Apoſtol. cap.* 13. *verſ.* 3. §. *magnum eſt*, *& cap.* 20. *verſ.* 28. §. *Porrò hoc.* Qui docent, quòd Chriſtus Dominus immediatè ordinaverit ſolùm Petrum, qui ſuos Coapoſtolos ordinavit, quod ita intelligo, ut dixi ſuperiori quæſtione citato loco quod omnes Apoſtoli immediatè fuerunt à Chriſto Domino ordinati Epiſcopi, Petrus tamen eos manifeſtavit, declaravit, ac publicavit Epiſcopos. Inſuper exiſtimo, quod ipſa diviſio terrarum inter Apoſtolos auctoritate D. Petri facta eſt, ut Iacobus abiret in Hiſpaniam, Thomas in Indiam, Matthæus in Æthiopiam, &c.

27. Ad argumentum in forma reſpondetur, quod Epiſcopi ſuccedunt Apoſtolis, non in dignitate Apoſtolica; nam hæc fuit extraordinaria, & per modum cujuſdam legationis, alias Epiſcopi haberent juriſdictionem in toto orbe, & eſſent æquales in poteſtate

cum

cum Romano Pontifice, quòd eſt falſum, ſuccedunt ergo in ordinatione Epiſcopali ſecundum ſe, verbi gratiâ, ad creandos ſacerdotes, & alia. Dixi ſecundum ſe, quia non in modo habendi ſuccedunt; nam Apoſtoli habuerunt ordinationem immediatè à Chriſto; Epiſcopi verò illam habent mediante Romano Pontifice. Et quamvis Apoſtoli habuiſſent ordinationem, ſeu conſecrationem Epiſcopalem à Chriſto, tamen diviſio ſedium, ac terrarum facta eſt determinatione humanâ à D. Petro, ut jam dixi. An verò Pontifex Romanos ſuccedat
Bellarm. Petro ut Apoſtolo, negat Bellarm. & ait, quòd illi ſuccedit ſecundum id, quod fuit Paſtor univerſalis. Alii verò videntur affirmare, ſuccedere Petro etiam ut Apoſtolo,
Suar. pro quo facit Suar. *citatus numero 21.* prout ait, Apoſtolatum eſſe quendam Epiſcopatum univerſalem totius Eccleſiæ, & hunc habet Summus Pontifex ex ſuo jure ordinario. Et inde negamus, quòd ita Epiſcopi ſuccedunt Apoſtolis, ut Pontifex Romanus Petro, ut patet ex dictis.

28. Arguunt ſecundò adverſarii: Epiſcopale munus eſt de jure divino non ſolum quoad conſecrationem, & ordinis poteſtatem, ſed etiam quoad juriſdictionem neceſſariam ad ferendas leges, ac gubernandas Eccleſias; Quod totum probatur ex Paulo Actor. 20.
Actor. 20. dicente: *Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos poſuit ſpiritus Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei.* Ubi verbum *regere*, apertè ſignificat poteſtatem juriſdictionis, ſine illa quomodo poſſunt regere Eccleſiam Dei? ergo utraque eſt de jure divino in illis. Et confirmatur, quia utraque poteſtas ordinis, ac juriſdictionis, ita eſt inter ſe connexa, ut videatur, quod una non poſſit ſeparari ab alia.

29. Reſpondetur, quod poteſtas ordinis in Epiſcopo eſt de jure Divino, poteſtas autem juriſdictionis licet habeat originem à jure Divino, tamen talis poteſtas formaliter eſt ex jure humano, ut explicabo in ſolutione Confirmationis. Nec locus Pauli aliquid probat contra hoc; *Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos*
Lorinus. *regere Eccleſiam Dei*; id eſt, ut communiter
Cornel. explicant Expoſitores, Lorinus, Cornelius, & alii, Spiritus ſanctus inſpiravit Petro, ſeu Petrus ex inſpiratione Spiritus ſancti poſuit Epiſcopos ad regendam Eccleſiam; ſic & Apoſtoli in Concilio Actorum 15. dixerunt: *Viſum eſt nobis, & Spiritui ſancto*: id eſt viſum fuit nobis Spiritu ſancto inſpirante; Sic & Rex dicitur datus à Deo, cum ipſe ſic creatus, & accipiat juriſdictionem à populo, tamen illa voluntas populi mota fuit à Deo, & ideo Rex dicitur datus à Deo; ſic & Ioſeph fratribus; qui eum vendiderunt in Ægyptum, dixit: *Non*
Gen. 45. *veſtro conſilio, ſed Dei voluntate, huc miſſus ſum.* Gen. 45. num. 8. Quia Deus ex illa præmiſſa venditione Ioſeph ordinavit eum in communem ſalutem, ſic & Divinus ſpiritus inſpiravit, & movit voluntatem Petri, ut Epiſcopos crearet, ac poneret, ad regendas Dei Eccleſias.

30. Ad confirmationem dicimus, quod in Epiſcopis poteſtas ordinis, & juriſdictionis habent inter ſe formaliter connexionem ex jure humano, non vero ſimpliciter, & abſolute; nam Epiſcopus titularis, ut jam dixi ſupra, habet poteſtatem ordinis, non vero juriſdictionis. Tamen in Epiſcopo habente ſubditos, licet poteſtas juriſdictionis formaliter habeat connexionem cum poteſtate Ordinis ex jure humano, originem tamen ducit ex jure divino; quia ut optime docet Bellarminus citato Bellarm.
loco, Pontifex ex jure divino tenetur creare, ac inſtituere Epiſcopos, & juriſdictionem eis dare ad exercendum debitè ſuum munus paſtorale, ſicut licet ſacerdotes in ſua ordinatione accipiant poteſtatem incompletam, & inchoatam ad abſolvendum à peccatis, quæ completur per poteſtatem humanam Prælatorum Eccleſiaſticorum, ut patet ex antiquiſſimis conſtitutionibus Eccleſiæ, à tempore Cœleſti- Cœleſtinus.
ni Papæ, & noſtri ſancti Dionyſii, & poſtea Dionyſius.
ab Vrbano 2. *Cap. Placuit.* Et tamen Prælati Urban.
Eccleſiaſtici tenentur ex jure divino approbare confeſſores, quia de jure divino eſt, ut fideles confiteantur; & ita quamvis juriſdictio Epiſcopalis ſit de jure humano, tamen Papa tenetur ex jure divino dare, & inſtituere Paſtores ad conſecrandos ſacerdotes, ad regendas Eccleſias.

Arguunt tertio D. Cypriano *lib. 4. epiſtol. 9.* dicente Epiſcopos à Chriſto D. fieri, à 31. D. Cyprian.
quo & Apoſtoli creati ſunt. Quod etiam probatur ex Paulo ad Epheſios 4. *Ipſe dedit quoſ-* Epheſ. 4.
dam quidem Apoſtolos, alios Prophetas, alios Paſtores, alios Doctores; Ubi nomine Paſtorum intelliguntur Epiſcopi, ut exponunt D. Hieron. Origenes, Theophylactus, & alii. D. Hieron. Origenes. Theophyl.
Reſpondetur ad Divum Cyprianum, & Paulum, ut dictum eſt in ſuperiori argumento, Chriſtus ordinavit, dedit Paſtores inſpirando Petrum, ut ipſos Epiſcopos daret, ac crearet, vel dedit ſecundum ordinem, vel conſecrationem Epiſcopalem, D. Auguſtin. *epiſtol.* 59. D. Auguſt.
D. Hieron. D. Anſelm. volunt eoſdem eſſe paſtores, ac Doctores, D. Ambroſius ſic explicat locum Pauli, quod paſtores ſint lectores, D. Hieron. D. Anſelm. D. Ambroſ.
qui ſuis lectionibus paſcunt, & dant alimenta populo, Doctores ſunt Magiſtri, qui verbis, ac auctoritate ſua coërcent populum.

Arguunt quartò; in principio Eccleſiæ 32.
Apoſtoli creabant Epiſcopos, etiam inconſulto Petro, & deinde cæperunt fieri Epiſcopi per electionem Cleri, aut populi, abſque recurſu ad Summum Pontificem, & ſtatim habebantur ut Epiſcopi legitimi; ergo ſignum eſt Epiſcopis illam poteſtatem non dari à Summo Pontifice, ſed immediatè à Deo; nam in prædicto caſu Clerus, & populus ſolum deſignabant perſonam, cui conferebatur poteſtas à Deo, ut communiter dicitur de Romano Pontifice. Confirmatur, quia ſi Epiſcopus accipit juriſdictionem à Papa, quando condit leges, & imponit cenſuras, debet dicere ſe hoc facere poteſtate data à Pontifice, ſed hoc non debet dicere, aliàs erit legatus, & non ordinarius Paſtor ſuarum ovium.

Reſpondetur, quòd omni tempore ſemper 33.
Epiſcopi habuerunt dependentiam in ſua juriſdictione à Summo Pontifice; nam licet Apoſtoli haberent juriſdictionem ſuper totum orbem, & crearent Epiſcopos, tamen tales Epiſcopi ſubjiciebantur Petro, ſicut & ipſi Apoſtoli Petro, ut univerſali capiti totius Eccleſiæ, & tales Epiſcopi creati ab Apoſtolis

ob

ob defectus, & culpas poterant privari à Petro, & eorum leges, ac cenſuras irritare, ac proinde in ſua conſervatione dependebant ab ipſo. Quòd verò poſt mortuos Epiſcopos electos ab Apoſtolis, Clerus, & Populus eligerent Epiſcopos, factum eſt ex conſenſu, ac permiſſione Romanorum Pontificum, quia ob magnam perſecutionem tyrannorum, ob magnamque locorum diſtantiam, & quia faciliter non dabantur tabellarii, nec communicatio cum Sede Apoſtolica; ideo ſanctiſſimi illi primi Pontifices tanquam Patres maximè providi, ne populi perirent abſque Paſtoribus, permiſerunt, ac ratum habuerunt, ut Epiſcopi eligerentur à Clero, ac Populo; Anacletus Pontifex V. à D. Petro, *circa annum Chriſti 100 cap. ultimo, diſt. 79.* Conſonât ſequentes Pontifices, Stephanus I. *in cap. Noſce ibi convocato Clero, & Populo,* Celeſtinus I *in cap. Clerici,* Leo I. *in cap. Vota cum ſequentibus 63 diſt.* Hæc, & multa alia Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, part. 1. tit. 1. cap. 3. num. 4 & 5.* Ac proinde ſemper Epiſcopi habuerunt ſuam juriſdictionem ex conceſſione, & approbatione Summi Pontificis.

Anacletus. Stephan I. Celeſtin. I. Leo. I. Barboſa

Ad confirmationem, quòd bene poteſt Epiſcopus dicere, à Romano Pontifice poteſtate mihi facta, ſæpe ſæpius vidi multa Decreta, ac edicta Paſtoralia Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in hunc modum, verbi gratiâ D. Michaël à Caſtro Archiepiſcopus Olyſſippon. *Gratia, & beneficio ſanctæ ſedis Apoſtolicæ*, nec ex eo quòd dicat poteſtate mihi facta à Papa, ſequitur ipſum eſſe delegatum; non enim in hoc differunt poteſtas ordinaria, ac delegata, quod ordinaria non ſit ab alio, ſic & delegata habeatur: ſed in hoc diſcriminantur, quòd ordinaria habeatur ex vi proprii muneris, quamvis tale munus ab alio habeatur; unde qui habet tale munus, utitur ipſa juriſdictione, tanquam proprius Dominus. Unde ſenator Regius, qui ex vi ſui muneris habet hominem damnare ad mortem ſi dicat poteſtate Regia mihi facta, ſententiam mortis profero in Petrum, hoc eſt per accidens cum ex vi ſui muneris habeat illam poteſtatem ordinariam. Poteſtas delegata non ſic ſe habet ex vi proprii muneris, ſed ex quadam conceſſione ad nutum facta, unde utens tali juriſdictione non ſe habet ut Dominus, ac ut cauſa principalis, ſed ut inſtrumentum motum ab alio ut dependens ab ejus influxu, à quo dimoveri poteſt.

RESOLUTIO XXXVI.

De Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento.

QUÆSTIO PRIMA.

Suprema, & alta vigilantia tabernaculum Sacræ Euchariſtiæ cuſtodiendum eſt in Eccleſia.

SUMMARIUM.

1 *Sacra Euchariſtia, ut ſupremum bonum totius Eccleſiæ, ſummo cultu, ac reverentia, à nobis eſt veneranda.*
2 *Audax, & ſacrilega temeritas.*
3 *Pro cuſtodia Sacræ Euchariſtiæ novus cuſtodiæ modus requirendus.*
4 *In quinque locis diſtinctis Deus præcipiebat Levitas, & Sacerdotes cuſtodire tabernaculum.*
Talis Cuſtodia, ac vigilia maxime recōmendatur Principibus, ac Magnatibus, ibid.
5 *Cur Deus tantam cuſtodiam, ac vigiliam requirebat in Templo.*
6 *Sacri Apoſtoli, ac ſancti Patres maxime cuſtodiebant hoc Sacramentum illud ſecum habentes.*
7 *Quæ cuſtodia maxime adhibenda eſt hac noſtra ætate.*
8 *Remedium quod apparet opportunum.*

SUPREMUM bonum totius Eccleſiæ, eſt diviniſſimum, ac altiſſimum Euchariſticum Sacramentum, in quo vere, realiter, ac ſubſtantialiter adeſt præſens Chriſtus Dominus verus Deus, & homo; de quo intelligitur id, quod ipſe de ſe dixit, Matth. 28. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.* Unde à nobis ſuprema veneratione, ſumma reverentia, ac profundiſſimo cultu, omni affectu tantum myſterium recolendum eſt. 1.

Matth. 28.

Tamen audax temeritas diabolo ſuggerente, non dubitat ſacrilegas, ac maledictas manus in tam ſublime, & altiſſimum myſterium mittere, ut anno elapſo contigit: Homunculus quidam, ex infima, ac abjectiſſima plebe ex oppido quodam apud *Cantanhede*, animo furandi ſacram pyxidem, etiam ſanctiſſimum Sacramentum ex ſuo loco furatus eſt, quod totum Regnum ſummo dolore, triſtitia, ac mæſtitia affecit, & inde ego pro cuſtodia diviniſſimi Sacramenti, hoc breve notabile feci, quod multis, & magnis viris placuit, & inde pro reverentia tanti Sacramenti illud hic appono. 2.

Ait D. Paulus 2. Corinth. 5. num. 14. *Charitas Chriſti urget nos*, ut explicat P. Paſchaſ. *lib. 7.* ad ſæpe loquendum clamandum, ac non tacendum, cum videamus tam grave, & abominabile ſacrilegium in eo, quòd eſt pretioſiſſimum totius Eccleſiæ, ut eſt diviniſſimum & altiſſimum Sacramentum; nam quamvis Summus Pontifex Innocentius III. *cap. ſtatuimus, de cuſtodia Euchariſtiæ*, ſanctiſſimè decrevit in generali Concilio, quod ſacratiſſima Euchariſtia haberetur repoſita in ſacrario bona, ac competenti clave recluſa, tamen ut optimè D. Auguſtin. *in Enchirid. cap. 7.* quod cum malitia humana excreſcit, & commune remedium non ſufficit, multa diligentia novus modus perquirendus eſt, & nullus ferè videtur aptior, ac convenientior, quam ille, quem Deus diſpoſuit, ac ordinavit in lege antiqua, quæ erat, ut ait Apoſtolus 1. Corinth. 10. n. 11. Umbra, & figura illorum, quæ Deus diſponebat ad legem gratiæ, quæ Dei benignitate in præſentiarum feliciſſimè fruimur, & gaudemus. 3.

2. Corinth. 5. D. Paſchaſ. Innocen. III. D. Auguſt. 1. Corinth. 10.

In quinque diſtinctis locis invenitur Deum mandaſſe Sacerdotes, & Levitas viciſſim ordine ſuo ſervato, ut cuſtodirent, ac excubarent 4.

ad

ad oſtium tabernaculi ad cuſtodiendum Sanctum Sanctorum. In numeris in quatuor diſtinctis Capitulis, *cap.1.num.53 cap.3.num.7. cap.18.num 4.& 5.& cap.31.num.47.* & apud etiam *Ezechielem cap.40. num. 45.& 46.* Ad quid tanta repetitio, & tam frequens in Scriptura, quia ut docent Theologi cum D. Thoma 1. *part. quæſt.* 2. ac Sixto Senenſi, ut inde divina providentia, magna recommendatio intimetur de præcepto, ac mandato impoſito, tanquam quid valdè utile, ac neceſſarium. Si ergo Deus tam ſedulam, ac continuam vigiliam ad cuſtodiam unius umbræ, ac figuræ ordinabat, quantam ergo majorem nos debemus exhibere ad cuſtodiendum ipſum myſterium figuratum, in quo verè ac realiter adeſt præſens caro, & ſanguis Ieſu Chriſti veri Dei, ac Salvatoris noſtri; & hanc pervigilem cuſtodiam peculiariter Deus recommendat Principibus, ac Magnatibus: nam poſtquam Deus eos ad hanc cœleſtem menſam invitavit, ſtatim eos adhortatur per *Iſaiam 21. num. 5.* ut notat Cardinalis Hugo, ad diligentem vigiliam, ac ſedulam cuſtodiam: *Pone menſam, contemplare in ſpecula comedentes, ac bibentes, ſurgite principes, arripite clypeum.*

Num. 1. Num 3 Num 18. Num.31. Ezech 40 D.Thom. Iſai 21. Hugo.

5. Ex quonam motivo Deus in templo ſuo tot excubias nocturnas, ac tutelas diſponit. D. Hier. D. Greg. ad citatum Ezechielis locum, ajunt ad tuendum, ac cuſtodiendum à cæca, & incauta hæreticorum, ac infidelium furia. Origenes Severianus, à ſacrilega gentium abominatione, ac profanitate. Ulpianus, Lytanus inquiunt ne aliquid indocens, & repugnans ſanctitate tanti loci fieret in templo; unde ex D. Bernardo colligit Cardinalis Hugo *ad cap. 47. Geneſ.* quod Sacerdotes, ac Miniſtri Eccleſiæ ſe debent habere tanquam milites, non ad licentioſas prophanitates: ſed tanquam ad ſtationes militares, ut die, ac nocte ſupervigilent ad cuſtodiam domus Dei.

D. Hieron. D. Gregor. Ad cit. locum. Origenes. Severian. Vulpian. Lytan.

6. Quod optimè intellexerunt ſacri Apoſtoli, ac Sancti Patres. In primitiva enim Eccleſia ordinaverunt Apoſtoli, ut teſtantur Ducantius *lib. de Redditibus Eccleſiæ, c.16* Theatrũ vitæ humanæ, *verb. Euchariſtia, fol. 448. littera G.* Quod Præpoſitus, ſeu Parochus Eccleſiæ hoc diviniſſimum Sacramentum haberet ſecum in domo ſua. Divus Paulinus, ut refert Ioannes Moſch. *in Prato ſpirituali, cap.27.* hoc Sacramentum ſecum habeat in ſuo Palatio, & inde illud ad infirmos deferat. Et Divus Cyrillus Alexandrinus, ut ſcribunt Optatus Milevitanus *lib. 2. contra Parmen.* Sophronius *in Prato ſpirituali, cap.9.* Cuſtodes appoſuit in Eccleſiis, ſicut & Divus Baſilius *in Cappadocia*, & antiquis temporibus, ut Auctor eſt Gregorius Turonenſis *de Gloria mundi*, Sacra Euchariſtia ſervabatur in quadam munitiſſima turri, optimo artificio, ac ſingulari arte compoſita, ac fabricata. Et Alexander Tertius, qui floruit circa annum 1160. quando in Portugallia regnabat Primus Rex Alphonſus Henriquez, in multis in partibus præcepit ut ad majorem cuſtodiam, ac tutelam, ut in domibus, ac Palatiis Principum, ac Magnatum ſervaretur, ut tradunt Surius *die 14. Novembris inter acta Sancti Laurentij* Sylveira Opuſcula. *Dublien.* Spondanus *in epitome Baronij anno Chriſti 57. n.43.*

Ducant. Theatrum. Moſch. Milevitan. Sophron. Turonenſ. Surius.

7. Si ergo Deus ita ordinavit, ac diſpoſuit, ſacratiſſimique Apoſtoli, ac Sancti Patres, quos nobis Deus dedit ut magiſtros, ac Doctores noſtros, & tanquam luminaria magna ſuæ Eccleſiæ, ita verbo docuerunt, & opere impleverunt, maximè nobis incumbit, eorum doctrinam amplecti, dictamina venerari, facta, & opera in omnibus imitari, & maximè hac noſtra ætate, in qua noſtra regna multis hæreticis, ac Religionis Catholicæ adverſariis abundant; multæque Eccleſiæ ſunt deſertis in locis, ac à populi frequentia ſeparatæ, & frequenter Parochus, aut æditus mandat, ad Orationem Angelicam pulſare per quendam adoleſcentulum, & multoties parvæ, & teneræ ætatis, qui ob ſuam levitatem facilè Eccleſiæ oſtium non bene clauſum relinquet.

8. Ob hæc, & alia inconvenientia mihi, & multis viſum fuit valdè conveniens, ut juxta quamlibet Parochiam, contributione facta à Parochianis fiat una, vel altera domus cum oſtio ad Eccleſiam, in qua Parochus, vel Theſaurarius pernoctent, & videntes inimici noſtræ ſacræ Religionis, quod in Eccleſia excubant, homines non audebunt tam abominanda ſacrilegia, ac exercenda ſcelera perpetrare, & qui tam ſollicitus ac providus fuerit, pro cuſtodia Eccleſiæ Dei, Deus eis multas, & largas benedictiones ei impendet, ut Salomoni promiſit *3.Reg.9.num 5.* juxtà Paraphraſim Chaldaicam.

QUÆSTIO II.

Utrum Regulares valeant exponere publicè abſque Epiſcopi licentia Sacram Euchariſtiam?

SUMMARIUM.

9 *Ponitur pars negativa.*
10 *Pars affirmativa eſt communis, & vera.*
11 *Explicantur dictiones poſita in conceſſione Apoſtolica.*
12 *Probatur ex Gregorio Papa.*
13 *Nullum eſt fundamentum, ob quod requiratur licentia Epiſcopi.*
14 *Probatur etiam Cardinalium declaratione, ac uſu, & praxi Religionum.*
15 *Reſpondetur ad declarationes Cardinalium adductas in contrarium.*
16 *Solvitur confirmatio adverſariorum.*

NEgantem partem tuetur Gavantus *in manuali Epiſcoporum, verb. Euchariſtia, n.53 & 54.* & ſic ait: *Non exponatur*, ſcilicet Sacra Euchariſtia cum ſolemnitate à Regularibus ſine licentia Ordinarij. Congregatio Rituum 26. Februarij 1628. & *n. 4.* ſic ait ipſe Gavantus, *Pro perſonis particularibus exponatur in oſtiolo tabernaculi, aut in pixide velata cum luminibus, & aſſiſtentia. Congregatio Epiſcoporum 7. Septembris* 1598. Et confirmatur, quia maximè videtur inconveniens ad venerationem, & reverentiam tanti Sacramenti, ut non 9.

Gavant. S. Congreg.

 paſſim,

paſſim, ac frequenter exponatur. Et ideo Diana, quamvis dubius magis propendet in hanc ſententiam *p.11.tract.2. Reſolut.5.*

10. Brunus. Pellizar. Anton. à Spir. Sanct.

Contraria ſententia eſt vera, & communi uſu receptam eam tenent, ac docent Brun. *de Privil. Regul. p.1.tract.2.c.3. Propoſit.6.* Pellizar. *tom.2. tract.8.c.5.ſect.2.n.79.* M. Fr. Ant. à Spir. Sancto *Direct. Reg. p.1.tract.2.diſp.3.n.105.* Et probatur primo ex cõmuni uſu, ac praxi Religioſorum, qui paſſim abſque aliqua licentia Epiſcopi S. Euchariſtiam exponunt. Probatur ex multis conceſſionibus, quæ factæ ſunt Religionibus pro exemptione earum Eccleſiarum, ut ſupra retuli *Reſol. 31. q.7. n.45.* ex Sixto IV. ubi ait Pontifex, quod dictas perſonas Regulares eaſdemque Eccleſias *In jus, & proprietatem B. Petri, & Apoſtolicæ Sedis aſſumimus, illáque à cujuſcunque Diœceſani, & cujuſlibet alterius poteſtate, & dominio omnimodè in perpetuum prorſus eximimus.* Ergo ſi Eccleſiæ Regularium ſunt omnimodè, & prorſus exemptæ à juriſdictione cujuſcunque Epiſcopi, nõ poteſt Epiſcopus aliquid in eis diſponere, ac ordinare, ac proinde non poteſt præcipere ut S. Euchariſtia non exponatur. Pro cujus majori vi expende duas particulas appoſitas in conceſſione, quæ excludunt omnes actus adverſarios.

Sixtus IV.

11. Glossa. Butr. Tuſchus. Narbon.

Omnimodè, & prorſus. Dictio *omnimodè* eſt univerſalis, & comprehendit omnia, ita ut nihil excludat per Gloſſ. *verbo Omnimoda in Clement. Quãvis, de foro competenti.* Anton. de Butr. *conſ.19.n.5.* Decian. *concil.35.n.47.lib.2.* Card. Tuſch. *tom.2 litt. D. concl.* 320. *n.*... Noviſſimè Didacus Narb. *de ætate ad humanos actus requiſit. annot.8.q.4.num* 12. Altera particula eſt dictio *Prorſus*, & hæc dictio excludit omnia, & ſingula, quæ in contrarium excogitari poſſunt, *cap. Statutum, §. Proviſurus, de Reſcript. in 6.* Ita Steph. Grattan. & alij, quos citat, ac ſequitur Barboſa *in dictionib. diction.294.* ergo cum Pontifex dicat in dicta conceſſione, quod dictæ Eccleſiæ ſunt exemptæ à juriſdictione Diœceſani, *Omnimodè & prorſus*, quæ excludunt omnes, & ſingulos actus in contrarium, nullum actum poteſt Ordinarius in eorum Eccleſiis exercere.

Stephan. Grattan. Barboſa.

12. D. Gregor.

Probatur tertiò, ex D. Gregor. 18.q.2 c. *Luminoſo.* ait Pontifex: *Ne audeat ſibi Cathedram collocare Epiſcopus, vel quamlibet poteſtatem exercere imperandi, nec quamcunque ordinationem, quãvis leviſſimam faciendi, niſi ab Abbate loci fuerit rogatus, quatenus Monachi ſemper maneant in Abbatũ ſuorũ poteſtate, ut remotis gravaminibus divinum opus, cum ſumma devotione animi perficiant* Diſponit Sũmus Pontifex, ut Eccleſiæ Regularium maximè exemptæ ſint à juriſdictione Epiſcoporum, nec in eis ſuas Cathedras collocare, *nec quamcũque ordinationem quanvis leviſſimam facere.* Et iterum maximè explicatur; *Ne quamlibet poteſtatẽ exercere imperandi.* Illa particula quãlibet excludit etiam minimã actionẽ imperandi, *l. cum quid, ff. ſi certũ petatur.* Decius *conſ.629.n.2.* Menoch. *conſil.33.n.21.* Franciſ. de Ponte *deciſ.13.n.4.* Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, part.1 c.15. num 69.* Glotter. *Reſp.1.p.1.n.185.*

Decius. Menoch. Fran. Leo Franc de Pon Glotter.

13. Probatur, quia nullum aſſignabitur fundamentum, ut requiratur licentia Epiſcopi; non enim quia *Epiſcopus*, quoniam talis licentia non eſt actus characteris Epiſcopalis. Non quia *Diœceſanus*, ſeu quia ſuperior territorij, in quo ſunt dictæ Eccleſiæ, quia illarum non eſt ſuperior: locus exemptus in Diœceſi juxta Canoniſtas, ut extra Diœceſim judicandus eſt: nec denique quia ad eas confluat populus ei ſubditus: quoniam ad eas ſine ejus licentia, imò ipſo contradicente convenit populus ad audiendum verbum Dei, ac ad divina Officia, ac ad percipienda Sacramenta.

14. A Cruce.

Probatur quartò, ex quadam declaratione S. Congregationis quam adducit Ioan. à Cruce *lib.3 c.5. dub.5. Notabili* 2. Probatur etiam ex communi uſu, & praxi, qua S. Religiones tam in hoc Regno Portugalliæ, quam in aliis Hiſpaniarum partibus, in quibus præſens adfui, ſolent S. Euchariſtiam exponere abſque aliqua Ordinarij licentia, imò vidi circa ann. 1625. quoddam Capitulum Sede vacante ſuo Decreto prohibere, ne Regulares ſine ſua licentia exponerent S. Euchariſtiam; cauſa agitata, & ventilata, Capitulum Sede vacante deſtitit à ſuo decreto, & Religiones perſeverarunt in ſua praxi, & uſu exponendi Sacram Euchariſtiam abſque ulla Ordinarij licentia.

Capitulum. Sede vacante.

Ad fundamentum Adverſariorum Reſpondetur primò, quod tales declarationes, ut jam dixi, non ſunt in uſu, ac praxi, ſed contrarium ſervatur à Regularibus abſque alicujus licentia exponẽtibus S. Euchariſtiã, ac proinde tales declarationes per communem conſuetudinẽ ſunt abrogatæ, & præſcriptæ, ut notant M. Lezana *tom.2.c.1.n.26.* Bordon. *Reſol 21.n.50.* Ceſpedes *de exempt c.6 diſp.121.n.2.* Cokier *de juriſd. in exemptos, q.6.* Secundò. Declarationes S. Congregationis ut obligent juxta Conſtitutionem Urbani VIII. quã retuli *ſupra. Reſol.25.q.1.n.7.* duo requiruntur. Primò, quod oſtendantur authenticę, & ſubſcriptę manu Cardinalis, ac publici Notarii, & ſimul requiritur, quod ſint publicatę. At cum in talibus locis non ſint publicatæ, in illis non obligant. Tertiò, tales declarationes, quamvis habeant multam auctoritatem, tamen non poſſunt abrogare communes Canones, ac Conſtitutiones Apoſtolicas, niſi conſulto Summo Pontifice. Ita Navar. *lib.5. conſilior. conſ.15. de ſent. excõ* Sanchez *lib.8. de matr diſp.2.n.10.* Vaſq. *1.2. diſp.177.c. ult.* Veiga *Minim verb. De S. commun. caſu* 226. Pellizar. *tom 1.tract. 4.c.4.n.* 108. Portel. *tom. 2. in Reſponſ. caſ.31.n.3.* Bonac. *tom.2. diſp.1. de leg q.1. punct.8.* Cũ ergo in prædictis declarationibus non dicatur conſultus Summus Pontifex, non videntur habere vim contra Conſtitutiones Apoſtolicas citatas *in hac quæſt n.10. &* 12. 15.

M. Lezana. Bordon. Ceſpedes. Cokier. Urban VIII. Navarr. Sanchez. Vaſquez. Veiga. Pellizar. Portel. Bonacina.

Ad id quod dicitur in confirmatione, quod ad reverentiam, ac venerationem tam altiſſimi Sacramenti ſpectat, quod non multoties, ac frequenter exponatur. Tale aſſertum valdè mirum apparet: nam Romæ, ubi adeſt Summus Pontifex caput totius Eccleſiæ abhinc multis jam annis elapſis uſque in præſentem diem ſervatur, in unaquaque Eccleſia per ſpatium quadraginta horarum, ſuo ſucceſſivo, & alternativo ordine S. Euchariſtia omnibus diebus eſt expoſita, & ad magis excitandam devotionem, ac frequentiam populi: Romani Pontifices concedunt indulgentias, inſuper & multas gratias, quò ergo fundamento dicitur, quod ad venerationẽ hujus diviniſſimi Sacramenti maximè pertinet quod non frequenter exponatur.

Quæstio III.

Quare in ſymbolo fidei de Euchar ſtico Sacramento non ſit expreſſa mentio?

SUMMARIUM.

17 *Objecta Hæreticorum.*
18 *Symbolum idem eſt, ac ſignum ſeu teſſera, quo milites inter ſe cognoſcuntur.*
19 *Apoſtoli compoſuerunt hoc ſymbolum, quo veri Chriſtiani à falſis agnoſcerentur.*
20 *Vt hoc Sacramentum ſanctificat, continetur ſub illo articulo remiſſionis peccatorum.*
21 *Vt vero eſt mirabile opus divina omnipotentia, ſubintelligitur in illo articulo Deum Omnipotentem*
22 *Quadruplex eſt ſymbolum, & explicatur.*

17. Hæretici. HÆretici noſtri temporis multis in partibus, & etiam convenientes in hac Civitate, nobis Catholicis objiciunt, quod cum dicamus diviniſſimum Euchariſticum Sacramentum eſſe myſterium fidei, in ſymbolo tamen quod Apoſtoli compoſuerunt, illius expreſſam mentionem non fecerunt.

18. Symbolum idem eſt, ac nota, ſignum, collatio, deducitur à verbo Græco, ſymbolo, id eſt confero, ſeu id, quod plures conveniunt in unum, ut cœna illa dicebatur collatio, ad quam comparandam multi aliquid contulerant. Seu ſymbolum etiam dicitur, nota, ſeu teſſera, ſeu nomen appellativum, per quod milites unius Ducis, ſeu Principis agnoſcuntur inter ſe, & diſtinguuntur ab aliis. Ita Calepinus, Theſaurus linguæ Latinæ Lexicon Eccleſiaſticum. Calepin. Theſaur. Legic. Eccl

19. Hinc ſacri Apoſtoli tanquam patres fidei, fundatores Chriſtianæ Religionis, Legati Chriſti, Coadjutores in ſalvatione generis humani, antequam dividerentur in varias Provincias, & orbis partes, hanc brevem fidei formulam compoſuerunt, quam ſymbolum dixerunt, ut per eam veri Chriſtiani à falſis diſtinguerentur, & ſemper veri Chriſtiani haberent in ore. Hoc breve fidei Symbolum Apoſtoli in duodecim articulos tanquam Generales, ſub quibus etiam multa alia fidei myſteria ſubintellexerunt; an ſinguli Apoſtoli particularem articulum compoſuerint, an communi conſenſu omnes articulos, incertum eſt. Hoc tamen ſecundum ex Ruffino videtur probabilius, de quo agit Hortus Paſtorum *tract.* 1. *lect.* 9. §. *Hanc formulam.* Ruffinus. Hortus Paſtorum.

20. Difficultas ergo eſt, cur ſacri Apoſtoli in ſuo ſymbolo de Sacra Euchariſtia nullam faciunt mentionem. Ad quod reſpondet D. Thomas, & cum eo omnes Theologi, quia vel poteſt conſiderari hoc divinum Sacramentum, ut nos ſanctificans, & ſic contineri ſub illo generali articulo in ſymbolo *in remiſſionem peccatorum*, quo credimus Sacramenta novæ legis ad hanc remiſſionem conferendam inſtituta: nam Baptiſmus (quod magnam confuſionem peperit cuidam Hæretico inſultanti) eſt janua Eccleſiæ, fidei, & Sacramentorum, & tamen de illo in hoc Apoſtolico Symbolo nulla fit mentio, & omnes Hæretici, ut Calvinus, D. Thom.

Lutherus, & alii, ut Sacramentum inſtitutum à Chriſto agnoſcunt; ergo dicendum eſt quod ſicut Baptiſmus continetur ſub illo generali articulo remiſſionis peccatorum, ſic etiam Euchariſtia.

Ait etiam D. Thomas, quod ſi hoc Euchariſticum myſterium conſideretur ut admirabile opus divinæ Omnipotentiæ, ſic continetur ſub illo generali articulo, *Credo in Deum Patrem Omnipotentem.* Sed dicit Hæreticus. Apoſtoli in ſuo ſymbolo expreſſerunt aliqua opera divinæ Omnipotentiæ, ut creationem cœli, & terræ, & reſurrectionem carnis, cur ergo non expreſſerunt hoc admirabile opus Euchariſticum? Reſpondeo, quod ſacri Apoſtoli, in hoc brevi ſymbolo, ſeu abbreviata formula, ad indicandam ſummam Dei omnipotentiam, poſuerunt primum, & ultimum opus illius quod habemus in Scriptura. Primum opus divinæ Omnipotentiæ in Scriptura eſt creatio cœli, & terræ; ultimum verò illius opus eſt carnis reſurrectio ad vitam æternam, ac proinde ſub hoc primo, & ultimo opere, cætera divinæ Omnipotentiæ opera, ut eſt Euchariſticum Sacramentum continentur. 21. D. Thom.

Doctrinæ gratia adverte, quod quadruplex eſt Symbolum *Primum Apoſtolicum.* De quo modo diximus. *Secundum eſt Concilij Niceni,* in quo ob Arii hæreſim negantis divinitatem filii Dei, inde concilium maximè explicat ea, quæ pertinent ad divinitatem filii Dei, *Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri.* Quartum Symbolum *Conſtantinopolitanum*; in quo propter hæreſim Macedonij negantis divinitatem Spiritus ſancti, quædam apponuntur in Concilio ad magis explicandam ipſius divinitatem, & dicitur; *& Spiritum ſanctum vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit, qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur,* &c. Et ex utroque ſymbolo tam Niceno, quam Conſtantinopolitano Eccleſia adjungens fecit unum ſymbolum, quod canitur in Miſſa. Et quia Novatiani omnino negabant Baptiſmum, & Arius, ac Macedonius juxta ſuos errores novam formam Baptiſmi introduxerunt, ideo Patres Concilij Conſtantinopolitani appoſuerunt, *Confiteor unum Baptiſma:* juxta illud ad Epheſ. 4. *Sicut unus Deus, ſic una fides, & unum Baptiſma.* Quartum *Symbolum eſt D. Athanaſij,* valdè explicatiſſimum, & ab antiquiſſimis temporibus, maximè receptum eſt ab Eccleſia, & ejuſdem auctoritatis habetur cum aliis. 22. Conc. Nic. Conſtantin. Eccleſia. Epheſ. 4. D. Athan.

Quæstio IV.

Vtrum delinquens fugiens à Satellitibus ad Sacerdotem portantem Sacram Euchariſtiam, vel ad domum, in qua ipſa eſt pro communicando infirmo gaudeat immunitate Eccleſiæ?

SUMMARIUM.

23 *Proponitur caſus quæſtionis.*

24 *Prima ſententia negat.*
25 *Secunda vera, & communis affirmat.*
26 *Ratio eſt, quia Eccleſiæ immunitas principaliter deſumitur ob divinum Sacramentum.*
Ex Dei præſentia redditur locus ſanctus. Ibidem.
27 *Confugiens ad domum, in qua eſt Sacra Euchariſtia, gaudet immunitate.*
28 *Reus Eccleſiæ reſtituendus, & Satellites incidunt in cenſuras Bullæ Cœnæ.*

23. QUæſtio eſt, an ſi in præſenti caſu delinquens fugiat à Satellitibus ad locum, in quo eſt, vel defertur per plateas, gaudeat immunitate Eccleſiæ, & ſi furore, ac inconſiderate à Satellitibus detineatur, reſtituendus ſit Eccleſiæ. Caſus facilè poteſt contingere in praxi, & in hac Civitate contigit, ut ſtatim dicam.

24. Glossa. Covar. Bonacina. Partem negantem tenentur Gloſſa *in c. Quæſitum* 13.q.2. Covar. *lib. 2. variar cap. 20. num. 6.* Bonacina *tom. 2. diſp. 3. de legibus, quæſt. 7. §. 2. num. 11.* Fundamentum eſt, quia privilegia non debent ad aliud trahi per conſequentiam, & quamvis multa privilegia concedantur locis ſacris ob Euchariſtiam, nullibi tamen tale privilegium legitur conceſſum Euchariſtiæ extra Eccleſiam.

25. Bobadilla. Raph. de la Torre. Ioan. de Hevia. Tannerus. Megala. Cevallos. Cenedus. Rodrig. Diana. Suarez. Contraria ſententia eſt valdè communis, pro ea ferè 30. Doctores citat Bobadill. *in Polit tom. 1. lib. 2. cap. 14. n. 86 & in Gloſſa*, & pro hac ſententia etiam Raphaëlem de la Torre, Ioannem de Hevia, Tannerum, Megalam, Cevallos, Petrum de Cenedo, Rodriguez, Gambacurt. Sylveſtrem, Angelum, & alios, quos citat, & ſequitur Diana *tom. 1. tract. 1. Reſolut. 28.* Pro ea etiam ſtat Suar. *tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 9. n. 10. ad finem*

26. Ratio eſt, quia immunitas Eccleſiæ conceſſa eſt illi ob reverentiam divinorum, quæ in ipſa Eccleſia continentur; atqui inter omnia divina ibi contenta principaliſſimum eſt Euchariſticum Sacramentum, ergò ubi hoc divinum Sacramentum adeſt, ibi ſecum refert immunitatem: nam principale ſemper defert ſecum ea, quæ illi ſunt annexa, ac conſequentia. Confirmatur, quia videns, Moyſes, quod rubus arderet, & non combureretur, curebat ad videndam illam viſionem grandem, clamat Angelus: *Ne appropies, inquit, huc: ſolve calceamenta de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Exod 3. num. 5.
Exod. 3. Ioſuè 5. Quod etiam dicitur *Ioſue cap. 5 num. 15.* & unde locus ille, qui erat terra Gentilium, qui idololatria abundabant, locus Sanctus. Communiter omnes Patres, & Interpretes, quod locus dicebatur Sanctus ab Angeli præſentia loquentis nomine Dei; ſi ergo præſentia Angeli reddebat locum Sanctum, ut Moyſes Vir ſanctiſſimus prohibeatur illuc accedere, niſi cum multa reverentia, in cujus ſignum mandatur ei ſolvere calceamenta. Si ergo locus ille Sanctus erat, & tanta reverentia tractandus ob præſentiam Angeli nomine Dei loquentis, quanto magis dicendus eſt Sanctus, & magna reverentia tractandus locus, in quo adeſt ipſa realis ac ſubſtantialis præſentia Dei veri Chriſti Jeſus. Confirmatur etiam ſecundo, ſi tali immunitate gaudent Palatia Epiſcoporum, ac Principum, cur etiam deneganda erit loco, in quo adeſt ſuprema Dei majeſtas, qui ſua præſentia omnia ſanctificat, ac ſumma reverentia colenda reddit.

Ex his inferes, quod ſi Deus fugiat ad domum, in qua eſt Sacra Euchariſtia pro communicando infirmo, vel dum per plateas defertur ad ipſum infirmum, & ſi Sacerdotem non tangat, ſed tantum ſe immiſceat inter perſonas comitantes diviniſſimum Sacramentum gaudet immunitate Eccleſiæ, & ita cauſa bene perpenſa, ac examinata judicatum fuit à ſupremo Senatu Regio Olyſſipone anno 1652. die 14. Martij. Et ratio eſt, quia omnes illæ perſonæ una cum Sacerdote Sacram Euchariſtiam geſtante, unam repræſentant Eccleſiam: nam ſi vulgo dicitur, *Ubi Rex adeſt, ibi eſt Regalis Curia.* Ubi ergo etiam adeſt Chriſtus Jeſus, ſupremum Eccleſiæ caput, ibi verè adeſt ejus Eccleſia. 27.
Senatus Regius.

Ex his planè infertur, quod ſi ſatellites comprehenderunt delinquentem in domo, vel platea, in qua adeſt Sacra Euchariſtia, ille reſtituendus eſt à Judice Eccleſiæ, ita præcepit *Regius Senatus, ut modo dixi*, imò tales Satellites incidunt in cenſuras Bullæ Cœnæ, quia violant immunitatem Eccleſiæ, ita Peregrinus *de immunitate Eccleſia, cap. 4. num 19.* Marius Italos *de immunitate Eccleſia, lib 1. cap. 4. §. 10. num. 8.* Ludovicus Correa *in Relect. ad cap. Inter alia, de immunitate Eccleſia, part. 2. num. 24* Gambacurta *lib. 3. de immunitate, cap. 4. num 14* Diana *in citata, 1. part. tract. 1. Reſol. 28. §. Sed cum hæc*, qui meritò etiam, ut notat Riccius *part. 3. deciſ. 88. n. 5.* Hoc negandum eſt in cofugiente ad Sacerdotem portantem oleum ſacrum. 28.
Peregrin. Marius. Correa. Gambac. Diana. Riccius.

Qui etiam docent, ut dicam doctrinæ gratia ad confugientem ad proceſſionem, vel ad loca, in quibus ſunt reliquiæ Sanctorum, vel imagines B. Virg. immunitate gaudere, quia immunitas Eccleſiæ illi datur propter reverentiam Deo debitam; atqui eadem reverentia, & honor conſideratur in reliquiis Sanctorum, ac eorum imaginibus, ac Beatæ Virginis nam honor, & reverentia exhibita Sanctis pertinet ad Religionem, & divinum cultum, Deus enim honoratur in Sanctis ſuis, pro quo multa alia adducunt citati Ludovicus Correa, Gambacurta, & etiam Diana 4. *part. tract. 1. Reſol. 48.* 29.
Correa. Gambacurt. Diana.

QUÆSTIO V.

Mulier quædam in Sacra Communione ex ore ſuo poſuit ſacram particulam in linteo quodam, poſtea detulit ſuo Confeſſario, quid debuit ille facere?

SUMMARIUM.

30 *Caſus ut contigit.*
31 *Graves rationes, ac dubitationes, quæ occurrebant ac maximè Confeſſarium perurgebant, & n. 32.*

33 Poterat

33 *Poterat Confeſſor in Confeſſionnario conſumere, etiamſi non eſſet jejunus: nam reverentia debita Sacramento eſt de jure naturali.*

31. CAſus contigit, quod mulier quædam decepta, ac ſeducta ad certum negotium peragendum, accedens ad Sacram Communionem, acceptam particulam, ex ore ſuo abſcondite, repoſuit in linteo mundo, & per tres hebdomadas in ſua domo, ac ſuo Oratorio, reverentia, qua potuit, & lampade accenſa retinuit, tamen poſtea facti pœnitens diviniſſimum Sacramentum in linteo mundo ſecum aſportavit, & ſuum peccatum multis lacbrymis confitens ſuo Confeſſario dedit.

32. Confeſſor valdè admirabundus, ac perplexus; ſacram Hoſtiam accepit, & cœpit cogitare ſecum quid ageret: nam ſi publicabat factum, & diviniſſimum Sacramentum eſſe in linteo, inde magna confuſio oriretur in omnibus, & in rigidum examen veniret Confeſſor, undenam illa Sacra particula delata eſſet, & ipſe ob ſigillum Confeſſionis, nunquam poſſet mulierem manifeſtare, ſi verò ſecum aſportaret ſacram particulam ad ſacrificium Miſſæ, ut ibi eam conſumeret, adhuc enim confeſſor Miſſam non celebraverat, in multis reverentia debita diviniſſimo Sacramento erat omittenda illud abſcondite ſecum deferendo ad Sacriſtiam, dum veſtibus induebatur. ac ad altare accedebat, etiam antequam ad ſacram deveniret.

33. His omnibus præpenſis. Optimum incidit Conſcilium, ut Confeſſor adorans divinum Sacramentum, cum adhuc Miſſam non celebraſſet ibi in Confeſſionario ipſum communicaret, ac conſumeret. Imò dato caſu quod Confeſſor Miſſam celebraſſet, & jam non eſſet jejunus, adhuc benefaceret, ſi ipſum diviniſſimum Sacramentum acciperet, & conſumeret. Nam in propoſito caſu inſtabant tria, præceptum unum de reverentia debita diviniſſimo Sacramento, ſi non dignè, ac reverenter tractaretur, & aſportaretur à Confeſſario quod de jure divino, ac naturali obligat. Secundum, ſigillum Confeſſionis, quod de jure divino non eſt violandum, ut manifeſtaretur mulier. Tertium, præceptum Eccleſiaſticum, ut divinum Sacramentum non acciperetur, niſi à jejunio. Et valdè certum, ac commune eſt, quod quando diverſa præcepta concurrunt, illud quod eſt majus, & excellentius præfertur omiſſo minori; atqui præceptum divinum, ac naturale majus eſt Eccleſiaſtico, ut eſt manifeſtum, ergo ſervatis majoribus præceptis in prædicto caſu à non jejuno poterat ſumi.

RESOLUTIO XXXVII.

De Excommunicatione.

QUÆSTIO PRIMA.

Utrùm Religioſi Mendicantes teneantur cenſuris non expreſſis in iure latis ab Ordinario?

SUMMARIUM.

1 *Quid nomine Mendicantium intelligatur.*
2 *Prima ſententia affirmat.*
3 *Vera, & communis ſententia negativa, & num. 4 & 5.*
6 *Probatur primo, ſecundo, & tertio ex variis Capitibus juris, & n. 7. & 8.*
9 *Probatur etiam indulto Sixti IV. pro Carmelitis.*
10 *Ponuntur tres caſus ex Concilio Tridētino.*
11 *Ex quo graviter confirmatur noſtra reſolutio.*
12 *Cur Summi Pontifices tot gratias conceſſerunt Religionibus.*
13 *In aliis caſibus excommunicatio poſita eſt nulla.*
14 *Ponuntur duo, vel tres caſus ex Gregorio XV. & Clemente X. & n. 15. & 16.*
17 *Concluſio ex ſuperioribus.*
18 *Ponitur argumentum ex Cardinal. declarationibus, & ſolvitur, & n. 19.*
20 *Satisfit argumento de poteſtate ad exequendum munus commiſſum, & n. 21.*
22 *Satisfit tertio argumento ex natura ad operationes, & n. 23.*
24 *In quarto argumento explicatur quomodo delegans facit ūnum tribunal cum delegato, & n. 25.*

NOMINE Mendicantium intelligimus quatuor Religiones, ſcilicet Prædicatorum, Minorum, Eremitarum ſanctt Auguſtini, Carmelitarum, quæ de jure ſunt Mendicantes, ut jam dixi *Opuſcul. 1. Reſolut. 2. quæſt. 6. num. 64.* & etiam intelligimus Religiones Societatis IESU, ſancti Franciſci de Padua, & ſervorum, quæ ex privilegio ſunt Mendicantes, & etiam omnes aliæ, quæ participant privilegiis Mendicantium. In propoſita quæſtione duæ ſunt ſententiæ. 1.

Prima ſententia eſt affirmativa dicens, quod Ordinarij poſſunt ligare cenſuris exemptos, nempe Religioſos, ita Salaedo *in Additionibus ad Practicam Bernardi Diaz., cap. 3, littera A, E, numero in fine* Royas *de heretic. prima parte, num 155.* & teſtatur ſe cum eſſet Vicarius Generalis in Epiſcopatu Pampilonenſi id feciſſe contra Monachos S. Benedicti exemptos, & citat Innocentium, & Auphiedium, ſed immeritò: nam hi duo Auctores ſolum dicunt conceſſam eſſe Ordinario poteſtatem coërcendi eos qui ſuam juriſdictionem perturbant. Eandem ſententiam tenent Riccius 2. Salzeh. Royas. Innocent. Auphred.

Salgadus. Barboſa. Navar. Salgadus, & alij, quos citat, ac ſequitur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, part. 3. allegat. 78. num. 25.* & noviſſimè Anton. Novarius *tit. de Proceſſionibus, n. 6.* & Barboſa pro ſe adducit quandam declarationem Cardinalium.

3\. Secunda ſententia vera, & certiſſima conſtanter tenet, quod non poſſint Epiſcopi, ac Ordinarij locorum, ferre cenſuras, ſcilicet excommunicationem, ſuſpenſionem, ac interdictum in Mendicantes, ac eorum privilegia communicantes, niſi tantum in caſibus expreſſis in jure, quos inſra in hac quæſtione annu-

Gambacurt. Hoſtienſ. Anchar. Dominic. Ioan. Andr. Francus. Socinus. Sanchez. Gloſſa. Innocent. Geminian. merabo. Ita multi Canoniſtæ, Gambacurt. Hoſtienſis, Anchar. Dominicus, Ioannes Andreas, Francus, Socinus, quos citat Sanchez ſtatim allegandus; eandem ſententiam tenet Gloſſa *cap. 1. de Privilegiis, in 6. verbo quantum ad iſta*, & *cap. Cum olim eſſemus, eodem titulo.* Innocentius *cap. Reperimus, in fine*, & *cap. Cum Capella, de Privileg. num. 1. in fine, verſiculo, Item nota.* Geminianus *dicto cap. 1. de Privileg. in 6. § ultimo, verſiculo quod ſi Ordinarius, & in dicto cap. 1. de conceſ-*

Rota Rom. Navar. *ſione prabenda, §. Ex parte.* Rota Romana *in deciſionibus 702. verſ. Id ſoet ante magis.* Navarrus *Commentar. 2. de Regular. num. 63. verſicul. Addo tertio.* Bonifacius *in Clementina*

Bonifac. Cardinal. *Archiepiſcopos, de Privileg. num. 56.* Cardinalis Zabarella *ibidem verſicul Si tamen, nu. 5.*

Lupus. Covar. Lupus ab utroque citatus. Covarruvias *infra citandus.*

4\. Henriq. Sylveſt. Richard. Roſella. Tabiena. Armilla. Sayrus. Sanchez. Rodrig. Miranda. Villalobos. Hier. Ro. Portel. Lezana. Eandem etiam ſententiam tenent communiter noſtri Theologi, Henriquez *de Indulgentiis, cap. 25. in fine*, Sylveſter *verb. Exemptio, quaeſt. 8* Richardus *in 4. diſtinct. 18 artic. 5. quaeſt. 5.* Roſella *in ſumma, verb Verbum exemptum, in principio.* Tabiena *ibidem num. 1.* Armilla *eodem verbo, num. 2.* Sayrus *lib. 1. cap. 8. num. 7. & lib. 4. cap. 2. num. 12.* Sanchez *lib. 7. de matrim diſp. 33. n. 23.* Rodriguez *tom. 2. Regul. quaeſt. 59. art. 5.* Miranda *tom. 2. quaeſt. 35 artic. 1.* Villalobos *2. tom tract. 35. difficult. 5. n. 17.* Hieron. Rodrig. *Reſol. 62. n. 1.* Portel. *in Additionibus ad dubia Regularia verb Epiſcop.* Lezana

Diana. *tom. 4 verb. Proceſſ quo Regul. n. 2. & in conſult. conſult. 40. n. 72.* Diana *3. p. tract. de dubiis Regul. Reſol. 76. & part. 7. tract. 12. Reſol. 29. &*

Tambur. *part. 11. tract. 2. Reſol. 8 & Reſol 22.* Tamburin. *tom. 1. de jure Abbatum.* Bruno *de privileg. Re-*

Machad. *gular. p. 2. tract. 8. cap. 4. Propoſ. 7.* Ceſpides *de exemption. Regular. cap. 18. dubio 74. num 23.* Machadus *tom. 2. lib. 4 part. 6. tract. 10. documento 6. num. 2.* duas affert Cardinalium *de electione.* Vide *infra Reſol. 47. c. 2.*

Dicendum eſt cum hac ſecunda ſententia Epiſcopos, ac Ordinarios locorum non poſſe excommunicare, nec ferre cenſuras in Mendicantes, ac exemptos, niſi tantum in caſibus expreſſis in jure, de quibus ſtatim, ac proinde excommunicatio lata ab Epiſcopo in exemptos eſt nulla, ac nullius effectus, & eſt communis inter Doctores hæc noſtra ſententia. Probatur ex communi placito tot, ac tam graviſſimorum Doctorum.

6\. Probatur primò, ex jure ex *cap. Cum olim, de privilegiis.* Ubi ait Textus, Religioſos Conventus ſancti Petri eſſe exemptos à juriſdictione Epiſcopali, & pertinere ad Romanam Eccleſiam. Deinde ut refertur in eodem Textu Epiſcopus Eugubinus excõmunicavit Abbatem Conventus S. Petri. Tunc Abbas acceſſit Celeſtinus.

ad Celeſtinum Tertium oſtendendo privilegia Lucius.

ſui Conventus data à Lucio Papa anteceſſore. Tunc Celeſtinus videndo privilegium dicti Innoc.

Conventus, ut ait Innocentius III. in citato Textu in hæc verba: *Iuſt inſpectis Eccleſiæ tuæ privilegiis te licet excõmunicatus ab Epiſcopo Eugubino diceretis, tanquam non ligatum admiſit ad oſculum*; ergo expreſſè conſtat, quod excommunicatio lata ab Epiſcopo non ligat Regulares; & hic Textus maximè notandus. Quia Epiſcopus conquerebatur, quod illud privilegium Conventus ſancti Petri eſſet in ſuum præjudicium, & ſuam juriſdictionem perturbaret, deciſum fuit ab Innocentio III. Celeſtino III. privilegium eſſe validum.

Probatur ſecundò, ex *cap. Quanquam eodem Titulo.* Ubi refertur privilegium, quod 7. Cap. Quanquam.

Religioſi non poſſint excommunicari ab Epiſcopo; excipitur tamen caſus, in quo Religioſus ſit Vicarius Eccleſiæ Parochialis, de qua exceptione dicam ſtatim.

Probatur tertiò, ex celebri Textu *cap. 1. de* 8.

privileg. in 6. Ibi Innocentius IV. determi- Innoc. IV.

nat Epiſcopos habere juriſdictionem in exemptos ratione delicti commiſſi, vel contracti initi in loco non exempto. Et addit *in eodem Text. §. In eos*, ſic ait: *In eos autem quibus nec interdici, ſuspendi, vel excommunicari à quocumque valeant, à Sede Apoſtolica eſt indultum: ſicut ſunt Religioſi quamplures, in quorum privilegiis continetur, ne quiſquam Epiſcopus, vel Archiepiſcopus Monaſteriorum ſuorum Monachos pro ulla cauſa ullo vo loco interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare præſumat: Itidem Ordinarij juriſdictionem ſuam quantum ad iſta ubicunque illi fuerint, penitus exercere non poſſunt.* Ubi Pontifex expreſſè determinat, quod Religioſos exemptos, quantum ad iſta, ſcilicet excommunicationem, interdictum, ſuſpenſionem, nullam habere juriſdictionem. Ita Gloſſa.

Gloſſa, Hoſtienſis, Abbas, & multi alij, Hoſtienſ. Abbas.

quos adducunt Sanchez *citatus*, & Barboſa Sanchez.

ad dictum Text. qui unum tantum caſum exci- Barboſa.

piunt, ſi Monachus ſit Vicarius Eccleſiæ Parochialis, qui excipitur *in citato cap. Quanquam, in 2. Probatione.*

Probatur quartò, ex multis privilegiis con- 9.

ceſſis Ordinibus Mendicantium, quæ referunt Rodriguez, & Miranda *citati*; ſufficiat id, quod Rodrig. Miranda.

ampliſſime Sanctiſſimus Dominus Sixtus IV. Sixtus IV.

conceſſit nobis Carmelitis in ſua Bulla, quæ dicitur Mare, & incipit: *Dum attenta*, §. 71. ubi Pontifex ait: Nullus Ordinarius, ſeu Legatus quavis auctoritate orens quamcunque ſuperioritatem ſuper prædictos fratres, ſibi vendicare præſumat, neque aliquis abſque ſpeciali commiſſione Sedis Apoſtolicæ faciente mentionem de verbo ad verbum, de hujus indulto valeat pronuntiare, ſeu promulgare aliquas ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis, ſeu interdicti ſuper eoſdem. Et volumus, quod proceſſus facti contra fratres præfatos pro infectis habeantur, etiamſi eorum *exemptio, utpote notoria, non fuerit allegata.* Hæc Pontifex, ubi clariſſimè noſtrum determinat intentum.

Ponuntur

Ponuntur caſus ex Concilio Trident.

10 Probatur quintò, ratione deſumpta ex Concilio Tridentino, nam quoties Concilium voluit ut Epiſcopi poſſent ferre cenſuras in Religioſos exemptos, hoc expreſſit, ut ſunt tres caſus, & nulli alij dantur in jure: caſus enumerat Sanch *citato loco, num.* 33. *in initio.* Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. Concedit Epiſcopis, ut per cenſuras cogant Religioſos reſtituere novitiis ſive maſculis, ſive fœminis exeuntibus ante profeſſionem, omnia data illis à ſuis conſanguineis. *Secundus caſus*, Concilium eadem *ſeſſ. cap.* 5. concedit Epiſcopis, ut per cenſuras cogant Moniales ſervare clauſuram. *Tertius caſus*; idem Concilium *ſeſſ.* 22. *in Decreto de vitandis, & obſervandis in celebratione Miſſarum*, concedit Epiſcopis, ut ſi ipſis viſum fuerit prohibeant cum cenſuris Regulares celebrare in oratoriis, privatiſque domibus; atqui Concilium in aliis caſibus non ponit cenſuras, ut *ſeſſ* 25. *cap.* 13. de Regularibus, quòd compellantur ad proceſſiones publicas, & *cap.* 24. *de punitione, Religioſi delinquentis extra monaſterium, ſi à ſuo Prælato non puniatur, & cap.* 17. quoad explorandam voluntatem puellæ profeſſuræ de ſua libertate ad Religionem, & eadem *ſeſſ.* c. 4. quòd Religioſus miſſus ad univerſitates cogatur ab Epiſcopo habitare in monaſterio, & aliis caſibus *cap.* 11. 13. & 14. *ac* 15. in quibus non apponit; ergo Concilium ſolùm in illis tribus caſibus, dat facultatem Epiſcopis cogendi Regulares per cēſuras & ſolum in illis tribus hāc poteſtatem habent, & non in aliis caſibus, quamvis Concilium dicat compellantur, quia poſſunt compelli per alia media, verbi gratia, pœnas pecuniarias, fructuum retentionem temporalia impedita, prædicationum privationem, vel alia ſimilia, juxta *cap.* 1. *de Privilegijs in* 6. ita M. Lezana *tom.* 4. *verb. Proceſſio quoad Regulares, num.* 1 Gratian, *deciſ.* 332. *num.* 15. Peirinus *in Privileg Minimor. tom.* 1. *Conſt.* 1. *Sixti IV. num.* 60. Ciarlinus *in cont. forenſi tom.* 1. *cap.* 50. *num* 19. ſic & omnes Auctores noſtræ ſententiæ.

Sanchez. Trident. Lezana. Gratian. Peirin. Ciarlin.

11 Confirmatur tota hæc doctrina, & quæro ab adverſariis. Cur ſacrum Concilium expreſſit in illis tribus caſibus ut Epiſcopi compellant Regulares per cenſuras, non verò in aliis caſibus, numquid hoc caſu, ac fortuito factum eſt à Concilio in Spiritu ſancto legitimè congregato, non dicendum eſt caſu factum eſſe, ſed Spiritu ſancto dictante, quia tantùm in illis tribus caſibus ordinavit, ut compellerentur per cenſuras, & non in aliis caſibus; quòd in ſimili caſo non ponitur tanquam non poſitum habetur.

12 Confirmatur; quia Summi Pontifices tot, & tanta privilegia exemptionis conceſſerunt Regularibus, quia ipſi multis vexationibus, ac gravaminibus premebantur ab Epiſcopis, ac ordinariis locorum, de quo latè Rebuff. *reſponſ.* 142. Cenedo *quæſt.* 16. *n.* 3. Ubaldus *tract. de Canon. Epiſcop. cap.* 3. *quæſt.* 6 *num.* 9. Tuſch. *verb. Exempt. concluſ.* 556. *num* 6. Caſtro *conſil.* 432. Ergo cum Concilium non exprimat, quod Epiſcopi compellant Regulares extremo, ac rigido Eccleſiæ cenſurarum gladio, voluit eos ab his abſtinere, & alio mitiori modo agere.

Rebuff. Cenedo. Tuſchus. Ubaldus. Caſtro.

Ex dictis primò inferes, quòd ſi Epiſcopus exceptis illis tribus caſibus excommunicaverit Regularem, excommunicatio eſt nulla, & ipſe Religioſus in bona conſcientia ſe poteſt habere tanquam non excommunicatum, tam in foro interiori, quam exteriori, & poteſt publicè celebrare, & alia facere, ac ſi nulla excommunicationis ſententia contra eum eſſet prolata, quia privilegium Mendicantium eſt valdè notorium, cum ſit inſertum in corpore juris. Confirmatur ex citato privilegio Carmelitarum, ubi expreſſè Sixtus IV. declarat, quod talis excommunicatio contra eos lata, ſit nulla, etiamſi eorum exemptio utpotè notoria, non fuerit allegata. Ita Covar. *in cap. Alma mater* 11. *part.* §. 7. *num.* 5. Corduba *in ſuo quæſtionario magno, lib.* 1. *quæſt.* 43. Rodrig. *tom.* 2. *quæſt.* 59. *art.* 5. Miranda *tom.* 2. *citata, quæſt.* 35. *art.* 11. Et vidi quod Epiſcopus Conimbric. excommunicavit cum declaratoria Rectorem Collegij S. Auguſtini, & univerſitate approbante, ipſe non ſe habuitur excommunicatum; & Archiepiſcopus Ulyſipponenſis excommunicavit Priores Eremitarum ſancti Auguſtini, & Carmelitarum, ac miniſtrum ſanctiſſimæ Trinitaris, quia noluerunt accedere ad proceſſionem D. Marci, & Doctiſſimis Viris Conſultis, ipſi non ſe habuerunt excommunicatos, quia cenſura judicabatur nulla, ac nullius effectus. 13.

Covar. Corduba. Rodrig. Miranda.

Ponuntur duo caſus ex Gregorio XV. & ex Clemente X.

Hæc, quæ diximus, procedunt ſecundum jus antiquum, ac Decreta Concilij Tridentini. Poſtea verò Gregorius XV. in ſua conſtitutione, quæ incipit *inſcrutabili.* Quæ habetur *tom* 4. *Bullary inter Bullas hujus Pontificis num* 18. ubi Pontifex confeſſarios, & concionatores tam ſæculares, quam Regulares, quomodo libet exemptos, delinquentes in his maximè, quæ pertinent ad confeſſionem, omnimode juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Diœceſani Epiſcopi, tanquam ſedis Apoſtolicæ delegati, ſubiicit, & ſubiectos eſſe declarat; & ait. *Ita ut Epiſcopi in ſupraſcriptis caſibus, in prænominatas perſonas, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, aut circa ea quomodocumque delinquentes, & quādo opus fuerit etiam extra viſitationem, per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, ut ejuſdem ſedis delegati, procedere, omnemque juriſdictionem exercere libere, & licite valeant.* 14.

Gregor. XV.

Tamen hæc conſtitutio Gregorij XV. ſuſpenſa fuit ab Urbano VIII. ad inſtantiam Sereniſſimi Regis Philippi pro Regnis Hiſpaniæ ut conſtat ex *Brevi Nuntij Apoſtolic*, tunc temporis exiſtentis. Nunc verò Eminentiſſimi Cardinalis Saccheti 21. Aprilis anno 1625. Deinde ſupplicante Nuntio Regis Hiſpaniarum obtentum fuit Breve ab Urbano VIII. pro illius ſupenſione, quod de verbo ad verbum affert Antonius de Hinogoſa *in directione diſcuſ. Regular. verbo confeſſarius*; de quo etiam Auguſtinus Bellis *in tract. pro defenſione Regular.* & Alphonſus Carranza *in informat.*

pro Religioſibus. Lezana *tom.1. cap. 19. num. 35. & in Conſiliis, conſil. re40. n.73.*

16. Tamen poſtea ſanctiſſ. Dom. Clemens X. ſua conſtitutione, quæ incipit *ſuperna Magni* & de verbo ad verbum retuli ſuprà *in hoc opuſculo Reſol.23. quæſt.16.* In qua Summus Pontifex Clemens X. revalidat citatam conſtitutionem Gregorij X V. & dat juriſdictionem Epiſcopis, ut & contra concionatores, ac Regulares confeſſores delinquentes quoad ipſam confeſſionem, aut cum ſcandalo viventes, vel grave delictum committentes, ut eos valeant ſuſpendere, ac removere à confeſſionibus audiendis, ad cujus rei effectum revocat omnia privilegia, etiam contenta in corpore juris, ut patet ex ipſo contextu; vide ſuprà citato loco, citataque quæſtione.

17. Ex quo fit manifeſtum, quod Domini Epiſcopi non poſſunt procedere cum cenſuris contra Regulares, niſi tantùm in quinque, vel ſex caſibus, in tribus appoſitis in Concilio Tridentino; aliis appoſitis a D. Clemente X. ſi delinquerint in confeſſione, & aliàs, ut dixi ſuperiori numero male vixerint, in aliis verò caſibus, qui ſunt vel quindecim, vel ſexdecim, in quibus Concilium, vel jus Canonicum dat poteſtatem Epiſcopis, ut procedant contra Regulares exemptos, non eſt intelligendum per cenſuras, ſed per alias pœnas, quia quoties datur eis facultas ad cenſuras, hoc exprimunt.

Trident. Clemens X.

18. Arguitur; primò pro prima ſententia ex aliquibus declarationibus Cardinalium, ex quibus videtur colligi Epiſcopum poſſe etiam cum cenſuris Eccleſiaſticis, compellere Regulares in his caſibus, in quibus in eos jurisdictio illi tribuitur à jure communi, ſacro Concilio, & à conſtitutionibus Apoſtolicis.

Cardinaliũ declarationes.

19. Reſpondetur; primò: Quod dictæ declarationes non oſtenduntur authenticæ, & ideo non tenemur eas ſequi; ut ſæpè jam notavi juxta Decretum Urbani V I I I. Secundò: Declarationes Illuſtriſſimorum Cardinalium non habet vim ad derogandum jus commune, niſi conſulto Romano Pontifice, ut dixi ſuperiori *Reſol. quæſt. 2. num. 5.* & in talibus declarationibus nulla fit mentio de conſultatione Romani Pontificis, cum noſtrum privilegium ſit de jure communi, ac conſtitutionibus Summorum Pontificum. Tertiò; quia tales declarationes intelligendæ ſunt de Regularibus non habentibus privilegium in contrarium, prout colligitur manifeſtè ex declaratione ſacræ Congregationis anno 1587. quam referunt Rodrig *tom.1. quæſt. 45 art.1. in fine*, Suarez *tom.4. de Religione, tract.8. lib. 1. cap.10. n.27.* In qua ita dicitur. *Regulares adeuntes monaſteria Monialium ſine licentia Epiſcopi, incidunt in pœnam excommunicationis, quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit niſi Regulares illi haberent ex privilegio, quòd non poſſint excommunicari, & tunc deberent puniri à ſuis ſuperioribus alia pœna.* Ecce jam apparet intentio ſacræ Congregationis, quod Regulares habentes privilegium, non ligantur cenſuris Epiſcoporum, ſed ſi deliquerint à ſuis ſuperioribus ſunt puniendi. Reſpondetur & quarto, ut tenent Hieron. Rodrig. *in compendio. Reſolut.* 118. *num.* 1. Portel. *in additionibus ad dubia Regularia, verb. Proceſſiones, num.* 1. ex Quarâta *verb. Præcedentia in fine*, Barboſa *in remiſſionibus*, ad Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap 13. §. Compellantur*, de Regularibus ſæpè à ſacra Congregatione Cardinalium determinatum fuiſſe. Non poſſe, Regulares compelli ab Epiſcopo per cenſuras ad proceſſiones, & inde noſtra ſententia magis confirmatur.

Rodrig. Suar.

Declaratio. Cardinal.

Arguitur ſecundò; data poteſtate alicui ad aliquod munus, conſequenter datur ei, quidquid neceſſarium ad illud debitè exequendum. 20.
cap. Paſtorali cap. Præterea de officio legati l. 2. ff. de juriſdictione omnium judicum. Sed Epiſcopis datur juriſdictio regendi, ac rectè gubernandi ſuas Eccleſias, & quod valeant compellere Regulares etiam exemptos in multis caſibus; ergo etiam eis data eſt poteſtas ferendi cenſuras in Regulares, ſi hoc fuerit neceſſarium.

C. Paſtorali. C. Præterea.

21. Reſpondetur diſtinguendo majorem; data poteſtate alicui, dantur cætera neceſſaria, ſi ipſa poteſtas non detur contracta, ac limitata ad aliqua verum eſt; ſi verò ipſa poteſtas datur limitata, falſum eſt; unde cum Summus Pontifex dat Epiſcopis juriſdictionem gubernandi ſuas Eccleſias, ac ferendi cenſuras, dat limitatè, excipiendo multos caſus, nec enim Epiſcopi habent juriſdictionem plenariam in omnibus, ut eſt manifeſtum, ſic etiam excipiuntur mendicantes, ut non ſubditi Epiſcopis, ut patet ex jure, ac privilegiis ſuprà citatis. inde fit quod in ipſos mendicantes ut pote exceptos à jure, non valeant proferre cenſuras.

22. Arguitur tertiò: ſicut in naturalibus natura non dat potentiam, ſine efficientia ad ſuos actus producendos, alioquin talis potentia eſſet fruſtanea: ſimiliter & in moralibus, non datur poteſtas deſtituta armis, & mediis, quibus ſolet Eccleſia, contumaces compellere, ac rebelles ſubjicere, ut in ſimili docet Gloſſa *cap. ſuper quæſtionum*, verb. *Executorem*, & *cap. Si ex litteris, verbo ſi ſubdelegatus*. Sed media, & arma, quibus Eccleſia contumaces compellit, ſunt cenſuræ, ergo ſi ordinarij non habent poteſtatem ferendi cenſuras in mendicantes, ac exemptos, ejus juriſdictio eorum fruſtranea, ac inutilis.

Gloſſa.

23. Reſpondetur, imprimis ad id, quod dicitur de potentiis naturalibus, quod ſæpe à Deo impediuntur in efficacitate ad ſuos actus producendos, ob varios fines, ut paſſim contingit, ſic & poteſtas Epiſcopi poteſt eſſe impedita à Summo Pontifice quoad mendicantes ob magna obſequia, quæ ipſæ Religiones exhibuerunt Eccleſiæ, & ne in multis graventur ab Epiſcopis; ſecundò reſpondetur cum Geminiano, Hoſtienſi, Sanchez, & aliis ſuprà citatis; quod poteſtas Epiſcopi non eſt deſtituta mediis, & armis, quoad exemptos, nam quamvis non poſſint eos cogere per cenſuras, poſſunt tamen cogere per alias pœnas verbi gratia pecuniarias, vel per privationem vocis activæ, ſeu paſſivæ, ac per privationem temporalium, nec ad juriſdictionem Epiſcoporum requiritur, ut poſſint adhibere omnia remedia, ſed ſufficit, quod poſſint ponere aliqua, ut invenitur in multis aliis judicibus.

Geminian. Hoſtienſ. Sanchez.

24. Arguitur quarto. Delegatus repræſentat perſonam delegantis ex *cap. finali, diſt. 93. & cap. 1. diſt. 94.* Gloſſa *verſ. impediunt. Extravag. communiam, 2. de ſepultur.* Ac proinde facit idem tribunal cum ipſo *Cap. 2. de conſuetudine*,

Cap finali. Extravag.

Gutierrez

Digitized by Google

Guttiertez *lib.* 1. *quaſt. canonicoram*, *cap.* 1. *num.* 83. Megal. *de cenſur. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 40. Delegatus agit vices delegantis, Gloſſa *Verſic. Iudices ad finem*, Extravag. *communium de officio Delegat.* Sed delegans, qui eſt Summus Pontifex poteſt compellere Regulares cenſuris ad obediendum, ergo & Epiſcopus ejus delegatus, cum faciat cum ipſo unum tribunal.

25. Hoc argumentum poſuit quidam Modernus exiſtimans ſe cum illo conficere rem, & meo videri parvam habet vim; nam delegatus repræſentat perſonam delegantis, non in omnibus, alias delegatus haberet eandem plenitudinem poteſtatis cum Papa, repræſentat enim perſonam delegantis in his, quæ ei committuntur, ac in talibus rebus commiſſis facit unum tribunal cum eo, verbi gratiâ, Vicarius Generalis facit unum tribunal cum Epiſcopo, & **Trident.** tamen juxta Concilium Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reformat. liceat Epiſcopis.* Poteſt Epiſcopus in foro conſcientiæ abſolvere ab hæreſi occulta, non tamen ejus Vicarius, ut patet ex ipſo **Garcia.** Concilio; ut notant Nicolaus Garcia *diſp.* 11. *cap.* 10 *num.* 85. Anton. Ricciul. *de jure perſonarum lib* 5. *cap.* 14. *num.* 7. & plures, quos ci- **Barboſa.** tant, ac ſequuntur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, part.* 1. *allegat.* 40. *à princip* Sanchez *tom.* 1. *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 25. *à num.* 15. Sic & Epiſcopus eſt legatus à Papa ad compellendos Regulares, non per cenſuras, ſed alias pœnas, ut ſatis eſt explicatum, juriſdictione nempe limitata. An illa poteſtas Epiſcopi ſit derogata per Bullam Cœnæ modo non diſputo.

Quæstio II.

An Capitulum Sede vacante ſuccedat Epiſcopo in iuriſdictione quoad Religioſos?

SUMMARIUM.

26 *Explicatur illud Capitulum Sede vacante ſuccedit Epiſcopo in his, quæ ſunt de jure ordinario.*

27 *Quando Epiſcopi dicuntur ut legati, juriſdictio non tranſit ad Capitulum.*

28 *Iuriſdictio data Epiſcopis ſimpliciter, non tranſit ad Capitulum, & n.* 29.

30 *Probatur primò ex juriſdictione delegata, quam habent Epiſcopi.*

31 *Probatur ſecundò, quia in multis non ſuccedit Capitulum.*

32 *Ponitur argumentum adverſariorum.*

33 *Facultas Tridentini cap. liceat non tranſit ad Capitulum.*

34 *Ex uno privilegio non fit ex ſimilitudine argumentum ad aliud, & n.* 35.

26. *IN limine iſtius quæſtionis explicanda eſt illa univerſalis cum ſua exceptione Capitulum Sede vacante ſuccedit Epiſcopo in his, quæ ſunt de jure ordinario, non vero delegato.* Ita **Federicus. Abbas. Ioan. Andr. Cardinalis. Hoſtienſis. Quaranta. Suar.** Frederic. Abbas, Ioannes Andreas, Cardinalis Zelarela, Hoſtienſis, & alij, quos citat, ac ſequitur Quaranta *verb. capitul. in Sede vacante*; & idem tenet Suar. *de cenſuris citandus* & probatur ex *cap. Ad abolendum. de hæreticis.* **Cap. Ad abolendum.** Ubi cum crimen hæreſis ob ſuam gravitatem ſit reſervatum Pontifici, Pontifex indicto cap. concedit facultatem Epiſcopis contra hæreticos, ac Clericis ſede vacante, quæ additio eſſet ſuperflua, ſi conceſſio facta Epiſcopo, conſeretur facta capitulo Sede vacante, ergo cum illa poteſtas eſſet ex jure delegato contra hæreticos, facta Epiſcopo, non cenſetur facta capitulo ſede vacante, niſi in hoc fieret ſpecialis delegatio, & expreſſio, hoc etiam probatur ex *cap. His quæ, cap. Cum olim, de majorat.* & ex Clementina I. *de hæret.* **Cap Ex his. C. cũ olim. Clementina 1. de Hæret.** & ex multis aliis locis.

27. **Trident.** Quæſtio præſens eſt, an quando Concilium Tridentinum, vel jura dant juriſdictionem Epiſcopis in Religioſos, an hæc juriſdictio tranſeat etiam ad cap. Sede vacante; & in primis hæc juriſdictio in Religioſos non tranſit, quando Epiſcopi dicuntur tanquam legati Sedis Apoſtolicæ, ut eſt illud in Tridentino **Trident.** *ſeſſ.* 22. *cap. De vitandis, & obſervandis in celebratione Miſſarum*, nec enim ſub nomine legati Apoſtolici venit Capitulũ Sede vacante.

28. Tota difficultas eſt, quando aliquid committitur Epiſcopis, nulla facta mentione, tanquam legatis, ut eſt illud de proceſſionibus, *ſeſſ.* 25. *cap.* 13 *de Regularibus*; an tunc in his terminis juriſdictio tranſeat ad Capitulum. Aliqui Auctores affirmant facto argumento ex Tridentino *in cap. Liceat Epiſcopis*, de quo **Trident.** infra.

29. Dicendum eſt Capitulum Sede vacante non habere juriſdictione in Religioſos exemptos, in illis caſibus, in quibus habent Epiſcopi ex ſpeciali commiſſione, vel in Tridentino, vel in aliis locis juris, quamvis in eis Epiſcopi non dicantur legati Sedis Apoſtolicæ, ſed tantùm Epiſcopi; hanc concluſionem ex his, quæ docent, tenent Toletus *lib.* 1. *cap.* 83. *n.* 5. **Toletus.** Suar. *tom* 5. *de cenſuris, diſp.* 41. *ſect.* 2. *num.* 13. **Suar.** *& tom* 4 *de pœnitentia, diſp.* 30. *ſect.* 2. *num.* 6. Aragon. 2. 2. *cap.* 88. *art.* 12. *concl.* 2. Filliucius **Aragon. Filliucius.** *tom* 2. *tract.* 20. *cap.* 10. *num.* 276. Caſtro Palaus **Palaus.** *part.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 1. *punct.* 3. §. 1. Ledeſma *tom.* **Ledeſma.** 2. *tractat.* 11. *c.* 6. *poſt* 20. *concluſ.* Garcia *part.* 7. **Garcia.** *cap.* 11. *num.* 17. Bonac. *diſp.* 7. *de cenſuris, q.* 4. **Bonacina.** *punct.* 1. *num.* 7. Solorzanus *de jure Indiarum*, **Solorzan.** *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. & tredecim Doctores pro hac ſententia citat, & ſequitur Merolla *tom.* 3. **Merolla.** *diſp.* 7. *cap.* 7. *dub.* 1. *num.* 15. & etiam pro hac ſententia ſtat Diana *part.* 8. *tract.* 4. *Reſolut.* 2. **Diana.** § *ultimò*; & in propriis terminis Bordonius **Bordon.** *tom* 2. *Reſolut.* 78. *num.* 107. *quæſt.* 20.

30. Probatur primò; quia juriſdictio, quam habent Epiſcopi in Religioſos, non eſt ordinaria, ſed delegata, ac ſpecialis, ut apertè cõſtat ex *cap. Cum olim de privileg.* Et ex multis aliis adductis ſuperiori quæſtione, cum Religioſi ſint exempti à juriſdictione Epiſcoporum, ut patet ex ſupra citatis locis, juriſdictio in eos, non eſt ordinaria, ſed extraordinaria, ac delegata; nam juriſdictio ordinaria eſt in eos, qui ex jure ſunt ſubjecti, atqui Religioſi ex jure ſunt exempti, & non ſubjecti; ergo juriſdictio erga eos non eſt ordinaria, ſed extraordinaria, ac delegata, atqui ut probatum eſt Capitulum Sede vacante non ſuccedit Epiſcopo in juriſdictione delegata, ſed ordinaria.

Confirma

51\. Confirmatur, quia Capitulum Sede vacante in multis non ſuccedit Epiſcopo; nam licet Epiſcopus in his, quæ pertinent ad clauſuram monialium, ſi collapſa ſit etiam in monaſterio exempto viſitare poſſit, non tamen Capitulum Sede vacante in tali caſu poteſt viſitare, ut communiter tenent multi Doctores, quos citat, ac ſequitur Barboſa *in collectanea Concilij, ſeſſ. 7. cap. 8. num. 7. & ſeſſ. 21. cap. 8. num. 6. ſeſſ. 24. cap. 3. num. 8.* Quòd etiam docent multi alij, Armilla *verb. Capitul. num. 2.* Azor. *part. 2. lib. 3. cap. 37. q. 5.* Lucerna, *Regular. verb. Viſitare num. 16.* Et ratio eſt, quia illa monaſteria ſunt exempta, ac proinde in ea Epiſcopus non habet juriſdictionem ordinariam, ſed delegatam, in qua non ſuccedit Epiſcopo Capitulum Sede vacante.

Barboſa. Armilla. Azor. Lucerna.

32\. Argues; illa ampla, & lata poteſtas, quæ datur in Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. cap 6. de reformatione, liceat Epiſcopis,* ut valeant diſpenſare in multis irregularitatibus, & abſolvere ſuos ſubditos à quibuſvis caſibus reſervatis Sedi Apoſtolicæ, in foro interiori eſt poteſtas delegata, ac extraordinaria, & tamen tranſit ad Capitulum Sede vacante, ut tenent multi Doctores, Henriquez *in ſumm. lib. 6. c. 16. §. 1. & lib. 14. num. 3.* & cum multis Sanchez *de matrimon. lib. 8. diſp. 2. num. 10.* Rodriguez, Ludovicus Beja, Saytus, Riccius, Piaſcius, Navar. Guttierez, quos citat Barboſa *ad collectan. Cõcil. Trident. citata ſeſſ. 24. cap. 6.* inſuper adde Leandrum *part. 4. tract. 2. de excommunicat. diſp. 17. quæſt. 43.* Panormitum *quæſt. 11. num. 4. & 15.* Machado *de Perfecto confeſſore, tom. 2. lib. 4. part. 4. tract. 1. document. 6. num. 4.* Ergo etiam à ſimili, licèt Epiſcopus habeat juriſdictionem extraordinariam, & delegatam in Religioſos exemptos, talis juriſdictio devolvetur ad Capitulum Sede vacante.

Trident. Henriq. Sanchez. Rodrig. Beja. Saytus. Riccius. Piaſcius. Navarr. Guttierrez. Barboſa. Machado.

33\. Ad argumentum deſumptum à ſimili ex poteſtate conceſſa in illo Capitulo, *liceat Epiſcopis,* negatur id, quod aſſumit, nempe quod illa poteſtas conceſſa Epiſcopis tranſeat ad Capitulum Sede vacante, & ita pro hac ſententia negativa ſtant graviſſimi Auctores, & omnes illi, quos ſuprà *num. 32.* pro noſtra concluſione citavi, & multi alii, ut ex Magiſtro Sahagum refert Diana citatus, & præter alia fundamenta conſtat ex ſtilo Curiæ Romanæ, qui hodie perpetuo obſervatur, quatenus diſpenſationes matrimoniales, nunquam diriguntur Capitulo Sede vacante, quamvis ad nominatim petatur, ſed Epiſcopo viciniori, quia grandia, & magna negotia Epiſcopalem dignitatem exigunt. Et confirmatur, ac magis corroboratur hæc ſententia, ex quadam declaratione Cardinalium, quam adducit Suar. *tom. 4. ad 3. part. diſp. 30. ſect. 2. num. 6.* In qua ſacra Congregatio explicat ipſum Decretum Concilij Tridentini, *liceat Epiſcopis*; ſic ait ſacra Congregatio: *In hoc Decreto non comprehendũtur inferiores habentes juriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem, ſed tantùm Epiſcopi privativè, quoad omnes alios.* Cùm dicit *privativè*, excludit omnes alios, ac proinde Capitulum Sede vacante, & omnes, qui non ſunt Epiſcopi, quamvis juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeant.

Declaratio Cardinaliũ. Suar.

34\. Secundò: Reſpondetur, quòd dato, & admiſſo quod diſpoſitio illa Tridentini, *liceat Epiſcopis,* trãſeat ad Capitulum Sede vacante, & quamvis hæc diſpoſitio Concilij ſit valdè ſpecialis, non inde recte fit argumentum contra nos. Nam conceſſio, ac intelligentia unius privilegij ex ſimilitudine, ac identitate rationis, non eſt extendenda ad aliud privilegium, & ad alias perſonas; quòd probatur ex *regulis juris, in 6. quæ à jure communi exorbitant, minimè ſunt ad conſequentia trahenda*; idemque probatur ex *c. finali de tranſlatione Epiſcoporum.* Et ratio eſt, quia privilegium non ſumit ſuam efficaciam, ex ſimilitudine, ac ex identitate rationis, ſed ex voluntate concedentis; ergo parum refert, quod detur eadem ratio, ſi deficit voluntas, ſeu de illa non conſtat. Ita Baldus, Barthol. Cardinalis, Covar. & alij, quos citant, ac ſequuntur Suar. *lib. 8. de legib. c. 18. num. 11.* Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſputatione 1. num. 3.*

Trident. Regula juris. Baldus. Bartolus. Cardinal. Covarr. Suar. Sanchez.

Nec contra hoc obſtat, quia Princeps, *cap. Cum dilecta de confirmatione utili, & inutili,* ait: *Nos ejuſdem æquitatis ſimilitudine provocati.* Textus ibi loquitur de Principe, & Princeps, ut eſt Dominus legis ex ſimilitudine, ac identitate rationis poteſt moveri ad aliquid faciendum, & diſpenſandum; nos verò loquimur de judice, ac Doctore privato, qui non eſt Dominus legis, ſed illi ſubditus. 35.

C. cum Dil.

Quæstio III.

Duo Eccleſiaſtici ſe mutuo percuſſerunt in ſecreto, unus ab altero petivit abſolutionem, an licitè, & validè.

SUMMARIUM.

36 *Proponitur caſus,*
37 *Sex in præſenti inquirenda.*
38 *Varia Auctorum placita, & n. 39.*
40 *Quid ſit occultum, ſeu ſecretum.*
41 *Raro percuſſor Clerici vitandus ante ſententiam judicis & n. 42.*
43 *Percutiens Religioſum initiatum prima tonſura in duplicem cenſuram incidit.*
44 *Ad adminiſtrandum Sacramentum excepta Euchariſtia, non eſt præmittenda confeſſio, & n. 45.*
46 *Cùm cautela explicata poſſum petere confeſſionem à Clerico licèt agnoverim ipſum fuiſſe in peccato.*
47 *Clerici percuſſor ante ſententiam non vitandus, & n. 48. & 49.*
50 *Abſolutio à cenſura poteſt dari extra confeſſionem, & n. 51. & 52.*
53 *Sicut & diſpenſatio voti poteſt dari extra confeſſionem.*
54 *Excommunicatus abſolvens extra neceſſitatem, peccat mortaliter, ſed non incurrit irregularitatem, & num. 55. & 56.*

Duo Religioſi, vel unus Religioſus cum ſuo Prælato exiſtens in quadam villa, in ſecreto manus violentas inter ſe injecerunt, ſubditus facti pœnitens petivit abſolutionem à Prælato, qui revera habebat poteſtatem ad abſolvendum; ſicut & duo Clerici, ut facto contigit 36.

contigit tempore Jubilæi magni, cùm ludentent, in rixam venerunt ſecreto, & multis percuſſionibus ſibi invicem manus violentas injecerunt, poſtea reconciliati unus ab altero petivit abſolutionem.

37. Pro exacta ſolutione præſentis quæſtionis ſex inquirenda ſunt. Primò: Quid ſi occultum, ſeu ſecretum. Secundò: An ille, qui percutit monachum initiatum prima tonſura, incurrat, in unam, vel duplicem excommunicationem. Tertiò: An iſte petens abſolutionem ab eo, quem agnoſcebat excommunicatum mortaliter peccet. Quartò: An iſte ſic excommunicatus validè poſſit dare abſolutionem. Quintò: An extra confeſſionem validè poſſit dare abſolutionem. Sextò: An ſuppoſito quòd iſte abſolvens ſit excommunicatus, dans abſolutionem, incidat in aliquam irregularitatem.

38. Hanc quæſtionem, de qua ſæpè conſultus
Sorbus. ſum, tractant Doctores & valde diverſimode
reſolvunt; Sorbus Capucinus *in ſuis annotationibus ad compendium verbo Abſolutio ordinaria quoad fratres*, §. *ſed ſi ſuccederet*. Ponit caſum inter duos Religioſos ſuperiorem, & ſub-
Beja. ditum regularem. Beja 4. *part. Reſponſ. Moral. caſu*. 6. Sequitur Sorbum, & ponit caſum inter duos clericos publicè ſe percutientes tempore Jubilæi, & uterque in hoc conveniunt, quod ſtante neceſſitate non habita copia alterius confeſſionis poſſunt licitè ſe adinvicem abſolvere à cenſura, & à peccatis, quia neceſſitas non habet legem; Sorbus addit, quod ſubditus licite poteſt petere abſolutionem à ſuo
Portel. ſuperiore; quod negat Portel. *tom*. 1. *Reſponſ. Moral. part*. 2. *caſu* 30. & valde diverſimode reſolvit, ut patebit ex dicendis.

Quid ſit occultum, ſeu ſecretum?

39. De hoc jam dixi ſupra in hoc opuſculo *Reſolut*. 27. *quæſt*. 4. *num*. 21. Quod magis hic iterum explicamus, quia agimus in præſenti de excommunicatione, & hic caſus valde frequenter accidit: notorium ergo & publicum
Aragonius. illud dicitur, ait Aragonius 2. 2. *quæſt*. 102. *art*
Maſcard. 9. quod quinque perſonis patet. Maſcardus *de probationibus tom* 2. *concluſ*. 1101. *num* 18. requiri ut pateat ſeptem. In qua ſententia etiam
Zarola. eſt Zarola 1. *part. Praxis dubio* 5. *& dubio* 6. Ubi ad hoc ut aliquid dicatur notorium, requi-
Farinac. Avila. rit ſex, vel ſeptem teſtes. Farinacius *tom de inquiſitione quæſt*. 21. *num*. 185. *part*. 2. & Avila de *cenſuris part*. 1. *cap*. 6. *diſp*. 2. *dub*. 4. In uno oppido ad faciendam rem notoriam, vult requiri decem, vel duodecim teſtes, & pauciores non ſufficere; & addit Avila, quod in magna civitate plures requiruntur.

40. Communis tamen, & vera ſententia eſt, quam in multis publicis concluſionibus defendi. Hujuſmodi percuſſor Clerici, non eſt vitandus, ac habendus, ut notorius percuſſor Clerici ante ſententiam judicis, nam talis percuſſor Clerici, poterit dicere ſe fuiſſe ebrium, aut feciſſe in ſui naturalem defenſionem, aut fuiſſe motum primo primum, aut alia ſimilia, & inſuper allegare in judicio rumoris falſitatem, & ideo quamdiu non conſtat per judicis ſententiam illum percuſſorem nulla tergiverſatione excuſari, non eſt habendus ut notorius percuſſor Clerici, & ideò non eſt vitandus ante ſententiam judicis, quo coram debet citari
ad dicendum, ac allegandum pro ſe. Ita Co- Covarr.
var. *cap. Alma mater part*. 1. §. 2. *num*. 7. Say- Sayrus.
rus de *cenſur. lib*. 2. *cap*. 12. *num*. 18. Fagundez Fagundez.
precept. 1. *lib*. 2. *cap*. 5. *num*. 12. Hurtado *diſp*. 11. Hurtado.
diffic. 3. *num*. 10. Celeſtinus *in compendio Theo-* Cœleſtinus
log. Moral. tract. 3. *cap*. 9. *diff*. 3. Diana *part*. 3. Diana.
tract. 5. *Reſol*. 14. *& part*. 5. *tract*. 9. *Reſol*. 61.

Ex quo colliges, raro contingere percuſſorem Clerici ita eſſe notorium, ut ſtatim ſit vitandus, ut non poſſit excuſari aliquo juris remedio, ac proinde quandiu contra eum non profertur judicis ſententia, poteſt in foro interiori abſolvi ab alio habente poteſtatem, ſive ratione officii, ſive per bullam, & in foro exteriori ſe habere tanquam non excommunicatum, ita Auctores proximè citati. 41.

An percutiens Monachum initiatum prima tonſura, aut aliquo alio ordine, incidat in duplicem excommunicationem?

Ad hoc ſecundum quæſitum. Reſpondent
affirmative, M. Petrus Cornejo, *in* 3. *part*. 42.
tract. 5. *de cenſuris diſp* 5. *ſect*. 5. *quæſt*. 5. *& ul-* Cornejo.
tima. Suar. *de cenſuris diſp*. 5. *ſect*. 2. *num*. 15. Suar.
Bonac. *de cenſuris diſp*. 9. *dub. ultimo quæſt*. 3. Bonacina.
Nam percuſſio illa Monachi, & jam initiati tonſura, vel ordine, cenſetur duplex transgreſſio, una contra reverentiam debitam ſtatui Clericali, altera contra reverentiam convenientem ſtatui monachali; circunſtantia autem monachi diverſa eſt à circunſtantia Clerici, cum una ſit conſecratio Clerici, alia monachi, & una non ſit connexa, nec ſubordinata cum altera; unde inferunt citati Doctores, quod ille, qui percutit ſacerdotem, qui ſimul eſt Diaconus, & ſubdiaconus, non incurrit plures excommunicationes; circunſtantiæ enim ſacerdotis, & Diaconi, non mutant ſpeciem in hoc caſu, ſed accidentaliter ſe habent ad tranſgreſſionem legis, quæ ſolum ſpectavit reverentiam ſtatus Clericalis, non verò ordinem, quo quis eſt initiatus.

An ſacerdos, qui commiſit peccatum mortale teneatur confiteri ad adminiſtranda alia Sacramenta.

Tertium propoſitum; An petens abſolu-
tionem ab eo, quem agnoſcebat excommu- 43.
nicatum peccet mortaliter? Reſpondet Portel.
citatus num. 3. quod ille qui petit abſolutio- Portel.
nem ab altero percuſſore, peccat mortaliter, contra charitatem petendo ab illo abſolutionem, ſi habebat alterum à quo poterat, & non habebat urgentem neceſſitatem abſolutionis, neque à quo petebat, erat proprius Prælatus obligatus ad abſolutionem dandam, quia quilibet ex charitate tenetur evitare damnum ſpirituale alterius, & petendo abſolutionem ab altero impedito, & excommunicato erat cauſa damni ſpiritualis ſeu peccati mortalis illius.

Tamen dico quod etiam extra caſum neceſſitatis petens abſolutionem ab altero, cum quo ſe excommunicavit, vel quia Prælatus eſt, ſeu

quia

quia habet facultatem ex Jubilæo, ſeu bulla, ſi ab eo petat abſolutionem, & dicat ſi vis, & potes me abſolvere, tunc non peccat mortaliter; quia ſacerdos ad adminiſtranda Sacramenta excepta Euchariſtia, non tenetur confiteri, ſed ſufficit, quod eliciat actum contritionis, ſeu quantum in ſe eſt, faciat ad illum eliciendum, & hæc eſt communis ſententia. Ita Henriquez *lib.1. cap. 39.* Bartholomæus ab Angelo. *Dialogo 1. §. 64.* Poſivinus de adminiſtratione Sacramentorum; *cap. 5. num.40.* Suar. *tom 3. ad 3. part. diſp. 16. ſect. 3.* Reginaldus *lib. 26 num 57.* Bonacin. *tom 1. diſp. de Sacram quaſt. 3. punct 2. Secunda propoſitio. num. 13.* Et concluſio eſt valdè communis. Dixi excepta Euchariſtia Sacroſancta propter præceptum Concilij Tridentini, *ſeſſ. 13. cap. 7.* ubi præcipitur, quòd nemo conſcius peccati mortalis Sacram. Euchariſtiam recipiat, niſi præmiſſa confeſſione ob reverentiam tanti Sacramenti.

Henriq. Barthol. ab Angelo. Poſivinus. Suar. Reginald. Bonacina. Trident.

46. Et ratio eſt, quia nullum extat præceptum, ſive naturale, ſive divinum, quo oſtendatur ad adminiſtranda Sacramenta, teneri hominem ſe præparare per Sacramentum pœnitentiæ, ſi moraliter credit ſe eſſe in gratia per contritionem; cum ergo ille petens dicat, *ſi vis, & potes*, hoc poſtulationis modo, intelligit, ſi eſt jam ſufficienter præparatus, ac diſpoſitus ad adminiſtrandum Sacramentum, ut fieri poterat per contritionem; ſi ad contritionem, tunc poteſt petere, quia moraliter jam credit quòd ſit in gratia; at verò ſi exiſtimat, quòd ipſe perſiſtit in ſuo peccato mortali, tunc petens ab eo peccat mortaliter, quia inducit alterum ad peccandum. Iſta eſt communis ſententia, ut notat Bonacin. *citatus num. 1. §. Dixi regulariter.*

Fonseina.

Excommunicatus qualiter vitandus?

47. Quartum quæſitum; An validò iſte percuſſor clerici excommunicatos, ſi aliàs habet facultatem, poſſit abſolvere alterum ſui percuſſorem, ſuppoſito quòd ipſe abſolvens ſit excommunicatus. Solutio eſt communis, & affirmativa, & clarè patet ex Extravaganti *ad evitanda*, ubi Martinus V. in Concilio Conſtantienſi determinat, quod nullus in foro interno, & externo ſe habeat, & ab aliis habeatur ut excommunicatus, niſi ſit declaratus per ſententiam judicis, vel notorius percuſſor clerici, ut nulla tergiverſatione celari poſſit, ergo cum iſte abſolvens, quamvis ſit excommunicatus, non eſt declaratus per ſententiam; & quamvis ſit percuſſor clerici, non eſt ita notorius, ut aliquo ſubterfugio ſe non poſſit excuſare, ut patet ex his, quæ dixi ſuprà *num 41.* in hac quæſtione, ergo validè impendit abſolutionem. Ita communiter Doctores.

Martinus V

48. Sorbus ait, quod ſi duo clerici notoriè ſe percutiant, & detur neceſſitas celebrandi, quod ſe poterunt ad invicem à peccatis abſolvere, quod majus eſt, quam abſolvere à cenſura, ergo ſi neceſſitas urgens tribuit illis facultatem abſolvendi à peccatis, etiam & à fortiori & ad abſolvendum à cenſura, cum abſolutio à peccatis, quid majus ſit, & nequeat dari, niſi præmiſſa abſolutione à cenſura.

Sorbus.

An abſolutio à cenſura poſſit dari extra confeſſionem.

Ad quintum quæſitum Reſpondeo iſtum clerici percuſſorem validè potuiſſe iſtum alium abſolvere à cenſura, extra Sacramentalem confeſſionem, non auditis ſuis peccatis. Regula generalis eſt apud Theologos, quod confeſſor potens abſolvere à cenſura, hoc etiam poteſt facere non audita peccatorum confeſſione. Quod magis explico. 49.

Habens juriſdictionem ordinariam poteſt extra confeſſionem à cenſura abſolvere. Probatur, quia nullo jure oſtenditur ipſum aſtringi abſolutionem dare in confeſſionis Sacramento, & ita habetur in praxi. Nam Domini Inquiſitores publice abſolvunt hæreticos à cenſura incurſa ob hæreſim, & tamen à peccato hæreſis non abſolvunt. Et paſſim Prælati Regulares abſolvunt ſuos ſubditos à cenſuris, non abſolventes à peccatis. 50.

Habens facultatem delegatam, debet abſolvere juxta commiſſionem ſibi factam, quare facta commiſſione abſolvendi abſolute, poteſt confeſſor abſolutionem impendere extra confeſſionem, facultas enim abſolute & generaliter data, abſolute, & generaliter eſt intelligenda, nec eſt reſtringenda ad abſolutionem in confeſſione datam, cum verba non importent hujuſmodi reſtrictionem, & alias favores ſunt ampliandi. Ita Suarez *tom 5 diſp. 7. ſect. 5. num. 36.* Vaſquez *de excommunicatione dub 10. num 9.* Filliucius *tom. 1 tract. 11. cap. 9. quæſito 8 n. 294.* M. Cornejo, & alii. 51.

Suarez. Vaſquez. Filliuc. M. Cornejo.

Valdè probabile eſt etiam abſolutionem à cenſuris impendi poſſe extra confeſſionem, quando in facultate confeſſionis dicitur: Auditis confeſſionibus abſolvatur à peccatis, & cenſuris adnexis, nam illa particula *Auditis confeſſionibus* refertur ad abſolutionem à peccatis, quæ eſt materia neceſſaria, ſpectans ad confeſſionem, non ſic verò materia cenſurarum per ſe, quia à cenſura ſine confeſſione poteſt abſolvi, & ad illam non eſt neceſſaria confeſſio. Ita Ægidius Coninch *diſp. 14. dub. 16 num. 253.* Bonacina *diſp 1. de cenſuris quaſt. 3. punct. 6. num. 8. ad finem.* Rodriguez *tom. 1. quaſt. 61. art. 7.* Et citat victoriam, Medinam, & Penham: eamdemque doctrinam tradit Sanchez *lib. 8. de Matrim diſp. 34 num. 29.* ubi ait quod quando Pontifex concedit reſcriptum alicui, ut cum eo diſpenſet in aliquo impedimento, impoſita illi ſalutari pœnitentia, hac clauſula non obſtante poteſt diſpenſare cum illo extra Sacramentum pœnitentiæ; poteſt confeſſor regularis habens licentiam à ſuo Provinciali diſpenſare cum uxorato impedito ad petendum debitum, ſicut cum aliis Doctoribus dixi ſuprà, *Reſol. 29. quaſt. 6. n. 33.* 52.

Cornejo. Coninch. Bonacina. Rodrig. Victoria. Medina. Penha. Sanchez.

Sic etiam & confeſſores mendicantium juxta facultatem datam à ſuo ſuperiori, poſſunt diſpenſare in votis non reſervatis Papæ extra confeſſionem; nam ipſa diſpenſatio voti non eſt connexa cum abſolutione peccatorum, & eſt actus externæ juriſdictionis, qui per ſe ſolum exerceri poteſt. ita ex Suario, ac aliis Bonacina *tom 2. diſp. 4. de voto q. 2. punct. 7 § 4. num 16.* 53.

Bonacina.

An

An excommunicatus abſolvens incurrat irregularitatem?

54\. Portel. Dicendum eſt quod iſte excommunicatus abſolvens, peccavit quidem mortaliter, ſed non incidit in irregularitatem, ita tenet Portel. *citatus, num.6.* Et prima pars, quod peccaverit mortaliter, inde oſtenditur, quia agit contra præceptum Eccleſiæ in re gravi, cum utatur juriſdictione vetita, ac prohibita in illo ſtatu, niſi detur aliqua gravis neceſſitas, ob quam impendenda ſit abſolutio, & non poteſt differri, inde graves Doctores, ut Sà, *verb. Cenſura.* M. Cornejo *in 3.p. tract.5.§.1.dub.4. Reſol.83.* & alij multi docent communiter Sacerdotem excommunicatum poſſe celebrare ob gravem neceſſitatem propriæ infamiæ vitandæ, & inde bene ex paritate rationis deducitur, quod excommunicatus abſolvens non peccabit mortaliter, quia neceſſitas nullam habet legem, & hoc ſæpè in multis caſibus conſului. (Sà. Cornejo.)

55\. Suarez. Secunda concluſionis pars oſtenditur, quod ſic excommunicatus abſolvens non incurrat irregularitatem, & probatur maximè ex doctrina Suarez *tom ... de cenſuris, diſp.12. ſect.2. numer.21.* explicantis, quomodo Epiſcopus incurrat irregularitatem exercendo aliquem actum, quod ſi ille actus ſit actus ordinis, verbi gratia, ſi ſit actus confeſſionis ſacramentalis, tunc incurrit irregularitatem, at verò ſi actus ille ſit actus puræ juriſdictionis; tunc propter illum non incurrit irregularitatem: nam irregularitas non eſt extendenda ultra illud, quod jura determinant; at jura ſolum decernunt, ac imponunt irregularitatem, dum exercet actum Sacramenti, non verò quando exercet actum juriſdictionis, ſed tunc tantùm exercet actum juriſdictionis, ergo tunc nullam irregularitatem incurrit. Confirmatur, quia Vicarius Generalis Epiſcopi, poteſt fieri ut nullum habeat ordinem, ſed tantùm primam tonſuram, & tamen iſte carens ordine ſacro, validè abſolvit ab excommunicatione; ergo abſolutio ab excommunicatione, cum ſit actus juriſdictionis, non eſt de ſe annexus ordini ſacro.

56\. Bonac. Henriq. Conineh. Diana. Bonacina *lib.7. de cenſuris, quæſt.3. punct.6.* citans Henriquez, & Conineh, quibus adhæret Diana *part.4. tract.2. Reſolut.76.* docet, quod Sacerdos non habens licentiam confitendi, ſi excipiat alicujus confeſſionem, non incurrit irregularitatem; quia irregularitas incurritur ab exercitante ordinem, quem ille non habet, ſed Sacerdos in hoc caſu non exercet actum ordinis, quem non habet, cum verè ſit Sacerdos, ſed potius dicitur exercere actum juriſdictionis, quam non habet, ergo non eſt irregularis, cum ſit lata irregularitas contra exercentem actum juriſdictionis alienæ; & idem dicendum eſt de Sacerdote adminiſtrante Extremam Vnctionem, ſine auctoritate, ergo idem dicendum eſt in noſtro caſu, non abſolutio ab excommunicatione, non ſit actus Ordinis, ſed juriſdictionis, ſed in his ſemper loquuntur extra caſum neceſſitatis.

RESOLUTIO XXXVIII.

De Tertiariis.

DE Tertiariis multi, & graviſſimi Doctores tractant Rodrig. *tom.3. q.72. per varios articulos.* Miranda *in manuali, tom.1. quæſt.36.* Caſarrub. *in Compendio Privil. Mendicantium, verb. Tertiarij.* Soſa *in tract. de poſſeſſ. Tertiariorum.* R.P.Mag. Theodorus Strarios *tract. de Tertiariis, & eodem verb. Lucerna Regalar.* Ioannes Anton. Novat. *in ſumma Bullarij Titul. de Tertiariis* Portel. *in dubiis Regal. verb Tertiarij.* Caramuel *tom.1. Theolog. Moralis fundam. ad finem,* in quodam tractatu cum expoſitione Regulæ Tertiariorum. Gavantus *in manuali Epiſcoporum, verb. Tertiarij,* & etiam met citato Barboſa *in Collectan. Deciſion. Apoſtolicar. Collectanea 700.* & Lezana *in ſumma Regal. tom.2. cap.14. de Tertiariis.* (Rodrig. Miranda. Caſarrub. Strarius. Lucerna. Novat. Portel. Reg. Caramuel. Gavant. Barboſa. Lezana.)

QUÆSTIO PRIMA.

Vnde dicantur Tertiarii de Pœnitentia?

SUMMARIUM.

1 *Proponitur caſus hujus præſentis quæſtionis.*

2 *Dicuntur Tertiarij juxta Gloſſam, quia primi ſunt Fratres, ſecundi Moniales, tertij Tertiarij.*

Hoc explicatur aliter juxta vulgarem dicendi modum. Ibid.

3 *Dicitur ordo de pœnitentia, quia eſt via communis omnibus in quocunque ſtatu ad cœlum.*

Vel quia eſt valdè mirabile, quod inter mundanas delicias inveniatur in ſecularibus auſteritas pœnitentiæ. Ibid.

CIrca annum 1629. maximè incœpit florere, ac propagari in hac illuſtri civitate Ulyſſiponenſi ſacer Ordo Tertiariorum Reverendiſſimæ Virginis Mariæ, quidam Religioſi ſe ſe oppoſuerunt contra nos, quod Religio Carmelitarum Tertiarios non habebat. Res deducta eſt ad Illuſtriſſ. D. Collectorem. Tunc noſter R. admodum Noſter Provincialis M. Fr. Franciſcus à Sylva, mihi, cum eſſem hujus Conventus Ulyſſiponenſ. Primarius Lector, ac Magiſter Regens, commiſit ut de hac conſcriberem tractatum, majorum mandato obediens, illum confeci, cujus tranſſumptum ad varias partes delatum eſt, & inde de eo faciunt mentionem Barboſa, Lezana *citatis locis,* & Fr. Joſephus à Sancta Maria *praxi Reg. lib.3. cap.2.* 1. (Barboſa. Lezana. Ioſeph.)

Tertiariorum, ut à nomine incipiamus. Quia ut habet Gloſſa *in Clementina tertia de ſententia excommunic.* Triplex eſt ordo, primus virorum ſub regula cum tribus votis ſubſtan- 2.

tialium. Secundus Monialium viventium cum eiſdem tribus votis. Tertius ordo eſt, in quo ſunt homines continentes viventes in ſæculo; Ximenes. de quo cum multis remiſſivè Ximen. *in concordatis, p.1. & 2.* niſi velis dicere, ut vulgo dicitur quod primi ſunt Capucini-Diſcalceati tum Franciſcani, quam Carmelitæ, ſecundi ſunt obſervantes, Tertij ſunt iſti continentes viventes in ſæculo.

3. Barboſa. Dicuntur autem de pœnitentia, quia ut ex D.Bonaventura explicat Barboſa *de jure Eccleſiaſtico, lib.1. cap.41. num.178.* Quia ſic pœnitentia eſt via communis ducens ad cœlum homines cujuſcunque gradus, conditionis, in quocunque ſtatu, ſive cœlibatu, ſive in Eremo, ſive in ſæculo; ſic hic ſacer tertius ordo, omnes cujuſcunque ſtatus, & ſexus, Clericos, & laicos, virgines, & viduas, ac conjugatas utriuſque ſexus ducit ad cœlum. Vel inſigniter dicitur de pœnitentia, tanquam quid magnum, ac mirabile, quod auſteritas pœnitentiæ vigeat in hominibus ſæcularibus degentibus inter mundanos tumultus, ac delicias temporales. De ſe ait Regius Vates: *Media nocte* Pſal.118. *ſurgebam ad confitendum tibi.* Pſalm.118 n.62. O præclariſſime Propheta quid magnum dicis de te; nonne etiam media nocte multi in Templo prævigilabant ad Dei laudes; nonne etiam multi Monachorum cœtus contempto ſomno hoc ad Dei gloriam præſtant? Maximè quidem. Hoc tamen inter Religionis diſciplinam, & Templi obſervantiam, & David ait Incognitus Noſter: *Media nocte ſurgebat inter regales delicias.* Et ſi multi Religioſi, ac Anachoretæ in rigida pœnitentia vivant; tamen valdè ſuperexcellens, quod ſæcularis inter mundanos faſtus, ac oblectationes ipſam teneant, & obſervet; & inde iſti Tertiarij dicuntur de pœnitentia, tanquam quid valdè magnum, ac inſigne.

QUÆSTIO II.

Tertiarii in quanta ſunt differentia; & an eorum vivendi modus poſſit dici Ordo, vel Religio?

SUMMARIUM.

4 *Primi Tertiarij, qui ſub certa regula approbata à Sede Apoſtolica emittunt tria vota, ſunt verè Religioſi.*
5 *Non verò Tertiarij in ſecundo modo.*
6 *Nec etiam Tertiarij, qui vivunt in ſuis domibus.*
7 *Tamen optimè de eis dicitur, quod ſint ordo, & analogicè Religio.*
8 *Multum diſtant à confraternitatibus.*
9 *Cum hoc tamen ſtat, quod Tertiarij ſimpliciter, & abſolutè ſunt perſonæ ſæculares.*
10 *Poſſunt tamen dici aliquo modo perſonæ Eccleſiaſticæ.*

4. Tertiarij in triplici ſunt differentia. Primi ſunt, qui tria vota eſſentialia Religionis emittunt ſub obedientia, & juriſdictione Prælatorum, ſub certa regula approbata à Sancta Sede Apoſtolica, & ſunt verè & propriè Religioſi, approbati à Leone X. Leo X. anno 1521 Bulla *Inter cætera*, quæ eſt 42. hujus Pontificis, Pius V. anno 1568. Bulla ea Pius V. eſt. Sixtus V. Clemens VIII. & alij Pon- Sixtus V. Clem. VIII. tifices. In qua Religione floruerunt Viri Eminentiſſimi in omni virtute, ſanctitate, ac literis.

Alij ſunt Tertiarij in ſecundo genere, 5. qui emittunt tria eſſentialia vota Religionis, non ſub aliqua Regula, aut Religione approbata, ſive in communitate, ſive privatim vivant, nec eſt vera Religio, nec ſunt verè Religioſi, quia ad eſſentiam ſtatus Religioſi requiritur vivendi modus cum tribus votis eſſentialis ſub certa regula approbata à Sancta Sede Apoſtolica, ut colligitur ex *cap. unico, de voto, & voti redemptione in 6.* C. unicum. Ita Navarrus *Commentar. 1. de Regular. ſuper* Navar. *cap. Cum portio, num.18. & in Concilior. lib.3. de Regular. Concilio mihi 12.* Miranda *in manuali, Pral. tom.1 q.36. art.4.* Sanchez *in Decal.* Miranda. Sanchez. *tom.2. lib.5. cap.1 n.19.*

Alij ſunt Tertiarij, (ſed quibus hic princi- 6. paliter eſt ſermo) qui nec tria vota eſſentialia Religionis emittunt, nec in communitate, aut collegialiter ſub alicujus obedientia vivunt, ſed in proprijs domibus quadam proportione ſervant regulam Carmelitarum, ſancti Franciſci, ſancti Dominici, & eſto maximè fœminæ, in domo aliqua habitent, & faciunt votum ſimplex caſtitatis, vel obedientiæ, ut in multis receptaculis viſitur in hac civitate. Et tales tam viri, quam fœminæ non ſunt verè Religioſi, cum tria ſubſtantialia vota (ex quibus Religio conſtat) promittant. Ita præter Auctores proximè citatos in proprijs terminis hujus quæſtionis Caſarrubius *in Compendio, verb. Tertiarij,* Caſarrub. Rodriguez *tom.3. quæſt. 2 art.2.* Gloſſa *in Cle-* Rodrig. Gloſſa. *mentina 3. cap. Ex eo, de ſententia excommunic.* & Gloſſa *in Clement. de Religioſis domibus, in* Gloſſa. *6. verb. Obedientia.*

Cum hoc tamen ſtat, quod bene, & optimè 7. poteſt dici Ordo, & approbatus ab Eccleſia, hoc enim nomen ei attribuunt Romani Pontifices, & maximè Nicolaus IV. *Tertiariis* Nicol. IV. *Ordinis Minorum*, Innocentius VIII *Tertiaris* Innoc. VII. *Dominicanorum.* Martinus V. *Servitis.* Euge- Martin V. Eugen IV. nius IV. & Martinus V. *Tertiariis Auguſti-* Martin. V. *nian.* Sixtus IV. *Tertiariis Carmelit.* Iulius II. Sixtus IV. *Tertiariis Minimorum.* Et ratione probatur. Quia Ordo prout in præſenti ſumitur, ſignificat ordinatum modum vivendi, ſub certa regula, ac cæremoniis, quæ omnia rectè conveniunt tali modo vivendi, cum ſit ſub certa regula cum profeſſione, ac Religioſis cæremoniis. Ita Caſtillus *lib 3 de Tertiariis, c.5.* Caſtill. Portellius *in dub. Regular. Tertiarij, num. 4.* Portel. & me citato M. Lezana *tom. 2. cap. 14. num.7.* Lezana. qui etiam hi duo ultimi Auctores notant, quod latè, & impropriè poteſt dici Religio, prout quendam analogicum, ac ſimilitudinarium modum vivendi Religionis cum certa regula, ac votis participant.

Et quamvis confraternitas ſit nomen val- 8. dè magnum, & honorificum, dicit enim viros congregatos fraterna charitate, in Dei obſequio, B. Virginis, ac Sanctorum; tamen Tertiarij multum ab eis differunt: nam etſi aliquæ

by Google

aliquæ confraternitates ſuum inſtitutum, ſeu compromiſſum, ut vulgo dicitur, habeāt approbatum à Sede Apoſtolica, hoc tamen eſt ſub nomine ſtatuti, ac Tertiarij ſub nomine regulæ, quod eſt quid nobilius, ac excellentius. Deinde Tertiarij poſtquā habitū aſſumpſerunt, elapſo anno emittunt profeſſionem cum votis ſaltem obſervandi communia præcepta, & cum aliis obſervantiis, ac cæremoniis; & multi Tertiarij, ac Tertiariæ portant exterius habitum oblongum, quæ omnia maximè diſtant à vivendi modo confraternitatum. Et de Tertiariis tanquam quid diſtinctum à confraternitatibus loquuntur Pontifi-
Julius II. Leo X. Bull. Aug. ces, ut Iulius II. in Bulla *præ cæteris de* Auguſtinianis; & de eiſdem Leo X. In Bullario Auguſtinianorum *in Leone, num.* 1. & ſic communiter loquuntur omnes Auctores cum de Tertiariis, ac Confraternitatibus agunt.

9. Cum hoc tamen ſtat, quod Tertiarij ſimpliciter, & abſolutè dicendi ſunt perſonæ ſæculares, & non Eccleſiaſticæ, ita ſupponunt Pontifices, dum prædictos Tertiarios Congregationem, ſeu Ordinem ſæcularium,
Paulus II. Leo X. Conc. Lateran. ſeu laicorum appellant. Paulus II. in Bulla *Expoſcit veſtræ*, & Leo X. in Concilio Lateran. In Bulla, *Dum intra mentis* data in publica ſeſſione Lateran. die 19. Decembris anno 1516. de Tertiariis ſic loquitur. *Fratres autem, & ſorores tertij Ordinis, necnon Mantellati, Corrigiati, Pinzocheræ, Cordellati, & alij quocunque nomine nuncupati in propriis domibus habitantes, ſepulturam ubi voluerint eligere valeant; ſed die Paſchatis tantum, Euchariſtiam, necnon Extremam-Vnctionem, cæteráque Eccleſiaſtica Sacramenta (pœnitentiæ Sacramento dumtaxat excepto) à proprio Sacerdote recipere, & ad onera, quæ laicis incumbunt, perferenda teneantur, ac in foro ſæculari coram judicibus ſæcularibus con-*
S. Congreg. *venire poſſint*. Quod etiam declaravit Sacra Congregatio Concilij ann. 1608. Quod maxi-
Caſarrub. mè explicat Caſarrubius *in Compend. Privileg. Minorum, verb. Tertiarij, num* 24 *§. Quoad primum gradum.*

10. Quo etiam non obſtante, dicti Tertiarij aliquo modo, & ſecundum quid, poſſunt dici perſonæ Eccleſiaſticæ, ſicut & lata ſignificatione, ac analogicè perſonæ Religioſæ ut dictum eſt, illos enim perſonas Eccleſiaſticas appellare videtur Sixtus IV. in Bulla pro Tertiariis Dominicanorum edita, & incipit *Sacroſancta* apud Confetium *in Collectanea literar. Apoſtol. & Privileg. Regular. in Sixto IV. num.* 8. Tum etiam quia prædicti Tertiarij maximè ſunt annexi Ordinibus à Sancta Sede Apoſtolica, & ab eadem Sancta Sede habent regulam approbatam confirmatam cum votis, & Pinzocheræ, ſeu Beatæ exterius habitum regularem portant. Ita Rodriguez *tom. 2. quæſt. 63. art. 5.* cum Suario, & aliis, Lezana *tom. 2. Regular. cap. 15. num. 25.*

QUÆSTIO III.

Quænam Religiones habent Tertiarios?

SUMMARIUM.

11 *S. Franciſcus primo inſtituit Tertiarios.*
12 *Patres Dominicani habent Tertiarios inſtituente S. Dominico.*
13 *Patres Auguſtiniani habent Tertiarios utriuſque ſexus.*
14 *Carmelitæ habent Tertiarios utriuſque ſexus.*
15 *Servitæ B. Virginis habent Tertiarios.*
16 *Religioſi Minimi Sancti Franciſc. de Paula habent Tertiarios.*
17 *Religioſi Tertiarij habent etiam Tertiarios ſæculares utriuſque ſexus.*

HAnc facultatem recipiendi, ac admittendi Tertiarios habent Ordines Mendi- 11.
cantes, & primo Sanctus Franciſcus, hujus S. Franciſc. ſacri Ordinis Patriarcha inſtituit Fratres, & ſorores hujus Ordinis de Pœnitentia anno 1212. Ejus regulam præſcripſit Nicolaus IV. Nicol. IV. anno 2. ſui Pontificatus in Bulla *ſupra montem*, quam adducit Caſarrubius Caſarrub. *in fine Compendij Privilegiorum Mendicantium, folio mihi* 563. & habetur in Bullario inter Bullas hujus Pontif. *num.* 2. Hanc regulam explicat Caramuel. Abbas Caramuel *tom.* 1. *Theologiæ fundamentalis in quodam Tractatu ad finem*. Poſtea verò aliæ Religiones ad ejus imitationem, etiam Tertiarios inſtituerunt, ac habuerunt, & Eccleſia dum canit de Sancto Franciſco. Eccleſia. *Tres ordines hic ordinat*. Intelligit quod ipſe fuit primus, qui hos tres Ordines ordinavit, ac inſtituit, de hoc videndus eſt Corduba Cordub. *in Annotationibus ad Compendium Privilegiorum Mendicantium.*

12. Patres Dominicani habent Tertiarios, Fratres, & ſorores de Pœnitentia, cum facultate plena eos recipiendi, ac ad Profeſſionem admittendi, imò ipſorum Patriarcha S. Domini- S. Dominic. cus hunc Tertium Ordinem Tertiariorum cum magno fructu ſpirituali inſtituit, ut teſtantur S. Anton. Rodrig. Corduba. S. Ant 3. *p. hiſtor. tit.* 23. *c.* 14 *§.* 2. Rodrig. *tom* 3. *q.* 72. *art.* 2. Corduba *in Annotat. ad Compend. Mendicant. §. Quoad ultimum notabile*. Inno- Innoc. VIII. centius VIII. *Sedis Apoſtolicæ* Quæ eſt unica *in Bullario Laërtij, tom.* 1. Regulam pro fratribus, & ſororibus Tertiariorum Sancti Dominici apponit, & approbat. De his Tertia- Bonif. VIII. riis Dominicanis mentionem faciunt Boni- Eugen. IV. facius VIII. Eugenius IV. Martinus V. Six- Martin. V. tus IV. ut refert Fr. Ioſephus à S. Maria *praxi* Sixtus IV. *Regul. lib.* 3. *cap.* 4.

13. Patres Auguſtiniani habent facultatem admittendi, ac recipiendi Tertiarias ad inſtar Mantellatarum, ſeu Pinzocherarum Ordinum Minorum, ac Prædicatorum, ut eis Bonif. IV. conceſſit Bonifacius IV. Eugenius IV. Mar- Eugen IV. tinus V. quas Bullas refert M. Lezana *in* Martin. V. *eorum Patrum mari magno Bulla* 41. 42. 43. Lezana. Et idem habetur ex Sixto *in eorum mari* Rodrig. *magno Conſtitut.* 5. Advertit Rodriguez *tomo* 3. *q.* 72. *art.* 3. ſe non invenire in Privilegiis

Digitized by Google

Eremitarum S. Auguſtini, ac Carmelitarum facultatem ad recipiendos Tertiarios utriuſque ſexus, ſed ſolùm fœminas; ac de Carmelitanis contrarium expreſſe conſtat, ut clarè dicam quæſtione ſequenti, & de Patribus Auguſtinianis etiam apertè conſtat ad recipiendos viros in Tertiarios. Nam Paulus I I.
Paulus II. anno 1470. Generali, ac Provinciali, ſeu Prioribus Congregationis dictorum Patrum Auguſtinianorum Lombardiæ in Bulla: *Expoſcit veſtra*, conceſſit facultatem exhibendi viris Mantellum, ſeu habitum Mantellatum nigri coloris ſecundum habitum Fratrum ejuſdem Ordinis, adinſtar Mantellorum aliorum
Conſet. Ordinum, refert Conſetus *in collectanea litterarum Apoſtolicarum in Paulo II.* & idem etiam habetur apud eundem Conſetium *ex Mari Magno in Sixto IV, num.* 21. Et conſtat
Leo.X. etiam ex Leone X. in quadam Bulla data in Concilio Lateran. de qua ſuprà *quæſtione* 2. *num.* 9. & ex alia Bulla ejuſdem Leonis, quæ refertur *quæſt. ſequenti, num...* Hi Tertiarij Auguſtiniani habent regulam applicatione quadam deſumptam ex regula ipſorum Patrum.

14. Noſtri Patres Carmelitæ habent plenariam, & amplam facultatem ex conceſſione Apoſtolica admittendi, & recipiendi ad habitum prædictos Tertiarios fratres, & ſorores Tertij Ordinis de Pœnitentia, communicando eis proportione ſervata, ipſorum regulam, ac multa privilegia, de quo latè, & apertè quæſtione ſequenti, & de his fuit mihi peculiaris quæſtio.

15. Servitæ etiam B. Virginis habent Tertiarios, tam fratres, quam ſorores, & hoc de
Leo x, Tertiariis utriuſque ſexus conceſſit Leo X. in Bulla: *Dudum per nos*, anno Domini 1519. ubi ſervitas inter Fratres Mendicantes annumerat quoad perſonas utriuſque ſexus de pœnitentia, & eſſe æquales in omnibus privilegiis,
Conſet. Conſetius *in collect. litterarum Apoſtolicarum Mendicant. in Leone X. Bulla* 18. & id apertè
Martin. conſtat ex Martino V. in Bulla, *Sedis Apoſtolica*, quæ habetur *in Appendice ad Bullarium inter conſtitutiones hujus Pontificis, num* 1 Ubi approbat, & confirmat regulam pro fratribus, & ſororibus Tertij Ordinis ſervarum B. Virg. Mariæ.

16. Religio etiam Minimorum S. Franciſci de Paula habet Tertiarios utriuſque ſexus, ut con-
Iulius I I. ſtat ex Iulio I I. in Bulla; *Dudum ad ſacrum*,
Perrin. *anno* 1506. & habetur apud Perrinum *tom.* 1. *Privileg. Minimorum*, & eorum profeſſionis forma ab eodem Iulio I I. approbata, ac confirmata, ut habetur apud eundem Perrinum
Leo X. *citato loco*; idemque habetur ex Leone X. *in Bulla, Eaqua*, anno 1513. apud eundem Perri-
Miranda. num *inter Bullas*, Leonis X. *num* 1. Miranda *in tom.* 1. *quæſt.* 36. *art.* 2.

17. Veri etiam Religioſi tertiarij de quibus dixi ſupra, etiam habent facultatem faciendi tertiarios, & tertiarias ut patet *ex Bulla*, Nicolai IV.
Leo X. quæ incipit: *Super montem*; & ex Leone X. ubi regula ipſorum Patrum accommodatur ipſis tertiariis ſæcularibus in ſuis domibus viven-
Bordon. tibus. Ita Bordon. *tom.* 2. *Reſol.* 158. *num.* 29. Et cum ipſi Patres Religioſi tertiarij inciperent facere tertiarios perſonas utriuſque ſexus in hac civitate Olyſipponenſi, quidam Reli- Sententia. Apoſtolica.
gioſi contra eos ſeſe oppoſuerunt, quod ſine debita facultate talia facerent, cum res eſſet deducta ad Dominum collectorem pro ipſis Patribus tertiariis Apoſtolica ſententia promulgata eſt, quod verè, & legitimè habebant facultatem admittendi, ac recipiendi tertiarios utriuſque ſexus.

Q U Æ S T I O IV.

Patres Carmelitæ habent plenarium facultatem Apoſtolicam inſtituendi, ac recipiendi Tertiarios utriuſque ſexus.

S U M M A R I U M.

18 *Controverſia qua dedit occaſionem huic quæſtioni.*
19 *Refertur ad verbum amplum Indultum Sixti IV*
20 *Notandum, quod quatuor dicuntur perſona utriuſque ſexus.*
21 *In conceſſione privilegiorum, privilegium adinſtar eſt in optima forma, & numero* 22. *&* 23.
24 *Probatur ſecundo ex indulto à Leone X. conceſſo.*
25 *Probatur tertio ex graviſſimis Doctoribus.*
26 *Ponitur Sententia Apoſtolica pro Carmelitanis, &* 27.
28 *Refertur Appellatio, qua fuit deſerta, derelicta, ac inutilis judicata unde, in ſuo robore & firma manet prædicta ſententia.*

VT jam dixi in limine hujus quæſtionis, *num.* 1. olim exorta aliqualis controverſia cum tertiariis certæ Religionis, quæ fuit occaſio edendi hunc tractatum Et quod Patres Carmelitani habeant Apoſtolicam facultatem inſtituendi, ac recipiendi ad habitum tertiarios tam viros, quam fœminas, aperte, & clare patet ex Bulla Sixti IV. *Dum attenta*, quod eſt Mare Magnum noſtræ Religionis datum Romæ apud ſanct. Petrum anno 1476. 4. Cal. Decemb. & habetur authentica in conventu noſtro Transpontinæ, & in hoc Conventu Ulyſippon. & ita habet in hæc verba, *num* 83. & 84. 18. Sixtus IV.

Statuentes præterea Apoſtolica auctoritate, & præſentium tenore concedentes, quod de cetero perpetuis futuris tẽporibus tã Magiſtro Generali, quã cuilibet dicti ordinis officiali, ac Prioribus dicti ordinis, ſecundum mortem, & ſtatuta ejus ordinis, in quibuſcũque Provinciis conſiſtentis, tam præſentibus, quam futuris, ſit licitum, ac permiſſum, quaſcunque mulieres, & utriuſque ſexus perſonas, ſi alias ſint idoneæ, & aliud canonicum nõ obſiſtat, qua habitum regularẽ prædicti ordinis adinſtar Mantellatarum, ſeu Pinzocherarum, aut fratrum de pœnitentia Tertij ordinis, ordinum fratrum Minorum, & Prædicatorum, nec non Heremitarum S. Auguſtini habere voluerit, & geſtare, tam virgines 19.

ac

Digitized by Google

ac matronas, quam viduas, ac Mantellatas, ſeu Pinzocheras, & utriuſque ſexus perſonas dicti ordinis Carmelitarum recipere, & admittere; ac earum ſingulis habitum regularem, ac regulam ejuſdem ordinis Carmelitarum, adinſtar hujuſmodi Mantellatarum, ſeu Pinzocherarum utriuſque ſexus ordinum, & utriuſque ſexus perſonarum Ordinum Fratrum Minorum, & Prædicatorum, necnon Heremitarum S. Auguſtini præfatorum, prout ſecundum Deum ſaluti animarum earundem perſonarum, ſalubrius viſum fuerit expedire, & etiam exhibere; quæ ſic recepta, & in poſterum recipienda, auctoritate præfata gaudeant, & gaudere poſſint, & debeant tam exemptionis privilegiis, quam omnibus immunitatibus, libertatibus indulgentiis, & aliis privilegiis quibuſcumque præfato Ordini Beatæ Mariæ Dei Genetricis de Monte Carmelo, ejuſque fratribus, ac perſonis, per Sedem Apoſtolicam jam conceſſis, & quæ in poſterum concedentur.

20. In quo indulto tria maximè notanda ſunt, Primò, quod in illo quadrupliciter reperitur, *utriuſque ſexus perſonas*. Unde valde mirum

Rodrig.

quod Sapientiſſimus Emmanuel Rodrig. maximè verſatus in Privilegiis Regularium, cui omnes Religiones multum debent, *tom. 1. quæſt. 72. art. 3. §. Circa quas* Dicat ſe non invenire in privilegiis Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum habere Tertiarios utriuſque ſexus, ſed ſolùm fœminas; cum apertè contrarium conſtet ex prædicto indulto Nicolaï IV. & etiam conſtabit ex Leone X. ſtatim

Nicol IV.
Leo X.

referendo. Secundò ait Pontifex, ut hujuſmodi Tertiariis Carmelitæ valeant eis dare. *Regulam, & habitum regularem Ordinis Carmelitarum*; de quo infrà.

21. Tertiò: Quòd hoc privilegium conceſſum à Summo Pontifice eſt ad inſtar Fratrum de Pœnitentia tertij Ordinis Fratrum Minorum, Prædicatorum, &c. Et hæc forma concedendi privilegium *ad inſtar*, eſt optima forma in conceſſione privilegiorum, nam per illud concedit Pontifex Patribus Carmelitanis, ut habeant tertiarios, eodem rigore, ac proprietate, ut ſunt tertiarij S. Franciſci, & inde hoc privilegium *ad inſtar*, appellatur privilegium *per æqualitatem, ac æquiparantiam in omnibus*, cùm eo ad cujus ſimilitudinem, ac imitationem conceditur, quod eſt ejus exemplar, ut

Extravag.
l. Omnia.
l. Inſtar.
Suar.

colligitur ex Extravaganti: *Quemadmodum, de pœnitentiis*; & ex *l. Omnia Codice de Epiſcopo, & Clerico*; & ex *l. Inſtar, C. de jure fiſci, lib.* 10. Suar. *lib. 8. de legibus. cap. 15. num.* 2. ubi ita habet: *Privilegium ad inſtar*, ſignificat propriam, & adæquatam ſimilitudinem, ut menſura ad menſuratum: & concedit omnem favorem, & gratiam formaliter contentam in ſuo exemplari, & in eodem ſenſu, in quo in ſuo exemplari continetur, & cum eadem ex-

Baldus.

tenſione, Baldus citatus *leg. Omnia* Ubi ait quod quando uni univerſitati, v. g. Conimbricenſi, conceditur privilegium ad inſtar univerſitatis Salmanticenſis, quod inde in omni-

Navar.

bus æqualis eſt illi; & Navar. *in commentario de Iubilæo, notab. 26. n. 2.* ait, quod Iubilæum ad inſtar anni centeſimi, tale Iubilæum in omnibus eſt æquale cum Iubilæo anni centeſimi.

22. Et tandem privilegium ad inſtar impor-

Sylveira Opuſcula.

tat, & ſortitur eundem, & parem effectum cum aliis, ad quæ adæquatur, & quæ in priori exēplari continebantur, cenſetur in ſecundo privilegio repetita. Ita Felinus, Abbas, Pariſienſ. Card. Tuſchus, Gloſſa, Mendoc. Tiraq. Menoch. quos citat, & ſequitur Barboſa *tract. varij clauſula*, 5. Ergo cùm Summus Pontifex concedit Patribus Carmelitanis, ut habeant Fratres, & ſorores tertij Ordinis de Pœnitentia ad inſtar Fratrum Minorum, ac Prædicatorum, concedit ut tales tertiarios habeant, eadem proprietate, ac æqualitate, & paritate, ac prædicti Patres Prædicatores, ac minores habent.

Felinus.
Abbas.
Pariſien.
Tuſchus.
Gloſſa.
Mendoc.
Tiraquel.
Menoch.
Barboſa.

Probatur etiam ſecundò ex indulto Leonis X. ut refert Corſetius *Bulla* 17. quæ incipit: *Dudum per nos.* Et ita habet: *Favores, immunitates, privilegia, indulta tam ſpiritualia, quam temporalia, quæ Prædicatorum, Minorum, Heremitarum ſancti Auguſtini, ac Carmelitarum, in eorum domibus, & Eccleſiis, non ſolum Generalibus, Provincialibus, Fratribuſque & ſororibus, necnon Monialibus, & converſis, oblatis, ac utriuſque ſexus perſonis, de pœnitentia, ſeu tertij habitus nuncupatis, à dictis prædeceſſoribus, aut à nobis, ipſiſque ſucceſſoribus conceſſa fuerunt, ac in poſterum concedentur, illa omnia communicavimus, & communia fuiſſe, & eſſe volumus.* Ubi Pontifex manifeſtè ſupponit dari tertiarios in quatuor Ordinibus Mendicantibus, quos expreſſe nominat, Prædicatores, Minores, Auguſtinos, Carmelitas. *Utriuſque ſexus perſonis de pœnitentia, ſeu tertij habitus nuncupatis.* 23.

Leo X.

Ex quo dato, & non conceſſo, quod Religio Carmelitana non habuiſſet peculiaria indulta Apoſtolica ad admittendos, ac recipiendos tertiarios, eſto erat quod aliæ Religiones haberent facultatem ad eos recipiendos. Suppono ut certiſſimum, inter Religiones mendicantes dari mutuam privilegiorum communicationem, proindeque Religio Carmelitana participat de omnibus privilegiis, & indultis conceſſis omnibus aliis Religionibus, ut conſtat ex indulto Sixti IV. Leonis X. Gregorij XV. Pij V. Julij II. Julij III. Pauli IV. ut videre eſt apud Rodriguez *tom. 1. quæſt.* 55. *art.* 1. Miranda *tom.* 2. *quæſt.* 46 *art* 4. 24.

Sixtus IV.
Gregor X.
Pius V.
Iulius II.
Iulius III.
Paul. IV.
Rodrig.
Miranda.

Probatur tertiò, teſtimonio graviſſimorum Auctorum, qui expreſſe aſſerunt Religionem Beatiſſimæ Virginis de Monte Carmelo habere Ordinem tertiariorum. Ita Mirand. *tom. 1. quæſt. 36. art. 2. concl.* 2. Ita habet. *Auguſtiniani, & Carmelitani, ſimiliter ſuos habent tertiarios, quos etiam communi vocabulo, vocat de Pœnitentia.* Corduba *verb. Tertiarij in ſuis annotationibus, in penultima linea*, ait *De Carmelitis ſimiliter, quod habeant ſuos tertiarios patet*, Cartagena *tom. 3. lib. 17 §. Tandem poſt medium*, ait: *Miſſos facio ſanctos, & ſanctas ex Ordine tertiariorum*, ſcilicet Carmelitarum: *Eduardum Regem Angliæ, & Principem Dom. Alphonſum de Lacerda*; & alios, quos deinceps numerat Collector Privilegiorum, *ſub titulo tertiariorum*, ponit etiam Carmelitas, adductis verbis Sixti IV. Sylveſter Maurilus Abbas Ciſtercienſis *in hiſtoria nuncupata Mare Magnum Religionum, lib.* 4. ubi agens de 25.

Miranda.
Corduba.
Cartagen.
Collector.
Mauril.

tertiariis Carmelitanis; refert ex B. Angela de Arena. *Quod cum prædicta Angela vellet tertiaria fieri alterius Ordinis in antecedenti nocte apparuit illi ſcala, cælos tangens ſummitate & imo terram juxta quam erant duo ſancti Ordinis Carmelitarum, qui dixerunt ei, ſi vis per hanc ſcalam aſcendere, ſume habitum tertiariorum B. Virginis de Monte Carmeli, ſumpſit illa, & cum maxima ſanctitatis opinione obijt in Sicilia.* Ioannes Baptiſta Confetus *in penultimo, cap.* expreſsè agit de tertiariis Carmelitanis

Confet. Gadalazara *in ſuo Theſauro ſpirituali, cap. 3.* affirmat ſanctum Ludovicum Regem Galliæ Tertiarium fuiſſe quatuor Ordinum Mendicantium, Pellizarius *tom. 2 tract. 8. cap. 5. num 12.*

Gudalaza. Pellizar. Corea. M. Fr. Didacus Corea, Hyſpali librum impreſſum anno 1592. de Tertiariis Carmelitarum, ubi agit de eorum regula, ac privilegiis, & de eiſdem aliud volumen edidit R. M.

Stharthius. Fr. Theodorus Stharthius *Romæ impreſſum approbante Mag. ſacri Palatij*, ſicut eadem approbatione M. Lezana *tom. 1. cap 3. num 8. & tom. 2. cap. 14. per totum*, & in Mari Magno Carmelitarum ad Bullam Sixti IV. *num. 85.*

Lezana. Roman. Fr. Emmanuel Roman. in ſuis Lucidarionibus *tract. 1. cap. 10. prope finem*, F. Petrus à Cruce Zuſarte. & Fr. Ioannes Bonus, & quilibet in peculiari libro de Tertiariis.

Petr. Zuſart. Ioan Bon.

26. Tandem cum circa annum 1630. maximè florere cœpiſſet Tertiariorum Ordo Fratrum B. Virg. Mariæ de Monte Carmelo, quidam Religioſi ſeſe oppoſuerunt aſſerentes eſſem Tertiariorum Ordinem de Monte Carmeli, non dari. Tunc res deducta eſt ad Illuſtriſſimum Dominum Collectorem Apoſtolicum Laurentium Tramallo, & judicibus datis, cauſa profundiſſimè examinata, ac diſcuſſa in judicio contradictorio ſententia Apoſtolica prolata eſt pro Tertiariis Carmelitanis.

SENTENTIA APOSTOLICA

Quod Religio Beatiſſimæ Virginis de Monte Carmelo habet Fratres, & ſorores Tertii Ordinis de Pænitentia, Chriſti nomine invocato.

27. Viſis præſentibus actibus, ſimul cum petitione Miniſtri, ac aliorum Fratrum Tertii Ordinis Seraphici Patris ſancti Franciſci, ſimulque reſponſione data Religioſorum Beatiſſimæ Virginis Mariæ Montis Carmeli, ſimulque rationibus pro utraque parte adductis, demonſtrante intendere dictum Miniſtrum, cum ſuis Fratribus adjunctis impedire in dicta Religione Carmelitana dari dictum Ordinem Tertiariorum, qui nec de præſenti detur, nec in futurum ſit, qui valeat æquiparari illis ſupplicantibus, nec poſſe habere idem Ordinis nomen; at verò ex altera parte Religionis B. Virginis de Monte Carmelo allegatur habere Ordinem Tertiariorum tam virorum, quam mulierum, ex gratia Apoſtolica conceſſum, ut conſtat ex Bulla, ac indulto Sixti IV. quo optimè magna indagine examinato, ac conſiderato, maximeque illius verborum tenore perpenſo, & magnopere examinata materia, de qua agitur, multumque attenta omni juris diſpoſitione, Pronunciamus, decernimos, ac declaramus Religionem Beatiſſimæ Virg. Mariæ de Monte Carmelo; poſſe habere fraternitatem, ſeu Ordinem Tertiariorum tam virorum, quam mulierum, eiſdem præeminentiis, gratiis, ac privilegiis, quæ habet fraternitas Tertiariorum Ordinis ſancti Franciſci; eodemque nomine Ordinis uti, prout ſecundum jus ei poteſt convenire; & etiam poterunt prædicti uti verbo confraternitatis, in libro, de quo agitur typis mandando; quamvis tamen lato modo, & impropriè hæc fraternitas poſſit appellari ordo, cum tamen propriè non ſit ordo, cum non habeat propriã regulam, ſed tantum certum vivendi modum, approbatum à ſancta Sede Apoſtolica, ut colligitur ex Gloſſis, quæ in hac materia, ut maxime notatu dignæ habentur, *Clementina cum ex eo, verb Ter. de ſententia excommunicationis*; & ex Clementina *de Religioſis domibus verb. Obedientiam, in 6.* Ex cauſa ſine expenſis datum Uliſippone die 31. menſis Auguſti anno 1630.

Petrus Antonius de Marchis Auditor Apoſtolicus.

Doctor Franciſcus da Motta Peſoa.

Et cum hæc ſententia eſſet pronuntiata, ac publicata in publica audientia in Tribunali Illuſtriſſimi Domini Collectoris Apoſtolici ab ea appellatum eſt à Miniſtro, ac cæteris Fratribus Tertii Ordinis. Reverendus admodum Apoſtolicus Auditor eorum appellationem acceptavit, dummodo intra tempus conſtitutum, vel in primo, ſecundo, ſeu tertio actu, ſeu fatali, ut dicitur, producerent cauſam ſuæ appellationis juxta ordinationem ſui tribunalis Apoſtolici; ipſi verò appellantes cum bene agnoviſſent ſe in jure nullum habere ſubterfugium, nihil produxerunt; cum ergo pertranſiſſent prædicti, termini, & inſuper multum tempus ſupra id, quod jura concedunt ad proſequendum appellationem nihil eſſet productum, ideo Dominus Auditor cum ſuo Collega auctoritate Apoſtolica ſecundam ſententiam protulerunt, declarantes prædictam appellationem fuiſſe nullam, & nullius valoris, ſimulque eſſe deſertam, ac derelictam, primamque ſententiam datam eſſe validam, ac firmam in toto ſuo robore, ſicque libere divulgari poſſe, & ab omnibus ſic tenendum eſſe, datum Ulyſippone die 6. Maij anno 1631. 28.

QUÆSTIO V.

De gratiis, ac indulgentiis, & privilegiis, quibus gaudent Tertiarii.

SUMMARIUM.

29 *Ampla conceſſio pro Tertiarijs data à Sixto IV.*

Aliquæ conditiones ad talia privilegia obtinenda, quæ de Beatis. ibid.

30 *Magno gratiarum, ac indulgentiarum theſauro fruuntur.*

31 *Valent recitare officia de ſanctis Ordinis.*

32 *Tempore interdicti admittuntur ad divina, & ſepulturam Eccleſiaſticam.*

33 *Prædicti tertiarij habitantes in ſuis propriis domibus*

domibus ſubjiciuntur Ordinario.

34 *Tertiarij, ſi geſtent habitum Religionis, voventes caſtitatem, & gregatim viventes, gaudent privilegio canonis.*

35 *Tertiarij ſæculares habitantes in ſuis domibus non gaudent privilegio canonis.*

29. Sixtus IV. NOſtris Tertiariis Carmelitanis magnam, & amplam conceſſionem dedit Sixtus IV. in ſua Bulla *Dum aeterna*, *num.* 84. citata ſuperiori quæſtione, dum ait: *Ut gaudere poſſint, & debeant, tam exemptionis privilegiis, quam omnibus immunitatibus, libertatibus, indulgentiis, & aliis privilegiis quibuſcumque præfato Ordini Dei Genetricis Mariæ de Monte Carmelo, ejuſque Fratribus, ac perſonis per ſedem Apoſtolicã jam conceſſis, & quæ in poſterum concedentur.* Quod etiam multi Pontifices concesserunt Tertiariis aliorum Ordinum, ut patet ex dictis *quæſt.* 3. Prædicti Tertiarij, ac Tertiariæ, ut tantis privilegiis gaudeant, aliquæ conditiones requiruntur à Sacra S. Congreg. Congregatione Epiſcoporum anno 1616. Prima eſt, ut honeſtè vivant, boniſque moribus ſint ornatæ tales perſonæ. Secunda, quòd ſint in bona, ac ſufficienti ætate. Tertia, quod habeant unde ſufficienter, ac honeſtè vivant. Quod verò ad Beatas, quæ habitum oblongum portant, requiritur quod ſint quadraginta annorum, & ut habitent in ſuis domibus, ſine viris, & ad plurimum cum conſanguineis. De quo M. LeZana *tom* 2. *cap.* 14. *num.* 40. Lezana.

30. Gratiæ, & Indulgentiæ. Magna gratiarum, ac indulgentiarum copia, & illa valde peculiari, ac inſigni de Bulla Sabbatina, dum eorum animæ igne purgatorio expiantur; prima die Sabbathi, poſt eorum mortem, ſanctiſſima Virgine auxiliante, ac patrocinante, ut de ejus ſumma benignitate piè creditur, transferuntur in cœleſtem patriam, ut refertur Lectione quinta die 16. Julij Feſtum commemorationis. in feſto Commemorationis B. Virg. Mariæ; eſt alius & ampliſſimus gratiarum theſaurus, ut habetur in noſtra Bulla, quæ circumfertur, & ideo omitto eas hic recenſere.

31. Concedit etiam Pontifex ipſis Tertiariis; *ut gaudere poſſint, & debeant privilegiis quibuſcunque præfato Ordini per Sedẽ Apoſtolicam Dei Genetricis Mariæ de monte Carmelo, conceſſis, & in poſterum concedendis.* Proindeque Officium Carmelitanum recitandum. judicio graviſſimorũ Doctorum, valent recitare officia propria noſtrorum ſanctorum, ut ſunt in Breviario Carmelitano; ac proinde Officium Beatæ Virg. Mariæ ut ſolemni commemoratione die 16. Julij Officium S. Eliæ, Eliſæi, ſancti Alberti, ſancti Angeli, S. Thereſiæ, ſanctæ Mariæ Magdelenæ de Pazzi, ac aliorum ſanctorum noſtri Ordinis, cum ſuis octavis. Item in omni Sabbatho tam in adventu, quam in quadrageſima, ut nobis conceſſit ſacra Congregatio, officium B. Virginis Mariæ ut ſemiduplex, tanquam in commemoratione ſolemni Julij: valent etiam in omnibus feriis, quintis, etiam in advente, & quadrageſima, non impeditis alio feſto novem lectionum, ut nobis conceſſit ſacra Congregatio, S. Congreg. recitare officium de ſanctiſſimo Sacramento; & inde hæc conceſſio ſacræ Congregationis ampliatur; conceſſit etiam eadem ſacra Congregatio, quod ſi Sabbathum, vel feria quinta eſſent impedita feſto novem lectionum, & in dicta hebdomada eſſet aliqua dies, vel aliqui dies non impediti tali feſto novem lectionum, tunc in ipſo, vel in ipſis poterit recitare officium de B. Virgine, ac Diviniſſimo Sacramento.

Tempore Interdicti admittuntur ad divina, 32. dummodo interdicto cauſam non dederint, De Interdicto, ac ſepultura. nec ipſum foveant, & nutriant, ut bene colligitur ex Bulla Leonis X. ſupra citata Lezana *tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 36. Lezana. Tales Tertiarij, & Tertiariæ ſepeliuntur in Eccleſiis ſuorum Ordinum, niſi ipſi eligant ſepulturam, quod deducitur etiam ex Bulla Leonis X. in concilio Lateranenſi, ubi ait Pontifex, quod ipſi valent *eligere ſepulturam, ubi voluerint*, quod poſitum eſt, ne exiſtimetur quod ipſi debeant neceſſario ſepeliri in Eccleſiis ſuorum Ordinum Caſarubius *in compendio privilegiorum Mendicantium verb. mulieres num.* 6. & 7. Pellizar. *tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 171. Caſarub. Pellizar.

Prædicti Tertiarij, & Tertiariæ, in propriis 33. domibus habitantes, ſubjiciuntur Ordinario, Quo ... & foro ſæculari, & in Paſchate recipiunt Sacramentum Euchariſtiæ è manu Parochi, ſicut & extremam unctionem, & alia Sacramenta, excepta pœnitentia, hæc omnia declaravit Leo X. in Concilio Lateranenſi in Leo X. Bulla *dum intra mentis* die 19. Decembris anno 1516. & habetur in primo tom. Bullarij inter Bullas Leonis X. *num.* 22. & etiam extant Declarationes Congregationis Epiſcoporum de hac re, apud Gavantum *verb. Tertiarij*, *num.* 1. 2. & 8. Gavant.

Ultimò dicendum Tertiarios, ſi tales ha- 34. bitum religioſum geſtent, & gregatim vivant, De privilegio canonis. vel certè (ſi ſint fœminæ) virginalem cœlibem, vel caſtam vidualem vitam ducant expreſſo voto, vel habitu religioſo, gaudere privilegio canonis: *Si quis ſuadente*, & idem etiam dicendum de oblatis, donatis, mantellatis, corrigiatis, aliiſque ſimilibus, ſi geſtent habitum religioſum, & viri ſi collegialiter vivant, ſeu cum clauſtralibus habitent, ſicque à ſacra Congregatione declaratum eſſe teſtatur Filliucius *tract.* 15. *num.* 14. quòd etiam Filliucius. confirmat ex uſu, praxi, ac conſuetudine curiæ Romanæ imò etiam ex jure communi, ut contendit Suar. *de cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 1. *n.* 20. Suar. cum Navarr. *cap.* 27. *num.* 79. Nam *Monachus* Navar. nomen non ſolùm ſumitur pro Religioſis profeſſis, ſed etiam pro iis perſonis, quæ ſunt participes ſtatus religioſi, ſuntque perſonæ Deo dedicatæ, cujuſmodi ſunt ſine dubio tales Tertiarij, quod etiam idem dicendum ſit de oblatis, ſeu donatis, conſtat ex privilegio bullato Sixti conceſſo oblatis Carmelitarum, ut refert Caſarubius *in compend. verb oblati, num* 2. Caſarub. in hæc verba: *Sixtus IV. conceſſit quod oblati, & oblatæ fratrum Carmelitarum, gaudeant privilegiis, & gratiis dicti Ordinis, ſicut gaudere poſſunt mulieres Mantellatæ, & Pizzochæ ſub dicto Ordine viventes, quibus conceſſum eſt poſſe gaudere omnibus privilegiis Fratrum.* Ex quo benè ſequitur, quod prædicti gaudent privilegio Canonis, & alij aliorum Ordinum per viam communicationis, ut notat Bonacina Bonacina. *diſputat.* 1. *de cenſur. in particulari*, *quæſt.* 16. *ſect.* 1. *part.* 3. *num* 18.

Notat Carillus *lib.* 1. *de Tertiariis cap.* 11. 34. quod prædicti Tertiarij extra communitatem Caril.

De his, qui extra communitatem. gaudent privilegio Canonis *Si quis ſuadente*, dummodo portent habitum, juxta decretum aſſignatum in regula ipſorum, idque probat ea Rodriguez *tom. 3. quæſt. 75. art. 2.* & ab his non diſſentit Portel. *in d. biis Regul. verb. Tertiarÿ num. 3. fere ad medium.* At vero Tertiarij ſæculares habitantes in ſuis domibus, & non portantes habitum Religionis, ſed ſæcularem, ſecundum communem uſum, & praxim non gaudent privilegio Canonis. Rodrig. Portel.

Quæstio VI.

Qualiſnam ſit modus vivendi Tertiariorum?

SUMMARIUM.

36 *Quilibet Prior etiam localis, poteſt dare habitum Tertiariorum ſuæ Religionis, non alterius.*

37 *De Commiſſario, ac Adminiſtratore Tertiariorum.*

De Regula Tertiariorum, ibid.

38 *Tertiarÿ habent habitum proportionatum Religioni, cujus ſunt Tertiarÿ.*

39 *Poſt elapſum annum faciunt profeſſionem.*

40 *Tertiarÿ Minorum promittunt ſervare mandata Dei, & cum tale votum nullam inducat obligationem, non eſt vere votum.*

41 *Alÿ Tertiarÿ promittunt obedientiam, caſtitatem ſecundum ſuum ſtatum, quod votum obligat tantum venialiter.*

Legiſlator etiam in materia gravi poteſt intendere obligare venialiter, ibid.

42 *Tertiarÿ, de quibus agitur, ſi relinquant ſuum ſtatum, non ſunt Apoſtatæ.*

36. QVilibet Prior etiam localis poteſt habitum Tertiarij, ſeu Tertiariæ ſui ordinis dare, ac concedere cuilibet perſonæ honeſtæ, ac bonæ, & probatæ vitæ, & patet pro Carmelitanis, ex bulla Sixti IV. & pro aliis etiam Religionibus multas bullas adducit Bordon. *Reſolut. 58 num. 29.* Simul advertens, quod Prior, ſeu Officialis unius Religionis, verbi gratiâ, Franciſcanæ non poteſt dare habitum Tertiariorum alterius Religionis, verbi gratia, Dominicanæ, ſeu Carmelitanæ, ſed uniſquiſque ſuæ propriæ Religionis. Sixtus IV. Bordon.

37. Et ait Sixtus IV in citata Bulla *Dum attenta* num. 84. *Concedentes volumus, quòd de cætero tam Magiſtro generali, quã cuilibet dicti Ordinis Officiali, & Prioribus dicti Ordinis licitum ſit.* Cum ait *Officiali* dicti ordinis intelligit, quem nos modo appellamus commiſſarium, quem Martinus V. in bulla *Sedis Apoſtolicæ providentia* dicit Monitorem, ſeu Correctorem. Et Innocentius VII. in bulla ſupra montem *Sedis Apoſtolicæ* pro Tertiariis Dominicanis dicit Magiſtrum Doctorem reſpectũ virorum Prioriſſæ, vel ſuperioriſſæ, reſpectu fœminarum. Qui correctores, officiales, ſeu monitores poterunt aliquos ex ipſis Tertiariis ad ſe advocara, ad regimen, ac gubernationem totius Ordinis, ex conſenſu ipſorum Tertiariorum, tamen tota poteſtas ſpiritualis recipiendi ad habitum, & admittendi ad profeſſionem eſt apud ipſum officialem, ſeu monitores. Caſarubius *in compend. Privileg. Mendicant. verb. Tertiarÿ, n. 24.* Sixtus IV.

Prædicti Tertiarij habent habitum proportionatum ſecundum ordinem, cujus ſunt Tertiarij, inde pro Franciſcanis Tertiariis præſcripſit Innocentius IV. in Bulla: *Supra montem*: pro Dominicanis Innocentius VII. *Sedis Apoſtolicæ.* Pro Carmelitanis Sixtus IV. in Bulla relata: *Dum attenta.* Similiter alij Pontifices, pro Auguſtinianis ſervitis, &c. De quorum habituum forma latè agunt R. M. Fr. Theodorus Stratius, M. Fragoſo, Petrus à Cruce Suzarte, P. Ioannes Bones, qui tres ultimi in peculiaribus libris in lingua vulgari, ac materna de hoc habitu diſſerunt, & regulam peculiarem ipſorum Tertiariorum proponunt, & explicant, ſicut etiam Abbas Ioannes Caramuel *tom. 1. Theologia Moralis in peculiari tractatu de Tertiarÿs*; advertit tamen Caſarubius *in Compendio Privilegiorum Mendicantium, verb. Tertiarÿ, §. Quod ad primum gradum*; conſuetudinem, vel potius corruptelam, eſſe apud aliquos. 38. Innoc. IV. Innoc. VII. Sixtus IV. Stratius. Fragoſus. A Cruce. Bones. Caramuel. Caſarub.

Poſt elapſum aliquod tempus, ſeu annum, prædicti Tertiarij emittunt profeſſionem mulieres Tertiariæ D. Dominici, quæ dicuntur ſorores de pœnitentia, & collegialiter vivunt, & etiam in propriis domibus, & emittunt tria vota ſimplicia animo ſe obligandi, juxta conſtitutionem Iulij ſecundi anno 1509. in Bulla: *Conſiderantes*, apud Peirinum *tom. 1. Privileg. Minimorum* Inter cõſtitutiones Iulij II. *num. 13.* Sic & ſororum aliarum Religionum, violantes dicta vota, peccant mortaliter. 39. Iulius IX. Peirin.

Tertiarij autem Minorum, promittunt ſervare divina præcepta, & ſatisfacere pro tranſgreſſoribus, & cum nullam inducat obligationem, propriè non eſt votum, Portellus *in dubÿs Regularibus, verb. Tertiarÿ. n. 5.* Omne enim verum votum ex natura ſua, inducit aliquam obligationem, ut eſt de fide, & lumine naturali notum, ut teſtatur Caſtro Palans *p. 3. tract. 15 diſput. 1. punct. 11. num. 1.* Nam ſi fides data hominibus obligat, & infert aliquam obligationem, quanto magis fides data Deo obligat ex debito fidelitatis; & inde dicitur Deuteron. 23. *Facies, ſicut promiſiſti Domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es.* Sic etiam votum Minimorum non eſt propriè votum. 40. Portel. Palaus. Deutor.

Tertiarij autem Carmelitarum, etiam ſæculares voveor, & promittunt Deo obedientiam, ſecundum ſuum ſtatum, quod votum tantum obligat ad veniale. Et ratio eſt, votum eſt veluti quædam lex particularis, quam homo ſibi imponit; atqui legiſlator etiam in materia gravi poteſt leviter, ac venialiter velle obligare; ergo tantum leviter obligabit; ergo etiam & votum ex intentione voventis leviter obligabit, non enim poteſt obligare ultra intentionem voventis, ita docent, & tenent Navarr. *in ſumm. cap. 23. num. 49.* Sanch. *lib. 1. de matrim. diſp. 9. n. 6. & in Decalogum lib. 6. cap. 4. num. 25.* Suar. *tom. 2. de Relig. lib. 4. de voto, cap. 4. num. 7. & lib. 3. de leg. cap. 27. num. 7* Valentia *1. 2. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 2. q. 2.* Caſtro *lib. 1. de leg. Pœnali, cap. 5. document. 4.* ſtatim in principio, Ioan. Sanchez *diſp. 15. n. 16.* 41. Navarr. Sanchez. Suar. Valentia. Caſtro. Ioan. Sanch

Salas

Salas. Bonacina. Palaus.

Salas *de leg. diſp. 10. ſect. 7. num.* 33. Bonacina *diſp. 1. de leg. quæſt. 1. punct. 7. §. 4. num.* 23. Caſtro Palaus *tom. 5. tract. 2. diſputatione 2. punct. 8 num. 4. & tom. 3. tract. 15. diſp. 1. punct. 1. n. 4.* Leſſius, & alij.

42. Ex dictis benè ſequitur, quod tales Tertiarij, ſive Tertiariæ, de quibus in præſenti agimus, ſi talem ſtatum deſerant, ac habitum relinquant, & ſe ipſos matrimonio adjungant, non eſſe Apoſtatas; nam Apoſtata tunc datur, quando intervenit receſſus à verò ſtatu Religioſo, iſti enim Tertiarij, ſive Tertiariæ non ſunt verè religioſi, ut docent Bañez 2. 2. *q.* 12. *art. 1. concl. 1.* Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap.* 8. *num.* 6. Pellizar. *tom. 2. tract.* 8. *cap.* 8. *num.* 44. benè tamen advertit M. Leaana *tom. 2. cap.* 14. *num.* 23. Quòd prædicti Tertiarij, ſeu Tertiariæ, peccabunt, tum contra votum ſimplex caſtitatis, ſi illo abſolute emiſſo matrimonium contraxerint; tum etiam in dimiſſione habitus, ſi illum in profeſſione facta, ſemper geſtare promiſerunt.

Bañez. Sanchez. Pellizar. Leaana.

RESOLUT. XXXIX.

De Interdicto.

QUÆSTIO UNICA

Utrùm quando interdicitur aliqua Parochia, Monaſteria, quæ ſunt in ejus ambitu Interdicto ſubiaceant?

SUMMARIUM.

1 *Cauſa hujus conſulti.*
2 *Monaſteria Religioſorum, interdicta Parochia, quæ ſunt in ejus diſtrictu, non aſtringuntur interdicto, niſi quando Cathedralis, vel Matrix, ſeu Parochialis, unica loci obſervat.*
3 *Privilegia Religionum ad non obſervanda interdicta, & n. 4. & 5.*
6 *Ex Clementina Religioſi non tenentur obſervare interdictum juxta Concilia.*
7 *Expenditur diſtributio Clementina.*
8 *Corroboratur auctoritate Doctorum.*
9 *Ponitur, & ſolvitur argumentum, & num. 10. 11. & 12.*
13 *Concilium Tridentinum citato loco non derogat privilegia Religionum.*
14 *Fundamenta prædicta ſententia, & num. 15. & 16.*
Privilegia remuneratoria non derogantur per clauſulas generales, ibid.
17 *Secundò dic ad Concilium, loqui tantum de Interdicto Generali.*
18 *Ponitur primum, & ſecundum fundamentum prædicta Reſolutionis, & n. 19.*
20 *Refertur ſentia P. Hinojoſa cum multis privilegys.*
21 *Uſus, & conſuetudo ſacrarum Religionum de non obſervando Interdicto ſpeciali, & num. 22.*
23 *Uſus, ac conſuetudo habet vim ad interpretandam legem.*
24 *In dubio de validitate privilegij pro illa judicandum.*
25 *Pro quo multa privilegia habēt Religiones.*

CUM in hac magna civitate Ulyſipponenſi multæ ſint Parochiæ, in quarum ambitu etiam ſunt multa Religioſorum Monaſteria, proindeque interdicta Parochia, Monaſteria, quæ in ejus ambitu, & ſitu continebantur tali Interdicti obſervatione maximè opprimebantur, inde ego feci hoc conſultum, quod multis viris ſapientiſſimis maximè placuit, illique ſubſcripſerunt; quam ſententiam me citato, ſequitur M. Fr. Antonius à Spiritu ſancto, *in directorio Confeſſoris, tract. 12. de Interdict. diſp. 5. ſect. 2. § ſecus. ſi poneretur Interdictum.* Et ita obſervatum eſt à multis graviſſimis Religionibus; 1.

Fr. Anton.

Dicendum eſt ergo, quando in una civitate, vel oppido ſunt multæ Parochiales ſimul cum Cathedrali, vel matrice, non ſufficit, ut ponatur interdictum in una Parochiali, in cujus ambitu, vel diſtrictu, eſt unum Monaſterium Religioſum, tunc tale Monaſterium non tenetur obſervare interdictum, niſi quando Cathedralis, vel matrix illud obſervat, vel quando in oppido eſt una tantum Parochialis loci, tunc ſi talis Parochialis unica loci obſervat, tunc tenentur Religioſi exiſtentes in tali unica Parochia illud obſervare, ſecus nullo modo ut patet ex Clementina ſtatim expendenda, ut multi, & graves Doctores tenent ut ſtatim adducendi. 2.

Supponuntur aliqua.

Supponendum eſt, quod Eccleſiæ Carmelitarum non poſſunt interdici, nec ab aliquo legato, nec ab ordinario abſque expreſſa facultate ad imponendum tale interdictum. Ita conceſſit Sixtus IV. in noſtro mari magno, *num.* 71. ubi agens de noſtris Eccleſiis ait: *Nequis abſque ſedis apoſtolicæ ſpeciali commiſſione & auctoritate hujuſmodi, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum, non in genere, ſed verbo ad verbum ſpecialem facientem mentionem in perſonas, domos, loca, aut alia dictorum Fratrum B. Dei Genetricis de monte Carmelo, bona utpote prorſus exempta aliquas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias exercere, aut promulgare præſumat.* Quæ bulla authentica habetur in hoc Conventu Ulyſipponenſi. Et idem conceſſit Leo X. Fratribus Minoribus, ut refertur *in ſupplemento Ordinis fol. 59. conceſſ.* 105. Prædicatoribus Sixtus IV. Patribus Societatis, Gregorius XIII. Equitibus ſancti Ioannis Gregorius IX. ut referunt Rodrig. *tom. 2. quæſt. 109. art.* 2. Portel. *in dub. Reguli. verb. Interdictum.* Pelliaat. *tom.* 2. *tract. 7. cap. 4. ſect. 1. num.* 3. 3.

Sixtus IV. Leo X. Supplemen. Ordinis. Sixtus IV. Greg. XIII. Gregor. IX. Rodrig. Portel. Pellizar. Leo X.

Quibus privilegiis omnibus fruitur Religio Carmelitana, ſicut & aliæ Religiones privilegiis ipſius Carmelitanæ; nam Leo X. conceſſit in ſua Bulla aurea pro Mendicantibus: *Dudum*; in qua cuilibet Ordini Mendicantium concedit omnia privilegia conceſſa, & concedenda in futurum, omnibus aliis Ordinibus Mendicantibus, ac ſi expreſſè, & directè unicuique eorum fuiſſent conceſſa. quod eſt communiſſimum apud Doctores. *Deciſiones* 4.

Leo X.

Rotæ

Rota. Tambur. Lezana. *Rota in una Valentina 18 Novembr. verb. Communicatio.* Sorbus *ibidem.* Tamburin. *de jure Abbatum tom 1. diſput. 15. quaſt. 18. num. 35.* Lezana *verb. Privileg. num. 24.*

5\. Clement. Trident. Contra nos rigide opponitur quædam Clementina, & Concilium Tridentinum, quæ ſingillatim ſunt explicanda, quia explicatione data inde noſtra ſententia magis firmatur, ac roboratur.

Clementina.

6\. Clement. Clementina prima de ſententia excommunicationis, diſponitur, quod Religioſi obſervent Interdictum; *cum Cathedralem, vel matricem, ſeu Parochialem loci Eccleſiam, illud viderint, aut ſciverint obſervare.* At præfata Clementina loquitur de Interdicto generali, ut ibi expreſſe dicitur: *Qui generalia interdicta violare præſumunt.* Et iterum ibidem: *In generalibus ceſſationibus.* Deinde, ſi Eccleſia Cathedralis, Matrix, ſeu Parochialis loci interdictum non obſervat, jam tale Interdictum ſimpliciter non eſt generale, ut Clementina poſtulat, dicens: *civitatum, terrarum, & aliorum locorum generalia interdicta præſumptione damnabili violare præſumunt*; ergo ſi interdictum non eſt generale, de quo agit Clementina, jam Regulares non tenentur illud obſervare.

7\. Et diſtributiva Textus nihil facit contra nos, ſed maximè corroborat noſtram ſententiam: *Cathedralem, vel Matricem, ſeu Parochialem loci*: Cathedralis eſt ubi Epiſcopus reſidet, illiuſque ſedes eſt. *Matrix*, ibi communiter datur, quando ibi non datur Eccleſia Cathedralis: *Et eſt major Eccleſia, & Baptiſmalis, tanquam mater aliarum Eccleſiarum*, ut habetur Gloſſa *ibid. verb. Matricem*; ſanè explicant Rebuff. *de decimis. quaſt. 6. n 6. & 7.* Moneta *in ſimili tract. cap 7. n. 3.* Bonac. *de cenſur. extra Bullam Cœnæ, diſp. 8. quaſt. 8. punct. 14. num. 6.* & multi alii; & colligitur ex *cap. 1. de præſcriptionibus*; & ex *cap. Tranſmiſſæ. 10. eodem titulo.* Parochialis loci eſt quando eſt unica in loco, verbi gratiâ, quando in uno oppido eſt una tantum Eccleſia Parochialis; quando verò in tali loco, ſeu civitate ſunt multæ Parochiæ, nulla illarum abſolutè poteſt dici Parochia loci, verbi gratia, quia in hac civitate Ulyſipp. ſunt 38. Parochiæ, S. Nicolai Parochia non poteſt dici Parochia Ulyſipponenſis, ſed una ex Parochiis illius, ut notarunt Saytus *lib. 3. de cenſur. cap. 33* Rodrig. *tom. 2. quaſt. 109. art. 5.* Pellizar. *tom. 2. tract. 7. cap. 2. num. 187.*

(Margin: Gloſſa. Rebuff. Moneta. Bonac. — Saytus. Rodrig. Pellizar.)

8\. Ex quibus benè infertur, quod quando in una civitate, vel loco extant multæ Parochiæ, & nulla ex eis eſt Cathedralis, vel Matrix, omnes ſunt æquales, & nulla ex eis eſt peculiariter Parochia loci, proindeque ſi ponatur interdictum in una, in cujus diſtrictu eſt Eccleſia Mendicantium, non tenentur obſervare tale Interdictum. Ita habet Gloſſa *ad citatam, Clem. verb. Matricem ad finem*, Navar. *in manuali, cap. 27. num 146.* & citat Cardinalem, Pannormitanum, & Immolam, Covarr. *cap. Alma, Mater, 2. p. §. 1.* Sylveſter *verb. Interdictum, quaſt. 3.* Toletus *in ſumm lib. 1. cap. 9. num 15.* Avila *de cenſuris, p. 5. d b 3. concl. 2.* Plurius *tract. de Interdicto in princip. n. 2.* Azor. *tom 1. lib. 22. cap. 13. §. 18.* Tamburin. *de jure Abbatum, tom 2. diſp. 26. quaſt. 3. §. Præterea*, Bonacina *de cenſuris in particulari, diſp. 2. quaſt. 8. punct. 14. n. 7. & 17.* M. Fr. Antonius ab Spiritu ſancto; nunc Epiſcopus Angolenſis jam citatus *in directorio Confeſſor. tract. 12 diſp. 5. ſect. 1. n. 736.* & etiam *in directorio Regul. p. 1. tract. 2. diſp. 2. num. 100.*

(Margin: Gloſſa. Navar. Cardinal. Panorm. Immola. Covar. Sylveſt. Toletus. Avila. Plurius. — Azor. Tambur. Bonacin. Fr. Anton.)

Dices ex doctrina Suarij *tom. 5. ad 3. part. diſp. 22. ſect. 2. n 9.* & Alteri *diſp. 1. de interdicto cap 4. dub. 2.* & aliorum, quod quando interdictum ponitur in una Parochia, & etiam ejus ambitu, & diſtrictu tale interdictum eſt generale, ac proinde conventus exiſtentes in tali diſtrictu tenentur obſervare ipſum interdictum. 9. Suar. Alterus.

Reſpondetur tale interdictum poſſe dici generale ſecundum quid per reſpectum ad unam Parochiam; Clementina autem loquitur de interdicto generali ſimpliciter, & abſolute, agit enim de interdicto obſervato à cathedrali, vel Matrice, Eccleſia Cathedralis communiter, ac ordinarie non datur niſi in civitate, in qua ſunt multæ Parochiæ, Matrix Eccleſia, ut ait Gloſſa jam citata, eſt *major Eccleſia Baptiſmalis, tanquam mater aliarum Eccleſiarum.* Ac proinde ſupponitur, quod ibi ſint aliæ Eccleſiæ baptiſmales, & parochiales, ac proinde ad obſervandum interdictum non ſufficit, quòd ſit in una Parochia, & ejus ambitu, ac inſuper requiritur, ut ſit obſervatum, à Cathedrali, ac Matrice, ſeu Parochiali loci, quòd tunc datur, quando eſt unica in loco, non verò quando in tali loco ſunt aliæ plures, quia ut jam dixi, Parochia S. Nicolai in hac civitate Ulyſipponenſi, non eſt parochia civitatis, ſeu loci, ſed eſt una ex parochiis hujus civitatis, ſeu loci, ut obſervant Saytus, Rodriguer, Pellizar. proximè citati. 10. Gloſſa. Saytus. Rodrig. Pellizar.

11\. Adverte tamen, quòd quamvis Clementina prædicta videatur reſtringere privilegia Mendicantium, ac Religioſorum quoad interdictum, tamen etiam eis conceſſit magnum privilegium, ut non teneatur illud obſervare, niſi quando tale interdictum fuerit generale, & Cathedralis, & Matrix illud obſervat, & etiam parochialis, quando eſt una, & unica in loco, ut patet ea proximè dictis.

Concilium Tridentinum.

12\. Trident. Sacrum Concilium Tridentinum ita habet ſeſſ. 25. cap. 12. De Regularibus *Cenſura, & interdicta, nedum à Sede Apoſtolica emanantia, ſed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſiis publicentur, & ſerventur.* Tripliciter ad Concilium reſpondeo:

13\. Primò; valdè bona, & præclara eſt ſententia, & in uſu obſervata, quod ſacrum Concilium in prædicto loco non derogat privilegia Mendicantium, ut tenent multi viri Doctiſſimi, & maximè timorati. Henriquez *lib. 13. cap 48. num. 1. & 24.* Rodrig. *tom. 2. quaſt. 112. art. 3.* Saytus *de cenſur. lib 5. cap. 13. num. 24. & 25.* Joan à Cruce *de ſtatu Relig. cap. 7. dub 2. concluſ. 2.* Sorbo *in compend. verb. Interdictum, n. 3.* Medina *lib. 1. Inſtit. cap. 11. §. 13. concl. 2.*

(Margin: Henriq. Rodrig. Saytus. A Cruce. Sorbus. Medina.)

Miranda

Digitized by Google

Miranda. Homobon. Peirin. Lezana. Hier. Rodr. Pellizar.

Miranda *in manuali, tom. 1. quæſt. 37. num. 12.* Homo bonus *quæſt. 25. Reſol.* 1. Peirinus *in compend. Privileg. Clericorum Regul. Titula Interdictum in ſcholys. §. 2. ſciendum eſt*, M. Lezana *tom. 1. cap. 9. num. 29.* Alteitus *diſp. 1. cap. 4. concluſ. 9. & 10.* Hieron. Rodrig. *Reſol.* 8. *num.* 25. Pellizar. *tom. 2. tract. 8. cap. 5. ſect. 2. n. 97.*

14. Fundamentum eſt, quia Concilium citato loco propoſuit quandam diſpoſitionem generalem, abſque ulla clauſula derogatoria; & ſacrum Concilium directione Spiritus ſancti, omnia diſpoſuit, ac ordinavit ſuprema, & alta conſideratione, & quando appoſuit clauſulam derogatoriam: *Non obſtante quocumque privilegio, non obſtantibus quibuſcumque; ut ſeſſ. 23. cap. 8. de reformat. & ſeſſ. 24. cap. 11.* Et ſæpe aliis locis, & quia tunc tali clauſula adhibita voluit derogare privilegia; & quando illam non poſuit, noluit talem facere derogationem; & cur in aliquibus præfixit clauſulam, & non in aliis, quia in his decrevit non inferre derogationem, ſicut in prioribus; unde preclare ait Suar. *lib. 8. de legib. num.* 17. loquens de Concilio Trident. ait *Probabile enim eſt, non omnia, quæ illi ſunt contraria eſſe per illud evacuata, ſed illa tantum, quæ expreſſe revocantur à Concilio per clauſulam non obſtantibus, & propterea interdum illa clauſula additur, interdum non additur.*

Suarez. Trident.

15. Quòd ſatis efficaciter confirmatur, quia privilegia Mendicantium ſunt remuneratoria, ut planum eſt apud omnes, ob magna obſequia, quæ prædictæ Religiones perſolverunt erga Eccleſiam in converſione, ac utilitate animarum. Et privilegia remuneratoria non derogantur per clauſulas communes, ac generales, ſed per ſpeciales, ac ſpecificas. Ailinus *cap. 9. de Iudicibus, num.* 12. Abba *conſil. 5. ad finem, & cap. Pervenit de immunitate Eccleſiæ, num.* 24. Bartol. *in l. Qui ſimul ff. de Decreti ab ordine facienda; & in l. 1. cap. de his, qui ſponte, lib. 10.* Alexander *lib. 1. concluſ. 216. in princip.* Ordilandus *concluſ. 266. num. 7.* & latè cũ multis, quos citat, ac ſequitur Tiraq. *in l. ſi unquam, verb. Donatiane largitur, num* 13. & Suar. *lib. 8. de leg. cap.* 37. Salas *diſputatione* 20. *de legib. ſec.* 14.

Ailinus. Bartol. Alexand. Orland. Tiraquel. Suar. Salas.

16. Deinde, ut bene notant Lezana, & Pellizar. & alij communiter, quod Concilium Tridentinum tantùm fecit derogationem in illis, qui ſe maxime gloriabantur de privilegio conceſſo, ut in nullo caſu obſervarent interdictum etiam generale, quamvis illius eſſent cauſæ, ipſique interdictum foverent, ut Equites ſancti Ioannis de Malta, & dicunt etiam prædicti Auctores, privilegia aliarum Religionum relicta fuiſſe intacta, ac in ſuo robore.

Lezana. Pellizar.

17. Secundò reſpondeo ad Concilium, quod loquitur de Interdicto Generali, non verò ſpeciali, ac particulari; & hæc reſolutio adeò eſt ſolida, & vera, ut rarus ſit Doctor, ſive Theologus, ſive Canoniſta, qui expreſſe, & aperte dicat Concilium loqui de interdicto ſpeciali, cum ſolum loquatur de Interdicto Generali, & pro ea adduco viginti quatuor Doctores, ex quibus multi dicunt eſſe omnium communem, Henriquez *de Interdicto, cap. 24. in Gloſſa* Avila *de cenſuris, part. 5. diſp. 1. dub. 3. §. Adverte autem.* Suarez *de cenſuris, diſp. 32. ſect. 2. n. 26.* Sayr. *de cenſur. lib. 5. cap. 13. num. 24.* Coninch. *diſp. 17. de Interdicto, num. 19.* Filliucius *tom. 1. tract. 17. cap. 1. num.* 10. Bonac. *diſp. 5. de cenſur. in communi, punct. 1. num. 21.* Baſſæus *verb. Interdictum 1. num.* 8. Villalobos *part. 1. tract. 19. diff. 1. num. 4.* Ioannes à Cruce, *de ſtatu Religioſo, lib. 2. cap. 7. concl. 2.* Emmanuel Rodrig. *tom. 2. quæſt. 109. art. 2.* Lezana *verb. Interdictum, num. 5. & 9.* Hieron. Rodrig. *Reſol. 80. num. 7.* M. Cornejo *tom. 2. tract. de Interdicto, diſp. 1. dub. ad finem* Pellizar. *tom. 2. tract. 7. cap. 4. ſect. 1. num 9.* Fragoſus *tom. 2. lib. 1. diſp. 2. §. 4. n. 20.* Vivaldus *de Interdicto, n.* 162. Caſarubius *verb. Interdictum 1. num.* 15. Furtadus *de Interdicto, different. 5. num.* 14. Laurent. de Peirinis *tom. 1. conſtit. 16 Leonis X. num. 26.* Eſcobar *verbo Interdictum*, 5. Angulanus *de leg. diſp. 52. ſect. 4 num.* 17. Caſtro Palaus *part. 5. diſput. 5. de cenſur. punct. 2. §. 1. num.* 1. ubi ait: *Quòd hanc ſententiam tradunt omnes*; compendium Privileg. *Patrum Theatinorum Divinæ Providentiæ, verb. Interdictum, fol.* 205. ubi ait: *Quòd Domus ſuæ Congregationis, interdici non poſſunt, per quaſcumque judices, etiamſi Cardinalatus honore fulgeant, niſi quando tota civitas, ſeu oppidum ubi Domus hujuſmodi conſiſtit Apoſtolica ſeu ordinaria authori ate Eccleſiaſtica ſupponẽtur interdicta.*

Henriq. Avila. Suarez. Sayrus. Coninch. Filliuc. Bonacina. Baſſæus. Villalobos. A Cruce. Rodrig. Lezana. Hier. Rodr. Cornejo. Pellizar. Fragoſus. Vivald. Caſarub. Furtadus. Peirin. Eſcobar. Pellizar. Angulan. Palaus. Compend.

Fundamentum eſt, quia Concilium conformatur, cum *cap. Si civitas de ſententia excommunicationis, in 6.* Ubi Pontifex determinat, quod Regulares obſervent interdictum generale: *Ne vilipendi valeat ſententia interdicti*; ut ait: Textus, quia cum civitas generaliter interdicitur, ſi Religioſi januis apertis habent ſuas Eccleſias, & ſæculares conſluant ad eas, maxime enervatur vis interdicti, & tota efficacia illius illuſoria fit, abſque ullo effectu, ut notant ibi Gloſſa, Felinus, Immola, & alij, quod inconveniens non intervenit in interdicto ſpeciali, quia ſi una Parochia, v. g. Angelorum, interdicta eſt, Parochiani illius intra civitatem faciliter poſſunt accedere ad alias Parochias circumſtantes, v. g. S. Nicolai, S. Chriſtophori; ergo jus Canonicum, & Concilium loquuntur de Interdicto Generali, non verò ſpeciali. 18.

Gloſſa. Felinus. Immola.

Secundò, valido, & firmo fundamento ſic probo: ſacrum Concilium, fecit quandam diſpoſitionem generalem abſque ulla clauſula derogatoria, ex quo certiſſime infertur, quod nullam fecit abrogationem in jure Canonico; nam tale jus non abrogatur per diſpoſitionem communem, ac clauſulas generales, ſed ſpecificas, ut adductis multis locis juris, tenet Gloſſa *in Authentica, quia, C. ubi de crimine, &c. & verb. Illès omni privilegia*, & Gloſſa *in l. Hæres abſens. ff. de judiciis verb. Excuſatur*; & Gloſſa 1. *in l. 3. C. de ſilentiarys, l.* 10. & latè ex multis probat Iaſon *in l. 1. C. ſoluta matrimonia*, & cum Felino, Menochio, Orlando *conſil.* 82. Suarez *lib. 8. de legib. cap. 38. num.* 1. Ergo cum Concilium non fecerit abrogationem in jure communi, nec etiam in clementina citata de excommunicatione, per quam Religioſi non tenentur obſervare interdictum, niſi tantùm Generale, cum Cathedralis, Matrix, ac unica Parochialis loci obſervat; ergo cum Concilium non abrogat Clementinam, non loquitur de interdicto ſpeciali, ſed tantùm de Generali juxta prædictam Clementinam 19.

Gloſſa. Iaſon. Felinus. Menoch. Orlandus.

nam, quando Cathedralis, vel Matrix ob-
ſervat.
20. Tertiò reſpondeo ex ſuperabundantia refe-
Hinojoſa. rens opinionem P. M. Hinojoſa, qui conſtan-
ter tenet, quod quamvis detur privilegia fuiſſe
abrogata per Concilium Tridentinum; ta-
men hodie per alias conceſſiones poſteriores
factas à Romanis Pontificibus fuiſſe revalida-
tas. Ita citatus R. P. Mag. *in ſuo directorio,*
verb. Confirmatio gratiæ præcipuè, fol. 25.*verſ.*
Greg. XIII. Et ait ita conceſſum fuiſſe Patribus Societatis
Greg. XIV. Ieſu per Gregorium XIII. *& fol.* 23. adducit
aliam conceſſionem ampliſſimam Greg. XIV.
eiſdem Patribus motu proprio, ac certa ſcien-
tia, & de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis,
Pius. V. abſque ulla exceptione, reſtrictione, ac limi-
tatione, & eadem indulta cum aliis Pij V.
Alderete. Prædicatoribus refert, & adducit Alderet. *in*
fine de allegationibus juris, de exceptione Re-
gular. & idem conceſſit Gregorius XIV. Patri-
bus Ciſtercienſibus, de quo facit mentionem
Hier.Rodr. Hieronymus Rodrig. *Reſol.* 116.*num.* 16. Et ad
hoc intentum poteſt etiam allegari quoddam
indultum Sixti V. & incipit injunctum nobis
conceſſum Congregationi S. Benedicti Por-
tugalliæ, cui concedit omnia privilegia Ordi-
nis D. Benedicti, S. Hieronymi, S. Bernardi,
non ſolùm in genere, ſed etiam in ſpecie, ac ſi
de verbo ad verbum fuiſſent ei conceſſa, non
obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus
Apoſtolicis, de quibus in ſpecie, vel genere
eſſet facienda mentio.

Uſus, & Conſuetudo.

21. Maximè ſtabilitur noſtra Reſolutio ex uſu,
ac conſuetudine ſacrarum Religionum anno
1644. Cum poneretur interdictum in Paro-
chia ſanctæ Iuſtæ, in cujus ambitu eſt conven-
tus Patrum Dominicanorum, facto conſilio
Magiſtrorum, non obſervarunt interdictum,
ſed apertis januis, pulſatis campanellis, cele-
brarunt divina officia, quod iterum fecerunt
anno 1658. & anno 1660. Patres Franciſcani
interdicta Parochia Martyrum, in cujus di-
ſtrictu eſt eorum conventus, interdictum non
obſervarunt anno 1658. Sicut & Patres So-
cietatis Jeſu Collegij Sancti Antonij facto
magno conſilio Magiſtrorum, interdicta Pa-
rochia S. Sebaſtiani, quamvis eſſent in ejus
ambitu, illud non obſervarunt. Nobis Patres
Carmelitæ multoties hoc contigit, & maxi-
mè cum circa annum 1564. Doctor Henriquez
de Souza Vicarius Generalis poſuit interdi-
ctum in Parochia ſanctiſſimæ Trinitatis, in
cujus diſtrictu eſt hic noſter conventus Car-
melitanus, quod interdictum perduravit pluſ-
quam duos annos, & tamen prædictus con-
ventus non obſervavit interdictum. Tunc
prædictus Vicarius Generalis, multis, & va-
riis modis inſtavit ad obſervationem interdi-
cti, & cum nihil obtineret, res deducta eſt
ad capitulum ſede vacante, & nihil actum
eſt contra conventum, & ipſe perſeveravit, ac
perduravit in ſua ſententia, & nunquam in-
terdictum obſervavit; quod etiam fecerunt
noſtri Patres Carmelitæ Diſcalceati anno 1659.
& etiam Patres divinæ Providentiæ in-
terdicta Parochia B. Virginis de Mercede an-
no 1658.

Ex quo bene infertur, quod ſacræ Religio- 22.
nes, in quibus reſplendent multi eminentiſſi-
mi viri, & præclariſſimi virtute, ac literis,
quod ex magno, valido, ac ſolido fundamen-
to in materia tam gravi decreverunt non obſer-
vare interdictum ſpeciale; nec aliter quis rectè
ſentiens poterit judicare.
Ex quo deducitur optima, præclara, ac 23.
ſolida interpretatio ex uſu, ac conſuetudine,
ad citatam Clementinam, ac Concilium Clementin.
Tridentinum, quòd non agant de interdicto Trident.
ſpeciali, ne quo ad illud, Religionum privi-
legia ſint abrogata, ut conſtat ex tanta diu-
turnitate temporis, ac ex tam frequenti uſu,
tot & tantis repetitis actionibus factis per
Eminentiſſimos viros virtute, recta conſcien-
tia, ac magis litteris, eſt quibus principiis
optima datur interpretatio ad omnem legem,
cap. dilectus de conſuetud. l. 37. *ff. de legibus.*
Cajetanus 2.2.*q.*186.*art.*9. *ad* 2. *& quæſt.* 147. Cajetan.
*art.*3.& Navarr. *cap.*21.*num.*11. Sylveſter *verb.* Navar.
Præceptum num. 2.*ad finem.* Menhoc. *concil.* 32. Sylveſt.
num. 44.*& conſil.* 1415.*num.* 10. Suar. *lib* 7.*de* Menoch.
*leg.cap.*17.*num.*5. Salas. *t.*2.*diſp.*19. *ſect.*14.*n.* Suarez.
94.*&* 102. & adeo ſtricte loquuntur prædicti Salas.
Auctores, ut dicant, quod non ſolum hoc mi-
litat in lege humana, ſed etiam in lege divina,
ac naturali, uſus, & conſuetudo habeat vim
ad interpretandam, legem.

Exſuperabundantia.

Demus id quod volunt adverſarij, negari 24.
tamen non poteſt, quod dubium eſt. An pri-
vilegia Religionum, per Clementinam, ac
Concilium Tridentinum ſint abrogata, nega-
tiva ſententia tot graviſſimorum Auctorum,
ac uſus, & conſuetudo ſacrarum Religionum,
in dubio autem, an privilegium ſit abroga-
tum, vel non, judicandum eſt pro ſua validi-
tate, ut magno numero, ac pondere Docto-
rum probat Pariſius *lib.*2.*conſil.*61.*num.ultim.* Pariſius.
Alciatus *reſponſ.*19.*num.*4. Tapia *de conſtitut.*
*princip.cap.*3.*part.*3.*n.*31. Sanctarellus *tom.* 1. Alciatus.
*variar.Reſol.quæſt.*16.*num.*31. Quòd fortius, ac Tapia.
rigidius procedit, ut notat Pariſius citatus, Sanctarel.
quando privilegiatus eſt in uſu ſui privilegij, ut
ſacræ Religiones, modo ſunt in uſu, non ob-
ſervandi interdictum ſpeciale.
Deinde quando eſt dubium inter Doctos, ac 25.
juriſperitos circa explicationem ac interpreta-
tionem privilegiorum ſacrarum Religionum,
explicanda, ac interpretanda ſunt in favorem Re-
ligionis, ut conceſſit Camaldulenſibus Leo X.
& Iulius II. Congregationi Montis Oliveti, ut
habetur *in compendio Societatis, verb. Privile-* Compend.
gia, §. 4. Alexander ſextus Benedictinis Caſſi-
nenſibus, ut habetur *in compendio ipſorum con-* Compend.
ceſſione 59. Paulus III. Patribus Societatis Ieſu,
Rodrig. *tom.*2. *quæſt.* 63. *art.* 7. Compendium Rodrig.
Mendicantium *verb Privileg.* § 5.*& eodē verb.*
Privileg. declaratio, Portel. *in dubijs Regul.n.*75 Portel.
Ioannes à Cruce *de ſtatu Religioſ. lib.*2. *cap.* 2. A Cruce.
concluſ. 3. §. 1. *Regul.* M. Lezana *tom.*4. *verb.* Lezana.
*Privileg. num.*10. Tamburin. *de jure Abbatum,* Tamburin.
tom. 1. *diſp.*16.*quæſt.*6.*num.*4. dicens idem con-
ceſſiſſe Iulium II. Congregationi Vallis um-
broſæ; hoc conſultum feci circa annum 1640.
quod nunc magis ampliavi.

RESO

Digitized by Google

RESOLUTIO XL.

De Legibus.

QUÆSTIO PRIMA.

Vtrum lex, non ſolum Canonica, ſed etiam civilis, ac Regis mandatum obligent in conſcientia?

SUMMARIUM.

1. *Aliqui cum Hæreticis negant obligationem in conſcientia.*
2. *Vera ſententia affirmat tam de lege Eccleſiaſtica, quam civili.*
3. *Vtraque pars probatur ex Scriptura, & num. 4.*
5. *Probatur ratione à priori.*
6. *Praeoccupatur obiectio, quia peccatum non ſolum eſt contra divinam legem, ſed & humanam.*
7. *Ponitur primum argumentum, & ſolvitur, quomodo dicitur juſtis non eſt impoſita lex, & n. 8.*
9. *Ponitur ſecundum argumentum & ſolvitur, quomodo lex obligat ad pœnam æternam, & num. 10.*
11. *Solvitur tertium argumentum, quod non ad idem pertinet ſolvere, & ligare, & n. 12.*

1\. Hæretici. IN hac re fuit aliquorum Hæreticorum ſententia, ſeu potius error, tam antiquorum, quam modo novatorum, aſſerentium legem humanam, tam Eccleſiaſticam, quam civilem, non obligare in conſcientia. Et ex Catholicis Gerſon, Almainus, Decius, Immola, quos referunt Navar. & Suarius citandi, exiſtimarunt ſaltem legem civilem, non obligare in conſcientia, & modo idem exiſtimarunt aliqui de Regis mandato, ac præcepto. (Gerſon. Almain. Decius. Immola.)

2\. Dicendum eſt tamen cum certa, ac vera doctrina tam legem Eccleſiaſticam, quam civilem humanam obligare poſſe in conſcientia; ita ut ejus tranſgreſſores mortaliter peccent. Ita cum D. Thoma ejus *Commentatores 1.2. quæſt. 96. artic. 4.* Soto *lib. 1. de juſtitia, quæſt. 6. artic. 4.* Navar. *in ſumma, cap. 23. n. 54.* Caſtro *lib. 1. de leg. pœnali, cap. 4. & 5.* Bellarm. *tom. 1. lib. 4. de Summo Pontifice cap. 15.* Suarez *lib. 3. de legibus, cap. 21. num. 6.* Sayrus *lib. 3. cap. 4. & 7.* Bonacina *tom. 2. diſput. 1. quæſt. 1. punct. 7. num. 1.* Vaſquez *1. 2. diſput. 158. cap. 2. & 4.* Molina multos alios referens *lib. 2. c. 1. num. 7.* & idem dicendum eſt de Regis mandato, in re ſcilicet gravi, ut magis quæſtione ſequenti explicabo. (D. Thom. Soto. Navarr. Caſtro. Bellarm. Suarez. Sayrus. Bonacina. Vaſquez. Molina.)

3\. Tident. Et quantum ad leges Eccleſiaſticas res eſt definita in Concilio Tridentino *ſeſſ. 6. can. 20.* ubi Sacrum Concilium definit hominem *teneri ad obſervationem mandatorum Dei, ac Eccleſiæ.* Et Chriſtus Dominus ait ſuis Apoſtolis Luc. 10. *Qui vos ſpernit*, præcipiendo nempe, *me ſpernit.* Et Paulus 1. *ad Theſſalon.* (Luc. 10. 1. Theſſ. 4.)

cap. 4. ait: *Scitis quæ præcepta*; & ſtatim ſubdit: *Qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit ſed Deum ſpernit.* Atqui ſpernere Dei mandata eſt peccatum mortale, ergo & mandata Prælati Eccleſiaſtici, ut erat Paulus: & Matth. 18. ait Chriſtus Dominus: *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ut Ethnicus, & publicanus.* Atqui Ethnici, & publicani reputabantur ut criminatores peccati, ergo & iſti. Matth. 18.

Quoad leges civiles à Principibus promulgatas etiam probatur ex 1. Petri 2. *Subditi eſtote omni creaturæ propter Deum, ſive Regi quaſi præcellenti, ſive Ducibus tanquam ab eo miſſis.* Et ex Paulo ad Roman. 13. ait: *Non eſt poteſtas niſi à Deo. Itaque qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt, ideo ſubditi eſtote non ſolum propter iram*, id eſt pœnam, *ſed etiam propter conſcientiam*, id eſt propter peccatum mortale. Et ad Tit. 3. ait idem Apoſtolus: *Admone illos Principibus ſubditos eſſe.* Et Sap. 6. *Audite Reges, quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis.* Proverb. 8. *Per me Reges regnant, & conditores legum juſta diſcernunt.* 4. Petr. 2. Rom. 13. Tit. 3. Sapient. 6. Proverb. 8.

Ratio à priori, quoad utramque partem eſt, quia quicunque legiſlator humanus, & civilis licet poteſtatem accipiat à Republica ipſam gubernandi, tamen poſita electione Reipublicæ, immediatè talem poteſtatem accipit à Deo, juxta loca citata; *Non eſt poteſtas niſi à Deo.* Et iterum Sap. 6. *Audite Reges: quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis*; ergo qui legiſlatorem humanũ, & ejus mandata contemnunt, ipſum Deum, & ejus mandata contemnunt, juxta illud ad Samuelem, 1. Reg. 8. *Non te abiecerunt, ſed me.* Et Paulum citatum: *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* Ergo ſicut reſiſtere Dei ordinationi eſt peccatum, ita etiam & ejus miniſtris, cum ab ipſo habeant poteſtatem. Confirmatur. Quia præceptum Patrisfamilias in re gravi ſuæ familiæ, obligat domeſticos ad mortale; ergo etiam præcepta Principum in re gravi. 5. Sapient. 6. 1 Reg. 8.

Dices: violans legem humanam, ex dictis ſequitur quod non peccat, prout violat legem humanam, ſed prout agit contra legem divinam inclusam, ac contentam in ipſa lege humana. Reſpondetur negando illatum; quia lex divina non obligaret, niſi daretur lex humana, ac proinde lex humana determinat legem divinam, ad obligandum in hac, & illa materia; ac proinde peccatum immediatè eſt contra ipſam legem humanam, licet vim obligandi à lege divina habeat. Adde etiam, quod legiſlator ex ratione, ac jure naturali habet vim, & auctoritatem ad ſuis legibus obligandum in conſcientia: nam ipſe ut talis eſt, habet poteſtatem ad conſervationem Reipublicæ, ac illius bonum, ſed tales leges maximè conducunt ad talem conſervationem, & bonos mores, ergo habet facultatem ad obligandum. 6.

Argues primò, ex Apoſtolo 1. Timoth. 1. num. 9. *Iuſto non eſt lex poſita, ſed injuſtis.* Ergo qui fidem Chriſti acceperunt, lex eis non ponitur obligans in conſcientia. Et confirmatur ex ipſo Apoſtolo ad Galatas 5. n. 19. *Si Spiritu ducemini, non eſtis ſub lege*, ergo lege non coarctantur, ac obligantur, qui Spiritu ducuntur. 7. 1. Tim. 9. Galat. 5.

8. Reſpondetur. Primò, cum D.Thoma *citato loco*, juſto lex non eſt poſita, juſto tanquam durum onus, quo gravetur, ac affligatur. Secundò, juxta D. Chryſoſtom. D.Auguſt. juſtis non eſt impoſita lex: nam ipſi maximè ſe conformant legi, amore juſtitiæ, & obedientiæ, non timore minarum, ac pœnarum, quibus injuſti, ac impii coarctantur ad illius obſervantiam. Ex his patet ſolutio ad confir. *Si Spiritu ducimini*, &c. Quia non coactione legis, aut metu pœnarum, quas lex minatur, & tranſgreſſoribus imponuntur, ſed ſponte, ac proprio motu, & Spiritu facitis, quæ lex imperat. Aliter explicat D.Hier. *Si Spiritu ducimini*; hoc eſt Chriſti Spiritu repleti eſtis, non eſt ſub lege antiqua, ſed ab illius jugo, ac legalium onere liberi, & abſoluti eſtis.

D.Thom. D. Chryſ. D. Auguſt. D. Hieron.

9. Argues ſecundò, legiſlator non poteſt imponere obligationem in foro, in quo non habet poteſtatem inferendi pœnam, quæ illius fori propria eſt, ſed legiſlator humanus non poteſt de conſcientia ferre judicium, cum hoc ſoli Deo ſit reſervatum, ergo non poteſt obligationem in conſcientia ponere, ac proinde non poteſt obligare ad pœnam æternam. Et confirmatur, quia inferior non poteſt obligare in foro Superioris, forum autem conſcientiæ, eſt forum Dei, & ideo dicitur D.Auguſt. *cap. ult. quæſt.* 4. Forum Poli, quia Forum conſcientiæ eſt forum Dei, ſeu cœli. Confirmatur ſecundò, quia nemo poteſt obligare, in eo foro, in quo non poteſt habere cognitionem, cum non poſſit obligare, ubi non poteſt judicare, *l. de juriſdictione omnium Iudicum.* Homo autem habet cognitionem de conſcientia alterius.

D Auguſt. 1.

10. Reſpondetur diſtinguendo majorem. In eo foro, in quo non habet juriſdictionem directam, vel indirectam, concedo majorem; in quo habet ſaltem indirectam, nego majorem; quia legiſlator humanus, ut jam dixi, habet indirectam juriſdictionem in foro conſcientiæ, quatenus cum ejus obligatione, lex divina, & naturalis de ſervandis hominum mandatis ſub pœna inferni obligat, quia poſita obligatione in conſcientia fit ut tranſgreſſor incurrat in reatum pœnæ æternæ, ut ſi Rex pœnam, quam ipſe ſolus poteſt imponere, dedit poteſtatem ſuis miniſtris ad imponendam. Ad primam confirmationem dic, quod homo poteſt obligare in foro Superioris, & Dei, ejus nempe auctoritate, ac ut ejus miniſter. Ad ſecundam confirmationem dicimus, quod aliud eſt actum, de quo fertur lex eſſe cognoſcibilem, aliud verò obligationem quæ ex tali actu reſultat eſſe cognoſcibilem. Primum eſt neceſſarium, non verò ſecundum; quia ſatis eſt, ut legiſlator videat actum, quem imperat, licet pœnam, ſeu obligationem ad aliud forum pertineat, & ſatis eſt, quod videat legiſlator in ſuo foro, id foro externo obligare ad illum actum.

11. Argues tertiò, ligare & ſolvere ſunt connexa, & correlativa, ut conſtat ex *c. Quod autem. de pœnitentia.* Sed legiſlator humanus non poteſt ſolvere in foro conſcientiæ, nec remittere culpam coram Deo, ergo nec ligare poteſt. Confirmatur ex D.Auguſtino *contra Fauſtum, cap.* 27. ubi ait, *Peccatum eſſe factum contra legem Dei*; ergo factum contra legem hominis non eſt peccatum.

D.Auguſt.

12. Reſpondetur, ligare, & ſolvere non eſſe ita inter ſe connexa, ita ut pertineant ad eandem poteſtatem: nam homo poteſt ſe voto obligare, & tamen non poteſt ſe à tali obligatione ſolvere; ergo etiam quamvis legiſlator humanus, ponat obligationem, ex qua reſultat peccatum mortale, non requiritur, ut ipſum valeat remittere: nam ipſe ponit obligationem ut Dei miniſter, cujus eſt ſolum peccatum remittere. Ad confirmationem dic, quod quamvis homo immediatè peccet contra legem hominis, virtualiter peccat contra legem divinam, & naturalem, prout præcipit, ac dictat, obediendum eſſe Superioribus.

Quæstio II.

An lex injuſta valeat obligare in conſcientia?

SUMMARIUM.

13 *De ratione legis eſt, quod ſit juſta.*
14 *Ex quatuor capitibus lex poteſt eſſe injuſta.*
15 *Primo poteſt lex eſſe injuſta, quia eſt contra legem divinam, ac bonum commune*
16 *Lex ſi à principio eſt inutilis. & poſtea eſt utilis bono communi; tunc obligat.*
17 *Secundo lex poteſt injuſta ex defectu poteſtatis in legiſlatore.*
18 *Obediendum eſt legibus, ac ſententiis latis à Tyranno, dum eſt in poſſeſſione pacifica Regni.*
19 *Quod Tyrannus peccet in talibus ferendis tenent Leſſius, & Suarez.*
20 *Contraria ſententia verior, quod non peccet:*
21 *Solvitur objectio contra hanc ſententiam.*
22 *Tertio tunc lex ceſſat, quando ceſſat ratio, & fundamentum ponendi legem.*
Lex quæ fundatur in falſa præſumptione non obligat. Ibid.
23 *Sententia data per teſtes in falſa præſumptione, non obligat.*
24 *Quarto lex poterit eſſe injuſta, ex injuſta materia diſtributione.*
25 *Quamvis lex injuſtè excipiat aliquas perſonas, non inde erit injuſta, ſi ſit conveniens bono communi.*

Manifeſtum, & apertum eſt, quod de ratione legis eſt, quod ſit juſta, & id, 13.
quod præcipit juſtum ſit, ita omnes Theologi cum D.Thoma 1.2. *quæſt.* 95 *artic.* 3. & 4. & Canoniſtæ ad *cap. Erit autem lex diſtinct.* 4. ubi dicitur, quod *lex ſit juſta.* Quod etiam probatur ex definitione legis, quæ dicitur *recta ordinatio rationis ad bonum commune.* Recta ordinatio rationis, quid bonum, & honeſtum præcipit, unde ſi ab his deficiat, erit lex injuſta, & inutilis.

Lex autem, ſeu præceptum multipliciter po- 14.
teſt eſſe injuſtum, ac iniquum. Primò ex parte rei præceptæ. Secundò, ex parte legiſlatoris præcipientis ultra ſuam poteſtatem. Tertiò, ex parte ſubditorum. Quartò, ex parte materiæ, quæ multipliciter contingere poſſunt, ut magis explicabo.

Primò, poteſt eſſe lex injuſta ex *parte rei* 15.
præceptæ,

Digitized by Google

præcepta, quia præcipit aliquid contra legem divinam, ac naturalem, & tunc non eſt lex,
Actor. 4. nec obligat, quia ut dicitur Actorum 4. *Præſtat magis obedire Deo, quam hominibus.* Deinde erit injuſta, ſi ſit contra bonum commune, quia de ratione legis eſt, ut *ſit in bonum commune*, & quia ut dixi ex Apoſtolo in hac quæſtione: *Omnis poteſtas eſt à Deo*; ac proinde omnis poteſtas, ſive Eccleſiaſtica, ſive civilis, datur in ædificationem, & non in deſtructionem. Poteſtas Eccleſiaſtica à Chriſto data eſt, ut à miniſtro ſuo, ac diſpenſatore, ac paſtore ait ipſe Petro, *Paſce oves meas*. Ioan. 21. Poteſtas civilis diſponente Deo data eſt à populo, in ſui bonum, & utilitatem.

16. Et ob hanc rationem nota, quod ſi lex ex ſe tendit in bonum commune, quamvis illud non intendatur à legiſlatore, lex eſt vera, & obligat, & illa intentio eſt extrinſeca legi; & inde etiamſi lex fuit inutilis à ſuo principio, modo tamen eſt utilis bono communi, ſervanda eſt modo, & modo obligat, licet pro tempore, quo fuit inutilis, non obligaret, at vero modo cum ſit utilis, obligat. Ita cum multis
Bonacina. Doctoribus Bonacina *tom. 2. diſp. 1. de legib. q. 1. punct. 5. n. 12.*

17. Secundò. *Lex poteſt eſſe injuſta ex parte agentis*, ac ex defectu poteſtatis, ut ſi legiſlator præcipiat rem bonam, ad quam non habet jus, nec poteſtatem præcipiendi. Unde Princeps, qui accepit poteſtatem à populo, hac conditione, ut hoc, vel illud obſervet; unde non
Suarez. poteſt ultra hanc facultatem datam aliquid
Becanus. agere, ut tenent Suar. *3 p. de leg. cap. 7.* Becanus *tract. 3. cap. 1 q. 1. n. 3.*

De Tyranno.

18. Ex his oritur grandis difficultas, an legibus latis à Tyranno, obediendum ſit? Reſpondetur affirmativè, poſtquam ipſe eſt in pacifica poſ-
Salas. ſeſſione Regni; nec à Republica expellitur;
Leſſius. ita Salas alios referens *diſp. 10. ſect. 3. num. 14.*
Bonacina. Leſſius *lib. 2. de juſtitia. cap. 29. dub. 9. num. 70.*
Palaus. Bonacina *diſp. 1. de legibus, quæſt. 1. punct. 7. §. 3. n. 12.* Caſtro Palaus *tom. 1. tract. 3. diſp. 1. punct. 14. n. 10.* Et ratio eſt, quia dum Tyrannus eſt in pacifica poſſeſſione Regni, & non poteſt à Republica expelli ab illo, præſumitur à Republica dari ei poteſtatem ad bonam, & rectam illius gubernationem, ac proinde ad ferendas veras leges, ac ſententias; aliàs omnia erunt in ſumma confuſione, ac perturbatione, in deſtructionem, ac perditionem ipſius Reipublicæ;

19. Dices ergo: Tyrannus, dum tales leges condit, ac ſententias fulminat, non peccat, cum utatur facultate ſibi à populo data. Conſequens eſt falſum, quia talis poteſtas non eſt data à Republica voluntariè, ſed
Leſſius. coactè, ad redimendam ſuam vexationem,
Suarez. ac proinde uſus illius illicitus eſt tyranno, ſicut uſus pecuniæ illicitus eſt uſurario. Leſſius *citatus*, & Suarez *lib. 3. de legibus, cap. 10. num. 9.* Tenent ipſum tyrannorum peccare mortaliter.

20. Tam oppoſita ſententia ſemper mihi pla-
Salas. cuit, & eam ſequutus ſum in lectura hujus
Bonacina. materia, anno 1633. & poſtea inveni, quod
Palaus. eam tradunt Salas, Bonacina, & Caſtro Palaus *citati*, quod nempe talis Tyrannus, in ferendis legibus, ac ſententiis non peccet. Primò, ſuppoſita illa voluntate perſiſtendi in uſurpatione regni, tenetur attendere ad bonum, ac conſervationem, & pacem ipſius regni, atque iſta maximè pertinent ad bonum, & conſervationem regni, ergo in illis ferendis non peccat. Secundò, ſuppoſita illa voluntate, quod velit perſiſtere in regno, tenetur jus petentibus dicere, ergo dum ſatisfacit ſuæ obligationi, non peccat. Tertiò, quia poſita illa ſuppoſitione, quod velit in regno perſiſtere, peccarent ſubditi petendo, quia nemini licet malum, ut malum petere, nec alteri dare occaſionem ad peccatum; at ſubditi non peccant petendo, cum nullum alium habeant, à quo petant, cum illa maximè ſpectent ad bonum Reipublicæ, ergo nec ſubditi peccant, nec Tyrannus peccat.

Nec obſtat, quod ipſe Tyrannus involuntariè, & coactè à Republica obtineat regnum, 21.
& obtineat poteſtatem ferendi leges, & ſententias, quia talis poteſtas non cedit in bonum ipſius Tyranni, ſed ipſius Reipublicæ, unde contrarium viſitur in uſurario, cujus datio immediatè eſt involuntaria, & non cedit in utilitatem dantis, ſed recipientis.

Tertiò. *Lex poteſt eſſe injuſta cum ceſſat ratio, & fundamentum imponendi legem, & præ-* 22.
ceptum; tum ceſſat obligatio ipſius legis. Ita Navarr.
Navarrus *in ſumma, cap. 17. num. 284. & cap. 23.* Covar.
n. 62. Covar. *in cap. Cum eſſes de teſtam. n. 9. & in* Vaſquez
epitome Decreti, 1. p. cap. 1. n. 9. Vaſquez 1. 2. Leon.
diſp. 183. cap. 2. & 3. Baſilius de Leon *lib. 5 de matrim cap. 5. n. 6.* & multi alij; unde lex quæ fundatur in falſa præſumptione, eſt injuſta, & non obligat, & ratio eſt manifeſta, quia tunc ceſſat adæquatus finis legis, & præcepti, & conſequenter ipſa lex ceſſat.

Quod multis exemplis poteſt declarari, v.g. 23.
ſi Caius in judicio per falſos teſtes convincitur, eſſe debitor Titij, & compellitur cenſuris ad ſolvendum, non tenetur ſolvere, tum quia deſtructo fundamento, deſtruitur tota res in eo fundata: tum quia in foro conſcientiæ non habetur ratio præſumptionis, ſed veritatis. Ita Navar. Vaſq. & alij auctores *proximè citati.*
Item ſecundò, ſi aliquis fuerit privatus Officiis, Navarr.
ſeu muneribus honorificis, eo quod deſcendat à parte condemnato, reputato criminoſo, quia vel ipſe per falſos teſtes fuit convictus, vel tormentorum metu, falſo ſibi crimen impoſuit, & ſibi veritas in contrarium conſtet, in foro conſcientiæ, poterit uti ſuis Officiis, ac muneribus, quia non tenetur obedire illi ſententiæ, quæ
fuit fundata in falſa præſumptione. Ita Baſil. de Leon.
Leon *proximè citatus, n. 10.* Emman. Rodrig. Rodrig.
tom. 1. Reg. q. 77. art. 3. §. Ex dictis. Caſtro Palaus Palaus.
tom. 1. tract. 3. diſp. 1. punct. 14. n. 12. §. Dico tertio ad finem. Nec obſtat, ſi dicas, quod legiſlator procedit judè quoad ſe ſecundum ſuam conſcientiam, non tamen ſecundum rei veritatem, & ideo non obligaris ad tale documentum, quod in falſitate fundatur.

Quartò. *Lex poterit eſſe injuſta ex materia* 24.
ipſius legis, ſeu ex injuſta materiæ diſtributione, ut quando lex quibuſdam imponitur, & non aliis, ad quos æquè pertinet materia legis. Deinde etiam dicitur injuſta, quia ſubditis imponitur onus improportionatum cauſæ, ſeu

motivo imponendi legem., ut ſi Princeps urgente neceſſitate, ſubditis imponat tributum, excedens neceſſitatem ſupervenientem, *c.Quia plerique de immunitat e Eccleſia.* Ubi præcipitur reſtitui accepta ſuper neceſſitatem cauſæ, & in pauperes erogari. Item etiam dicitur lex injuſta, quando ſubditis inæquale onus, non ſervata debita diſtributione, ut ſi pauperi ſine rationabili cauſa æquale, aut majus onus imponatur, quam diviti.
Molina. Sylveſt. Clavis Reg. Caſtro. Ita Molina *tract.5.de juſtitia, diſp.73.n.2.* Sylveſt. *verb.Lex, q.5.* Clavis Regia *lib.3.c.7.n.3.* Caſtro *de lege pœnali, lib.1.cap.5.*

25. Suar. Bonacina. Nota tamen cum Suar *citato cap.9.num.14.* Bonacina *tom.2.diſp.1.q.1.punct.7.§.3* Quod ſi lex ſit utilis bono communi, & tamen exceptio, quoad aliquas perſonas ſit injuſta, non ea eo lex erit nulla, nec obligare ceſſabit eos, pro quibus lata eſt, quia illis propriè non fit injuria poſitiva, imponendo illis tale onus, quia hoc de ſe non eſt malum, cum talis lex de ſe ſit conveniens bono communi, ut ſuppono; ſi tamen ex quorundam exceptione alij graventur, quoad illum exceſſum, non obligabit lex. obligabit tamen quoad illum, in quo lex eſt juſta.

Quæſtio III.

Ex quibus principiis colligendum eſt legem humanam, graviter, vel leviter obligare.

SUMMARIUM.

26 *Legiſlator humanus non poteſt in materia levi graviter obligare.*
27 *Res ex ſe ipſa poteſt eſſe levis, & gravis ex circunſtantia.*
28 *Prima ſententia affirmat, quod lex non poteſt in materia gravi leviter obligare*
29 *Secunda ſententia negat de lege civili, affirmat de Eccleſiaſtica.*
30 *Tertia & vera affirmat, quod utraque lex poteſt.*
31 *Probatur quatuor fundamentis, & n.32.*
33 *Ponitur, & ſolvitur primum argumentum: materia levis non eſt capax gravis obligationis.*
34 *Secundum argumentum ad votum poteſt homo ſe leviter obligare, & n.35. & 36.*
37 *Ad inſtantiam datur diſpar ratio inter votum, ac juramentum.*
38 *Ad confirmationem ex voto oritur obligatio juxta intentionem voventis, & n.39.*
40 *Ad tertium argumentum ex contractu ac ſponſalium, ac ex voto ſolemni præciſè poteſt oriri obligatio levis, ac ratione damni illati gravis, & n.41. & 42.*
43 *Ex verbis legis maximè colligitur legis obligatio, & n.44.*
45 *In Religionibus ex pravi, ac communi uſu.*
46 *In Decretis Conciliorum, ac Pontificum variæ ſententiæ, & n.47. & 48.*
49 *Tamen in his verbis conſideranda materia circa quam cadunt.*
50 *Quando lex poteſt interpretari de veniali, non eſt explicanda de mortali.*
51 *Ex materia, ac illius circunſtantiis colligenda legis obligatio, & n.52.*
53 *Ex pœnis appoſitis in lege colligenda gravis obligatio & n.54. & 55.*
56 *Quando dubitatur de gravitate, quomodo intelligendum.*

Reſolutum eſt in ſuperioribus, legem humanam obligare in conſcientia; reſtat modo inquirere, ex quibus principiis, ſeu regulis talis obligatio colligenda ſit, quod pro multis caſibus reſolvendis eſt valde utile, & non loquimur de contemptu legis: nam hoc interveniente, in quacunque materia, legis violatio erit peccatum mortale. 26.

PRIMA REGULA.

De intentione Legiſlatoris.

Conveniunt Theologi legiſlatorem, ſive Eccleſiaſticum, ſive civilem non poſſe in materia levi obligare ſub mortali, ita communiter Theologi, Corduba, Valentia, Salon, & alij, quos citat, ac ſequitur Sanchez *lib. 1. in Decalogum, cap. 4. num. 4.* Vaſquez 1. 2. *diſput. 158. cap.4. num.5.* Salas *diſput. 14. de legibus, diſput. 10. ſect. 6. num.3.* Lorca *diſp 22. §.4. ſententia.* Diana 3. *part. tractata 5. Reſolut.24. & tractata 6. Reſolut.9. §.Notandum.* 27. Corduba. Valentia. Salon Sanchez. Vaſquez. Salas. Lorca. Diana.
Probatur, quia lex debet eſſe juſta, & in bonum commune, atqui lex juſta non poteſt in materia levi ex omni circunſtantia graviter obligare, ergo non obligat. Major, & conſequentia patent; Minor probatur, quia lex ut ſit juſta, ejus obligatio ad culpam, debet proportionari cum materia, in quam tendit. Confirmatur, quia lex æterna, divina, ac naturalis, non obligant graviter in materia levi, ergo nec lex humana, cum ſit participatio legis æternæ, ac divinæ.

Advertunt tamen Baſilius de Leon *lib. 5. de matrimonio, cap.15.num.11.* & Palaus *tom.1. tractata 3.diſput.1.punct.14.num.13 §.Ex hac concluſione.* Quod contingere poteſt, ut res ipſa ſit levis, tamen ex circunſtantiis poterit fieri gravis, ut ne in Convento dormitorium ſit in tenebris, prohibeatur, ſub obedientia ne oleum ex lampade ſumatur, quæ obedientia obligabit ad mortale ex circunſtantia, ſicut ne Religioſi in cellulas ingrediantur ad obſervationem majorem ſilentij, & ad aliqua alia incommoda evitanda; ſi tamen materia omninò ex omni circunſtantia ſit levis, & ſuperior ponat obligationem ſub mortali, obligabit tantum ſub veniali, ut tenet Suarez *lib.3.de leg.cap.26.n.6.* 28. Leon. Palaus. Suar.

Tota difficultas eſt, an in materia gravi ex ſua natura legiſlator poſſit ponere obligationem levem, in qua re eſt triplex ſententia. Prima, & negativa ait quod lex humana in materia gravi non poteſt leviter obligare. Ita Vaſquez 1.2. *diſput. 158 cap.4. num. 32.* Aragonius 2.2. *quæſt 62. articl.3.in dubio poſt. 3.concl. notab.l.1.* Salon *tract. 2.§. Refert autem.* Reginald. *lib.15. num.44.* Becan. *tract 3. cap.6. quæſt.3. num. 10.* Lurca *proximè citatus* probabilem judicat. 29. Vaſquez. Aragon. Salon. Reginald. Becan. Lorca.

Secunda ſententia, quod lex Eccleſiaſtica poteſt leviter in materia gravi obligare; at lex civilis, in materia gravi, neceſſario graviter obligat, quia lex Eccleſiaſtica obligat 30.

Digitized by Google

gat propria juriſdictione datis Prælatis Eccleſiaſticis à Chriſto Domino. At lex civilis obligat ex jure naturali, quod in materia gravi graviter obligat. Ita Soto *lib. 2. de juſtitia q. 6. artic. 4. poſt medium in reſponſione ad 3. Argumentum.* Rodrig. *tom. 2. q. 15. art. 2.* Philiarchus *de Officio Sacerdotis, p. 2. lib. 3. cap. 2. concluſ. 5.* & alij.

Soto. Rodrig. Philiarch.

31. Tertia ſententia, & vera, quæ nobis placet, tenet legem humanam, tam Eccleſiaſticam, quam civilem poſſe leviter obligare in materia gravi. Ita Cajetanus, Medina, Navarrus, & alij, quos citant, ac ſequuntur Sanchez *lib. 1. de matrim. diſput. 9. num. 6.* Suar. *3. de legibus, cap. 27. num. 6.* Clavis Regia *tom. 1. lib. 3. cap. 7.* Valentia *tom. 2. diſp. 4. quæſt. 5. punct. 6.* Salas *diſp. 14. ſect. 7. num. 33.* Bonacina *diſp. 1. de legibus, quæſt. 1. punct. 7. §. 4. n. 23.* Filliucius *tract. 21. cap. 11. num. 241.* Diana *part. 3. tract. 6. Reſol. 91.*

Cajetan. Medina. Navarr. Sanchez. Suar. Clavis Reg. Valentia. Salas. Diana.

32. Probatur primò, quia in moralibus actus non excedit intentionem agentis, *l. Non omnes, ff. ſi certum petatur, l. ſi quis nec cauſam, ff. nec lex*, excedit intentionem legiſlatoris, ergo ſi legiſlator, in materia gravi intendat ponere obligationem levem, ſolum leviter obligabit. Secundò, & fortiter. Regulæ ſacratum Religionum Prædicatorum, Eremitarum ſancti Auguſtini, Carmelitarum, Societatis IESU, præter ea, quæ pertineat ad tria, vel quatuor vota ſubſtantialia, non obligant graviter, ſed leviter, & ad veniale, & tamen tales regulæ multa graviſſima præcipiunt pro ſtatu religioſo, ut jejunium certis diebus, ergo tales leges in materia gravi poſſunt leviter obligare.

Regulæ Religio.

33. Probatur tertiò, contra ſecundam ſententiam, quia lex civilis licet obliget ex jure naturali; obligat tamen juxta intentionem agentis, ergo ſi agens ſolum leviter intendit obligare, ſolum leviter obligabit. Probatur quartò, quia lex Canonica non ſolùm obligat ex commiſſione facta à Chriſto Domino, ſed etiam ex jure naturali dictante ſuperioribus eſſe obediendum, quod etiam militat in lege Eccleſiaſtica, quæ ut fatentur Auctores ſecundò ſententiæ, poteſt leviter obligare in materia gravi; ergo etiam lex civilis cum obliget ex jure naturæ.

34. Argues primò, pro prima ſententia. Legiſlator in materia levi non poteſt ponere obligationem gravem, ergo nec in materia gravi obligationē levem; non enim minus videtur voluntas in uno caſu quam in alio. Reſpondetur negando conſequentiam, in priori voluntate, non datur capacitas materiæ; materia levis non eſt capax obligationis gravis, & ideo excedit poteſtatem præcipiendi, alias injuſtè præciperet. In priori autem voluntate datur capacitas materiæ, ut graviter, vel leviter præcipiat; & ideo abſque injuſtitia utrumque poteſt præcipere quidquid ſit de ſtultitia talis voluntatis: nam imprudentia Principis in lege ferenda non facit legem injuſtam. Deinde legiſlator valdè prudenter ſe poteſt haberi in hoc negotio, quia dirigere vult ſuos ſubditos ad bonam obſervantiam, ac directionem, & tamen non vult eos graviter obligare in conſcientia.

35. Argues ſecundò, nullus poteſt obligare ſe voto in materia gravi ſub veniali; ergo nec legiſlator præcipere in tali materia ſub veniali. Conſequentia eſt bona; antecedens probatur, quia licet vovere dependeat à voluntate humana, tamen facto voto, obligatio non oritur à voluntate humana, ſed à lege naturali, graviter obligante: *Redde vota tua Deo*; ſed illa lex ſub mortali obligat, ergo & votum. Confirmatur primò. Facto voto non eſt in poteſtate vovente nolle ſe obligare: nam obligatio oritur ex natura ipſius voti, ergo non eſt in ejus poteſtate magis, vel minus ſe obligare. Confirmatur ſecundò, quia ſi vovens, & vellens promittere Deo, non advertat, nec faciat intentionem de gravi, vel levi obligatione, ad mortale obligatur, ergo talis obligatio oritur ex natura ipſius voti.

Reſpondetur, ut jam dixi *ſupra Reſol. 38. de Tertiariis, q. 6. n. 41.* cum multis, & graviſſimis Doctoribus, votum etiam in materia gravi ex intentione voventis, poſſe leviter obligare, quia votum eſt veluti quædam lex particularis, quam homo ſibi imponit, legiſlator autem in materia gravi, poteſt etiam leviter obligare, ita etiam vovens; quia leviter ſe vult obligare; & patet in Religioſo vovente Regulam, quæ præter tria vota, ſolum ad veniale obligat; & quamvis verum ſit id, quod dicitur in argumento, quod obligatio voti non oritur à voluntate voventis, ſed à jure naturali, tamen ita oritur à tali jure, ut ſit juxta intentionem voventis, quia vovens non ſe offert Deo ſub omni obligatione, ſed tantùm diminutivè ſub levi. 36.

Inſtabis. Non eſt in poteſtate jurantis rem gravem promiſſam velle jurare, & non graviter ſe obligari, etiamſi hoc non intendat, ergo ſimiliter non erit in poteſtate voventis, non ſe graviter obligari. Reſpondetur primò, quod homo poteſt habere animum jurandi, non tamen ſe obligandi, & tunc non datur obligatio ex vi juramenti, quia Deus acceptat juramentum juxta intentionem jurantis, *cap. Humanæ aures, quæſt. 22. diſtinct. 5.* & multi Doctores, quos citat, ac ſequitur Bonacina *diſputat. 4. de juramento, quæſt. 1. punct. 7. num. 3.* Reſpondetur ſecundò, concedo antecedens, nego conſequentiam; eſt diſpar ratio: nam votum eſt per reſpectum ad hominem volentem ſe obligare juxta intentionem; juramentum autem fit per reſpectum ad Deum, adducendo ipſum in teſtem, & fidejuſſorem ad confirmandam veritatem, contra auctoritatem, & honorem divinum eſt, ut ipſe Deus adducatur in teſtem, & fidejuſſorem alicujus rei, cui creatura non maneat graviter obligata, ut ea adimpleat, eique ſatisfaciat. 37.

Ad primam confirmationem dic primò, quod ſatis eſt probabilis opinio, quod poteſt quis vovere abſque animo ſe obligandi, & tunc ex vi voti non datur obligatio. Sanchez *lib. 4. Decalogi cap. 1. num. 36.* Reſpondetur ſecundò, quod ex voto facto oritur obligatio juxta animum voventis. Ad ſecundam confirmationem dicimus, quod talis homo vult ſe obligare graviter, ac ad mortale, quia, qui ſic vovit, virtualiter vult vovere juxta conſuetum modum vovendi, conſuetus autem modus vovendi eſt obligare ſe graviter; ſi verò talis vovens ignorat conſuetum 38.

Sanchez.

Digitized by Google

modum vovendi, & obligationem voti, tunc ad nihil obligatur, ita citatus Sanchez *n.* 26. Sayrus, Leſſius, Azor. quos citat, & ſequitur Bonacina *diſputatione* 4. *de voto*, *quæſtione* 2. *punct.* 1. *num.* 13.

Sayrus. Leſſius. Azor. Bonacin.

39. Argues tertiò: In lege particulari non poteſt dari obligatio levis in materia gravi; ergo etiam in lege pro tota communitate. Conſequentia eſt bona, antecedens probatur, quia promiſſiones rei magnæ, ut ſponſalium, ſive alicujus contractus in ipſo ineundo, ſive in emittendo votum ſolemne, ſunt quædam leges particulares, & tamen non poſſunt in materia tam gravi leviter obligare; ergo nec lex generalis.

40. Reſpondetur, quod homo in contractu faciendo, vel in promittendo rem magnam, etiam ſponſalium, præcisè ſecundum rem, poteſt ſe leviter obligare ea intentione ſua; ita Sanchez *lib.* 1. *de matrim. diſp.* 6. *num.* 6. Molina *de juſtitia, diſp.* 262. *num.* 8. *&* 12. Henriq. *lib.* 5. *de pœnitent. cap.* 21 *num* 10. Bonac. *diſp.* 3. *de contract.* Et idem etiam docent Salas, Azor. & alij citati in concluſione. Quæ doctrina, ita eſt intelligenda, ut tales contractus rei magnæ, ut ſponſalium ſumatur ſecundum ſuam naturam puram, & præciſam ipſius contractus, poteſt homo ex intentione ſua, ad veniale tantum ſe obligare, cum contractus ſumatur, prout infert dolum, fraudem, & injuſtitiam proximo, tunc graviter obligabit ratione damni dati: Sicut ſi homo dicat; voveo Deo te in matrimonium ducere, quamvis ratione voti poſſit leviter ſe obligare, tamen ratione fraudis, & deceptionis graviter obligabitur.

Sanchez. Molina. Henriq. Bonacina. Salas. Azor.

41. Eodem modo dicitur ad votum ſolemne, quod ſi ſumatur pura, & præciſa natura voti, non repugnat, quod homo leviter ſe obliget, quia non repugnat ratione voti, nec ratione ſolemnitatis; nam ſolemnitas voti eſt quid accidentarium per reſpectum ad votum, ut patet ex conſtitutione Gregorij XIII. *Aſcendente Domino.* Deinde, quia hoc poteſt reperiri in alijs contractibus; ergo & in voto ſolemni. quod eſt quidam contractus; At vero ſi ſolemne ſumatur, ſecondum id, quod eſt connexum cum eo, prout homo leviter ſe obligando, facit fraudem, & injuſtitiam Religioni, quia illi Religio graviter ſe obligat; ergo homo graviter ſe debet Religioni obligare; nam in contractu, ut detur juſtitia, debet dari æquitas, & ideo ratione iſtius damni annexi, homo neceſſariò ſe debet graviter obligare, & ideò votum ſolemne factum in Religione cum intentione leviter ſe obligandi, tenetur homo iterare, & pro hac doctrina facit Suarez *tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 13.

Suar.

42. Ad argumentum in forma reſpondetur negandu antecedens; ad probationem dicimus, quod ſtando in pura natura talium contractuum, poteſt dari levis obligatio, licet aliunde ex gravi damno alterius naſcatur gravis obligatio; At in lege ex intentione legiſlatoris leviter obligantis, nemini datur grave damnum.

SECVNDA REGVLA.

Ex verbis legis.

Conveniunt omnes, quod maximè ex verbis legis colligenda eſt obligatio, quam lex importat, non enim eſt neceſſarium, ut lex dicat ſub mortali, in conſcientia, quia aliàs lex civilis, cum nunquam utatur tali forma, nunquam obligabit ad mortale, quod eſt contra id, quod diximus cum communi ſententia; Ac proinde conveniunt omnes, quod ex ipſis legum verbis, maximè conjecturanda eſt illius obligatio. 43.

44. Quando ergo Prælatus, ſeu lex utitur his verbis, Rogo, peto, hortor, commoneſacio, hæc pertinent ad exhortationem, & non inducunt legis præceptum. Si autem dicatur; ordinamus, oportet, conveniens hic modus dicendi potius indicat deſiderium, ac affectum, quam imperium; verba autem *Præcipio, impero, jubeo* optime formam legis important, & idem dicendum eſt de verbo tenentur facere, vel facite, ſicut & in materia prohibitionis; *Prohibeo, veto, interdico*, vel *inhibeo*. Et idem dicendum eſt de verbo *Mando ut faciatis*, an vero hæc verba, ſeu præcepta inducant formam mortalis, vel venialis peccati ex ipſa materia legis, ſeu circunſtantia judicandum eſt; de his formis, & alijs multis late agunt Sanchez *lib.* 6. *in Decalogum cap.* 4. *num.* 33. *uſque ad* 44. Suar. *lib.* 3. *de leg. cap.* 15. *à num.* 7.

Sanchez. Suarez.

Quantum vero ad Religiones hujuſmodi verba ſimpliciter prolata *Præcipio, jubeo*, vel *prohibeo* ne hoc, vel illud fiat, an inducant præceptum, vel non dobitatur. Caſtro *de lege pænali lib.* 1. *cap.* 5. *documento.* 4. Cajetan. 2. 2. *quæſt.* 116. *art.* 4. *in ſolutione ad ſecundum.* Carbo *de lege lib.* 7. *diſp.* 4. *ad finem*, dicunt nullam inducere obligationem. At Navarrus *in manuali cap.* 23. *num* 49. Sà *verb lex num.* 6. Sayrus Clavi Regia *lib.* 3 *cap.* 7. *num.* 16. dicunt importare obligationem venialem. Communis, ac vera ſententia eſt, quod ſtandum eſt pro communi uſo, ac praxi Religionis, & quando dubitatur de tali uſu, ac conſoetudine, attendenda eſt materiæ gravitas, ac neceſſitas. & inde conſideranda præcepti gravitas ad mortale, vel veniale. Diana *part.* 3. *tract.* 6. *&* *Miſcel.* 2. *Reſolut.* 74. 45.

Caſtro. Cajetan. Carbo. Navarr. a. Sayrus. Diana.

Magna difficultas eſt. An verba præceptiva in Decretis Conciliorum, ac Summorum Pontificum imponant obligationem ſub mortali, verbi gratiâ Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 13 *c.* 7. verbis imperativis imponit præceptum ſacerdoti, quamprimum confiteri, ſi ob inopiam confeſſoris celebraverit ſine prævia confeſſione. Et Clemens VIII. de caſuum reſervatione imperativis verbis imponit præceptum ſuperioribus pro tempore exiſtentibus, ut non utantur ſcientia confeſſionis ad externam gubernationem.

Diana. 46. Trident. Clem. VIII.

Communis, & vera ſententia eſt, quod hujuſmodi præcepta obligant ad mortale. Ita Vaſquez 1. 2. *diſp.* 158. *cap.* 2. *num.* 24. Caſtro Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 1. *punct.* 9. *num.* 3. Granado 1. 2. *controv.* 7. *tract.* 3. *part.* 1. *diſp* 4. *ſect.* 1. *n.* 3. Bonacin. *tom.* 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 7 §. 4 *num.* 10. 47.

Vaſquez. Palaus. Granado. Bonacina.

Suar. Armilla. Sylveſt. Salas *num.* 10. & citat Suarium, Armillam, Sylveſtrum, Salas, & alios, quia illa verba ſunt imperativa in re gravi ab habente poteſtatem, ergo obligant ſub mortali.

48\. Rodrig. Ledeſma. Villalobos. Graves etiam Theologi tenent, quod verba illa verbi gratiâ, Concilij Tridentini, non obligant ſub mortali. Ita Rodriguez *in Additionibus ad Bullam cruciatam* § 9. *num.* 77. Petrus de Ledeſma inſignis Theologus Prædicatorum *in ſumma tom.* 1. *tract. de Euchariſtia cap.* 11 *ante concluſionem* 9. Villalobos *in ſumma tom.* 1. *tract.* 7. *difficul.* 37. *num.* 7. quia per verba ſimplicia non videtur tantam obligationem mortalem induci.

49\. Meo tamen videri dicendum eſt, quod in Decretis Conciliorum, ac Summorum Pontificum maximè conſideranda qualitas materiæ; ac proinde in materia gravi obligant ad mortale, ut eſt illud Tridentini ob reverentiam Sacratiſſimæ Euchariſtiæ, ſi vero in materia levi non videtur obligare ad mortale.

50\. Sayrus. Advertendum tamen eſt, quod quoties verba legis intelligi poſſunt de obligatione venjali, non debent ad mortale extendi, quia ſemper in pœnis benignior interpretatio facienda, ut ex *l. interpretatione*, & *l. ſi Præſes ff. de pœnis*, & late cum multis notat Saytus Clavi Regia *lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 20.

TERTIA REGVLA.

Ex gravitate materiæ; ac illius circumſtantiis.

51\. Conveniunt Theologi, ac Canoniſtæ, tranſgreſſionem præcepti in materia gravi eſſe peccatum mortale, in materia levi peccatum veniale. Iam ex quo principio gravitas, vel levitas ſit colligenda, eſt inquirendum.

52\. Bonacina. Suar. Filliucius Granad. Diana. Primum indicium gravitatis, vel levitatis materiæ, deſumendum eſt ex fine intento à legiſlatore, qui maximè debet conducere ad bonum commune, unde id, quod maximè repugnat tali fini intento erit peccatum mortale; id verò quod parum repugnat, erit materia levis, & peccatum veniale, verbi gratiâ, Eccleſia præcipit ad honorem in die feſto à labore ceſſare, ſi contrarium fiat per multum tempus, eſt peccatum mortale, quia tantum opus graviter repugnat cum fine intento ab Eccleſia; non verò ſi ſit labor unius quadrantis, vel ſemihoræ, ut tenet Bonacina *diſp.* 1. *de legibus quæſt.* 1. *punct.* 7. § 4. *num.* 15. Suar. verò *tom.* 1. *de Relig. lib* 2. *c.* 30. *n.* 2. ait dare operam ſervilibus per integram horam, non eſſe peccatum mortale. At Filliucius, *tom.* 1 *tract.* 27. *part.* 1. *c.* 11. *n.* 205. Granado *cap.* 2 *controver.* 6. *tract.* 2. *ſect.* 6. *n.* 54. Diana *tom.* 1 *tract.* 1. *Miſcellaneor. Reſolut.* 36. *& tract.* 5. *Miſcel. Reſol.* 8. dicunt, quod laborare in die feſto per duas horas, non eſt peccatum mortale, quia duæ horæ per reſpectum ad viginti quatuor eſt parva quantitas. Hæc tamen ſententia multum concedit, nam ſecundum æſtimationem, tempus laboris computatur remotus diei, & ideo de una tantum hora ego dicerem.

53\. Secundum motivum ad cognoſcendam gravitatem materiæ, conſiderandæ ſunt circunſtantiæ, quibus ductus eſt legiſlator ad ferendas leges, quales eſſe poſſunt circonſtantiæ ad vitandum ſcandalum, damnum vel occaſionem violandi vota; nam materia aliunde de ſe levis; ratione harum circunſtantiarum poteſt eſſe gravis, & ideo furari ſutori unam acum, non habenti aliam eſt peccatum mortale, ratione damni illati.

QVARTA REGVLA.

Ex pœnis.

Navarr. Immola. Filinus. Covar. Valentia. Salon. Azor. Bonacina. Grandis quæſtio hic ſe offert, an lex ſive Civilis, ſive Eccleſiaſtica imponens pœnam temporalem, obliget ad mortale? Negant graves Auctores, Navarrus, *in ſumma cap.* 23. *n.* 55. *lib.* 1. *Conſiliorum, conſilio* 3. *de conſtit.* & pro ſe citat Imolam, Filinum, & alios. Covar. *Regula peccatum mortale part.* 2. §. 5. *num.* 2. & probabilem dicunt Valentia 1. 2. *diſp.* 7. *quæſt* 5. *punct.* 6. *poſt ſignum.* Salon. 2. 2. *quæſt.* 77. *art.* 1. *controver.* 7. §. *Hæc opinio.* Azor & Bonacina citandi. Fundamentum eſt, quia nulla lex obligat præter intentionem legiſlatoris; atqui legiſlator ex eo quod exprimit pœnam temporalem, videtur hanc ſolum intendere, non ſpiritualem, niſi eam exprimat; & hanc ſententiam probabilem judicant Azor, Bonacina citandi. 54.

Sylveſt. Armilla. Toletus. Carbon. Medina. Aragon. Rodrig. Sanchez. Salas Bonacina. D. Auguſt. D. Thom. Secunda ſententia, & valdè communis aſtruit omnes leges pœnales, ſive Eccleſiaſticas, ſive civiles obligare ſubditos ad culpam, & pœnam. Ita Sylveſter, Armilla, Toletus, Carbon, Medina, Aragonius, Salon, Emmanuel Rodriguez, quos referunt, ac ſequuntur Sanchez *lib.* 6. *in Decalog. cap* 4. *num.* 59. Salas *diſp.* 10. *ſect.* 5. *& diſp.* 15. *ſect.* 1. Bonacina *diſp.* 1. *de leg. quæſt.* 1. *punct.* 7. §. 2. *n.* 2. Et primo fundatur, quia de natura legis, & præcepti eſt imponere obligationem in conſcientia ſi eſt de re gravi, ergo cum leges pœnales ſint veræ leges, veram obligationem in conſcientia ponunt, ergo non ſolum obligant ad pœnam, ſed etiam ad culpam. Secundò. Omnis pœna eſt propter culpam, ut ait D. Auguſtinus 1. Retractat. cap. 9 *Omnis pœna ſi juſta eſt, peccati pœna eſt, & ſupplicium nominatur.* Et ſimiliter D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 108. *art.* 4. & bene colligitur ex *cap.* 1. *de conſtit. in* 6. *& cap. non afferamus* 24. *quæſt.* 1. Ergo cum leges pœnales pœnam imponunt tranſgreſſoribus, in eis ſupponunt culpam. 55.

Castro. Driedo. Veſquez. Sanchez. Covarr. Bonacina. Palaus. Tertia ſententia, & mihi verior; diſtinctione oritur; nam lex dupliciter ferri poteſt. Primo, per verba præceptiva, vel præcepto æquipollentia. Secundo, per verba pure comminativa, ſeu indifferentia ut Auctores dicunt. Si lex ſive Eccleſiaſtica, ſive civilis ſit, feratur verbis præceptivis, tunc obligat ad mortale, ſi materia gravis ſit, niſi aliud conſtet ex mente legiſlatoris. Ita Caſtro *de lege pœnali cap.* 8 Suar *lib.* 5. *de legib. cap.* 3. *num.* 6. Et teſtatur hanc eſſe communem ſententiam, Driedo *lib.* 2. *de libertate Chriſtiana cap.* 1. *poſt ſecundam propoſitionem.* Et *lib.* 3. *cap.* 3. *ad* 5. Vaſquez *diſp.* 199. *cap.* 2. & 3 Sanchez *lib.* 6. *Decalogi c.* 4. *n.* 6. Covarr. *Regula peccatum* 2. *part.* §. 5. *n.* 4. Bonac *diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 7 §. 4. *n.* 3. 4. & 6. Caſtro Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 1. *punct.* 15. *num.* 8. 56.

Ii 4 Pro

57. Probatur. Primo, quia lex poſita verbis præceptivis, aperte indicat intentionem legiſlatoris ponendi præceptum, verbi gratiâ, præcipio ne quis à Regno extrahat frumenta, & arma, ſed poſito præcepto ſtatim reſultat obligatio obediendi in conſcientia in re gravi. Confirmatur: quia ſi lex illa abſque comminatione pœnæ imponeretur, obligaret in conſcientia; atqui ex appoſitione pœnæ, hæc obligatio non minuitur, ſed potius valdè efficaciter augetur, tunc enim indicat legiſlator ſe velle rem illam omnibus modis intendere, ac præcipere, ſeque velle ſuum præceptum omni modo corroborare.

58. Dixi in concluſione, niſi legiſlator ſuam intentionem declaret ſe nolle ad aliquam culpam obligare, ut faciunt noſtræ conſtitutiones, ac multarum Religionum, cum multa præcipiant taxatis aliquibus pœnis, dicunt ſe ad nullam culpam intendere obligare.

59. Secunda pars oſtenditur, quod ſi lex feratur per verba tantum comminativa, ac indifferentia, quæ præceptum ſufficienter non indicant verbi gratiâ, ſi dicatur, non extrahantur arma, vel frumenta à Regno ſub pœna capitali, tunc lex videtur nullam obligationem ponere in conſcientia. Et ratio eſt, quia legiſlator ſufficienter potuit intentionem ſuam obligandi declarare per verba præceptiva, ergo cum illam non declaraverit, præſumere debemus eum non habere talem intentionem, quia ſemper benignior pars, & ſubditis favorabilior eſt tenenda.

60. Ad fundamentum primæ ſententiæ concedo majorem, nego minorem, nam ex eo quod ſuperior in imponenda pœna utitur verbis præcepti, aperte indicat ſe duplici vinculo velle ſubditum obligare, & timore pœnæ, & horrore ſupplicij.

61. Ad fundamenta ſecundæ ſententiæ; ad primum dicimus, quod omnis lex ponit obligationem, vel in conſcientia, vel in actu, ad quam ordinatur impoſita pœna tranſgreſſoribus. Ad ſecundum, quod omnis pœna ſupponit culpam vel mortalem, vel civilem ſolam, & politicam: multoties enim convenit ad bonum regimen Reipublicæ, cogere ſubditos timore pœnæ, abſque culpa inflicta, ut videre eſt in ſacris Religionibus, in quibus ſæpè obligantur ſubditi, ad hoc, & illud faciendum ſub pœna carceris, vel privationis vocis activæ, & paſſivæ abſque ulla culpa, & ipſæ conſtitutiones explicant.

De pœnis Eccleſiaſticis.

62. Pœnas Eccleſiaſticas voco excommunicationem, ſuſpenſionem, interdictum, irregularitatem, degradationem. Excommunicatio minor non eſt ſignum culpæ mortalis, nam communiter ponitur pro culpa veniali, niſi aliquando, & raro contingere poteſt, ut pro culpa mortali ponatur, quia legiſlator, etſi materia ſit gravis, tamen lentè, ac paulatim vult obligare. Excommunicatio autem major, aut gravis cenſura dum ponitur, intelligitur obligare ſub mortali, & idem dicendum eſt de interdicto; nam licet comprehendat innocentes, tamen non eſt propriè pœna reſpectu illorum, ſed illius, qui dedit cauſam, & per quandam moralem unionem redundat in alios. Idem dicendum eſt de irregularitate ex delicto, de verbali, aut reali depoſitione, ſeu degradatione, ſic docet Suar. *lib. 4. de leg. cap. 18. num 19.* Clavis Regia, Sylveſter, Valentia, quos citat, ac ſequitur Becanus *tract. 6. quæſt. 3. n. 10.* Salas *diſp. 10. de leg. ſect. 9. n. 54. & 62.* Suar. Clav. Regia. Sylveſt. Valentia. Becan. Salas.

63. Circa excommunicationem ferendam Sanchez *lib. 1. in Decalog cap. 4. num. 50. & 51.* exiſtimat excommunicationem ferendam ſignum eſſe peccati mortalis, quia ipſa ex ſua gravitate requirit peccatum mortale, niſi ipſa feratur ad terrorem, vel ex uſu, ſeu conſuetudine, requirat trinam admonitionem, quia tunc non eſt ſufficiens ſignum mortalis obligationis; Ita ſentiunt Caſtro *lib. 1. de lege pœnali, cap. 5. docum. 4.* Vaſq. *diſp. 158. cap. 5. num. 45.* Henriquez *lib. 13. de excommunic. cap. 17.* Caſtro Palaus *tom. 1. tract. 3. diſputat. 1. punct. 5. num. 3 ad finem.* Sanchez. Caſtro. Vaſquez. Henriq. Palaus.

Quæstio IV.

An quando in particulari ceſſat finis legis, ſeu eius ratio totalis, ceſſet in particulari eius obligatio?

SUMMARIUM.

64 *Dupliciter lex poteſt ceſſare.*
65 *Prima ſententia tenet, quod lex debet ceſſare in communi.*
66 *Secunda ſententia docet ſufficere, quod ratio legis ceſſet in caſu particulari.*
Reſolutio quæſtionis eſt pro hac ſecunda ſententia, ibid.
67 *Probatur ex jure Canonico, ac civili, & num 68.*
69 *Probatur etiam rationibus, & n. 70.*
71 *Adverſariorum ſolutio exploditur.*
72 *Ponitur, & ſolvitur primum argumentum, & num. 73.*
74 *Ponitur, & ſolvitur ſecundum argumentum, & num. 75.*
76 *Ponitur, & ſolvitur tertium argumentum, & agitur de lege præſumptionis, & n. 77.*

64. PRopono hanc quæſtionem, quia inſervit ad multorum caſuum reſolutionem, & dupliciter, poteſt lex ceſſare, negativè, vel contrariè: tunc lex dicitur ceſſare negativè quando ceſſat totalis ratio legis; contrariè ceſſat lex, quando lex facta eſt inutilis, nociva impoſſibilis ob mutationem factam in materia. Quæſtio ergo procedit, quando totalis ratio legis ceſſat in hoc caſu particulari, quia ſi lex poſita fuit ob multas cauſas, non ſufficit, quod una cauſa ceſſet in particulari, ſed requiritur ut omnes cauſæ ceſſent, ut patet in jejunio quod non ſolùm impoſitum fuit pro domanda concupiſcentia, ſed etiam propter exercitium virtutis, ac proinde qui habet motus frænatos, & liber eſt à concupiſcentia, adhuc tenetur ad jejunium ob exercitium virtutis.

65. Prima ſententia tenet non ſufficere, quòd ratio

Digitized by Google

ratio legis ceſſet in caſu particulari, ut obligatio legis ceſſet; hanc ſententiam tenent Soto, Medina, & alij, quos citant, ac ſequuntur Molina tom. 1 diſput. 81. ad 3. Sanchez tom. 1. Decalog. lib. 4 cap. 15. num. 37. & lib. 3. de matrim. diſp. 3. num. 7. & 9. Suar. de leg cap. 7. n 3. Layman in Theologia Morali lib. 1 tract. 4. c. 21 tract 3. Vaſquez 1. 2. diſp. 176. num. 19. & in opuſculo de teſtam cap. 1. d. b 1. num 4. Caſtro Palaus tom. 1. diſput 5 punct. 1. num 10. Et pro hac ſententia Diana citandus triginta Auctores refert, quæ ſententia tot, & tam graviſſimis Auctoribus ſatis ſe defendit, ut eam valdè probabilem judicemus.

Soto. Medina. Molina. Suar. Layman. Vaſquez. Palaus. Diana.

66. Secunda ſententia docet, quod ut obligatio legis ceſſet in hoc caſu particulari, non requiritur, quod ratio legis ceſſet in communi, & quoad omnes, pro quibus eſt lata, ſed ſufficit, quod ratio legis adæquata, & ejus finis totalis ceſſet in particulari; primò hac ſententia citatur communiter ex D. Thom 2. 2. quæſt. 147. art. 1. ad primum, ſecundum. Ubi docet, quod præceptum jejunij non obligat illum, qui in particulari habet impedimentum jejunandi; hanc ſententiam tenet expreſſè Panormitanus in cap. Quoniam de probationibus, in 6. & cap. Quia in Inſulis de Regulis, Sylveſter verb. lex. quæſt. 8. & 9 verb. octavò. Navarrus tom 4. Comment. in Rubricam de judicijs, num. 74. Abbas citato cap. Quia in Inſulis; & alij Canoniſtæ communiter, Henriquez lib. 11. cap. 17. num. 2 in Gloſſa littera O. & lib. 10. cap. 15. n 8. in Gloſſa littera R. Angelus verb. lex, num. 4. caſu 7. Sà verb Ludus, num 1. Granado 1. 2. controverſ. 7. tract. 3. p. 1. diſp. 15. ſect. 2. Soza in Bullam Clementis VIII. de largitione munerum fund. 3. Megala, & alij, quos citat, & conſtanter ſequitur Diana tom 1. tract. de legibus, Reſol. 28. Ubi unum ſolum fundamentum apponit; deinde hanc ſententiam tenent Delbene tom. 1. cap. 31. num. 2. Petrus Hurtado 1. 2. diſp. 76. ſect. 37. num 81. Urban. tract. 1. cap. 7. folio mihi 17. Eſcobar in examine Theologiæ examen. 1. tractat. 1. cap. 12. nu. 81. M. Fr. Anton. ab Spiritu ſancto part. 2. de Regul. tract. 3. diſp. 6. num 160 fol. mihi 82.

D. Thom. Panorm. Sylveſt. Navarr. Abbas. Henriq. Sà. Granad. Soza. Megala. Diana. Delbene. Hurtadus. Urban. Eſcobar. Fr. Anton.

Dico in hac re, quod quando in caſu particulari ceſſat ratio adæquata legis, ceſſat etiam obligatio illius ſecluſo ſcandalo. Ita Auctores ſecundæ ſententiæ. Dico ſecluſo ſcandalo, quia ſi detur ſcandalum, dum alij te vident frangere legem in hoc caſu particulari, tunc in hoc teneris ad evitandum ſcandalum, obſervare legem.

67. Probatur primò concluſio ex jure, in quo habet magnum fundamentum ex regulis, juris in 6. & cap. cùm ceſſante de appellationibus. Ubi dicitur ceſſante cauſa ceſſat effectus, ſed in hoc caſu particulari ceſſat cauſa legis, quæ eſt ratio motiva; ergo & effectus legis, qui eſt ejus obligatio; probatur ſecundò, ex regulis juris 81. in 6. Ubi dicitur: In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet in ſpecie veriſimiliter conceſſurus; ergo etiam in generali prohibitione non veniunt ea, quæ quis in ſpecie veriſimiliter non eſſet prohibiturus, atqui ſi legiſlator prævideret, quod ratio legis ceſſaret in hoc caſu particulari, valdè veriſimile eſt, quod non prohiberet; ergo generali prohibitione non venit hic caſus, in quo ceſſat ratio legis.

Regul. juris

68. Probatur tertiò, ex leg. Cùm mulier, ff. ſoluto matrimonio. Ubi ait lex; cùm mulier adultera fuerit viri lenocinio, non privatur dote, ubi lex fundatur, quia ratio legis communis, ob quam adultera privatur dote, eſt propter injuriam, quæ facta eſt viro, ſed in hoc caſu particulari ceſſat ipſa injuria; Quia volenti, ac conſentienti, non fit injuria; ergo quando lex ceſſat in caſu particulari, ceſſat ejus obligatio.

Ex lege.

69. Probatur quartò; quia quando ratio legis ceſſat in totum, etiam lex ceſſat in totum; ergo quando ratio legis ceſſat in partem, etiam lex ceſſabit in partem: Valet argumentum de toto ad partem, l. quæ de toto ff. de rei vendicatione. Confirmatur, quia ratio adæquata legis in ſuo genere, eſt ratio adæquata obligationis legis. Ergo ceſſante ratione adæquata legis in uno caſu particulari, ceſſabit etiam obligatio legis; probatur antecedens. Quia ratio legis eſt anima qua lex vivit, ut inquiunt communiter Juriſtæ; ergo ceſſante ratione legis, ceſſat vita legis, ac proinde omnis ejus obligatio, qui eſt effectus ipſius; nam res mortua, ac ſine vita, non valet producere aliquem effectum.

Juriſtæ.

70. Probatur quintò, ex Granado, quia ita ſe habet lex in univerſali ad rationem acceptatam in generali, ſicut lex in particulari ad rationem acceptatam in particulari, ſed quando lex ceſſat, comparatione omnium, ceſſat legis obligatio comparatione omnium; ergo quando ceſſat comparatione unius, ceſſabit legis obligatio comparatione illius. Confirmatur, quia lex non ſolum obligat omnes in generali, ſed ſingulos in ſpeciali; ergo ſicut deficiente ratione apud omnes, manent omnes deobligati, ita deficiente apud unum, manebit unus deobligatus.

Granad.

71. Reſpondent Auctores contrarij, ut videre eſt apud Suar. lib. 6. de leg. cap. 9. num. 16. eſſe differentiam, quia quando lex ceſſat in communi, non ſolum ceſſat negative, ſed etiam ceſſat lex contrarie, id eſt, quia fit inutilis, at quando lex ceſſat in particulari; ſolum lex ceſſat negative, id eſt quia ibi ceſſat ratio legis, non vero contrariè, id eſt non eſt utile ſervare legem. Sed contra, ſicut quando ratio legis ceſſat in communi, lex ceſſat contrarie, & eſt inutile ſervare legem, ita etiam quando lex ceſſat in hoc caſu particulari, lex in hoc caſu particulari eſt inutilis, & ceſſabit contrarie.

Suarez.

72. Arguitur primò. Quando lex ceſſat in hoc caſu particulari negative, quia nempè in eo ceſſat adæquata ratio legis, etiam adhuc in tali caſu ſervare legem non eſt malum, & injuſtum, ergo etiam in tali caſu. Antecedens patet, conſequens probatur ex Ariſtotele 5. Ethicorum cap. 10. ubi ait, quod tunc datur Epiicheia, quando lex peccat, id eſt quando lex eſt injuſta, & ſic ipſe appellat Epiicheiam directionem legis, ſed cum in illo caſu particulari adhuc ſervare legem non ſit malum, nec contra rationem juſtitiæ ſervare legem, ergo adhuc dabitur obligatio legis.

73. Reſpondetur, tranſeat antecedens, nego conſequentiam, ad probationem concedo majorem, ad minorem dico, ſervare legem in illo caſu particulari, non eſt malum, & injuſtum.

juſtum ex parte ſubditi, verum eſt, quia ſecluſa lege, illud manet quid indifferens, ac ex parte Prælati illud præcipere, vel prohibere ſub peccato, vel gravi pœna, eſt quid malum, & injuſtum, cum lex non debeat obligare, niſi ex prudentiali ratione, & hac ceſſante debet lex ceſſare; ſicut Prælatus præcipit ſub obedientia, ne Religioſi tranſeant per talem plateam, ad evitandum ſcandalum alicujus perſonæ, ceſſante ſcandalo, Rligioſum tranſire per illum locum, non eſt malum; At tunc quod Prælatus præcipiat, ne tranſeat, eſt quid malum, & injuſtum, cum ſit ſine ratione, ac debito fundamento, ac proinde tunc lex peccat.

74. Arguitur ſecundò. Quia licet ratio legis deficiat in hoc caſu particulari, tamen voluntas legiſlatoris eſt indiſtinctè obligare omnes, ergo ita obligat. Probatur antecedens cum conſequentia multis. *Primò*, quia lex reſpicit bonum commune, ergo ut deſinat obligare in particulari, non noceat. *Secundò*, probatur, quia licet in hoc particulari caſu ceſſet ratio legis, adhuc manet alia generalior, & ſuperior ratio, quæ obligat, quæ eſt uniformitas partis ad totum, & quod unum membrum conformetur cum aliis, ergo adhuc in illo particulari caſu obligat lex. *Tertiò*, quia leges non reſpiciunt ſingularia, ſed id quod communiter, ac frequentius accidit, ergo ſecundum communem modum operandi lex obligat in illo caſu.

75. Reſpondetur negando antecedens loquendo de voluntate prudentiali. Ad primam probationem dico, quod leges ita reſpiciunt bonum commune, ut etiam obligent ſingulos in particulari, & in ſingulis habeant vim, & fundamentum, propter quod lex ponitur, ergo quando in aliquo particulari caſu, ceſſabit ratio legis, ceſſabit legis obligatio. Ad ſecundam confirmationem dico negando, quod datur alia ratio ſuperior, quia uniformitas membrorum ſolum requiritur ubi datur eadem ratio, non vero diverſa, cum autem in hoc caſu, in quo ceſſat ratio legis, detur diverſa ratio operandi in hac perſona, ac in aliis, in quibus urget ratio motiva legis, inde hic non requiritur uniformitas cum aliis, ſicut lex generalis jejunij, vel non comedendi carnes, obligat omnes, & tamen non obligat eos, qui habent in particulari impedimenta propter diverſam rationem, quæ datur in aliis, ſic etiam dicendum eſt, de omnia alia lege, quando ejus ratio ceſſat in hoc, & illo caſu. Ad tertiam confirmationem fatemur, quod leges reſpiciunt, id quod frequenter contingere ſolet, tamen ex prudenti ratione legis, exceptuantur multa, ut patebit ex dicendis.

76. Arguitur tertiò: Sequuntur ex noſtra hac ſententia multa abſurda. *Primò*, quod fornicatio ſimplex poſſit eſſe licita in aliquo caſu, ſi ceſſaret ratio prohibitionis, ut nullum eſſet periculum malæ educationis prolis, propter quam vitandam, vagus concubitus eſt prohibitur. *Secundò*, in materia obedientiæ, multa poſſunt imaginari, ob quam non ſervatur. Tertiò; lex præſumptionis periculi obligat, quamvis ratio legis ceſſet in facto particulari. *Ius Canonicum* diſponit, quòd profeſſio ante decimum ſextum annum, ſit nulla, quia ante talem ætatem præſumitur in adoleſcente defectus judicij, at ſi ante talem ætatem detur judicium perfectiſſimum profeſſio adhuc erit nulla, quia lex ſolet diſponere juxta illud, quod ordinariè contingere ſolet. Deinde Concilium Tridentinum irritat matrimonia clandeſtina ad evitandos dolos, & tamen ſi in aliquo particulari caſu detur matrimonium clandeſtinum ſine dolo, adhuc erit nullum.

Ius Canonicum.

77. Reſpondetur nullum abſurdum ſequi. Ad primum dicimus, quod vagus concubitus non ſolum eſt prohibitus ob malam educationem prolis, ſed ob multa alias rationes; ſic Divus Gregorius *lib.* 3. *Moralium, cap.* 31. quod latè explicat D. Thomas 2.2. *quæſt.* 153. *art.* 5. de ra an, quod affert cæcitatem, & præcipitationem mentis, odium Dei, & immoderatum amorem proximi; vide Reginaldum *lib.* 22. *num.* 15. Deinde illa lex eſt præſumptionis periculi, quæ in facto particulari non deſinit obligare. Ad ſecundum, quod rationes excuſantes ab obſervatione præcepti ſunt fundatæ in recta obſervatione legis.

D. Gregor. D. Thom. Reginald.

78. Ad tertiam confirmationem de lege præſumptionis periculi dic, quod quamvis ratio legis ceſſet in facto particulari, lex tamen non ceſſat, quia talis lex non fundatur in facto, ſed in periculo, quod datur in tali modo operandi, quia quamvis de facto videatur plus rationis perfectus, ante decimum ſextum annum, & in matrimonio clandeſtino, quod nullus detur dolus, quia tamen ſine iſtu temporis multæ inſurgunt quæſtiones, & variæ dubitationes, ideoque in præſumptione fundatur, non ſat eſt, quod lex ceſſet in particulari, ſed neceſſe eſt, ut ratio legis ceſſet in communi; nos autem loquimur in facto, & non in periculo.

79. Ex his inferes, quod ſi ludus ſit prohibitus, ne homines amittant multam pecuniam, licitum tamen erit ludere moderata pecunia. Ita Sà *verb. Ludus, num.* 1. Infero etiam, quod ſi Prælatus præcipiat, ne aliqnis Religioſus accedat ad aliquam jinuem, ad evitandum ſcandalum, vel ne loquatur cum aliquibus perſonis, quod ille Religioſus, qui accedendo non dat ſcandalum, nec aliquam loquutionem facit, poteſt accedere, ſic & in ſimilibus; ita Henriquez *citatus*.

Sà. Henriq.

QUÆSTIO V.

Vtrùm in Religione aliquid, quod non ſit contentum in regula poſſit eſſe materia legis?

SUMMARIUM.

80 *Status quæſtionis præpanitur.*
81 *Prima ſententia affirmat poſſe Prælatum, etiam ea, quæ non continentur in regula.*
82 *Secunda, quod Generalis, in cap. Generali.*
83 *Tertia affirmat quod poſſit, etiam & illum cogere, qui profeſſus in Religione relaxata.*
84 *Quarta quod nec Prælatus, nec cap. General.*
85 *Ponitur vera ſententia.*

86 *Probatur*

86 *Probatur concluſio auctoritate D. Bernardi.*
87 *Probatur ratione.*
88 *Ponitur, & ſolvitur primum argumentum ex auctoritate Chriſti, ac D. Baſilii, & n. 89.*
90 *Nec generalis cum capitulo generali poteſt obligare ad novas reformationes, & num. 91.*
92 *Pontifex non poteſt obligare religioſum ad arctiorem vitam non contentam in regula, & n. 93.*
94 *Ponitur limitatio Suarii, & rejicitur, & n. 95.*
96 *Ponitur, & ſolvitur argumentum de Monialibus, ac clauſtralibus, & n. 97.*

80. QVæſtio hæc eſt valdè utilis Religioſis ad multa inſerviens, & quærimus, an Prælatus Religionis poſſit aliquid præcipere ſuo ſubdito Religioſo, quod nullo modo, nec formaliter, nec virtualiter continetur in regula Religionis, nam ea quæ continentur in regula, ſive formaliter ſive virtualiter, vel ad ejus obſervationem conducunt, non eſt dubium, quod Prælatus ea poſſit præcipere.

81. In hac re variæ ſunt ſententiæ juxta varios ſtatus hujus quæſtionis. Prima ſententia ait, quod Prælatus Religionis poſſit præcipere ſuo ſubdito aliquid, quod nullo modo ſit contentum in regula, ac proinde poſſit præcipere illud, quod eſt præter regulam, vel ſupra illam.
Archidiac. Abbas. Præpoſit. D. Bonaven. Pro hac ſententia citantur tres Canoniſtæ Archidiaconus *cap. qui juſtus q. 3.* Abbas *cap. ſuper num. 6.* Præpoſitus *cap. Ad noſtram.* Huic ſententiæ favere videtur D. Bonaventura *in expoſitione Regulæ fratrum Minor. cap. 1. ad verſ. vivendo in obedientia.*

82. Secunda ſententia, quod Prælatus cum capitulo generali, ſeu maiori parte Religionis, poſſit ferre novas leges, quæ obligent Religioſos ad altiorem modum vivendi, ſupra regulam.
Gloſſa. Innocent. Cardinal. Abbas. Alexander. Probus. Roſella. Pro hac ſententia ſtant multi Canoniſtæ proximè citati. Inſuper Gloſſa, Innocentius, Cardinalis, Abbas, Alexander de Nevo, Probus, Roſella, quos citat Sanchez *in Decalog. 2. lib. 6. cap. 2. ad finem.*

83. Tertia ſententia affirmat, quod Prælatus Religionis non poſſit ad aliquid obligare ſuum ſubditum, quod non ſit contentum in regula, imo ſi aliquis profeſſus eſt in Religione, cujus Regula erat relaxata, & per pravos mores corrupta, jam ſtante præſcriptione, ac conſuetudine, quòd ſi Prælati illius velint facere reformationem, & reducere ad rigorem antiquam regulæ, quod non poſſunt obligare Religioſum profeſſum jam in tempore relaxationis.
Hoſtienſ. Ita Hoſtienſis, *ſum. tit. de voto, §. verum, & per quem n. 17. & cap. ſuper eo n. 2. de Regular.* & ibi
Andreas. Abulenſ. Rayner. D. Anton. Ioannes Andreas *n. 4. ad finem.* Abulenſ. *c. 30. num. 9. 99.* Rayner. quem citat, ac ſequitur D. Antonin. *3. part. titul. 16. cap. 3. in fine.*

84. Quarta ſententia docet, quòd nec Prælatus, nec Capitulum Generale poteſt obligare ſuum ſubditum ad aliquid præter regulam, tamen quod ſi Religioſus profeſſus eſt tempore relaxationis regulæ, jam ex antiqua conſuetudine, quod poſtea Prælati poſſunt ipſum obligare ad obſervandum rigorem regulæ. Dixi *ſtante antiqua conſuetudine*, quia ſi illa relaxatio eſt modo introducta, ut non evadat in præſcriptionem, abſque dubio eſt, quod Prælatus poſſit obligare taliter profeſſum ad rigorem regulæ. Hæc ſententia eſt vera, eamque explico per ſequentes concluſiones, ubi multos Auctores adducam.

Dico primò, quod Prælatus Religionis ſolùm poteſt præcipere ea quæ ſunt ſecundum regulam Religionis, & ad ejus obſervationem conducunt, ea verò, quæ non continentur in regula, ſed ſunt ſupra, vel præter illam, nullo modo poteſt præcipere, nec ſubditi ei tenentur obedire: Hæc eſt valdè communis, eamque tenet D. Thom. multis in locis *quodlib. 10. art. 10. in corpore, 2. 2. quæſt. 104 art. 5. ad 3.* & *a diſt. 44. quæſt. 2. art. 3.* & Sanchez *tom. 2. in Decalog. lib. 6. cap. 2. num. 15.* Ubi ferè quadraginta Auctores graviſſimos pro ea citat; & præter eos eam docent Suar. *lib. 4. de leg. c. 17. n. 3.* & valdè late eam confirmat *to. 3. de Relig. lib. 10. cap. 8. num. 5. & 6.* eamque dicit communem inter Theologos, & Canoniſtas. Lorca *diſp. 14. de legib. dubio appenſo* Salas *diſp. 8. ſect. 12.* Bonacin. *tom. 2. diſput. 1. de leg. quæſt. 1. punct. 3. num. 12.* M. Lezana *tom. 1. Regul. c. 4. num. 9. & 13.* Qui omnes clarè docent, quod Prælatus non poteſt præcipere auſteriorem modum vivendi, majoremque obſervantiam, & rigorem non contentum in regula; tamen in uno caſu grandi, & extraordinario pro uno, vel altero actu, ut quod in proceſſione Religioſi tendant diſcalceatis pedibus, ad magis implorandam divinam miſericordiam, ut aliquando vidi: nam caſus extraordinarius non venit ſub communi lege. 85. D. Thom. Sanchez. Suarez. Lorca. Salas. Bonacina. Lezana.

Probatur; primò auctoritate D. Bernardi *lib. de præcepto, & diſpenſatione, cap. 7.* ubi ait: *Is, qui profitetur, ſpondet quidem obedientiam non tamen omnimodam, ſed determinatam ſecundum regulam;* & infra. Proinde ſi profeſſo ſecundum illam regulam Abbas meus mihi aliud fortè imponere tentaverit, quod non ſit ſecundum regulam, quænam mihi quæſo, in hac re neceſſitas imminet obſequenti? Solùm quippe id à me poſſe exigere arbitror, quod promiſi. Ita S. Pater, quod latè proſequitur etiam *cap. 8.* 86. D. Bernard.

Probatur hac unica ratione; quia Religioſus tenetur obedire ſuo Prælato, ratione voti obedientiæ; atqui votum obligat ſolùm iuxta formam, ac intentionem voventis; ergo cum vovens non promiſerit obedientiam abſolutè, ſed limitatè juxta ſuam regulam, materia voti ampliùs non eſt extendenda. Confirmatur, quia Prælatus Religionis eſt cuſtos, & executor regulæ. Huic noſtræ concluſioni aliqui volunt apponere duas limitationes. Prima, ſi Prælatus præcipiat auſterum modum vivendi, in pœnam delicti commiſſi. Secunda, ſi illa major auſteritas eſt neceſſaria ad obſervantiam regulæ, ſed neutra dicenda eſt limitatio, ut benè ex Navarro, Corduba, Sylveſtro notat Suar. *citato loco de Relig.* Nam id, quod dicit prima limitatio non procedit, quia illud non eſt dare auſteriorem vivendi modum, ſed punire delictum, ſicut & Prælatus poteſt damnare ad triremes. Nec etiam illud, quod dicit ſecunda limitatio, quia illud eſt quid virtualiter contentum in regula, nam qui præcipit finem, virtualiter præcipit media, ergo ſi illa maior obſervantia eſt neceſſa- 87. Navarr. Corduba. Sylveſt. Suar.

ria

Digitized by Google

ria ad obſervationem regulæ, virtualiter eſt præcepta in ipſa regula.

88. Argues contra concluſionem. Hodie in lege gratiæ, obedientia religioſa eſt perfecta obedientia Evangelica tradita à Chriſto D. Sed perfecta obedientia Evangelica non habet terminum magnitudinis juxta illud Chriſti D. Matth. 16. Matth. 16. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum*, ergo obedientia religioſa extenditur ad omnia. D. Baſil. Confirmatur ex D. Baſilio *Regula 6.* ubi ait: *Obedientiam nihil aliud eſſe, niſi ſui abnegationem.*

89. R. Concedendo maiorem, explica do minorem, quod quando obedientia Evangelica eſt abſoluta, & univerſalis, verum eſt, quod tunc non habet terminum; at vero ſi non ſit abſoluta, ſed ſecundum aliquem modum vivendi, tunc vltra talem modum vivendi non extenditur, & ideo ait D. Thomas 2.2. D. Thom. *quæſt.* 104. *art.* 3. *ad* 3. Quod obedientia eſt triplex. Una indiſcreta, quæ tendit ad illicita, alia perfecta, quæ ad perfectionem eorum, quæ ſunt licita, & honeſta ſe extendit. Unde Sancta Thereſia edidit votum faciendi illud, quod intelligeret eſſe perfectius. Tertia differentia eſt eorum, quæ ad votum obedientiæ pertinent, qua ſe Religioſi obligant ad agendum ea, quæ ad obſervationem regulæ ſpectant; ad confirmationem eodem modo eſt reſpondendum.

90. Dico ſecundò. Quòd generalis cum capitulo generali, vel cum maiori parte ſuæ Religionis non poteſt facere novas reformationes. quæ obligent Religioſos jam profeſſos, & non conſentientes in tali reformatione ad arctiorem, & aſperiorem modum vitæ non contentum in regula ſuæ profeſſionis. Hanc concluſionem tenent Vaſquez 1. 2. *diſp.* 154. *n.* 21. Sylveſt. *verb. Relig.* 6. *quæſt.* 6. Suarez *citato loco num.* 10 M. Lezana *tom* 1. *Regul. cap.* 4. *num.* 13. Sanchez *allegatus num.* 18. ubi multos citat, & addidit *num.* 19. ex Angelo, Sylveſtro, Corduba, Tapia, noſtram concluſionem eſſe veram, eſto totum Capitulum Generale conſentiat, nemine diſcrepante, adhuc non obligari alios Religioſos non conſentientes, obligantur tamen conſentientes in tali reformatione, & omnes alii, qui poſtea profeſſionem emiſerint, quia illi profitentur juxta regulam, & conſtitutiones, ut ſunt de facto.

Vaſquez. Sylveſt. Suar. Lezana. Sanchez. Angelus. Sylveſt. Corduba. Tapia.

91. Probatur ratione primò concluſio hic applicata. Probatur ſecundò, quia talis auſteritas, ac vivendi modus, non ſolùm reſpicit ipſos Religioſos in particulari, ut ſingulos; ergo ſut omnes obliget, ab omnibus debet approbari, juxta *regulā* 29. *de regulis iuris, in* 6. Regul juris. *Quòd omnes tangit ab omnibus debet approbari.*

92. Dico tertiò, quod Romanus Pontifex non poteſt obligare Religioſum profeſſum ad arctiorem vitæ modum ſupra regulam ſuæ profeſſionis. Ita Sylveſter proximè citatus *in fine.* Leſſius *lib.* 2. *de juſtitia, cap.* 41. *dub.* 9. *num.* 74. *§. Hinc ſequitur.* Corduba *in expoſitione regulæ S. Franciſci, cap.* 15. *quæſt.* 2. *dict.* 2.

93. Probatur noſtra concluſio, quia Summus Pontifex non poteſt obligare ad omnia opera Concilii, & ad auſterum modum vivendi, verbi gratiâ, ad ſemper jejunandum, ad domandas carnes perpetuo cilicio, ut omnes fatentur, ergo Summus Pontifex non poteſt ad hæc obligare Religioſum hoc non habentem ex regula ſuæ profeſſionis. Antecedens eſt certum: conſequentia probatur, quia peculiaria poteſtas ſuper omnes fideles, quam Summus Pontifex habet in Religioſos, oritur ex voto obedientiæ, quam promittimus Romano Pontifici, tanquam primo capiti, ac ſupremo Generali totius Ordinis, atqui hæc obedientia non eſt omnimoda, ſed limitatè juxta regulam, ergo ultra illam non poteſt aliquid præcipere.

94. Suar. Suarius *citatus tom. de Relig. cap.* 8. *num.* 11. ait, quod Pontifex non poteſt obligare Religioſum ad auſterum modum vivendi ſupra regulam ratione voti obedientiæ, ut ratio concluſionis convincit, ait tamen ratione ſupremæ poteſtatis poterit obligare, quia licèt non poſſit obligare omnes fideles, ut ait ipſe, ad omnia opera Concilii, tamen ratione ſtatus Religioſi poterit obligare, ſi hoc ſit expediens ad ſtatum Religioſum, licèt Ordinariè loquendo hoc non ſit conveniens.

95. Hæc doctrina Suarii, ut ab eo traditur, nobis non placet, quia ſi ratione ſtatus Summus Pontifex poteſt præcipere aſperiorem modum vivendi ſupra regulam, ergo poterit præcipere omnem perfectionem poſſibilem ſtatui Religioſo, quod nemo dicet. Secundò, ſtatus Religioſus eſt ſtatus perfectus habens varios gradus perfectionis, ergo ſufficit, quod homo ſit in aliquo gradu illius perfectionis, ut illi qui habet regulam approbatam à Sede Apoſtolica, unde ſolebat dicere Clemens VIII. Clem. VIII. Religioſum benè obſervantem ſuam regulam canonizari poſſe. Tertiò, poteſtas Pontificis eſt in ædificationem, atqui ſi Pontifex præcipiat notabilem rigorem ſupra regulam, ut omnes ſint Carthuſiani, multi ſpectata fragilitate naturæ ſuæ non poterunt ſuſtinere talem rigorem, etſi deficiant ab ipſo ſtatu Religioſo, & ſic dabitur occaſio ruinæ, & erit in deſtructionem, ergo Pontifex non poteſt præcipere ipſum notabilem rigorem ſuper regulam, poterit tamen præcipere aliquid moderatum ad obſervantiam regulæ, & perfectionem ſtatus religioni, ſi occaſio temporum illud poſtulaverit, in hoc tanquam Prælatus Religionis, ac ſupremum caput Eccleſiæ, ut notat Leſſius Leſſius. citatus, poteſt obligare Religioſum ad acceptandum Epiſcopatum, quod non poteſt Prælatus Religionis.

96. Bonif. VIII. Argues contra concluſionem, quia Bonifacius VIII. & Concilium Tridentinum induxerunt clauſuram omnibus Monialibus, quæ vitam multo auſteriorem reddit, & tamen illam profeſſæ non fuerant; nam ante Concilium exibant à Monaſterio. Secundò; Pius V. Pius V. anno 1567. ſuo Decreto juſſit omnes Franciſcanos Conventuales, & Clauſtrales in Hiſpania viventes ejici à ſuis Conventibus, & tranſire ad aliquem Ordinem ex Mendicantibus, qui multo aſperiorem vitam continent, quam erat eorum priſtina. Confirmatur, quia Pontifex habet plenam auctoritatem in omnes fideles, ergo omnia licita, & honeſta poteſt eis præcipere.

97. Reſpondemus ad argumentum, & ad id, in quo fundatur de Monialibus, quod eis impoſita fuit clauſura perpetua tanquam quid conveniens (ſpectata malitia ſæculi hujus & ut

quid

quid moraliter neceſſarium ad obſervantiam voti caſtitatis, & aliunde egreſſus Monialium à Monaſterio non eſt neceſſarius, ut eſt in Religioſis, qui exeunt ad opera pia, quæ inſerviunt, ac conducunt ad ſalutem animarum; imò addit Sanchez *n.* 43. quod Pontifex poterit ponere aliquam clauſuram Monachis, ut non facilè egrediantur.

98. Ad ſecundum exemplum dic, quod quamvis aliqui dubitarunt de illo Decreto Pontificis, fuit tamen juſtiſſimum, quia illi clauſtrales in Hiſpania degentes, vivebant cum magno ſcandalo, & multa relaxatione, merito ergo Pontifex juſſit eos expelli à ſuis Conventibus, & ad Mendicantes tranſire, quia illud judicatũ fuit valdè convenientiſſimum ad obſervanda tria vota, quæ in profeſſione emiſerant. Ad confirmationem dic, quod Pontifex habet plenam auctoritatem circa omnes fideles quoad obſervantiam legis Dei, non verò ad præcipienda opera Concilii, ut eſt auſterus modus vivendi.

QUÆSTIO VI.

De Religioſo vivente in Religione relaxata.

SUMMARIUM.

100 *Religioſus profeſſus in Religione, cujus regula eſt relaxata legitima præſcriptione non poteſt cogi ad novum reformationem, hæc relaxatio non poteſt dari in votis.*

101 *Relaxatio dupliciter poteſt introduci.*

102 *Si introducta eſt auctoritate Apoſtolica non eſt relaxatio, ſed moderatio.*

103 *At verò ſi talis moderatio eſt nociva, obſervationi regula poterit revocari.*

104 *Quando relaxatio in regula uſu longe introducta eſt, Prælati poterunt reformare, & num.* 105.

106 *Præoccupatur objectio, de profitente in regula relaxata, quia non poterit ad aliud obligari.*

100. SUperat etiam in hac materia explicandum, quod quando Religioſus profeſſus eſt in Religione, cujus regula eſt relaxata, & corrupta, ſtante jam legitima conſuetudine, ac præſcriptione, certum eſt, quod talis Religioſus non tenetur ad rigorem novum, ſicut qui jurat ſtatum alicujus Collegii, quod iam uſu eſt relaxatum, non tenetur ad illius rigorem, ut notat Suarez *citatus num.* 18. Ita etiam & Religioſus in Religione relaxata. Hæc autem relaxatio quoad vota, nunquam poteſt eſſe legitimè uſu introducta, ut advertit Sanchez *citatus num.* 26. quia vota obligant ex jure divino, jus autem divinum nunquam admittit præſcriptionem, ut eſt communis ſententia. Suar. Sanchez.

101. Si verò relaxatio ſit uſu introducta quoad alia regulæ, ut quoad jejunium, cilicium, clauſuram, tunc eſt quæſtio, an Prælati illius Religionis poſſint cogere Religioſos profeſſos in illa relaxatione ad rigorem regulæ primitivæ; & hæc quod dupliciter poteſt procedere: Primò, quando talis relaxatio eſt introducta auctoritate Apoſtolica, & tunc non eſt relaxatio, ſed moderatio antiqui rigoris. Secundò, quando talis relaxatio, jam antiquo uſu introducta eſt.

Dico quartò, quando moderatio regulæ auctoritate Apoſtolica introducta, Religioſi qui profeſſi ſunt regulam taliter moderatam non poterunt compelli à Prælatis illius Religionis, ad ſervandum antiquum rigorem regulæ. Ita Suarius *cit. lib.* 4. *de leg. c.* 8. *n.* 17. Salas *diſp.* 8. *de leg. ſect.* 12. *n.* 58. & 6. Bañe 2. 2. *q.* 104. *artic.* 10. *dub.* 6. Bonac. *diſp.* 1. *de legibus, q.* 1. *punct.* 3. *n.* 18. Probatur, quia ratione voti nemo poteſt obligari ad acceptandum id, quod nec directè, nec indirectè vovit, ſed ille non vovit rigorem antiquum regulæ, nec vivere, aut obedire in illum, ergo non poteſt obligari ad acceptandam talem reformationem. Confirmatur, quia facta moderatione Pontificis, jam regula, quoad illum rigorem eſt derogata, ergo jam non poteſt obligari ad vivendum ſecundum legem derogatam per legitimum Superiorem. 102. Suar. Salas. Bañez. Bonacina.

Advertendum tamen eſt, quod ſi poſtea experientia videatur, quod talis moderatio ſit repugnans fini illius Religionis, quod poterit Pontifex & Prælati illius Religionis renuntiare talem mitigationem, & obligare Religioſos in illa ad vivendum ſecundum rigorem regulæ antiquæ, quia Prælati Religionis poterunt obligare ſuum ſubditum ad vivendum ſecundùm finem ſuæ regulæ, ergo & amputare ea, quæ tali fini repugnant. 103.

Dico quintò, quod quando relaxatio in regula longo uſu introducta eſt, ſi Prælati velint facere reformationem, & regulam ad antiquum rigorem revocare, Religioſus, qui profeſſus eſt in illa relaxatione, tenetur ſtare tali reformationi. Ita multi Auctores, quos citat, ac ſequitur Sanch. *lib.* 6. *Decal. c.* 2. *n.* 35. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 154. *n.* 25. 26. & 27. Reginald. *lib.* 18. *n.* 396. *§. Conſequens eſt.* Azor. *tom.* 1. *Inſtitut. lib.* 15. *c.* 11. *q.* 17. & alii. 104. Sanchez. Vaſquez. Reginald. Azor.

Probatur primò, quia ita factum eſt in multis Religionibus, quæ reformatæ ſunt auctoritate Superiorum. Secundò, quia vovens aliquam regulam, debet eſſe paratus, quantum eſt ex ſe ad bonum regulæ, & Religionis; atqui ad bonum regulæ, ac Religionis maximè conducit, quod pravæ conſuetudines illi adverſantes amputentur, ergo ſi hoc fiat, taliter profeſſus tenetur ſtare tali reformationi. Tertiò, qui ſe ſubjicit alicui regulæ, etiam ſe ſubjicit fini per illam intento, ſed ad conſequendum finem intentum per regulam, maximè conducit, ut regula in integrum obſervetur, ergo ſi hoc fiat, tenetur Religioſus ſtare, ergo qui profitetur aliquam regulam tempore relaxationis, virtualiter ſe ſubjicit reformationi ipſius regulæ ſi fiat, etiamſi ſit homo ſimplex, indoctus, ac idiota, quia talis ignorantia, ut notat Suarez *num.* 19. non excuſat involuntarium, & qui profitetur regulam, virtualiter vult bonum illius. 105. Suarez.

Ex quo ceſſat objectio, quæ hic fieri poterat, quia hic profeſſus eſt regulam, ut ſic relaxatam, ergo non habuit intentionem ſe 106.

vltra ad alia obligandum. Hoc tamen non poteſt dici, quia qui profitetur aliquam regulam, & voluntariè illi ſe ſubjicit, virtualiter vult conſequi finem regulæ, & bonum illius, ergo etiam ſe ſubjicit reſtaurationi regulæ, niſi ipſe, qui profeſſionem emiſerit, habuiſſet limitatam intentionem non ſe obligandi ad alia, niſi tantùm ad illam regulam relaxatam.

Quæstio VII.

Inferuntur multa ex dictis valdè utilia ad varios caſus.

SUMMARIUM.

107 *Prælatus non poteſt cogere ſubditum ad ea, quæ non ſunt ſecundùm regulam, v. g. ad acceptandum Epiſcopatum.*

108 *Prælatus non poteſt præcipere aſperitates perpetuas non contentas in regula bene pro aliqua urgente occaſione*

109 *Quando regula, ſeu Conſtitutio ſolùm obligat ad pœnam; vel veniale non poteſt Prælatus obligare ad mortale.*

110 *Si in aliquo ſubdito multa ſit contumacia, tunc poterit obligari ſub mortali.*

111 *Ob unius, vel duorum culpam non poteſt Prælatus ponere præceptum ſub mortali.*

112 *Prælati Religioſos viventes in Hiſpania non poſſunt cogere ut vadant ultra mare, niſi hoc habeant ex profeſſione.*

113 *Prælatus poteſt cogere ſuum ſubditum, ut audiat confeſſionem, & inſerviat Religioſo peſte laboranti.*

107. EX his inferes. Primò, Prælatum Religionis non poſſe cogere ſuum ſubditum, ad tranſeundum ad Religionem arctiorem, & ſtrictiorem, nec ad acceptandum Epiſcopatum, quia hæc nullo modo ſunt ſecundum regulam, nec pertinent ad ſtatum Religionis, nec fieri Epiſcopum pertinet ad Regularem vitam; & hoc eſt verum eſto in regula dicatur, obediendum eſſe Prælatis, ut dicitur *in regula Minorum, cap.* 10. & *in Conſtitutionibus Societatis, part.* 3. *cap.* 1. §. 23. & *part.* 6. *cap.* 1. Eſt enim ſenſus obediendum in omnibus, quæ ſunt ſecundum regulam. Tamen Summus Pontifex poteſt cogere Religioſum ad acceptandum Epiſcopatum. Ita Soto *lib.* 1. *de juſtitia, quæſt.* 2. *artic* 2. Valentia *ſecunda ſecundæ, diſp.* 10 *quæſt.* 3. *concluſ.* 6. Rodriguez *tom.* 2. *Regular. q.* 19. *art. ult.* Bonacina *loco citato, n.* 18.

Reg. Minor. Conſt. Soci. t. Soto. Valentia Rodrig. Bonacina.

108. Secundò inferes. Quod Prælatus non poteſt præcipere per ſe jejunia perpetua, vel aſperitates corporis non contentas in regula, nec ſubditus tenetur ei obedire, cum hoc ſit ſupra regulam. Dixi *per ſe*, quia in pœnam delicti commiſſi poterit præcipere. Ita Vaſquez *citato loco, num.* 20. Sylveſter *verb. Religio.* 6. *q* 6. Corduba *in expoſitione regulæ S. Franciſci, c.* 10. *quæſt.* 2. *Dict.* 6. Leſſius *lib. de juſtitia, cap.* 41. *dub* 9. *num.* 75. & bene notant Auctores ultimi, quod Prælatus ob aliquam occaſionem, vel neceſſitatem publicam Eccleſiæ, poterit ad tempus præcipere omnibus aliquod jejunium, vel aliquid auſterum, & hoc videtur valdè conſentaneum regulæ.

Vaſquez. Sylveſt. Corduba. Leſſius.

Tertiò inferes, quod quando regula, vel Conſtitutio Ordinis ſolum obligat ad pœnam, vel ſolum obligat ad veniale, non poterit Prælatus etiam Generalis obligare ad illius obſervantiam ſub culpa mortali, quia hoc eſt iam facere novam regulam. Ita Vaſquez 1. 2. *diſp* 154. *cap.* 3. *num* 21. Sanchez *citatus, lib.* 6 *in Decalog cap.* 2. *num.* 46. Salas, Ledeſma, Bonacina, Peirinus, quos citat, & ſequitur Bordonius *tom.* 2. *Reſolut.* 58. *n* 2. *cum ſequentibus.* Leſſius *lib.* 2. *cap.* 41. *num* 74. M. Fr. Anton. à Spiritu Sancto *tom.* 2. *Regul. tract.* 3. *diſp.* 6. *num.* 92. 109.

Vaſquez. Sanchez. Salas. Ledeſma. Bonacina. Bordon. Fr. A ton.

Nota tamen quod quamvis regula, vel conſtitutio non obliget ad culpam, ſed tantum ad pœnam, tamen ſi in aliquo Religioſo detur magna tranſgreſſio, & multa contumacia, vel alia ſimilis cauſa, tunc ſecundum regulam poterit Superior hunc ſub mortali obligare immediatè ad talem obſervantiam. Ita Sanchez, Vaſquez, Ledeſma, Salas, quos referunt citati Bordonius *num.* 4. & Peirinus *de ſubdito, quæſt.* 1. *cap.* 5. §. 3. *Dicto* 2 Leſſius *ſuprà, num* 74. *verſic. Hinc ſequitur* Et ratio eſt, quia in hoc caſu grandis tranſgreſſio, & contumacia, requirunt grande remedium, & pœnam delinquentis, ad obediendum. 110.

Sanchez. Vaſquez. Ledeſma. Salas. Bordon. Leſſius.

Quartò inferes, quod propter unius, vel duorum culpam, non poteſt Prælatus ponere præceptum, quod obliget totam communitatem ſub peccato mortali. Ita Vaſquez 1. 2. *diſput.* 154. *cap.* 2. *n.* 21. Sanchez *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 2. *num.* 46. Ledeſma, Salas, quos citat, ac ſequitur Peirinus *de ſubdito, quæſt.* 1. *cap* 5 §. 3. *dict.* 2. Vivaldus *titulo de ſubdito, Inquiſit.* 1. *num.* 30. Et ratio eſt, quia vita aliquorum relaxata non debet nocere aliis obſervantibus, ut eis injiciantur conſcientiæ laquei, hoc enim ipſis obſervantibus eſt notabile gravamen ſuper regulam, & ideo obedire non tenentur. 111.

Vaſquez. Sanchez. Ledeſma. Salas. Peirin. Vivaldus.

Quintò inferes, quod non poſſunt Prælati, Religioſos viventes in Hiſpania, cauſa converſionis animarum, cogere ut vadant ad Indios, vel ultra mare, niſi hoc habeant ex profeſſione, quia res eſt valdè difficilis, & multis expoſita periculis corporis, & animæ. Ita Leſſius *citatus, cap.* 41. *dub.* 9. *num.* 75. Suarez *citat. cap.* 8. *num.* 6. Sanchez *loco allegato, n.* 47. Rodriquez *citata, quæſt.* 19. *art.* 7. Portel. *verb. Obedientia* 112.

Leſſius. Suarez. Sanchez. Rodrig. Portel.

Sextò inferes, quod Prælatus poſſit cogere ſuum ſubditum, ut inſerviat Religioſo peſte ægrotanti; & quantum ad ſæculares ſi non adſint Parochi, vel Parochiani, non ſufficient, ſi Religioſus eſt Ordine Mendicantium, poteſt cogi à ſuo Prælato, ut audiat confeſſiones peſte laborantium, quia Mendicantes ex jure ſunt coadjutores Epiſcoporum. Ita Rodriguez *tom.* 3. *Regul. q.* 3. *art.* 4. & Sanchez *citatus, num.* 40. 113.

Rodrig. Sanchez.

RESO

RESOLUTIO XLI.

De Libertate, ſeu Immunitate Eccleſiaſtica.

QUÆSTIO PRIMA.

Immunitas Eccleſiaſtica eſt de jure Divino.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia, Eccleſiaſticaque perſonæ, eorúmque bona, ex jure divino ſunt immunes, ac liberæ à poteſtate ſæculari.*

2 *Ita apertè indicant Pontifices, ac Concilia in ſuo modo loquendi.*

3 *Probatur ex facto Ioſeph ac ex verbis Chriſti Domini cum D. Petro in ſolutione tributi.*

4 *Nec obſtat, ſi dicantur, quod aliqui Auctores negent eſſe de jure divino, quia multo plures Auctores ſtant pro noſtra ſententia, & oppoſitam gravi cenſura efficiunt.*
Saltem negari non poteſt, quod hæc noſtra ſententia radicaliter eſt de iure divino. Ibid.

5 *Eccleſia ex jure divino habet poteſtatem acquirendi bona, & oblationes ad ſui fabricam, ac ſuſtentationem ſuorum miniſtrorum.*

1. IMMUNITAS Eccleſiæ tam in perſonis ſuis Eccleſiaſticis, quam in ejus bonis eſt de jure divino, ut eſt communis ſatis ſententia. Almainus *de Eccleſia poteſtate, c.8.* Bellarm. *lib.1. de Clericis, c.28 propoſit 5. & c 29.* Suarez *contra Regem Angliæ, lib.4. c 9* Clavis Regia *lib. 12. c.8. n.6* & alii multi apud ipſos. Et ex Canoniſtis multi, quos citant, ac ſequuntur Rolandus *to 2 conſil 23. n.18.* Farinac. *de Inquiſitione q.8 n.2* Et pro hac ſententia pluſquam triginta Auctores referunt Cevallos *communes contra communes, tom 4. quæſt 510* Diana *to. 1. tract. de immunitate Eccleſiæ. Reſolut. 1* & pro hac ſententia multa, & magna adducunt fundamenta.

Almain. Bellarm. Suarez. Clavis Reg. Roland Farinac. Cevallos. Diana.

2. Et maximè probatur ex modo loquendi Sacrorum Conciliorum Coloni nſe 1 p c 20. ait: *Quod talis immunitas iure pariter divino, ac humano introducta eſt*, & *cap. Quanquam, de cenſibus in 6.* ubi ait Bonifacius VIII. *Eccleſia, Eccleſiaſticæ perſonæ ac res ipſarum, non ſolum jure humano, quin imo & divino à ſæcularium poteſtate ſunt immunes* Et Concilium Trident. *ſeſſ 25. cap 20 de reformatione* ait: *Eccleſia, & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitas Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtituta eſt.* Et ita communiter loquuntur alia Concilia, de quo latè egi *in meo tractatu de immunitate Eccleſiæ § 1.*

Conc. Col. Bonif. VIII. Triden.

3. Deducitur ex multis locis Sacræ Scripturæ. Nam Ioſeph fecit omnem terram tributariam Pharaoni. *Præter terram ſacerdotalem.* Gen. 47. n.22. cum exactores tributi Petrum interrogaſſent. Matth. 17. num. 23 *Magiſter veſter non ſolvit didrachma.* Chriſtus poſtea ut Petrum, in quo repræſentabatur tota Eccleſia, inſtrueret, interrogat. *Reges terræ, à quibus accipiunt tributum, vel cenſum, à filiis ſuis, an ab alienis.* Reſpondet Petrus *ab alienis.* Inde infert Chriſtus, *ergo liberi ſunt filii, ut autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, &c. invenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me, & te* Jubet Dominus dare pro ſe, & Petro, non quia debebant, ut perperã dicunt Hæretici, *ſed ne ſcandalizemus eos*, ad evitandum nempe ſcandalum ut advertit D. Ambroſius *in Annotationibus ad Exod. cap 3.* & ait, *Non debebat filius Dei, non debebat Petrus ſed ne ſcandalizemus, da eis pro me, & te.* Et rectè notat Gloſſa, ut expendi *tom.4. in Evang c.9 q.13. n.98.* Quod eandem monetã, ſeu ſtaterem jubet Chriſtus dare pro ſe, & Petro, ut ſummam unionem cum eo denotaret & Chriſtus erat liber à tributo, utpote verus filius, ut ipſemet Dominus dixit: *Ergo liberi ſunt filii* Et Petrus, in quo repræſentabatur ſtatus Eccleſiaſticus, omneſque Eccleſiaſtici, ut vocati in peculiarem ſortẽ Dei; & quia Chriſtus Dominus dixerat Petro, *Vade da eis pro me, & te.* Intellexerunt Sacri Apoſtoli in Petro eſſe majorem aliquam excellentiam, ut notant D. Chryſoſt. D. Hieron. D. Remigius, D. Paſchaſ. nam ob hanc cauſam immediatè dixerunt Apoſtoli, *In illa hora acceſſerunt Diſcipuli ad IESVM, quis putas major eſt in regno cœlorum.* Matth. 18. n.1. ut latè expendi *tom.4. in Evang cap.10. q.4.*

Gen. 47. Matth. 17. D. Ambr. Gloſſa. Tomus 4. D. Chryſ. D. Hieron. Remig. D. Paſchaſ. Matth. 18.

4. Dicent aliqui, quod quamvis noſtra ſententia ſit multorum Auctorum, tamen multi Auctores tenent, quod non ſit de jure divino, ſed humano. Sed contra pro noſtra ſententia multo plures Auctores pugnant, ut tenent Cevallos, & Diana *citati*, qui pluſquam quinquaginta Auctores referunt, ex quibus multi oppoſitam ſententiã gravi cenſura afficiunt, utpote contra communem modum loquendi Summorum Pontificum, ac Conciliorum, ut videre eſt apud Farinac. *to.1. q.8. n.2.* Deinde ipſimet Auctores contrarii, ut notant Cevallos *in Defenſorio ad Regiam maieſtatem, à q.899. n.107.* Bellarm. *lib.2. de Clericis c 28. 29. & 39.* Suar. *lib.4. contra Regem Angliæ, cap.9. n 6.* Layman *in Theologia Moral. lib.4. tract.9. cap.8. n.1.* fatentur Romanum Pontificem habere poteſtatem immediatè datam à Chriſto. *Quodcunque ligaveris ſuper terram.* Eximendi Eccleſiaſticos, eorúmque bona à poteſtate ſæculari, atqui de facto illa exemit, ut conſtabit ex quæſtione ſequenti, ergo ſaltem radicaliter illa omnia ex jure divino ſunt exempta.

Diana. Farinac. Cevallos. Bellarm. Suarez. Layman.

5. Confirmatur, quia Eccleſia ex iure divino, ac naturali habet poteſtatem acquirendi bona temporalia, oblationes, ac donationes fidelium ad ſui fabricam, ac ſuſtentationem ſuorum Miniſtrorum. Vt colligitur ex *can ultim. 10. q 1.* & ex *can. 1 & cap. 3 Perveniens 16. q.7.* & docent D. Thomas *2.2. q 86 art.2 q.8 n.3.* Alenſ. *2. p. q 53. membr. 2.* Covar. *lib.1. variar. cap.17.* Gutier. *lib.2. quæſtionum Canonicarum, cap.21.* Henriq. *quodlib.4. q.28.*

QUÆSTIO II.

Immunitas Eccleſiaſtica in omni Regno eſt de jure Canonico, & ſolvuntur argumenta cuiuſdam Recentioris.

SUMMARIUM.

6 *Immunitas Eccleſiaſtica eſt expreſſa de Iure Canonico.*

7 *Multis locis iuris probatur, & n. 8.*

9 *Probatur ex factis multorum Pontificum.*

10 *Primum argumentum fundatur in falſa præſumptione, quod Eccleſia habeat multa bona. & n.11.*

12 *Et dato, quod bonis Eccleſiæ ſit Reſpublica extenuata, recurrendum eſt ad Pontificem.*

13 *Secundum argumentum reiicitur, nam facere legem, quod ſubditi non relinquant bona ſua Eccleſiæ, eſt contra Sacros Canones, & damnavit Paulus V. contra Venetianos, n.14. & 15.*

16 *In lege poſitum, ut bona quæ veniunt Eccleſiæ intra annum, vendantur, irrita eſt, & nulla.*

17 *Homines particulares in ſuis bonis poſſunt ponere conditionem, ne eorum bona tranſeant ad Eccleſiam, de eis non loquuntur leges, ſicut de Principibus, & num. 18. & 19.*

20 *Quartum argumentum de aliquibus Regibus, qui ſanguine, ac armis comparaverunt regna. hoc eſt commune omnibus ferè Regibus Chriſtianis, & n.21.*

22 *Inde formatur argumentum pro noſtra ſententia ex prædicatione Evangelica.*

6. LEx, quæ prohibet ne Eccleſia valeat habere bona immobilia, ac data recipere, evidenter pugnat cum jure Canonico, Bartol. Hoſtienſ. Archidiac. Vgolinus, Alexander, Menoch. Mattha, & alii multi, quos citant, ac ſequuntur Barboſa *in Collectanea ad lib.1. Decretal.tit.cap Eccleſia Sanct. Mariæ de Conſtit.n.2.* Surdus *lib.3. conſil.305.n.67.* Cevallos *tom.4 communes contra communes, quæſt.889.* Ægidius Luſitan. *lib.8. Codic. de Sacroſanctis Eccleſiis,part 5 §.2.num.112.* & hi ultimi quatuor Auctores tenent legem Portugalliæ diſponentem, quod Eccleſia non valeat comparare bona immobilia ultra annum, eſſe contra jus Canonicum, ac proinde aliquo privilegio Apoſtolico, munienda ſit.

Bartol. Hoſtienſ. Archidiac. Vgolin. Alexand. Menoch. Borboſa. Cevallos. Ægid. ſi Luſ.

7. Probatur. Primò, quia Principes ſæculares non poſſunt facere leges, ne ſubditi bona ſua Eccleſiis relinquant, necquod Eccleſia ea valeat comparare, ac poſſidere, *cap.1. de immunitate, in C.* Ubi Summus Pontifex Alexander IV. diſponit: *Ne liceat Principibus ſæcularibus ipſas Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, ad diſtrahendum, vel alienandum, aut extra manum ſuam ponendum acquiſita, vel quæ deinceps acquirent aliquatenus coarctare.* Et idem determinavit Concilium Chalcedonenſe *cap. Bene quidem, diſtinct. 6* & idem præcipitur ſub pœna excommunicationis *cap. finali, de immunitate, in 6.* quod latè probat multis Auctoribus adductis Navar. *lib.3.conſil.de immunitate Eccleſiæ, conſil* 2. & ſubdit, quod illi, qui talia intendunt exequi nullo modo poſſunt cenſura eximi.

Alex IV. Concil. Chalced.

Probatur ſecundò, quia omnes leges editæ à Principibus ſæcularibus contra libertatem Eccleſiæ, ſunt nullæ, nulliúſque valoris, nullo modo poſſunt executioni dari; *cap. Adverſus, de immunitate Eccleſiæ, cap. Sancta Maria, de Conſtitut. cap. Decernimus de judiciis, cap. Finali, de rebus Eccleſiæ non alienandis, cap. Noverit, de ſententia excommunicationis. cap Sacroſancta, de elect. cap. Bene quidem, diſt.96. Authentica caſſa, & irrita, Codic. de Sacroſanct. Eccleſ.* & latè probant Gloſſa, Filinus, Abbas, Angelus, Paulus Caſtrenſis, Julius Clarus, Ioannes Andreas, & alii multi, quos citant, ac ſequuntur Barboſa *ad cap. Sanct. Mariæ.* Fagnanus *de juſta ſententia Pauli V. contra Venetos, part. 3. fol. 42.* Surdus *de immunitate, titul.2. quæſt.15. num 61.* Ægidius Luſitan. *lib.1. Cod. de Sacroſanct. part.5. §.2 num.3.* & contrarium magnis cenſuris prohibetur in Bulla Cœnæ *cap.18.* & Concilium Tridentinum *ſeſſ.22.cap.11.de reform.* & *ſeſſ.25.cap.20. de reformat.* 8.

Gloſſa. Filinus. Abbas. Angelus. Caſtrenſ. Clarus. Andreas. Barboſa. Navar. Surdus. Ægid. Bulla Cœn. Tridens.

Probatur tertiò, ex factis. Cum Henriquez Imperator feciſſet legem, ne ſæculares relinquerent bona ſua Eccleſiis, eum graviter redarguit Innocentius III. & ſub anathemate legem antiquare fecit, ſubdens, *Cum hujuſmodi conſtitutio tam divinis, quam humanis ſit legibus inimica.* Anno 1220. refert Abrahamus Bzovius *eodem anno, num. 4.* ſimilem legem fecit Imperator Theodoſius, cum videret Rempublicam pauperem, & bona Eccleſiæ multum creſcere, quam legem, utpote contra libertatem Eccleſiæ revocare fecit. D. Ambroſius refert *l.27. & 28. Codice Theodoſiano.* Et etiam refert Baronius *anno 390. num.9.* & cum Venetiani anno 160. ſimilem legem feciſſent, eam condemnavit, reprobavit, ac annullavit Paulus V. utpote contra libertatē Eccleſiæ, ac Sacros Canones, ut multis documentis referunt citatus Fagnanus, & noſter Carmelita Fr. Marcus de Guadalaxara *Hiſtoria Pontificali, 5. lib. 2 part. 2. c. 1. & 2. in* 9.

Bzovius. D Ambr. Paulus V. Fagnanus. Guadal.

Ponuntur argumenta cuiuſdam recentioris.

Sic argumentatur. Princeps ob bonum commune ſuæ Reipublicæ, abſque ullo odio in Eccleſiam poteſt facere legem ex convenienti ratione, ut ejus ſubditi ſua bona non relinquant Eccleſiis, ac Monaſteriis, ut tenent Tiraquell. Calder. Aymon, Alciatus, Covar. quos citant Caldas Pereira *ad tit. empt. & vendit. n.36.* Cabedo 2. *part. deciſion.* 115. Cum ergo in multis partibus redditus Eccleſiarum, ac Monaſteriorum ſint valdè pingues, & largiter ſufficiant ad ſuſtentationem, & aliunde Reſpublica ſit debilitata, ac extenuata in bonis, videtur conveniens, quod Princeps ponat limitem in acquirendis bonis ab Eccleſia. 10.

Tiraquel. Calderius. Aymon. Alciatus. Covar. Cald. Beret. Cabedo.

Reſpondetur, quod argumentum nullam vim habet. Primò, ut argumentatur Cardin. Bellarmin. *contra Venetianos.* Talis lex non eſt neceſſaria ad conſervationem Reipublicæ, 11.

Bellarm.

nec

Digitized by Google

nec in Italia, nec Germania, nec Gallia, nec in Hiſpania, ergo nec in illo Regno; inde inferr Cardinalis Bellarm. quod ſit de jure Gentium, ac omnium nationū non prohib. re Eccleſiis, ut valeant bona comparare. Secundò, falſum eſt id, quod dicitur nempe, quod Eccleſiæ, ac Monaſteria, in Italia, Gallia, ac Hiſpania ſint valdè opulenta, & multis abundent: nam ordinariè loquendo ſūt in magna paupertate, & multis indigēt, & Monaſteria multas neceſſitates ſuſtinēt, ut facta bona inquiſitione conſtabit; & lex, quæ fundatur in falſa præſumptione, falſa, & nulla eſt, ut tenet communiter Baldus, Panormitanus, Filinus, Navarrus, Covar. & alij innumeri, quos citant, ac ſequuntur Soto *lib. 1. q. 6. art.* & *in 4. diſt. 22. q. 1. art. 3.* Suar. *3. de leg. cap. 23. n. 9.* Clavis Regia *lib. 3. cap. 7. num. 8.* Lorca *de leg. diſp. 21. ad finem.*

Panormit. Felinus. Navarr. Covar. Soto. Suar. Clavis Reg. Lorca.

12. Secundò, dato caſu argumenti, quod Reſpublica minuatur, cum bonis, quæ ab Eccleſia acquiruntur, nunquam Principibus licet talia ſtatuta facere, ſed debent recurrere ad Romanum Pontificem, ei ſuas rationes exponendo, ut docent Paulus Caſtrenſis *l. fin. Codic. de Sacroſancta Eccleſ. num. 6.* Angelus *l. filius familias. §. Divi, ff. de legatis, 1.* Iulius Clarus *lib. 5. Receptar, §. finali, quæſt. 81.* Bellarminus *lib. 1. de Clericis, cap. 27.* Cevallos *communes contra communes, quæſt. 899.* Et hæc doctrina procedit in tam vehementi caſu, quod etiam in gravi neceſſitate, ſi ipſa temporis ſpatiū concedat Princeps ſæcularis non poteſt ſine recurſu ad Pōtificem, impedire, ac ſumere bona Eccleſiaſtica, ut docent idem Cevallos *citata, quæſt. num. 193.* Matheſilan. *ſingular. 110. nu. 8.* Surdus *de Alimentis, tit. 2. quæſt. 15. n. 61.* Lapus *allegat. 92. num. 7.* Suarez *contra Reg. Angliæ, cap. 36. num. 6. & 8.* Valenzuel. *contra Venet. op. 11. & 47.* Auctores vero allegati in argumento pro contraria ſententia loquuntur in caſu diſpari, ut notat Ægidius Luſit. *n. 7.* & videntur ſignificare de hac re ſupplicandum eſſe à Pontifice.

Paul Caſtr. Angelus. Clarus. Bellarm. Cevallos. Cevallos. Matheſil. Surdus. Lapus. Suar. Valenzuel. Ægid.

13. Secundò, ſic argumentatur. Non repugnat libertati Eccleſiæ, quod Princeps faciat legem, qua prohibeat, ne ſubditi ſui relinquant ſua bona Eccleſiis: nam talia bona ſunt in manu, ac poteſtate ſæculariū, ac proinde ſunt ſubiecta Principi, ac ejus legi. Deinde Princeps poteſt facere legem, quod ſi ejus ſubditi velint relinquere bona ſua Eccleſiis hoc valeant facere, ea tamen conditione, ut Eccleſia talia bona intra certum temporis ſpatium, verbi gratiâ, intra annum, vendat, ſeu à ſe aliena faciat: nam talia bona trāſeunt ad Eccleſiam affecta hoc onere, & inde videtur, quod Eccleſia ſit aſtricta ad tale onus quod videtur deſumi ex *l. ſi convenerint, 8. §. ſi fundus, ff. de pignor. & act.* & ex *l. ſi debitor 12. Cod. de diſtract. pignor.* Bartol. *l. Reſcripto, §. ſciendum, n. 5. ff. muner. & honor.* Iaſon *l. Placet, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. n. 71.* Baldus, Decius, Guillelmus, Valaſcus, Caldas Pereira, quos refert Gabriel Pereira *manu Regia, cap. 67. n. 16.* & hoc argumentum exiſtimat habere magnam vim.

Bartol. Iaſon. Baldus. Decius. Guillelm. Valaſcus. Cald. Pereir.

14. Argumentum nullius eſt valoris, ac momenti apud nos Catholicos Romanos: nam totum quod aſſumit, eſt contra ſacros Canones, ac Decreta Romanorum Pontificum: nam quod ait, etſi repugnat libertati Eccleſiaſticæ, facere legem, ut dimittant bona acquiſita, non tamen repugnat tali libertati facere legem, ne amplius alia bona acquirat. Hoc apertè contrariatur *cap. de immunitate Eccleſiæ* ubi expreſſè Alexander IV. ut jam retuli *ſupra, n. 7.* prohibet, ne Principes faciant legem, qua prohibeant, ut Eccleſia non habeat *bona jam acquiſita, vel deinceps acquirenda.* Nota verbum *Deinceps acquirenda.* Et *cap. finali eodem Titulo*, ubi ſub pœna excommunicationis prohibentur Principes edere legem, qua cogantur Eccleſiaſtici *bona obtenta vendere, vel emere de futuro.* Et in hac conſequentia procedunt omnes Textus adducti primo, & ſecundo fundamento.

Alex. IV.

15. Id verò quod ait, quod Principes poſſunt facere legem, ne ſubditi ſui relinquant bona ſua Eccleſiis, hoc expreſſè repugnat cum citatis textibus; & talem legem fecit Henricus Imperator, ut jam dixi *ſupra, n. 9.* eam damnavit Innoc. III. & ſub cenſuris eā fecit revocare. Similem legē fecit Theodoſius Imperator, & D. Ambroſ. eum coēgit talem legem revocare, & hac noſtra ætate ſimilem legem fecerunt Venetiani, & Summus Pontifex Paul. V. eam damnavit. Venetiani fecerūt legem contra libertatem Eccleſiæ, quæ quinque capita habebat, ad quæ omnia reducebantur: & Tertium Caput erat, ne ejus ſubditi relinquerent bona ſua Eccleſiis, quæ res magnam controverſiam excitavit inter Sanctam Sedem Apoſtolicam, ac illuſtrem Rempublicam Venetam, & multis factis tractationibus cum Viris Doctoſſimis, ac Vniverſitatibus Salamanticæ, Complutenſi, Pariſiorum judicatum fuit unanimi conſenſu talem legem eſſe contra Sacros Canones, ac libertatem Eccleſiæ, & ſic talem legem reprobavit, damnavit Paulus V. & Venetiani compulſi ſunt cenſuris talem legem revocare, ut tanquam filij obedientes Eccleſiæ fecerunt per publicum edictum die 22. Auguſti anno 1607. ut referunt noſter Carmelita Guadalajara *in Hiſtoria Pontificali, 5. part. lib. 3. cap. 1. §. En aver recebido* Fagnanus *de iuſt. ſententia Pauli V. contra Venet. part. 1. fol. 41. & 42.*

Innoc. III. D. Ambr. Paul. V. Guadalajar. Fagnanus.

16. Ad id verò quod ait, quod talia bona tranſeunt ad Eccleſiā cum illo onere, ut intra tale tempus vendātur, & alienentur, tale onus non ponitur in illis bonis prout ſunt in manu ſæculariū, ſed in manu Eccleſiaſticorum, ut bene notat Fragoſus *de poteſtate Eccleſiæ, part. 2. cap. 6. num. 22.* Deinde hoc apertè repugnat cum *cap. 1. de immunitate*, ubi Alex IV. *Ne liceat Principibus ſæcularibus ipſas Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, ad diſtrahendum, vel alienandum, aut extra manum ſuam ponendum acquiſita, vel quæ deinceps acquirent*; & hæc, & ſimilia ſunt quædam fraudulentia contra Sacros Canones, quæ maximè reprobantur *c. Quanto, de Privil.* & latè probant Panorm. Bartol. *l. filiusfamilias, §. Divi ff. de legatis 1. n. 12.* Alexander *volum. 2. conſil. 211. n. 7.* Suarez *contra Reg. Angliæ, lib. 4. c. 33. n. 6.* Mattha *de juriſdict. part. 4. centur. 1. caſ. 6. n. 16.* Durandus *in Bulla Cœnæ, lib. 2. Can. 15. q. 19. num. 85.* Ægidius Luſitan. *lib. 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſia, part. 5. §. 2. num. 4.*

Fragoſus. Alex. IV. Panorm. Bartol. Alexand. Suar. Mattha. Durand. Ægid. Luſit.

17. Argumentantur tertiò particulares homines Reipublicæ abſque eo, quod contradicat libertati Eccleſiaſticæ, & abſque ulla licentia Romani Pontificis, poſſunt diſponere de rebus ſuis, ſive in teſtamento, ſive in donationibus, clauſula appoſita, ut nunquam hujuſmodi bona, ad Eccleſiam, ſeu Monaſteria, ſeu perſonas Eccleſiaſticas devoluant, ut de facto dantur multi majoratus in Hiſpania, ac Portugallia, tali conditione affixa, & talis donatio, ſeu inſtitutio eſt valida cum ſit facta abſque odio Eccleſiæ, ut tenet Covar. *lib.* 1. *Reſolu. cap.* 1. Decius *conſ.* 416. Rippa *l ex facto* §. *ſi quis Rogatus. ff ad Trebellian. num.* 38. Fernandus Arias *l.* 15. *Tauri, n.* 64. Rubius *in Repetitis, Rubrica de donation. inter virum, & uxorem,* §. 16. *num.* 4. Molina *to.* 3. *tract.* 2 *diſp.* 27. *ad fin.* ergo videtur etiam quod Princeps abſque eo, quod contradicat Eccleſiæ libertati ſine licentia Summi Pontificis poteſt prohibere ne bona immobilia veniant ad Eccleſiam.

Covarr. Decius. Rippa. Arias. Rubius. Molina.

18. Reſpondetur primò, quod non valet argumentum de caſu comprehenſo in lege, ad caſum in illa non contentum, & maxime in materia odioſa, ut latè probat Filinus *in Proœmio Decreti.* Anton. Gomez *in* §. *ex maleficiis. n.* 13. *inſtitut. de action. omnium Iudicum, n.* 47. Franciſcus Coſeius *repetitione in Capitulum Tranſlato, n* 50. Caſtro *lib.* 1. *de poteſtate legis, cap.* 71. *documento* 3. Rebellus *de obligatione Iuſti. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 6 *&* 7. Clavis Regia *lib.* 3. *c.* 8. Salas *diſp.* 21. *ſect.* 13. Sacri autem Canones diſtrictè, ac expreſsè præcipiunt, ne Principes, ac Magiſtratus ſæculares impediant Eccleſias acquirere bona, nec etiam impediant, ut eorum ſubditi ſua bona relinquant Eccleſiis, inde non eſt formandum argumentum ad homines particulares, de quibus leges non loquuntur. Sit exemplum *cap. finali, de immunitate, in* 6. ſub pœna excommunicationis mandatur Principibus, ac Magiſtratibus, ne ita diſponant, ut ſui ſubditi Clericis, aut perſonis Eccleſiaſticis non vendant aliquid, nec molant triticum, nec panem coquant, & tamen ſi homo particularis hoc præſtiterit, & noluerit aliquid vendere Clerico in nullam cenſuram incidit, cum de ipſo lex non loquatur.

19. Deinde eſt diſpar ratio in Principe, ac in homine particulari: nam homo particularis habet plenarium dominium ſuorum bonorum, ut ad ſui beneplacitum valeat de eis diſponere, niſi interveniat aliqua lex repugnans, & ideo Pater non poteſt filium privare ab hæreditate, ut cum multis notat Molina *de Primogenit. cap.* 13. At verò Princeps habet altum, & ſublime dominium in ipſis bonis prout reſpiciunt bonum commune Reipublicæ, illiuſque membrorum, atqui Clerici, & Religioſi (quamvis habeant aliquas exemptiones) ſunt Reipublicæ membra, & inde eis fit magna injuria, ac gravamen, ſi priventur ſuo jure, ac ab acquirendis bonis, quæ eis obveniunt, vel ad eos pertinent, ut tenent Decius *cap Eccleſia. Sanct. Mariæ de Conſtitut. num.* 3. Caſſanatus *de conſuetud. Burgundiæ,* §. 10. Alexander *volum.* 2. *conſil.* 211. *num.* 7. Ægid. *Luſitan. leg.* 1. *de Sacroſanct. Eccleſ p.* 5. §. 2. & alii.

Molina. Decius. Caſſanatus. Alexand. Ægid.

20. Quartò, argumentatur Caldas Pereira *ad titulum emption. ac venditionis, cap.* 18. *num.* 35. quod Reges Portugalliæ ſuum Regnum, illiúſque terras acquiſiverunt, ac comparaverunt, armis, & ſanguine; & hac de cauſa majorem, & ampliorem habent juriſdictionem tanquam datam à Summis Pontificibus, quam cæteris Principes.

Caldas.

21. Hoc argumentum nihil probat, nam quamvis Summi Pontifices magna liberalitate multa conceſſerint Sereniſſimis Regibus Portugalliæ ob eorum eximium zelum in fidem Catholicam, non inde ſequitur quod ipſi valeant facere legem prohibentem, ut ſubditi eorum ne relinquant bona ſua Eccleſiis abſque privilegio Apoſtolico. Secundò, id quod aſſumit in argumento militat in omnibus ferè Regibus, ac Principibus Chriſtianis ferè omnes omnia regna ſua comparaverunt armis, & ſanguine; ſic Reges Caſtellæ, Aragoniæ, ac Barcellonæ fortiter pugnaverunt contra Maurorum exercitus, qui aliquando fuerunt tam copioſi, ut eſſent ferè ducenta millia hominum, & ſæpè viſus eſt D. Iacobus Apoſtolus in equo candido diſtricto gladio pugnans pro Chriſtianis, quæ magnæ victoriæ in multis Hiſpaniarum Eccleſiis celebrantur. Hiſtoria generalis Hiſpaniæ *folio* 308. *n.* 44. & *fol.* 632. *n.* 34. Sic & Germaniæ Imperatores magnis, ac duriſſimis bellis contra infideles, ut videre eſt ex Conſtantino Magno uſque ad præſens tempus apud Baronium, & Abrahamum Bozium, ſic & Sereniſſimi Reges Galliæ perpetua pugna contra Hæreticos, & Infideles, & Sereniſſimus Rex Ludovicus XIII. an. 1622. magno exercitu, magnáque obſidione mari, terráque expugnavit, ac devicit Arrochelam, ſentinam, ac receptaculum omnium Hæreticorum, per tot annorum ſæcula inexpugnabile, eámque ſubjugavit ad Eccleſiam Catholicam, ſic & Sereniſſimi Reges Poloniæ, Vngariæ, ut patet ex eorum Annalibus, & referunt per ſingula tempora Baronius, Bozeius, Gadalaixa.

D. Iacob. Hiſtor. Hiſp. Baron. Bozius. Lud. XIII. Gadalaixa.

22. Ex quibus validum formo argumentum contra adverſarios. Infideles in ſuis bonis, & terris habent legitimum jus, & dominium, à quo non poſſunt expoliari à Principibus Catholicis, niſi titulo prædicationis Evangelicæ: nam Chriſtus Dominus dedit hanc poteſtatem ſuæ Eccleſiæ prædicandi Evangeliũ in toto orbe, ſic enim ipſe dixit ſuis Apoſtolis, Marc. 16. n. 15. *Euntes in mundũ univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ.* Cum autem Mauri, ac Infideles nollent admittere prædicatores Evangelicos, inde Reges, ac Principes Chriſtiani tanquam miniſtri Eccleſiæ Dei, ex poteſtate ei facta à Chriſto Domino habent jus, ut Reges Infideles valeant expoliare, ac ejicere à ſuo Regno, ac dominatione, ut prædicatores Evãgelii introducantur, & ab omni moleſtia, injuria, ac gravamine cuſtodiantur. Et hæc eſt communis ſententia Theologorum. Ita Caietan. 2. 2. *q* 10. *art.* 8. Maior *in* 2. *diſtinct.* 44. *quæſt.* 2. Soto *in* 4. *diſt.* 5 *quæſt. unica, artic.* 10. Victoria *Relect.* 1. *de indiſc.* 2. *part. num* 2. Suarez *de fide, diſp.* 18. *ſect.* 3. *n.* 7. *&* 8. quod optimè colligunt *cap. Sextum q.* 8. Si ergo regnum comparatũ, ac acquiſitũ fuit titulo miniſtrorum Evangelii,

Marc. 16. Caietan. Maior. Soto. Victoria. Suar.

quo

quomodo ergo fieri poteſt, ut ipſi miniſtri Evangelici priventur debita, ac convenienti ſuſtentatione ex ipſo regno, quod eorum intuitu fuit obrentum; nec valet dicere ut annis elapſis aliqui dixerunt, quod ad talem ſuſtentationem ſufficit ſtipendium Miſſæ, quod eſt valdè tenue, & maximè hodie, cum res uſuales magno pretio excreverint.

23. Gabriel. Peteira. His, & aliis fundamentis Gabriel Peteira *manu Regia, tom.* 1. *cap* 67.*n*.9. intendit probare legem Portugaliæ prohibentem, ne Eccleſia aliqua bona immobilia denuo acquirat ſine Regis licentia non eſſe contrariam iuri Canonico, nec ſacris Canonibus repugnare, & cum non potuiſſet habere patrocinium in aliquo textu ad ejus patrocinium ad aliquas rationes, ac congruentias frivolas, recurrit, indeque meritò contra ipſum inſurgunt, ac graviter arguunt Diana *to* 2. *tract*.2. *de immunitate Eccleſia, Reſol*. 13 Angnianus *de legibus, diſput*. 32. *ſect*. 3. *n*. 2. Fragoſus *de poteſtate Eccleſia, part*. 2. *cap* 6 *num*. 2. Fagnan. Valenſuela, Ægydius Luſitant. *cit*. & cum ego eſſem procurator Apoſtolicus, ad immunitates Eccleſiaſticas in Regali Curia Madriti an. 1636. mihi ſæpè dictum fuit à Viris Doctiſſimis, ac profeſſoribus utriuſque juris in Academia Salmanticenſi, ac Compiutenſi non eſſe conterendum tempus, nam evidenter lex erat contra jus Canonicum, ſolum de privilegio Apoſtolico an daretur, erat tractandum, & inquirendum.

(Margin: Diana. Angian. Fragoſus. Fagnan. Valenſuelo. Ægid. Luſit.)

Quæstio III.

De lege Portugalliæ prohibente ne bona immobilia comparentur ab Eccleſia ultra annum ſine Regis licentia?

SUMMARIUM.

24 *Motivum ſcribendi hunc tractatum.*

25 *Reges Portugallia utraque manus dextera & Rex Sebaſtianus filius obedientiſſimus Eccleſia vult nominari.*

26 *Reges Portugallia ſummo zelo ad fidem Catholicam propagandam.*

27 *Luſitani euntes in Indiam, prædicantes Chriſti fidem miſſi à Regibus Portugalliæ vaticinantur ab Iſaia.*

Epiſtolæ, quas Reges Portugallia mittebant in Indiam ad gubernatores, ad propagandam fidem vaticinantur ab Iſaia Propheta, ibid.

28 *Reges Portugallia maximè ſolliciti de bono ſui Regni.*

29 *Alphonſus Rex fecit legem de bonis denuo non acquirendis ab Eccleſia, reprobat Honorius III.*

30 *Sanchius perſiſtit, & deponitur è Regno.*

31 *Alphonſus Gomez Bolonia, creatur Regni Gubernator poſtea factus Rex juramento, non ſtat, & n.32.& 33.*

34 *Moritur Rex, Alphonſus inſigni pietate, ac obedientià in Eccleſiam Catholicam, quam ſemper habuerant Reges Portugallia, & num. 35.*

36 *Dionyſius Rex facit concordiam cum Papa Nicolao IV. & numero 37. & 38.*

39 *Urbanus VIII. ſeverum diploma dat in hac re.*

40 *Maximè laudandus Rex Ioannes IV. ob ſummam ejus obedientiam in Eccleſiam Catholicam, & n 41.*

CVm hæc lex eſſet jam valdè à tempore antiquo, & ejus executio quieſceret, tamen magno ardore res renovata eſt anno 1635. uſque ad annum 1639. cum multa bona ab Eccleſia auferrentur, generoſo, ac forti animo reſiſtit vir illi præclariſſimus Apoſtolicus Illuſtriſſimus Dom. Alexander Caſtracani Eſpicopus de Nicaſtro Apoſtolicus collector Regni, cenſuris impoſitis, multis habitis conſultationibus, tandem viſum eſt, ut Apoſtolicus Procurator de hac remitteretur ad Regalem Curiam *Madriti*, & factâ conſultatione cum Prælatis Religionum, ego omnium minimus ad tantum negotium fui electus, & multis mihi datis monumentis tam ex Archivio Romano Vaticano, quam ex Archivio Vlyſipponenſi, vulgò *Torre de Tombo*, quam ex Archivio ſanctæ Sedis Bracharenſis, ac Vlyſipponenſis edidi amplum tractatũ cùm viginti duobus Brevibus Apoſtolicis, qui tractatus manuſcriptus habetur in noſtra Bibliotheca Vlyſippon. & facit juſtum volumen, illiuſque facti fuit pluſquam quadraginta tranſumpti manuſcripti ab omnibus ferè Religionibus, ac à multis viris doctis, hic tantum facio veluti quoddam reportorium tam de his, quæ in hac re contigerunt, quam de Brevibus Apoſtolicis circa hanc materiam editis à Romanis Pontificibus, notatis locis, ubi habentur, & videri poſſunt, nihil de meo addens, ut ita inſerviam multis viris doctis, ut apprimè ſciant, & agnoſcant veritatem; cætera verò, rationes, fundamenta, ac ſolutiones adverſariorum, remitto, ad meum tractatum. 24. Alexander, Caſtracani.

De noſtris ſereniſſimis Regibus Luſitaniæ dicam hic quod dixit Mag. D.Ambroſius de ſuo præclariſſimo Imperatore Theodoſio, qui veluti ſtrenuiſſimus Dux. *Quod utraque manu pro dextera utebatur*. Iudic. 3. num. 15. ſic & ille ſcilicet Theodoſius *una manus dextera erat ad cuſtodiendam, augendam, ac venerandam Eccleſiam. Altera manus illi dextera erat ad ſui imperii munimen cum benignitate, ac Clementia erga ſubditos.* Hac utraque manu dextra maximè inſigniti fuerunt noſtri Sereniſſimi Reges Portugalliæ, una manu dextera ad augendam, ac cuſtodiendam Eccleſiam Catholicam, eique in omnibus obediendum, quòd maximè, ac inſigniter apparet in Sereniſſimo noſtro Rege Sebaſtiano, qui primus inter omnes Reges Reipublicæ Chriſtianæ extitit, qui in publico conſiſtorio Vlyſippone facto, & publico juramento præſtito Sacrum Concilium Tridentinum acceptavit, ejuſque obſervantiam ab eo in omnibus habendum, ſicque edicto Regiò præcepit per totum Regnũ publicari; ut ab omnibus maximè ita obſervaretur, cujus rei cauſa Pius V. Summus Pontifex ei multũ gratulatur quodam indulto, ac Brevi, *Chariſſime in Chriſto* datum die 5. Ianuarii 1670. & inde ipſe Pontifex per Epiſt. quærit à noſtro Rege Sebaſtiano ob tot 25. D Ambroſ. Iudic. 3. Seſtbaian. Pius V.

menta in Eccleſiam Catholicam, quoniam
agnomine velle inſigniri, nam Reges Hiſpaniarum Catholici Gallorum Chriſtianiſſimi
dicebantur, reſpondet Sereniſſimus Rex,
nulla alia nomenclatura ſe velle nominari,
niſi tantum filium obedientiſſimum Eccleſiæ. Refert Vaſconcellos *de Regibus Portugalliæ.*

Vaſconcel.
26. Hæc fidei generoſitas ſemper maximè reſplenduit in noſtris Portugalliæ Regibus, ut
in Sereniſſimis Principibus Emmanuele, ac
Ioanne Tertio, qui frequenter ſcribebant
ſuis gubernatoribus, ac Proregibus Indiarum, ac Braſilienſium, ac aliarum partium,
quod potius cogitarent de amplianda, ac dilatanda Chriſti fide, quam de ejus dominatione amplianda. Frequenterque dicebat Ma-
Ioannes III. gnificus Ioannes Tertius ſe maximè eſſe ſolicitum in India, Braſilia, cæteriſque partibus
debellandis, ac ſubjungandis, ut ibi omnium
colla ſubmitterentur Eccleſiæ Romanæ, quam
quod ſuo obtemperarent imperio, & ut ibi
potius victricia Chriſti trophæa erigerentur,
quam quod ſua vexilla ibi collocarentur, ut
Andrade. ſcribit Franciſcus de Andrade *in chronica de
Rege Ioanne Tertio part. 2. cap.* 15. unde pleno
ore, & alta voce noſtros Sereniſſimos Portugalliæ Reges dicam Miniſtros, & coadjutores
D. Auguſt. Apoſtolorum, ait D. Auguſtin. lib. 3. confeſſionum cap. 4. *Qui Chriſti fidem ſeminant per
orbem, miniſtri, ac coadjutores ſunt Apoſtolorum.* Tales fuerunt noſtri Sereniſſimi Reges;
nam in Europa expulſis Mauris in Regnis
Portugalliæ, & Algarbiorum, per ipſos nomen Chriſti eſt exaltatum; in Aſia ſexaginta
duos Reges ad fidem Chriſti ſubjugarunt: ſic
& in America, in Regno Braſiliæ per ſpatium
700. Leucarum gentes ad fidem Chriſti adduxerunt: in Africa, Septa, Tangere, Mazagam Chriſti nomen portaverunt; merito ergo
noſtri Reges dicendi ſunt miniſtri, ac coadjutores Apoſtolorum ſecundum Divum Auguſtinum.

27. Imò noſtri Magnifici Reges Luſitani, in
expeditione ad Indiam, videntur vocari ab
Iſai. 18. Iſaïa Angeli veloces, ait Propheta c. 18. n. 1.
*Væ terra cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina
Æthyopiæ, qui mittit in mare legatos in vaſis
papyri ſuper aquas. Ite Angeli veloces ad gentem
convulſam, & laceratam ad populum terribilem.* De noſtris Luſitanis vaticinatur Iſaias, ut
Rebellus. exponunt, ac interpretantur Rebellus, *de obli-
Lucena. gat. juſtitiæ lib.* 18. *quæſt.* 23. Ioannes Lucena
Beneda. *in vita Sancti Xaverii lib.* 5. *c.* 21. Peneda *de
Freites. Rebus Salomonis lib. 4. cap.* 14. §. 3. Seraphinus
Freites *de juſto imperio Aſiatico c. 4. num.* 8. latè
Malveda. Malveda *lib.* 13. *de Antichriſto c.* 12. §. *cæte-
Solorzan. rum pagina* 131. Solorzanus *de jure Indiarum,
tom. 1. lib. 1. c.* 15. *num.* 21. ait Propheta, *væ
Forerius. terra.* Forerius legit: *Heu terra* nam *væ* in
ſcriptura non ſemper ſignificat lamentatio-
Sanchez. nem, ſed etiam ut notant Sanchez, Corne-
Cornelius. lius, aliquando eſt verbum exhortationis ad
Luſitanos, tanquam exhortans loquitur Propheta, & magna emphaſi appellat *terra cym-
Septuag. balo alarum*; ſeu ut vertunt ſeptuaginta
Chaldæus. *Navium alarum.* Chaldæus; *in navibus de
terra,* ac ſi dicat Propheta ô gens terræ Luſitanæ, valdè perita arte navigandi in navibus
per mare, quarum velà ventis impulſa ſonitum cymbalorum imitantur, vel inter navigandum inſtar avium volantium perſtrepunt,
ad hunc modum legunt Symanchus: *Sonitus* Symanch.
alatus. Vatablus, *inumbrantis alis.* Pagninus Vatabl.
legit, *umbra alarum*, quia navis dum exten- Pagnin.
ſis velis navigat, quandam umbram, ac ſimilitudinem avium alarum efficit. Subdit Propheta: quæ eſt *trans flumina Æthiopyæ*; nempe
in valle remota, ac diſtanti regione, *mittit
legatos in mare.* Dei impulſu, ac nutu *in vaſis
papyri.* Talis enim dicebatur materia, quæ
erat ſpecies quædam de junco, ex qua naves
olim fiebant, ut tradunt Herodot *lib.* 1. Pli- Herodot.
nius *lib. 6. cap. 22. & lib. 7 cap.* 53. Strabus Plinius.
lib. 17. Solonius *c. 5. & 6.* & ſic canit Lucanus Strabus.
lib 4. Solonius.
Lucanus.

— Sic cum tenet omnia Nilus.

Conſeritur bibula Memphitis cymba papyro.
Ait Propheta *Mittit legatos in mare.* Ipſos
nempe prædicatores Evangelicos, quos exhortans Iſaias ait. *Ite Angeli veloces.* Vos
nempe prædicatores Luſitani. *Ite* tanquam
Angeli veloces ad conculcandum tam longum maris ſpatium. Et cum ait, *mittit legatos
in mare*: ad Reges Luſitaniæ dirigit ſermonem, qui ipſos prædicatores, tanquam Angeli ſuperiores mittebant. Et ubi noſtra vulgata Septuag.
habet *mittis in vaſis papyri* Septuaginta, & Reg. 2.
Regia legunt *Epiſtolas papyracias* quas noſtri
Reges mittebant ad Gubernatores Indiarum,
ac Braſilienſium ad erradicandam idololatriam, & ad plantandam, dilatandam, ac
propagandam Chriſti fidem. Et ſubdit text.
Ad gentem convulſam, & dilaceratam, & populum terribilem. Vatablus in ſcholis, id eſt Vatabl.
Indios, & quamvis Propheta eos non nominat, moribus tamen depingit. *Ad gentem* Pagnin.
convulſam. Pagninus, *ad gentem expilatam,*
ut pote omni dictamine, ac judicio naturali,
nam bruta animalia, ut elephantes, ſimias
pro Deo adorabant; *dilaceratam.* Pagnin. Pagnin.
gentem lineatam. Forerius *gentem linea*, nam Forerius.
ob calorem terræ, veluti lacerata veſte, & linea, tanquam nudo corpore incedunt. *Popu-
lum terribilem.* Seu ut legunt ſeptuaginta *po-* Septuag.
pulum peſſimum. Syriacus, *populum fœdum*; Syriacus.
nam ita ille populus erat terribilis, peſſimus,
ac fœdus, ut humanas carnes manducarent,
humanum ſanguinem biberent, & illis paſcerentur. Sed lux Evangelica exorta per prædicatores Luſitanos, ita emutantur ut qui erant
dæmonum mancipia, fiant filii Dei Iesu
Christi, ac hæredes Regni cœlorum ex
quibus quamplurimi præclariſſimi, ac ſanctiſſimi viri prodierunt: multi inclyto, ac illuſtri
martyrio per varia tormentorum genera Laureati, alii in omni virtutum genere mirificè ſe
exercentes floruerunt. Ita ut de quibuſdam
faciat mentionem Martyrologium Romanum, ac aliquæ Sacræ Religiones de eis feſtum celebrant.

Alteram manum dexteram habuerunt no- 28.
ſtri Sereniſſimi Reges Portugalliæ erga ſuum
Regnum, illud Deo favente ex poteſtate Sarracenorum magnis partis victoriis comparaverunt, præclaris triumphis ab invadentibus hoſtibus illud cuſtodierũt, valdè glorioſè
debellantes omnes ejus adverſarios, indeque
egreſſi victoricia Luſitanica trophæà, per omnes quatuor orbis partes portaverunt, ac glorioſè extulerũt. Unde Ioannes Freire inſignis Freire.

Poeta

Digitized by Google

Poëta loquens cum Luſitania obtinens qua-
tuor orbis partes ſic canit.
Si plures eſſent potuiſſent vincere plures.
Non capitur brevibus gloria tanta locis.
Ex in his, ac cæteris omnibus ſummam beni-
gnitatem, ac clementiam erga ſuos Vaſſallos
Inno.III. declarantes, ac oſtendentes, ita ut diceret
Rex Ioannes III. quod ſuos clientes, non
ut ſubditos, ſed ut filios chariſſimos, ſemper
habebat in corde, ut teſtatur Andrade de
rebus Ioannis III. Hinc merito in ejus ſepul-
chro inter cætera ejus magnalia legitur, quod
erat dictus *Pater patriæ*, tantoque amore, tan-
toque flagrabantur noſtri Sereniſſimi Re-
ges erga ſuam patriam, ergaque ſuũ Regnum
cumque iſtud Portugalliæ non eſſet multum
amplum, nec dilatatum, timentes ne pietate
fidelium omnia devolverentur ad Eccleſiam.

29. Sereniſſimus Rex Alphonſus ſecundus con-
Alphonſus. didit legem anno 1220. ne Eccleſia poſtet de-
ſecundus. nuo emere aliquas poſſeſſiones, hoc tunc lex
continebat, tũc Honorius III. Summus Pon-
tifex per Epiſtolam ſuam paternaliter die 4.
Ianuarij 1221. admonet Regem ut refertur in
Monarchia Luſitan. 4. *part lib.* 13. *cap* 23. Pius
Rex aliquorum miniſtrorum perſuaſione non
acquievit, ut ſupponit Summus Pontifex, &
Honor. III. ideo Honorius idem Tertius die 22. Decem-
bris ejuſdem anni 1221. per ſuam bullam le-
gem reprobat, cum alio brevi Illuſtriſſ. Regi
Torre do habetur in Archivo Regio, vulgo Torre do
Tombo. Tombo *lib* 1. *Bullarum fol.* 10. & ad longum
Monarch. refertur in Monarchia Luſitana, 4. *part.* c. 25.
ſequenti cap. 26. narratur ejus mors; Tunc ut
piiſſimus, ac Chriſtianiſſimus Rex deſiſtens
ab omnibus, ac omni executione legis, ſe
ſubiiciens, ac ſubmittens Romano Pontifici,
in ſuoque Teſtamento multa largitur ampla
munera ſedi Apoſtolicæ, D. Iacobo Compo-
ſtellæ. aliiſque multis locis piis, ut conſtat ex
ejus teſtamento citato *cap.* 26.

30. Mortuo Rege Alphonſo ſucceſſit in Re-
gnũ filius ejus major natu Dominus Sancius
ſecundus Capellus dictus, quia ut ſcribit An-
dræas de Reſende cum eſſet puer, & gravi
morbo laboraret, indutus fuit quodam habi-
tu regulari, & eum clavem Regni teneret,
primo ſuo anno compoſitionem fecit, cum
D. Stephan. Illuſtriſſimo D. Stephano Archiepiſcopo Bra-
charenſi ſuper res Eccleſiaſticas, reſtituens
omnia Eccleſiis, ut conſtat ex quadam ſcri-
ptura, quam refert Illuſtriſſimus D. Roderi-
A Cunha. cus à Cunha Archiepiſcopus Bracharenſ. &
poſtea Vlyſipponen. in Catalogo Archiepi-
ſcopor. Sedis Bracharen. *tom.* 2. *cap.* 23. *num.* 1.
Sed non perſeveravit, eique multum reſtitit,
ac ſe oppoſuit D. Stephan. Archiepiſcop.
Brachar. quem ob ſuas præclaras virtutes Ho-
norius III. appellavit *Nobile Eccleſiæ mem-
brum*, ut refertur in citato Catalogo Brachar.
cap. 22. & cum nihil proficeret, certiorem fe-
Gregor. IX cit Summũ Pontificem Gregorium Nonum,
qui paternaliter admonuit Regem, & per
ſuam bullam dat magnam juriſdictionem D.
Stephano. Bulla incipit: *Venerabili Fratri
Archiepiſcopo* datũ anno 1238. die 15. Aprilis
habetur manu Regia *tom.* 1. *fol* 156. *num.* 15. &
cum Sancius aures non dediſſet, hæc extitit,
una ex cauſis, ob quam Innocentius IV.
anno 1245. die 24. Iulij de Concilio Emi-
nentiſſimorum Cardinalium, eum depoſuit
à Regno, illiuſque regimen tradidit fratri
ſuo Alphonſo comiti Boloniæ, ut refertur C. Grandi.
*cap. grandi. de ſupplenda negligentia Prælato-
rum in* 6. & circa hanc diſpoſitionem Regis
Sancij, aliam bullam edidit ipſe Innocentius Innoc. IV.
IV. & incipit *Dilectis filiis Baronibus*, ſerva-
tur in Archivio Eccleſiæ Bracharenſis, eam-
que adducit Fragoſus de *Poteſtate Eccleſiæ* Fragoſus.
lib. 3. *cap.* 21. Monarchia Luſitana *tom.* 4. *in* Monarch. Luſitana.
Appendice fol. 276.

31. Creatus Sereniſſimus Alphonſus Regni
gubernator, ac Regni futurus ſucceſſor, cum
Sancius ejus frater non habuiſſet filium, Pari-
ſi in publico conſiſtorio, multis aſtantibus
teſtibus multas capitulationes juramento fir-
mavit *die 6. Steptembris* anno 1245. quæ capi-
tulationes referuntur manu Regia, *tom.* 1. Manu Reg.
fol 207. Monarchiæ Luſit. *tom.* 4. *lib.* 14. c. 17. Monarchia.
& in ſummario, ſeu Appendice *fol.* 284. &
incipiunt, *Ego Alphonſus comes Boloniæ*; &
inter cætera continebatur, quod bona ablata
ab Eccleſia, Eccleſiaſticiſque perſonis reſti-
tueret, & ab omni gravamine, ac injuria cu-
ſtodiret, & quod non impediret, quod Ec-
cleſia alia bona denuo acquireret.

32. Tamen mortuo Sancio Rege Toleti, cum
ipſe Alphonſus creatus eſſet Rex Tertius no-
mine, aliquorum iniquorum conſilio inſti-
gante promiſſioni non ſtetit, ſed legem jam
revocatam iterum ad praxim reduxit, contra
Eccleſiæ libertatem. Tunc Dominus Archi-
epiſc. Brachar. D. Marchinus Epiſcopus D.
Egas Conimbr. Epiſcopus Ægitenſis D. Vin-
centius, Epiſcopus Viennenſis D. Martinus,
& Epiſcopus Eborenſis, ac alij Prælati hujus
Regni convenerunt ad Pontificem Grego- Gregorius.
rium X. ut deſcribitur à D. à Cunha in *Ca-* A Cunha.
talogo Archiepiſc. Brachar part. 2. *cap.* 31. *n.* 7.
Tunc Pontifex paternali benevolentia miſit
quandam bullam Alphonſo Tertiò Regi da-
tam anno 1272. die 28. Maij & incipit *Tam
grãdis honoris.* Admonens eum de ſua obliga-
tione reducens ei in memoriam juramentum
præſtitum. Bullam refert Bzovius *in ſuis An-* Bzovius.
nalibus tom. 13. *ad citatum annum* 1272.

33. Cum Rex admonitionibus Pontificiis non
acquieſceret Gregorius X. Summus Pontifex Gregor. X.
pro defenſione Eccleſiæ conceſſit quandam
bullam, & incipit *ex debito Paſtoralis officij.*
Datam Romæ die 3. Septemb. anno 1275. ha-
betur apud Monarchiam Luſitan. *tom.* 4. *lib.* 15 Monar. Luſ.
cap. 41. poſt datum tale diploma, antequam
in Portugallia publicaretur, mortuus eſt ipſe
Summus Pontifex Gregorius, & cum noſter
Luſitanus, ac Vlyſippoñẽſis Ioannes XXI. ad Ioan. XXI.
Summum Pontificatum eſſet elevatus amore
patriæ maximè deſideravit, ut res Portugal-
liæ componerentur; miſſo nuncio Apoſtolico
Fr. Nicolao Ordinis Minorum Bullam Gre-
gorij X. in tota Portugallia publicavit, ut Monarch.
refertur in *Monarchia Luſitana lib.* 15. c. 42. Luſit.

34. Cum ergo Rex Alphonſus perveniſſet ad
mortem multis editis pœnitentiæ, ac contri-
tionis ſignis, oſtẽdenſque ſummam obedien-
tiam erga ſanctam ſedem Apoſtolicam vehe-
mentiſſime recõmendavit filio ſuo Dionyſio
Regni ſucceſſori concordiam, pacem, com-
poſitionemque cum Romano Pontifice; mul-
taque, & ampliſſimà dona largitus eſt multis
Eccleſiis,

Eccleſiis ; hoſpitalibus , ac aliis piis locis, mulraſque , & magnas eleemoſynas pet pauperes mandavit diſtribui, mulraque anniverſaria , ac magnum numerum Miſſarum pro anima ſua fieri decrevit , quod totum conſtat ex ejus teſtamento, quod refertur in Monarchia Luſitana 4. *part. fol.* 270.

Monarch. Luſit.

35. Sciant, ſciant , & agnoſcant Auctores extranei ſummam pietatem , ac obedientiam noſtrorum Regũ Portugalliæ in ſanctam Eccleſiam Romanam , quòd quando faciebant leges, & ſtatuta, prout intelligebant neceſſaria eſſe ad conſervationem ſuorum Regnorum ; tamen in fine ſuarum legum apponebant , quod ſi aliquid in ſuis legibus eſſet contrarium Decreto Summorum Pontificum *tanquam non leges haberentur*; ut conſtat ex quodam libro parvo fol. 25. cujus titulus eſt *foral antiquo de ſanctarem* : habetur in Archivio Regio, vulg o *Torre do Tombo* refertur Monarchia Luſitana. 5. *part. integ geſta Regis Dionyſij lib.* 16.*c.*63.§ *Doque elle* Quod ut maxime notatu digniſſimum hic appoſui, quæ ſi vidiſſent Bzovius ad annum 1222. & Fumaſius *in ſua Republica lib.* 6. *cap.* 41. non tam indebite ac irreverenter loquerentur de Sereniſſimo Principe , tam pio , ac devoto in Eccleſiam.

Foral de Sanctarem. Monarch. Bzovius. Fumaſius.

36. Mortuo Alphonſo ſucceſſit in Regnum filius ejus maior natu Dominus Dionyſius, qui ſtatim omni affectu, totiſque viribus appoſuit ad concordiam ſuper hanc rem faciendam cum ſede Apoſtolica , & cum in Roma jam adeſſent procuratores ſtatus Eccleſiaſtici D. Fr. Tellus Archiepiſcop. Bracharen. D. Americus Epiſcopus Conimbricen. D. Fr. Bartholomæus de Sylveſt. D. Ioannes de Lamego. Pro parte Regis fuerunt D. Martinus cantor major , id eſt chantre Eborenſis D. Ioannes Martinus canonicus Conimbricenſis , deſignatus Epiſcopus Vlyſippon. tunc alta , & divina providentia Summus Pontifex Dei Eccleſiæ erat Nicolaus IV. qui ut magnus Pater ſummo ſtudio exoptabat pacem , ac concordiam in hac re , idque commiſit quatuor Cardinalibus ; quatuorque conditionibus appoſitis ut conſtat, ex prima , & ſecunda bulla. *Prima conditio.* Quod Procuratores Eccleſiaſtici ,ac Regis convenirent inter ſe. *Secunda.* Quod totum fieret , ac determinaretur præſẽtibus quatuor Cardinalibus expreſſè nominatis in bulla. *Tertia.* Quod prædicti Cardinales , totum determinatum, ac reſolutum referrent ſuæ ſanctitati : *Factaque nobis per eoſdem Cardinales de præmiſſis relatione fideli.* Conditio *Quarta.* Quod ſua ſanctitas ſua ſuprema auctoritate , totum confirmaret, quæ concordata facta eſt per quadraginta articulos.

Bulla prima & ſecunda.

37. Quod totum negotium determinatum , & abſolutum eſt à ſua ſãctitate, per novem bullas Apoſtolicas , quæ habentur in Archivio Regio *lib* 5.*fol.*79. Regis Dionyſij, & eas apud me habeo tranſumptas ex ipſo Archivio Romano Vaticano ; & præcipuam bullam hujus concordatæ ait Gabriel Pereira *manu Regia, tom.* 1.*fol.*223. quòd eam non potuit in lingua Latina invenire ; tamen , ut ſcribit Doctor Franciſcus Brandam 5.*part. Monarchia Luſitana, lib* 16. *cap.*63. in Archivio Regio eſt in lingua Latina , & etiam in Archivio ſanctæ Sedis Vlyſippon. *fol* 297.*&* 298. & hæc concordata facta eſt , die 6. Ianuarij anno 1289. ſecundo anno Pontificatus Nicolai IV.

Pereira. Monarch. Luſit.

Ipſi articuli facti ſunt ad evitanda aliqua gravamina , quæ Eccleſiaſtici patiebantur, ut notat Illuſtriſſimus Rodericus à Cũha *in Catalogo Brachar. part.* 2 *cap.* 39.*num.*4. *fol.*125. Ipſos quadraginta articulos ad longum referunt Gabriel Pereira proximè citatus, Bzovius ad annum 1289. Vvading. *ad annum Religionis* 82.*nu.*20. juxta compoſitionem prædictæ concordatæ Martinus Pires Cantor major, id eſt Chantre Eborẽſis, Regis nomine, prædictam cõnordatam acceptavit, ſub juramento obſervandam , quòd etiam magna animi alacritate , ac promptiſſima voluntate præſtitit D. Rex Dionyſius ſub juramẽto coram Regni magnatibus , ut ad longum refertur in Monarchia Luſitana citata 5. *part. lib.* 15.*c.*63. Et poſtea , cum aliquæ dubitationes pullularent , facti ſunt undecim articuli, de quibus multa dixi *in noſtro citato tractatu præcipuè* , §.3.4.*ac* 5. factis, & publicatis prædictis articulis , facta eſt magna pax , ac tranquillitas inter Regem , ac Sedem Apoſtolicam , retenta Eccleſiæ authoritate , præeminentia , ac libertate. 38.

A C nu. Pereira. Bzovius. Vvading.

Poſtea verò tempore labente ab anno 1634. 39.
uſque ad annum 1639. dura tempeſtas in hac re exorta eſt , & multa à fidelibus relicta Eccleſiis auferebantur. Tunc ſanctiſſimus Dom. Vrbanus VIII. per ſuũ Collectorem Illuſtriſſim. Dom. Alexandrum Caſtracani Vlyſippone Virum ſanè Apoſtolicum , & per Illuſtriſſimum Dom. Laurentium Campegi Madriti Nuntium Apoſtolicum , multa paterno affectu exoptavit componere, cujus rei coram Deo, ego teſtis ſum, cum ibi eſſem Procurator Apoſtolicus. Inde ipſe Sanctiſſimus Dominus Vrbanus VIII. dedit quoddam diploma valde rigidum , ac ſeverum in hac, & incipit , *Quamvis juxta canonicas ſanctiones.* Datum Romæ die 5. Iulij anno 1638. in quo ſua ſanctitas motu proprio, ac de certa ſcientia , plenitudine poteſtatis revocat, ac annullat , caſſat , ac irritas facit , ac reddit omnes, & ſingulos actus , & ſententias, & proceſſus factos ſuper hanc rem , multis impoſitis pœnis , quod diploma fuit publicatum menſe Decembris ejuſdem anni , & ejus tranſumptum habeo apud me.

Urban VII.

Et cum tota civitas Vlyſipponenſis per ferè 40.
quindecim menſes magno dolore fidelium , hac de cauſa rigido interdicto laboraret , Deus benignus , & Clemens reſpiciens , & videns Regnum Portugalliæ , juxta promiſſum factum primo, ac Sereniſſimo Regi Alphonſo Henriquez prima die Decembris in ſabbato anni 1640. magna Regni gratulatione , ac nimium gaudio acclamatus eſt Rex noſter legitimus Ioannes IV. & cũ hujus rei nuntiũ accepiſſet in *Villa Viçoza* maximè notatu digniſſimum eſt, quod primum ejus Decretum , primum ejus verbum fuit, quod ipſe deſiſtebat ab exequutione legis contra libertatem Eccleſiæ, quod promptiſſimè obediens ſe ſubiiciebat voluntati , ac diſpoſitioni Romani Pontificis, quo uſque cum eo de hac re ageretur , ac concordia fieret , quod veluti ebiberat

Alphonſus. Rex Ioãnes

ebiberat à ſupremo omnium capite Chriſto
Hebr. 10. Ieſu, de quo ait Paulus ad Hebræos 10.0.5.
& 10. *Ingrediens mundum dicit.: In capite libri ſcriptum eſt de me; ut faciam Deus voluntatem tuam.* Ex Pſalm. 39. num. 7. Vbi com-
Pſalm. 39.
muniter Patres notant, cum primum Chriſtus Dominus ingreſſus eſt in mundū in utero Virginis primum ejus verbum in capite libri ad ſuum Æternum Patrem, extitit ſummæ obedientiæ erga eam, *ut faciam Deus voluntatem tuam*, ut ſemper haberet uniformem, ac concordatam voluntatem cum eo.
D.Anſelm. D.Anſelmus ad citatum locum Pauli ſic ait in perſona Chriſti, *Quia voluntatem meam, quam juxta naturam humanitatis habeo, divina voluntati tua prorſus concordem feci.* Hoc divinum, & ſublime affatum Deo inſpirante, hauſit Sereniſſimus noſter Rex Ioannes IV. cum primum in Regnum eſt ingreſſus, ad illum manum admovit, ut profunde obediens, voluntatem ſuam concordem faceret cum Chriſti vicario, ut ab illo in nullo diſcreparet.

45. Cum perveniſſet Decretum Regis ad Vlyſſiponem Illuſtriſſimus Dominus Rodericus à Cunha, congregatis Doctiſſimis Viris hujus civitatis Vlyſſipponenſis, inter quos etiam omnium minimus ego adfui, lectum eſt Regis Decretum; & cum tota civitas interdicto opprimebatur ob exequutionem legis, contra Eccleſiæ libertatem, à qua executione Sereniſſimus Rex deſiſtebat, ſe in omnibus ſubiiciens Romano Pontifici. Reſolutum fuit interdictum jam ceſſaſſe, & jam ablatum eſſe declarandum, ex illo certo, & communi principio Thelogorum, quod ceſſante cauſa cenſuræ, ceſſat & ipſa cenſura, & ita ſequenti die 6. Decembris feſtivitate ſancti Nicolai ſupradicti 1640. interdictum eſt ablatum, magna feſtivitate, ac applauſu, cum in illa feliciſſima die Sereniſſimus Rex Ioannes IV. exceptus ſit communi omnium lætitia, ac gratulatione in hac civitate, poſtea Hieronymus Batailim ex Regis licentia exercens ſuū officium etiam auctoritate Apoſtolica declaravit interdictum ceſſaſſe, & eſſe ablatum.

46. Et ad majorem hujus rei firmitatem ipſemet Rex Ioannes IV. Decretum dedit regia manu ſua firmatum die 2. Ianuarij 1651. quo præcepit omnibus ſuis miniſtris, judicibus, ac Senatoribus Regiis, ut in his, quæ pertinebant ad capellas, ac bona Eccleſiarum nullo modo ſe audeant intromittere, aut aliquid innovare, quoad uſque de his rebus ultima fiat reſolutio cum ſancta ſede Apoſtolica: ecce quanto jure, & optima ratione Sereniſſimus Rex Sebaſtianus dixit, quòd Reges Portugalliæ nulla alia nomenclatura inſigniri volebant, niſi tantum ut filij obedientiſſimi Eccleſiæ dicerentur.

* *
*

RESOLUTIO XLII.

De Miraculis.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid ſit Miraculum, & quid ad eius naturam petineat?

SUMMARIUM.

1 *Vnde nomen Miraculi derivatur.*
2 *Miraculi definitio.*
3 *Miraculum eſt opus ſolius Dei, ſignum, ac ſigillum divinitatis.*
4 *Miraculum eſt Dei teſtimonium, loquela, ac pignus.*
5 *Miraculum eſt opus rarum, & extraordinarium.*
6 *Miraculum eſt ſupra virtutem omnium naturalium cauſarum.*
7 *Ad excellentiam miraculi pertinet, quod fiat celeriter, ac confeſtim.*
8 *Miracula non ſemper fiunt celeriter, ſed aliquando paulatim, ac ſenſim.*
9 *In miraculis maximè conſideranda perſeverantia in effectu.*
10 *Explicatur tempus quo ad vocem Ioſue Sol ſtetit ad evidentiam miraculi.*
11 *Ad evidentiam miraculi requiritur multiplicatio actuum.*
12 *Sanitas morbi dum quis B.Virginem, verbi gratiâ, deprecatur hic & nunc miraculoſa reputatur.*
13 *Duplex eſt miraculum unum ſecundum eſſe, alterum ſecundum dici.*

A Nomine miraculi incipiamus. *Miraculum* deducitur à verbo Græco, & etiam fluit à verbo Hebraico *Tama*, & ſignificat admirari cum ſtupore, ac vehementia, nam cum miraculum ſit opus extraordinarium ſuper omnem vim, ac concurſum naturæ creatæ, inde magnam admirationem, & ſtuporem inducit; unde ex miraculis, quæ Chriſtus D. faciebat frequenter in turbis, ac populo multa erat admiratio. Matth. 8. *num.* 27. 9. *num.* 33. & 15. *num.* 31. Marci 1. *num.* 27. & 2. *n.* 12. Luc. 9. *n.* 43. Ioan. 4. *num.* 22. 1. Græcus. Hebraicus. Matth 8. Matth. 9. Marc. 1. Luc 9.

Sic definitur miraculum, eſt opus extraordinarium, & rarum præter legem ordinatiam Dei, & ſupra omnem virtutem cauſarum naturalium. Hæc definitio deſumitur ex D. Thoma 1. *part. quaeſt.* 105 *art.* 7. *&* 8 *lib.* 3. *cōtra gentes c.* 101. & ex D. Auguſtino *lib* 3. *de Trinitat. cap.* 4. *&* 5. & *lib* 26. *contra Fauſtum c.* 3. *& ſequentibus*, & *lib.* 6. *de Geneſ. ad liter. c* 13. Hinc clare patet quāta ſit ejus excellentia, ac majeſtas. 2. D.Thom. D.Auguſt.

Opus eſt ſolius Dei, ut multoties canit Regius Vates Pſalm. 71. num. 18. *Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui facit mirabilia ſolus*, & Pſalm. 135. num. 4. *Qui facit mirabilia ſolus*, & Pſalm. 85. num. 10. *Quoniam magnus es tu faciens mirabilia; tu es Deus ſolus*, D. Augu- 3. Pſalm 71. Pſalm. 135. Pſalm. 85. D. Auguſt.

ſtinus

ſtinus ibi, inde colligit Propheta, quia Deus
ſit ſolus, quia ipſe ſolus facit mirabilia. Inde
mirabilia, ſeu miracula ſunt ſigna Divinitatis,
Ioan. 2. ſic & Ioannes de miraculo in nuptiis Canæ:
*Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Gali-
lææ* ca. 2. n. 11. & de miraculis Chriſti, ait ei
Nicodemus. *Nemo poteſt hæc ſigna facere quæ
Ioan. 3. tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.* Ioan. 3. n. 2.
Noſter D. Cyrillus Alexandrinus ibi: *Talia
ſigna, ſeu miracula à ſolo Deo veniunt, & inde
miracula ſunt divinitatis ſigna.* Loquens
Chriſtus D. de cœleſti pane, *Quem filius homi-
nis dabit vobis, Hūc enim Pater ſignavit Deus.*
Ioan 6. Ioan. 6. num. 27. Græcus legit: *Hunc Pater ſi-
gillavit Deus.* Illud *Hunc* ad filium refertur,
Chryſoſt. ut ſuo loco dixi ex D. Chryſoſtomo, Euthy-
Euthym. mio, Theophylacto, D. Thoma, D. Bonaven-
Theophyl. tura, id eſt hunc filium ſuum Æternus Pater,
D. Thom. operibus, ac miraculis, tanquam quibuſdam
D. Bonavent. ſigillis demōſtravit, ac diſtinxit à cæteris ho-
minibus, ut filium ſuum, ac Salvatorem
Græcus. mundi; miracula ſunt tanquam ſigilla divini-
D. Thom. tatis, ut docet D. Thomas *3. part. quæſt.* 43.
art. 1. Sigillum apud nos eſt tāquam ſignum,
ſeu ſtigma, quo res agnoſcitur ut alicujus
certæ perſonæ diſtinctæ à cæteris: ſic & mi-
racula ſunt ſigilla divinæ omnipotentiæ, quo
ejus divina virtus in tali facto, ſeu opere ag-
noſcitur, ut ſuum opus, & nullius alterius.

4. Hinc divina miracula dicuntur Dei teſti-
monia, quia teſtificant, ac demonſtrant ejus
Ioan 5. divinitatem. Ioannis 5. num. 36 ait Chriſtus
D. *Ego autem habeo teſtimonium majus Ioanne.*
D. Chryſ. Explicat D. Chryſoſtom. homil. 39. ejus nēpe
opera, & miracula, quæ etiam dicuntur Dei
D. Auguſt. loquela. D. Auguſtin. Epiſtol. 49. quæſt. 6.
D Chry. *Deus mirabilibus operibus loquitur.* Et D.
Chryſoſt. homil. 34. in Matthæū. *Miraculum
dicit quoddam pignus divinæ omnipotentiæ.*

5. Dicitur in definitione *opus extraordinarium
præter legem Dei ordinariam*, quia Deus de
lege ordinaria multa miracula operatur, quæ
D. Auguſt. ut ait D. Auguſtinus, homines non ad-
mirantur, ut ex parvo grano multa multipli-
centur, ut terra fructus producat ad ſatian-
dam tantam hominum multitudinem. Sic ait
D. Auguſt. *tract.* 24. agens de Miraculo quin-
Ioan. 6. que panū. Ioan. 6. ait: *Majus enim miraculum
eſt gubernatio totius mundi, quam ſaturatio
quinque millium hominum de quinque panibus;
& tamen hoc nemo miratur, illud mirantur ho-
mines, non quia majus eſt, ſed quia rarum eſt.*

6. Dicitur *ſupra virtutem omnem cauſarum
naturalium*, quia multa poſſunt fieri ex abdi-
ta natura rerum, quæ nobis videbuntur mira,
nā virtus, ineſt ut dicitur in herbis, & lapidi-
bus, quatū naturas optime agnoſcit diabolus,
quibus applicādo activa paſſivis, poterit ſana
re morbos incurabiles, vel etiam aliqua, quæ
mira proveniunt à qualitatibus occultis re-
rum, verbi gratiâ in Africa jugulatur cervus,
cujus cor inventum eſt ferro transfixum, &
pomum quoddam præciſum ab arbore dat
multos ſaltus, & alia, de quibus extant plu-
res libri de mirabilibus naturæ: & ideo libri,
quos compoſuit Salomon de lignis, cedris,
3. Reg. 4. herbis, ac radicibus, *3. Reg. 4. nu.* 33. & *Sap. 7.
Sap. 7. nu* 20. Quia in illis ponebant homines ſpem
ad vitam, ſanitatem conſervandam, & ob-
tinendam ſanctiſſime juſſi ſunt cremari.

Ad excellentiam miraculi maximè pertinet, 7.
quod celeriter, ac confeſtim fiat, ſic & Chri-
ſtus, ordinarie loquendo, miracula operaba-
tur, ſic ad vocem Chriſti filius viduæ Naim
ſurgit vivus, *& cœpit loqui.* Luc. 7. n. 15. ſic Luc 7.
& Petrus ſanans claudum ad portam templi
dicitur Actor. 3. num. 7. *Et apprehenſa manu* Actor. 3.
*ejus dextera allevavit eum: & proximus conſoli-
datæ ſunt baſes ejus, & plantæ.* Expende illud
proximus Syriacus *in momento.* Recte D. Baſi- Syriacus. D. Baſil.
lius in Pſal. 115. expendens vocē Petri *Surge,
& ambula.* Sic ait Sanctus Doctor: *Hanc vo-
cem per Spiritum, dicto ocyus, efficacia operis
confectum eſt Et hoc miraculi argumentum celi-
ritas in operando.*

Et quamvis ad præſtantiam miraculi ma- 8.
ximè pertineat, quod confeſtim, & indilate,
ac veluti in momento fiat, non tamen id ſem-
per contigit ob altos divinæ Providentiæ fi-
nes, ſed paulatim, ac ſenſim. Cœcus à Chri-
ſto D. curatus, *primum vidit homines ambu-
lantes ut arbores* Marc. 8. num. 24. non diſcer- Marc. 8.
nens homines ab arboribus, quemadmodum
qui procul hominem vident, tanquam mo-
lem, lineamenta non diſtinguunt. Cauſa for-
taſſis fuit, ut ibi dixi, quia Chriſtus ſuam
potentiam moderatus eſt ob cœci fidem non-
dum perfectam; ſic & Petrus dum ad vocem
Chriſti firmiter credit, ambulat ſuper mare,
cum vento valido inſurgente dubitat, cœpit
mergi. Matth. 14. *num.* 3. ut paulatim benefi- Matth. 14.
cium, quod ei conferebatur ex virtute Chri-
ſti, pluris faceret; ſic & Parens meus Elias ut
puerum ſuſcitaret, *expandit ſe, atque menſus
eſt ſuper puerū tribus vicibus* 3. Reg. 17. n. 21. 3 Reg 17.
ſic & Eliſæus, ut ſuſcitaret puerum, *oſcitavit
puer ſepties, & aperuit oculos ejus* 4. Reg. 4. 4 Reg 4.
num. 35. ſic & Apoſtolus Paulus ut mortuum
ſuſcitaret, *Incubuit ſuper eum, & complexus
eſt.* Actor. 20. n. 10. ardentiſſimo charitatis vin- Actor. 20.
culo, & Naaman, dum ſepties lavatur in Ior-
dano à lepra muodatur 4. Reg. 5. n. 14. Sic & 4. Reg. 5.
multi alij.

In miraculis iſtis agnoſcendis maximè con- 9.
ſideranda eſt, ut cum communi ſententia no-
tat Suar. *de fide, diſp.* 1. *ſect.* 3. *num.* 9. Diutur- Suar.
nitas effectus, ac perſeverantia in opere, quæ
eſt efficax veritatis indicium; nam quæ arte
fiunt cito evaneſcunt, mors Lazari benè pro- Ioan. 11.
bata eſt per quatuor dies, & ejus vita cum
poſtea per multos annos fuerit Epiſcopus
Maſſilienſis. Paralyptici benè demonſtratur
infirmitas, cum in ea ſteterit per triginta, &
octo annos, & ejus ſanitas, dum tollit gra-
batum, & ambulat, & poſtea invenitur in
templo, Ioan. 5. *num.* 13. Ioan. 5.

Ad vocem Ioſue; *Stetit Sol in medio cœli,* 10.
& non feſtinavit occumbere ſpatio unius diei, Ioſue. 10.
Ioſue 10. nu. 13. de quo agens Eccleſiaſt. 46. Eccleſ. 46.
num. 5. ait: *Una dies facta quaſi duo*, ut ibi no-
tant expoſitores Lyrā. Abulenſ. Corn. & alij, Lyran.
quod juxta cōputū noſtræ Europæ, in qua dies Abulenſ.
ſunt duodecim *horarum ſtetit Sol ſpatio unius* Cornel.
diei, id eſt ſpatio duodecim horarum, & illa
dies habuit viginti quatuor horas, & ut ipſi
Auctores advertunt in Palæſtina dies ſunt
majores, ſcilicet quatuordecim, vel quinde-
cim horarum, ſtetit ergo Sol ſpatio quatuor-
decim, vel quindecim horarum, & illa dies
habuit viginti octo vel triginta horas. Ad
quid

Digitized by Google

quid ergo tam accuratè explicat Scriptura
tempus, quo Sol in ſuo curſu fixo ſitit pede?
Ad quid inſuper tempus, quo ſtetit nobis de-
Serarius. claret ? Notat Serarius *in Ioſuè citato loco,*
D. Auguſt. *q.*25. D.Auguſtino *lib.*21. *de Civit. c.*8.quod
Caſtor, & alii dixerunt cœleſtia luminaria
per brevem,morulam naturaliter poſſe in ſuo
curſu ſtare, ac ſiſtere,inde Scriptura divino
afflatu explicat tempus, quo Sol ſtetit, quod
non fuit brevi morula,nec una,vel altera ho-
ra,ſed quatuordecim,vel quindecim horis, ut
ex perſiſtentia,ac perſeverantia Solis in uno
loco, veritas miraculi ſit comprobata, & om-
nis contraria ſuſcipio procul abigatur.

11. Ad evidentiam miraculi non ſufficit unus,
Ioan. 5. vel alter actus,ſed requiritur multiplex actus,
ſic Paralyticus ſanatus ambulat portans le-
ctulum,& poſtea invenitur in templo,ut ſu-
pra dixi.Claudus ſanatus à D. Petro in porti-
cu templi, introivit cum eô in templo,ambu-
Actor. 3. lans,& exiliens. *Actor.*3. *num.*18.præ gaudio
multipliciter ſaltans greſſus dabat.De Magno
Eccleſ. 48. Parente Elia ait Eccleſiaſticus 48.n.3.*Deiecit de cœlo ignem ter, & ſic amplificus eſt Elias in*
mirabilibus ſuis. Vatablus *in miraculis ſuis.*
Ad hoc dicitur, quod deiecit de cœlo ignem
ter, & ſi ſemel dejeciſſet ignem nonne ſat
erat,ut diceretur magnus,ac præclarus in mi-
D. Auguſt. raculis ſuis. D. Auguſt. *de mirabilibus Sacra*
Scriptura, ait: *Ter publicatur ignis ejectus, ut*
divina virtus clareſcat. Res valdè magna eſt,
quod ignis à cœlo deſcendat,nonne ſat erat,
quod hoc ſemel fieret, *ut divina virtus cla-*
reſceret. Ad quid requiritur trina emiſſio ? Si
ſemel ignis deſcenderet ad vocem Eliæ, di-
ceretur hoc factum caſu, vel naturaliter ; at
verò cum fit ſemel, iterum, ac tertio, non
caſu, nec naturaliter, ſed divina virtute fa-
ctum demonſtratur,*ut divina virtute clareſcat.*

12. Hic tamen advertendum eſt, quod dum quis
pro ſua infirmitate Chriſtum Dominum, vel
Beatam Virginem deprecatur,& ſe ſanum in-
venit, illa talis ſanus miraculoſa reputatur:
nam quamvis fieri poterat, quod ibi morbus
faceret terminum,tamen ſalus,quæ per cauſas
ſecundas venit, ut perfecta ſit, valdè lento
gradu,&morosè fit,Multis præviis diſpoſitio-
nibus antecedentibus,quæ multum temporis
ſpatium requirunt,ut ſi quis viride lignum in
ignem iniiciat, non ſtatim formam ignis re-
cipit,ſed prius præcedunt quam plurimæ diſ-
poſitiones,ſiccitatis,caloris,& aliarum,& po-
ſtea ſuccedit ignis forma;ſic & ſanitas natu-
ralis antecedentibus diſpoſitionibus, ſenſim
venit.Paulatim febris remittitur,paulatimque,
manus digiti,v.g.incipiũt extendi. Et eſto ibi
& nunc in hoc temporis momento,naturali-
ter morbus remittatur, tamen corporis mem-
bra,ut arteriæ, venæ ex illo pravo humore,
manent offenſæ,debiles,ac extenuatæ,ut ſuas
rectas, expeditæ operationes, non valeant
exercere; v.g.ſi quis patiatur unum ſympto-
ma, vulgò *Accidente.* Cum ab illo expeditur,
non ſtatim in rectas, & conſuetas actiones
prodire poteſt, ſed interpoſito aliquo tempo-
re;quod ſubdito tantum miraculosè fit; & in-
de miraculum ſanati Claudi à D.Petro,maxi-
mè clareſcit, quod ingreſſus ſit cum illis Pe-
tro, & Ioanne in templum ſtatim ambulans,
Actor. 3. exiliens & laudans Deum. *Actorum* 3.*num* 8.

quod ſi eſſet ſanitas naturalis fieri non poterat ſola illa, quæ eſt à Deo, breviter, & non multa temporis mora fit, etſi aliquando ob altos Divinæ Sapientiæ fines ſenſim veniat, tamen non multum immoratur, ſed cito, & velociter fit. Ait Chriſtus Dominus Centurioni, dum pro ſuo ſervo deprecatur. *Vade, ſicut credidiſti fiat tibi: & ſanatus eſt puer in illa hora.* Matth.8. num.13.
Chaldæus habet, *in illo momento.* Divus Matth. 8. Chaldæus.
Chryſoſtomus *homil* 27. apud Divum Tho- Chryſoſt.
mam ait, *Ubi velocitatem admirare, neque enim ſolum curare, ſed inopinato, & in momento temporis, hoc facere, virtutem Chriſti oſtendebat.*Deinde illa ſimultas imperij Chriſti cum ſanitate, hic & nunc divinam virtutem declarat, ut docet Divus Auguſtinus
*ſerm.*6. D. Auguſt.

Notandum eſt ex communi doctrina Theo- 13.
logorum, quod miraculum in duplici differentia poteſt conſiderari, vel eſt miraculum ſecundum eſſe vel ſecundum dici. Miraculum ſecundum eſſe tunc datur, quando ſubjectum nullam habet potentiam, nec activitatem, nec proportionem ad actum, verbi gratiâ, ſi hic calamus meus modo loquatur, modulatè cantet,& compoſitè ſaltus det, cum calamus nullam habeat potentiam, nec activitatem ad tales actus, eſt miraculum ſecundum eſſe, quia divina virtus dat illi potentiam ad illa operanda. Aliud dicitur miraculum ſecundum dici, quando ſcilicet ſubjectum habet potentiam, & activitatem ad actum, datur tamen impedimentum in arteriis, & muſculis, verbi gratiâ, cæcus habet potentiam ad videndum,datur tamen impedimentum in organo viſus; Claudus habet pedem ad ambulandum, eſt tamen obſtaculum in arteriis, ac nervis.

QUÆSTIO II.

Ex multiplici fine miracula à Deo fiunt.

SUMMARIUM.

14 *Nullus intellectus poteſt explicare Dei mirabilia, ac miracula*
15 *Miracula neceſſaria ad fidem Chriſti prædicandam, in quo erant completa omnia Prophetarum oracula.*
16 *Miracula Apoſtolorum, ac diſcipulorum ad eorum prædicationem firmandam.*
17 *Miracula Chriſti, ac ejus diſcipulorum fuerunt vera.*
18 *Talia miracula non fuerunt facta virtute naturali.*
19 *Talia miracula non fuerunt facta,arte dæmonis, & num.*20.
21 *Deus ſæpè facit miracula in bonum ſervorum ſuorum, & etiam in pœnam iniquorum.*
22 *Miracula fiunt aliquando à Deo in confirmationem alicuius veritatis.*
23 *Deus ſæpè facit miracula ad honorandos, ac nobilitandos ſervos ſuos in oculis aliorum.*
24 *Deus facit miracula per ſacras Imagines.*

ut maximè ſint in honore, ac veneratione.

14. Pſalm 105. Euthym. Chaldæus. AIt Regius Vates Pſalm. 105. nu. 2. *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudationes.* Chaldaicus legit, *Omnes fortitudines ejus.* Quod ad miracula refert Euthymius; *Et auditas faciet laudes ejus*; id eſt, ut explicat ipſe Chaldæus, quis poteſt tot ejus mirabilia declarare, annuntiare, cum in numero, majeſtate, ac magnitudine excedat omnem intellectum creatum, quomodo ergo etiam intellectus ipſe poterit aliquid de eis dicere.

15. Math. 11. Iſai. 35. D. Iuſtin. D. Athan. D. Ambr. Ioan. 15. Primò. Miracula fuerunt neceſſaria ad fidem Chriſti introducendam, ac prædicandam in toto orbe, per Ieſum Chriſtum filium Dei Caput noſtrum, ac per ejus Apoſtolos. Ideo cum Baptiſta mitteret ſuos diſcipulos, ut hanc veritatem ex Chriſti ore diſcerent, reſponſum acceperunt: *Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur.* Math 11. num. 7. ac ſi diceret, ea miracula facio, quæ tãquam ſigna evidentia Prophetæ prædixerunt de vero Meſſia, de quo Iſaias, ait cap. 35. num. 5. *Deus ipſe veniet, & ſalvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt: tunc ſaliet ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Et ut præclarè notarũt D. Iuſtinus Martyr *in Dialogo cum Triphone.* Et D. Athanaſius *de Verbi Incarnatione*; & D. Ambroſ. *in cap. Luc.* 7. quia licet aliquis Propheta feciſſet aliquod miraculum, nullus tamen fecit hæc omnia ſimul, niſi ſolus Ieſus Chriſtus filius Dei unde optimè ait D. Ambr. citatus, *Argumentum Meſſia ejus miracula.* Et ideo Chriſtus Dominus dixit Ioan. 15. n.... *Si non veniſſem, & opera non feciſſem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; at nunc excuſationem non habent de peccato ſuo.*

16. Math. 10. 2. Cor. 12. Hebr. 2. Tertull. D. Irenæus. D. Auguſt. Sic, & neceſſe fuit ad prædicandam, ac introducendam fidem Chriſti in orbem, ut ejus Apoſtoli, ac diſcipuli facerent miracula, inde ait Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis. Math 10. num. 7. 8. *Euntes prædicate, dicentes, quia appropinquavit regnum cælorum, infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones ejicite.* Sic ait Apoſtolus 2. Corinth. 12. num. 12. *Signa Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia, in ſignis, & prodigiis, & virtutibus.* Et idem ait de cæteris Apoſtolis. *Hebræor.* 2. *num* 3. *&* 4. Et quod hæc ſigna ad fidem Chriſti plantandam fuerint neceſſaria, latè docent Tertullianus *de Præſcript. Hæretic. cap.* 10. D. Irenæus *lib.* 2. *cap.* 56. *&* 57. D. Auguſtinus *lib.* 13. *contra Fauſtum, cap.* 6. & *lib:* 22. *de Civitate, cap.* 8. ubi ait, *Miracula fuiſſe neceſſaria, ut mundus crederet.*

17. Origenes. D. Auguſt. Nec poteſt dici, ut Pagani dixerunt, & refert Origenes *lib.* 1. *contra Celſum*, miracula illa Chriſti non fuiſſe vera, ſed contra, Iudæi quamvis dicerent quod in poteſtate dæmonis illa faciebat, nũquam tamen auſi ſunt dicere, miracula non fuiſſe vera; nam verè mortui erant ſuſcitati, cæci videbant, leproſi mundabantur, & eſto ex abundantia admittatur, ut præclarè argumentatur Divus Auguſtinus lib. 22. de Civitate, cap. 5. *Si per Apoſtolos Chriſti, ut eis crederetur, miracula facta eſſe non credunt, hoc nobis unum grande miraculum ſufficit, quod terrarum orbis ſine miraculis credidit.* Nullum ſanè majus miraculum, quam quod fides Crucifixi, *Chriſtum Crucifixum, Iudæis ſcandalum, gentibus ſtultitiam.* 1. Corinth. 1. num. 23 ſine ullo miraculo, nec prodigio ſubjiceret totum orbem, Reges, Principes, Sapientes, & Philoſophos, prædicata, ac promulgata per homines pauperes, ignobiles, & ſine litteris, niſi tantum efficacia ſuæ veritatis omnia ad ſe adducere, nullum ſanè majus miraculum cogitari poteſt. 1 Cor. 1

Nec poteſt dici Chriſti miracula, vel Apoſtolorum facta fuiſſe virtute naturali; nulla virtus naturalis poteſt mortuum ſuſcitare, cæco à nativitate dare viſum, quod bene, ac optimè Philoſophi agnoſcentes affirmarunt à privatione ad habitum regreſſum dari non poſſe; deinde nulla virtus naturalis valet agere in remotum, ac diſtans. Chriſtus Dominus multa miracula eſt operatus in ſubjecta, ac diſtantia, quibus dedit ſanitatem, ac ſalutem, ut patet in puero Centurionis. *Matt.* 8. *num.* 13. In filio Reguli. *Ioan.* 4. *n.* 50. In filia Chananææ. *Math.* 15 *num.* 18. Deinde virtus naturalis utitur medio proportionato ad effectum; at Chriſtus contraria effectibus aliquando adhibuit, in cæco lutum impoſuit ad reſtitutionem viſum. *Ioan.* 9. *num* 6. lutum autem magis poterat inſervire ad privationem, quam ad reſtitutionẽ viſus. Deinde virtus naturalis agit tempore, & applicato aliquo remedio, at Chriſtus in inſtanti, & ſola voce, & imperio. *Adoleſcens tibi dico ſurge.* Luc. 7. n. 14. *Lazare exi foras.* Ioan. 11. n. 44. ergo ſola virtute divina hæc fiebant miracula. 18. Math. 8. Ioan 4. Math 15. Ioan. 9. Luc. 7. Ioan. 11.

Nec poteſt dici Chriſti miracula, ac Apoſtolorum facta fuiſſe virtute, & induſtria dæmonis, ut Iudæi blaſphemo, & impio ore dixerunt. *Math.* 12. *num.* 24. & etiam Pagani, ut referũt D. Auguſtinus *lib.* 22. *de Civitate, cap.* 8. Origenes *lib* 2. *contra Celſum*, qui magicis artibus Chriſti miracula tribuebant: nam quamvis dæmones optimè agnoſcant rerum naturas occultas, & inde aliqua operentur ſuper naturæ vires, quæ applicando activa paſſivis nobis videntur mira, ac miracula, quo pacto magis pharaonis aquas verterunt in ſanguinem, & alia mirabilia fecerunt. *Exod.* 7. tali applicatione rerum poſſint aliquæ infirmitates ſanari, tamen nulla induſtria, ac arte dæmonis poſſũt fieri aliqua, quæ Chriſtus fecit; nulla enim dæmonis arte fieri poteſt, ut mortui ſuſcitentur, & quod cæcus à nativitate viſum recipiat, quæ tamen Chriſtus fecit. Deinde ſi arte dæmonis poſſunt aliquæ infirmitates ſanari, hoc eſt applicatione aliquarum rerum, & aliquali mora, at Chriſtus frequenter miracula operabatur in inſtanti, & ſola voce, & imperio. 19. Math 12.

Deinde Chriſtus Dominus faciebat in confirmationẽ ſuæ doctrinæ, qua prædicabat, appropinquaſſe regnum cælorum, ſe eſſe verum Meſſiam, ac filium Dei, ſic ſuſcitaturus Lazarum. *Ioan.* 11. *num.* 41 dixit, *Pater gratias tibi ago, &c. propter populum, qui circumſtat, hæc dixi, ut credant, quia tu me miſiſti.* Qua etiam doctrina ſua Chriſtus docebat omnes beatitudines paupertatis, manſuetudinis, 20. Ioan 11.

puritatis,

puritatis, humilitatis, omnéſque virtutes, ac juſtiras, quibus omne regnũ diaboli, omnéſque ejus inſidias, ac machinationes deſtruuntur, ac diſſipantur. *Nunquid Satanas in ſe ipſu diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus.* Luc.11. Luc. 11. num. 17. Quomodo fieri poteſt quod diabolus faciat miracula ad confirmandam doctrinam, in ſui ruinam, ac deſolationem, ergo Chriſti miracula, Apoſtolorum, ac diſcipulorum ejus ſolum erant facta divina virtute, ad plantandam ſanctam Chriſti fidem, ad ſalutem animarum, ac deſtructionem diaboli, hanc plenariam poteſtatem ad confirmationem fidei dedit Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis, ac eorum nomine Prædicatoribus Evangelicis, ut jam dixi *ſuprà in hac quæſt. num.* 16. & patet ex multis aliis locis. Luc.14. Marc.16. *Luc.* 14. *n.* 51. *Marc.* 16. *n.* 17.

21. Secundò, fiunt etiam miracula à Deo in ſalutem, & bonum ſervorum ſuorum, & ut etiam iniqui, & mali per ea puniantur. Sic & tot ſigna, ac prodigia in Ægypto, ut habes *à cap.* 7. *&* deinceps in bonũ, & ſalutem Iſraël à Deo facta ſunt. Et ut etiam per illa obduratio, ac iniquitas Pharaonis, ac Ægyptiorum puniretur, ut notat Theodor. Theodoretus *ad c.* 7. *Exodi verſ.* 11 ad illa verba: *Devoravi. virga Aaron*, ſic ait ille, *Mutabant illi*, ſcilicet Magi, *Virgas, in ſerpentes, ſed virga Moyſis virgas illorum devoravit, mutabant aquam in ſanguinem ſed ſanguinem in priorem naturam reducere non poterant: produxerunt illi ranas, ſed moleſtias, & incommoda ranarum Ægyptiis, auferre non poterant, ſicut fecit Moyſes. Conceſſit itaque Deus magis talia facere, ut etiam per ipſos caſtigaret Ægyptios: non tamen conceſſit eis ut illatam plagam auferre poſſent; non ergo fuit contentus Deus plagis à Moyſe illatis, ſed etiam per Magos adauxit, ac ſi Regi diceretur, quia punirite delectat, tuorum etiam ſervorum opera & te caſtigabo, & gravius plectam.*

22. Tertiò, fiunt etiam à Deo ad confirmationem alicujus veritatis, ſeu rei miſſæ ab eo, D.Gregor. ſic ait Divus Gregorius lib. 27. Moral. cap 8. *Miracula ſunt in defectum probationis, & ſunt auxilium humanæ rationis*, ut mens noſtra aſſentiat alicui veritati, & ideo miracula fiunt ſæpè ad diverſas veritates confirmandas, ſic ut filij Iſraël crederent Moyſen à Deo miſſum ad eorum libertatem, dat Deus ei poExod.4. teſtatem ad facienda multa miracula. *Exod* 4. *à num.* 1. ut Pharao, & Ægyptij agnoſcerent Moyſen à Deo miſſum, ut educeret populum de eorum poteſtate, dat Deus ei amplam Exod 7. facultatem ad multa prodigia edenda. *Exod.* 7. *à num.* 3. Sic Gedeoni, ut certus fieret de victoria conſequenda, dat Deus multa ſigna Iudic 6. in vellere. *Iudic.* 6. *num.* 36. Ad confirmationem, quod Elias erat vir Dei, & partes Dei 4.Reg.1. agebat; deſcendit ignis de cœlo, 4. *Regum* 1. *num.* 10. ſic & in ſignum ſalutis Reges Eze4.Reg.20 chiæ, datur ei regreſſus ſolis, 4. *Reg. cap.* 20. *num.* 10.

23. Quartò. Sæpè Dei potentia operatur miracula ad honorandos, ac nobilitandos ſervos ſuos. Poſtquam Parens meus Sanctus Elias ſuſcitavit filium mulieris Sarepthanæ, ait ipſa ad illum, *Nunc in iſto cognovi, quoniam vir Dei es tu*, 3. Reg. 17. num. 24. nam & ſimu-

lier antea habuiſſet magnam opinionem de ſanctitate Eliæ, tamen per hoc miraculum, quod Deus per ipſum eſt operatus, in multo majori æſtimatione eſt habitus: ait ibi Abulenſis *quæſt.* 38. ut eum mulier reputa- Abulenſ. ret, *tanquam maximum omnium Prophetarum*. Et ut ipſe Deus ait: *Quicunque glorificaverit me, glorificabo eum*, 1. Regum 2. 1 Reg.2. num. 30. Chaldæus legit, ſicut & Hebræus, Chaldæus. *Honorantes me honorabo*. Sanctus Sixtus Pa- Hebræus. pa epiſtola de malis Doctoribus, *qui honori-* D Sixtus. *ficaverint me honorificabo eos*. Quæ verba tractans D. Paſchaſ. *lib.* 9. *in Matth.* ait: *Qui-* D.Paſchaſ. *cunque glorificaverit me ſuis operibus, glorificabo eum meis donis.* Dominus Deus multum abundans in miſericordia, ac miſeratione, qui eum honorant, ac glorificant ſuis operibus, virtutibus, ac meritis, doctrina etiam, & prædicatione eum ipſe honorat, ac glorificat ſuis donis divinæ gratiæ ſanctificãtis, & etiam gratiarum, ac miraculorum, ut luceant eorum opera coram hominibus, ut glorificent Patrem, qui eſt in cœlis, ac etiam ipſos miniſtros, per quos dignatus eſt tot, & tanta mirabilia operari.

Pro Sacris Imaginibus.

Hac de cauſa, Deus multa mirabilia, ac 24. miracula operatur per ſacras Imagines Chriſti Domini, Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ac Sanctorum, quia in ipſis prototypon repræſentatur, ut docet Eccleſia ab eius exordio, & maximè à 7. Synodo Generali act. 7. & frequenter per omnia Concilia. Et tandem Trident. Tridentinum *ſeſſ.* 25. docent, *Imaginibus debitum honorem, & venerationem impertiendam, non quod credatur in eis ineſſe aliqua Divinitas, propter quam ſint colendæ, ſed quoniam bonos, qui eis exhibetur, refert ad prototypa, quæ repræſentant*; quia ut docet Doctiſſimus Epiſcopus Ioannes Æchius *lib.* 2. *contra Lutherũ*, Inde Deus dignatur, multa, & magna mirabilia per ſacras Imagines edere, tum ad firmandum cultum, & venerationem eis debitum, ut docet Sancta Eccleſia Catholica; tum etiam ad manifeſtanda præclariſſima merita Chriſti, Deiparæ, ac Sanctorum, cum ob eorum Imagines, ac repræſentationes tot miracula quotidie fiunt; tum ut homines excitentur, ac permoveantur ad ipſas ſacras Imagines honorandas, ac venerandas, & ſic ſæpè vidimus ob miracula facta ab aliqua ſacra Imagine magna templa ædificari, magnàque dona ei offerri, ac multa paſſim frequentia revereri.

QUÆSTIO III.

Quomodo vera miracula agnoſcenda, & diſtinguenda ſint ab his, quæ fiunt virtute, & pacto Dæmonis?

SUMMARIUM.

25 *Divina virtute, ac arte Dæmonis fiunt aliqua ſimilia.*

26 *Sunt aliqua miracula, quæ nullo modo poſſint fieri arte Dæmonis*

27 *Dæmon facit mira mediis naturalibus adhibitis, Deus vero ſua potentia, ac virtute.*

28 *Miracula, quæ à Deo veniunt, ſunt in bonum noſtrum; quæ verò à Diabolo, in perniciem & damnum.*

29 *Miracula Dei fiunt per bonos, & ſanctos; Diaboli verò per malos, & iniquos.*

30 *Ex fine, ad quem ordinantur, agnoſcuntur vera, vel falſa miracula.*

31 *Quod ex ipſiſmet exemplis explicatur, & magis declaratur motivum ex quo miracula agnoſcenda ſunt.*

25. SOlus Deus facit, ejúſque divina virtute fiunt mirabilia, ac miracula, ut jam notavi *in exordio primæ quæſtionis*; tamen arte dæmonis applicando activa paſſivis, fiunt aliqua, quæ oculis noſtris videntur mira, & quæ quandam ſimilitudinem habent cum ipſis divinis miraculis. Elias ſanctiſſimus deduxit de cœlo ignem, 4. *Regum.* 1. *num.* 10. & *Eccleſiaſt.* 48. *num.* 3. & de Antichriſto dicitur Apocalypſ. 13. num. 13. *Fecit ſigna magna, ut etiam ignem faciat de cœlo deſcendere in conſpectu hominum.* Moyſes in Ægypto divina virtute convertit aquas in ſanguinem. *Exod.* 7. *num.* 20. fecerunt & ſimiliter malefici Ægyptiorum. *Ibidem, num.* 22. Quod etiam ſimiliter dicitur de ranis *cap.* 8. *num.* 6. & 7. Ecce valdè ſimilia fiunt virtute Dei, & arte dæmonis, quomodo hæc agnoſcenda, & diſtinguenda ſunt, inquirit præſens quæſtio.

4. Reg. 1. Eccleſ. 48.

Apoc. 13

Exod 7.

Exod 8.

26. Notandum eſt, ut jam notavi, & advertunt Michaël de Medina *de Recta in Deum fide*, *cap.* 7. Vaſquez *tom.* 1. *ad tertiam partem, diſputat.* 57. *cap.* 3. *ſtatim in principio.* Toletus *in cap.* 3. *Ioan. Annotat.* 2. Quaſdam eſſe infirmitates, quæ arte, & induſtria dæmonum poſſunt curari, conficiendo aliquod remedium ex herbis, vel aliis rebus, quarum naturas, ac qualitates ipſe optimè agnoſcit, & velociſſimè applicando talia, aliud eſt miraculum, quod nullo modo poteſt à dæmone præſtari, verbi gratiâ, mortuum ſuſcitare; nulla enim vis naturalis reducere poteſt animam à corpore divulſam, ac ſeparatam; ecce quoad mortui ſuſcitationem, quoad alia opera eſt quæſtio. Ad quæſtionē.

Medina. Vaſquez. Toletus.

27. Reſpondet primò Divus Auguſtinus *lib.* 3. *de Trinitate, cap.* 8. quod dæmones faciunt aliqua dupliciter, quæ videntur valde mira, & tanquam miracula, per virtutem cauſarum naturalium, quas illi optimè agnoſcunt; hæc verò faciunt vel in apparentia, per ſenſuum illuſionem, ac deceptionem, quæ cito evaneſcunt; vel per applicationem aliquarum rerum, verbi gratiâ, ad ſanandas quaſdam infirmitates, ut Magi in Ægypto incantationibus ſuis, aquas verterunt in ſanguinem. *Exod.* 7. *num.* 22. ſimiliter & ranas per incantationes. *Exod.* 8. *num.* 7. At quæ fiunt divinitus, nulla cauſa naturali adhibita, ſed tantum virtute divina, quæ ſuperat omnem concurſum naturalium, & ita Moyſes aquas convertit in ſanguinem, ſola ſuarum manuum elevatione, vel etiam ad alia portenta elevata virga. Sic ait D. Auguſt. *quæſt.* 79. inter quæſtiones 83. *Magi mira faciunt per privata commercia cum Dæmone: Sancti verò ea faciunt publica adminiſtratione, & juſſu ejus, cui omnis creatura ſubjecta eſt.*

D. Auguſt.

Exod 7. Exod 8.

Secundò. Miracula, quæ fiunt à Deo, ſunt in bonum noſtrum, ſive ſpirituale, ſive corporale; quæ vero veniunt à Diabolo, utrumque damnum ſecum afferunt; miracula, quæ Chriſtus Dominus faciebat, eos, quos corpore ſanabat, & etiam anima illuminabat, ut patet in cæco à nativitate, quem Chriſtus ſanavit, qui inveniens Chriſtum in templo, *procidens ipſum adoravit*, confitens eum verum Deum. *Ioan* 9. *num.* 38. & ut ibi dixi, ita communiter docent Sancti Patres. Noſter D. Cyrillus Alexandrinus, D. Auguſtinus, D. Hieron. & alii, at ea, quæ fiunt à dæmone, tendunt in damnum noſtrum. Veniat iterum Theodoretus datus ſuperiori quæſtione. *Magi mutabant aquam in ſanguinem, ſed ſanguinem in priorem naturam reducere non poterant; produxerunt illi ranas, ſed moleſtiam, & incommoda ranarum Ægyptiis auferre non poterant, ſicut fecit Moyſes; conceſſit itaque Deus Magis talia facere, ut etiam per ipſos caſtigaret Ægyptios, non tamen conceſſit illis, ut illatam plagam auferre poſſent.* Conſidera latum diſcrimē inter ea, quæ fiūt virtute Dei, ac arte Dæmonis; Moyſes convertit aquas in ſanguinem, ſed in ſubſidium Ægyptiorum, reducit in propriam naturam; è contra Magi convertunt aquas in ſanguinem, ut Ægyptios affligāt, ſed ab hac moleſtia eos non valent liberare; & Diabolus inſtigavit Magos, ut aquas ſanguineas, & ranas facerent, ut cor Pharaonis magis eſſet obduratū, ac inobediens Deo. 28.

Ioan. 9. D Cyrill. D Auguſt. D Hieron. D Auguſt. Theodor.

Tertiò. Arnobus *lib.* 1. *adverſus gentes*, ait quod miracula ſunt agnoſcenda per ſuos Authores, ac proinde quæ faciunt viri fideles, probi, juſti, ac Sancti facta ſunt Dei virtute: quæ vero faciunt improbi, flagitioſi, ac ſæpe malefici, ſunt falſa, & arte dæmonis conficta; tamen Deus aliquando, & valdè rariſſimè interventu malorum, facit aliqua miracula ad eorum iniquorum majorem confuſionem, vel ad majorē veritatis confirmationem, ut videmus in Balaam. *Numer.* 22. *n.* 23. & *Numer.* 24. *n.* 17. Proindeque ſi per iſtos malos Deus facit aliquod miraculum, eſt in confirmationē veritatis, nūquam verò falſitatis, quia alias Deus cooperaretur mendacio, & eſſet teſtis illius, quod eſt omnino impoſſibile, ut docet D. Auguſt. *lib. de utilitate credendi*, *cap.* 6. & latius D. Thomas 3. *p. q.* 43. & *q.* 44. & Caniſius *lib.* 5. *de Deipara*, *cap.* 15. & Bellarm *lib.* 4. *de Notis Eccleſiæ cap.* 14. & ſatis diffusè Boſſius *lib.* 1. *cap.* 3. 4. & 5. 29.

Num. 22. Num. 24.

D Auguſt. D Thom. Caniſius. Bellarm. Boſſius.

Quartò dico quod ſentio, & hoc diſcurſu explico, quo ſæpè in probatione miraculorū ſacrarum imaginum uſus ſunt; miracula, quæ fiunt virtute divina in eo maximè agnoſcuntur diſtincta ab his, quæ fiunt arte Dæmonis ex fine ad quem ordinantur, ea enim quæ tendunt ad gloriam, ac honorem Dei, & Sanctorum, bonum Eccleſiæ, & ædificationem fidelium, hæc à ſolo Deo veniunt; ea verò quæ à flagitioſa, iniqua, inordinata, ac vana intendunt, impoſſibile eſt, quod à Deo veniant, ſed tantum à Diabolo naſcuntur; 30.

Sic

Digitized by Google

Sic ait D. Auguſt. *cit. q. 79.* inter quæſtiones 79. *Magi faciunt, quæ videntur miracula, quærentes gloriam ſuam; Sancti vero faciunt miracula quærentes gloriam Dei.*

31\. Itaque illa, quæ nos convertunt ad Deum, & avertunt à mundo, à ſolo Deo ſunt, ea verò quæ nos avertunt à Deo, & convertunt ad mundum, ac diabolum, ab ipſo Diabolo ſunt, quod in propoſitis exemplis fit manifeſtum. Farens Elias, & Antichriſtus deducunt ignem de cœlo. Elias eo fine ut ſolum verus Deus creator cœli, & terræ, adoretur ut verus Deus, non verò Baal idolum, Deus falſus in hominum deceptionem, & hoc proveniebat, à ſolo Deo. E contra Antichriſtus deducet ignem de cœlo in terram, ut ipſe qui eſt filius perditionis, adoretur, & ſedeat in templo, tanquam Deus, ut ait Paulus ad Theſſalonicenſ. & non adoretur Ieſus Chriſtus unigenitus filius Dei, hoc tantum ſolius Diaboli eſt machinamentum. Deinde Moyſes faciebat prodigia in Ægypto, ut Dei mandaris obtemperaretur. *Dicit Dominus dimitte populum.* Et Magi faciebant, ut & continerentur; inde hoc opus diaboli erat, illud verò Dei omnipotentis.

Quæſtio IV

De miraculis, quæ fiunt per ſacras imagines, quomodo ut vera agnoſcenda?

SUMMARIUM.

32 *Miracula, quæ fiunt per ſacras imagines, inde ut vera agnoſcenda ex his, quæ à tali miraculo veniunt, ac reſultant.*
33 *Diabolus non poteſt velle confirmare cultum imaginum per miracula.*
34 *Ex ſacris imaginibus multum proficiunt Chriſtiani in ſpiritualibus, & inde conteritur caput Diaboli.*
35 *Satanas ſe transformat in Angelum lucis ſuis operibus detegitur, ac etiã Dei virtute.*
36 *Quod multis exemplis confirmatur.*
37 *In dubio an ſit miraculum pro non miraculo judicandum.*

32\. Ex his, quæ proximè dixi *in fine ſuperioris quæſtionis*, patet quomodo vera miracula, quæ ſæpè fiunt per ſacras imagines agnoſcenda ſunt, ab his, quæ fiunt induſtria, ac arte dæmonis: in his enim miraculis maximè conſiderandum, quod ex eis provenit, ac ſequitur, & frequenter multiplex virtutum actus, fides ſcilicet, qua creditur Dei potentia; ſpes; qua per hanc ſacram imaginem multorum donorum à Deo fiduciam concipimus; charitatis, quia tali miraculo multum excitamur ad diligendum Deum, & etiam ad venerationem, ac adorationem ſacrarum imaginum, ac earum cultum multis donis, ac magnificis muneribus amplificãdum; hæc autem omnia, quæ tantum conducunt ad honorem Dei, ac ſuorum ſervorum, ſolum à Deo provenire poſſunt: *Omne donum per-*
Sylvetra Opuſcula.

fectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum. ut ait Beatus Iacobus *in ſua Canon. c. 1.* Iacob. 1.
num. 17. Taléſque virtutum actus nullo modo à Diabolo provenire poſſunt, Ipſe enim omnibus ſuis machinationibus juxta Apoſtolum *ad Epheſ. 6. num. 11.* inſidiatur animabus Epheſ. 6.
noſtris, ut ab eis valeat eradicare, ac expellere omnem virtutis actum, & plantare omne turpe, & vitioſum; & ſic ſe transformet in Angelum lucis, ex ſuis operibus, ac etiam ex divina virtute ſtatim agnoſcitur, ut dicam *quæſtione hac num.* 35.

Deinde miracula, quæ fiunt per ſacras imagines ab arte Dæmonis non poſſunt exoriri; 33.
nam ut docent Sacra Concilia Generalia. Septima Synodus *Actione* 4. Concil. Senonenſ. Sept. Synod. Senonen.
in decreto fidei. Cõcil. Epheſin. Conſtantinop. & latè docẽt noſter Vvalden. *tom. 3. de Sacramentalibus, c. 50. cum ſeqq* & Agebardus Epiſcop. *lib. de vera Relig. Sancta Eccleſia Catholica à ſuo exordio ſacris imaginibus communi adverſario adverſatur.* Vvalden. Agebard.
Quod dupliciter explico; videns Diabolus quantam utilitatem ex ſacris imaginibus participent fideles, cum ex earum aſpectu maximè rapiantur in Deum, ut ſtatim dicam, inde ipſe Diabolus per ſua membra Hæreticos népe tam antiquos, quam modernos, ſacras imagines vult ablegare, & expellere. Deus tamẽ, ut rectè argumentatur Ioannes Ioan. Kch.
Kchius *lib. 3. contra Lutherum*, perpetuis, ac perẽnibus miraculis cultum ipſarum imaginũ in ſua Eccleſia firmat, ac corroborat; ſi ergo Deus tantis miraculis deſtruit machinamentũ Diaboli intendentis in damnum fideliũ ſacras imagines abolere, qua conſequentia veniet, quod Diabolus velit etiã miraculis earum cultum magis munire, ac ſtabilire, ergo miracula, quæ per ſacras imagines fiunt, non à Diabolo, ſed ſolum à Deo veniunt.

Deinde iterum redeo ad illa verba, *Sancta* 34.
Eccleſia Catholica à ſuo exordio ſacris imaginibus communi adverſario adverſatur. Quis valebit explicare, quantũ fideles ex aſpectu ſacrarum imaginũ proficiant in Dei cultu, veneratione, ac amore. *Quid enim ſunt imagines ſacræ,* (ut ſæpè dixi & iterum dicam) *quam libri expanſi ante oculos noſtros, qui à neſcientibus legere leguntur.* Ruſticus videns Chriſtũ crucifixum inde maximè inflammatur ad diligendum ipſum Deum, & Dominum, qui in tantum illum dilexit, ut pro ejus ſalute mortis ſubiret tormentum. Item videns D. Frãciſcum nudis pedibus, ſacco indutum, inde haurit documenta ſuæ ſalutis, & qua via eundũ eſt in cœlum. Præclarè D. Gregorius Mag *lib. 9. epiſtol. 9.* D. Gregor. Mag.
ait, *Quod legentibus Scriptura, hoc præſtat idiotis pictura.* Vnde Divus Gregorius Nyſſenus D. Nyſſen.
Oratione de Sancto Theodoro, ait: *Solet etiam figura tacens in pariete loqui, maximéque prodeſſe.* Nam etſi pictura mortua ſit, vivos tamen in nobis generat affectus amoris, devotionis, ac cõpũctionis vidẽtibus ad vivũ effigiata, ſeu depicta myſteria vitæ, & mortis Chriſti, unde in largum lachrymarum imbrẽ nos deſcendamus; nam ut dicitur *tunc cor dolet, cum oculus videt* ſi ergo ſacræ imagines tam magnum fructum ſpiritualẽ in nobis generant, quomodo fieri poteſt, ut Diabolus inſidiator animarum noſtrarum, qui in nobis intendit extinguere omne bonum ſpirituale, miraculis ad ſacras

imagines nos intēdat, promovere, ac excitare, quarum interventu tantum gratiarum augmentum percipimus.

35. Sed dices. Apoſtolus Paulus ſcribit 2. Corinth. 11. num. 14. *Ipſe Satanas trāſfigurat ſe in Angelum lucis*, quod ſæpè facit per ipſas ſacras imagines, ac ſacrarum rerum repræſentationes, ut ex multis hiſtoriis conſtat, ut ſtatim.

D Chryſ. D Thom. Reſpondeo cum D. Chryſoſtomo, D. Thoma *ibi*, quod ſtatim manifeſtatur ex ſuis operibus, quod ſit Princeps tenebrarum, & Diabolus tentans, & ſic ait Gaudentius Brixienſis Epiſcopus apud Benedictum Iuſtianum. *Quid mirum ſi Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis? Probant* (ſcilicet ejus opera) *utique eum eſſe Angelum tenebrarum, qui ſe Angelum lucis oſtendere conatur, ut fallat.* Ex operibus ad quæ ſuadet, & inſtigat, oſtenditur, quod Diabolus ſit, & qui ſe in Angelum lucis transfiguraverat, ex operibus, ac factis deprehenditur Angelus tenebrarum.

Gaudent. Iuſtin.

36. Quod multis exemplis declaratur, cum quidam Monachus ex Ordine S. Noberti fervidè contemplaretur Myſterium Trinitatis, eum Diabolus in ſpecie Angeli ſic alloquitur, ob tua merita dignus es, ut videas Trinitatem, his dictis apparuit tria geſtans capita, Trinitatem ſe eſſe conteſtans: Monachus divino afflatu cognoſcit Diabolū, eúmque miſerrimū omnium creaturarum appellat. Ita refert Surius *in ejus vita die 6. Iuny, cap. 19.* Idem ſimiliter de altero Monacho Præmonſtratenſi ſcribit Sigebertus *ad annum.* 1121. Vincentius *lib. 16. c. 29.* Cum etiam alter Monachus rigida diſciplina ſe verberaret coram imagine Chriſti crucifixi, Diabolum tanquam in perſona Chriſti loquentem audivit, *ego nolo mortem peccatoris*: cui Monachus, *O bone Ieſu agnoſce Diaboli vocem*; refert Sophronius *in prato ſpirituali, cap.* 45. eandem ſimilem hiſtoriā de S. Feriardo ſcribit D. Gregor. Turonenſis *lib. 2. de vita Patrum cap.* 10 & apud Suar. *die 1. Augusti.* Idémque narratur de S. Martino Turonenſi, de S. Antonio Abbate, & noſtra Sancta Magdalena de Pazzi, ac aliis multis Sanctis. Proindéque quamvis Satanas ſe transformet in Angelum lucis, tamen ex ſuis operibus, ac verbis ſe oſtendit principem tenebrarum, & maximè etiam ex divina virtute illuminante corda ſuorum juſtorum, quia etiam non ſentiunt illum fervorem, ac conſolationem ſpiritualem, quem quando ipſe verè Chriſtus adeſt.

Surius. Sigebert. Vincent. Sophron. D. Gregor. Turon. Surius.

In dubio miraculi.

37. Quando dubitatur an miraculum ſit, an non. Pro non miraculo judicandum, quia poſſeſſio eſt pro natura, & pro his, quæ ordinario, ac communi concurſu fiunt, & non pro his, quæ extraordinario, ac ſuperiori ope, ſuper vires naturæ fiunt, qualia ſunt miracula, pro quo faciunt ea, quæ in omnibus meis libris; verbo *miraculum* dixi, quod in his, quæ fieri poſſunt viribus naturæ, nō ſit recurrendum ad miraculum.

RESOLUT. XLIII.

An anima Samuelis verè apparuerit Sauli?

QUÆSTIO PRIMA.

Proponuntur circa hanc rem variæ ſententiæ.

SUMMARIUM.

1 *Refertur hiſtoriæ Textus.*
2 *Breviter ponitur difficultas quæſtionis.*
3 *Omittitur quædam ſententia aliquorum.*
4 *Ponitur prima ſententia negans.*
5 *Ponitur ſecunda ſententia, vera, & affirmans.*
6 *Ponitur tertia ſententia, utramque ſuperiorem antecedentem probabilem dicens, ac judicans.*

Omnes illius Auctores in modo dicendi non conveniunt, ſed valdè diverſimode rem explicant. Ibidem.

PRo hujus rei fundamento, præmittenda eſt hiſtoria, quæ narratur 1. *Regum.* 28. quod cum Saul vehementer urgeretur ob bellum gerendum cum Philiſthæis ſequenti die, à muliere pythoniſſa poſtulavit, ut ei ſuſcitaret Samuelem jam demortuum, mulier acquieſcens Regis dictis ait ad Saulem ibi num. 13. *Deos vidi aſcendentes de terra: dixitque ei: Qualis eſt forma ejus? quæ ait, Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio. Et intellexit Saul, quod Samuel eſſet, & inclinavit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adoravit. Dixit autem Samuel ad Saul: quare inquietaſti me, ut ſuſcitarer?* &c. Saulique dixit Samuel omnem futurum eventum belli, ut revera contigit: dicens, *Cras autem tu & filii tui mecum eritis.* Hanc eandem hiſtoriam, breviter refert *Eccleſiaſt.* 46. *num,* 23. agens de Samuele ait: *Poſt hæc dormivit, & notum fecit Regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ, & exaltavit vocem ſuam de terra, in prophetia delere impietatem gentis.* Hoc poſito veniamus ad quæſtionem. 1. 1. Reg. 28. Eccleſ. 46.

Et in ea eſt magna difficultas, quod fuerit vera anima ſua dictæ hiſtoriæ & *Primi Regum,* quia dixit Samuel *quare inquietaſti me*; & in Eccleſiaſtico quod dixerit *Regi finem vitæ ſuæ.* Quod non fuerit vera anima, inde ſuadetur, quando fieri potuit, quod anima Samuelis juſti, & Sancti de Limbo Patrum fuiſſet educta per Pythoniſſam arte magica ac Dæmonis induſtria; & inde in varias ſententias abierunt Patres, ac Doctores. 2.

Et omitto opinionem aliquorum, quos tacito nomine refert Petrus Comeſtor *in hiſtoria Eccleſiaſt.* 1. Regum 25. qui dixerunt corpus tantum Samuelis ſuſcitatum fuiſſe cum ſpiritu vivifico quodam ſine ejus anima, quā dicunt manſiſſe in ſuo loco, in quo antea erat; quæ ſentētia multis abſurdis implicatur: nam 3. Comeſtor.

nam Samuel locutus eſt; quod ab Spiritu corporeo non poterat provenire, niſi tantum ab anima: Tum quia Doctores non contendunt de corpore, ſed de ipſa anima, an venerit.

D.Cyrill. Tertullian. D.Baſil. Rupert. Synaita.

4\. Prima ſententia tenet animam Samuelis non apparuiſſe Sauli. Ita noſter D.Cyrillus Alexander.*lib.6.de Adorat.in ſpiritu*, Tertull. *lib.de anima,c.57.* D.Baſil.*in cap.8. Iſaiæ* licèt *epiſt.80.* ſententiam mutaverit, Ruper.*in Comment.lib.2.Reg.c.17.* Anaſtaſius Sanaita *q.19.* ubi contrariam ſententiam, impiam vocat, & *in 1.Reg.cap.28.* Procopius, Strabo, Burgenſ. *Addit.2 ad Lyran.* Euſtathius Archiepiſcopus Antioch. & Martyr *in diſſertatione contra Origentem de engaſtrimytho.* Methodius Bazarenſis Epiſcopus, & Martyr *in libro de engaſtrimytho*, Nicenus *in epiſtola ad Theodoſium.* Pionius Presbyter, & Martyr apud Metaphraſten in ejus vita 1. die Februarii, Philiaſtrius *de hæreſibus, c.26.* Guillielmus Parienſis *lib.de univerſo 1.part.circa finem* Turrecremata *in cap. Nec mirum 26.quæſt.5.* Vatablus *in ſcholiis ad 1.Reg.cap.28.* Ianſenius *Eccleſiaſt.46.* Gregorius Syncellus *in hiſtoria Chronolog. ab exordio Mundi*, Matthias Feliſius *in elucidatione 1. Præcept.* Martinus Martinez *lib.9.hypotep.Regula 21.* Ioao.Arboreus *l.17. Theoſophiæ.*

Procop. Strabo. Burgen. Euſtathius. Methodius Bazarenſis. Nicenus. Pionius. Philiaſtr. Guillelm. Turrecre. Vatabl. Ianſeni. Ioan. Arb.

Galatin. Caſſalius. Victoria. Caietan. Malveda. Sanchez. Cornel. Eſtius. Bonartius. La Torre. Ioſephus. Lyran. Abulen. Suar. Pallatius. Mendoça. Bellarm. Rua. Delrius. Blanca. Pereira. Oleaſter. Salian. Tornieli. Burg. Malder. Valeſius. Iodoc.Coci. Caſtro. Soto. Fr. Elias, Fr Anton.

5\. Secunda ſententia aſtruit veram animam Samuelis Saüli apparuiſſe, eique vitæ exitum denuntiaviſſe: hanc ſententiam affirmantem expreſsè tenent Petrus Galatinus *lib.6. de Arianis,c.8.* Gaſpar Caſſalius *lib 4. Axiomatum,diſp 1.c.3.* Victoria *ac Magia, q.5.n.19. ad 1.* Caietan. Malveda Sanch Cornelius, Eſtius *ad 1 Reg.cap.28.* Bonartius *Eccleſ.46.* Raphael de la Torre *2.2.q.95. art.3. diſp.3.* Ioſephus *lib.6. Antiq. c.11.* Lyra *in 1. Reg. c.28.* ibi Abulenſ.*q.28.* Suarez *tom.1.de Relig. lib.2.de ſuperſtit. cap.16. n.15.* & *tom 2. in 3. part. diſp.42. ſect.2.* Michael de Palatios *in Iſaiam,prolog 2.* Mendoça Auguſt.*q.5.ſcholaſtica,n.8.* Bellarm.*tom.1. lib.4 cap 11.n.2.l.2. de Purgator.c.6.* Rua *tom.2. controverſ.7.poſit. fol.317.* Delrius *lib.2. diſquiſit. Magicarum, quæſt.6 & quæſt. 16.* Torreblanca *de Magia, lib.2.cap.27.n.31.&de jure ſpiritual.lib.1. c. 3.n.44.* Pereira *ad cap.7. Exod.n 48.* Oleaſter *in Annotationibus litteralib. ad cap 24. Numeror.* Salian.*anno Mundi 2979.n.76* Torniellus *Annalium,to.1.anno 2979.* Burgenſ.*1. Reg.28.* Malder. *de juſtitia, tract.10. cap.8 dub.3.* Valleſius *de ſacra Philoſophia,c.33.* Iodocus Coccius *tom.1.Theſauri Cathol.lib.5.art.10.* Caſtro *de punit.Hæret c. lib.1.* Soto *in 4. diſt.45.q.1. art.4.* Petrus Gregorius Toloſ. *de Republic. lib.15.c.5.n.8.* Freites *in tract.* Cunha *de ſolicitanti*, & alii multi Doctores, quos citant, ac ſequuntur Noſtri Elias à ſancta Thereſia *to.1. legationis Eccleſiæ militantis lib.1.cap.23.n.15.* & Fr.Antonius à Matre Dei *in Præludium, ſeu Iſagogia ſacræ Scripturæ, Prælud.1.dub.14. n.317.fol.116.*

D.Auguſt. Eucherius Rabbanus Beda. Hugo. Iſidor. Clar.

6\. Eſt tertia ſententia, quæ utramque opinionem dicit probabilem, quam videtur tenuiſſe D. Auguſtinus in epiſtola ad Simplicianum, dicens, utraque opinio cohæret cum textu; hanc ſententiam expreſsè tenent Eucherius, Rabbanus, Beda, Hugo, Iſidor. Clar. *1.Reg.28.* qui Auguſtini verba ad Simplicianum tranſcribunt D. Iſidor. *lib.8.* Origenes *c.9.* Nancherus *volum. 5. Chronographiæ Gen. 32.* Caſtro *lib.2. de juſta Hæretic. punitione, c.14.* Soto *de juſtitia, & jure lib.8. art.2.quæſt.3.* & alii, quos ſuppreſſo nomine citat Petrus Comeſtor *in Hiſtoria Eccleſiaſtica, 1.Reg.28.* & pro ſe adducunt D.Gregor. Nazianzen. *orat.3.* Ubi *Samuel per ventriloquam attrahitur, aut attrahi videtur.* Omnes tamen iſti Auctores in modo explicandi non conveniunt: Nam quidam dicunt veram animam Samuelis apparuiſſe Dei virtute, alii apparuiſſe dæmonis aſtu.

Origen. Nancher. D.Iſidor. Caſtro. Soto. Comeſtor.

Quæstio II.

Reſolvitur ſententia pro parte affirmativa.

SUMMARIUM.

7 *Secunda ſententia eſt veram Samuelis animam apparuiſſe Saüli.*

8 *Hanc ſententiam tenent Tertullianus, D. Auguſtin. D.Thomas, & n 9.*

10 *Hanc ſententiam docent alii Patres.*

11 *Probatur primò ex contextu Eccleſiaſt.* Dormivit, notum fecit Regi.

12 *Ponitur, & ſolvitur inſtantia Ianſenii, ac maximè ex multis refutatur, & n.13.*

14 *Probatur ſecundò ex verbis Eccleſiaſtici,* Exaltavit vocem ſuam de terra.

15 *Ex eiſdem Eccleſiaſtici verbis in Prophetia delere impietatem gentis, cum Syriaco. Probatur iterum.*

16 *Probatur Tertio noſtra ſententia ex 1. Reg. 28. ex multis verbis ponderatis, ac examinatis.*

Mihi veram ſententia eſt veram Samuelis animam è limbo Sanctorum Patrum revocatam Saüli apparuiſſe. Ita Auctores citati *ſuperiori quæſtione in ſecunda ſententia*, eam tenent communiter Patres. Ita Tertullianus *lib.3. adverſus Marcion. cap.5.* & de Samuele loquens ait. 7.

Tertullian.

Talibus in vita ſpatio laudabilis exit,
Ut quoque poſt requiem Prophetica jura teneret.

D.Auguſt.

D. Auguſtinus libro *de cura pro mortuis,* quamvis videatur oppoſitam ſententiam tenere, in hanc maximè inclinat; quia ex eo probat, mortuos vivis apparere, quia Samuel demortuus Saüli vivo apparuit, & futura de eventu belli ei prædixit. Scripſit autem D. Auguſt. hunc librum poſt illos, quos ad ſimplicianum ſcripſerat, ut patet ex *lib.2.Retract. cap.1.& 64.* Nam libri ad ſimplicianum fuerunt primi, quos D.Auguſt. factus Epiſcopus ſcripſit, librum autem *de cura pro mortuis* multo poſt elaboravit, in illoque aperte retractat ſententiam, quam antea tradiderat. Clarius, & *in libro de octo dulcitii quæſtionibus,q.6.* ubi apertè oſtendit ſe retractaſſe priorem ſententiam. Sic ait: *Sed quam non fruſtra dixerim pedetentim in hoc genere ſimulatam Samuelis imaginem Pythoniſſæ miniſterio præſentatam, exiſtimare debere, ne inquiſitionibus diligentioribus praeſcribamus, mea poſterior* 8.

inquiſitio declaravit, quando inveni in libro Eccleſiaſtico, ubi Patres laudabantur ex ordine, ipſum Samuelem ſic fuiſſe laudatum, ut propheταſſe etiam mortuus diceretur. Ex quo apertè patet, quod quamvis D. Auguſtinus prius exiſtimaverit, ſimulatam Samuelis imaginem apparuiſſe, tamen facta maiori inquiſitione, ac diligentia, prælecto libro Eccleſiaſtico, ſimpliciter, & abſolutè veram Samuelis animam apparuiſſe judicavit.

9. D. Thom. Eccleſ. 46. In hac eadem ſententia eſt etiam D. Thomas, nam licet in aliquibus locis videatur utramque partem probabilem judicaſſe, tamen 1. part. quæſt. 89. art. 8. ad 2. ſic ait: *De Samuele dici poteſt, quod ipſe apparuit, per revelationem divinam, ſecundum hoc, quod dicitur Eccleſiaſtici 46. quod dormivit, & notum fecit Regi finem vitæ ſuæ: vel illa apparitio fuit procurata per Dæmones; ſi tamen Eccleſiaſtici authoritas non recipiatur, propter hoc quod inter canonicas ſcripturas, apud Hebræos non habetur.* Cum omnes Catholici teneantur Eccleſiaſticum recipere, inde ſecundum aſſertum D. Thomæ, nullus poteſt negare, veram Samuelis animam apparuiſſe, nam ſi illa apparitio eſt phantaſtica, ſolum hoc poteſt dici ab eo, *ſi Eccleſiaſtici non recipiatur auctoritas.*

10. Origen. D. Baſil. D. Ambr. D. Zen. Hanc ſententiam tenet Origines, *De engaſtrimytho.* D. Baſilius epiſtol. 80. ubi mutat ſententiam, quam antea docuerat *ad c. 8. Iſai.* D. Ambroſ. ad cap. 1. Lucæ dicens, *Samuel poſt mortem ſecundum ſcripturæ teſtimonium futura non tacuit.* S. Zeno Veronenſis *ſerm. de Reſurrect.* loquens de Samuele ait, *Saüli Regi deſideranti ſine ambiguitate non tantum ſuam præſentiam exhibet, ſed etiam ad conſulta reſpondet, liberiúſque canit mortuus, quam canere conſueverat vivus; unde libet exclamare: profectus potius eſt, quam mortuus.*

11. D. Auguſt. D. Thom. Eccleſ. 46. Probatur. Primo fundamento D. Auguſtini, ac D. Thomæ ex Eccleſiaſtico, ubi Patres ſuo ordine laudantur, & de Samuele dicitur cap. 46. num. 23. *Poſt hæc dormivit, & notum fecit Regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ.* Ubi ex eo laudatur Samuël mirifice, quia adhuc poſt mortem ſpiritu prophetico reſplenduerit; At ſi non eſſet verus Samüel, ſed dæmon, qui in ejus figura & forma Saüli vitæ finem prædixit; quæ laus inde decantatur de Samuele. Quod confirmo meo judicio efficaciter. In eodem contextu de vero Samuele dicitur, quod *dormivit*, ſimul poſita copulativa *&*, adjungitur *notum fecit Regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ*, ergo ſicut illud *dormivit* refertur ad verum Samuelem, ſic & illud ſecundum, *notum fecit Regi*; valdè alienum eſt, quod in eodem contextu verborum, ac cum copulativa *dormivit* referatur ad veram perſonam Samuelis, & illud immediatum *Notum fecit Regi* ad phantaſticum Samuelem.

12. Ianſeni. Nec ſat eſt ſi dicas cum Ianſenio, ad Samuelis laudem pertinere, quod non permiſerit Deus dæmonem mentiri, cum in perſona Samuelis loqueretur, ac proinde ſi dæmon immediate illam prophetiam diceret, tamen Samueli tribuitur, quia propter illum, & propter ejus nomen, conceſſa eſt à Deo.

13. Sed contra, & primo; ex nullo fundamento cogimur ad tam violentam Textus expoſitionem. Secundo, quia ut dixi in confirmatione, Sicut illud *dormivit* refertur ad veram perſonam Samuelis, ſic & illud prophetavit *notum fecit Regi.* Tertiò. Aliqui Authores oppoſitæ ſententiæ dicunt, quod Samuel edoctus fuit à Deo, & inde ipſe docuit diabolum de futuro eventu, ut illum annuntiaret, & intimaret Sauli. At quid hæc? cum facilius eſſet, quod Samuel illa Sauli diceret.

Probatur ſecundo ex eodem Eccleſiaſtico citato loco; *exaltavit vocem ſuam de terra, in prophetia delere impietatem gentis.* Singulas has dictiones expendamus, quæ aperte oſtendunt Samuelem, non dæmoni fuiſſe locutum, *exaltavit vocem ſuam de terra.* Hoc eſt diſtincta, aperta, alta, & clara voce dixit, in quo maximè diſcriminatur, & diſtinguitur à voce Magorum, ac eorum, qui arte diaboli aguntur, qui ſemper ſubmiſſe, obſcure, ac cum ambage loquuntur, & ideo Pythoniſſæ, ventriloquæ dicuntur, quia tanquam è ventre confuſos ſonos, ac tanquam inarticulatos videntur edere, ut obſervant Abulenſ. *ad 1. Reg. c. 28 q. 9.* Viven. *in lib 7 de civitate, cap. ultimo.* Rodiginus *lib. 8. c. 10.* Leo Allatius *in ſyntagmata de engaſtrimatho, c. 5.* Ut ergo agnoſceremus non dæmonem, ſed Samuelem fuiſſe locutum, ait alta voce dixiſſe, ſicut de Chriſto D. dicitur Ioan. 11. voce magna clamaſſe: *Lazare veni foras.* Lyranus ibi ait: *Ad declarationem miraculi, quia ſi dixiſſet in ſilentio, poſſent dicere adverſarii, quod verba Magica dixiſſet.* 14. Eccleſ. 46. Abulen. Viven. Rodigin. Allatius. Ioan. 11.

Pergit Eccleſiaſticus citato loco: *In prophetia delere impietatem gentis.* Syrus vertit. *In prophetia ad ceſſare faciendum peccata.* Ecce clara eſt vox Prophetæ, & non diaboli, cujus vox, & machinatio eſt, non ad ceſſanda peccata, ſed ad ipſa multiplicanda, non ad delendam impietatem, ſed ad ipſam maximè plantandam, ac propagandam; ergo vox eſt ſancti Prophetæ, cujus mens, ac intentio tota eſt abolere, ac extirpare peccatum, & ideo in pœnam peccati, ac impietatis populi, prædixit Samuel tantam cladem futuram in Populo, ut inde omnes cauti fierent ad talia peccata fugienda: Et ideo propter hunc locum Eccleſiaſtici D. Auguſt. & D. Thomas tenent hanc ſententiam. 15. Eccleſiaſt. Syriacus.

Probatur tertiò ex 1. *Reg. c. 28.* ubi ille qui apparuit Saüli, *ſenex dicitur Samuel*, quod proinde pro ejus perſona propriè accipiendum eſt, & non pro ejus figura, ſeu imagine, ac proinde de ejus anima intelligendum eſt, quæ eſt quid præcipuum in homine, ſemper enim res videtur ſupponi, ac accipi, pro eo quod in ea eſt præcipuum, ut ex Philoſopho docet D. Thom. 1. 2. *q. 106. art. 1.* Ac proinde Samuelis nomine illius anima eſt ſubintelligenda, quod ex multis denotatur, tum ex venerabili forma, qua apparuit, ita ut Pythoniſſa, quæ bene agnoverat diabolum, ait, *Deos video aſcendentes*, & Saül inclinavit ſe in terram adorans. Deinde Samuel ait, *Quare inquietaſti me.* Quia enim maximè juſtorum animabus, quæ in pace requieſcunt, convenit potius, quam corpori, quod corruptioni eſt obnoxium, & multo minus diabolo, qui ſemper circuit, quærens quem devoret, ut ait Petrus, & apud Iobum *circuit terram.* Deinde ait 16. 1. Reg. 28. Ariſtoteles. D. Thomas. 1. Petri. Iob 1.

Samel

Samuel ad Saül, *faciet Dominus ſi ut locutus eſt in manu mea.* De regno ab ipſo Saüle auferendo, ut ei prædixerat Samuel. Vivenſ. 1. *Reg.* 15. *num.* 13.

Quæstio III.

Ponuntur, ac ſolvuntur argumenta Primæ ſententiæ.

SUMMARIUM.

17 *Ponitur primum argumentum ex authoritate D. Auguſtini, & D. Hieron.*

18 *Explicantur ſancti Patres.*

19 *Argumentum ex Decreto Gratiani ponitur.*

20 *Explicatur, quod allegationes in Decreto Gratiani non plus habent authoritatis, quam in codice ſuorum Authorum.*

21 *Arguitur tertio, quia videtur valdè alienum, quod anima Sancti Prophetæ Samuelis obediret arti magicæ Dæmonis.*

22 *Anima Samuelis venit non ex arte Dæmonis, ſed ex imperio Dei, quod ex multis probatur.*

23 *Quando aliquod malum intentatur, Deus multoties prævenit, ac impedit ne fiat.*

24 *Quinto arguunt cur Samuel dixerit* quare inquietaſti me.

25 *Dolet Samuel, quod fuerit vocatus incantationibus.*

26 *Quintum argumentum, ac ſolutio, quod Samuel, & Saul erant ſimul quoad conditionem mortuorum, n. 27. & 28.*

29 *Deus Sauli noluit reſpondere per vivos ad majorem pænam Saülis.*

17. SIc Authores primæ ſententiæ, pro ea primo argumentantur, Samuelis animam de facto Saüli non apparuiſſe, & probant authoritate D. Auguſt. *lib. 2 de Doctrina Chriſtiana c. 23. & lib. 2. quæſt. ad Simplician.* Vbi in eam partem inclinat, ut non verus Samuelis ſpiritus apparuerit, ſed aliquod phantaſma, vel imaginaria illuſio dæmonis arte conficta. Et confirmatur ex D. Hieronymo ad cap. 6. Matth. in fine, ubi ait: *In Samuelis phantaſmate Pythoniſſa loquebatur ad Saülem*: ergo non vera Samuelis anima, ſed quoddam phantaſma loquebatur.

D. Auguſt. D. Hieron.

18. Reſpondetur D. Auguſtinum *in citato lib. 2. de Doctrina Chriſtiana*, illam ſententiam ſolum per modum inſtantiæ, & exempli attuliſſe, ad quod ſufficit, quod aliorum opinionem judicaret probabilem; intendebat ibi D. Augſtinus probare, Magis non eſſe adhibendam fidem, etiamſi aliquid verum eveniat, ex iis, quæ prædicunt. Ad locum *ex epiſtola ad Simplicianum* dicimus, quod etſi in illo loco tenuerit eam ſententiam, poſtea eam retractavit, ut dixi ſuperiori quæſtione in limine. Ad D. Hieronymum dicimus, quod Sanctus Doctor nullam partem huius ſententiæ ex ſe determinat; nam ad *c. 7. Iſaiæ* ait, agens de hac quæſtione, *quod plerique affirmant*, & ad *c. 13. Ezechiel* Solum dicit, *Pithoniſſa viſa eſt Samuelis animam ſuſcitaſſe.* Et ſi Patres fuerunt in hac quæſtione valdè dubii ex eo erat, quia pro tunc Eccleſiaſticus non erat receptus, ut Canonicus, ut modo eſt, cum ergo hic ait, quod in Samuelis phantaſmate Pythoniſſa loquitur Saüli; intelligit quod ipſa Samuelis anima in phantaſmate, ſeu corpore aëreo, ut juxta graves Doctores dicitur de Moyſe apparuiſſe in Transfiguratione, ut dixi *tom. 4. in Evangel. c. 8. q. 12.* Sic intelligitur in præſenti, quod ipſa Samuelis anima in corpore aëreo, ſeu phantaſmate apparuit.

D. Auguſt. D. Hieron.

19. Arguunt Secundo. Quia hæc ſententia, Eccleſiæ ſententia iam videtur determinata, & reſoluta. Nam *cap. illud 26. quæſt. 2. & in cap. Nec miram 26. quæſt. 5.* expreſsè declaratur, ac dicitur, non Samuelis animam, ſed ejus ſpectrum, dæmonis præſtigiis Saüli apparuiſſe.

Cap. Nec mirum.

20. Negatur antecedens; nam Canones, ſeu authoritates appoſitæ in Decreto Gratiani, non magis obligant, nec maiorem autoritatem habent, quam in ſuis propriis authoribus ac proinde non ibi plus vendicant, quam dum ſunt in Codice ſuorum Authorum, ita docent Caietan. 2. 2. q. 81. *art. 5. dub. ultimò ad* 1. Soto *l. 7. de iuſtitia, q. 3. art.* 1. Bellarm. *l. b. 2. de Romano Pontifice, cap. ultimo,* Suar. *de legibus, lib. 4. c. 5. n. 5.* Sanchez *de matrim. lib. 9. diſp. 12. n. 3. & 5.* Salas *de leg. diſp. 8. ſect. 13.* Machado *tom. 1. lib. 3 part. 4. tract. 2. documento 3.* Valentia *tom. 3. q. 6. diſp. 6. de voto, punct. 6.* Villalobos *tom 1. tract 2. difficult. 7.* Angian. *de leg. lib. 2. controverſ. 9. n. 4.* Butrios *in proœmio Decretalium §. ſanè n. 10. & 17.* Rebuffus *in repet. l. quod iuſſit* in Gloſſa *magna n. 10. ff. de re judicata.* Emmanuel Rodriguez, Megala, Alciatus, & alii, quos citat, ac ſequitur Diana *part. 3. tract. 6. Reſol. 26. & part. 5. tract. 14. Reſol. 68.* Ac proinde in decreto Gratiani ſolum illa habent rationem juris Canonici, ut benè advertit Anguianus *citat. n. 22.* quæ ſunt Decreta Conciliorum, ac Pontificum, cætera verò eandē authoritatem habent, prout ſunt apud ſuos Authores, loca illa quæ adducuntur in citato loco à Gratiano, ſunt ex D Auguſtino *in libro de cura pro mortuis*, vel de epiſtola ad Simplicianum, quam ſententiam retractavit ex lectione Eccleſiaſtici, ut jam dixi *q. 2. n. 8.* Vnde authoritas D. Auguſt. nihil facit contra nos.

Caietan. Soto. Bellarm. Suar. Sanchez. Salas Machado. Valentia. Villalobos. Angian. Butrius. Rebuff. Gloſſa. Rodrig. Megala. Alciat. Diana.

21. Dices tamen ſapientium dicta, quæ allegantur *in Digeſtis* habent vim legis; ergo ſimiliter Sanctorum dicta, quæ continentur in Decreto. Negatur conſequentia, nam illa dicta Iuriſprudentium habent vim legis, non tantùm quia ſunt *in Digeſtis*, ſed quia Iuſtinianus Imperatoriis authoritatem dedit, tanquā ſi fuiſſent ab ipſo Imperatoris ore prolata, & ab ejus propriis conſtitutionibus emanantia, ut patet ex *l. 1. Cod. de veteri jure enucleando*, at talis authoritas non reperitur in Decreto Gratiani, nec aliquis Pontifex ei dedit talem authoritatem. Nam Pius IV. Pius V. Gregorius XIII. curarunt, ut ipſum Decretum Gratiani, ut liber maximè utilis ab erroribus Typographi expurgatus, imprimeretur, nam in antiquis editionibus pluſquam quadraginta errores inveniri teſtantur Felinus *in c. 2. de reſcript. n. 43.* Cæpola *de cognitione librorum iuris Canonici, n. 18.* Tiraquellus *de nobilitate*

L. 1. Cod. Pius IV. Pius V. Greg XIII. Felinus. Cæpola. Tiraquel.

tate, *c.* 31.*n.* 538. Rojas *de hæreticis*, *part.* 1.*n.* 58. & alii.

22. Arguunt tertiò; quia illa figura, ſeu umbra Samuelis, obedivit Pythoniſſæ, eiuſque magicæ arti, proindeque ejus incantationi, dæmoniſque vi, ac poteſtate ſuſcitata videtur: Pythoniſſa non alium, niſi tantùm ſuum Pythonem, id eſt dæmonem familiarem evocavit: hoc autem valdè impium, & alienum eſt, ſentire de anima ſancti Samuelis Prophetæ, ut obediens eſſet, & veniret ex dæmonis imperio, fuit ergo, quæ apparuit larva dæmonis, non anima Samuelis.

23. Reſpondetur ad argumentum, quod Samuel apparuit, non obediens Pythoniſſæ, nec ejus arti, ſed imperio, ac juſſioni Dei; imò Deus pervenit, & impedivit omnem incantationem, quod ex multis patet, quia ubi primum Saül conſuluit Pythoniſſam, ſtatim abſque ulla mora, antequam ipſa ſua carmina magica, ſuoſque ritus magicos exercuiſſet, ad Samuelem invocandum, ſtatim mulier vidit 1.Reg.28. Samuelem 1.*Reg.* 28. *num.* 12. Sceundò, quia mulier videns Samuelem, turbata eſt, cum adeſſet, antequam invocaret, quia ſi poſt ejus invocationem veniret, non turbaretur. Tertiò; quia mulier videns Samuelem, ipſum non agnovit, ſed ait, *Deos vidi aſcendentes.* Si autem Samuel adeſſet per ejus invocationem, benè eum agnoſcet, venit autem Samuel non ex incantatione magica dæmonis, ſed ex juſſione Dei, qui voluit impedire artis magicas, & eas prævenire, ac antea reſpondere, ut Caietan. ait Caietanus, ut ita eſſet evidens, quod non dæmon, ſed Propheta ex Dei imperio reſpondebat, quod ſicut ipſe principium regnandi Saüli annuntiaverat, ita & finem vitæ, & re- D. Auguſt. gni propter ſua demerita prædiceret, D. Auſtin. *ad Simplicianum*, *lib.* 2. *quæſt.* 3. & ait: *Non eſt abſurdum credere ex aliqua diſpenſatione divinæ voluntatis permiſſum fuiſſe, & non invitus, nec dominante, aut ſubjugante magica potentia, ſed volens, atque obtemperans occultæ diſpoſitioni Dei, quæ & Pythoniſſam illam, & Saulem latebat, conſentiret ſpiritum Prophetæ oſtendi aſpectibus Regis, divina eum ſententia percuſſurus.*

24. Quòd autem, cum aliqua mala intentantur, Deus præveniens impediat, ne ipſum malum perficiatur, patet. Nam cum Balaam vellet conſulere dæmonem pro Balac Rege Moab, prævenit eum Angelus Dei, ut illam, altam ac illuſtrem de Chriſto Domino, ac Iſraël prophetiã, per ipſummet Balaam edidit, Num. 22. *Numer.* 22.*n.* 32. Similiter cum Rex Ochoſias ægrotaret, & pro ſua ſalute mitteret legatos, ad conſulendum Beelzebub idolum, prævenit eos in itinere Elias, & propter illud peccatum, ex Deo mortem prænuntiavit, ac inti- 4 Reg. 1. mavit, 4. *Reg.* 1. *num.* 16.

25. Arguunt quartò; ille, qui apparuit, conqueſtus eſt de Saüle, quia Nicromantiæ virtute ipſum evocaverit, non iuſſu Dei, inde 1. Reg 28. evocatus ait: *Quare inquietaſti, me ut ſuſcitarer*, c 28.n.15. Ergo ille apparens, non venit ex iuſſione Dei, cujus imperio ad nutum, maximè juſti obtemperant; ergo ille, qui apparuit, non erat ipſemet Samuel juſtus, ſed quoddam dæmonis ſpectrum. Et confirmatur, quia audiens Saül, quod Samuel apparebat: *Inclinavit ſe in terram, & adoravit*, citato cap. 28. n. 14. Si autem eſſet verus Samuel talem adorationem ſibi deferri non permitteret, quia ſoli Deo hanc dandam eſſe, ipſe Samuel ſæpè docuerat, ergo non erat ipſemet Propheta, ſed dæmon ejus loco.

Reſpondetur ad argumentum, quod Samuel conqueritur, non quia juſſus eſt à Deo, 26. quia tunc non invitus veniebat cum maximè obediens, & volens eſſet obtemperans Deo, ſed conqueritur, quod ſuſcitatus fuiſſet per media illicita artis magicæ, quod ei maximè diſplicebat, & quamvis Saül non fuerit cauſa, fuit tamen occaſio ad talia peccata committenda, imò ex hoc maximè confirmatur noſtrum aſſertum; quia diabolus actionibus Magicis, ac peccaminoſis non inquietatur, ſed potius delectatur, & maximè congaudet, dum mediis incantationibus evocatur in hominum perniciem. Ad confirmationem dicimus; Gen. 23. quod adoratio latriæ ſoli competit Deo; at 1 Reg 24. verò Duliæ, ſeu obſervantiæ datur viris ſan- 1. Reg. 25. D Thom. ctis, & magnis; ſic Abraham adoravit filios Heth, *Gen.* 23.*n.* 7. David adoravit Saülem, 1. *Reg.* 24. *n.* 9. Abigail Davidem, *ibid.* 25.*n.* 23. de quo videndus eſt, D. Thomas 2.2. *q.* 84. *art.* 1. *ad* 1.

Arguunt quintò; Samuel dixit ad Saülem: 27. *Cras autem, tu, & filii tui mecum eritis*, 1. Reg. 1. Reg. 28. 28.n. 19. Samuel, ut juſtus erat in limbo Sanctorum Patrum, Saül autem ut impius deſcendit ad infernum damnatorum, utpotè moriens in actuali delicto magicæ, ac diabolicæ invocationis.

Reſpondetur quod illud *mecum eritis*, ſigni- 28. ficat generaliter, ac confusè ſtatum defunctorum, ac proinde idem eſt, ac ſi diceret: *Cras tu, & filii tui moriemini, & mecum eritis in ſtatu mortuorum*, diſpari tamen ſorte; nam Samuel in limbo Patrum receptus eſt, ſicut & de Ionatha multi dicunt, & ait Beda: *Nec* Beda. *enim ibi Saul malus, ubi Ionathan bonus meruit recipi*, D. Auguſt. *lib.* 2. *ad Simplicianum*, *q.* 3. D. Auguſt. ſic ait in perſona Samuelis: *Mecum eris, non ad æqualitatem felicitatis, ſed ad parem conditionem mortis refertur, quod uterque homo fuerit, & uterque mori potuerit, iamque mortuus mortem vivo prænuntiabat.*

Arguunt ſextò: nam 1. *Reg.* 28. *num* 8. ex- 29 1. Reg 28. preſè dicitur, quod Saüli Deus nec per viſionem, nec per Prophetas reſpondere voluerit ac proinde qui per Prophetam adhuc vivum reſpondere noluit, multo minus per Samuelem iam defunctum id efficeret. Reſpondetur negando ſequi Deum, qui noluit reſpondere per vivos, non reſpondiſſe per defunctum, quia utrumque maioris indignationis erat ſignum, itaut Saül, qui receſſerat à Deo, ex omni parte vehementer coarctaretur, tam à vivis, quàm à mortuis; à vivis, à quibus non habebat reſponſum; & à mortuis, ab illo nempe, à quo inauguratus fuerat Rex, dirum nuntium privationis Regni, ac vitæ, quia dignus erat hac pœna.

Quæ

Quæstio IV.

An defunctorum animæ aliquando veniant ad nos ſuperſtites, ac viventes?

SUMMARIUM.

30 *Anima ſeparata ſua naturali virtute non poſſunt venire, ac apparere.*

31 *Animæ defunctorum, ſive ſint in Cœlo, ſive in Purgatorio, ſeu Inferno arte dæmonis non poſſunt venire, & apparere viventibus.*

32 *Vnde apparitiones, quæ faciunt dæmones fingentes ſe eſſe animas, ſunt phantaſmata arte dæmonis.*

33 *Et quando dæmon in corpore Dæmoniaci loquitur nomine defuncti mentitur.*

54 *Reprobantur aliqui, qui promittunt ſe poſt mortem apparituri.*

35 *Sanè ex permiſſione Dei animæ apparent viventibus.*

30. PRimò dicimus de naturali potentia tam ipſarum animarum, quam dæmonis, poſtea de Dei virtute eſt agendum. Et primò certum eſt animas ſeparatas ſua naturali virtute non poſſe tales apparitiones efficere, eiſque multum repugnare, ut docet D. Thomas 1.*p.* q.117.*art.*4.& ait: *Non poteſt anima naturali virtute movere aliquod corpus, cum enim ſit naturalis forma humani corporis, non habet vim movendi ſecundum locum, niſi corpus quod informat, & vivificat, quare animæ defunctorum, neque aſſumere corpora, nec cum illis ad vivos venire poſſunt.* D. Thomam ſequuntur Caietanus ibi, ac communiter omnes Theologi. Anima ſeparata cum ſit naturalis forma ſui corporis, aliud corpus ſecundum locum non poteſt movere, quia per reſpectum ad extraneum corpus, non eſt illius forma, per reſpectum ad proprium corpus, illud eſt redactum in pulverem, & anima non habet vim ad illud iterum componendum, & eſto demus quod tale corpus adhuc ſuperſtes eſt, jam eſt informatum alia forma cadaveris, quam anima ſeparata non poteſt expellere, nec valet producere ſui unionem, ad tale corpus, nec poteſt ſua naturali vi corpus aëreum efformare, quia anima ſeparata nullam habet vim ad movendum corpus externum, ut ait Divus Thomas, & cum ipſa ſit ſpiritualis, non poteſt agere per ſe in corpus materiale.

D.Thom.
Caietan.

31. Nec tales animæ poteſtate, aut arte dæmonum poſſunt venire: Quia *Beatorum animæ in manu Dei ſunt*, ut dicitur Sapient. 3. num. 1. & Deuteron. 33. num. 4. *Deus dilexit populos: omnes ſancti in manu illius ſunt.* Damnatorum autem animæ, perpetuis (Divino judicio) ſunt addictæ ſuppliciis, & ſine ejus permiſſione nequit diabolus ſinere egredi: *Vinculis æternis ſub caligine reſervavit*, Judas Apoſtolus *num.*6. Animæ autem, quæ ſunt in Purgatorio utpotè quæ à Deo duriſſimo carceri ſunt mancipatæ, abſque ejus licentia, inde exire non poſſunt, ac proinde cum in gratia, ac juſtitia ſint confirmatæ, iam ſunt in manu Dei, nemo de manu eius valet rapere, *Ioan.* 10. *num.*28. Nihil in eis diabolus valet efficere, D. Auguſt. *lib. de cura pro mortuis, c.*16. Petr. Thyræ, *libro* 1. *de apparit. ſpirituum*, c.11. Petrus Bensfeld. *de confeſſ. malefic. lib.*2. *concluſ.* 2.

Sapien. 3.
Deutor. 33.
Iudas Apoſt.
Ioan. 10.
D. Auguſt.
Petr. Thyræ.
Bensfeld.

Vnde apparitiones, quas faciunt dæmones, fingentes ſe eſſe animas defunctorum, ut in errorem inducant, ſunt ſpectra, & phantaſmata, ut tradunt Tertullian. *lib. de Anima, cap. ultimo* S.Thomas *part.* 1. *q.* 117. *art.* 4. Soto *lib.*8. *de iuſtitia. q* 2. *art.* 2. *col.* 4 *verſ. Sed rogas.* Pedroſa *in ſumma in* 1. *præcepto*, §. 10. Delrius *diſquiſit. magic. quæſt.* 27. *ſect.* 7. Sanchez *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 38. *num* 23. Qui etiam bene advertunt, quod quamvis bona conſulant, petantque ſuffragia fieri, aut aliquid reſtitui, id efficiunt gratia facilius illudendi, ac decipiendi. 32.

Tertullian.
D.Thom.
Soto.
Pedroſa.
Delrius.

Quando autem in dæmoniaco, dæmon ſe eſſe animam alicuius defuncti dicit, ſemper mentitur, ut tradunt Abulenſ. Martinus Delrio, quos citat Sanchez *allegatus num.*24. quia anima defuncti nunquam aliud corpus ingreditur, & ut citati Doctores aduertunt id, quod præſcribunt, aliquando faciendum, aut quia circunſtantes ſe obligarunt, aut quia aliud quod dicunt, in ſe eſt bonum, ac proinde ratione ſuæ bonitatis faciendum. Tamen advertit Thyræus *de Apparitionibus ſpirituum* c.15.*n.*20. dæmonibus nec bona conſulentibus, obediendum eſſe, eo quod omnia bona, quæ conſulunt, ſunt doloſa, & tendunt in perniciem noſtram. 33.

Abulenſ.
Delrius.
Thyræus.

Unde non eſt temere imitandum, quod antiquitus ab aliquibus factum legimus, mutuo promittentibus, ut præmoriens ſuperſtiti appareret, certiorem cum de ſuo ſtatu facturus, & quamvis res ſecundum ſe conſiderata, valeat culpa carere, ut docent Auctores ſtatim citandi, quia tamen talis apparitio non eſt in poteſtate morientis, & obiectum eſt expoſitum illuſioni dæmoniacæ, ideo merito id reprehendunt Cirvelus *de ſuperſtitionibus part.* 3. c.11.& Friburgus *in ſumma confeſſor. lib.* 1. *titu.* 11. *q.* 23. Martinus del Rio *lib.* 2. *diſquiſitio. Magicar. quæſt.* 26. *ſect.* 7. 34.

Cirvelus.
Friburg.
Delrio.

Tamen concedendum, aliquas animas in cœlo beatas, aut in Purgatorio exiſtentes, in infernove detentas, id Deo permittente ob aliquas juſtas cauſas, aliquando viventibus apparuiſſe, ut de Samuele eſt dictum *ſuprà quæſt.* 2. ſic & Judæ Machabæo apparuerunt Onias Sacerdos, & Jeremias Propheta, qui extendens manum dexteram dedit Judæ Machabeo gladium ad pugnandum contra adverſarios populi Dei. 2. *Machab.* 15. *à n.* 12. & 13. &c. quod & multis aliis exemplis probant Martinus Deltio, Thyræus & eodem libro per multa capita. 35.

2. Machab.
Delrius.
Thyræus.

.
*

RESO

Google

RESOLUT. XLIV.

An aliquando laudabile ſit, vel ſaltem licitum propria manu mortem comparare?

QUÆSTIO PRIMA.

Ponuntur ea, quæ pro voluntaria morte inflicta pugnant cum exemplis.

SUMMARIUM.

1 *Nil eſt aliud diu vivere, quam diu torqueri,*
2 *Fuerunt aliqui, qui dicerent, non ſolum licitum, ſed laudabile ſeipſum interimere.*
3 *Fuerunt aliqui, qui amore mortis ſe vivos concremarunt.*
4 *Hæc ſententia probatur ex aliquibus locis ſcripturæ.*
5 *Probatur hæc ſententia auctoritate Patrum.*
6 *Comprobatur exemplo ſanctarum Virginum.*
7 *Pro hac re multas alias matronas in exemplum adducit D. Hieron.*
8 *Quod etiam confirmat exemplo Lucretiæ.*
9 *Multi etiam fuerunt viri, qui ſe ipſos occiderunt amore æternitatis.*

1. PRæſens vita omnium miſeriarum officina eſt, ſolus ille illam claudi dolebit, qui quietam odit, ſerias maiorum reſpuit, quique perenni vita, perennes appetit pœnas, & in perpetuis ærumnis æternare, unde rectè ait
D. Auguſt. D. Auguſtin. *ſerm.* 17. de verbis: Domini: *Nihilque eſt diu vivere, niſi diu torqueri.* Et ideo multi laboribus pleni illam exoptâre,
D. Chryſ. unde opportune ait Chriſoſtom. homil. 49. in Matth. *Omnibus laborantibus dulcis eſt finis, viator libenter interrogat, ubi ſit manſio; mercenarius frequenter computat, quando annus compleatur; agricola ſemper tempus meſſis expectat, & mulier prægnans ſemper de decimo menſe cogitat.* Sic & ærumnis plenus mortem operitur, de illaque ſemper cogitat. Hoc poſito.

2. Fuerunt Donatiſtæ, qui *Circumcelliones* dicebantur, qui non ſolum exiſtimabant licitum, ſed opus eſſe eximium, & magni meriti, atque quoddam martyrij genus, quod aliqui ferro, vel igne ſe ipſos neci darent, alioſque vel minis additis, vel precibus cogerent, ut
D. Auguſt. eos interficerent, ut refert D. Auguſtinus
Hæreſi 69. & dicebantur *Circumcelliones*, vel
Philaſtr. ut Philaſtrius ait *Hæreſi* 57. Circuitores, quia varias terras circuibant, ut invenirent aliquos, à quibus interficerentur, & hac de
Petilian. cauſa aliquando latrocinia faciebant. Hujus erroris Auctor fuit Petilianus Donatiſta.

5 Ex alio capite etiam apud Iudæos fuerunt *Gymnoſophiſtæ*, qui vocabantur Samonei, qui pulchrum, & elegans dicebant occupare diem fati, ſeu mortis, & vivos ſe cremari jubebant; quia ſcilicet vitam, ut quandam naturæ ſervitutem inviti patiebantur, & mortem expectare pro decore habebant, de quo latè agunt Cælius Rodrig. *lib.* 13. *c.* 25. Quintus Curtius *lib.* 8. Tiraquel. *in annotat. ad c.* 25. *lib.* 2. Alexand. ab Alexand.

Hæc ſententia, ſeu error à ſacra Pagina ſcuta protectionis aſſumit. D. Paul. *Hebr.* 11. 4.
Heb. 11. *n.* 32. Sanſonem in Catalogo Sanctorum adſcribit, qui ſe ipſum occidit. Eleazarus ſummè
laudatur à D. Ambroſio *lib.* 1. *Officior. c.* 40. D. Ambroſ.
qui ſe ipſum Elephanto, quem occidit oppreſſit, 1. *Machab.* 6. *n.* 46. ſuoque voluntariè ſepultus eſt triumpho; de Razia, præclaræ
ejus laudes deſcribuntur, 2. *Machab.* 14. *n.* 37. 2. Machab
& ſtatim dicitur de eo, *n.* 42. quòd elegit: *No-* 14.
biliter mori potius quam ſubditus fieri peccatoribus, & gladio ſe peremit, non occumberet autem nobiliter, ſi ſe occidere feciſſet contra rationem. Deinde ex obſervantia legis maximè ejus probitas demonſtratur. Saül etiam, admoto ad pectus mucrone proprii gladii ei incumbit ad mortem comparandam, *Reg.* 31.
num. 5. quòd facinus plures excuſant, de quo Reg. 31.
agit Salianus ad annum 2979. *n.* 125. Salian.

Quòd etiam ex mente Sanctorum confir- 5
matur, D. Hieronym. explicans illud Ionæ 1. D. Hieron.
num. 11. *Mittite me in mare*; ubi ſe ultro ad necem offerebat, ſic ait Sanct. Doctor: *In perſecutionibus non licèt propria perire manu abſque eo ubi caſtitas periclitatur.* Ergo juxta mentem ſancti Patris, ubi caſtitas in diſcrimen vocatur, licitum erit mortem propria
manu ſibi infligere, D. Ambroſius *lib.* 3 *de* D. Ambroſ.
Virginibus, idem aſſumptum probat exemplo Pelegia.
Pelagiæ Virginis Antiochenæ, ac duarum ſororum, ac matris earum, quarum iſta ſcilicet Pelagia ſubverſis prius idolorum aris, ſe ferro peremit; iſtæ verò una cum matre ſe in fluvium demerſerunt. Vbi ſanctus Doctor, ibi loquens in perſona harum Virginum, proponit multas rationes, quibus eorum placitum comprobare, ac approbare reſolvit.

In hac eadem ſententia cum D. Ambroſ. 6.
eſt Euſebius Cæſar in *lib.* 8. *Eccleſiaſt. hiſtoria* Euſebius.
c. 17. Ubi ſummis laudibus celebrat factum
Sophroniæ Romanæ, quæ cum intelligeret, S. Sophron.
quod à Mazentio Tyranno evocabatur, ut ejus eleganti pulchritudine frueretur, ſuum cubiculum ingreſſa, Deum flexis genibus orans, ſuam pudicitiam Deo conſecrans, accepto mucrone pectus, ac viſcera tranſverberavit. Quod hæ fœminæ in hac nece ſibimet ipſis inferenda non peccaverint, inde optime probat *Euſebius proximè citatus*, quia Eccleſia Catholica, pretioſa, ac honorifica martyrum morte concelebrat. His merito adnu-
meranda B. Appollonia Virgo, quæ ſe expe- D. Apollon.
diens è carnificum manibus in ignem ſe iniecit, cujus feſtum celebrat Eccleſia, die 9. Fe-
bruarii: Cujus glorioſum martyrium multum Mantuan.
celebrat noſter Mantuanus, & de eo agunt Euſebius.
Euſebius *lib.* 6. *c.* 34. Nicephorus *lib.* 5. *c.* 3. Nicephor.

Breviter hic adnectam, præclariſſimas ma- 6
tronas, quas magnopere laudat. D. Hierony- D. Hieron.
mus *epiſtol.* 11. & *lib.* 1. *adverſus Iovinianum*, Carthaginis ſcilicet Reginam, quæ magis ardere voluit, quam Regi Hiarbæ nubere, & Aſdrubalis uxorem, quæ apprehenſis utraque manu liberis, in ſubiectũ ſe præcipitavit

incen

incendium, ne pudicitiæ damna ſentiret, necnon & trecentas Matronas ex genere Theutonum, quæ in captivitatem redactæ, cum cognoviſſent, ſe aliis viris captivitatis conditione tradendas eſſe, ut fidem prioribus ſervarent, mane ſuffocatis laqueo faucibus repetæ ſunt, mutuis ſe tenentes complexibus.

8. D. Hieron. Valer. Max.

His etiam aſtringam cum D. Hieron. Lucretiam illam Romanæ pudicitiæ ducem, ut eam dicit Valerius Maxim. *lib.6. cap.1.* quæ violenter oppreſſa à Tarquinio, ſe ipſam interemit; puduit enim turpitudnis alienæ in ſe commiſſæ, etiamſi non ſecum, & nolens violatæ pudicitiæ ſupervivere, maculam corporis cruore delevit, ut dixit D. Hieronym. *lib.1. ad Iovianian.*

9.

His etiam fœminis maximè ab antiquitate laudatis adjungendi ſunt viri illuſtres, qui cœlum appetentes ſibi ipſis manus intulerunt, ut Cleanthes Chryſipp. & Zeno, & Empedocles Poëta Siculus, qui immortalitatem novo mortis genere affectans, ſe in Æthnam conjecit, ut cum repente non appruiſſet, tranſlatus in Deum crederetur, quod optimè confirmat Romanæ Sapientiæ princeps *Cato Vticenſis*, Vir ſapiens, & doctus, quem mirificè laudat D. Auguſt. *lib.1. de Civit. c.23.* qui lecto Platonis *libro de æternitate*, ejus aviditate ſe ipſum interemit. Hæc ſententia non ſolum exemplis, ſed etiam rationibus dandis q. 5. Confirmatur.

Cato Vtic. D. Auguſt.

Quæstio II.

Veritas Catholica ſtatuitur, magno pondere Doctorum, ac utriuſque.

SVMMARIUM.

10 *Reſolutio vera, & Catholica, quod nullus poteſt ſemetipſum interimere.*
Probatur Reſolutio magno numero Doctoram. Ibid.
11 *Probatur ex jure Canonico, quod magnas pœnas imponit ſemetipſum interficienti.*
12 *Probatur noſtra vera reſolutio ex pœnis, quas leges civiles imponant ſemetipſum interficienti.*

10. CErta, & Catholica reſolutio eſt: abſque Dei auctoritate, ac ejus peculiari impulſu illicitum eſſe, aliquem ſe ipſum interimere. Hanc veritatem latè docent, ac tuentur D. Auguſtinus *lib.1. de Civitate, à cap.17. uſque ad cap.27.* & *lib 1. contra Petilianam, c.24.* & *lib.2. cap 49.* & *lib.2. ad Marcellian. Comitem, c.21.* & aliis in locis. Optatus Milevitan. *lib.3. contra Donatiſtas.* D. Chryſoſt. *homil.87. in Ioan.* D. Hieronymus *epiſt. 25. ad Paulam ſuper obitu Bleſillæ.* Origen. *tract.2. in Iob.* ad illud, *Benedic Deo, & morere.* Lactantius *lib.3. de falſa Sapient. cap.18.* D. Bonavent. *in 3. diſputat. 37. in expoſit. litera.* D. Thomas *ſecunda ſecundæ, quæſt.59. artic.3. ad 2. & 64 artic 5.* & *quæſt.124. artic.2. ad 2. & 3. part. q.47. artic 6. ad 3.* D. Thomam ſequuntur Caietan. Bañez, Salon. Aragon Malderus, Noſter Philippus à Sanctiſſ. Trinitate, Ioan. à D. Thoma *citata, quæſt. 64. artic.5.* Sylveſter, Victoria, Sotus, Covarruvias, Philarc. Petrus de Navarra, quos citant, ac ſequuntur Leſſius *lib.2. cap.9. dub 6.* Molina *de juſtitia. tom.4. tract.3 dub.9.* Lugo *de juſtitia, diſput.10. ſect. 1.* Simancas *de Catholicis inſtitut. titul.18. num.26.* Andræas Alciatus *lib.6. Parergon. cap. 27.* Tiraquell. *de nobilitat. cap.3. num. 559.* Philiaſter, Caſtro, Ioannes Andræas, & alii multi, quos citat, ac ſequitur noſter Fr. Antonius à Matre Dei. *Preludio 1. Sacra Scriptura, digreſſ.4. num. 347. fol 133.*

D. Auguſt. Milevit. D. Chryſ. D. Hieron. Origenes. Lactant. D. Bonav. D. Thom. Caietan. Bañez. Salon. Aragon. Maldet. Philipp. Ioan. à D. Thom. Sylveſt. Victoria. Sotus. Covar. Philiar. Leſſius. Fr. Anton.

Sylveira Opuſcula.

11. Probatur primò, aſſertum, quia tam leges Eccleſiaſticæ, quam civiles graviſſimè puniunt illos, qui ſe ipſos interficiunt; quoad leges Eccleſiaſticas ex Concilio Bracharenſi 1. *cap.34.* ubi dicitur: *Placuit, ut hi, qui ſibi ipſis, aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut ſuſpendium, aut quolibet modo violentam inferunt mortem, nulla pro ipſis in oblatione commemoratio fiat, neque cum Pſalmis ad ſepulturam eorum cadavera deducantur.* Excipiuntur ab hac ex *cap. Parte 2. de ſepulturis*, qui non ſponte, ſed caſu, vel vi illata ab alio invitus ſe præcipitavit, ut ex utroque Textu colligunt Doctores, eos qui voluntariè ſe occiderunt, privandos Eccleſiaſtica ſepultura: nam quamvis Concilium Bracharenſe prohibeat tantum Officium ſepulturæ, eo ipſo prohibet locum ſepulturæ in Eccleſia, qui enim indignus eſt, ut pro eo Eccleſia fundat preces, conſequenter indignus eſt ut habeat locum ſacrum Sepulturæ. Ita Covarr. *in cap. Alma mater*, & *lib.2. variarum, cap.1. num.11.* Navarrus *conſil. 7. de ſepult.* Suarez *de cenſuris diſp.35. ſect. 1.* Barboſa *de Officio Parochi, part.3. cap 36. num.49.* & *in Collectanea ad cap. Placuit, 23. q.5.* Rodrig. *tom.3. quæſt.61. artic.1.* Anton. Gomez *tom.3. variar. cap. ultim. num.8.* Ioan. Sanchez *in Selectis, diſp.36. num.2.* Farinacius *in praxi criminali, part.5. q 128. num.28.* Julius Laborius *variar. lucabrat. tom.1. tit.2. cap.31. num.28.* Sayrus *Clavi Regia, lib.7. cap.9. num.1.* Azor. *lib.9. cap.31. quæſt.5.* Menochius *de Arbitrar. caſu 284. num.35.*

Brachar. Covar. Navarr. Suarez. Barboſa. Rodrig. Ant. Gom. Ioan. Sanch. Farinac. Laborius. Sayrus. Azor. Menoch.

12. Quoad leges civiles. Probatur ex *l. ſi quis aliquid, § finali, ff. de pœnis*, & ex *l. Omne delictum, §. Qui ſe vulneraverit, ff. de militari.* Ubi occidens ſe ipſum punitur infamia; ubi per leges, qui ſe ipſos occidunt, vel occidere faciunt, vel intentant, infames fiunt, etiam morte non ſecuta. Ita Ioan. Andreas *in Additionib. ad ſpeculatorem, tit. de pœnis, §.1.* Igneus *in l.1. §. ſi ſibi manus, ff. ad Syllam. n.17. & 20.* Tiraquel. *de Nobilitate, c.3. n.559.* ubi adducit legem qui rei, *§. Sic autem, ff de bonis eorum, qui ſibi mortem conſciverunt.* Et apud Gentiles erant ſtatutæ ſpeciales pœnæ contra eos, qui ſe occiderunt, ut ſcribit Ariſtot. *3. Ethic. cap.7.* & *lib.5. cap.11* & Æſchines *orat in Cteſiphontem*, ait, qui ſe ipſum necaverit, manus, quæ hoc peregit, abſcinditur, & ſeparatim à corpore ſepelitur.

L. Omne. Ioan. Andr. Igneus. Tiraquel. Ariſtot. Æſchines.

Quæstio III.

Probatur eadem veritas D. Thomæ rationibus, ac aliis etiam magni ponderis.

SUMMARIUM.

13 *Probatur primò, ex naturali inclinatione, qua res appetit ſuam conſervationem.*
14 *Ex charitate qua quilibet tenetur ſe ipſum diligere.*
15 *Ex lege abſolutè prolata non occides.*
16 *Secundum Scripturã hominis inclinatio dicitur ad malum ſecundum partem ſenſitivam, & n.17.*
18 *Probatur ſecundò, ex gravi damno, & injuria, quæ fit Reipublicæ.*
19 *Reſpublica non poteſt dare licentiam ut quilibet ſe occidat, & n.20.*
21 *Probatur tertiò, quia ſolus Deus eſt Dominus vitæ.*
22 *Confirmatur, quia ille, qui occidit ſervum alienum injuriam facit Domino.*
23 *Etſi homo accepit Dominium omnium rerum tamen in ſe ipſum.*
24 *Qui ſe alteri vendit, non dat illi dominium, in vitam, & corpus ſuum ſed tantum in ſuas actiones, & n.25.*

13. D.Thom. NOſtram veram, ac certam reſolutionem probat Divus Thom. 2.2. quæſt. 64. artic. 5. *Quia naturaliter quælibet res ſeipſam amat, & ad hoc pertinet, quod quælibet res conſervat ſe in eſſe, & corrumpentibus reſiſtet quantum poteſt, & ideo, quod aliquis ſe ipſum occidat, eſt contra inclinationem naturalem, & contra charitatem, qua quilibet debet ſe ipſum diligere.* Ex quibus ſic formatur hæc ratio, quicunque agit contra inclinationem naturalem, & amorem, quem recta ratio dictat, ſi eſt in re gravi, peccat mortaliter contra jus naturale, ſed qui ſe occidit, facit in re gravi contra inclinationem naturalem, & contra amorem, quem recta ratio dictat, ergo peccat mortaliter. Minor probatur, quia unaquæque res natura duce, ac recta ratione dictante, propriam vitam amat, & illius contrariis reſiſtit, quantum poteſt.

14. Confirmatur. Primò, ex charitate debet quilibet diligere ſe ipſum pluſquam proximum, *Charitas bene ordinata incipit à ſe ipſa*, & ideo regula diligendi proximum, ex ſe ipſo eſt accipienda; dicitur enim, *Diliges proximum ſicut te ipſum*; ergo ſi occidẽs proximum, facit contra charitatem, ac illius præceptum, quod dicit, *non occides*: multo magis contra illam agit, qui ſe ipſum occiderit.

15. Confirmatur ſecundò, quoniam lex abſolutè, & ſimpliciter prolata eſt, lex ait, *non occides*; & non addit proximum tuum, ſed lex quæ prohibet falſum teſtimonium, dicit *falſum teſtimonium non dices adverſus proximum tuum*; & tamen in hoc præcepto etiam comprehenditur ille, qui adverſus ſe dicit falſũ teſtimonium; ergo etiam à fortiori in illo præcepto *non occides*, non ſolum intelligitur ille, qui occidit proximum, ſed etiam qui ſe ipſum occidit, & hac ratione D. Auguſt. *lib. 1. de Civit. cap. 2.* probat noſtrum aſſertum. D.Auguſt.

Obicies contra rationem D. Thomæ. De inclinatione naturali ſic: hominis inclinatio nõ eſt ad bonum, ſed ad malum. *Geneſ. 8. n. 21.* dicitur, *Senſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua*, & Sapient. 12. n. 10. de peccatoribus agens ait, *Nequam eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſorum*: ergo malitia naturalis eſt, ac proinde inclinatio ad malũ, & non ad bonũ naturalis eſt. 16. Geneſ. 8. Sap. 12.

Reſpondetur ad locum Gen. Scripturam ibi non agere de inclinatione naturali hominis, quæ congenita eſt cũ ipſa natura, ſed de actibus partis ſenſitivæ, quæ frequẽter tendunt in obiecta ſenſibilia, ac delectabilia, & ideo aliquando contra rectam rationem, & inde dicuntur proni eſſe ad malum. Ad locũ Sapientiæ reſpondetur cũ D. Th. 1. p. q. 6. art. 4. ad 2. quod idem etiã tradunt Hugo, & alii expoſitores ad citatum locum; malitiam dici *naturalem*, non quia aliqua natura mala creata ſit à Deo, ut dixerunt *Manichæi*, ſed quia malitia peccatorum, nimis inveterata, & radicata eſt in aliquibus, ut in Pharaone, ut per conſuetudinem, quæ eſt altera natura, quaſi in naturam verſa ſit, de quo videndus eſt D. Auguſt. *lib. 2. de nuptiis, & concupiſc. cap. 8.* 17. D.Thom. Hugo. D.Auguſt.

Probatur ſecundò, noſtrum aſſertum ex D. Th. *citato loco*, nemini licet ſpoliare aliũ re ſua, cum gravi damno, & injuria illius, ſed qui ſe occidit ſpoliat rempublicam re ſua, quia quilibet homo eſt Reipublicæ, ac pars illius & quælibet pars, id, quod eſt, eſt totius, ergo nemini licet ſine gravi Reipublicæ injuria ſe ipſũ occidere. Unde ait Ariſtot. 5. *Eth. c. c. ult.* qui ſe occidit, facere injuriam civitati. Sic ait: *Quapropter eſt inſtituta ignominia quædam adverſus eum, qui ſibi mortem conſcivit, ut civitati injuriam facienti.* 18. D.Thom. Ariſtot.

Argues contra hanc rationem ex injuria illata Reipublicæ, at ſi Reſpublica det conſenſum, & licentiã, ut aliquis ſe occidat, tunc non fiet injuria Reipublicæ, & tamen occidens ſe peccabit; ergo ratio nõ ſtat. Confirmatur, quia ſi quis ſit ſolitarius, nullique Reipubl. addictus, occidẽdo ſe, nulli Reipub. facit injuriã, & tamen peccabit, ergo ratio illa non eſt bona. 19.

Reſpõdetur Quod quamvis Reſpublica habeat poteſtatem ad occidendos malefactores, non tamen habet dominium in vita ſuorum ſubditorũ, qui bene, & honeſtè vivũt, & ideo pro libito non poteſt dare cuiquã licentiã ut ſe occidat: nã ipſius Reipublicæ eſt procurare bonum commune, & cuſtodire vitam ſuorum civium, hoc autẽ jus violat, qui ſe, vel alium occidit, & mutilat. Ad confirm. dicimus, quod ille ſolitarius, ad aliquam communitatem pertinet: nam alicuius terræ, ac patriæ filius eſt; & eſto ipſe ſolus ſit in mũdo, & nulli Reipublicæ faciat iniuriam, peccat tamen contra ſe, & contra Deum, ut eſt dictum; ad ſolum Deum pertinet occidere, & vivificare. Ratio autem D. Thomæ procedit de rebus communiter, ac ſecundum præſentem ſtatum. 20.

Probatur tertiò, ratione eiuſdem D. Thomæ. Quia homo nõ eſt dominus vitæ ſuæ, ſed ſolus Deus, qui occidere, & vivere facit, à quo illam homo dono accipit, ergo nequit homo de illa pro libito diſponere, ac illam deſtruere, 21. D.Thom.

ſtruere: nam talis rei deſtructio proprius eſt actus Domini, ſub cujus poteſtate eſt, qui valet de illa ad ſuum beneplacitum facere quidquid ei placuerit.

22. Confirmatur. Ille, qui occidit ſervum alienum, injuriam irrogat proprio domino, & qui alienum ſubditum punit, injuriam facit judici illius, cujus judicium uſurpat; ergo cum ſolus Deus ſit Dominus vitę hominis, qui Dei ſervus eſt, ad ſolum Deum, Dominũ, ac judicium de illius vita pertinet, juxta illud Deut. 32. n. 39. *Ego occidam, & ego vivere faciam*; ergo magnam injuriã Deo facit, qui ſe ipſum occiderit. Hac eadem ratione utitur *Socrates* apud Platonem *in Phædone*, ut eandem concluſionem probet, ac confirmet. Dicens, quod *ſicut Dominus iraſcitur ſervo, ſi ſe voluerit interimere, ſic & Deus niſi ipſe jubeat.*

Deuter. 32.

Socrates.

23. Argues contra hanc rationem. Homo accepit à Deo dominium omnium rerum: *Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus.* Pſal. 8. ergo etiam reſpectu ſui ipſius; & ſi dominus eſt, qui præeſt domui, & in illam habet imperium, ſic & homo interiori domui ſuæ præ eſt, & in illa habet dominiũ. D. Zeno *ſerm. de duplici tentatione poſt medium* ſic ait: *Recordare, ô homo, quis eſt, qui largitus eſt tibi teipſum*: ergo homo habet dominium in ſe ipſum.

Pſalm. 8.

D. Zeno.

24. Reſpondetur; quod Deus homini dedit dominium omnium rerum, quæ ſũt extra ſe, dominium autem vitæ hominis Deus ſibi reſervavit. Et ratio eſt, quia Deus nõ concedit aliquid contra jus naturæ, jus autẽ naturæ dedit homini inclinationem naturalem, ut ſe conſervaret, ac proinde negavit poteſtatem, ut de ſua vita pro libito diſponere.

25. Inſtabis, & probo, quod homo in ſeipſum habet dominium. Homo poteſt ſe ipſum alteri vendere, ergo in ſeipſũ habet dominiũ, qu in alterũ transfert. Reſpondetur, qui ſe ipſũ vendit, nõ alteri dominiũ ſui dat, ſed ſolũ quoad aliquas operationes ſuas, quas propriè vẽdit: nam dominus, qui emit ſervũ, non habet dominium in vitam, ac corpus ſervi, ut poſſit illum occidere, aut membra corporis mutilare, aut ſecare, ſed ſolum illius operationes poteſt in proprium uſum, vel alienum convertere.

Quæstio II.

Satisfit argumentis ab exemplis, ac ab auctoritate petitis in quæſtione prima

SUMMARIUM.

26 *Viri, & fœmina in Scriptura ſe ipſos occidentes hoc fecerunt ex impulſu Dei.*

27 *Idem dicimus de Sanſone, quem martyrem appellat D. Bacharius.*

28 *Idem dicimus de Eleazaro.*
Razem, etſi à peccato aliqui excuſant, D. Auguſt. D. Thomas condemnant. Ibid.

29 *Fœmina Gentiles ob ignorantiam excuſanda. Sancta Apollonia, Sancta Pelagia ex impulſu Spiritus ſancti.*

30 *D. Hieronymus bene agnovit præceptum de morte ſibi non infligenda.*

31 *Explicatur Sanct. Doctor.*

Sylveira Opuſcula.

32 *Contra Hæreticos, quibus exoſa eſt caſtitas, ponuntur fœmina ſe ipſas occidentes.*

33 *Lucretia, & alij fecerunt ex imbecillitate animi.*

Generaliter ad exempla adducta ex Scriptura, quæ viros, vel fœminas laudat ſe ipſos occidẽtes vel quia ab Eccleſia inter Martyres recenſentur, dicimus hoc factũ fuiſſe ex ſpeciali revelatione, vel impulſu Dei, ſic ait D. Auguſt. cit. lib. 1. de Civit. Dei, cap. 25. *Cum Deus jubet, ſeque jubere ſine ullis ambagib. intimat, quis obedientiã in crimẽ vocet? Quis obſequium pietatis accuſet?* Sicque quõ Abrahamus Deo jubente voluerit filium jugulare. 26.

D. Auguſt.

27. Idem dicendum eſt de Sanſone, ut docent D. Aug. *cit. lib.* 1. *de Civit. c.* 26 D. Thomas 2. 2. *q.* 64. *art.* 5. *ad* 4. Innoc III. *in c. Gaudemus de divortiis.* Et D. Ambr. *epiſt.* 24. *ad Vigilium*, & quod zelo honoris Dei motus fuerit, patet ex religioſa ejus invocatione, ac priſtina fortitudine reſtituta, & inde inter Martyres eum annumerat S. Bacharius *epiſt. ad Ianuariũ.* Deinde poteſt dici, quod Sanſon directè intendit occidere Philiſthæos Dei hoſtes, & per accidens ſe ipſum occidit. Ita Lyran. Abulenſ. Caietan. Serar. & alij *ad c.* 16. *Iudic. n.* 28. & 29. Salian. *ad annum mundi* 2899. *n.* 45.

D. Auguſt. Thom. Innoc III. D. Ambr.

Bachar.

Lyran. Abulenſ. Caietan. Serarius. Salianus.

28. Sic etiam dicendum de Eleazaro, qui ob commune populi bonũ, ſuppoſuit ſe Elephãto, quem occidit, illiùſque ruina ſepultus eſt. Raziam autem quem etſi à peccato excuſare volunt, ibi Lyran. & M. Lezana *tom.* 1. *Annalium Carmelit. ad annum* 3893. *n.* 12. quia in Textu dicitur *amator Civitatis, & vir bene audiens.* Tamen, quia ipſe ſe non interemit pro Dei honore, ac amore patriæ, ut populum ſuum liberaret, ut Sanſon, & Eleazarus, inde eum à peccato non excuſat D. Auguſt. *citat.* Imò D. Thomas 2. 2. *q.* 64. *art.* 5. *ad* 5. ait, quod in illo facto non veram fortitudinem oſtendiſſe, ſed magis quandam animi mollitiem, nõ valentis mala pœnalia ſuſtinere. Et D. Auguſt *epiſt.* 61. ait Raziam, eligẽdæ mortis non ſapientem fuiſſe, ſed impatientem potius ferendæ fortunæ adverſæ.

Lyran. Lezana.

D. Auguſt. D. Thom.

D. Auguſt.

29. De Saüle, & Rabbini eum velint à peccato excuſare, tamen eum in illo facto deliquiſſe, eſt communis ſententia. Ita Lyran. Abulenſ. Burg. Salianus jã citatus. Ad id quod dicitur de virginibus, quæ ſemetipſas occiderunt, ne virginitatem perderent, ſi à peccato volumus excuſare dicendũ eſt hoc feciſſe ex ignorantia quadam invincibili, exiſtimantes licitum eſſe ob cuſtodiendam virginitatem mortem ſubire. De Beata Apollonia, Pelagia, ac aliis ſimilibus hoc feciſſe dicimus ex impulſu Spiritus ſancti. Ita D. Ambroſ. Euſebius.

Rabbini. Lyran. Abulenſ. Burg. Salian.

D. Ambr. Euſebius.

30. Tota difficultas eſt ad locum D. Hier. *Non licet propria manu perire, abſque eo ubi caſtitas periclitatur.* Leſſius *lib.* 1. *de juſtitia, c.* 9. *dub* 6. *n.* 23. & alij, quos refert, & impugnat Cardin. Lugo *tom* 1. *de juſtitia, diſp.* 10. *ſect.* 1. *nu.* 16. non reputant inconveniens dicere, quod Sanctus Doctor fuerit in ea ſententia ob cuſtodiam virginitatis licitam eſſe mortem ſibi inferri; abſit tamen quod Maximus Doctor tam generalis præcepti habuiſſe ignorantiam, cujus etiam multi Barbari, ac Ruſtici ignorant ã non habent, maximè cum ipſemet

Leſſius.

Lugo.

Digitized by Google

D.Hieron.*epiſt.15.ad Paulam*,in Chriſti perſona dicat: *Nullam animam recipio, quæ me nollente ſeparatur à corpore.*

Gloſſa. Aragon. Salon. Beñez. Turrect. Barboſa. Cenedo. Cantic. 4.

31. Ideo dicendum eſt cum Gloſſa *ad cap. Non noſtrum*, 23.*q*.5.ubi referuntur verba D.Hierony. Ibi Turrectemata,& etiam Aragonius, Salon,Bañez *citati ſuprà.q.2.n.*10.Barboſa *in tract de Dictionibus,dict.*2.Cenedo *poſt librum Canonicarum, & practicar. quæſtion.ſingular.*2. *n*.4. particula *Abſque*, ut intelligatur dictionem ſubſequentem non agi de illa. *Cantic*.4. *num.* 1. dicitur, *Quam pulchra es amica mea, abſque ab eo quod intrinſecus latet:* non indicatur latentia non eſſe pulchra, ſed erat pulcherrima, cum dicitur ergo *abſque eo* denotatur, quod ſponſa in externa facit eſt valdè pulchra, abſque eo quod intrinſecus latet,de quibus modo non agimus, ſic cum ait Divus Hier. *Non licet manu propria perire abſque eo dum caſtitas periclitatur.* Illa particula *abſque eo*, ita eſt, ac ſi dicat D. Hieron. *(D. Hieron.)* de caſtitate ſervanda modo non ago, ſed ab hac quæſtione me abſtioeo.

32. Ad alia loca ex eodem Sancto Doctore de fœminis Gentilibus ſemetipſas occidentibus. Noo proponit Sanctus Doctor eas, ac ſi dignæ habeantur laude, aut imitatione ſint dignæ,ſed ex illis Hæreticos tedarguit, quibus exoſa eſt caſtitas; & ex hoc etiam Chriſtianas fœminas confundit,quæ ut caſtè vivant, leviora non tolerant. Lucretiam optimo jure

Ovid.

condemnant Ovidius *in Faſtis*,dum de illa ait:

Succubuit fama victa puella metu.

D. Auguſt.

33. Et melius D.Auguſt. *citato lib de Civit.c.*19. de Lucretia loquens ait: *Quod ergo ſeipſam, quoniam adulterium pertulit, occidit, non eſt pudicitia charitas, ſed pudoris infirmitas.* Per quod etiam patet ſolutio ad omnia alia exempla Gentilium,quos ad ſibi inferendam mortem, non magnitudo animi,ſed imbecillitas quædam, cordiſque mollities coëgit, ut ait

Ariſtot. Lyplius.

Ariſtoteles 3. *Ethicor.cap*.7.& Lypſius *lib*.3. *Manudict. Diſſert*.23.

QUÆSTIO V.

Ponuntur, ac ſolvuntur argumenta contra noſtram reſolutionem.

SUMMARIUM.

34 *Primo poteſt quis alium occidere, ergo & ſeipſum.*

35 *Poteſt quis occidere alium ex juſto titulo, etiam & ſe ipſum, ſi Deus inſpiret.*

36 *Poteſt quis in multis caſibus non conſervare ſuam vitam, ergo & ſe ipſum occidere.*

37 *Magna eſt differentia inter præceptum negativum, & affirmativum.*

38 *Solvantur exempla adducta in argumento.*

39 *Condemnatus ut veneno moriatur,non poteſt illum per ſe ſumere, nec Iudex poteſt cum ad hoc obligare.*

40 *Qui rigida pœnitentia utitur, non ideo hoc facit,ut vita breviar fiat, ſed ut Deo ſatisfaciat:*

41 *Qui ſe occidit licet non peccet contra juſtitiam, peccat contra charitatem.*

42 *Licet homo per peccatum tranſeat in conditionem brutorum, non poteſt tamen inde occidi, & n.43.*

44 *Peccatum majus malum, quam infamia,& mulier in articulo poſita, imploret Dei auxilium, ut provideat, & inſpiret quid agendum, & n.45.*

OPpoſita ſententia contra noſtram veram, ac Catholicam reſolutionem, non ſolum pugnat multis exemplis,magna Patrũ auctoritate,ut vidimus *q* 1. ſed etiam rigidis argumentis. Et primò. Non magis eſt contra quintũ Decalogi præceptũ, ſe ipſum occidere,ac occidere alium, ſed in multis caſibus licitum eſt alium occidere;quia hoc non eſt ita intrinſecè malum,ut multoties non liceat,ergo etiam aliquando licebit ſe ipſum occidere. 34.

Decalog.

Ad argumentum reſpondetur.Concedo majorem,diſtinguo minorem; licitum eſt alium occidere,vel publica auctoritate ſecundum leges juſtitiæ, vel ſe defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, concedo; quia Deus ita diſpoſuit, quod ratione juſtæ defenſionis poſſit quis alium occidere.Similiter licita erit ſui,vel alterius occiſio, ſi Deus alicui jubeat, vel interius divinitus inſpiret, quod ſe, vel alium occidat,ut diximus ſuperiori quæſtione de Samſone, Beatis Apollonia, ac Pelagia. 35.

Secundò argumentantur, eodem præcepto tenetur quilibet non occidere ſe ipſum, ac ſuam vitam conſervare, ſed in multis caſibus licitum eſt propriam vitam non conſervare, v.g poſſum in naufragio,quando una ſola tabula eſt,illam dare amico,etſi ego pereã,cum inimicus me aggreditur, poſſum me non defendere, tempore peſtis potero infirmis miniſtrare Sacramenta, etjamſi mors certiſſimè ſit futura: Condemnatus ad moriendum veneno,vel fame,poteſt illud ſumere,vel à cibo clanculum oblato abſtinere; imò poteſt etiãſi ad fugiendum pateat aditus non fugere. 36.

Reſpondetur ad argumentum; præceptum negativum ſe non occidendi ſemper, & pro ſemper obligat,ad abſtinendam ſe à tali actione,ex qua mors per ſe, vel ex intentione ſequatur,niſi Deus aliud jubeat.At præceptum affirmativum conſervandi vitam non obligat pro ſemper ad ponendum omne medium,quo poſſit vita conſervari, vel abſtinendum ab omni illo, quod poteſt ei nocere; quo poſito patet ſolutio ad adducta. 37.

Cum inimicus me invadit, probabile eſt poſſe me nõ me defendere,maximè ſi ex ipſa defenſione proveniat aliquod dedecus, alias exiſtimo quod tenetur quiſque ſe defendere: ex charitate eximia, poſſum tabulam dare proximo, dummodo mea vita non ſit valdè neceſſaria Reipublicæ,& maximè interveniẽte aliqua ratione honeſta; certum eſt, quod peſte laborantibus poſſum inſervire, de quo videndus eſt Diana 5.*part.tract*.4.*Reſolut*.28. & *Reſolut*.41.An verò condemnatus,ut fame pereat, poſſit abſtinere à cibo abſcondite oblato? Affirmant Maldeus,Azorius,Leſſius, & Sotus apud Dianam *citatum,Reſol*.41. negant verò cum D.Thoma 2.2.*q*.69.*art*.4.Cajetan.Bañez,& alii apud eundem Dianam,& hinc mihi eſt probabilius, quia ut ait D. Tho. *Non ſumere, eſſet ſe ipſum occidere.* 38.

Diana. Malder. Azor. Leſſius. Soto. D Thom. Caietan. Bañez.

39. Condemnatus autem juſtè ad moriendum veneno, nequit illud voluntariè haurire, ut docent Lugo, Comitolus, Petrus Navarra, & alii apud Dianam *citatum Reſol.* 29. Quidquid in contrarium dicant Victoria, Aragonius, Corduba, imò etiamſi Iudex juſtè condẽnaret reum ad mortem, non tamen poteſt condemnare, ut ipſemet ſibi mortem inferat, ut docet D. Thom. *cit. loco*, & damnanda eſt conſuetudo aliquarum Gentium, ut apud Japones dicitur, ut reus ſit mortis ſentẽtiæ executor, vel venenũ bibendo, vel ventrẽ ſuum ferroſecando.

Lugo. Comitol. Navarr. Diana. Victoria. Aragon. Corduba. D.Thom.

40. Dices. Licitum eſt vitam breviorem facere aſperitatibus, jejuniis, etiam ex conſilio confeſſorum: ergo etiam erit licitum jubente Judice in pœnam criminis ſeipſum occidere. Negatur conſequentia; nam ille qui facit rigidam pœnitentiam, non id primario intendit, ut vita abbrevietur: nam ſi id tali intentione præſtet, peccabit mortaliter; ſed id quod primario intendit redigere carnem in ſervitutem Spiritus, Deo placere, & ſatisfacere pro peccatis, licet per accidens inde proveniat, ut vita abbrevietur.

41. Arguitur tertiò. Homicidium inde eſt peccatum, in quantum juſtitiæ contrariatur, ſed nullus poteſt ſibi ipſi injuſtitiam facere, ut docet Ariſtot. 5. *Ethic. cap. ult.* quia ſicut juſtitia eſt ad alterũ, ita & injuſtitia, ergo nullus peccabit occidendo ſeipſum. Reſpondetur, homicidium ſui non ſolum eſſe peccatum, prout contrariatur juſtitiæ, ſed etiam prout contrariatur propriæ dilectioni, proindéque qui ſe occidit, non peccat contra juſtitiam, ſed contra charitatem, per reſpectum verò ad Deum, ac Rempublicam; peccat contra juſtitiam, cõtra Deum, quodammodo contra iuſtitiam commutativam: nam quamvis hæc detur inter æquales, tamen quantum ad rem ablatam, cum uſurpet dominium Dei, cum ipſe ſolus ſit Dominus vitæ, & quoad Rempublicam peccat contra juſtitiam legalem; quia Reſpublica habet jus ad cuſtodiendam ſuorum vitam.

Ariſtot.

42. Arguitur quartò. Cuilibet licet occidere bruta animalia; atqui homo peccando decidit à dignitate humana, & tranſit quodammodo in beſtiarum ſervitutem, ut ait D. Thom. 2. 2. *q. 64. art. 2. ad* 3. ergo cuilibet licebit illum occidere, quia illius mors cedit in bonum communitatis, ſicut imperfectum ordinatur ad perfectius. Confirmatur. Peccator eſt membrum putridum, & reipublicæ nocivum; ſed quilibet poteſt ſibi ipſi membrum putridum amputare ob bonum totius, ergo etiam poterit propter bonum reipublicæ, ſe totum perimere, utpote membrũ putridum reipublicæ.

D. Thom.

43. Ad argumentum, concedo majorem, & etiam minorem, nego conſequentiam, quia licet per peccatum homo tranſeat in ſervitutem brutorum, poteſt tamen ſurgere, & ab illa miſera conditione ſe expedire, ac in ſortem filiorum Dei tranſire, quia Deus dat locum pœnitentiæ, & ab ipſa forte futura contingenti non poteſt ſe homo privare. At bruta nunquam à tali conditione poſſunt ſe liberare. Ad confirmationem dicimus, quod nullus tantum ex ſuo judicio poteſt membrum putridum abſcindere, hoc faciendum eſt judicio, medici, & tunc poteſt membrum abſcindi quando nulla eſt ſpes ſanitatis, at homo, quã-

vis magnus peccator ſemper poteſt habere ſpem, quod mediante gratia Dei reſurgat.

Arguitur quintò. Licitum eſt, ut majus malum evitetur, minus admittere, ſed aliquando per occiſionem ſui ipſius vitat quis majus malum, ſcilicet ignominiam, infamiam, quæ in hominum æſtimatione, eſt majus malum, quam mors, vel evitat violentiam caſtitatis, ergo ſaltem tunc erit licitum ſeipſum occidere. Confirmatur. Ponamus caſum, fœmina pro certo habet, quod opprimenda ſit à Tyranno, & timet ex ſua fragilitate, quod libidine illecta conſentiat, etiamſi violenter rapiatur, ergo ne anima peccato polluatur, poteſt per excidium corporis remedium procurare; ut videtur ſentire D. Ambroſ. *lib. 3. de Virginibus, de B. Pelagia*, ut retulimus *q.* 1. 44.

D. Ambroſ.

Reſpondetur negando maiorem, quia peccatum commiſſum, in ſui occiſione majus malum eſt, quam infamia, ac ignominia, quæ morte duplicatur, quod probi, & docti imbecilitati tribuunt. Ad illud, quod dicitur de fœmina in tali caſu, debet ipſa implorare divinum auxilium, ut violentæ oppreſſioni non conſentiat, vel Deus provideat remedium, & inſpiret quid faciendum, ſicut inſpiravit Pelagiæ, quam Deo plenam dicit B. Ambroſius, ut eius mors, non humano arbitrio, ſed divino conſilio tribuatur, pro quo maximè videndus D. Auguſtinus *citato lib. 1. de Civitate Dei. cap. 25.* 45.

D. Ambr. D. Auguſt.

RESOLUTIO XLV.

Vita conſervanda.

QUÆSTIO PRIMA.

Vita etſi multum ſit æſtimabilis, & pro eius conſervatione laborandum, tamen multa incommoda faciunt, ut ejus finis, & mors deſideretur.

SUMMARIUM.

1 *Vita unde dicta, & miſeriarum plena, & brevi tranſiens.*
2 *In pœnitentia agenda non ſunt multum ſcrupuloſi viri Sancti.*
3 *Ad vitam conſervandam ſolum tenemur medüs ordinariis uti, & non extraordinariis.*
4 *Etſi nemo poſſit ſe occidere, tamen pro vita ſpirituali, in abſtinentia eſt laborandum.*
5 *Qui bibit in infirmitate aquam cum nive, etiamſi medici contradicant, non peccat mortaliter*

VITA ſecundum Ariſtotelem, libro de vita & morte, *eſt manſio animæ in corpore*; proindéque ab ipſa anima proveniunt omnes actiones vitales. Inde vita per ſe ipſam eſt multum amabilis, ac æſtimabilis ſuper cætera temporalia, ut latè Tullius *lib. 1. Rhetoric. cap. 6.* Tamen cum ipſa valde plena ſit miſeriis, & valdè incertus eius finis, non pro ea multum laborandum: nam ut dicitur Eccleſ. 9. *Nemo eſt qui ſemper vivat,* 1

Ariſt. Tullius. Eccleſ. 9.

Digitized by Google

Proverb. *& qui hujus rei habeat fiduciam*, & Prov. 27. *Ne glorieris in craſtinum, ignorans, quid ſuperventura pariat dies.*

2. Et eum ex naturali naturæ inclinatione, ac appetitu, unmquodque enim appetit ſui conſervatiooem, indeque tenetur homo ad ſui conſervationem, media convenientia adhibere; & quamvis jejuniis, pœnitentiis, auſtero, & rigido modo vivendi videatur vita abbreviari, tamen in hoc non ſunt multum ſcrupuloſi, viri ſancti, & juſti, fervente, ac pleni amore Dei, ut carnem ad ſervitutem ſpiritus redigant, ut notat
Grenado. Granado 2. 2. *controverſ. 3. tract. 6. diſp 2. ſect 3. n. 12.* Et idem etiam faciunt multi viri pro ſatisfactione ſuorum peccatorum, ſi hoc faciunt hac conſideratione rectè faciunt, ſi verò ea intentione hoc præſtent, ut ipſa vita conſummetur, pereat, ac abbrevietur, tunc erit peccatum mortale, quia homo noo eſt dominus ſuæ vitæ, ut dixi ſuperiori *Reſolut. quaſt. ultima.*

Deinde, ut docent Victoria *de relect. tempor. n. 9.* Leſſius *de juſtit. lib. 4. c. 3. dub. 2. n. 12.*
3. Victoria. Leſſius. Bonum virtutis eſt præſtantius vita; unde propter illud, poteſt vita deſeri. Deinde cum vita non ſit ex bonis ſupernis, & ſemel neceſſa iò deſerenda, non tenemur eam niſi mediis ordinariis, ſecundum proportionem noſtræ conditionis fovere, & propagare, quod exemplis explicatur, verbi gratiâ, non tenemur in obſidione veſci canibus, felibus, muribus, & calceorum ſegmentis, &c. nec tenemur pretioſiſſimis uti medicamẽtis, vel cibis, ad morbi, aliàs lethalis curationem; nec teneor mutare ſolum, & aliam civitatem ſalubriorem inquirere, etiamſi medici dicant hoc
Granad. Diana. ad vitam neceſſarium, ita etiam habet Granado citatus, & Diana *part. 5. tractat. 4. Reſolutione 33.*

4. Si verò dicas, quod non poteſt, cui unicus eſt dies vitæ ſeipſum occidere; ergo non poteſt abſtinentiis vitam ſibi ad aliquos annos abbreviare. Nego conſequentiam, ſiquidem in primo caſu committitur peccatum propter homicidium, cum homo non ſit dominus vitæ ſuæ. In ſecundo autem caſu homo dirigit, ac gubernat vitam ſuam ad Dei obſequium, ne caro concupiſcat adverſus ſpiritum, ſed in Dei obſequio perſeveret, & qui opera pœnitentiæ exercet, vitæ temporali minus accommodata, non agit contra rationem, imò potius ſecundum illam, in ſervitutem redigeos carnem ſuam, ut vivat vita ſpirituali, quæ multo excellentior, ac pretioſior eſt vita corporali.

5. An verò quis teneatur ſub mortali, non bibere aquam, vel vinum nive refrigeratum, quia exinde prævideat, quod citius moriatur? Ad hoe dubium reſpondent negativè Marti-
Bonacina. nus Bonacina *in noviſſimis additionibus, tom. 2. de controverſ. diſp. 2. quaſt. ultima ſect. 1. punct. 7. n. 9.* ubi aiunt noviſſimi Doctores, quibus ad-
Rodrig. hæret Rodrig. *de perfectione ſtatus Religioſi*; eos à mortali excuſarit, qui nivem ad tollen-
Diana. dum vini, vel aquæ calorem adhibent, etiamſi inde prævideant fore ut citius pereant, hæc enim videtur levis, & indirecta, ac remota cooperatio ad mortem. Ita etiam Diana 5. *part. tract. 4. Reſol. 27.*

6. An liceat alicui ſuam mortem deſiderare pro evitanda injuria, aut aliquo dedecore in ſua perſona, ac ſtatu? Affirmativè reſpondent Coninch. *de Charitate, diſp. 27. n. 136.* Lugo Coninch.
tom. 1. de juſt. diſp. 16. ſect. 7. num. 149. Quòd Lugo.
quamvis vita hominis ſecundum ſe, & phyſicè loquendo ſit incomparabiliter majus bonum omnibus bonis fortunæ, & ipſo ſuo ſtatu; Tamen vita ipſa ſine honore, ſive honeſto ſtatu, & cum magna miſeria, ac injuria conjuncta, magnum malum eſt: gravius tamen viris cordatis amiſſo ſtatu, ac cum dedecore vivere, quam cum honore, ac ſuo ſtatu integra mors. Deinde quia vita de ſe brevis eſt, & poſt aliquot annos amittenda, quare conſervatio vitæ, pro aliquo brevi tempore, non excedit in æſtimatione profuſionem ſtatus, & bonorum fortunæ, quarum conſervatio prout in poſteris continuatur, videtur eſſe valdè longa, & aliquo modo æterna, quæ memoriæ conſervatio apud poſteros, meritò ab aliquibus longiori vitæ præfertur.

Quæstio II.

Vtrùm à lege humana poſſit homo obligari ad exponendam vitam ſuam, notabili, ac evidenti periculo ad eam perdendam.

SUMMARIUM.

7 *Status præſentis quaſtionis.*
8 *Prima ſententia ait nullam legem humanam poſſe obligare cum periculo vita.*
9 *Secunda affirmat omnes leges obligare cum periculo vita.*
10 *Tertia, & vera quod leges humana non obligant niſi pro bono communi, & n. 11.*
12 *Hac tamen obligatio initiatur à iure naturali, & determinatur in particulari à iure humano.*
13 *Ius naturale dictat conſervare vitam, niſi bonum commune aliud poſtulet, & n. 14.*
15 *Leges ordinariè non obligant cum periculo vita, niſi quando hoc requirit bonum commune.*
16 *Hoc oſtenditur in legibus tam Eccleſiaſticis, quam divinis, & n. 17.*
18 *Lex obligat ad mortem eſt medio neceſſario ad conſervationem Reipublica.*
19 *Obſervantia legis quando obligat, conſideranda cum omnibus circumſtantiis.*
20 *Hac autem obligatio non ſolum oritur à jure naturali, ſed etiam ab humano.*
21 *Tunc bonum commune anteponendum particulari, quando magis requiritur ad conſervationem Reipublica, & n. 22.*
23 *Quod lex humana obliget in re gravi ac peccatũ mortale, non inde ſequitur, quod obliget ad grave periculum vita, & n. 24.*
25 *In tertio argumento proponuntur multa exẽpla, qua quaſtione ſequenti ſolvuntur.*

DIximus ſuperiori Reſolutione, in nullo caſu poſſe hominem ſuis manibus ſe occidere, ac vitam ſuam profundere, cum ad illius conſervationem maximè homo teneatur, & quomodo de illius conſervatione ſit 7.
agendum

agendum diximus ſuperiori quæſtione; nunc explicandum reſtat, an ex aliqua lege poſſit homo obligari, ut ſe evidenti periculo exponat, ad ipſam vitam perdendam. Et in hac re.

8. Prima ſententia tenet humanam legem non poſſe obligare cum periculo vitæ ad ſui obſervationem. Angelus. Almain. Sylveſt. Ita Angelus *verb. Excommun.* 8. *num.* 18. Almainus *in Moralib. tract.* 1. *cap.* 3. & in hanc propendet Sylveſter *verb. Metus, quaſt.* 7.

9. Caietan. Secunda ſentētia tenet leges humanas obligare cum periculo vitæ. Ita Caietā. 2.2. *q.* 96. *art.* 4. & 2.2. *queſt.* 125. *art.* 5. quod ita exiſtimat, non ſolum procedere de aliqua lege in aliquo peculiari caſu, ſed etiam de omnibus legibus humanis communiter latis, quod maximè aſſeverat eſſe certum: & pro hac ſententia citatur etiam Adrianus *in* 4. *queſt.* 3. *de clavibus*, Henricus *tract. de Synod. Epiſcop. poſt.* 3. *part. art.* 1. *num.* 271. Adrian. Henricus.

10. Tertia vera, ac communis ſententia eſt, quod lex humana de facto, ordinariè loquendo non obligat cum periculo vitæ, poteſt tamen obligare ob bonum commune. Ita Soto *lib. de juſtit. quaſt.* 6. *art.* 4. *in fine*, Ledeſma 2. *part. queſt.* 10. *art.* 5. Covar. *in cap. Alma mater*, 1. *part.* §. 3. *num.* 9. Vaſq. 1.2. *diſput.* 161. *cap.* 2. Suar. *lib.* 3. *de leg. cap.* 30 *à nu.* 4. Salas *diſp.* 11. *ſect.* 1. *num.* 4. Sayro *Clavi Regia, lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 32. Lorca *diſp* 33. 33. §. *Oppoſita*, Valentia *diſput.* 7. *quaſt.* 5. *punct.* 6. *queſt.* 4. Caſtro Palaus 1. *part. tract.* 3. *diſput.* 1. *punct.* 16. *n.* 1. Sotus. Ledeſma. Covar. Vaſquez. Suar. Salas. Sayro. Lorca. Valentia. Palaus.

11. Dico primò: Lex humana, ſive civilis, ſive Eccleſiaſtica poteſt obligare cum diſpendio vitæ ratione boni communis. Ita Authores ſecundæ, & tertiæ ſententiæ. Probatur hac ratione, in Republica datur poteſtas ad agendum de communi bono illius, ejuſque conſervatione, ſed ad id conſequendum multoties requiritur, ut obliget cum diſpendio vitæ; ergo ita obligare poteſt. Major eſt certa; minor probatur, quia Princeps, apud quem eſt poteſtas regendi populum, poteſt te exponere periculo mortis, ne tota gens pereat, & taliter expoſitus teneris ſubire illud periculum, quia ſi ab illo periculo, ac præcepto te poſſes excuſare, eo quod non videris magis obligatus, quam quilibet alius, non poſſet tunc Princeps efficaciter providere bono communi, ut huic bono provideatur, obligaris obedire cum periculo vitæ, facta tui deſignatione; nam quamvis ante deſignationem, & præceptum non eſſes obligatus ſpecialiter, poſita tamen aſſignatione, obligatus es ſine dubio; ergo urgente bello poteſt Princeps obligare milites ad pugnam, & graſſante peſte ad permanendum cum infirmo.

12. Nec obſtat ſi dicas, quod in his caſibus non obligat lex humana, ſed naturalis, non obſtat hoc, quia lex naturalis obligat totam rempublicam, ac cives in communi, non tamen obligat hunc, vel illum determinatè: & cum non ſit major ratio de uno, quam de alio, determinatio hujus differentiæ ad Principem pertinet; ergo applicare obligationem his, vel illis perſonis poteſtatis eſt humanæ proindeque quamvis talis obligatio ſit radicata, ac initiata à jure naturali, completur, ac determinatur in particulari à præcepto humano, ac principis hic, & nunc.

13. Argues contra hanc concluſionem. Vnuſquiſque tenetur ex jure naturæ tueri, & conſervare ſuam vitam, ſed jus naturale præponderat juri humano, ergo jus humanum non poteſt obligare ad dandam vitam. Confirmatur 1: Quia legiſlator non eſt Dominus vitæ, & mortis, ergo non poſt ſe obligare ad dandam, ac perdendam vitam pro opere honeſto, & nō neceſſario ad ſalutem, eſt enim opus ſupererogationis, ac cōſilij, & hoc in ſe eſt difficillimum; atqui talia opera non poſſunt præcipi lege humana, ergo talis lex non poteſt obligare ad dandam vitam,

14. Ad argumentum reſpond. Quod unuſquiſque tenetur conſervare propriam vitam, non interveniente bono communi Reipub. unde hoc exigente teneris vitam dare. Ad 1. Confirm. dic, quod tantum convincit, quod Princeps, cum non ſit Dominus vitæ & mortis, non poteſt præcipere exponere vitam ſine rationabili cauſa, hac vero ſtante, maximè. Ad 2. confirmationem opus ſupererogationis tunc non poteſt præcipi lege humana, quandiu in ſe tale eſt; at vero ſi ex circunſtantia tranſit in obligationem pro conſervando, ac tuendo bono communi, tunc maximè poteſt præcipi; dare eleemoſinam opus eſt conſilij, ait proximo exiſtente in extrema neceſſitate, jam non eſt conſilium, ſed opus præcepti.

15. Dico 2. Leges humanæ ordinariè non obligant cum periculo vitæ, niſi quando hoc requirit neceſſitas boni communis. Ita Authores. 3. ſententiæ. Probatur, quia Princeps, vel Reſpublica, cum non ſit dominus vitæ, & mortis, non habet dominium induſcriminatim ſuper vitam civium, ſed tantum convenientem uſum, ergo non poteſt ex levibus, & ordinariis cauſis cogere cives ad dandam vitam. Probatur, quia lex humana debet eſſe moraliter poſſibilis, & facilis, ergo ſine urgentiſſima cauſa, non poteſt præcipere tam difficilem, ut eſt dare vitam: nam tam gravis cauſa non ordinarie, ſed raro ſolet cōtingere.

16. Confirmatur ex legibus Eccleſiaſticis, quas nemo tenetur ſervare cum periculo vitæ, & ſalutis, ut patet in præcepto jejunij, abſtinendi à carnibus, audiendi miſſas, recitandi horas Canonicas; hæc enim non obligant cum notabili vitæ periculo, ut eſt communis omnium ſententiæ:

17. Idem etiam oſtenditur in legibus divinis, quæ tantum ex voluntate Dei, ac Vnigeniti Ieſu Chriſti Filij ejus, poſitæ ſūt, ut benè notat Vaſquez *citatus nu.* 12. quæ non cadunt in materiam intrinſece malam, & prohibitam ex lege naturali, tales leges divinæ non obligant cum notabili vitæ periculo, & ideo David ex neceſſitate, ut dixit Chriſtus Dom. *Matth.* 12. *num.* 3. Licitè comedit panes propoſitionis, 1. *Reg.* 21. *num* 4. quos laïci non poterant comedere. *Num.* 28. *num.* 29. & idem etiam patet in legibus de receptione Sacramentorum. Item etiam in præcepto integritatis confeſſionis; nam grave periculum excuſat ab ejus integritate materiali. Item etiam videtur in ſanctificatione diei feſti, & aliis. Dixi, quando materia non eſt intrinſece prohibita ex lege naturali, quia cum hæc ſit intrinſecè mala, verbi gratia dicere unum mendacium, Vaſquez. Matth. 12. 1. Reg. 21.

dacium, nec ad evitandam mortẽ licita ſunt.

18. Sed jam quæres quomodo cognoſcendum ſit legem humanam obligare cũ periculo vitæ? Reſpondetur, quod quando obſervantia legis magis conducit ad bonum commune, quam vita civium, tunc lex obligat cum diſpendio vitæ; quando autem obſervantia legis ſit magis utilis bono communi, quam vita civium, hoc prudentis judicio eſt ſtandum. Ita Vaſq. *citat. num.* 8. Salas *num.* 5. Lorca *diſp.* 23 §. *Hac ergo ſolv.* Et ratio eſt, quia ut ſuprà diximus, quod legiſlator pro bono cõmuni poteſt præcipere ad ſubeundum periculum cum evidenti vitæ periculo; ergo credendum eſt velle obligare cum tali periculo vitæ, quando obſervantia legis magis conducit ad bonum commune, quam ipſa vita, & ideò judicio ſuperioris exiſtimo ſtandum eſſe in hac re.

Vaſquez. Salas. Lorca.

19. Vt tamen hanc regulam magis percipias, nota cum Suar. *num.* 7. Sayro *num.* 37. & Palao *num* 3. quod res præcepta, ſeu obſervantia legis, non debet ſumi per ſe ſolum, ſed cum omnibus circumſtantiis; ſic audire miſſam non obligat cum periculo vitæ; at ſi ab infideli in contemptum fidei Catholicæ, prohibear audire miſſam, tunc teneor cum periculo vitæ audire. Item ſi tyrannus imperet contra præcepta, ex quorum violatione daretur ſcandalum puſillorum, verbi gratiâ, comedere carnes die ſabbathi, tunc cum periculo vitæ teneor non comedere. Et ratio eſt, quia bonum commune Religionis præpõderat bono particulari; at ſi ad tollendum ſcandalum ſufficeret aliqua proteſtatio exterior, tunc non teneret exponere vitam periculo.

Suar. Sayrus. Palaus.

20. Dices; obligatio in his caſibus non provenit à lege humana, ſed lege naturali præcipiendo, ut fides confiteatur, ſcandalum non eſſe dandum. Reſpondeo, quòd etiam talis obligatio provenit nõ ſolùm à lege naturali, ſed etiam à lege humana. Primò, quia ſi non eſſet lex naturalis obligans ad illa, lex humana poterat obligare. Deinde quia illud præceptum audiendi miſſam, non comedẽdi carnes die ſabbathi, in ſe eſt humanum; ergo ex præcepto humano in tali occaſione obligat. Probatur quia ille, qui comederet carnes in tali circunſtantia, non ſolum committeret peccatum contemptus contra Religionem, ſed etiam committeret peccatum contra virtutem præceptam, nempe temparantiam.

21. Argues primo cum Caietano. Lex humana ſi eſt juſta, ordinatur ad bonum commune, ergo omnis lex humana etiam obligat ſubditos cum diſpendio propriæ vitæ. Probatur conſequentia. Bonum cõmune præferendum eſt privato, & homo pro bono communi tenetur vitam dare, quælibet enim pars pro bono totius debet ſe exponere, ergo cum omnis lex ſit pro bono communi omnis lex obligat ad periculum vitæ.

Caietan.

22. Reſpondetur concedendo antecedens, negando conſequentiam, ad probationem dic, non ſemper bonum commune anteponendum eſſe graviſſimo bono particulari, ut eſt vita, ſed quando tale bonum commune magis requiritur ad conſervationem reipublicæ, quam bonum particulare, quia ſine tali bono particulari Reſpublica poteſt ſalva conſiſtere, non vero ſine illo bono communi, quo extincto extinguitur Reſpublica.

Argues ſecundò. Poteſtas humana tanta eſt, ut poſita lege poſſit facere, ut id quod non erat peccatum ſit peccatum, atqui non licet peccare mortaliter, imo nec venialiter pro conſervanda vita, ut dicitur in *c. ita ne* 32. *q.* 3. ergo lex humana eo ipſo, quod obligat ad peccatum à fortiori obligat ad grave periculum vitæ. Confirmatur, quia gravior eſt mors animæ, quam corporis, ſed lex humana obligat ad mortem animæ, nempe ad peccatum mortale, ergo ad mortem corporis. 23.

Ad Argumentum reſpondetur, quod totus diſcurſus eſt verus, ſi conſequentia intelligatur de lege non ceſſante; at nos dicimus, quod quando adeſt periculum vitæ, legis obligatio ceſſat, & ideo quando pro conſervanda vita, neceſſarium eſt non obſervare legem, tunc eam non obſervare, non eſt peccatum mortale, quia tunc ceſſat obligatio legis, quod etiam in lege naturali cernitur, quæ licet obliget dare eleemoſynam extremè indigentis tamẽ ſi qui daturus eſt eleemoſynam, eandem extremam patitur neceſſitatem, non tenetur ad talem eleemoſynam. Ad confirm. dicitur, quod licet mors animæ, prout privat gratia, ſit gravior, tamen mors corporis prout eſt irreparabile damnum, eſt quid graviſſimum, nam in manu hominis poſito Dei auxilio eſt recuperare gratiam; At in manu hominis non eſt recuperare vitam corporalem deperditam; quod latius explicat Salas de *peccatis tract.* 13. *diſp.* 5. *ſect.* 3. *num.* 27. *&* 29. Deinde dico, quod mors animæ, & corporis ſunt in diverſo genere, una eſt ſpiritualis, alia corporalis; & una non ſequitur ex alia, qui extremè indigenti non dat eleemoſynam, peccat mortaliter, & tamen non inde incurrit in mortem corporalem. 24.

Salas.

Argues Tertiò, & multis exemplis. *Primò* Homo tenetur potius mori, quam cõtrahere, & conſummare matrimonium gradibus prohibitis jure Eccleſiaſtico, verbi gratiâ cum conſanguinea. Secundò, Sacerdos tenetur potius mori, quàm celebrare Miſſam ſine veſtibus ſacris, & ſine altari, ac aliis ex jure poſitivo requiſitis. Tertiò, non licet communicare cum excommunicato, quamvis mortis periculum immineat, ut dicitur *cap. ſacris de ijs, qui virt. exemplo.* Quartò; Carthuſianus, non poteſt comedere carnes, etiamſi nullum aliud remedium habeat ut vitam ferret. Quintò; Chriſtiani captivi remigantes in triremibus Turcarũ in bello contra Chriſtianos, incidũt in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & tamen ſi non remigaverint incurrunt in manifeſtum periculum vitæ. Sextò, aliquando in bello navali, ne naves veniant in poteſtatem inimicorum ex Principis mandato, milites ſibi ſubjiciunt ignem, & pereunt, ergo ſæpe leges humanæ obligant ad mortem. Pro ſolutione argumenti ſit. 25.

C. Sacris.

Quæ

Quæstio III.

Solvuntur exempla, & multi, ac varii caſus appoſiti in argumento.

SUMMARIUM.

26 *Ob bonum commune Reipublicæ Chriſtianæ non potet homo celebrare, ac conſummare matrimonium ſine diſpenſatione.*
27 *Contemptu in coactaſin non poteſt homo celebrare ſine veſtibus ſacris.*
28 *Textus ex cap.ſacris exponendus de eo, qui celebrat cum contemptu.*
29 *Circa Carthuſianos prima ſententia affirmat etiam in evidenti periculo vitæ.*
30 *Secunda quæ ſolum tempore famis.*
31 *Tertia, quod in extrema neceſſitate poteſt ſecluſo ſcandalo.*
32 *Chriſtiani captivi remigantes in navibus Maurorum contra Chriſtianos, non peccant, nec incidunt in excommunicationem.*
33 *An milites in bello navali poſſint injicere ignem in navim, quidam affirmant.*
34 *Negant alij.*
35 *Diſtinctione utendum.*

26. IN tertio argumento multi, & varij caſus proponuntur. Ad primum dico quod in eo caſu poteſt homo amphibologicè dicere, ut ait Suar.*cit.lib.3.de leg cap.30.num.*14.ſe eam ducere in matrimonium, non tamen conſummare matrimonium, ſi verò cogatur eam ducere, ac conſummare matrimonium, probabile aliqui exiſtimant apud Sanchez *lib.7.de Matrim.diſp.5.num.*4.Quòd ſine culpa poteſt eam ducere, ac conſummare matrimonium, quia ſtat ratio, quia lex Eccleſiaſtica non obligat cum diſpendio vitæ ſed contra hoc urget, quia nullus audebit dicere, quod matrimonium ſine Parocho, & teſtibus celebratum gravi interveniente metu ſit validum, ideo melius dicendum eſt cum ipſo Sanchez *citato loco*, quod non poteſt fieri, ut tale matrimonium ſit validum, quia lex Eccleſiaſtica obligat cum diſpendio vitæ, quando hoc requiritur ad bonum commune, licet ergo illa impedimenta, & metus ex jure Eccleſiaſtico dirimant matrimonium; & eſto probabile ſit, quod metus etiam ex jure naturali excuſet, tamen lex impedimentorum maximè conducit ad bonum commune Eccleſiæ, obligat ergo cum diſpendio vitæ, nam ſi talis metus efficeret, ut matrimonium contractum cum impedimento dirimenti eſſet validum, daretur via contemnendi impedimenta, & ad multa dubia, ac quæſtiones cum grandi damno Reipublicæ Chriſtianæ.

Suar.
Sanchez.

27. Ad ſecundum exemplum dicendum cum Authoribus tertiæ ſententiæ, quod ſi quis cogatur etiam cum vitæ periculo celebrare ſine veſtibus ſacris in contemptum fidei, vel cum aliorum ſcandalo, non poteſt celebrare, quia magis præponderat reverentia Sacramenti, quam vita hominis particularis; ſi vero ſingatur caſus, quod cogatur celebrare ſine contemptu, ac ſcãdalo, ſed ob indiſcretam devotionem, tunc ſine peccato poteſt. Non verò inde inferas poſſe celebrare ſine veſtibus ſacris ad communicandum infirmum, ut notat Vaſquez *citatus, num.*5.quia communicatio non eſt medium neceſſarium, & præceptum communicandi in morte non obligat, niſi cum copia ſacerdotis legitimè miniſtrantis.

Vaſquez.

28. Ad tertium, ad text. *cap.Sacris de iis, qui vi, & metu.* Vbi Pontifex ait, quod ab excommunicatione non liberatur ille, qui ex metu agit cum excommunicato, textus exponendus eſt de illo, qui agit cum excommunicato contempta poteſtate clavium. Ita Navar. *in ſumma cap.27. num.36.*Covar. *in cap.Alma mater, part.1.cap.3. num 9.* Graſſius *in Aur. deciſ.lib.4.cap.*13.Suar.*tom.5. diſput.4.ſect.3. num.*12.Azor.*Inſtit.moral.pars.1.lib.*..*cap.*11. *quæſt.*1.alias interpretationes ad dictum Textum affert Barboſa *in collectanea.*

Navarr. Covar. Graſſius. Suar. Azor. Barboſa.

29. Ad quartum exemplum dicimus valdè laudabile eſſe ſtatutum Carthuſianorum, ut pro reformatione Religionis potius permittant ſe moti, quam manducare carnes; tamen ad præſentem quæſtionem in ea triplex eſt ſentẽtia. Prima aſtruit in extrema neceſſitate tã morbi, quam famis, non poſſe Carthuſianum comedere carnes, quia reformatio, & bonum Religionis præponderat particulari. Ita Valentia 2.2.*diſp.5.quæſt.13.punct.*4 Sotus, Corduba, Panormitan. quos referunt Salas *diſput.*11. *ſect. 2. num.* 28. Diana *in dubijs Regul. tom.3. Reſolut.* 39.

Valentia. Sotus. Corduba. Bañez. Salas. Diana.

30. Secunda ſententia ait; quòd cauſa vitandi morbum, etiamſi à medicis præcipiatur, tanquam extremum remedium ad vitam nõ poteſt; at verò Carthuſianus ſit in extrema neceſſitate, & nulli alij ſint cibi, niſi carnes, ait quod poteſt eas comedere; tum quia ſtatutum non obligat, niſi quando alij ſunt cibi; tum quia valde irrationabile eſt, ut homo ſe ſinat fame perire. Ita Vaſquez 1.2.*diſp.*162. *n.*14.Salas *citatus n.*22. Lorca *diſp.* 23.

Vaſquez. Salas. Lorca.

31. Tertia vera, & communior ſententia aſtruit, quod in extrema neceſſitate ſecluſo ſcandalo poteſt Carthuſianus comedere carnes, ratio eſt, quia nulla lex comprehendit extremam neceſſitatem, *cap.Exiit de verborum ſignificatione* 2.nullum votum obligat in extrema neceſſitate; nam in materia voti ſemper intelligitur, niſi aliud neceſſitas poſtulet, ut ait Azor.*citandus* 3.Quia nec bonum Religionis illud requirit, rationabiliter loquendo, quia ſatis eſt. quod pro nullo alio caſu ſit comeſtibilis, niſi pro extrema neceſſitate, & ad aliunde homo habet jus naturale ad conſervandam propriam vitam. Ita Covar. Gerſon, Medina, & alij, quos citat, ac ſequitur Rodrig.*tom.*2. *Regular.quæſt.*100.*art.*1.*concluſ.*2.Azor.*tom.*1. *lib.5.cap.6. quæſit.*7.Leſſius *lib.4.cap. 3.n.*12. Suar. *lib. 6.de leg.cap. 7.num.*9. Bonac. *tom.*2. *diſp.8.quæſt.8. punct.*1.*num.* 16.Sà *verb. Relig. num.*58.

Covar. Gerſon. Medina. Azor. Leſſius. Suar. Sà. Bonacina.

32. Ad quintum exemplum dico, quod Chriſtiani captivi, qui remigant, ac gubernant naves Turcarum contra Chriſtianos, non incidunt in excommunicationẽ Bullæ Cœnæ, niſi ex eorum auxilio, clarè & manifeſtè conſtet, quod victoria magni momenti, vel notabilis

tabilis perſonæ, utpote Regis ſit eripienda à Chriſtianis in magnum damnum Reipublicæ Chriſti, ratio eſt, quia lex Eccleſiaſtica non obligat cum tanto vitæ diſcrimine, nec bonum Reipublicæ Chriſtianæ in ordinatio bello hic, & nunc, verbi gratiâ ad ſurripiendam unam navem tantum obligat. Deinde dico, quod non peccant mortaliter remigando, ſi bellum ſit tantum de bonis externis, auro, argento, vel mercibus pretioſis agitur, quia illi remigantes ſũt in extrema neceſſitate, in qua omnia ſunt communia. Deinde, illa actio remigandi eſt indiferens, & varius eſt eventus belli,& fieri poteſt,ut Chriſtiani ſint victores, & illi à captivitate liberentur; & idem dicendum eſt de illis, qui præſtant neceſſaria ad bellum,muniunt caſtella, locant domos meretricibus. Ita Molina *tom* 1. *diſp.* 115.Sanchez *lib.*1.*Decalog. cap.*7.*n.*18.Vaſq. Villalobos, Azor,Covarr.& multi alij, quos citant,ac ſequuntur Bonac.*tom.*2.*diſp.*2.*quæſt.* 4 *punct.*2.§.*unico.n.*25. Sapientiſſimus M.Fr. Anton.de Souſa *in Bullam Cœnæ,diſp.*31.*n.*6. Fillinc.*tom.*2.*tract.* 22.*cap.*5.*num.*147. Diana *tom.*1.*tract.Miſcell.*5.*Reſol.*34.

Molina. Sanchez. Vaſquez. Villalobos. Azor. Covarr. Bonacina. Souza. Filliucius. Diana.

33. Ad ſextum exemplum, quod in bello navali, ne milites cum navi veniant in poteſtatem inimicorum, poſſint ipſi ignem iniicere in navim, & ſe in mare præcipitare, affirmant Sylvius *in* 22.*quæſt.*64.*art* 5.*ad* 4. Marchanjus *in Reſol. Paſtorum ad Decalog. cap.* 5. *quæſt.* 8.*caſu* 4. Leſſius *lib* 2. *cap.* 9. *dub.* 6. *num.* 34. Ubi ita ait excuſari poſſunt noſtri milites, & ſocij navales, qui ſæpè fortiſſimè cum hæreticis prælio navali dimicantes, cum jam videant navim in poteſtatem inimicorum venturam, communi conſenſu ignem pulveri iniiciunt, & ſe mari committunt, ne ipſi, & navis veniant in hoſtium poteſtatem, non enim intendunt ſui interitũ, ſed ne hoſtis navi cum publico damno potiatur, & ut ſeipſos, ſi qua ratione poſſint, morti certiſſimæ ab hoſte inferendæ eripiant, ita citatus Leſſius, & poſt illum eodem modo Malderus 2.2.*tract.*3.*cap.*1.*dub.*16.

Sylvius. Marchio. Leſſius. Malder.

34. In hoc caſu multum dubitat Iacobus Gordonus in Theologia morali *tom.* 1. *lib* 5.*q.*4. *cap.* 1. §. 2. *dub.* 4. Tamen contrarium tenet Diana *tom.* 5.*tra.*4.*Reſol.* 26.ex eo quod Auctores ſupracitati ſupponunt, quod milites occidendi ſunt ab hoſtibus, quod in bello cum Mauris non accidit; imò moraliter contrarium eſt certum; nam Mauri milites vivos ſervant, ut poſtea captivos vendant, vel illi ſe ipſos redimant.

Gordon. Diana.

Hic caſus multa diſtinctione explicandus eſt, ſi milites certiſſime intelligunt, quod ab hoſtibus injuriosè ſint occidendi; vel quod ex capta navi locupletiſſima, hæretici, ac infideles potentiores facti ſunt, in damnum Chriſtianæ Reipublicæ, tunc non videtur improbabile, quod igne injecto valeant procurare mortem ſuam, quia plus ponderat bonum Reipublicæ Chriſtianæ, quam eorum vita ſi autem contrarium pro certo habetur, cum Diana conſenſio quod ſi prædictis circumſtantiis non intervenientibus, non poſſunt ſibi ignem iniicere.

RESOL. XLVI.

Oracula vivæ vocis.

QUÆSTIO PRIMA.

Proponuntur, quæ ſunt certa in hac materia.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit Oraculum vivæ vocis.*
2 *Conſtitutio Gregorij XV.*
3 *Conſtitutio Vrbani VIII.*
4 *Solum revocantur vivæ vocis Oracula, quæ erunt ante Vrbanum.*
5 *Derogantur Oracula quoad forum internum, & externum.*
6 *Valde probabile quod indulgentiæ non ſint derrogatæ.*
7 *Probabile, quod gratiæ, quæ ſunt mere favorabiles,& in nullum detrimentum Eccleſiæ, quod non ſint revocatæ.*
8 *Privilegia, quæ ſunt univerſalia pro tota Eccleſia non revocantur.*
9 *Per hæc non revocantur illa Oracula, quæ ſunt mere declarationes, & explicationes privilegiorum.*
10 *Quid dicendum de illis, quæ habent tractum ſucceſſivum.*

QVÆSTIO eſt difficillima ob multas, & varias expoſitiones à Doctoribus datas, & ut in hac quæſtione clare procedamus, hic apponemus, quæ ſunt cõmunia, & tanquã certa habẽtur; poſtea duabus quæſtionibus ſequẽtibus Authorũ placita cũ noſtra ſẽtentia proferemus, & ut à nomine incipiamus: *Oraculũ vivæ vocis*, eſt gratia ore tenus facta à Summo Pontifice ſine ſcriptura,& cũ nõ poſſit probari ſcriptura authentica, per teſtes verificetur. 1.

Primò; Gregorius X V. die 2. Iulij 1622. dedit Bullam, quæ incipit: *Romanus Pontifex in ſpecula*, ſic ait Pontifex: *Motu proprio,& ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, de qua Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine; omnia,& ſingula indulta, facultates, privilegia gratias,& conceſſiones quæcũque ſpirituales,& Eccleſiaſticas, tã ad forũ interius, quam exterius ſpectam. ac tam ad ſupplicationẽ partium, quam motu, ſcientia,& poteſtatis plenitudine ſimilibus à Sede Apoſtolica, quũ tamen vivæ vocis oraculo hactenus quantocumque, & qualitercumque, ex quavis etiam de neceſſitate exprimenda cauſa quibuſvis Collegijs*, &c. Ordinibus Mendicantium, non mendicantium, etiam Societatis Ieſu etiam ad inſtantiam quorumcumque Prælatorum; *tenore præſentiũ revocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac revocata, caſſa, ſublata, abrogata, annullata, viribuſque & affectu vacua fore, & eſſe, neque in poſterum cuiquam ſuffragari poſſe, vel debere decernimus, & declaramus.* Excipit tamẽ vivæ vocis oracula, quæ fuerint firmata propria manu S. R. E. Cardinalium; 2. Gregor. XV.

&

& eſt Bulla Gregorij XV, 27. habetur apud Bullarium Cherubini *tom. 3. fol. 422.*

3 Vrban VIII. Poſtea Vrbanus VIII. die 20. Decembr. ann. 1631. & incipit: *Aliàs felicis recordationis.* Et ait Vrbanus *Gregorius Papa XV. prædeceſſor noſter, ut ſubnaſcentibus jugiter varijs difficultatibus, & abuſibus, ex privilegijs à Sede Apoſtolica vivæ vocis oraculo ſæpenumero conceſſis obviam iret, & cum experientia rerum magiſtra compertum ſit, conceſſiones, & gratias vivæ vocis oracula etiam à S.R.E. obtentas, & ipſorum manufirmatas, ſæpè ab his, in quorum favorem emanarunt, minus canonica interpretatione extendi, & perperam in diſciplinæ Eccleſiaſticæ detrimentum executioni demandari. Idcirco motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia & ſingula privilegia, facultates, licentias, & gratias quaſcumque per Summos Pōtifices prædeceſſores noſtros, ac per nos, vivæ vocis oraculo, & S.R.E. Cardinalium quorumcumque manu firmata, quibuſcumque Generalibus, Provincialibus, cæteris ſuperioribus cujuſcumque Ordinis, ſtatuti Congregationis, etiam Societatis Ieſu, ſive ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Principum quorumcumque, quæ omnia tenore præſentium revocamus, caſſamus, annullamus, ac irritamus*; & eſt Bulla 121. Vrbani, habetur apud Cherubinum *tom. 4. Bullar. fol. 181.*

4. Ex his conſtitutionibus Apoſtolicis. Primò certum, quod revocata ſunt vivæ vocis oracula, quæ extabant ante bullam editam Vrbani VIII. ipſe ait: *Conceſſa per Pontifices prædeceſſores noſtros, ac per nos.* Si vero extant poſt aliqua oracula ipſius Vrbani, ac ſucceſſorum eius, verbi gratia Innocentij X. Alexand. VII. Clementis IX. ſunt vera, & valida cum omni ſuo effectu, nam ſolum ſunt revocata antecedentia, nō vero ſubſequentia.

5. Leandr. Secundò contra Leandrum de Martia, ac alios dandos quæſt. ſequenti, aſſerentes, quod ſi admittantur vivæ vocis oracula quoad Regulares derogata per Summos Pontifices, eſt tantum quoad forum externum, non internum. Contrarium expreſſe conſtat ex Conſti-
Gregor. XV tutione Gregorij XV. Derogat enim Pontifex omnes facultates, conceſſiones, ac privilegia, tam ad forum interius, quam exterius à Sede Apoſtolica obtenta vivæ vocis oraculo, ut ſupra in hac quæſt. *num. 2.*

6. Tertiò, per hanc derogationem factam quoad vivæ vocis oracula, non intelliguntur indulgentiæ conceſſæ, quia juxta Navarrum *conſil. 17. de pœnitentia nu. 3.* Vbi docet quòd indulgentiæ non comprehenduntur ſub nomine privilegiorum, gratiarum, ac indultorum, quia juxta regulas Cancellariæ, à Summo Pontifice initio ſuæ Aſſūptionis ſolent revocari omnia indulta, gratiæ, & facultates, & tamen ſub illis nō veniunt indulgentiæ, ſunt enim maxima privilegia; & gratiæ omnino favorabilis, & ideo ad ſui revocationem in-
Peirin. digent ſpeciali expreſſione. ita Peirinus *tom. 3. ad hanc conſtit. Vrbani VIII. cap. 12. num. 1.*
Bordon *ad finem.* Bordonius *tom. 1. Reſol. 31. num. 4.*
Pellizar. Pellizarius *tom. 1. tract. 8. cap. 1. ſect. 5. nu. 313.*
Lezana. Lezana verò *verb. Oracula vivæ vocis. num. 5. ad finem*: quòd Indulgentiæ veniunt gratiarum nomine, ac proinde cum in his conſtitutionibus revocentur omnes gratiæ, revocantur etiam indulgentiæ.

Quartò; probabile eſt etiam, quod privilegia, gratiæ, quæ ſunt omnino favorabiles, & in nullum ſunt detrimentum Eccleſiæ, ſed in maximam devotionem, ac ædificationem fidelium, ut recitare officium B. Virg. in ſabbatho non impedito, quod non ſint revocata in his conſtitutionibus, ut colligitur conſti- 7.
tutione Vrbani VIII. cauſa finalis, quæ mo- Urban. VIII
vit Summos Pontifices ad hanc revocationem, extitit detrimentum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ſic dicitur ibi: *Minus Canonica interpretatione extendi, & perperam in diſciplinæ Eccleſiaſticæ detrimentum demandari*; Cauſa finalis, ſeu impulſiva ampliat, & reſtringit
conſtitutionem, *l. cum Pater, § Dulciſſimis,* L. Cū pater.
ff. de legatis 2. quem refert & ſequitur Panor- Panormit.
mit. *in cap. Eccleſiæ, de immunit. Eccleſiæ, n. 5. & 6.* Sed uſus talium privilegiorum in nullum detrimentum Eccleſiaſticæ diſciplinæ cedit, ſed in magnam utilitatem, ac bonum fidelium, & ad eorum devotionem augendam; ergo in tali revocatione non comprehendun- Pellizar.
tur. Ita citat. Pellizar. & Bordon *n. 3.* Bordon.

8. Quintò; in his conſtitutionibus Gregorij, ac Vrbani non revocantur ea vivæ vocis oracula, quæ ſūt univerſaliter pro omnibus fidelibus, ac pro tota Eccleſia, ut eſt illa oratio: *Sacroſanctæ, & individuæ Trinitati*; nam præ-
dicti duo Summi Pontifices Gregorius, & Gregor.
Vrbanus non revocant abſolutè omnia vivæ Urban.
vocis oracula; ſed tantum illa, quæ conceſſa fuerunt: *Superioribus, & perſonis cujuſcumque Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, vel ipſis Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, Societatibus.* Ita habent prædictæ conſtitutiones; ergo cum ſint derogatoriæ privilegiorum, & non ſunt ultra extendendæ præter id, quod exprimunt; ac proinde tātum de Regularibus agunt, eorumque vivæ vocis oracula derogant, & non aliorum. Ita docent
Reverendiſſimus *M. Statius digniſſimus Gene-* Statius.
ralis Carmelita in Inſtruct. pro Carmel. cap. 20.
num. 8. & 9. M. Lezana *verb. Officium Divi-* Lezena.
num num. 13.

9. Sexto; per has Conſtitutiones Gregorij, & Vrbani non videntur revocari, ac annullari, vivæ vocis oracula, quibus ſanctitas ſua, aut alij Summi Pontifices, privilegia Regularibus conceſſa, aut decreta Summorum Pontificum, aut ſacrorum Canonum, aut Concilij Tridentini, aut aliorum Conciliorum, explicant, aut declarant in Concernentibus ad Regulares dummodo prædicta vivæ vocis oracula non contineant aliquam gratiam, privilegium, aut indultum; ſolum enim revocantur, aut caſſantur: *Omnia, & ſingula privilegia, facultates, licentia, & gratia quæcumque vivæ vocis oraculo conceſſa.* Vt in eiſdem literis exprimitur; Alia vero vivæ vocis oracula quæ privilegia, licentiæ, & facultates, & gratiæ non ſunt, ſed tantum meræ declarationes, aut explicationes, non ſunt re-
vocata à ſanctiſſimo. Ita M. Lezana *tom. 1.* Lezana.
ſummæ. cap. 3. num. 1. Peirinus *tom. 2. Conſtit.* Perin.
Minim. in Conſtit. 8. Pauli. V. num. 1. Bordon. Bordon.
tom 1. Reſol. 31. num. 7.

Septimò, quæres quid dicendū de illis, quæ 10.
habent tractum ſucceſſivum, verbi gratiâ ha-

buit

buit quis gratiam vivæ vocis oraculo à Papa, ut eſſet Magiſter, & Præſentatus, exierunt Decreta cevocatoria Gregorij, & Vrbani. Quid ſentiendum? Reſpondeo. Quod ſi Religioſus non erat in actuali poſſeſſione ipſius gratiæ, quod ipſa expiravit, & illa non poteſt uti; ſi vero iam erat in poſſeſſione ipſius gratiæ, bene in illa perſeverat, ut colligitur ex Bulla Gregorii XV. ibi ait: *In ijs videlicet, quæ non ſint ſortita effectum, tenore præſentium revocamus.* Illa gratia iam erat ſortita ſuum effectum, & tempos futurum cum præſeoti copulatur per modum unius. Ita in hac Reſolutione convenire videntur Peirin. *tom. 2. privileg. Minim. in Conſtit. Gregor. X V.* Lezana *citat.* & Boſdon, *num. 2.*

Gregor. XV. Peirin. Lezana. Pordon.

QUÆSTIO II.

Ponitur ſententia negans privilegia Regularium eſſe annulata per revocationem Oraculorum vivæ vocis.

SUMMARIUM.

11 *Prima ſententia tenet, per revocationem oraculorum, oracula pro Regularibus non eſſe revocata.*

12 *Probatur, quia in multis Pontificijs bullis, ipſa vivæ vocis oracula ſunt poſita, & ita jam tranſeunt in Bullam authenticam, & n. 13. 14.*

15 *Leo X. conceſſit, ut vivæ vocis oracula haberent vim, ac ſi eſſent conceſſa in bullis, ut cætera privilegia.*

16 *In confirmatione privilegiorum dicunt Summi Pontifices motu proprio, ac ex certa ſcientia, quæ clauſula importat novam conceſſionem.*

11. Hic eſt Cardo, & tota difficultas hujus rei, multi, & graviſſimi Authores tencor, quod privilegia Regularium, quæ ſunt vivæ vocis oracula per revocationem oraculorum vivæ vocis, quod non ſint revocata, ſed quod modo ſunt in ſua viridi, ac valida obſervantia ut antea. Ita Sapientiſſ. Mag. Stratius noſtræ ſacræ Religionis Carmelitarum Generalis. *In inſtructione ad ſuos fratres, c. 20.* Thom. Hurtadus *tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 21. nu. 1168. cum ſequenti. & tom. 1. tract. 2. c. 6. reſolut. 22. num.* 250. Marcus Vidalius *in arca Theolog. moral. tit. de juriſdict Inquiſ. 4 num.* 15. Pellizar. *tom. 2. tractat. 8. cap. 7. num* 131. & 132. & *tract. 4. cap. 7. num.* 5. M. Lezan. *tom 1. cap. 3. num. 21. & tom. 2 verb. Oracula vocis, num. 7.* Poſſentius *in recollect. quæſtion. moralium, cap. Miſcellaneo pro Regulari anno, ſectione 1. fol.* 44 Baſſæus *verb. Privileg. 5 n.* 8. Martinus de S. Ioſeph *in mon. confeſſorū, tom. 1. lib. 1. de matrim. tract. 43. num. 4.* Ioannes de Saria *in fine ſummæ, tract. de Regularibus, dub. 1.* Leandrus de Murcia *in expoſitione Regulæ D. Franciſci, quæſt. 20. ad cap. 6 num 5.* Vbi ait quod ſaltem in foro conſcientiæ non ſunt revocata, Laurentius de Peirinis *in privilegijs Minim. tom. 3. c. 12. Conſtit. 28. Vrbani VIII. in ſcholijs, n. 1.* Samuellius Dominicanus *in praxi de ſepulturis, Præludio 3. Appendicis, num. 1. cum ſequentibus,* Fr. Antonius de Spiritus ſancto *in directorio Regular. tom. 1 tract. 2. diſp. 1 ſect. 1. n. 36. & 37.* Hieronymus Garcia *in Politica Regulari tom. 1 tract. 8. difficult. 1. dub 6. n. 6.*

Stratius. Hurtadus. Vidaſius. Pellizar. Lezana. Poſſentius. Baſſæus. Martin. Saria. Leandr. Peirin. Samuel. Anton. Garcia.

Probatur, quia multi Pontifices Romani conceſſerunt vivæ vocis oraculo multa privilegia Religionibus, quæ poſtea alij Pontifices per ſuas bullas plumbeas, & authenticas motu proprio, ac ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis confirmarunt, ac approbarunt; *ac ſi eorum tenores de verbo ad verbum,* &c. in præſenti eſſent inſerti; ergo jam prædicta vivæ vocis oracula non ſunt talia, ſed habentur ut in bulla authentica, & plumbea; ergo jam nõ veniunt in generali revocatione facta in oraculis vivæ vocis. 12.

Antecedens probatur, quod nempe multi Pontifices in ſuis bullis cõceſſerunt Religionibus ea privilegia, quæ erãt vivæ vocis oracula; ſic Pius V. in Bulla. *Etſi mendicantium,* refert Lezana *tom 2. cap. 1. num. 12.* Gregorius XIII. in Conſtitution. *ex Benigna* apud Confect. *pag.* 27. & Sixti. *Etſi Mendicantium* apud Confect. *pag.* 267. & Clementis VIII. *Ratio Paſtoralis* apud Confect. *pag.* 286. quod etiã conceſſit Paulus V. die 23. Maij 1605. Patribus Dominicanis, approbãs, ac confirmans eorum privilegia per quoſcunque Romanos Pontifices, ac per ipſum, & Sedem Apoſtolicam: *Sub quacumque verborum forma, & expreſſione in genere. & in ſpecie, & per ſolam ſignaturam, & vivæ vocis oraculo, aut alias quomodolibet conceſſa, ac ſemel, ſeu pluries confirmata, cum omnibus. & ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, & declarationibus, Apoſtolica auctoritate perpetuo cõfirmavit & approbavit, illiſque perpetuo, & inviolabile Apoſtolicæ firmitatis robur adiecit* Refert Pellizar. *citat. n.* 131. Similem conceſſionem eiſdem fere verbis fecit idem Pontifex Paulus V. noſtris Patribus Carmelitanis Diſcalceatis in ſua bulla authentica die 3. Aprilis 1610. & incipit: *Decet Romano Pontifici in ſupremo: ubi num. 13.* inter cætera, ſic ait: *Per quoſcunque alios Romanos Põtifices prædeceſſores noſtros, aut nos, dictamque Sedem, ſub quacumque verborum forma; & expreſſione, etiam per ſolam ſignaturam ſive vocis oraculo, aut alias quomodolibet,* &c. Refertur in compendio Privilegiorum bulla 4. Pauli V. 13.

Pius V. Lezana. Gregor. XIII. Pellizar.

Ergo illa, quæ erant tantum vivæ vocis oracula uſque ad Pium V. & Gregoriũ XIII. Clementem. VIII. Paulum V. cum per tot Pontifices repetantur in ſuis bullis authenticis, jam exuerunt naturam oraculorum vivæ vocis, & tranſierũt, in diplomata Authentica, quia aliàs ipſa oracula, fruſtras tot ac tantis vicibus repeterentur in bullis Apoſtolicis. 14.

Probatur ſecundò. Leo X. conceſſit fratribus minoribus, ut videre eſt in Bullario Rodriguez *tom. 1. fol. 317. num. 4. & in ſuis quæſtionibus tom. 5 quæſt. 7 art. 5.* Quod vivæ vocis oracula non eſſent minoris valoris, ac efficaciæ, quam ſi per bullam, aut breve ad perpetuam rei memoriam eſſent conceſſa; ergo cum oracula vivæ vocis habeant eandẽ vim, ac aliæ conſtitutiones Apoſtolicæ, ſequitur quod ſi iſtæ non revocantur per conſtitutionem Vrbani, neque etiam illa, quia ubi mili- 15.

Leo X. Rodrig.

tat

Digitized by Google

L. Illud. tat eadem, vel æquivalens ratio, ibi etiam militat eadem juris diſpoſitio, *l. Illud, ff. ad l. A. eam ſimilibus.*

16. Glossa. Tuſch. Portel. Suarez. Layman. Probatur tertiò, quia confirmatio Privilegiorum, in qua Summus Pontifex dicit ſe confirmare *ex certa ſcientia, ac ex plenitudine poteſtatis* habet vim novæ conceſſionis talium privilegiorum. Gloſſa *in cap. Quia diverſitatem, cap. Veniens, de tranſact. & cap. 2. de pactis.* Et idem affirmant Card. Tuſchus *verb. Confirmatio ex certa ſciẽtia.* Portel *in dub. Regal. verb. Privileg. Confirmatio. n.* 29. Suar. *lib. 8. de legib. cap. 18. n. 12.* Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 23. n. 16. q. 4.* Et alij multi. Ratio eſt, quia aliquod novũ creat hæc confirmatio ex certa ſciẽtia, & vim habet reddendi actum de invalido validum, & illud nullũ confirmando, ſed omnia vivæ vocis oracula antecedentia per Pium V. Gregorium XIII. Clementem VIII. Paulum V. fuerunt ab his Pontificibus confirmata ex certa ſcientia per Bullas authenticas; ergo vim habent novæ conceſſionis, ergo non ſunt revocata per Conſtitutionem Vrbani VIII.

QUÆSTIO III.

Ponitur ſententia vera, & affirmans prædicta oracula vivæ vocis eſſe revocata.

SUMMARIUM.

17 *Vera ſententia, quod omnia vivæ vocis oracula conceſſa Regularibus ſint revocata per Gregorium XV. & Vrbanum VIII.*

18 *Probatur communi Auctorum fundamento, quia ſemper ſunt, & dicuntur oracula.*

19 *Probatur peculiariter ex intentione Pontificum, qui volunt tollere omnes abuſus, ac difficultates:*

20 *Probatur ex clauſula Bullarum non obſtantibus.*

21 *Probatur, quia alias Conſtitutio Vrbani erit fruſtratoria.*

Exploditur ſolutio Vitalis: Ibid.

22 *Aliqui dicunt, quod ſolum revocantur oracula conceſſa ad inſtantiam Regum:*

23 *Talis dicendi modus excluditur ex Bulla Vrbani VIII.*

24 *Ex auctoritate Bullarum apertè conſtat, & non eſt dubitandum.*

17. Lugo. Quintanad. Rocaful. Bordon. Baldell. Portel. Eſt mihi vera, & certa ſententia omnia vivæ vocis oracula conceſſa Regularibus fuiſſe, & eſſe revocata per Conſtitutiones Gregorii XV. & Vrbani VIII. Ita Cardinalis Lugo *in Reſponſionibus moralibus, lib. 4. dub. 3. num. 2.* Quintanadverſas *in Theologia Morali, tom. 1. tract. 9. ſingul. 3. num. 1.* Joſeph Rocaful. *in praxi Theolog. Moral. to. 2. part. 3. lib. 7. c. 6. num. 44.* Bordonius *tom. 1. Reſol. 31. num. 4* Baldellus *tom. 2. lib. 3. diſput. 34. n. 16.* Portellius *tom. 2. Reſponſionum Moralium, cap. 110. ſeu ultimo*, ubi ſe retractat de oppoſita ſententia, quam tenuit *tom. 1. caſu ſeu Sylveira Opuſcula. cap. ult.* Antonius Eſcobar de Mendoça *to. 1. in Theologia Morali, lib. 6. ſectione 2. cap. 13. Problem. 16. num. 144. & cap. 16. Problem. 3. num. 195.* Diana *tribus in locis hanc quæſtionem pertractat, part. 3. tract. 14. Reſolut. 17 & part. 10. tractatu 14.* Miſcellan. 4. *Reſolut. 24. alias 26. & parte 11. tractatu 6. Reſolut. 45.* fortiter, efficaciter tenet hanc noſtram ſententiam, & ait eam approbari ab omnibus Tribunalibus Vrbis Romæ non dubito, ut à Sacra Rota, Sacra Pœnitentiaria & à Sacris Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationibus. Eſcobar. Diana.

18. Probatur primò, ab his Auctoribus oracula vivæ vocis, quamvis per Bullas confirmentur, & innoventur, aut etiam denuò concedantur, adhuc manent oracula vivæ vocis, & in ipſis Bullis tali nomine dicuntur; ergo manent ſubiecta huic revocationi. Antecedens oſtenditur, quia per confirmationem, aut innovationem, non mutatur natura, aut conditio rei: alias non eſſet ejus confirmatio, vel innovatio, ſed nova productio diverſæ rei: manet igitur oraculum confirmatum, id eſt; magis firmatum, & roboratum in ipſamet oraculi natura; non autem illam exuit, aut mutat in alteram naturam, aut denominationem privilegii Bullati.

19. Secundò, ſic ego eam probo, & hæc ratio me maximè ducit in hanc ſententiam, ait Sanctiſſ. Domin. Vrban. VIII in ſua Conſtit. *Felicis recordationis Gregorius Papa XV. prædeceſſor noſter ſubnaſcentibus iugiter variis difficultatibus, & abuſibus ex privilegiis à Sede Apoſtolica vivæ vocis oraculo conceſſis*, ut iret obviam talia ſcilicet vivæ vocis oracula revocavit; ex quo expreſsè, & apertè conſtat, quod mens Pontificis in tali Conſtitutione edenda extitit, quia ex ipſis oraculis vivæ vocis pullulabant multæ difficultates, & abuſus, cum non conſtarent ex Scriptura, ſed ex verbis ore prolatis, & audientium teſtimonio inde facilè ex lapſu memoriæ, unum verbum poterat addi, minui, mutari, poſtponi, vel anteponi; & cum hæc vivæ vocis oracula conſtent ex teſtimonio aſtantium, unus teſtis poterat referre uno modo, alter alio modo, & inde naſcebantur multæ difficultates, abuſus ac confuſiones, quas Gregorius, & Vrbanus voluerunt erradicare, ergo quamvis aliqui Pontifices Pius V. Clemens VIII. confirmaverint Religionis privilegia etiam vivæ vocis oraculo, loquuntur in genere, non verò in particulari, prout ſub tali, & tali forma verborum ſunt prolata, nec eorum forma verborum referuntur in Bullis ipſis Pontificum, ſed tantum habentur ex teſtimonio audientium, ſeu aſtantium, ex quibus abuſus, ac difficultates emanant, quas Gregorius, & Vrbanus ſuis Conſtitutionibus intendunt delere, ac extinguere. Ergo per eos ipſa vivæ vocis oracula ſunt revocata, ac annullata, aliter Romanorum Pontificum intentio non perſiſtit.

20. Probatur: quia Gregorius XV. & Vrbanus VIII. revocantes, & annullantes omnia vivæ vocis oracula ponunt clauſulam, *Non obſtantibus* quibuſcunque conſtitutionibus, & litteris Apoſtolicis, ſub quacunque forma

verborum etiam cum clauſula derogatoria derogantium; atqui ſi aliquid obſtaret, ob quam oracula vivæ vocis non ſint derogata, ex eo eſt, quia habentur in aliquibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, verbi gratiâ, Pij V. Clementis VIII. &c. Atqui Romani Pontifices, Gregorius, & Vrbanus annullantes vivæ vocis oracula ponunt clauſulam non obſtantibus quibuſcunque Conſtitutionibus Apoſtolicis, ergo Conſtitutiones prædeceſſorum Pontificum, non obſtant ad derogationem talium oraculorum.

21\. Quartò probatur communi fundamento in hac materia, ex contraria ſententia ſequitur, Generalem Bullam revocatoriam factam ab Vrbano VIII. fuiſſe fruſtratoriam, quia juxta contrariam doctrinã, omnia oracula conceſſa uſque ad Gregorium XV. jam non erant oracula, ſed tantum privilegia Bullæ. Reſpondet Vidalius Vrbanum ſolum revocaſſe oracula à ſe conceſſa. Sed contra. Vrbanus expreſsè ait privilegia, *ac quaſcunque gratias per Summos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac per nos, vivæ vocis oraculo.* Secundò reſpondet, quod revocantur, quæ non ſunt in libro authentico, hic autem liber authenticus juxta Peirinũ *in form. d. Prælator. c. 3. Appendice 4. §. 3 litter. Z. folio mihi 539* Iſte liber authenticus eſt ſi ſcriptus manu Notarij, qui ex ore Sanctiſſimi audivit; at talem librum Authenticum his circunſtantiis, nec ego vidi, & facta bona diligentia, nullum inveni Auctorem, qui talem librum viderit, nec talis liber apparet, *& non apparentibus, ac non exiſtentibus, idem eſt judicium.*

Vidalius.

Peirin.

22\. Nec dicas cum M. Fr Antonio ab Spiritu Sancto *ſuperiori quæſtione allegato*, quod poſt Bullam Gregorij XV. Vrbanus VIII. anno 1624. conceſſit omnia vivæ vocis oracula, ut teſtatur Portel. *tom. 1. Reſponſ. Moral. fol. 909.* etſi poſtea idem Vrbanus VIII. revocavit omnia oracula anno 1631. die 20. Decembris, revocavit tantum illa oracula, quæ erant conceſſa ad inſtantiam Regum, vel Principum, vel Cardinalium auctoritate munita, relinquendo alia oracula abſque alia revocatione.

Anton. ab Spir. Sanct.

Portel.

23\. Contrarium expreſsè conſtat ex citata Bulla Vrbani VIII. ut legenti patebit: nam in ea Pontifex revocat omnia vivæ vocis oracula etiam manu Cardinalium firmata, quibuſcunque Generalibus, Provincialibus, cæteriſque Superioribus Congregationibus, inſtitutis etiam Societatis: *Quacunque de cauſa etiam & neceſſitate expreſſa, occaſione, prætexta, vel colore, etiam intuitu, contemplatione, ſeu ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & Principum quorũcunque.* Expende illud *etiam intuitu Imperatoris*; id eſt, omnia oracula revocat *etiam* ſeu quamvis conceſſa ſint intuitu, contemplatione Regum, ac Principum, ut patet ex illo adverbio *etiam*; ſi autem Vrbanus VIII. conceſſit anno 1624. poſtea revocavit anno 1631.

24\. De auctoritate, ac publicatione horum Decretorum Gregorij XV. Vrbani VIII. nullo modo poteſt dubitari, cum hujuſmodi Bullæ referãtur in Bullario Cherubini citatis locis, & omnes ferè Auctores, qui poſt hæc Decreta edita ſcripſerunt; de illis faciunt mentionem, & illi qui Romæ approbanter M. Sacri Palatij ſua opera prælo dederunt, ut Cardinalis Lugo, M. Lezana, ac Diana.

RESOLUTIO XLVII.

Proceſſiones, & Præcedentia.

Q uæſtio Prima.

Qui poſſit Proceſſiones indicere?

SUMMARIUM.

1 *Diſpoſitio Concilij Tridentini circa proceſſiones.*
2 *Ad Epiſcopum, ſeu ejus Vicarium pertinet convocare ad proceſſiones.*
3 *Abſente Epiſcopo Vicarij, Priores, Archipresbyteri poſſunt convocare.*
4 *An poſſit indicere proceſſiones ſolemnes in domibus Regularium, ipſis invitis, ſunt qui affirmant.*
5 *Verior ſententia negativa, quia illud eſt actus juriſdictionis ſpiritualis, à qua Eccleſia Regularium ſunt exempta.*

IN limine hujus quæſtionis, pro illius fundamento ponendum eſt Decretum Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. cap. 13.* ubi exempti autem omnes tam Clerici ſæculares, quam Regulares quicunque etiam Monachi *ad publicas proceſſiones vocati, accedere compellantur, iis tantum exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuo vivunt.* Ita Sacrum Concilium Trident. 1. Trident.

Conveniunt ferè omnes, quod convocare ad proceſſiones pertinet ad Epiſcopum, ſeu ad Ordinariũ loci, & in ipſorum abſentia, ſeu ad eorum Vicarium Generalem, hoc enim pertinet ad munus Epiſcopale, & benè colligitur ex Tridentino *citato loco*, ubi diſponit, quod Epiſcopus quoad proceſſiones componat controverſias circa præcedentiam, & ſtatim conjungit convocationem ad tales proceſſiones; quæ convocatio ad aliquem debet pertinere, ad nullum autem alium, niſi ad Epiſcopum. Ita docent Innocentius *in cap. Cũ iter. n. 2 de ſententia, & re judicata.* Riccius, Campanella, & alij, quos citãt, ac ſequuntur Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, p. 3. allegat. 87. n. 3. & 4* Pellizar. *tom. 1. tract. 5. cap. 11. q. 8. n. 10.* M. Lezana *tom. 4. verb. Proceſſion. n. 4.* 2.

Innocen. Riccius. Campanel Barboſa. Pellezar. Lezana.

Optimè tamen advertit M. Lezana *proximè citatus*, quod licet Portel. *in dubiis Regul. verb. Proceſſiones, n. 7.* poſt Rodriguez *in Additionibus ad ſummam, tom. 4. c. 105. n. 1. ad finẽ*, tenere videantur quod Priores, vel Archipresbyteri in urbibus, vel oppidis, ubi non reſident Epiſcopi, non poſſint compellere Religioſos ad proceſſiones; intelligendum tamen eſt ſi tales non ſint Ordinarij locorum, vel proceſſiones illæ ſint inſolitæ, neque pro cauſa publica; ita etiam habet Cochier *de juriſdictione Ordinarij in exemptione part. 2. q. 45. n. 109.* Et ratio eſt manifeſta, quia ſecundum Decreta Pontificum, certis diebus, ac etiam 3. Lezana. Rodrig. Portel. Cochier.

de

de cauſis celebrandæ ſunt ptoceſſiones, & ali-
quis debet ad eas vocare, nullus aptior, quam
ille, qui Ordinarij locum tenet.

4. Cum autem ad Epiſcopum pertineat diri-
gere, ac determinare locum, ad quem pro-
ceſſio debet tendere. Quæritur nunc, an va-
leat Epiſcopus in Eccleſiis Regularium ipſis
in vitis proceſſionem ſolemnem otdinare? Aſ-
Lezana. firmat M.Leaana *tom. 2. in mare magnum in*
Regulã Carmelitan.§.75.num.423. ubi ſic ait.
Si autem quæras, an poſſit Epiſcopus con-
vocare ad proceſſiones Eccleſias Regularium.
Portel. Reſpondeo affirmativè contra Pottellum *in*
dubiis Regularibus, verb. Proceſſiones, num. 10.
Tambur. & Tamburinum *to 1 de jure Abbatũ. diſp. 25.*
quæſt. 15. n. 12. Et ratio eſt, quia hoc videtur jus
Epiſcopale juxta dicta *tom 4. verb. Proceſſio*
quoad Regulares, n. 4 Et privilegiũ, de quo in
præſenti, & alia ſimilia, quibus prohibentur
Epiſcopi Cõventus publicos in Regularibus
domibus convocare, intelligi debent de Con-
ventibus odioſis, & contentioſis, aut præjudi-
cialibus, non de illis qui cedunt in honorem
& æſtimationem Religionum, quales ſunt
proceſſiones Ita M.Lezana.

5. Tamen dicendum exiſtimo, non poſſe Epi-
ſcopum, invitis ipſis Religioſis ordinare, ac
diſponete proceſſiones in eorũ Eccleſiis, quia
facere ac convocare ptoceſſiones generales,
potius eſt officij, & juriſdictionis actus, quam
honoris Epiſcopalis. Et confirmatur ex his,
quæ dixi *ſuprà, Reſol. 31. q. 9. n. 45.* quia Eccle-
ſiæ Regular. pertinent immediatè ad jus, &
proprietatem Sedis Apoſtolicæ, & omnimo-
dè ſunt exemptæ à juriſdictione cujuſcunque
Ordinarij, ergo cũtradicentibus Regularibus
nullum juriſdictionis actum poſſunt in eis
exercere. Ita Tamburin. & Pottellius *citati.*
Diana. Peirin. Inſuper idem docent Diana *par. 9. tract. 6. Re-*
ſol. 48. Peirinus *tom. 1. in Conſtitut. 26. Leon.*
X. §. 54. num. 46. & citat Vital. *ſuper Clement.*
Leandr. *Archiepiſc. n. 55.* Leandrus *part. 8. tract. 6.*
Bordon. *quæſt. 7.* Bordonius *tom. 2. Conſil. Reſol. 68. q. 6.*
n. 51. ubi retractat ſententiam, quam habuit
tom. 1. Conſil. Reſolut. 7. num. 132.

Quæstio II.

Regulares, per quos vocandi ſunt, & ſub quibus pœnis?

SVMMARIUM.

6 *Prima ſententia ait, quod ſufficit vocari virtualiter.*
7 *Secunda, quod vocandi ſunt actualiter per Clericos.*
8 *Regulares non poſſunt compelli ad proceſſiones per cenſuras.*
9 *An Regulares Parochi valeant compelli cenſuris ab Epiſcopo, ut conveniant ad proceſſiones, ſicut & cæteri Parochi ſæculares vera ſententia eſt affirmativa.*
10 *Quæ ſententia optimè probatur ex* cap. Cum Capella, de Privilegiis.

6. AD primam partem quæſtionis. Quod non
ſint vocandi Religioſi ad proceſſiones
Sylveira Opuſcula.
formaliter, ſed tãtum virtualiter, tenet Zerola Zerola.
in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Proceſſiones, §. Ad
tertium, quem ſequitur Pelliaarius *to. 1. tra. 5.* Pellizar.
cap. 11. quæſt. 3. nu. 4. Inquiunt Concilium di-
cere, quod vocetur, ne ſe excuſent, & ad hoc
ſatis eſt, ut ſciant diem conſuetum, & ita ſuffi-
cit vocari virtualiter; & ideo non eſt opus
ſemper actu vocari.

Communis, & certa ſententia eſt, quod Re- 7.
ligioſi ſemper debent actu vocari, & non per
publicum edictũ ſed per Cleros, vel alios mi-
niſtros aptos Ordinarij, aliàs non tenebuntur
Regulares ad proceſſiones accedere, hoc in-
dicat Concilium *vocati ad veniam*; quod de-
notat actualem, & communem vocationem.
Ita Rodriguez *tom. 3. q. 36 art. 1.* Tamburinus Rodrig.
tom. 1. de jure Abbatum, diſp. 24. quæſt. 8. num. 2. Tambur.
M.Lezana *tom. 1. cap. 9. nu. 47.* Peirinus *tom. 1.* Lezana.
Privileg. Minim. in Conſtit. Sixti IV. §. 11. n. Peirin.
37. Bordon. & alij. Bordon.

Quoad ſecundam partem quæſtionis jam 8.
iſtam reſolvi, & latè tractavi *ſupra, Reſol. 37.*
quæſt. 1. ubi magno numero Doctorum oſten-
di Epiſcopum non poſſe compellere Regula-
res ad proceſſiones cenſuris, ſed aliis pœnis,
v.g privatione prædicandi, audiendi confeſ-
ſiones, vel ſequeſtratione aliquarum rerum
temporalium, & præter Doctores ibi citatos Quaranta.
idem docent Quaranta *in ſumma Bullary,*
verb. Præcedentia, in fine, ubi pro hac ſen-
tentia multas affert Cardinalium declaratio-
nes. Barboſa *in Remiſſion. ad Trident. ſeſſ 25.* Barboſa.
cap. 13. de Regul. num. 5. Henriquea *in ſumma,* Henriq. Rodrig.
lib. 7 cap. 25. §. 7 Rodriguea *in ſumma, tom. 1.* Scortia.
cap. 74 n. 4 & *tom. 3. Reg q. 36. art. 1.* Scortia *in*
Bullis ſelectis Theoremate 393. verſ Sed autem
Peirinus *1 part. Ritnali notabili 3.* & *tom. 1.* Peirin.
Privilegiorum ſui Ordinis, in Annotation 2. Diana.
Sixti IV. num. 6. Diana *3. part. tract. 2. Reſo-* Pellizar.
lut. 76. Pelliaarius *tom. 1. tract. 5. c. 11. quæſt. 5.* Fr. Anton.
n. 6. Fr. Anton. ab Spiritu Sancto *in Director.* Belaſius.
Regular. tract. 3. diſp. 6. ſect. 9. §. 7. n. 1162. Be-
laſius *verb. Proceſſio, n. 5.* vide ſupra *Reſol. 37. q.*
5. num. 3. & 4.

Maximè tamen dubitatur, an ſaltem poſ- 9.
ſit Epiſcopus compellere cenſuris Regula-
res Parochos, ſeu habentes curam anima-
rum, ut ad proceſſiones accedant. Affirma-
tivè teſpondet Pellizarius *loco citato, num. 7.* Pellizar.
& ait, ſi loquamur de Regularibus haben-
tibus curam animarum, ſicut hi tenentur ite
ad omnes proceſſiones, ad quas conveniunt
Parochi ſæculares, (idque licet aliqui eſſent
Ordinis ſpecialiter exempti à proceſſionibus
ita & poſſunt puniri ab Ordinario, etiam per
cenſuras Eccleſiaſticas, æquè ac poſſunt alij
Parochi ſæculares. Patet ex eo quod Regula-
res prout ſũt Parochi in omnibus rebus con-
cernentibus munus Parochiale, eadem ratione
ſubſont Ordinario, ac ſubſunt Parochi ſæ-
culares; ac proinde ſicut hi poſſunt per cen-
ſuras adſtringi ad proceſſiones, ita & per eas
poſſunt adſtringi Regulares curam animarum
habentes.

Quod optimè confirmo ex *cap. Cum Capel-* 10.
la 16. de Privil. ubi cũ Capellani Ducis Bur-
gundiæ, multis privilegiis gauderent, ut eſ-
ſent exempti ab Epiſcopo, tamen illi, qui
habebant beneficium Parochiale, ratione ta-
lis officij ſubjecti erant Epiſcopo, & cum

Gloſſa. Abbas. Filinus. Azeued. Covar.

eo loquens ſic ait Text. *Sed in quantum ratione Parochialium Eccleſiarum, vel alias juriſdictionem tuam reſpicere dignoſcuntur, officii tui debitum in eoſdem liberè proſequaris.* De quo ibi Gloſſa, Abbas *in cap. ultimo, n.* 11. ibi Filinus *de foro compet.* Azevedo *l.* 3. *à n.* 118. *tit.* 16. *lib.* 8. *non. Recopilat.* Covar. *practic. c.* 11. *n.* 5. *verſ. Poſſet.*

QUÆSTIO III.

Ad Epiſcopum, ſeu Ordinarium pertinet componere differentias inter Clericos, ſeu Regulares, quæ exoriuntur proceſſionum occaſione.

SUMMARIUM.

11 *Textus Concilii circa controverſias.*
12 *Facultas data eſt circa controverſias ortas cum ſcandalo.*
13 *Epiſcopus componat controverſias ſummariè, & ſine figura judicii.*
14 *Per ſententiam Epiſcopi ſuſpenditur effectus ſuſpenſivus, non tamen devolutivus.*
15 *Remedium ad componendas controverſias, eſt quod expellantur litigantes, dum nolunt acquieſcere.*

11. Triden. VErba ſunt Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 13. de Regul. *Controverſias omnes de præcedentia, quæ ſæpè cum ſcandalo oriuntur inter Eccleſiaſticas perſonas tam ſæculares, quam Regulares, tum in proceſſionibus publicis, tum in iis, quæ fiunt, in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda umbella, & aliis ſimilibus, Epiſcopus amota omni appellatione, non obſtantibus quibuſcunque componat.*

12. Facultas hic Epiſcopis data à Concilio, ad ſedandas controverſias ſuper præcedentia ortas inter perſonas Eccleſiaſticas, ſive ſæculares, ſive Regulares, intelligitur tantum, quando ex ipſis controverſiis ſequatur ſcandalum; Concilium autem ait de his, *quæ cum ſcandalo oriuntur.* Unde ſi illud non ſequatur, nulla videtur facultas commiſſa. Ita Barboſa. *in Collectanea ad citatum locum Concili*, cum Deciano *conſil.* 63. *n.* 10. *lib.* 2. Cenedo *Canon. quæſt. lib.* 1. *q.* 26. *num.* 17. Salgado *de Protect. Regia, tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 9. *n.* 101.

Barboſa. Decian. Cenedo. Salgado.

13. Cum ergo juxta Textum Concilii pertineat ad Epiſcopum componere ipſas controverſias, ſemota omni appellatione, hoc eſt brevi manu, ſummariè, & de plano, ac ſine ſtrepitu, ac figura judicii; ita declaratum eſt à S. Congreg. refert Campanella *in Diverſoriouris, Ruberica* 12. *c.* 13. *n.* 120. Intelligitur autem, quod breviter componat ipſas controverſias quoad effectum ſuſpenſivum dumtaxat, ut reſolvuntur Salgado *proximè citat. n.* 99. Armendar. *in Additionib. ad recopil. legum Navarre, lib.* 1. *tit.* 14. *& lib.* 28. §. 31. *n.* 10. Non tamen tollit effectum devolutivum. Ut tenet Rota Romana coram Cardin. Lancelloto *in Colomenſi Præcedent.* 9. *Junii* 1627 §. *Non obſtat. quod Concilium.*

Campanel. Salgado. Armendar. Rota Rom.

14. Cum verò circa præcedentiam magna eſt controverſia; & res ſecundum juris diſpoſitionem, non poteſt determinari, & Partes nolunt acquieſcere; oportunum remedium ait Rodrig. *Tom. Reg. q.* 37. *art.* 3. utroque expellere, pro illa vice, ut in ſimili notant Innocentius, & Gondiſalvus de Villadiego apud eundem Rodrig. & Peirinus *tom.* 1. *Privileg. Minim. in Conſtit.* 2. *Sixti IV. n.* 57. M. Lezana *tom.* 4. *verb. Proceſſio. num.* 6.

Rodrig. Innocent. Gondiſal. Peirin. Lezana.

QUÆSTIO IV.

An Religioſi obligati ad proceſſiones ſub mortali teneantur accedere & etiam cantare?

SUMMARIUM.

15 *Tenentur ſub mortali adeſſe.*
16 *Hoc preceptum reſpicit primò Prælatos, deinde ſubditos, ſi impediunt ne alii vadant.*
17 *Quidam dicunt quod Religioſi non tenentur canere, niſi in proceſſionibus Litaniarum.*
18 *Standum eſt conſuetudini locorum, ac Regnorum.*

DIcendum eſt, quod Religioſi, qui tenentur ire ad proceſſiones, & vocati ſunt, ſub mortali tenentur adeſſe. Ita Pellizar. *tom.* 1. *tract.* 5. *c.* 11. *q.* 2. *n.* 2. M. Fr. Anton. ab Spiritu Sanct. *tom.* 2. *Director. Regular. tract.* 3. *diſp.* 6. *ſect.* 12. *n.* 1559. Leandr. *tom.* 8. *tract.* 6. *q* 18. Et rario eſt, quia Tridentinum *citatum, q.* 4. *ponit.* præceptum, & in re gravi, ut Religioſi vocati conveniant ad proceſſiones, cui autem violat præceptum in re gravi, peccat mortaliter, ergo & iſti non accedentes. 15.

Pellizar. Fr. Anton. Leandr.

Hoc autem præceptum poteſt conſiderari quoad Prælatos, & quoad ſubditos; quoad Prælatos autem, verbi gratiâ, Abbatem, Priorem, Guardianum, vel quemcunque alium Rectorem. Ratio eſt, quia quoties obligatio cadit in aliquod corpus myſticum alicuius communitatis, caput talis corporis, ratione ſui muneris, maximè tenetur curare, ut obligatio illa impleatur, quia ad ſuperiorem pertinet movere inferiores ad operandum, & ideo talis obligatio primò, & directè reſpicit ipſos Prælatos; reſpicit etiam ipſos ſubditos, non ſingillatim per ſe ſolum, ſed prout ſi ipſi advertunt fore, ut ſi ipſi omittant ire ad proceſſiones Conventus ſimpliciter non ſit interfuturus proceſſioni, eo quod non adſint alii, qui commodè poſſint ire ad eam, ſive quod in ea pauci degant Religioſi, ſive quod plures eorum ægrotent, vel aliquod aliud habeant legitimum impedimentum. 16.

Quantum ad ſecundum. M. Lezana *tom.* 4. *verb. Proceſſiones quoad Regulares, num.* 3. *in medio*, ait quod Sorbus refert Sacram Congregationem declaraſſe, Regulares ſic accedentes ad proceſſiones, teneri in illis cantare, quod tamen obſervari non video, niſi in ſolis proceſſionibus Litaniarum. Ita Lezana. 17.

Lezana. Sorbus.

Standum eſt conſuetudini Regnorum, ac Regio 18.

Digitized by Google

Regionum: nam in Regnis Caſtellæ, ut accepi, non ſolent Religioſi cauere, nec etiam in proceſſionibus Litaniarum, & in hoc noſtro Portugalliæ Regno ſolent Religioſi canere in omni proceſſione; & ideò talis conſuetudo ad evitandum ſcandalum ab omnibus obſervanda.

QUÆSTIO V.

Quinam Religioſi ſint de obligati accedendi ad proceſſiones, tum ex privilegio, tum ex conſuetudine?

SUMMARIUM.

19 *Religioſi, qui ex privilegio non tenentur accedere ad proceſſiones.*
20 *Diſtantes ab vrbe. per medium milliare.*
21 *Excuſantur ob paucitatem Religioſorum, vel quia multi infirmantur.*
22 *Conveniens numerus, ut teneantur Religioſi accedere, eſt duodenarius.*
23 *Si verò in Conventu adſint hoſpites non tenentur accedere.*
24 *Religioſi etiam excuſantur accedere ad proceſſiones ob ſurpervenientem pluuiam.*
25 *Exempti ſi ſemel accedant ad proceſſiones, vel ex devotione, vel quia invitati, an inde deperdant ſuum privilegium.*

19. Trident. PRimò, non tenentur accedere viventes in ſtrictiori clauſura, ut patet ex Trident. Secundò, eximuntur hi, qui vivunt in Collegio, & ſtudio, ac lectionibus dant opera
Marzil. Tambur. Portel. Peirin. per Bullam Pij V. *Etſi Mendicantium* Marzilla *citat.* Tamburin. *de jure Abbat. diſp.* 24. *quæſt.* 8. Portel. *verb. Proceſſiones, num.* 4. *&* 5. Peirinus *in Additionibus ad prædictam Bullam Pii V.* Tertiò, noſtri Patres Carmelitæ Diſcalceati à Clemente VIII. Bulla *Religioſorum* anno 1596. & ex Paulo V. *Decet*
Compend. *Romanum.* Bulla 4. anno 1610. *apud eorum Compendium.* Quartò, Carthuſiani Camaldulen. Benedictini, Bernardini, Patres S. Hieronymi *in Hiſpania*: Bulla Pii V.
Capucin. apud Capucinum *in Compendio, verb. Proceſſiones.* Quintò, Patres Societatis JESU ex Gregorio XIII. Bulla *quacunque.* Sextò, communiter omnes Clerici Regulares. Septimò, Patres Ioannis Dei, ut teſtatur Gavan-
Cavan. tus, *verb. Proceſſio, n.* 12. & ibi multi alii Religioſi, ſicut & apud Lucernam Regular.
Lucerna *verb. Proceſſio, n.* 10.

20. Sextò, non tenentur accedere ad proceſſiones Religioſi, quorum Conventus diſtat ab urbe, ſeu oppido per medium milliare, quod ſolum continet quingentos paſſus. Ita declaravit Sacra Congregatio Cardinal. apud Ro-
Rodrig. drig. *in Bullar fol.* 1200. *col.* 1. ſub Clemente VIII. ubi dicitur *Regulares diſtantes ab urbe, ultra medium milliare, non poſſe compelli ab Epiſcopo.* Hanc declarationem referunt
Marzil. Barboſa. Quaranta. Marzilla *lib.* 2. *titul* 12. *cap.* 14. §. *Exempti omnes.* Barb. *de poteſtate Epiſcopi, allegat.* 78. *num.* 21. Quaranta *in ſumma Bullarii, verb. Privilegia Regul. pag.* 406. & *verb Præceden-*
Riccius. *tia, colum.* 2. Riccius *in praxi fori Eccleſiaſt.* Sylveira Opuſcula.

Reſol. 308. *num.* 3. Piacius *in praxi Epiſcop.* Piacius.
cap. 3. *num.* 47.

Septimò, excuſantur Religioſi à proceſſionibus, ob paucitatem exiſtentium in Conventu debēt accedere in numero decenti, debito, & conſueto. Ita declaravit Sacra Con- 21.
gregatio 30. Auguſti 1602. ut teſtatur Barboſa *lib.* 1. *de jure Eccleſiaſtico, cap.* 43. *numero* 160 Novar. *Lucerna Regul. verb. Proceſſio, num.* 3. Lezana *tom.* 4. *verb. Proceſſio quoad* Congreg. Barboſa. Novar. Lezana.
Regul. num. 3. ex quo ſequitur, quod ſi in Conventu non ſit decens, & conveniens numerus excuſantur ab ipſis proceſſionibus illius Religioſi, & idem eſt, ſi multi infirmentur.

Si verò inquiras, quot Religioſi requirantur ad hunc convenientem, & debitum 22.
numerum. Reſpondet Bordonius *Reſol* 7. *num.* 147. & ex eo Pellizarius *tom.* 1. *tract.* 5. Bordon. Pellizar.
cap. 11. *quæſt.* 11. *num.* 16. quod ſaltem requiruntur duodecim Religioſi: nam ad minimum talis numerus eſt requiſitus, ut debito, & convenienti modo incedant, cum cruce, & candelabris.

Si autem caſu contigerit, quod in tali Conventu non ſint duodecim Religioſi Conven- 23.
tuales, tamen eo die in Monaſterio adſunt multi Religioſi hoſpites, an teneantur cum hoſpitibus intereſſe proceſſioni Conventuales. Reſpondent citati Auctores negativè, quia hoſpites non ſunt ſubditi illius Monaſterii, ac proinde non tenentur ad ſatisfaciendas obligationes illius Conventus, & cum eis convenire Leandr. *citat.* q. 27. Leand.

Octavò, dubitatur an Regulares excuſentur 24.
à proceſſionibus ob ſupervenientem pluviam, & tempeſtatem. Affirmativè reſpondet Pellizarius *proximè citatus*, quia præcepta humana, & maximè Eccleſiæ, cujus jugum ſuave, & leve eſt, non obligant cum tanto incommodo, ac onere filiorum, quia etiam in tali eventu, datur Epicheiæ locus, & rationabiliter præſumitur Ordinarium non ægrè laturum Regularium abſentiam, ita citat Pellizarius, & Fr. Antonius ab Spiritu Sancto 2. *p.* Pellizar. F Anton.
Direct. Regul. tract. 3. *diſp.* 6 *ſect.* 11. *n.* 1595.

Ad calcem huius quæſtionis quæres. An 25.
Religioſi, qui ex privilegio, vel ex antiqua conſuetudine ſunt exempti à proceſſionibus, ſi aliquando ad eas invitati, vel ſua devotione accedant, intelligantur per talem acceſſum privilegium amittere, ut in poſterum compellantur venire. Reſpondendum eſt negativè cum Tamburino *citata diſputat.* 24. Tambur.
quæſt. 8. *num.* 5. *&* 6. Pellizarius *citato cap.* 11. Pellizar.
quæſt. 4. *in fine* M. Lezana *tom.* 1. *Regular.* Lezana.
cap. 9. *num* 47. & *tom.* 4. *verb. Proceſſiones, num.* 3. & apud ipſum Barboſa, Portel. Novar. cum quibus etiam eſt Fr. Antonius ab Barboſa. Portel. Novar.
Spiritu Sancto *citat. num.* 1564. quia ex tali acceſſu nullum ius acquiritur contra illos, nec exinde illi videntur renuntiare ſuum privilegium, nec ejus Conventus illud valet renuntiare in præjudicium totius Religionis. F. Anton.

QUÆSTIO VI.

Ad quas proceſſiones tenentur Regulares accedere.

SUMMARIUM.

26 *Religioſi tenentur accedere ad proceſſiones communes vocati ab Epiſcopo.*

27 *Ad quas proceſſiones tenentur Regulares accedere.*

28 *Ex declaratione Cardinalium non tenentur accedere ad proceſſionem, quæ fit in octava corporis Chriſti.*

29 *Clementis VIII. conceſſit Patribus S. Eloy, ut ad nullas proceſſiones tenerentur accedere, niſi ad illas quinque aſſignatas.*

30 *Archiepiſcopus Olyſipponenſis voluit obligare Religioſos ad proceſſiones litaniarum, & prædicto privilegio ſe muniverunt, & Archiepiſcopus quievit.*

26. Rodrig. Leo. Vgolin. Barboſa. RElIgioſi etiam exempti tenentur vocati accedere ad proceſſiones publicas & conſuetas, ac indictas pro bono communi, illiuſque honore, ut communiter reſolvunt Rodrig. Franciſcus Leo, Vgolin. ac multi alij, quos citat, ac ſequitur Barboſa *in collect. Concilij Trident. ſeſſ. 25. cap. 13. ad Regul.* quod magis particulariter explicemus.

27. Compelli poſſunt Regulares ab Ordinario accedere ad proceſſiones in feſto Corporis Chriſti, in Litaniis, quæ fiunt ante Aſcenſionem, non tamen in his, quæ fiunt in die ſancti Marci, ut ex declaratione Cardinal. tenent Belaſius. Moronius. Peirin. Belaſius *verb. Proceſſio, n. 6.* Moronius *reſp. 12. num. 16.* & etiam *in jubilæis*, ut habet Peirinus *ad Conſtit. 7. Pij V. §. 29. num. 25.* & etiam in proceſſionibus, quæ pro bono pacis Eccleſiæ, Pius V. vel pro victoria cõtra infideles fiunt, Pius V. in Bulla *Etſi Mendicantium* apud Peirin. *ibid.* Idem dicẽdum eſt de proceſſione, quæ fit pro peſte, vel alio grandi malo, non tamen pro proceſſione, pro Synodo celebranda, ut reſolvit Bordonius *tom. 2. Reſol. 68. nu. 46.* Bene Bordon. tamen ad eam, quæ fit in adventu novi Epiſcopi, ut tenet Barboſa *de poteſtate Epiſcopi,* Barboſa. *allegat. 68. num. 2.* vel in adventu legati à latere, Rodrig. *tom. 3. quæſt. 36. art. 1.* Et tandem Rodrig. ad omnes proceſſiones, quæ ex antiqua conſuetudine Regni, Provinciæ, ac Diœceſis celebrantur, ut tenent Moronius *reſp. 12. n. 16.* Moron. Cochier. Eraſmus a Cochier *de Iuriſdictione Ordinaria in exempto. part. 2. quæſt. 45. num. 109.*

28. Tamen Regulares non poſſunt compelli ad proceſſiones, quæ fiunt in octava corporis Chriſti, ſic declaratum eſt à Sacra Congregat. *die 9. Decembr. 1637.* & ſic habet Sacra Sacr. Congr. Regularium Congregatio, reſpondet *Regulares ſupradictos nõ teneri in caſu propoſito accedere ad proceſſionem Sanctiſſimi Sacramenti, niſi in die ſolemnitatis corporis Chriſti; nullo modo poſſe cogi in octava, & ita ſervari mandavit.* Ita M. Lezana *to. 4. quæſt. Regular. verb.* Lezana. *Proceſſio quoad Regulares num. 11. & 12.* ex ultima editione Venetiis unde non audiendus Machado. eſt Machado *tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 10. documen. 6. num. 1.* contrarium affirmans, nec contra nos aliquid docent Auctores, quos ipſe citat, ut legenti patebit.

Hic maximè notandum, & advertendum 29. eſt, quod Clemens VIII. Patribus Sancti Clem. VIII. Ioannis Evangeliſtæ, vulgo Patribus S. Eloy, Patres S. Eloy. ut habetur in ſuo libro, cujus titulus eſt *liber Privilegiorum Patribus S. Eloy in 2. parte ex impreſſione Romana fol. 13.* Clemens VIII. eis conceſſit, ut ad nullas proceſſiones accedere tenerentur, niſi ad illas juxta Decretum Concilij Tridentini, ſcilicet *pro feſto corporis Chriſti, pro electione Summi Pontificis, ac ejus ſalute, pro peſte, fame, & bello*; & quod ad nullas alias accedere teneantur, quæ conceſſio magni ponderis eſt, explicat Decretum Concilij Tridentini.

In Luſitania Religioſi non ſolent accede- 30. re ad proceſſiones Litaniarum, cum eſſet Archiepiſcopus Vlyſipponenſis Illuſtriſſimus Dominus Alphonſus Furtado de Mendoça voluit compellere Regulares, ut ad proceſſionẽ S. Marci, ſeu Litaniæ majoris accederent, & inde Religioſi etiam Mendicantes ſe prædicto privilegio prædictorum Patrum S. Eloy munierunt, quod ad talem proceſſionem non tenebantur, & re ſatis agitata Illuſtriſſ. Dom. Archiepiſcopus quievit, & ultra non Archiep. proceſſit.

QUÆSTIO VII.

An Regulares poſſint facere proceſſiones extra proprium Conventum?

SUMMARIUM.

31 *Aliqui dicunt Regulares poſſe facere proceſſiones extra conventum ſine licentia Epiſcopi*

32 *Oppoſita ſententia, & negativa eſt vera.*

33 *Quod intelligitur, niſi detur conſuetudo in contrarium, ut datur in Portugallia.*

AFfirmat Graſſis *conſil. 20. de Regularibus* 31. *ex cap. ſicut antiquitus 17 quæſt. 4* licere Graſſis. Regularibus per triginta paſſus extra ambitum propij Monaſterij facere proceſſiones, eandem ſententiam tenent Machado *tom. 2.* Machad. *ſumma lib 4. part. 6. tract. 10. documento 6. n. 3.* & probabilem judicat Pellizar. *tom. 1. tract. 5.* Pellizar. *cap 11. quæſt. 16. n. 25.*

Oppoſita ſententia, & negativa eſt omni- 32. no vera, & pro ea multas afferunt Cardinalium declarationes Barboſa *de poteſtate Epi-* Barboſa. *ſcopi. Allegat. 78.* M. Lezana *tom. 1. Reg. cap. 12.* Lezana. *num. 41. & tom. 4. verb. proceſſio quoad Regul. num. 8. & 9.* Zerola *in praxi Epiſcop. verb. Pro-* Zerola. *ceſſio part. 1. verb. Proceſſio nu. 4.* Diana *part. 3.* Diana. *tract. 2. Reſol. 77.* Et ratio eſt, quia nemo poteſt inſtituere proceſſiones in territorio alieno, ſed tantum in ſuo, in quo habent juriſdictionem; atqui Religioſi ſolũ habent juriſdictionem in ſuo territorio, & non alieno, ut probat Campanel. *de diverſorio juris Rubric. 12. c. 13.* Campanel. *num. 118.* ex Zabarela, & aliis. Illud verò *cap. Autem ſicut antiquitus.* Quod citant Graſſis, & Machado ſolum determinat, quod Eccleſiæ omnes gaudeant privilegio immunitatis per

per triginta, aut quadraginta paſſus, ex quo minime ſequitur, quod juriſdictio conventus Regularis extendatur ad tale ſpatium, cum potiùs Abbatis, ſeu Prioris territorium tantum dicatur Conventus, ſeu Monaſterium.

33. Hoc autem intelligitur niſi adſit conſuetudo in contrarium, qua ſtante bene poſſunt Regulares in illa perſeverare, ac continuare, pro quo duas declarationes factas à Sacra Lezana. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium affert M. Lezana *tom. 4. Regul. verb. Proceſſio quoad Regul. n.* 8. una edita eſt die 18. Maii 1640. altera 14. Februarii 2641. quibus declaratur *Regulares habentes conſuetudinem faciendi proceſſiones extra proprium ambitum* Portel. *poſſe illas continuare.* Et Portel. *in dubiis Regular. verb. Proceſſ. num.* 8. teſtatur, quod in Portugallia Regulares nulla petita licentia frequenter faciunt proceſſiones, pro pluvia, ſerenitate, ac aliis ſimilibus, in quo maximè laudantur ab Epiſcopo, & in omnibus noſtris conventibus in hoc Regno Portugalliæ frequenter magno populi concurſu fiunt proceſſiones Beatiſſimæ Virg. Mariæ de Monte Carmelo.

QUÆSTIO VIII.

De præcedentia inter cleros, ac Religioſos, & de ipſiſmet Religioſis inter ſe.

SUMMARIUM.

34 *Clerici præcedentiam habent ſupra cæteros Religioſos, & clerici quomodo habeant præcedentiam inter ſe.*

35 *Canonici Regulares præcedunt Monachos.*

36 *Poſt Monachos mendicantes; mendicantes præcedunt non mendicantes.*

37 *Carmelitæ habent præcedentiam ſuper Fratres B. Virg. de Mercede.*

38 *Inter Fratres mendicantes Dominicani habent præcedentiam.*

39 *Quoad alios mendicantes obſervanda eſt bulla Gregorii XIII. de præexiſtentia in loco.*

Bulla Gregorii eſt in ſua viridi obſervantia. ibidem.

40 *Clemens VIII. Solum derogavit prædictam bullam quoad Dominicanos.*

41 *In cæteris bulla Gregorii eſt obſervanda, quæ agit de Mendicantibus, & n. 42.*

43 *Sacra Congregatio determinavit, ut in præcedentia haberetur ordo, ſicut in Romana curia.*

34. Pius IV. CErtum eſt, & conveniunt omnes, quod clerici debent præcedere cæteros Regulares, ut declaravit Pius IV. in ſua conſtitutione *in ordine* 75. & rationis argumentum fundatur in ordine litteræ. Nam in titulo, *Ne clerici, vel Monachi*, primo loco ponuntur clerici, ſecundò verò Monachi, ut obſervat Leander. Lean. *tom. 8. tract. 6. quæſt.* 23. ergo in proceſſionibus priori loco ponendi ſunt clerici, & poſtea Religioſi. Inter cleros verò priori loco conſtituti ſunt Canonici Eccleſiarum cathedralium, in ſecundo Canonici Eccleſiarum collegiatarum, in tertio alii clerici ſimplicium Eccleſiarum, in quarto Canonici Regulares Sancti Auguſtini, in quinto Regulares ſecundum antiquitatem ſuorum ordinum, ſeu privilegia, ſeu præſcriptam conſuetudinem, aut exiſtentiam, ſeu prioritatem in loco.

Et hoc magis explicetur. Canonici Regulares habent præcedentiam ſuper Monachos nigros, ut determinat Pius IV in Bulla *ſedes Apoſtolica* anno 1564. ut notat Navarr. *tom. 4. Regular. à n.* 4. Tamburin. *tom. de jure Abbat. diſp. 25. q.* 1. Deinde inter ipſos Monachos præcedentia debetur Cœleſtinis ſupra Olivetanos, ex declaratione Sacræ Congregationis, & determinatione Rotæ apud Novarinum *præcedentia n.* 15. de quo etiam Tamburin. *verb. citat. num.* 7. & Barboſa ſtatim citandus. 35. Pius IV. Navar. Tambur. Novar. Barboſa.

Deinde poſt Monachos præcedentiam habent mendicantes, ut notant Novarius *citatus num.* 11. & Tamburin. *citatus quæſt.* 8. *num.* 2. Deinde mendicantes præcedentiam habent ſupra non mendicantes, ut conſtat ex uſu, ac conſuetudine Eccleſiæ, pluribuſque ſedis Apoſtolicæ quoad hoc declarationibus, ut teſtatur M. Lezana *tom. 4. verb. præcedentia num.* 7. Sunt enim mendicantes coadjutores Epiſcoporum, ac proinde alios præcedere habent, etſi Clerici præcedunt Regulares ex ordine literæ, ut notavi initio hujus quæſtionis, quia in titulo dicitur *Clerici, & Monachi.* primò nominantur clerici, deinde Monachi; ſic etiam in omnibus conſtitutionibus Apoſtolicis, primo nominantur Mendicantes, deinde non Mendicantes, ut patebit conſideranti ipſas Conſtitutiones Apoſtolicas, infra apponam Conſtitutionem Clementis VIII. ergo cum primo nominentur Mendicantes præcedentiam habent ſupra Mendicantes. 36. Novar. Tamburin. Lezana.

Et Patres Carmelitani habent præcedentiam ſupra Fratres B. Virg. de Mercede, ut cauſa controverſa determinatum eſt Deciſione Rotæ die 10. Martii anno 1600. de qua re extat Decretum Sacræ Congregat. eodem an. die 27. Aprilis, quod totum confirmavit Clemens VIII. in bulla quadam, & incipit: *Decet Romanum*, habetur *in 3. tomo Bullar.* & de hoc faciunt mentionem Tambur. *citatus*, Barboſa *de jure Eccleſiaſtico, lib. 1. c. 43. n.* 187. Novar. *citat. n. 9. &* 10. & Lezana *cit. n.* 7. 37 Sacra Rota. Sacra Cõgr. Clem. VIII. Tambur. Novarr. Lezana.

Inter Mendicantes, Fratres ſancti Dominici præcedentiam habent ſuper quoſcumque Religioſos aliorum Ordinum Mendicantium, ut determinavit, ac præcepit Pius V. in ſua bulla: *Divina diſponente*, in ordine 71. & pro ratione declarationis hanc apponit Summus Pontifex, quia ordo ſancti Dominici, *præ cæteris aliis Fratrum Mendicantium ordinibus à Sede Apoſtolica primo approbatus, & confirmatus fuerit.* Quòd etiam maximè confirmavit, ac corroboravit Clemens VIII. in ſua Conſtitut. in ordine 13. *Incipit inter cætera.* 38. Pius V. Clem VIII.

Quoad alios Mendicantes obſevanda eſt bulla Gregorij XIII. quæ eſt 82. in ordine, & incipit: *Expoſuit Paſtoralis*, die 15. Julii anno 1583. refertur 2. *tom. Laertii*, & apud Naldum, Quarantam, Confetium, *verb. Præcedentia.* Et inter cætera derminat ibi Pontifex: 39. Greg. XIII. Laertii. Quaranta. Confetius.

ſex: *Ita^t ſi contigerit nova monaſteria, aut domum alicuius Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus monaſteria, aut domus prius erecta, aut inſtituta ſint, ille ordo qui prius monaſterium, ſeu domum in loco habuerit, præcedat.* Quæ Conſtitutio Gregorii eſt in uſu, ac praxi, & ſua viridi obſervantia, ut probant ex multis de-
Barboſa. clarationibus Cardin. Barboſa *de jure Eccle-*
Novar. *ſiaſtico, lib. 1. c. 43. n. 182.* & 183. Novar. *verb. Precedentia, num. 13.* & quòd magis eſt Vrbanus VIII. litteris datis in forma Brevis
Peitin. die 18. Decembris an. 1637. apud Peitinum *in additam. ad Conſtit.* 17. approbat determinationes factæ Congregationis juxta Conſtitutionem Gregorii XIII. & eſſe in ſua viridi obſervantia docent communiter præter
Tambur. Barboſam, & Novarinum citatum Tamburin.
Lezana. *de jure Abbatum, tom. 1. diſp. 25. q. 8.* Lezana
Pellizar. *verb. Præcedent. tom. 4. n. 6.* Pellizar. *to. 2. tract.* 8.
Capuc. *cap. 6. n. 107.* etſi cæteri Capuccin. Naldus.

40. Et ſolum Clemens VIII. prædictam Con-
Clem. VIII. ſtitutionem derogavit quoad Fratres Dominicanos, ut quamvis ipſi poſt alios ædificaverint in aliquo loco habeant tamen ipſi præcedentiam. Ita ait Clemens in ſua citata Conſtitutione. *Itant dicti Fratres ſancti Dominici immediatè poſt dictos* (ſcilicet Monachos) *ſubſequantur, poſt quos omnes alios Regulares, tam mendicantes, quam non mendicantes, cuiuſcumque Ordinis, vel Religionis exiſtant, incedant, & ſubſequuntur, etiamſi Eccleſiæ, Capellæ, Conventus, Domus, & loca Regularia dictorum Fratrum Prædicatorum in locis prædictis, primo inſtituta, & fundata non fuerint, prout nos de facto id obſervare volumus, & præcipimus.*

41. In reliquis Conſtitutio Gregorii eſt integra in tota ſua obſervantia, itaut cum Fratres S. Franciſci de obſervantia, antiquiores ſint, quam Fratres Tertiarij, tamen ſi iſti in loco Monaſterium, ſeu Conventum obtinuerunt erga illos ceſſat præcedentia Fratrum de obſervantia; ita multoties reſolutum eſſe à ſacra
Novar. Congregatione tenet Novar. *Lucerna Regul. verb. Præcedentia num.* 13.

42. Juxta hanc conſtitutionem Gregorii maxi-
Greg. XIII. me notandum, quod illa agit de mendicantibus, quia ut jam ſupra dictum eſt, mendicantes juxta multas declarationes Apoſtolicas habent præcedentiam ſuprà Religiones non mendicantes. Inde Gregorius Papa ad tollendum omnem controverſiam declarat, ac determinat, qualiter Mendicantes ſe debeant habere inter ſe.

43. Nota etiam, quod ad omnem controverſiam amovendam, Sacra Congregatio Epiſcoporum, ac Regularium decrevit, ac determinavit die 16. Auguſti 1593. quod præcedentia tam in proceſſionibus, quam in cæteris actibus publicis teneretur, ac haberetur, ut obſervatur *in Alma Vrbe Romana*, omnium Magiſtra, quam declarationem ſuprà ſcriptam Congregationis Dominus Cardinalis Alexandrinus retulit ſanctiſſimo Dom. Clementi VIII. die 30. Auguſti 1593. quæ ei maximè placuit, & approbavit ordinem, præcedentiæ, quem in proceſſione habent ſacræ Religiones, ſcribit, & refert ex teſtimonio
M. Lezana authentico, M. Lezana *tom. 4. Regular. verb. Præcendentia, num. 6. poſt medium.*

Lezena, verbo præcedentia *num. 7.* ait: 44.
Mendicantes autem præcedentiam habere ſuper Lezana.
non Mendicantes conſtat ex uſu, & conſuetudine Eccleſiæ, pluribuſque ſedis Apoſtolicæ Pignat.
quoad hoc declarationibus. Jacobus Pignatellus à Sanct. Thoma, utriuſque juris doctor, *in Canonicis conſultationibus, conſultat.* 137. *num.* 1. ait præcedentiam ſumendam eſſe ex antiquitate. Ita declaratum fuit à Gregorio XIII. in lite orta ſuper præcedentiam in Caſtro Villarii inter Prædicatores, & Franciſcanos, juſſit attendendam eſſe antiquitatem loci, & ita etiam reſpondit Sacra Congregatio ſcilicet PP. Prædicatores habere, præcedentiam in locis, ubi habent uſum, & ſunt, quaſi in poſſeſſione, alias minime; ita etiam, 8. Junii 1618. & 25. Septembris 1624. & 6. die ejuſdem menſis 1625.

RESOL. XLVIII.

De Sepulturis.

QUÆSTIO PRIMA.

An qui inveniuntur mortui in Campo veluti duelli, valeant excuſari, ut admittantur ad ſepulturam Eccleſiaſticam?

SUMMARIUM.

1 *Caſus præſens hujus quæſtionis.*
2 *In dubio quilibet præſumitur bonus.*
3 *Mortuus non condemnandus niſi ex evidenti, & plena probatione.*
4 *Pœna duelli non conſurgit niſi ex pacto condicto, ac compoſito.*
5 *Iſti duo poterant convenire ad illum Campum, ut mutuo inter ſe convenirent ac pactum inirent amicitia.*
6 *Iſti poterant convenire ad illum locum, & poſtea furore ira accenſi rixati ſunt.*
7 *Poterant inter ſe rixare ad oſtendendam dexteritatem ſuam, ac ſuam fortitudinem.*
8 *Vt priventur Eccleſiaſtica ſepultura requiritur ſententia iudicis.*

1. CAſus contigit, duo viri nobiles, qui habebant inter ſe magnas rixas, & controverſias in quodam campo ſemoto ab urbe, ſtrictis gladiis, inventi ſunt mortui. Quæſitum fuit à me an eſſent ſepeliendi in loco ſacro, pro illiſque Miſſæ ſacrificium offerendum.

Reſpondeo affirmative. Primo ex communi proloquio in dubio quilibet præſumitur 2.
bonus, *l. Meritò, ff. pro ſocio, l. quoties.* §. *qui* L. Merito.
dolo, ff. de probat. cap. unico de ſcrutin. in ordine faciendo, cap. dudum, & *cap. de præſumpt.* Ibi Doctores communiter, unde dubium ſemper in meliorem partem eſt exponendum, per quam delictum evitetur Barto. *in l. non ſolum,* Bartol.
§. *ſed ut probari, ff. de oper. non.* Nunc per Baldum *in l. precibus columna ſecunda verſ.* Baldus.

Sctas

Scias cod. de impuber. & multis aliis apud Maſcardum *de probat. volum. 3. concl.* 1174.

3. Et hoc maximè procedit quoad mortuos, qui ſunt perſonæ miſerabiles, & inter perſonas miſerabiles miſerabiliores, quia non poſſunt pro ſe loqui, nec ſe defendere, & ideò ſunt ſub Eccleſiæ protectione, *cap. Super quibuſdam in fin. de verbor. ſignificat.* Et ideo judex ex ſuo officio tenetur defendere, & ad eorum condemnationem non ſufficit quælibet ſuſpicio, ſed requiritur plena, & exacta probatio; nam quamvis Eccleſia valeat procedere contra memoriam hæretici defuncti, tamen ad hoc exigitur valdè plena, & clara probatio, quod longa ſerie probat Farinacius *de hæreticis. q. 197. num.* 103. & probat Catena *de officio ſanct. Inquiſitionis, part. 2. tit. 19. §. 5. n. 9.* ex ipſo Farinacio, Symanch. & aliis.

Farinac. Catena. Symanch.

4. Iſti duo viri, etſi inventi ſunt mortui in illo campo, non conſtat quòd tenderunt ad illum animo, & pacto ad faciendum duellum, quod requiritur ad contrahendas pœnas impoſitas duello, ut priventur ſepultura Eccleſiaſtica, & conſequenter cæteris ſuffragiis Eccleſiæ; nam duellum juxta Conſtitutionem Gregorii XIII. & Clementis VIII. conſiſtit in pugna orta ex condicto, & compoſito, ſcilicet pacto, quod in præſenti non probatur, ideo homines de tali crimine non ſunt habendi tanquam rei; nam delictum in dubio non præſumitur, ſed potius tunc ſupponitur abeſſe delictum, ut patet ex locis juris citatis, & *l. Prætor §. docere. ff. de vi bonor. rapt. cap. Eſtote de reg. iuris Decretal.* & ibi communiter Doctores Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic. lib. 13. quæſt. 1. n. 72. & lib. 14. quæſt. 7. n. 55.* & alii.

Greg. XIII Clem. VIII Flamin.

5. Secundò, iſti duo rixantes fieri poterat, ut ad illum locum convenirent animo non rixandi, ac debellandi, ſed petendi, & dandi mutuam ſatisfactionem, ac ut quilibet ſuam cauſam tueretur, etſi poſtea rixati ſunt, non incidunt in pœnas duelli, quia eo animo ad illum locum non convenerunt, ut tenent Lucius Florus *tract. de duello, cap. 6. §. 2.* Filliucius *tract. 15. cap. 5. q. 5. num.* 107. Naldus *in ſumma verb. Duellum. n. 2.* Barboſa *in collectanea Doctor. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 19. reform. §. nonò quæritur*, Diana *part. 3. tract. 6. Reſolut. 1. §. mater.* & alios citat.

Florus. Filliucius. Nardus. Barboſa. Diana.

6. Tertiò, & magis confirmatur ſuperior ratio; Quia qui calore iracundiæ accenſi, ac commoti, incontinenti ad locum duelli accedunt, ibique dimicant, à pœnis duelli excuſantur. Ita Flavius Cherubio. *in Bulla Pontific. to. 3. Pontific. 11. Clementina 8. in ſchol.* & ibi citat Ludovic. Lucenſem, Farinac. & Tuſchum, Barboſa citatus *in collectanea num* 10. Diana *citato loco, §. Dico undecimò.* Et inſuper citat Joannem Franciſcum Riccium, & Graffium; M. Lezana *in Conſult. conſult. 49. n. 11.* Quod fortiùs militat in præſenti caſu, quia non conſtat, quòd animo dimicandi convenerint ad illum locum, & fortè alio animo ad locum convenerunt, deinde ex alia occaſione furore accenſi rixati ſunt.

Cherubin. Lucenſ. Farinac. Tuſchus. Barboſa. Lezana. Diana. Franciſcus. Riccius.

7. Quartò, qui provocat ad duellum alterum, non animo pugnandi, ſed ut ſe oſtendat fortis, & animoſus, & maximè dexter in exercitio armorum cum bona ſecuritate facta nullum inferendi nocumentum, non incidit in pœnas duelli, ut docent Naldus *citatus, n. 2.* Filliucius, Diana, quos citat, ac ſequitur M. Lezana *tom. 3. verb. Duellum, n. 17.* de quo latè Trullench. *in Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 13. n. 22.* Et unde conſtat, quòd iſti duo non tali animo accederent, & poſtea caſu, ac præter intentionem ſe occiderent.

Naldus. Filliucius. Diana. Lezana. Trullench.

Deinde maximè notandum juxta Extravag. Martini V. *Ad evitanda*, nullus in foro exteriori excepto notorio percuſſore Clerici reputandus, ut excommunicatus, ac privatus ab officiis Divinis ſine ſententia judicis, & ideò ut docent Stephanus Baunius *in Theologia Morali, diſp. 3. tract. 2. quæſt.* 19. Caſtro Palaus *tom. 1. tract. 6. diſput. 5. punct.* 7. Diana *part. 7. tract. 11. Reſol.* 44. quòd ut duellans occiſus careat Eccleſiaſtica ſepultura neceſſaria eſt declaratio criminis à judice facta, ſaltem quando delictum non eſt multum notorium. Deinde illud, quod colligitur ex illa citata Extravagante, *ad evitanda*, eſt tantùm de peccatore notorio, quia tergiverſatione excuſari poteſt, hic autem in præſenti ſunt multæ rationes, quæ delictum excuſare poſſunt, ut patet ex dictis; ergo nihil obſtat, ob quod Eccleſiaſtica ſepultura ſint privandi. 8.

Martin. V. Baunius. Palaus. Diana.

Quæstio II.

An qui moritur ex vulnere accepto in duello ſit privandus Eccleſiaſtica ſepultura, ſicut & illi, qui inveniuntur mortui in actu de ſe peccaminoſo, & inde multi caſus reſolvuntur?

SUMMARIUM.

9 *Notorii peccatores privantur ſepultura Eccleſiaſtica.*

10 *Dicunt multi, quod ille qui moritur ſequenti die ex vulnere accepto in duello, ſit privandus ſepltura Eccleſiaſtica.*

11 *Oppoſita ſententia mihi vera, & certa.*

12 *Nec contra hoc faciunt Tridentinum, & Clemens VIII. loquuntur enim de illo, qui moritur in ipſo conflictu.*

13. *Adulteri deprehenſi in adulterio interfecti à marito ſepeliendi in loco ſacro, ſicut qui moritur in cornibus Taurorum, & meretrix mortua in domo amantis ſui.*

14 *In his melior pars eligenda, & ſemper præſumitur in extremis, quod homo agit de ſua ſalute æterna.*

15 *Idem dicendum, quando homo clauſus invenitur laqueo ſuſpenſus vel in puteum demerſus.*

PEccatores mortaliter notorios privandos eſſe ſacra ſepultura, habetur ex *Can. quibus, & ſequentibus 13. quæſt. 2.* & docet Gloſſa *in cap. Quia de uſuris*, Abbas *in cap. ex part. 1. in fine de ſepulturis, & cap. Fures de furtis*, Paludanus *in 4. diſt. 18. quæſt. 18. art. 1. §. quantum ad 4. concl.* 5. Sylveſter *verb. Sepultura, quæſt. 9. dict. 7.* Sà *in ſumma, num.* 3. Layman *lib. 3.* 9.

Gloſſa. Paludan. Sylveſt. Sà. Layman.

lib.3. ſect.5. tract.5. cap.12. num.12.§.quartò
Bonacina. *omnis.* Bonacin.*diſp.2. de excommunic. extra bullam cœnæ quæſt.3.punct.48. n.22. §. Adde.*
Marchant. Marchant. *in Reſolut. Paſtorali, tract. 5. de moribundo cap. 3. quæſt.fol. mihi* 636. & alii apud Bonacin. citatum.

10. Qui dicunt decertantem in duello privandum eſſe Eccleſiaſtica ſepultura, etiamſi ob vulnus acceptum non ſtatim ipſo die moriatur, ſed ſequenti die; nam ille dicitur mori in duello, qui ex vulnere accepto in ipſo duello moritur. Deinde quia privatio ſepulturæ impoſita eſt in deteſtationẽ criminis, ut alii videntes duellum tam durè puniri, terreantur, & caveant à committendo tam diro crimine, & inde privatio ſepulturæ non Inducitur per modum cenſuræ, ſed juſtæ pœnæ.

11. Oppoſita ſententia mihi vera, ac certa videtur, eam tenent Plaza *de delictis, lib 1 c.23. n.9.*& Ioannes Sancius *diſput.36.n.3. &* Menochius *de præſumptionibus.lib.5.præſumpt.1. num.*29. Hurtadus de Meudoça 2.2.*diſp.*170. *ſect.*1. j. 178. Navar. Rodriguez, Villalobos, Graſſis, Diana, Portel. Lezana ſtatim in variis caſibus citandi. Horum ratio eſt, quia nullus quantumvis peccator præſumitur immemor ſuæ ſalutis æternæ, ſed de illa maximè ſollicitus, & potiſſimum in extremis.

Plaza. Ioan. Sanc. Menoch. Hurtado. Navar. Rodrig. Villalob. Lezana.

12. Nec contra nos facit Concilium Trident. *ſeſſ.25.c.19. de reformat.*& Clemens VIII. *in ſua Conſtitut.* imponentes duellantibus in pœnam privationem perpetuam ſepulturæ Eccleſiaſticæ, ſi deceſſerunt in ipſo conflictu, ut patet ex verbis Clementis VIII. *Etſi in ipſo conflictu obierint ſepultura Eccleſiaſtica perpetuo privatos eſſe volumus*: proindeque ſi aliquo poſt tẽpore ex vulnere accepto in duello obierint, jam non ſunt privandi ſepultura Eccleſiaſtica, quia Conciliũ, & Pontifex loquuntur de illis, qui in ipſo conflictu, & non poſt ipſum occubuerint, & cum lex ſit pœnalis, non eſt extendenda ultra caſum expreſſum, ſed potius reſtringenda, ut docent Portel. *tom.2. in reſponſionibus Moralibus, part.3. caſ.*10.*num.*4. M. Lezana *tom.2. verb. Duellum, n.*14. Diana *tom.2.tract.16. Reſolut.* 52. *alias* 54. & eſt commune placitum apud juriſtas.

Trident. Clem. VIII. Portel. M. Lezena. Diana.

13. Ex ratione noſtræ concluſionis, quia unuſquiſque in extremis præſumitur maximè agere de ſua ſalute æterna. Adulteri deprehenſi in adulterio, & à marito interfecti ſepeliuntur in loco ſacro, ut docent etiam Graſſis *tom.1. conſil. lib.3. de ſepultura conſil.unic.num.6.*& Sancius *ſupra.* Qui idem dicit de rixantibus, & mutuo ſe occidentibus, licet in conflictu mortui occumberent, nullo pœnitentiæ ſigno exhibito; & de illis, qui in cornibus taurorum vitam perdunt, ut tenet Villalobos *to.2. ſummæ, tract.31. difficult.3.* & propter hanc cauſam Navar. *lib.3. conſil. de ſepultura, conſil.*4.& Portellus proximè *citatus, num.*5. docent, quod meretrix, quæ in domo ſui amaſij inventa eſt vulnerata eſt vulneribus confoſſa, & mortua poſſit in loco ſacro ſepeliri.

Graſſius. Villalobos. Navarr. Portel.

14. Et generaliter loquendo Ægyd. Coninch *diſp.14.de excommunicatione, dub.8.concluſ.5. n.66.* ait ſepeliendum in loco ſacro excommunicatum, quoties dubitatur, utrum talis pœnitens diſceſſerit, & inquit, *quia melior pars præſumenda eſt*; quæ ratio maximè facit ad intentum, & ut amplius docet Hurtadus de Mendoça 2.2.*diſp.76.ſect.*1.§.21. Quod taliter ſepeliendi ſunt in loco ſacro, quia licet exterius nullum dediſſent pœnitentiæ ſignum, potuerunt tamen interius, quia præſumitur, quod homo in extremis, totis viribus agit de ſua ſalute æterna, & quia non conſtat, quod non egerint pœnitentiam internam, ideo ex Eccleſiæ conſuetudine pro eis fiunt orationes, & ſacrificia; quia ex hypotheſi, pro eis offeruntur, qui ſunt in ſtatu in quo illis proſint.

Coninch. Hurtado.

15. Et magis confirmatur prædicta doctrina, quia ſi inveniatur homo clauſo ſuo oſtio à parte interiori laqueo ſuſpenſus, vel in puteo demerſus, ac ſuffocatus, ſepulturæ ſacræ donandus eſt, quia cauſa eſt criminalis, & in cauſa criminali non eſt procedendum contra reum, niſi probationibus luce clarioribus. *l. ſciant cuncti, ff. de probationibus, cap. ſciant cuncti.11.quæſt.ultima,*& maximè contra mortuum, qui pro ſe non poteſt agere, nec dicere, & cum homo laqueo ſuſpenſus, vel in puteo demerſus agat contra propriam inclinationem naturalem de Conſervatione vitæ, & ideo potius præſumendum eſt, illud factum fuiſſe ex quadam amentia, ſeu mentis alienatione, quam ex deſperatione, & ideo ſepultura non eſt privandus. Ita ad prædictum caſum reſpondent Navarr. *Conſil.*-. *de ſepulturis lib* 3. Rodriguez *tom. quæſt. Regula q.*61. *art.*1. Villalobos *tom.2. tract.31. diffic.3. n.*4 Barboſa *de officio Parochi cap.26 n.*29. Diana *part.5 tract.3. Reſol.*100 & pro hac ſententia citat etiam Marchantium, & Gnevenſem, & Iulium Lavorium.

L. Sciant. Navarr. Rodrig. Villalobos. Barboſa. Diana.

Quæstio III.

An ſepultura unius, poſſit alteri donari, ſe vendi.

SUMMARIUM.

16 *Sepultura abſque ulla Simonia datur pro pretio, ſeu eleemoſyna.*
17 *Si patronum emis ſepulturam, ſeu Capellam pro ſe, ac ſuis hæredibus non poteſt alius ibi ſepeliri ſine ejus licentia.*
18 *Et ſecus factum fuerit, exhumaturandum cadaver alienum.*
19 *Si extinguitur progenies, jus ſepulchri tranſit ad Eccleſiam.*
20 *Tamen in tali caſu priores inſcriptiones non ſunt delendæ.*
21 *Hæredes ſunt, qui naſcuntur ex filiis, non extranei.*
22 *Si ſepultura fuit data abſolutè, poſſunt alii ſepeliri.*
23 *Si perpetua duabus conditionibus.*

EX communi uſu, ac conſuetudine populi Chriſtiani patet, quod vendere, & emere ſepulturam abſque Simoniæ labe fiat: Quia non venditur, prout quid ſacrum eſt, ſed prout quid materiale eſt, ſeu quatenus terra; ſic & vendi poſt calix conſecratus, & veſtis ſacra ratione materiæ, auri, & argenti, ut ex 16.

multis

Suar. Bonacina. multis probant Suar. *tom* 2 *de Relig cap.* 14. *num* 6. *&* 17. & Bonac *de ſimonia*. *q.* 4 §. 6. *n.* 1. Deinde illud pretium non recipitur in pretium ſepulturæ, ſed ad fabricam Eccleſiæ, ac ſuſtentationem Miniſtrorum Eccleſiæ, ut ex Rodrig. Barboſa, Villalobos, Portel. tenet M. Lezana *tom.* 4. *verb. ſepultura*, *n* 14 & ut benè notant Sanchez *tom.* 1. *conſil. l b* 2. *cap.* 3. *dub.* 14. *n.* 3. Diana cum aliis *part.* 2. *tract.* 15. *Reſolut.* 57. Pro honoratiori loco ſepulturæ, majus pretium poſſe accipi. Et ratio eſt, quia venditur ibi quid temporale, ſcilicet honor, qui pendet ex hominum æſtimatione, & per accidens rei ſpirituali conjungitur.

Rodrig. Barboſ. Villalob. Portel. Lezana. Sanchez. Diana.

17\. Ad quæſtionē cum diſtinctione eſt reſpondendum; ſi patronus ſeu Dominus emit ſepulchrum, vel capellam pro ſe, ac ſua familia, ſeu deſcendentibus, non poteſt ibi ſepeliri aliquis ſine licentia ipſius patroni. Ita Petrus Vbald. *de Canon. portion. part.* 12. *n.* 5. & alii, quos citat, ac ſequitur Bordon. *to.* 2. *Reſol.* 51. *n.* 80. quod talis patroni licentia requiratur, probatur ex eo, quod ſicut in fundo, in quo quis habet uſum, Dominus in illo habitare non poteſt contra voluntatem uſurarii, l. *ſi habitatio*, §. *fin. ff. de uſu, & habit.* Sic nec Eccleſia, quæ eſt Domina directa ſepulturarum, & capellarum, poteſt habitare per ſe, vel per alium in ſepulchris aliis conceſſis.

Vbald. Bordon. L. ſi habitatio.

18\. Unde ſi abſque licentia patroni extraneus ſepeliatur in ejus ſepulchro, poteſt ille cadaver extrahere quod reſtituendū in proprio ſepulchro, idque patet ex *cap. Fraternitatem*, *& cap. ex parte cap. cum liberum de ſepultur. & cap. eodem in* 6. ubi mandatur exterrari corpora, & reſtitui propriis, ergo etiam & in hoc caſu, in quo recondita cadavera non dicuntur requieſcere in propriis ſepulchris, ſed alienis, hoc idem erit licitum; ex quo ſequitur quod inferens mortuum in alienum ſepulchrum, tenetur pœna violati ſepulchri, ut ex Lavot. tenet Bordon. *n.* 11.

C. Fratern. C. Ex parte. Lavot. Bordon.

19\. At verò ſi extincta eſt progenies illius, cui fuerat conceſſum jus ſepulchri, tale jus poteſt concedi aliis, cum tale jus redeat ad Eccleſiam, quia mortuo habente uſum, uſus redit ad proprietarium, ſic morte uſufructuarii, eiuſque deſcendentium, uſusfructus devolvitur ad proprietarium, *l. corruptionem C. de uſufructu*; ut docent Armilla Sylveſter *verb. ſepultura.* Rodriguez *in addit. ad ſummam tom.* 4. *cap.* 131. *num.* 2.

Armilla. Sylveſt. Rodrig.

20\. Notant tamen Bordonius *citato tom.* 2. *Reſolut.* 51. *n.* 72. & Pellizar. *tom.* 2. *cap.* 5. *ſect* 4. *num.* 151. cum Vbaldo, Portellio, & aliis. In propoſito caſu, quod ſepultura unius detur alteri, tamen non debere deleri inſcriptiones ſepulchri, pro memoria inſculptas, *l.* 6. §. *monumentum* §. *de relig. & ſumpt funer.* quod confirmo ex eo, quia defunctus dedit pretium pro ſepultura tam ut ibi reponeretur, ac reconderetur ejus cadaver; quam ut etiam ibi ejus memoria permaneret.

Bordon. Pellizar. Vbald. Portel.

21\. Advertit etiam Peyrinus *tom* 3. *Privileg. c.* 4. *num.* 48. ex Lamberto eſſe in ſepulchris ſolum ſepeliendos eſſe hæredes ſanguinis; eos nempe, qui naſcuntur ex filiis, & nepotibus, tam maſculis, quam fœminis, non verò hæredem extraneum, quamvis univerſalem, jus enim ſepulturæ non tranſit ad extraneos.

Peirin. Lambert.

Hic maximè notandum, quòd vel Eccleſia dedit alicui locum ſepulchri, ſimpliciter, & abſolutè, vel appoſita conditione, ut ſepultura ei eſſet perpetua. In primo caſu poſſunt alii ſepeliri in tali loco, quia ita habet Praxis univerſalis Eccleſiæ, & quia ut ait Portel. *tom.* 1. *Reſp. mortali. part.* 2. *caſu* 20. *n.* 1. *in medio*; quia ſi per nudam donationum ſepulturæ factam alicui, prohiberetur conventus ne illa ſepultura alteri ulterius donare poſſet intra parvum tempus non maneret in illa Eccleſia locus, ubi poſſent alii fideles ſepeliri, ſi ibi ſepulturam elegiſſent. 22

Portel.

At verò ſi ſepultura donata fuit, ut ei eſſet perpetua, tunc deficientibus hæredibus, poſſit alteri donari, ut modo dixi in hac quæſtione, ſervatis tamen duabus conditionibus. Prima, ut ibi maneant inſcriptiones pro memoria talis defuncti. Secunda, ut oſſa prioris defuncti non poterunt exhumari, vel alio transferri, inde enim magnum ſcandalū fiet viventibus, magnaque injuria pro defuncto, ſine ejus culpa exhumare; nam defunctus cum viveret, fecit pactum cum Eccleſia pro illa ſepultura perpetua, & hac de cauſa dedit majorem eleemoſynam, & inde ſepulturam cum lapide expoſito ac aliis exornavit, ut ejus memoria ibi perpetuo remaneret; ergo nulla eſt cauſa cur pactum initum non ſit obſervandum, & ideo illius oſſa non ſunt exhumanda, nec inſcriptiones delendæ. In hac Reſolutione conveniunt Portel, & Bordonius citati ex Rodriguez *tom.* 2. *Adition. ad ſummam verb.* 23.

Portel. Bardon. Rodrig.

RESOL. XLIX.

De ſuſpenſione, ac ejus abſolutione.

QUÆSTIO PRIMA.

An qui abſolutus, vel diſpenſatus eſt ab Epiſcopo, cum crimen eſſet occultum; & poſtea crimen factum eſt publicum, & manifeſtum, indigeatne nova abſolutione, vel diſpenſatione?

SUMMARIUM.

1 *Caſus quæſtionis.*
2 *Prima ſententia affirmans novam abſolutionem neceſſariam.*
3 *Primum fundam. ex Trident. facultate data, eſt ſolum ad forum interius.*
4 *Diſpenſatus in foro conſcientiæ poteſt accuſari, & puniri.*
5 *Diſpenſatus in articulo mortis tenetur comparere coram ſuperiore; & in dubio tutior pars eſt eligenda, & n.* 6.
7 *Contraria ſententia vera.*
8 *Quia facultas abſolute conceſſa eſt pro utroque foro.*
9 *Quando facultas reſtringitur ad forum interius, ponitur pro foro conſcientiæ.*
10 *Facultas diſpenſandi late explicanda.*
Prædicta facultas non eſt delegata, ſed ordinaria, ibid.

11 *Con*

11 *Cenſura ſemel rite ablata non reviviſcit.*
12 *Abſolutus in articulo mortis tenetur comparere, quia jura ita diſponunt, quod non datur in noſtro caſu.*
13 *Epiſcopus debet dare teſtimonium de abſolutione data.*
14 *Ad primum argumentum facultas data in Trident. non eſt reſtringenda ad forum interius.*
15 *Ad 2. ex eo quod delinquens poteſt deduci ad judicium exterius, non ſequitur quod abſolutio ſit nulla.*
16 *Solvuntur alia argumenta, & num. 17. & 18.*

1. Trident.

CAſus. Quidam clericus falſis, & commentitis demiſſoriis ſuſcepit ordines ſacros, contraxit ſuſpenſionem, ut conſtat ex quadam Extravaganti Pii II. quæ incipit. *Cum ex ſacrorum.* Et ex altera Extravag. Sixti V. quæ incipit, *ſanctum, & ſalutare*; & cum crimen eſſet occultum acceſſit ad Epiſcopum, qui virtute Concilii Tridentini *ſeſſ* 24. *cap. 6. de reformatione*, abſolvit à ſuſpenſione incurſa; poſtea crimen deductum eſt ad judicium, & de illo Clericus & accuſatus, & convictus; tunc quæſitum eſt, an indigeat nova abſolutione, an illa prius obtenta pro foro interiori, valeat etiam nunc pro foro externo.

2. Valerius. Toletus.

Prima ſententia loquendo de irrigularitate ait, quod talis diſpenſatio ſolum prodeſt pro foro interno, in quo eſt data, & non pro externo. Ita Joannes Valer. *de differentia utriuſque fori, verb. Irrigularitas, diff.* 7. *in fine.* Toletus *lib.* 1. *cap.* 89. §. *Hoc poſito ad finem*, ſic concludit, *exiſtimo diſpenſationem factam prodeſſe in foro interiori, non exteriori*, & multis poteſt hæc ſententia probari.

3. Garcia. Barbaſa. Rodrig. Sayrus.

Primò ex ipſo Textu Concilii Trident. citato loco, facultas data ibi diſpenſandi, & abſolvendi eſt pro foro interno; ait Concilium *ex delicto occulto provenientibus*; ea autem, quæ pertinent ad forum internum, non extenduntur ad externum. Ut tenent Garcia *de benefic. part.* 7 *capit.* 11. *num.* 51. Barboſa *in collectanea ad citatum locum Concilii. num.* 64. & *de poteſt. epiſcop. allegat.* 40. *num.* 19. Rodrig. *in ſumma part.* 1. *cap.* 168. *in fine.* Sayrus *de cenſ. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 13.

4. Bertol. De Vecch.

Confirmatur. Primò, quia diſpenſatus in foro conſcientiæ poteſt inquiri, accuſari, ac puniri in foro judiciali, ut tenent Doctores proximè citati, & Bertol. de Vecchis *diſp.* 9. *dub.* 16. *in fine*; ergo abſolutio in foro interno non videtur prodeſſe, cum non abſolvat reum à delicto.

5. Cap. eos. Bonacina.

Secundò. Diſpenſatus, vel abſolutus in articulo mortis, vel dato legitimo impedimento, eo ceſſante tenetur coram ſuperiore comparere. *cap. eos, qui de ſententia, excommunicat. lib.* 6. Bonacin. *de excommunic. diſp* 1. *quæſt.* 4. *punct.* 5. *num.* 17. ergo eandem obligationem habebit abſolutus ab Epiſcopo virtute prædicti Concilii Trid. quoniam inter unum, & alterum caſum nulla datur major ratio.

6. C. Iuvenis.

Tertiò, & ultimo. Quia in dubiis ſemper tutior pars eſt eligenda *cap. Iuvenis de ſponſal.* cum ſimilibus; maximè quando vertitur in periculum animæ, ut in præſenti quæſtione; ergo tutius eſt adire Pontificem pro obtinenda abſolutione in foro externo.

7. Navarr. Sanchez. Suarez. Bonacina. Layman.

Contraria ſententia mihi videtur vera, quod illa abſolutio data pro foro interno, quando crimen erat occultum, licet poſtea fiat publicum, alia abſolutio non eſt neceſſaria. Ita Navarr. *cap.* 27. *num.* 41. Sanchez *in Decalogum tom* 1. *l.* 1. *cap.* 11. *num* 12. Suar. *de cenſuris tom* 5. *diſp.* 7. *ſect.* 5. *à num.* 21. *cum ſequen.* Bonac. *de cenſur. diſp. quæſt.* 3. *punct.* 40. *n.* 3. Layman *tom.* 1. *tract.* 5. *part.* 1. *cap* 7. *num.* 7. & alij.

8. Navarr. Rodrig. Suarez. Filiuc. Bonacina. Trident. Sanchez. Garcia.

Probatur; primò. Quia quando conceditur facultas abſolvendi, vel diſpenſandi abſque vlla limitatione, videtur conceſſa pro vtroque foro. Ita Navarr. Rodrig. Suar. Filiuc. quos citat, ac ſequitur Bonac. *cit. diſp.* 1. *q.* 3. *punct.* 10. *n.* 2. Atqui in Trident. dicto *cap.* 6. datur abſolute Epiſcopis poteſtas ad tollendas ſuſpenſiones, vel irrigularitas *ex delicto occulto provenientes*, abſque eo quod apponatur clauſula (*in foro conſcientiæ*) prout bene notat Suar. 3. *part.* 41 *ſect.* 1. *n.* 10. & 12. in fine Sanch. *citat. n.* 12. Garcia *de Beneficiis p.* 11. *c.* 10 *n.* 140. ergo facultas data eſt pro utroque foro.

9. Trident. Sanchez. Garcia. Ant Genu. Valerius. Coninch. Buſemb.

Quando verò prædicta facultas reſtringitur ad forum conſcientiæ, prout habetur *in* 2. *part. dicti c.* 6. *in* Trident. ubi dicitur *in foro conſcientiæ*, non poteſt abſolutio ad forum exterius extendi. Sanch. proximè *citat. n.* 13. Bonac. *n.* 2. Garcia. *n.* 141. & tamē ſi abſolutus his terminis ad judicium trahatur, & non ſit pars, quæ contra eum inſtet, non tenetur Iudex eum ad Papam remittere, excommunicatumque eum declarare in foro exteriori, Imo ſi Iudex id faceret, reputaretur iniquus, & male propenſus. Marc. Anton. Genuen. *in praxi c.* 31. *per tot.* &c. Joannes Valerius ſupra verb. *Abſolutus different.* 2. *n.* 2. Ægydius Coninch. *diſp.* 14. *dub.* 16 *n.* 227. Buſemb. *in Medulla Theolog. Moral lib.* 8. *dub.* 15. *art.* 1.

10. Sanchez. Marc. Ant.

Probatur ſecundò. Quia quamvis diſpenſatio ſit regulariter loquendo, tanquam odioſa reſtringenda, ut late Sanchez *lib.* 8 *de matrim. diſp.* 2 *num.* 1. Attamen diſpenſandi poteſtas, de qua agimus, late eſt interpretanda. Idem Sanchez *citat. n.* 1. & *n.* 12. *cum ſequentibus.* Marc. Anton. proximè *cap.* 25. *num.* 7. & *cap.* 67. *n.* 1. Cum non reſtringatur ad forum internum, ut eſt probatum ſupra *n.* 7. debet extendi ad externum, quando nemini nocet, & ſi Papa contrarium voluiſſet, expreſſiſſet, & contra eum, qui legem dicere potuit apertius, larga eſt interpretatio facienda juxta Juria vulgaria, & poſt multos alios tenet Marc. Anton. *dicto cap.* 15. *n.* 7.

11. Sanchez.

Deinde, prædicta poteſtas non eſt delegata, ſed potiùs ordinaria, & inde maximè ampliānda, ut habet ipſe Sanchez *citat. lib.* 2. *diſp.* 40. *n.* 14. & 17. & *citata diſp.* 2. *num.* 10. In quibus multos alios refert.

12.

Probatur tertiò; quia Cenſura ſemel rite ablata, non reviviſcit abſque *nova culpa*, ut tenet Suar. *to.* 5. *de cenſuris diſp.* 7. *ſect.* 5. *n.* 23. 24. & 25. Plane cenſura per abſolutionē, vel diſpenſationem ab Epiſcopo factam, quando

erat

Digitized by Google

Trident. erat occulta, validè ſublata manet ex Trident. *citato, c. 6.* ergo amplius oon reviviſcit, ſed omninò eſt extincta.

12. Confirmatur ex eo, quia abſolutus in mortis articulo, vel propter aliud impedimentum à caſibus reſervatis, eo ceſſante tenetur ſe præſentare Superiori, ex ſpeciali juris diſpoſitione, Cap. Eos. ut habetur *cap. Eos qui, de ſentent. excomm. in 6.* & *in cap. De cætero*, & *cap Ea noſcitur*, & Leandr. tenet Leandrus *p.4. tract.2. de excomm. diſp 27. q.63.* Et tamen hujuſmodi præſentatio nō fit ad novam abſolutionem obtinendam: nam per primam abſolutionē cenſura omnino eſt extincta, ſed ut ſuperiori pareat, eique conſtet, quod parti ſatisfecerit, unde infert Navarr. *c.26. n.26. §. An autem.* Quod ſi conſtet, quod parti ſatisfecerit, vel cum ea concordaverit, non tenetur ſe præſentare Papæ, vel Superiori, ita ex Navar. M. Cornejo *diſp. 11. de* Navar. Cornejo. Henriq. Auila. Leandr. *excomm. dub. 1. §. Nota ſecundo.* Henriq. *lib. 13. c. 19. n. 2.* Avila, & alii cum Leandro *citata, diſp. 27. q. 66.* Et dato quod renetur ſe præſentare Superiori, ut aliqui volunt, non eſt ad obtinendam novam abſolutionē, ſed ut oſtendat ſuam obedientiam erga Eccleſiam, quod non invenitur extra prædictos terminos, ut quando abſolvitur virtute Jubilæi, vel Cruciatæ, ut ex ipſo M. Cornejo, Rodriguez, Sua- Cornejo. Rodrig. rio; & aliis notat citatus Leandrus *q.69.*

13. Hic tamen maximè eſt advertendum, quod abſolutio occultè data ab Epiſcopo, cum crimen eſſet occultum, tamen cum jam publicè crimen ſit manifeſtatum, etiam per teſtimonium Epiſcopi debet manifeſtari abſolutio data tempore nempe habili: nam ſi de cenſura publicè conſtat, & publicè debet conſtare de abſolutione data. Ita Navar. *c.27. n.41.* Navarr. Lezana. Filiuc. Bonacina. Layman. Suarez *de cenſur. diſp. 7. ſect. 5. n. 26.* M. Lezana *verb. Abſolutio, n. 7.* Filliucius *tract. 21. c. 9. n. 291.* Bonac. *de cenſur. diſp. 1. q. 3. punct. 10. n. 3. §. Reſpondeo non.* Layman *lib. 1. tract. 5. p. 1. cap. 7. n. 2.*

14. Ad primum argumentum in contrarium reſpondetur, quod Tridentinum *citato loco*, dat facultatem ad tollendam irregularitatem, vel ſuſpenſionem provenientem ex delicto occulto, quod non coarctatur ad forum interius, ſiquidem non dicitur *in foro conſcientiæ*, ut jam eſt notatum *ſuprà n.8.* Ac proinde abſolutio fuit data tempore habili, quando crimen erat occultum, & ex eo quod ſit publicum, abſolutio non invalidatur, ſed tenet.

15. Ad ſecundum ex eo quod delinquens in judicio poſſit puniri, non inde ſequitur, quod reviviſcat cenſura ablata, ut jam probatum manet *n.11.* v.g. quidam abſolutus fuit à juramento falſo, & poſtea crimen deducitur ad forum externum, & ibi punitur, nullus dicet, qood abſolutio data ſit nulla.

16. Ad tertium caſus eſt valdè diſpar, quia in noſtro caſu non habetur in jure, quod abſolutus comparere debeat coram ſuperiore deducto delicto ad forum contentioſum, nec quod per delationem incurratur nova cenſura; ut dictum eſt *ſuprà n.13.*

17. Ad ultimum non ſumus in caſu, ubi tractetur jam de animæ periculo, quia quoad Deum cenſura jam extincta eſt, ut in confeſſo eſt apud omnes, ſed ſolum tractatur de ſatisfactione offenſæ, & in hoc nullum vertitur animæ periculū, ut tenent Doctores adducti *ſupr. n.8.* & Sanchez *in Decalog. lib. 2. c. 12. n. 7.*

Deinde ſi de animæ præjudicio ageremus 18.
(quod non datur) hæc ultima opinio ſequenda erat, tanquam tradita per Auctores claſſicos, qui ritè perpenſis utriuſque partis rationibus, eam ſequuntur & Auctores contrariæ opinionis, ſcilicet Valerius, & Toletus, oon jure, nec valida ratione nituntur, ut eos legenti patebit. Ita Bonacina *tom. 1. de peccatis, quaſt. 4. punct. 9. num. 12.*

QUÆSTIO II.

Vtrum ſuſpenſio poſita à iure, & publicè facta, cum non ſit reſervata tolli poſſit ab Epiſcopo?

SUMMARIUM.

19 *Caſus quæſtionis ponitur.*
20 *Pars negativa, & ejus fundamentum.*
21 *Ponitur ſententia Henriquez.*
22 *Ponitur ſententia vera, & affirmativa.*
25 *Probatur noſtra ſententia.*
24 *Ex Tridentino datur ratio ad tollendam ſuſpenſionem ex mala ſuſceptione Ordinum.*
25 *Parochus ſolum habet juriſdictionem in foro interiori.*

CAſus contigit Quidam Clericus ficto pa- 19.
trimonio, ſeu fictis demiſſoriis ſuſcepit Ordines ſacros, cum crimen factum eſſet publicum, deductum eſt ad judicium; nunc quæritur an à tali ſuſpenſione publica valeat Epiſcopus abſolvere? Et hæc quæſtio coincidit cum illa, an ſuſpenſio publica, quæ non eſt reſervata, valeat ab Epiſcopo tolli?

Negantem partem videntur tueri Turrian. 20.
de cenſur. lib. 4. diſp. 45. dub. 2. Faber. *de cenſur. in 4. diſt. 25. q. 1. diſp. 6. cap. 2. n. 55.* Fundamentum eſt, quia ſi eſſet aliqua ratio ad abſolvendum ab hac ſuſpenſione, eſſet deducta ex *cap. Nuper*, in quo agitur de abſolutione ab excommunicatione, quam ſuperior ſibi non reſervavit, poteſt inferior abſolvere, atqui non eadem ratio militat in excommunicatione, ac ſuſpenſione, propter majorem neceſſitatem abſolutionis ab excommunicatione, quam abſolutionis à ſuſpenſione; ſuſpenſio enim non privat à ſuffragiis Eccleſiæ, ſicut privat excommunicatio, non privat receptione Sacramentorum; ergo quod conceditur in excommunicatione ob majorem neceſſitatem, non eſt admittendum in ſuſpenſione.

Et etiam pro hac ſententia videtur ſtare 21.
Henriquez *lib. 14. c. 20. in fine.* Sylveſter, Pa- Henriq. Sylveſt. Panorm. Filinus.
norm. & Filinus, qui dicunt non poſſe Epiſcopum abſolvere à ſuſpenſione, quando impoſita eſt propter delictum majus adulterio, bene tamen quando impoſita eſt ob adulterium vel alia delicta leviora.

Simpliciter, & abſolutè dicendum eſt, quan- 22.
do ſuſpenſio, licet publica, non eſt reſervata, bene poteſt Epiſcopus ab ea abſolvere, ac proinde optimè, & ſine ſcrupulo poteſt cum Clerico tali diſpenſare, licet ipſe ob tale crimen deductus eſſet ad forum contentioſum.

Barboſa. Gutierrez. M Cornejo. Avila. Sayrus. Suarez. Salzedo. Zerola. Bonacina. Fragoſ. Leandr. Machad. Bellan. Diana. Alterus. Hurtad. Palaus.

Ita Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, part.2.alleg.* 8.*num* 24.Gutierrez *Can. lib* 1.c.26.*num*.24. & 25.M.Cornejo *de ſuſpenſ. diſput*. 3. *dub*.1. *dict* 1.Avila 3.*part.diſput*.6.*concluſ*.4 Sayrus. *lib*.4.*cap*.16.*n* 24.Suarez *de cenſuris, diſp*.29. *ſect*.1.*n*.19. & 20. & *diſp*.31.*ſect*.1.*num*.32. *in fine*. Salzedo *in praxi*,*cap*.26.*littera E*, § 4. *Nec illud* Zerola *in praxi,part.2.verb.Demiſſoriæ,pag*.4.§.1.*Qua pœna*. Bonac. *de ſuſpenſ. in particulari, diſp*.3. *quæſt*.1. *punct*.11.*n*.28. Fragoſus 2.*part.lib*.8.*diſp*.18.§.4.*n* 8.*verb.Reſolutio*.Leandrus *de ſuſpenſ.tract*.4.*diſp*.5 *r*.4. Machado *tom*.2.*lib*.4. *part*.1.*tract*.3.*document* 6.*n*.1.Bellan.*de Sacrament.diſput*.15.*dub*.13. *num*.35. Diana 5. *part. tract*.10. *Reſolut*.23. Alterus 2.*part.de ſuſpenſ. diſp*.10. *c*.1. *dub*.4. §.*Reſpondeo,in fine*.Hurtad.*de ſuſpenſ.diffic*.12. *n*.31. Caſtro Palaus *part*.6. *diſp*.4.*punct*.9.*n*.4. & multi alii apud ipſos, & tot Doctores citavi ad removendum ſcrupulum Domini mei Epiſcopi.

23. C.Nuper. Optimè probatur noſtra concluſio ex *cap. Nuper, de ſententia excommunic*. Ibi dicitur: *Cum conditor Canonis abſolutionem ſibi non reſervat, tacitè inferiori concedit*. Et quamvis Textus loquatur de excommunicatione, tamen eadem ratio militat in ſuſpenſione, & ratio aſſignata in Text. cur talis poteſtas ad abſolvendum detur inferiori, non eſt quia excommunicatio impedit ſuffragia, ſed quia conditor Canonis abſolutionem *ſibi non reſervat*, quod locum habet in ſuſpenſione. Deinde probatur hac ratione. Datur diſcrimen inter cenſuram reſervatam, & non reſervatam, quod nullum aliud eſt, niſi quod in reſervata voluit Superior, ut à nullo alio daretur abſolutio, niſi ab ipſo, in non reſervata voluit, ut ab alio poſſet dari abſolutio.

24. Trident. Et in propoſito caſu, quod ille, qui ordinatus ſine demiſſoriis poſſit ab Epiſcopo diſpenſari, conſtat ex Concilio Trid. *ſeſſ*.23. *c*.8. *de Reform* ubi ad finem ait Concilium, *Ordinatus ad ſuſceptorum Ordinum executionem, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus*. Vbi juxta mentem Concilii *à proprio Ordinario* Quædam Declaratio Cardinalium ſic habet: *Talem ordinatum abſolvere pertinet ad illum Epiſcopum, ad quem pertinebat dare demiſſorias*.

Declaratio Cardinal.

25. Pius II. Nec contra hoc facit Bulla Pii II. quæ incipit: *Cum ex ſacrorum*, quia præterquam quod abſolutio diſpenſationis non ſit reſervata, prædicta Bulla revocata eſt à Clemente VIII. per aliam, quæ incipit: *Romanum Pontificem*, & eam reducit ad terminos juris communis; ut notant Barboſa *de Epiſcopis, part*.2. *allegat*.8 *num* 24.Bonacina *de cenſuris, in particulari, diſput*.3. *quæſt*.1.*punct*.11. *num*. 28.

Clem. VIII. Barboſa. Bonacina.

26. Ad argumentum in oppoſitum adductum patet ſolutio ex dictis in concluſione; ad id, quod dicitur de Parocho, quia nec ipſe, nec alius Confeſſor Ordinarius poteſt talem ſuſpenſionem tollere, quia tantum habent jurisdictionem in foro interiori, ſeu ſacramentali, in quo nequeunt ſuſpenſionem auferre, quamvis valeant excommunicationem, quia ſuſpenſio non impedit abſolutionem à peccatis, ſicut impedit excommunicatio.

Quæstio III.

An ſuſpenſus ab ordine inferiori, cenſeatur, & habeatur ſuſpenſus ab Ordine ſuperiori, ut illum exercens incurrat irregularitatem, & mortaliter peccet?

SUMMARIUM.

26 *Suſpenſus à maiori non eſt ſupenſus à minori.*
28 *Prima ſententia negat.*
29 *Tamen eorum fundamentum non convincit.*
30 *Aliqui concedunt, ſi unus ordo poteſt exerceri ſine alio.*
31 *Oppoſita ſententia vera, licet mortaliter peccet.*
32 *Optimè probat M. Cornejo.*

SUppono quod ille, qui eſt ſuſpenſus à Superiori Ordine, non inde eſt ſuſpenſus ab inferiori; nam qui ſuſpenſus eſt à Sacerdotio, ne Miſſas celebret, nec inde ſequitur quod ſit ſuſpenſus à Diaconatu, vel Subdiaconatu, ut non valeat unam Epiſtolam, vel Evangelium cantare: nam qui prohibet majus, non prohibet id quod minus, & talis prohibitio eſt odioſa, ac proinde non eſt imponenda ſine expreſſo jure, quod in præſenti non datur. 27.

Tota quæſtio eſt, an ſuſpenſus ab inferiori ordine, valeat recipere, & exercere actum Superioris Ordinis? Multi, & graves Doctores negāt, quia Ordo inferior ſupponitur à Superiori, tanquam illius fundamentum: ergo ſublato ipſo fundamento, ſeu ordine inferiori, corruit, & nō perſiſtit illud, in quo innititur. 28.

Tamen ratio non multum convincit: nam Sacerdos, qui manibus, ac pedibus caret, non valet Miſſam celebrare, nec Evangelium, vel Epiſtolam in ipſa Miſſa canere, & tamen bene poteſt confeſſiones audire, & tamen decenter celebranti, non valet miniſtrare, ut Diaconus, vel ut Subdiaconus. 29.

Vnde multi Doctores apud Suar. *tom*.5. *ad* 3.*p.diſp*.26.*ſect* 4.*n*.8. dicunt hoc licitum eſſe, quando actus Ordinis Superioris, poteſt exerceri, & fieri, ſine interventu actus Ordinis inferioris, non verò quando illum involvit, ex quo inde inferunt, quod ſuſpenſus à Diaconatu poteſt audire confeſſiones, baptizare ſolemniter, &c. non tamen Miſſam celebrare, quia tunc cum ſtola, & manipulo debet legere Evangelium, quod eſt actus Diaconatus; & hanc ſententiam dicit Suarez probabilem. 30. Suarez.

Probabiliorem exiſtimat tamen oppoſitam ſententiam, ut etiam nobis videtur, & eam tenent M.Cornejo *to*.2. *tract*.5 *diſp*.2. *de ſuſpenſ.dub*.2.*q*.3.§.*Limitatur hæc*.Ægid. Coninch.*diſp*.15. *dub*.2.*n*.10. Præpoſitus 3.*p.q*.3 *de ſuſpenſion dub*.2.*num*.15.Layman *lib*.1.*tract*.5. *part*.3 *c*.1.*n*.5.Diana 5.*part.tract*.10.*Reſol* 5. licet iſte talia exercens actum Ordinis Superioris, cui Ordo inferior eſt prohibitus, valdè indecenter agat, & contra rectum Ordinem, ac proinde peccare mortaliter videatur tamen juxta prædictos Auctores irregularitatem non incurrit, quia iſte talis non facit aliquid directè ſibi per cenſuram prohibitum, ſed 31. Cornejo. Coninch. Præpoſit. Diana.

per

per quan dam connexionem, ac conſequutionem illius, ad quod non eſt impeditus, & ſuſpenſus, irregularitates, & pœnæ non ſunt extendendæ ultra caſum expreſſum in jure, quæ ſunt intelligenda, quando per ſe ſolum exercet talem actum, v. g. ut Diaconus cantat Evangelium.

32. Cornejo. Cap. Cum voluntate. Cap. final. Gloſſa. Et hoc totum optimè probat M. Cornejo, quia talis ſuſpenſio fuit tantum determinata à tali ordine inferiori, quia cenſura ex ferentis voluntate pendet. Argument. *cap. Cum voluntate, de ſententia excomm.* & *l. Si quis, ff. ſi certum petat.* ab eo tantum ſuſpenſus erit à quo lex, vel judex ſuſpendere voluit, ſicut Epiſcopus, qui primam tonſuram illiterato confert, ut habetur *cap. fin. de temporibus ordinationum, in 6.* collatione tantum primæ tonſuræ ſuſpenditur, & non à collatione Superiorum ordinum, ut notat Gloſſa *in dicto cap. final. verb. Dumtaxat*, quia ſic Pontifex ita velle ſignificavit, ut ſecundum rectum ordinem in eo puniatur, in quo peccavit, ſic & hic in præſenti dicendum.

RESOLVTIO L.

De Teſtibus.

QUÆSTIO PRIMA.

An in iudiciis Regularium nomina teſtium ſint manifeſtanda?

SUMMARIUM.

1 *Quæſtio hac maximè agitata quotidie.*
2 *In levibus cauſis & ubi nullum reo eſt periculum, non ſunt publicanda.*
3 *Si Religioſus accuſatur à ſæcularibus, nomina publicanda.*
4 *Si per ſtatutum Religionis eſt prohibitum, ut teſtium nomina non publicentur, non ſunt danda.*
5 *Multi Auctores tenent, quod etiam in cauſis graviſſimis Religioſorum non ſunt teſtium nomina publicanda.*
6 *Probatur tum ex ſtatuto Toletano, tum ex jure, & n.7.*
8 *Alii Auctores tenent, quod in cauſa graviſſima ſint danda, quod probatur ex* cap. finali, de Hæreticis.
9 *Index multa prudentia, ac Dei timore in hoc negotio procedat.*

1. Diana. HÆc quæſtio valdè frequenter eſt agitata in hac Regia Civitate circa Tribunal Illuſtriſſ. D. Nuntii, & ait Diana *citandus*, quod dum ſcriberet, maximè caſus præſens ventilabatur in Congregatione deputata pro negotiis Epiſcoporum, ac Regularium, & ut clarè procedamus certa ab incertis ſeparemus pro culparum; ac teſtium diverſitate, & Religionum Conſtitutionum.

2. Et primò, conveniunt Auctores, quod in levibus cauſis; in quibus nullum reo imminet periculũ, nec in honore, nec ſama, nec in his, quæ ad ejus uſum pertinent, valdè prudenter facit ſuperior, qui denuntiatorum, & teſtium nomina occultat, id enim maxime conducit ad animarum tranquillitatem, & pacem, inter Religioſos conſervandam, è contrario juſtè timeri poſſunt rixæ, & odia, in Religionis perniciem, & perturbationem excitanda.

Secundò, ſupponendum, quod quando Religioſus accuſatur ab extraneis, ac laicis, ei ſunt manifeſtanda teſtium nomina, ut tenent Rodriguez *tom. 2 q. 3. art. 1. in fine*, & *q. 13. art. 1. in fine.* Diana *part. 11. tract. 3. Reſolut. 7. in fine, §. Deinde nullo.* Quia laici multoties Religioſis infeſti ſunt,& valdè verendum eſt, ne per injuriam eos falſis accuſationibus, & depoſitionibus opprimere conentur, *cap. Laicos, cap. Laici 2. part. 7.* & *cap. de cætero, de Teſtibus.* 3. Rodrig. Diana.

Tertiò, ſuppono, quod ſi per ſtatutum Religionis prohibetur, ne teſtium nomina pro pace conſervanda publicentur, tunc non ſunt danda: nam in tali eventu cum tota Religio in tali ſtatuto conſentiat, ut ſupponitur, etiamſi aliquis particularis Religioſus reus læſionem aliquam patiatur, non revelatis ſibi teſtium nominibus, id non obſtat, quia parvæ huic læſioni videtur renuntiaſſe per tale ſtatutum Religionis, quam voluntariè elegit, & in hoc caſu magis præponderat bonum commune pacis totius Ordinis, quam parva læſio ipſius particularis in cognoſcendo teſte ſibi contrario, cui pravæ læſioni renuntiatur per tale ſtatutum. Et majus eſt quod faciunt Patres Carthuſiani, qui per ſtatutum generale abſtinent à carnibus, etiam in hora, & periculo mortis, quia pro bono communi totius Religionis renuntiant bono proprio vitæ conſervandæ per uſum carnis in bonum commune Religionis, & etiam aliud exemplum tradit Sanch. *tom. 1. in Decalog. lib 6. cap. 18. num. 43. & ſequentibus*, ubi probat licitum eſſe in aliqua Religione ſtatutum, ut crimen ſecretum in certa materia reveletur Prælato (maximè quando Prælatus eſt gravis, pius, ac prudens) idque non præmiſſa correctione fraterna: quia inquit tota Religio, & quilibet Religioſus renuntiavit juri ſuo, ut prius corrigatur per correctionem fraternam, quam denuntietur Prælato, quod probat proximè citato exemplo Carthuſianorũ, & pro hac ſententia citat Bañez, Valentiam, Petrum Ledeſmam, & Ribadeniram. Si hoc licet Cathuſianis, & aliis in denuntiatione delicti ſecreti, modo prædicto ratione ſtatuti facti in ſua Religione; à fortiori licitum erit, ſi talis Religio ſtatutum habeat, ne teſtium nomina publicentur, pro majori pace, & quiete conſervanda in Religione, in hoc minus periculum imminet, quam in duobus proximè citatis exemplis. Ita Portel. *tom. 1. Reſpond. Moral. part. 1. caſu 25. n. 14* & pro hoc etiam facit Rodriguez *to. 1. quæſtion. q. 3. art. 1. ad finem* citat Hoſtienſem, & alios. 4. Sanchez. Bañez. Valentia. Ledeſma. Ribadeu. Portel. Rodrig. Hoſtienſ.

Tota difficultas eſt, an in cauſis criminalibus graviſſimis, in quibus de graviſſima punitione Rei agitur, graviſſiméque ejus fama, & honor periclitatur, tunc teſtes ſint publicandi. Communis ſententia eſt, quod teſtes non ſint publicandi. Ita Rodriguez *citatus.* Alderete *de Religioſa diſciplina tuenda, lib. 1. cap. 24. num. 8. & 9.* Pellizarius *tom. 1. tract. 9.* 5. Rodrig. Alderete. Pellizar.

Vict. Manc. Portel. *cap,4.ſect.1.n.115.* Victorinus Mancus *de modo procedendi,cap.7.n.6.* Portel. *citatus eodem,n* 14. Ita mordicus huic ſententiæ adhæret
Miranda. Miranda *q.23.art.1.concl.2.* ut dicat quod in hac parte procedendum eſt in cauſis Religioſorum,ut in cauſis fidei,quod non videtur probandum,quia crimen hæreſis eſt omnium turpiſſimum, ac maximè execrabile, & quod in eo obſervatur,non in quocunque alio crimine eſt obſervandum.

6. Probatur primò, quia in Ordine Minorum
Statutum Toletan. datur ſtatutum generale Toletanũ,quod Prælati non dent Reo nomina teſtium, niſi fortè quando viderint periclitari juſtitiam Rei in graviſſima cauſa, quod ſtatutum à Sede Apo-
Portel. ſtolica eſt confirmatum,teſte Portel.*in dubiis Regular.verb. Correctio fratern.§ Iudex,n.12.* & tale ſtatutum non fuiſſet editum , ac promulgatum à Patribus tam doctiſſimis Religionis tam graviſſimæ,niſi eſſet juſtum, ſanctum,ac laudabile ad multa odia, controverſias,ad diſſenſiones evitandas; aliter enim non fuiſſet confirmatum à Sancta Sede Apoſtolica.

Probatur ſecundò,ex *cap.finali,de Monach.*
Honor. III. *ſtatu.* ubi expreſsè Honorius III. determinat, quod in cauſis Regulariũ procedatur abſque judiciorum ſtrepitu. Vt nempe in prædictis Regularium cauſis ſervetur ſubſtantia juris, non verò illius apices , ut pro maiori quiete
Bonif. VIII. Religionis conceſſit Bonifacius VIII. ut referam *infrà, quæſt.* 4. quod autem revelatio nominum teſtium non pertineat ad ſubſtantiam juris probatur ex praxi Rectiſſimi Tribunalis Sanctæ Inquiſitionis, in quo exactiſſimè ſubſtantia juris obſervatur, & tamen in illo nomina teſtium non revelantur,ergo non ſunt de ſubſtantia juris. Et confirmatur ex
C. Qualiter *cap.2. Qualiter, & quando* , alias 24. *de accuſationibus.* Ubi poſtquam Summus Pontifex ordinavit , quod teſtium nomina ad Rei defenſionem exibeantur ; Concludit tamen in fine capitis : *Hunc tamen ordinem circa Regulares perſonas non credimus uſquequaque ſervandum.*

8. Tamen ſunt graves, Auctores, qui tenent quod in re graviſſima , quando honor,fama, ac auctoritas Religioſi multum periclitatur ob tacita teſtium nomina,quod ei ſint publi-
Martin. Rojas. Salzedo. canda. Ita Martinus de S.Joſeph.*in ordine judiciario, c.14. n.1.* Rojas *ſingul.* 140. Salzedo *ad Bernard. Diaz. cap.128. littera C.* Nam Reus nõ eſt privandus convenienti medio ad ſui defenſionem : nam *cap.finali,de hæreticis, in 6.* ubi diſponit Pontifex, ut teſtium nomina taceantur,ob magnum periculum,quod eis inde evenire poteſt, quod ibi explicat Gloſſa *verb.Periculum*,eſt mors propria,vel ſuorum, & devaſtatio ſubſtantiæ ipſorum. Tunc ſubdit Textus ; *Ceſſante verò periculo ſupradicto, accuſatorum , & teſtium nomina, prout in aliis fit judiciis, publicentur.*

9. Vnde hanc quæſtionem concludo cum Dia-
Diana. na *p.9. tract.3. Reſol.7.* Vt Regularis ſuperior magna cum prudentia , ac Dei timore conſideret gravitatem criminis,gravamen,& injuriam, quam patitur Reus,& etiam periculum
Archidiac. imminens teſtibus,unde cum ipſo Diana verbis Archidiaconi concludo. *O tu quicunque, Iudex,in tali cauſa bene adverte verba iſta,non dicit leve periculũ, ſed grave,noli igitur reum privare debito juris ordine , ſine magna cauſa, quoniam hoc fieri non poteſt ſine offenſione Dei.*

Quæstio II.

An Prælati Regulares valeant compellere ſuos ſubditos ad jurandum in cauſis civilibus ſæcularium?

SVMMARIUM.

10 *Religioſus non poteſt jurare in judicio ſæculari ſine licentia ſui Prælati , ſi juret, tenet juramentum.*
11 *Hanc licentiam etiam dare poſſunt Prælati Conventuales:*
12 *Iudices, & Principes non poſſunt cogere Regulares ad jurandum.*
13 *Religioſi in Advanis ius ſuo,v.g. triticum relaxentur à gabellis , tenentur jurare verum ad mentem propoſitorum.*
14 *Si Religioſi coacti jurant in cauſa ſanguinis, non contrahunt irregularitatem.*
15 *In cauſa civili ad jurandum non poſſunt cogi à ſuis Prælatis, quidam negant.*
16 *Probabilius alii affirmant.*

AD hoc ut Religioſus ſit teſtis alicujus cauſæ judicialis in judicio laico,ac ſæculari, requiritur licentia ſui Superioris , quia Religioſus mortuus eſt mundo, & non habet nec velle, nec nolle, niſi ex volũtate ſui Prælati,de quo latè agit Sanch. *l.6. lib.6. Decalogi,c.13. n.21.* Deinde quia Judex ſæcularis non ſit Superior Religioſi teſtificantis , non poteſt ab illo exigere teſtimonium,& maximè cum juramento, niſi Religioſus ſe illi ſubiiciat , ad quod neceſſaria eſt licentia proprij Prælati,ita Angelus *verb. Teſtis n.4.* ſi tamen teſtificetur ſine tali licentia, teſtimonium valebit. Cum nullibi ſit irritum;& potius interpretanda eſt res ut valeat,quam ut pereat.Sylveſt.*verb.Teſtis. q.1.Dict.1.* Molina *tom.1.de juſt.diſp.127.*M.Lezana *tom.1.cap.9.n.16.* 10. Sanchez. Angelus. Sylveſt. Molina. Lezana.

Hanc autem licentiam dare poſſunt non ſolum Prælati ſupremi,ut Generales,Provinciales , ſed etiam Conventuales immediati, Priores videlicet, Guardiani, Rectores, cum verè ſint Prælati , & habeant veram juriſdictionem in ſuos ſubditos.Ita Rodriguez *to.1. q.10. artic.4.& 5.*Portellus *in dubiis Regular. verb. Abbas, n.10.* 11. Rodrig. Portel.

Iudices,ac Principes ſæculares non poſſunt cogere Regulares ad jurandum,ſive in civilibus,ſive in criminalibus , non ſolum propter exemptionem , & immunitatem Eccleſiaſticam ipſorum , ſed etiam ob multa privilegia illis conceſſa,de quibus Rodriguez *cit. q 10. art.2.*Specialiter *Eugenii IV.pro Caſſinenſibus in Bulla 7.n.17. & Bulla 9. n.13.* apud eundem Rodriguez *in Bullario inter Bullas ejuſdem Eugenii*.Peirinus *tom 1. Privileg. Minimor. Conſtitut.2. Iulii XI. n.149.* 12. Rodrig. Eugenius. Peirin.

Obiter tamen nota, quod tam Præſides, quam emptores gabellarum poſſunt exigere juramentum à Regularibus, quod res, v. g. triticũ, oleum,&c. quæ per Duanas tranſeũt, nomine dictorum Regularium,ſint ipſorum, & ad ipſorum uſum deputatæ; & tenentur dicti

dicti Regulares ad mentem ipſorum exigentium juramentum jurare ſimpliciter, non utendo aliqua æquivocatione, vel amphibologia. Et ratio eſt, quia licet abſolutè non poſſint Iudices ſæculares compellere ad jurandum Regulares; ſuppoſito tamen, quod iſti velint res illas, quas dicunt eſſe ad uſum proprium, ſine ſolutione gabellæ relaxari æquitas juſtitiæ poſtulat, ut jurandum ſincere in veritate compellantur, maximè, quia illud vertitur in commune damnum Reipublicæ: nã tales gabellæ, & tributa ad illius ſuſtentationem ac defenſionẽ, ab inimicis pertinent. Ita Sylveſt. *verb. Iurament. 3.n.q.1.* & *verb. Mendac. q.6.* Sanch. *lib.3. in Decalog. c.6. n.35.* M. Lezana *tom.1. c.11.n.25.* & citat Bonacinam, Gavantum & alios. Idem dicendum in eo caſu, quo Religioſi coguntur jurare à cuſtodibus urbis tempore peſtis; an veniant ex loco peſte infecto, propter eaſdem rationes. Ita cum citatis Auctoribus Candidus *to.2. diſquiſit. Moral. diſquiſit. 26. art. 3. dub. 8.*

Sylveſt. Sanchez. Lezana. Bonacina, Gavant. Candidus.

14. A ſuis tantum Prælatis Regulares poſſunt habere facultatem jurandi coram ſæculari Iudice, non tamen in cauſa ſanguinis, ut eſt communis doctrina, alias incurrent in irregularitatem: ſi verò hoc faciant urgente præcepto, vel gravi metu incuſſo, tunc cum non faciunt ſponte, non contrahunt irregularitatem, ut tenent Coninch *d. Sacram. diſp. 18. dub. 10. n. 56.* Præpoſit. *3. q.5. de irregul. dub. 13. n. 105.* M Corejo *de irregularitate, diſp. 14. dub. 1.* Tamen ſemper præmittenda eſt proteſtatio. Vt ſupra dixi de accuſatore.

Coninch. Præpoſit. Cornejo.

15. An verò Regulares cogi poſſint à ſuis Superioribus ad teſtificandam in cauſa civili coram Iudice ſæculari in re magni momenti, & ponderis eſt quæſtio principalis. Negat Bordon. *tom.2. Reſol. 38. n.11.* quia Superior Regularis, non poteſt aliquid præcipere ſuis Religioſis, niſi titulo obedientiæ, quam illi promiſerunt in ſua profeſſione, per quam ſe obligaverunt ad obediendum in iis, quæ ſpectant ad ſtatum Religioſum, juxta diſpoſitionẽ regulæ, quam profeſſi ſunt, ſed ferre teſtimonium in favorem ſæcularium, non ſpectat ad ſtatum Religioſum, nec in regula continetur, ergo præcipi non poteſt.

Bordon.

16. Oppoſita ſententia mihi videtur verior, eam tenent Rodrig. *tom.1. q.10. art.2.* Peirin. *to.1. Privil. Minim. in Conſtit. 2. Iulii II. n.147.* M. Lezana *to.1. c.11. n.14.* Quia multum intereſt ad bonum Reipublicæ, ac ad Dei obſequium, & gloriam, ut veritas pateſiat, ac manifeſtetur, & Religioſus ratione ſui perfecti ſtatus aſtringitur ad procurandam Dei gloriam, & ejus obſequium, ac commune bonum; & ex his patet ſolutio ac fundamentum contrarium.

Rodrig. Peirin. Lezana.

QUÆSTIO III.

Ad quid teneatur teſtis falſus, ex cuius teſtimonio multa damna ſunt illata Reo?

SUMMARIUM.

17 *Caſus deplorandus.*
Sylveira Opuſcula.
18 *Si Reus iam erat convictus, non datur, obligatio reſtituendi.*
19 *Qui depoſuit falſum non ſcienter, nec ex lata culpa, non tenetur ad reſtitutionem.*
20 *Qui ſcienter, & ex notabili negligentia dedit teſtimonium falſum, tenetur ad reſtitutionem.*
21 *Teſtis falſus etiam cum magno periculo ſuo tenetur retractare ſuum dictum, ſi intelligit profuturum.*
22 *Maxime timenda opinio cuiuſdam Auctoris.*
Si revocatio non eſt profutura, non tenetur. Ibidem.
23 *An ſi Reus dicat ſe parcere, & dimittere iniuriam.*

AIt Diana *4. p. tr. 4. Reſol. 99.* quod in hac materia ſcribit cum magno animi dolore, quod ego etiam dico ob multos, & varios caſus; qui ad manus meas venerunt, & non agimus de pœnis in jure appoſitis contra falſarios ac perjuros, ſed agimus de his, quæ ſpectant ad forum conſcientiæ. 17. Diana.

Primò, dicendum eſt cum Pitigiano *in Practica criminali Canon de teſtibus c 6. fol. 193* & Diana *3. p. tract. 5 Reſol. 106. alias 105.* Quod ſi Reus erat jam convictus per multos teſtes, & teſtimonium illius ſupervenien s, nihil effecit, nec pœna ex tali teſtimonio addita, nec inde Judex magis commotus eſt ad pœnam infligendam, quia tamen, etſi Reo fiat injuria, tamen tale teſtimonium non eſt cauſa efficax damni, quia jam erat illata, inde non datur obligatio ad reſtitutionem. 18. Pitigian. Diana.

Secundò. Pitigianus *citatus*, cum Caietano *2.2. q.70. artic.4.* Petro à Navarra *lib.2 c 9. n. 253.* cum aliis, quòd qui depoſuit falſum, non ſcienter, nec ex lata culpa, ſed ex inadvertentia, vel oblivione, ratione cujus damnum contigit, quod iſte non tenetur ad reſtitutionem, non ratione rei acceptæ, quia nihil recipit, ut ſuppono, vel ratione injuſtitiæ, vel damni, quia cum ignoranter intulerit tale damnum, non fuit prævisum, & ideò non peccavit, ut tenent Leſſius *lib.2 cap.11. dub 6.* Becanus *2.2 de juſtitia, & jure. q.70. de teſtibus q.5. concluſ. 2.* 19. Pitigian. Leſſius. Becanus.

Certa concluſio, qui ſcienter, & notabili negligentia dedit teſtimonium falſum, tenetur ad reſtituendam famam, & totum damnum illatum; & ratio eſt manifeſta, quia per injuſtitiam fuit cauſa totius damni, quod Reus patitur. In hac concluſione conveniunt omnes Theologi, ac Canoniſtæ, proindéque ſi fecit ſcienter, ac cum notabili negligentia tenetur ad reſtituendum totum damnum; ſi verò fecit, aliqua levi, vel mediocri culpa, ſeu negligentia tenetur ad reſtituendam partem damni. Ita Sotus *lib.5. q.7. art.4.* Navar. *cap.25. n.4.* Sanchez *tom.2. conſil. lib.6. cap.5. dub.21. n.2.* Fagundez *in 8. præcept. Decalog. lib.8. cap.41. num.1.* M. Lezana *tom.4. verb. Teſtis, num.4.* 20. Sotus. Navarr. Sanchez. Fagundez. Lezana.

Quæſtio tamen eſt, an iſte falſus teſtis teneatur ſuum dictum retractare, quando ratione ſui falſi teſtimonii, mors, mutilatio, vel aliquod grave damnum eſt inferendum, ad quod dicimus maximè teneri, ſi id profuturum putat, quamvis ſibi ſimile pœnæ periculum timeat: nam unuſquiſque tenetur 21.

 reſarci

reſarcire damnum, quod alteri injuſte intulit, etiam cum pari damno ſuo, melior eſt conditio innocentis, quam delinquentis. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 30. *dub.* 7. *n.* 53. Sylveſter *verb. Teſtis*, *q.* 10. Angelus *verb. Teſtis*, *n.* 30. D. Anton. *p.* 2. *tit.* 5. *part.* 19 §. 7.

Leſſius. Sylveſt. Angelus. D Anton

22. Vutheius. Timeant falſi teſtes ſententiam Vutheri Streveſdorff. in D. Thomam *de juſtit. & jure*, *q.* 70. *art.* 4. *concl.* 3. ubi ait, quod teſtis falſus debet revocare ſuum dictum, licet iſti teſti ex revocatione majus damnum immineat: nec obſtat, quod dubitet, an revocatio ſit profutura, quia quilibet quod ſuum experiri, & tentare debet.

23. Petr. Nau. Tamen Petrus Navar. *de reſtit. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 251. exiſtimat, quod ſi retractatio nihil eſt profutura, quod teſtis falſus non tenetur illam facere, ſed reſtitutionem damnorum, quocunque commodo modo debet facere. Et hanc ſententiam video apud Viros doctos practicari, & in illa Diana *p.* 4. *tract.* 4. *Reſol.* 99. & ſubdit quod ſe recipiat in loco tuto, ut inde valeat ſuam ſententiam revocare, ſed parum utile erit. Diana.

24. Caſus contigit. Quod quidam homo nobilis, qui habebat filios, & familiam per falſos teſtes condemnatus ſit ad furcam, & confiſcationem bonorum, homo cum duceretur ad furcam, ex ingenti charitate dixit, quod omne malum ſibi illatum parcebat inimicis ſuis, eiſque qui contra illum tam dirum falſum teſtimonium protulerunt.

An iſti falſi teſtes teneantur ad faciendam reſtitutionẽ filiis. Reſpondi affirmativè, quia iſti falſi teſtes magnam injuriam intulerunt filiis: nam ipſi ex tali parentis morte infamiam multam contraxerunt, ac privationem bonorum paternalium, quæ ex hæreditate patris eis eventura erãt, proindéque Pater dimiſit ea, quæ ad ſe pertinebant, non tamen illa, quæ erant filiorum, cum tanto ipſorũm detrimento, ac damno.

Quæstio IV.

In cauſis Religioſorum procedendum eſt ſine ſtrepitu iudiciario, ac non ſervatis apicibus iuris? & quid ſint iſti apices iuris?

SUMMARIUM.

25 *Prælati procedant in cauſis Religioſorum non ſervatis apicibus iuris.*
26 *Quod etiam privilegio conceſſit Bonifacius Octavus.*
27 *Quænam ſint apices juris.*
28 *Quænam ſint de juſtitia juris.*
29 *Quid de plano inſpecta veritate.*

25. IN cauſis Religioſorum Prælati Regulares poſſunt, & debent procedere ſine judiciorum ſtrepitu, non ſervatis apicibus juris, ut ipſa jura diſponunt, ac determinant, *cap. Qualiter*, 24. *de accuſat.* & *cap. Olim.* 26. *eadem* Et *cap. finali, de ſtatu Monachorum*, & *cap. Per tuas*, 32. *de Simonia*. Et ita liberius, & facilius poſſunt prædicti Prælati contra perſonas Religioſas procedere, non ſervatis prædictis apicibus, eas puniendo, privando, ac removendo à ſuis Officiis, ac adminiſtrationibus, ut expreſsè habetur *in citatis Capitibus qualiter, & per tuas, in fine.*

C. Qualiter. C Olim. C. Per tuas.

26. Bonif. VIII. Quod inſuper ex privilegio conceſſit Bonifacius VIII. ut non teneantur Religioſi in ſuis cauſis procedere, apicibus, & rimulis juris ſervatis, *ſed ſecundum conſuetudines approbatas & generalia facta, & facienda ordinis inſtituta.* Quod ipſe Pontifex explicans declarat, dicens: *Quod licet Prælati omnes, ad apices juris ex ſupradicta conſtitutione non teneantur, ut ſunt citationum intervalla, dilationes interlocutoria, & cætera hujuſmodi, quæ non ſunt de eſſentia juris, non tamen poſſunt in actibus judicialibus pro eorum arbitrio procedere, ſed jure divino, ac naturali ad ſubſtantialem juris ordinem tenentur.* Procedendum ergo eſt juxta Apoſtolicas Conſtitutiones, excluſis apicibus juris.

27. Thom. de Jesu. Portel. Bordon. Apices autem juris ſunt, ut explicant M. Thomas de Jeſu *de viſitat. Regular. tract.* 3. *cap.* 1. Portel. *in dubiis Regular. verb. Correctio fraterna*, *n.* 50. Bordon. *tom.* 2. *Reſol.* 56. *n.* 90 ut judicium fiat tali loco, vel tali die; ut citatio fiat tali, & tali modo verborum, vel quod tale tempus certum aſſignetur litigantibus, & appellantibus, & quod admittantur interlocutoria, & quod dilationes interponantur; & inſuper Portel. *citatus* exiſtimat, quod teſtium publicatio cum ſuis nominibus ſunt, & pertineant ad apices juris, & ideo quod talia nominum publicatio non ſit facienda in Religione: vide *ſupra in hac Reſolut.* *q.* . *n.* 4. de quo egi. Portel.

28. Lezana. Procedendum eſt ergo in cauſis Regularium, ut notat M. Lezana *tom* 1. *cap.* 27. *n.* 26. *Simpliciter, ſummariè, de plano, & ſola veritate facti inſpecta.* Quæ ferè in re idem valent, ac ſignificant *ſimpliciter*, ut ex multis probat Barboſa *Dict* 68. *n.* 3. prout proceditur ad litteram, & factum prout jacet, & contigit excludendo calumniatorias, & doloſas dilationes; inanes, & frivolas exceptiones. *Summariè*; ſecund Bartol. *in extravag. ad reprim. ver. Summariè*; abbreviando & tanquam in Compendio recapitulando, & ſolum exhibendo quæ pertinent ad eſſentiam judicii, ut nempe Reus citetur, audiatur, deturque ei tempus defenſionis cum advocato, & ut probationes legitimæ, exceptiones utiles, appellationes neceſſariæ concedantur, & alia non recipiant. Barboſa. Bartol.

29. *De plano* ut procedatur ſincerè, quolibet die etiam feriato, omni tergiverſatione, & vana exceptione dimiſſa. *Sola veritate facti inſpecta* ipſa re ſecundum ſe perpenſa, & conſiderata, rejectis quæ non ſunt de jure naturali, divino, ac Gentium. Ita Thom. de Jeſu *citatus* & Aldrete, *lib.* 1. *de diſciplina Regul.* *cap* 8. & his manet impoſitus unis in die Sanctiſſimæ Annæ Matris Domini mei Jeſu; faciat ipſe, ut in eo omnis noſtra actio, cogitatio, ac mens, conſiſtat, ac perſiſtat. Thom. Aldrete.

OPVSCV

OPVSCVLVM III.

PRÆCLARA MAGNI Parentis Eliæ Præeminentia.

Matth. 13.

AIt Chriſtus D. Matth. 13. *Omnis ſcriba doctus in Regno cælorum profert de theſauro ſuo nova, & vetera.* De hoc Tractatu multi magni viri multa, & præclariſſima dixerunt, quæ tanquam prima fundamenta breviter attingam, & aliqua etiam (Deo dante) ex noſtro tenui theſauro, ſeu pauperculo penu proferemus.

RESOLVTIO I.

De admirandis Prærogativis Magnis Parentis Eliæ.

DE his omnibus, ac ejus præclariſſimo nomine, multiplicique ejus ſignificatione, quantaque magnitudine, amplitudine, cœleſtium gratiarum, donorum, virtutum, ac meritorum à Deo nobilitatus, ac condecoratus ſit; multa dixi variis in locis, præcipuè *tom. 3. in Evangelia c. 13. quaſt. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & tom. 1. in Apocalypſ. cap. 7. quaſt. 5. & cap. 11. quaſt. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. &* 18. & multa etiam dicam de ejus obedientia, paupertate, ac rerum contemptu, & etiam de ejus puritate, ac virginitate hic *Reſ. l. 3. quaſt. 3. 4. & 5.* Aliqua hic dicemus, tanquam præludium ad ea, quæ tractanda ſunt.

QUÆSTIO PRIMA.

De magnis meritis, ac virtutibus Sanctiſſimi Eliæ.

SUMMARIUM.

1 *Ex D. Bernardo magna Eliæ elogia.*
2 *Iuſti, & Sancti ambulant in hoc mundo, Angeli ſtant in conſummata perfectione.*
3 *Elias degens in mundo ſe formaverat perfecta virtute, veluti Angelus in cælo, & num. 4.*
5 *Ignis veneratur Eliam tanquam quid cæleſte.*
6 *Elias in ſumma iracundia placat iram Dei, & num. 7.*
8 *Propheta non impetrans indulgentiam pro uno populo, Elias pro toto mundo.*
9 *Elias reſtaurat omnia tanquam ad imitationem Chriſti.*
10 *An Elias ſit in ſtatu merendi.*
11 *Ecce quod Elias non ſit in ſtatu merendi, inde magnum ejus meritum demonſtratur.*
12 *Summa charitas Eliæ, ut ſerviat ad ſalvandas animas beatitudine privari vult, & num. 13.*
14 *Dilato præmio maximè comprobatur amor.*

PRo hujus rei commendatione ſatis eſt audire elogia Magni Eliæ, quæ nobis apponit D. Bernardus ſcribens ad Eugenium lib. 4. de conſideratione, ſic de Elia ait; *Forma juſtitiæ ſanctitatis ſpeculum, pietatis exemplar, aſſertor veritatis, fidei defenſor, Doctor Iſraelis, magiſter inſipientium, refugium oppreſſorum, pauperum advocatus, judex viduarum, oculus cæcorum, lingua mutorum, ultor ſcelerum, m lor m m tus, bonorum gloria, virga potentium, malleus Tyrannorum, regum pater, ſal terræ, orbis lumen, Propheta Altiſſimi, Præcurſor Chriſti, Chriſtus Domini, Deus Achab, Baaliſtarum terror, idololatrarum fulmen.* Nil ſane elegantius, nec quid magis animi virtutes explicans dici poteſt. Tamen uberioris doctrinæ gratia ex triplici fundamento oſtendo magna merita Sanctiſſimi Eliæ. 1. D. Bernard. Elogia.

Primo ex verbis ipſiuſmet Eliæ ad Achab 3. Reg. 17. num. 1. *Vivit Dominus Deus Iſrael, in cujus conſpectu ſto.* Sicut & ipſe dixit ibidem cap. 18. num. 15. *Vivit Dominus exercituum, ante cujus vultum ſto.* Id eſt ut explicant Angelomus, Carthuſianus, Deum ſemper animo, & corde præſentem habeo, ſemperque intendo illum amare, laudare, ac revereri, eique in omnibus placere, nec in minimo ab ejus voluntate, ac beneplacito deficere. Præclare Metaphraſtes ait: *Elias appellatus eſt Theſbites, eo quod eſſet domus, quæ ſorte obtigerat ſacerdotibus, in qua is habitabat, virtutem omnem exercens ab adoleſcentia, & flammeam efficiens animam, per ignem ſpirantem* 2. 3 Reg. 17. 3 Reg. 18. Angelom. Carthuſian. Metaphraſt.

Spiritus Sancti gratiam, qua dirigebatur, ut
dignus eſſe ſtare coram Domino.
Nunc verò ſublimius, ac altius rem con-
3. ſideremus, ait Elias. *Vivit Dominus Deus*
Iſraël, in cujus conſpectu ſto. Ante cujus vul-
tum ſto. Perpende diverſum modum loquendi
ſacræ ſcripturæ de ſanctis Patribus, ac de
primis Angelis cœleſtibus. Sancti Patres di-
cuntur ambulare coram Deo. De Noë dicitur
Gen 6. num. 9. *Noë vir juſtus, atque perfectus*
Gen.6. *cum Deo ambulavit.* Ad Abraham ait Deus
Gen. 17. num. 1. *Ambula coram me & eſto per-*
Gen 17. Gen. 24. *fectus.* Et ipſe Abrahamus de ſe ait Gen. 24.
num. 40. *Deus in cujus conſpectu ambulo.* Et
Gen. 48. Iacob benedicens ſuos nepotes ait Gen. 48.
num. 15. *Deus ante cujus conſpectum ambulave-*
runt patres mei. Et tandem Regius vates de vi-
Pſal. 118. ſis juſtis, ac ſanctis decantat Pſalm. 118. n. 1.
Beati immaculati in via, qui ambulant in lege
Domini; At vero de primis ſpiritibus cœleſti-
bus, non dicuntur ambulare, ſed ſtare coram
Deo. Sic ait Raphaël Tobiæ 12. num. 15. *Ego*
Tob. 12. *ſum Raphael Angelus unus ex ſeptem, qui ad-*
ſtamus ante Deum. Sic Gabriel ad Zachariam
Luc. 1. de ſe aſtruit Luc. 1. num. 19. *Ego ſum Gabriel,*
Apocal. 1. *qui adſto ante Deum;* & Ioannes in Apoca-
lypſi ſeptem primos Angelos invocās cap. 1.
num. 4. *Et à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu*
throni ejus ſunt. De quibus etiam facit mentio-
nem cap. 8. num. 2. *Et vidi ſeptem Angelos*
ſtantes in conſpectu Dei. Quid eſt, quod Sancti
Patres, ac juſti dicuntur ambulare coram Deo,
at ſpiritus Angelici ſtare; Patres, & juſti,
D. Chryſ. quamvis eſſent, ut explicant D. Chryſoſtom.
Rupertus. Beda. Rupertus, Beda, multa Dei gratia, ac juſti-
tia locupletati, tamen cum eſſent in via tan-
quam ambulantes, ad majora proficiebant,
ac ſeſe extendebant. At ſpiritus Angelici
omni plena juſtitiā, ac conſummata ſanctita-
te gaudent, cum illa firmiter ſtant coram
Deo.
4. Quid eſt, quod Elias, non ut cæteri Patres,
ac juſti dicitur ambulare, ſed tanquam cum
ſpiritibus Angelicis ſtare coram Deo? *Ante*
cujus conſpectum, ante cujus vultum ſto, &
Apocal. etiam Apocal. 11. num. 4. de ipſo, ac Henoch
dicitur: *Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra*
in conſpectu Domini terræ ſtantes. Tanta virtu-
tum ubertate, ac pinguedine ſe Elias ad quan-
dam Dei ſimilitudinem, quantum fas eſt ho-
mini, ſe efformaverat, ac compoſuerat, ut vi-
vens in terris jam videretur in cœlis cum cœ-
leſtibus ſpiritibus degere, & inde tanta ſubli-
mitate donatus eſt, ut Dei nomine particeps
fieret: nam Elias idem eſt, *ac Deus Dominus,*
D. Ambr. pulchrè D. Ambroſius lib. 1. de Cain cap. 2.
magno elogio Eliam exornat, & ait: *Victor*
paſſionum, nec ullis captus illecebris, qui omnem
iſtam ſecundùm corpus habitationem cæleſtis pu-
ritate converſationis obduxerat, mentem regens,
carnem ſubjiciens, & regia quadam auctoritate
caſtigans, nomine Dei vocatus eſt, ad cujus ſi-
militudinem ſe perfecta virtutis ubertate forma-
verat: & ideo non legimus de eo, ſicut de cæteris,
quia deficiens mortuus eſt. Expende verba: *Ad*
cujus ſimilitudinem ſe perfecta virtutis ubertate
formaverat. Et ideo non dicitur de eo, quod
deficiens mortuus eſt, ſed quod tranſlatus eſt;
nam vivens in hoc ſæculo vitam cœleſtem
agebat.

Pro qua re audiendus eſt D. Ambroſius lib. 5.
de Elia, jejunio cap. 2. ſic: *Meritò illum di-* D. Ambr.
gnum cælo divina judicavit ſententia, ut cum
ipſo raperetur corpore, quoniam cæleſtem vitam
vivebat in corpore, ac ſuperna uſum converſa-
tionis exhibebat in terrâ. Magnus Elias curru
igneo; & equis igneis rapitur in cœlum, 4.
Reg. cap. 2. num. 11. Cur non potius curru ex 4. Reg 2.
nube formato, ſed ex igne fabricato? Ratio-
nem aſſignat Mag. Chryſoſtom. *tom. 1. Homi-* D. Chryſ.
lia de aſſumptione Eliæ ait: *Totum corpus ignis*
ambit, nec læditur; per colla, per latera flamma
diſcurrit innoxia: Magnū ſanè portentum, to-
tus Elias flammis circumcingitur illæſus, ad
quid hoc? Rationem ſubdit idem Chryſoſto- D. Chryſ.
mus dicens: *Mira prorſus ratio ignis evehit, &*
munit, quidquid cæleſtis eſt naturæ. Magno cum
diſcrimine ignis ſe habet erga cœleſtia, ac ter-
reſtria, terreſtria conſumit, ac devorat, & in
cineres redigit; at verò cœleſtia ambit, &
munit, ac tanquam murus circumcingens cu-
ſtodit. Alta, ac ſuprema Dei providentia Elias
curru igneo fertur, ac aſcendit in cœlum, ut
manifeſtum fieret, quod ipſe ſua puritate, ju-
ſtitia, ſanctitate, ac meritis Dei gratia defœ-
catus, purificatus, ac ſublimatus eſt, ut jam
corpus, non ut quid terreſtre, ſed ut cœleſte
reputaretur, ac veneraretur ab igne: *Ignis eve-*
hit, ac munit quidquid cæleſtis eſt naturæ.
Secundò conjecturatur magnum meritum 6.
Eliæ, ex his quæ de eo ſcribuntur, Eccleſ. 48 Eccleſ. 48.
num. 10. *Qui ſcriptus es in judiciis temporum*
lenire iracundiam Domini. Dicitur: *Qui ſcri-*
ptus es: nempe in Prophetis, ut Malach. Vlti-
mò in judiciis temporum, hoc eſt, ut expli-
cant Cornelius, Menoch; & alij: *In noviſſi-* Cornel.
mis temporibus; ſeu ut ex Græco legitur: *In* Menoch.
redargutionibus ad tempora, quando redarguen- Græcus.
da ſunt omnia peccata mundi, *lenire iracun-*
diam Domini. Vatablus legit: *Qui ad repre-* Vatablus.
henſiones certis temporibus deſignatus ſis ad pla-
candam iram.
Quid ſublimius, ac altius poteſt excogitari 7.
de magnis meritis Eliæ, quando in noviſſimis
temporibus, quando omnium ſcelerum, ini-
quitatum, malorum, ac vitiorum, abomina-
tiones exundabunt, qualea nunquam fuerunt,
nec amplius erunt, quando omnes deſolatio-
nes juſtitiæ, ſanctitatis, virtutis, ac divini cul-
tus graſſabuntur per totum orbem, itaut filius
perditionis peſtifera malitia *adverſatur, ac ex-*
tollitur ſuper omne, quod dicitur, Deus, aut quod
colitur, itaut in Templo Dei ſedeat, oſtendens
ſe tanquam ſit Deus. Tot, ac tantis ſceleribus,
ac criminibus maximè provocata erit ita fu-
roris Domini adverſus omne humanū genus.
Tamen inter tot comminationes divinæ vin-
dictæ, illius infinita pietate, unus deſtinatus
Elias ſuis meritis, ſuo zelo, ſua efficacitate pu-
gnare pro honore Dei, ac cuſtodia ſuæ Eccle-
ſiæ, lenire iracundiam Dei ipſumque Deum
benignum, ac propitium reddere:
Rogabat multum Hieremias pro impetran- 8.
da miſericordia populo ſuo, & tamen non ex- Ierem. 15.
audiebatur, tunc oſtendens Dominus gravi-
tatem peccatorum populi, quod nullo mo-
do ſit placādus, ait ipſi Prophetæ, cap. 15. n. 1.
Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me, non
eſt anima mea ad populum iſtum. Syriacus legit Syriac.
ultima verba; *Nequaquam placaretur animus*
meus

Digitized by Google

meus ergo illum. Pagninus: *Non eſt voluntas mea ad illos.* Vt nempe miſereatur. Taota erat gravitas peccaıotum populi, quod non ſolum Hieremias, ſed ſi etiam ſtarent Moyſes, & Samuel, noo poſſent mitigare Dei iram, ne ſæ-
D.Hieron. viret in populum. D. Hieron. ibi; *Si ſteterit Moyſes, & Samuel in conſpectu meo, tamen percutiam populum iſtum, & non exaudiam, propter ſcelera populi delinquentis.* Similiter
D Chryſoſt. D.Gregor. D. Chryſoſtom. D. Gregor. citati in Gloſſa; viri ſanctiſſimi, ut Moyſes, & Samuel propter multitudinem peccatotum populi non poterant ſuis orationibus impetrare indulgentiam; uni tantũ populo Iſraelitico: tamen cum ſub tempore Antichriſti, graviſſima flagitia, ac abominationum ſcaturigines tunc redundabunt, tam magnus, & excelſus eſt Elias, ut ſuis meritis, ſuo xelo, fervore, ac prædicatione valeat lenire, ac placare iracundiam Dei, non pro uno populo, vel regno, non pro una Europa, vel Aſia, ſed pro toto Orbe terrarum. Hùc advoco id, quod præclare di-
D.Chryſoſt xit D.Chryſoſt. homil.1. ad populom: *Sufficit unus homo zelo Dei ſuccenſus totum corrigere populum.* Ardens xelus Eliæ, non ſolum eſt olim totum corrigere populum, ſed etiam ſufficiẽs erit totum corrigere mundum, ſua prædicatione deſtruens perfidiam Antichriſti, ut ait Lyranus docẽs, & explicans veram fidem Ieſu Chriſti: *Convertens cor patrum ad filios*, ut expendit Carthuſianus, omneſque ad pœnitentiam adducens, & inde adſcriptus in judiciis temporum lenire iracundiam Dei.

9. 1.Ioan 2. Ait D.Ioannes Apoſtolus in ſua epiſtol.1. cap. 2. num. 1. *Advocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum juſtum, ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris; non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.* In quibus
Occumen. verbis videtur juxta Oecumeniũ, ac noſtrum D.Cyrillum opponere Chriſtum Ieſum Moyſi, & Aaroni; nam iſti Prophetæ orabant tantum pro uno ſuo populo Iudaïco. At Chriſtus Ieſos mediator eſt pro omnibus populis, & Gentibus. D.Cyrillus Alexandr. lib.11. in
D Cyrill. Alexand Ioan, cap.19. & ait: *Moyſes, atque Aaron inter Deum, ac Iudæorum multitudinem continuè mediabantur, iram Dei peccatis populi concitatam placantes, & ſuperiorem gratiam imbecillibus impetrantibus. At ne pro Iudæis tantum Paracletus eſſe Dominus Ieſus apud Patrem videretur, & non tantum pro alijs Gentibus, neceſſariè pro toto mundo adiecit.* Etſi Patriachæ, atqoe Prophetæ mediatores orantes, non ſic Chriſtus Ieſus, qui pro omnibus eſt advocatus, & propitiator apud Patrem, ut ejus iram coutra peccata noſtra avertat, ipſumque in pietatem, ac miſericordiam convertat. Hunc Redemptoris noſtri odorem hauſit Elias ejuſque ſacratiſſima veſtigia ſequens; non ut olim Moyſes, & Aaron pro uno populo, ſed pro toto mondo erit propitiator ad placandam iram Dei, ipſumque propitiom reddendum, ut convertat corda patrum in filios, & cor filiorum in patres eorum.

10. Compone modo id, quod Chriſtus Domi-
Matth. 17. nus ait de Elia, Matth.17. num.11. *Elias quidem veniet, & reſtituet omnia*; cum illo, qood
Epheſ. Apoſtolus ait de Chriſto, Epheſ.1. num.10. *Inſtaurare omnia in Chriſto.* Circa quod au-
Ianſenius. ditus eſt Ianſeoius ad præfata Chriſti verba in ſua coocordia cap.67. & ait: *Sic intelligendum eſt, quod dicitur Elias omnia reſtauraturus, quomodo Chriſtus dicitur à Paulo inſtauraſſe omnia, quæ in cælis, & quæ in terris, nimirum, quia homines inter ſe, & cum Angelis diſſidentes, inter ſe, & cum Angelis, atque Deo pacificavit; ſic enim Elias reſtituet, quando incredulos Iudæos, Gentibus credentibus faciet ad fidem Patriarcharum redire.* Chriſtus Dominus omnium Salvator, ac Redemptor inſtauravit D.Auguſt.
omnia, quæ ſunt in cœlis, ut explanat D. Auguſtinus in Enchiridion. cap.61. dum id, quod lapſum eſt ex Angelis, ex hominibus recuperavit, & ruinas illas adimplevit; & id quod lapſum eſt in hominibus corroptione antiquæ vetuſtatis gratia ſua recuperavit. Elias à Chriſto miſſus reſtituet omnia convertendo corda patrum in filios, *Mal cap. 4. num. 6.* exci- Malach 4.
tando in filiis Iudæorum fidem, animum, & devotionem, quam habuerũt eorum patres in Deum, quæ in ipſis filiis erat deperdita, ſua prædicatione convertendo, ac adducendo eos ad Chriſtum, ut explicant D.Hieron. *ad cita-* D.Hieron.
tum locum Malach. & D. Auguſt. *lib.* 20. *de* D.Auguſt.
*Civit. cap.*29. & etiam quoad Gentes, ut explanat idem D.Auguſt. *lib.*1. *quæſt. in Evangelia, cap.*21. Dum fides, juſtitia, ac ſanctitas qoæ in eis perſecutione Antichriſti erat deperdita, Elias ſua doctrina, prædicatione, zelo, ac vitam pro eis dando reſtaurabit, ac reformabit adducendo eos ad veram, ac ſanctam catholicam fidem ſãctorum Patrum, ac Procerum Eccleſiæ, ut explicavi *tom.*6. *in Evangelia, cap.*17. *Matth. q.*4. loquens Chriſtus Dominus de Antichriſto, ac ſignis extremi judicij, ait Luc.21. num.28. *Reſpicite,* Luc 21.
& levate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. Quæ verba poſſunt referri ad omnia ſuperius dicta in ipſo capitulo. Adveniente Antichriſto; totus mundus erit gemebundus ſub crudeliſſima oppreſſione, qualis nunquam fuit ab initio, nec erit. Quomodo tunc dicitur, *quod appropinquat redemptio veſtra?* Tunc adveniet Elias *reſtituens omnia*, & totum mondum liberabit, & veluti redimet à tam dira, ac crudeli tyrannide, à tot, ac tantis erroribus, quibus mundus erat deceptus, ac oppreſſus, ut omnes reducantur ad ſalutem, ac viam juſtitiæ. 11.

Tertiò demooſtratur magnum meritum Eliæ ex illa celebri quæſtione, an ipſe modo ſit in ſtatu merendi, & in qoalibet ſententia ſive affirmativa, ſive negativa præclarum, & excellens apparet ejus meritum; ſententiam affirmativam, quod ſit in ſtatu mereodi, tenent Abulenſis Epiſcopus Tenas, Henriquez, Abulenſ.
Viegas, M.Lezana. Malveda, *de Antichriſto,* Tenas. Lezana.
Ioannes de la Haye, quorum ſententiam ſecu- Malveda.
tus ſum, *tom.*3. *in Evangel.c.*31: *quæſt.*15. *n.*89. Ioſephus.
& in Apocal. tom. 1. *cap.* 11. *quæſt.*8. *num.* 63. Andreas.
& noviſſimè eam tenet Sapientiſſimus Do- Henriq.
ctor Ioſephus Andreas ex ſacra Societate Ie- Viegas.
ſu: *Decore Carmeli* 44. quia videtur alienum à La Haye.
divina bonitate, quod viri ſanctiſſimi per tot ſæcula priventur æterna beatitudine, ac ratione merendi.

Nec contra hoc obſtat, quod ſint extra 12.
cõmunem modum vivendi; nũ dum Elias ambulavit in fortitudine cibi illius qoadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ſine ullo

ali•

alio cibo, & potu, ſine requie, & ſomno, & Moyſes ſtetit quadraginta diebus in mõte ſine ullo cibo, & ſancta Catharina Senenſis à feria quarta Cinerum uſque ad diem Aſcenſionis ſine ullo cibo, ſed ſola Eucharistia, ſic & ſimiliter S. Maria Magdalena per multos dies & tunc iſti ſancti erãt extra communem modum vivendi, & ſine dubio magno merito proficiebant, ergo & ſic iſti ſancti. Nec obſtat id, quod objiciunt, quia inde Elias; & Henoch plus mereantur, quam B. Virgo Maria, falſa eſt illatio, quia meritum non ſolum creſcit ex repetitione actus, ſed etiam ex ejus fervore, intentione, ac ex dignitate perſonæ merentis, & ex cumulo gratiarum ejus, quæ omnia in Sactatiſſima Virgine abundantiſſimè ſuperant omnes puras creaturas etiam collective ſumptas. Imo ut dixi *tom. 1. in Evangel. lib. 1 q aſt. 57. num* 164. ex D. Bernadino Senenſi, quod plus meruit Beatiſſima Virgo eo actu, quo Angelo annunciandi aſſenſit, quam omnes ſancti ſimul omnibus ſuis actibus, & meritis.

12. Suar. Peret. Vaſquez. Sententiam negantem tenet Suarez *tom. 2. in 3. part diſp. 55. ſ ct. 1.* Pererius *lib. 7. in Genes. diſp de Henoch quaſt* 5. Vaſq 1.2 *diſp.* 216. Eſto admittatur hæc ſententia. inde magnum, ac perexcelſum meritum Eliæ auſpicatur. Quodnam majus meritum poteſt conſiderari in uno puro homine quam quod libentiſſimè ſe conformet cum voluntate Divina ac ſe ſubiiciat hujus altiſſimæ providentiæ & promptiſſimus ſit in acceptatione, itaut velit eſſe privatus cœleſti beatitudine, viſione Dei, cõſortio ſanctorum per tot millia annorum, ut Deo magnis laboribus ſerviat, ac obſequatur, Eccleſiam ejus cuſtodiens, ac pro ea propugnans contra crudeliſſimum adverſarium, Dei famulos ſervans, ac corroborans in fide, errores, falſitates, & abominationes Antichriſti deſtruens, ac diſſipans, ſuſtinens duriſſimas perſecutiones, quales nunquam fuerunt, nec erunt, & tandem vitam magnis tormentis, ac opprobriis pro Deo profunderet, & ad hoc vult eſſe privatus per tot ſæcula ipſa beatitudine, ac Dei viſione ô magnum meritum! ô ſumma Charitas!

13. Iſai 6. Vidit Iſaias Dominum in ſolio excelſo, & elevato: *Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ uni, & ſex alæ alteri, duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, cap. 6. n. 2.* Hebræus, & multi alij legunt, *velabant facies ſuas* Seraphim ſummo affectu ardent Dei viſionem; *in quem deſiderant Angeli proſpicere,* 1. Petri, 1. num. 12. ſi Seraphim fruentes Dei 1. Petri 1. viſione aſſiſtunt throno ejus, ad quid velant facies ſuas, ad quid ſe volunt divina viſione privari: viderunt illi cœleſtes ſpiritus, qui D. Dyoniſ. ſunt amore inflammati, ut explicant D. Dyonis. de cœleſti Hierarchia, quod neſſe erat aliquantulum volare in terram ad purificandum Iſaiam: *Et volavit ad me unus de ſeraphim, & tetigit os meum, & dixit, ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua & peccatum tuum mundabitur.* num 5. Velant Seraphim facies ſuas, ne ſplendor illius lucis æternæ impediat, ac obſtaculum ſit eis ad volandum, ac ſubveniendum homini peccatori, ideo contegunt Seraphim facies ſuas, ut ſuperna illa lux valeat retardare, ut magis ſerviant, ac miſero homini ſubveniant. Ecce ſuprema charitas Seraphim ſupernorum ſpirituum amore flammantium, cum per breve inſtans patiuntur privari Divina viſione, ut magis ſerviant, & mundent hominem pollutum. Quam maximè decantanda, ac celebranda ſit inflammata Eliæ charitas, cum non pro uno inſtanti, ſed per multa millia annorum cum magno laborum diſpendio patiatur privari cœleſti beatitudine, non pro ſalute unius hominis, ſed pro vita totius mundi, ac omnium hominum. Hunc ſpiritum ebiberat Moyſes vehementer deſiderans Deũ videre; dicebat ad Dominum: *Oſtende mihi faciem tuam* Exod. 33. num. 13. Cui reſpondit Domi- Exod. 33. nus: *Non poteris videre faciem meam, non videbit me homo, & vivet.* Ibid. num. 20. Totus admirabundus exclamat D. Aug. in Soliloq. D. Auguſt. cap. cur Moyſes non dixit, *Eia Domine moriar ut te videam?* Cum non poſtulat mortem, ut ſui deſiderantiſſimi voti compos fieret. Tanta erat ingens charitas Moyſis, quòd potius volebat vivere, ut Deo famulatum præberet, inſtruens, & docens populum in cultu, ac veneratione Dei, in ejuſque mandatorum obſervãtia quàm, quam maximè exoptabat Dei facie frui, ac ejus feliciſſima viſione recreari, ac gaudere: plus optabat inſervire, quam optatũ Dei vultum cernere.

Magis celebrantur, ac decantantur in Scriptura obſequia, & famulatus Iacob quatuordecim annorum ob pulcherrimam ſuam Rachel: *videbantur ei pauci dies præ amoris magnitudine.* Gen. 29. num. 20. quam obſequia, & Gen. 29. famulatus David pro ſua illuſtriſſima Michol. 1. *Reg.* 18. *num.* 28. Et quænam comparatio 1 Reg. 18. unius cum altero? Nam Iacob nunquam ſuam vitam poſuit in manifeſto diſcrimine, ut David interficiens Goliath, & magnam multitudinem Philiſtinorum. Ibidem *num.* 27. Verum eſt quod majora fuerunt Davidis obſequia, at ipſi Davidi in proximo erat præmium dandum, ac conferendum; at Iacob ſerviebat magna annorũ intercapedine ad optatas nuptias fruendas, & obſequia præſtare, dum poſſeſſi præmij in longum, & ad multum tempus differtur, hic maximè amor comprobatur, & generoſa virtus declaratur. Salvia- Salvian. nus lib. 2. de Gubernation. *Elõgata merces, ait non anguſto, ſed generoſo capitur animo.* Quam ampla, & ſublimis animi generoſitas Eliæ, qui non anguſtiatur, ſed maximè dilatatur tam dilatata mercede, ut magis ſerviat, & majora obſequia præſtet. De his meritis Eliæ etiam quæſtione ſequenti.

QUÆSTIO II.

Elias valde præclarus, ac excelſus donis, ac prærogativis, & mirabilibus?

SUMMARIUM.

15 *Valdè rarus, qui ut Elias laudatur.*
16 *Elias potius à Dei gratia, quam à natura datus*
17 *Elias tam mirabilis in operibus, ut ejus inimici*

Digitized by Google

mici præ invidia conſumerentur.

18 *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.*

19 *Elias dominatur elementis, & ſic imperat, ac ſi eſſet in cœlo.*

20 *Panis Eliæ mirabilior manna.*

21 *Obedientia mirabilia operatur.*

22 *Ut oſtendatur ſanctitas corporis Eliæ maximum miraculum operatur.*

23 *Moyſi oranti, Eliæ tacenti datur viſio Dei.*

24 *Melius loquitur meritum, quam vox, ibid. & num.*

26 *Eliæ Zelus intenſiſſimus, & n.27.*

28 *Hæreſis malum à radice extirpandum.*

29 *Dolet Elias de morte ſua, ne malum idololatriæ creſcat.*

30 *Elias Reges non timet, & eos ad mortem denuntiat, & n.31.32.& 33.*

34 *Reges arguere miraculum, tanquam mortuos ſuſcitare.*

35 *Eliæ modeſtia, ac humilitas.*

36 *Elogia filiorum Prophetarum, & n.37.*

38 *Elias veluti Sol ſuum ſplendorem, non ſolum in ſe continet, ſed etiam in alios diffundit, & n.39.*

40 *Dolores ob deſceſſum Eliæ magna dona pariunt, & n.41.*

42 *Elias auctor, ac princeps vitæ monaſticæ.*

43 *Elias inter omnes glorioſus victor aſcendit, & n.44.& 45.*

46 *Cur Elias in curru igneo fertur?*

47 *Ubi Elias adeſt non eſt neceſſarius Angelus ad dirigendam viam in cœlum.*

48 *Aſcendenti Eliæ in cœlum omnia dant famulatum, & n.49.*

50 *Elias, & Henoch ut Apoſtoli, & n.51.& 52.*

53 *Mors non potuit extinguere Zelum Eliæ.*

54 *Maximè Deo grata mors, quæ eſt ad aliorum vitam.*

55 *Elias conſummator novi Teſtamenti.*

56 *Elias maximè nobilitatur, ac extollitur à Christo, & n.57.*

58 *Elias in transfiguratione apparet in majeſtate utriuſque votorum inſtitutor.*

59 *Elias cum magna gloria aſcendit in cælum.*

60 *Elias in cænaculo è manibus Christi accipit ſacram Euchariſtiam.*

61 *Elias, & Henoch tempore Antichriſti ſuſtentabunt Eccleſiæ brachia.*

62 *Alia de Elia.*

15. Siracides, ſeu Eccleſiaſticus admirans multitudinem, ac magnitudinem portentorum, Eccleſ.48. ac mirabilium Eliæ, ad eum ſe convertens, eique congratulans exclamat: Quis tam mirabilis, & glorioſus in facinoribus ſuis, ac tu ô Elias, ait cap.48.n.4. *Sic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis, & quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi.* Tigurina. Tigurina. *Quantam gloriam miraculis tuis adeptus es: aut quis tecum paria glorietur.* Syriacus. Syriacus. *Et quis quis tui ſimilis eſt laudandus.* Septuag. Septuaginta. *Et quiſque ſimilis tibi ut glorietur.* Explicat Biblia maxima, in miraculis, prodigiis. in zelo, & ardenti Dei amore, valdè rarus erit, & valdè rara hæc phraſis in ſcriptura invenitur.

16. Et dicitur citato loco: *Surrexit Elias Propheta quaſi ignis.* Dicitur ſurrexit, ſicut & 3. 3.Reg.17. Reg.17.num.1. *Dixit Elias Propheta* abſque ulla genealogia, & narratis parentibus; ut in Iſai.1. aliis Prophetis. *Viſio Iſaiæ, filij Amos*, cap. 1: num. 1. *Verba Ieremiæ filij Helciæ*, 1 num. 1. Et Ierem.1. ſic de cæteris; at Elias ſubito introducitur abſque ulla narrata generatione; ſed tantùm ex Dei mandato verba proferens. *Dixit Elias Propheta, ſi erit annis his ros, & pluvia.* Ut inde deprehendatur quod ipſe non tantũ fuit à natura productus, ſed potius à divina gratia datus, & dicitur: *Surrexit Elias quaſi ignis*; quia ardebat charitate Dei, zelo honoris Dei, ac ſalutis proximorum: *Et verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Lyranus: *Accendendo auditores ad amorem divinum.* Lyran. Tam ardentia fundebat verba Elias; ut flammas eructare videretur, tam ad inflammanda corda bonorum, quam ad diſſipandos, ac deſtruendos adverſarios; inde rectè dicitur Elias, quia ut ex Hebræo legit D. Hieronym. id eſt, *fortis Deus* D.Hieron. ſeu, *fortitudo mea*; quia divina fortitudine, ac omnipotentia armatus confregit Baalitas, ac domuit Achab.

Primum donum, & valde mirabile Eliæ ſeu prærogativa fuit ejus ſumma puritas, integritas, ac ſanctitas; pro quo audiendus E. Iſidorus *lib. de Ortu, & interitu Prophetarum cap.* 35. ait: *Elias ſacerdos magnus, atque Propheta habitator ſolitudinis, fide plenus, devotione ſummus, in laboribus fortis, induſtria ſolers, excellenti ingenio præditus, in exercitatione diſciplinæ rectus, in ſancta meditatione aſſiduus metuque mortis intrepidus.* Valde ſublimis, & præclara fuit virtus, ac ſancta probitas Eliæ, ut nihil etiam ejus adverſarij auderent dicere contra eum, nec in eum maledicta, & opprobria coniicere, ut fecerunt contra Moyſen, Ieremiam, & alios. Et cum Elias occidiſſet omnes Prophetas Baal. 3. *Reg.* 18. *num.* 40. & cum Iezabel crudeli odio æſtuaret in Eliam, nullam blaſphemiam, nullum crimen audent coniicere in eum, licet Iezabel ei mortem minetur: *Hæc mihi faciant Dij*, &c. 3. Reg. 19. num. 2. ait Eccleſiaſtes de Elia 48. num. 2. *Irritantes illum invidia ſua pauci facti ſunt.* Hoc eſt ejus inimici, & contrarij præ invidia ſuorum operum, ac mirabilium, cum non haberent aliquid docere contra eum, ipſimet conſumpti ſunt, & in paucos redacti: Rectè apud D. Chryſoſtom. homil. 3. de Elia Eliæ nomen interpretatur *Sol*; de quo ait Quintilian. lib. 2. *ſolem omnes venerantur, & ſua luce nocturnas tenebras diſſipat.* 17. Primum donum. D. Iſidor. 3.Reg.18. 3.Reg.19. Eccleſ.48. D.Chryſ. Quintilian.

18. *Secundum donum ſeu prærogativa Eliæ*; quod lingua ejus clavis cœli eſſet facta: *Si erit annis his ros, & pluvia, niſi juxta oris mei verba.* 3. Reg. 17. num. 2. O ſumma hominis poteſtas, exclamat Euchirius: *Magna vis propheticæ dignitatis, humanus ſermo eſt, divinus effectus. In terris homo loquitur, & imperio ejus cæleſtes obediunt poteſtates. Commovit omnem creaturam. Unus ſermo Prophetæ, & miro modo humi ſonans aëra, cælumque concuſſit. Turbatus eſt humani miniſterij ordo, & à ſæculis inſtituta elementorum harmonia conturbavit.* Et altiſſima ratione Elias per famem, ac ſiccitatem punit Achab, ac Baalitas, quia ut dicitur ſuperiori, cap. 16. num. 32. *Et poſuit aram Baal in templo Baal, quod ædificaverat in Samaria, & plantavit lucum*: Seu nemus jucũdiſſimum, ut illius amænitate, ubertate, ac oblectatione cunctos ad cultum Baal alliceret; meritò ergo qui frondoſa ubertate, ac amæna jucunditate 1.Reg.17. Euchirius.

peccave

Digitized by Google

D.Chryſ.

precaverant, rigida, ac auſtera fame, ac ſiccitate puniuntur; ad hanc rationem me adduxit D.Chryſoſt.hom.2. de Elia, & ait: *Cum Elias Propheta ſanctiſſimus populū prævaricatum aſpiceret, cumque Baal, & lucos, deſpecto Domino coli à ſacrilegis prævideret, cumque creatore deſpecto figmentis ſeſe & nemoribus omnis populus addixiſſet; zelo Dei commotus Judæam terram ſiccitatis ſententia, pluviarum ſterilitate addixit.*

19. D.Chryſ.

Tertium donum Eliæ, ſeu prærogativa; Elementis dominatur, in eiſque ſuum dominium exercet. Redeat iterum proximè citatus Divus Chryſoſtom. *Cum Elias dixit nec erit ros, nec pluvia.* Sic ait ſanctus Doctor: *Tunc ſubito anhelat terra, ſiccatur cœlum, ſitiunt omnes, fontes areſcunt, omnis humor ima petit, ſuperna deſerit, aer fervet, ſerenitas torquet, tranquillitas pœna eſt, æſtuant noctes, dies areſcunt, ſata torrentur, arbuſta ægrotant, &c. iram Dei univerſa creatura teſtatur.* Ad verbum Eliæ terra cum ſuis areſcentibus fontibus conturbatur, eamque omnis humor deſerit, & ad ima deſcendit. Aër fit calidus, ac fervens, non ad refrigerium, ſed ad pœnam inſerviens ac ſuo nimio calore cuncta devorans, ac conſumēs, ad ejus verbum aquæ clauduntur in cœlo, ad ejus tactum dividuntur in terra, 4.*Reg.* 2.*num.*8 Ad ejus vocem ignis de cœlo deſcendit; ait Eccleſiaſticus 48 num. 3. *Dejecit de cœlo ignem ter*: Non dicitur deduxit de cœlo ignem, ſeu fecit deſcēdere in terram, ut ſcribitur de Antichriſto, Apoc. 13. at de Elia refertur: *Dejecit de cœlo ignem ter.* Ac ſi ipſe in cœlo poteſtate exiſtens ab ipſo cœlo ignem in terram projiceret, ac emitteret: & curru igneo de terra in cœlum tranfertur.

4.Reg.1. Eccleſ.48. Apocal. 3

20. 3.Reg.17. Sanchez. Abulen. 4.Reg 2.

Quartum Eliæ donum, ſeu prærogativa. Obſequio, ac pane Angelico nobilitatur. Cum Elias eſſet apud Torrentem Carith. *Corvi quoque deferebant ei panes, & carnes,* 3.Reg.17. num.6. Aliqui apud Gaſpar. Sanchez ibi exiſtimant fuiſſe Angelos ſub ſpecie corvorum; imò quod ibi intervenit miniſterium Angelorum, tenet Abulenſis *quæſt.* 16. ſicut quando Elias aſcendit in cœlum, advenirunt. *Ecce currus igneus, & equi ignei,* 4 Reg. cap. 2. n. 11. Quod totum miniſterio Angelorum factum ſub ſpecie currus, & equorum, ut tenent Abulenſ. ibid, *quæſt.* 17. Suarez. & alij. Cum ad denuntiandam mortem Regi Ochoziæ procedit Elias Angelico ſermone corroboratus, ac tanquam ſtipatus incedit, 4.*Reg.* 1. *num.* 15. ſub junipero dormiens ab Angelo excitatur: *Et comedit panē, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus uſque ad montem Horeb,* 3 Reg. 19. n. 8. Quo pane non ſolum ejus vires corroboratæ ſūt per quadraginta dies, ſed per plures alios, & non paucos, quibus manſit in ſpelunca, ut tenet Gaſpar Sanchez *ibid. num.* 17. qui panis, ut tenent D. Auguſt *lib.* 2. *de mirabilibus ſacræ Scripturæ, lib.* 1 *cap.* 19. Carthuſian. Hugo, & alij, formatus eſt manibus Angelorum, ſicut & Manna, de quo dicitur: *Panem Angelorum manducabit homo.* Pſalm 77. num. 25. Mirabilior tamen extitit panis Eliæ, nam Manna tantum alimentabat per unum diem; ita ut neceſſe fuiſſet quotidie illud comedere. At panis Eliæ per quadraginta dies, & plures corroboravit vires; Manna ita fovebat vires, ut neceſſaria eſſet quies, & ſomnus nocturnus; at panis Eliæ ſic corroborat, ut ſine quiete ac ſomno continue ambulet, ut habet. Abulenſ. *quæſt.* 7. Manna præparabat ad ingreſſum terræ promiſſionis, panis Eliæ datus, præparat ad Dei viſionem in monte Horeb.

3.Reg 19. Sanchez D Auguſt. Carthuſian Hugo. Pſal.77. Abulenſ.

21. Nota obiter, quod Elias comedit, & bibit, & tamen ſolum dicitur, quod ambulavit in fortitudine cibi illius, non verò potus, quia cibus eſt qui corroborat vires, & alit; non verò aqua potus Moraliter expendit Textum. Angelus dixit: *Surge, comede; reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericium panem, & vas aquæ* Angelus tantum præcepit, ut comederet: *Surge, comede.* Ipſe autem ex proprio affectu, ac appetitu bibit, & mirabilia, ac miracula operatur, non quæ ex proprio affectu, ſed quæ ex obedientia, ac ſuperioris mandato fiunt. Angelus præcepit, ut comederet, & dum implet præceptum Angeli, mirabiliter ambulat in fortitudine cibi illius. 3.Reg 19.

22. Quintum donum. 3.Reg 17.

Quintum Eliæ donum ſeu prærogativa extitit, quod ipſe inter homines mortales eſſet primus mortuorum ſuſcitator, quod narratur 3.Reg. 17. num. 21. *Expandit ſe, & menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum, & ait: Domine Deus meus revertatur, obſecro anima pueri hujus in viſcera ejus, & exaudivit Dominus vocem Eliæ, & reverſa eſt anima pueri intra eum, & revixit*: Expandit ſe ex Hebræo legitur, *ſe ipſum admenſus eſt*; ut Prælatus ſuos valeat vivificare, debet ſe ipſum cum illis proportionare, atque cum eorum pravitate adaptare; *tribus vicibus* in figuram ſanctiſſimæ Trinitatis, inquiunt Lyranus, Carthuſianus, velut innueret, quod in oratione ſemper inſtandum ſit. *Expandit ſe* Inquit Abulenſis, ut ſuo calore corpus, demortuum pueri calefaceret. Septuaginta legunt: *Et inſufflavit puerulo.* At ſi ex ſuo calore, ac ſpiritu vellet adimere, ac auferre, ut puero communicaret, ac in illum transferret. *Expandit ſe*: ut contactu ſui corporis cadaver pueri Deo commendaret. Serarius ait corpora ſanctorum non tantum viva ſunt, ſed etiam vivifica, ut ita contactu corporis puer reviviſceret. Reſurrectio mortuorum inter cætera primum, & maximum miraculum reputatur, & tam pura, & ſancta erat caro, & corpus Eliæ, ut ſupremum, & maximum miraculum ei primum inter omnes concederetur, ut ſuo tactu primum hominem excitaret à mortuis.

Lyran. Carthuſ. Abulenſ. Septuag. Serari.

23. Sextum donum Eliæ.

Sextum Eliæ donum ſeu prærogativa extitit ut in nubecula parva videret Sacratiſſimam Virginem Mariam in ſua pura, & immaculata conceptione, ac etiam veſtigium Sacratiſſimæ humanitatis Chriſti D. de quo plura dicam *q. ſequenti*, vide ibi dicta.

24. Septimum Eliæ donum

Septimum Eliæ donum ſeu prærogativa, quòd in monte Horeb divina viſione eſt recreatus, cumque in illo ſtaret: *Et ait ei*: (Angelus ut Dei vicarius) *egredere & ſta in monte coram Domino: & ecce Dominus tranſit. & ſpiritus grandis, & fortis ſubvertens montes, & conterens petras ante Dominum, non in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritum commotio: non in commotione Dominus, & poſt commotionem ignis, & poſt ignem ſibilus auræ tenuis.* 3.Reg 19. n. 11.

Sibilus

Hebræus. Septuaginto. Tertullian. Sibilus: legit Hebræus, *vox tacita.* Septuagin-
ta addunt. *Ibi Dominus.* Tertullian. *lib.* 4. con-
tra Marcion. cap. 23. legit: *vox ſpiritus mitis.*
Finis, ac ſcopus huius viſionis, ut notant
communiter interpretes, fuit ut Eliam mœ-
rore, tædio, ac dolore confectum ob peccata
populi conſolaretur, ac ut Eliæ zelũ, ac meri-
tum remuneraret, & primo ejus oculis offer-
tur ventus validus ſubvertens montes, ac
conterens petras, mox ingens terræ cõmotio,
ac motus, tandem ignis ardens, & flagrans,
ut ait Cornelius, ut Deus ſe omnium ele-
mentorũ Dominum oſtenderet. Tandem ſibi-
Irenæus. lus auræ tenuis, ut innueret Deus ſe maximè
Chryſoſt. complacere, ac delectari in lenitate, ac man-
Gregor. ſuetudine. Ita Tertullian. D. Irenæus, Divus
Machar. Chryſoſtom. D. Gregor. Macharius, ac Theo-
Theodoret. doretus.

25. Maximè in rem noſtram. Apparet Deus
Moyſi, & Eliæ, magno tamen cum diſcrimi-
ne, Eliæ exiſtenti in ſpelunca dicitur ei: *egre-
dere, & ſta coram Domino.* At Moyſi, ut no-
Abulenſ. tat Abulenſ. *q.* 17. dicitor, quod ſit abſcon-
Exod 33. dendus in foramine petræ. *Exod.* 33. *n.* 22.
Moyſes ſæpe ſæpius rogat, & inſtanter orat:
Oſtende mihi faciem tuam. Citato Exod. 33.
num. 13. *& num.* 18. Elias nec orat, nec ro-
gat, & tanta gratia, ac indulgentia donatur;
Moyſes rogabat amicitiæ confidentia, & quia
multam gratiam ſe inveniſſe apud Deum,
ſciebat, inde dicebat: *Si inveni gratiam in
oculis tuis.* Elias nec petit, nec rogat, quia
tanta benignitate ſe reputabat indignum, &
inde cum Dominus tranſiret: *Operuit vultum
Carthuſian. Hugo. ſuum pallio.* Carthuſianus, Hugo. His ſignis
oſtendens reverentiam in eum, qua ſi indi-
gnus in eum aſpiceret; & cum ſe reputat in-
dignum tanta viſione, dignus inventus eſt.
Moyſes vocibus, ac orationibus impetrat;
Elias verò tacitè, ſine voce, ac oratione; ejus
merita loquuntur, ac clamant, & peturt tan-
D. Baſil. tum donum, ut dicat D. Baſilius homil. de je-
junio ante medium: *Meruit quantum fas ho-
mini Deum videre,*

26. Octavum. Eliæ donũ. *Octavum Eliæ donum;* eius eximius zelus
honoris divini cum ex Dei mandato egrede-
retur Elias de ſpelunca; *Ecce ſermo Domini
ad eum, dixitque illi: quid hic agis Elia? At
ille reſpondit: Zelo Zelatus ſum pro Domino
Deo exercituum: quia dereliquerunt pactum
tuum filii Iſraël, altaria tua deſtruxerunt: pro-
phetas tuos occiderunt gladio, derelictus ſum
ego ſolus, & quærunt animam meam, ut aufe-
3. Reg. 19 rant eam.* 3. Reg. 19. num. 13. Bis interroga-
Abulenſ. tur à Domino, quid hic agis Elia, ut notat
Abulenſ. *q* 20. Ita enim ipſe erat humilis, ac
Dominos ſubjectus, quod niſi interrogaretur,
minimè reſponderet, ac diceret.

27. D. Thom. *Zelo Zelatus ſum.* Zelus eſt actus elicitus à
charitate, & ut definit D. Thomas 1. 2. *q.* 28.
art. 4. *& de veritate q.* 26. *art.* 4 circa finem *Eſt
amor intenſus non patiens conſortium in re ama-
ta.* Et phraſi repetita in ſcriptura, indicat
actum vehementem, & maximè intenſum,
ut in præſenti *zelo Zelatus*, qui actus fuit
intenſiſſimus in Elia, & inde per anto-
nomaſiam ipſe dicitur xelotes, qui zelus
extitit in eo præclariſſimus; nam cum om-
nes virtutes in gradu perfectiſſimo reſplen-
deſcerent in Elia, obedientia, virginitas, pau-
pertas, humilitas: tamen ob zelum transfer-
tur in cœlum. *Elias dum Zelat Zelum legis rap-
tus eſt in cœlum* 1. Machab. 2. num. 58. Quiſ- 1 Machab. 2.
nam, fuit zelus iſte Eliæ, quo promeruit, ut
pompoſo, ac magnifico apparatu, curru igneo,
ac equis tranſferretur in cœlum? D. Thomas D. Thom.
citata *quæſt.* 28. *art.* 4. ait: *Quod ea, quæ ſunt
contra hominem Dei, ſecundum poſſe repellere
conatur.* Quia Elias omnibus viribus, omni
modo, omni induſtria, ac diligentia *ſecun-
dum poſſe repellere conatur.* Quod manifeſtè
oſtendit, nam poſt peractum illud admirabile
ſacrificium, in quod ignis de cœlo deſcendit,
dixit ad univerſum populum: *Apprehendite
Prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat ex* 3. Reg. 18.
eis, 3. Reg. 18. num. 49. Præcipit, *Ne unus qu-
dem effugiat ex eis:* Ne malum idololatriæ ſer-
peret, & aliquod illius fomentum remaneret.
Unde Leo X. Summus Pontifex in ſuis Bul- Leo X.
lis, quæ circumferuntur in Directorio in-
quiſitorum, eum proponit in exemplum Ar-
chiepiſcopis, Epiſcopis, inquiſitoribus, ut
illius exemplo informentur hæreſes extirpa-
re, ita ot non permittant aliquam illarum
ſcintillam permanere. De hoc magno Eliæ
zelo vide quæ dixi *tom.* 3. *in Evangel. cap.* 31.
quæſt. 15. *n.* 90. 91. 92.

Derelictus ſum ego ſolus; & tamen adhuc 28.
erant ſeptem millia virorum, quorum genua
non ſunt curvata ante Baal. 3. *Reg.* 19. *n l.* 18. 3. Reg. 19.
Hoc verum erat in occulto per ſpeluncas
montium, ac per cavernas terræ. 3. *Reg.* 12. 3. Reg. 12.
c. 18. *n.* 13. At in publico, & manifeſto ore ad
os, ac in faciem contra Achab, Iezabel, ac
Baalitas, unus Elias, ſicut & in fine mundi
dicitur: *Tunc qui in Iudæa*, ſcilicet Eccleſia,
ſunt, fugiant in montes. Matth. 24. num. 16. Matth. 24.
Elias tunc per aperta, & publica loca prædi-
cabit, & clamabit contra Antichriſtum, cum
alii fugiunt, & deſerunt, ac ſe abſcondunt.
Tunc Elias in publicum prodit pro Dei ho-
nore xelans, & clamans, pro quo dedi ma-
gnam ponderationem citato *tom.* 3. *c.* 31. *q.* 15.
n. 96. 97 *Et quærunt animam meam.* Non erat
Propheta ſolicitus de ſua vita, *qui petivit ani-
mæ ſuæ, ut moreretur* Sed hoc dixit ex ſua ſum-
ma charitate erga Deum, & populum, quia
ut notat Cornelius à lapide, timebat quod Cornel.
ipſo occiſo nullus ſupereſſet Propheta, nulluſ-
que zelator, qui Dei cultum propugnet, ac
populum in via veritatis inſtruat, & Baalitis
ſe opponat, ſed tunc impia Iezabel omnia
occupabit, ut Baal ubique cultus deferatur, &
vera Dei religio peribit, cum non ſit, qui
pro ea pugnet.

Nonum Eliæ donum ſeu prærogativa, ejus
eximia fortitudo, qua Reges, ac potentes ſæ- 29. Nonum Eliæ donũ.
culi ob idololatriam, ac ſceleta ſua morte
mulctavit, ut refert Eccleſiaſticus 48. n. 6. de Eccleſ. 48.
Elia ait: *Qui deieciſti Reges ad perniciem, &
confregiſti facile potentiam ipſorum, & glorioſos
de lectulo ſuo.* Græcus, ac Complutenſis: Græcus.
Qui deduciſti, reges ad perditionem. Vatablus: Vatablus.
*Qui deduxeris reges ad interitum, & de ſede
ſua glorioſos, eorumque potentiam infregerit.*
Syriacus. *Deiiciens honorabiles de thronis ſuis.* Syriac.
Arabicus. *Qui gigantes è ſedibus ſuis evertiſti.* Arabic.
Reges ſunt gigantes terræ. Quatuot Regibus
Elia, mortem miſerrimam denuntiavit.

Primus fuit *Achab*, cum ſua impia vxore 30.

Jezabel, utrique Elias mortem prædixit, & comminatus eſt: nam cum ob occiſum Naboth, deſcenderet Achab ad occupandam vineam illius ex mandato, ac ore Dei occurrit Elias ei, ac toti ejus familiæ fulminat ſententiam mortis: *Interficiam de Achab mingentem ad parietem*, id eſt, omnes uſque ad Canem
3. Reg. 21. 3. *Reg. cap.* 21. *n.* 21. & ſubdit n. 23. *Canes comedent Iezabel in agro Iezrael*; ut ubi peccaverat, ibi puniretur. Vinea enim Naboth ſita erat in Iezrahel.

35. Secundus fuit *Ochozias* filius Achab: nam mortuo Achab in prælio, 3. *Reg.* 22. *n.* 37. obtinuit regnum filius ejus Ochozias. *Ibidem n* 40. Qui cum graviter ægrotaret, conſuluit Beelzebub Deum Accaron, an ſanitati eſſet reſtituendus, an verò moriturus: ob hoc ſcelus ei Elias mortem intimavit, ac denuntia-
3. Reg. 22. vit, 4. *Reg.* 1 *num.* 16.

32. Tertius Rex fuit *Ioram* alter filius Achab, frater Ochoziæ, qui ei demortuo in regnum Iſraëlis ſucceſſit, quem cum tota familia Achab interfecit Jehu, ibique omnem familiam Achab extinxit, ut Elias prædixerat,
4. Reg. 9. 4. *Reg.* 9. *n.* 24. & *n.* 36.

33. Quartus Rex; extitit alter *Ioram* filius Ioſaphat Regis Iuda, quem Elias per ſuas litteras admonens prædixit peſſimum langorem, quo vitalia, ac viſcera pariter defluerunt, quo
2. Par 21. & mortuus eſt, ut refertur 2. *Paralip. c.* 21. *à n.* 12. Hæ autem literæ Miſſæ fuerunt ab Elia ex Paradiſo, vel ex alio loco, in quo à Deo poſitus eſt per Angelum in habitu hominis, vel per aliquem hominem. Ita litteræ allatæ ſunt novem annis poſt raptum Eliæ, ut tenent Hebræi, Lyran. Malveda, quos citat, ac ſequitur M. Lezana *tom.* 1. *Annal. ad annum Mundi* 3148 *n.* 2. & ad eundem annum Salian. *n.* 5.

34. Hic duo maximè notanda ſont. Primò, quia
Eccleſ. 48. *Eccleſiaſt. c.* 48. *n.* 5. narrans mirabilia Eliæ, ait de eo: *Qui ſuſtuliſti mortuum inferis*: & immediatè adiungit: *Qui dejeciſti reges ad perniciem.* Ac ſi quodammodo æquè magnum miraculum ſit mortuum ab inferis ſuſcitare, ac reges in facie arguere, increpare, ac malum eis prædicere. Secundò, expende ſummam charitatem, ac zelum Eliæ; quod tranſlatus de hoc ſæculo, adhuc de ſuis eſt ſollicitus, ac de eis curam agit ad eos admonendos, ut imminentia mala fugiant. ut expendunt Bar-
Barrard. Malveda. Torniell. radas *tom.* 1. *in Evang. lib.* 5. *cap.* 11. Malveda *lib.* 9. *de Antichriſto, cap.* 2. Torniellus *ad annum* 3146.

35. *Decimum Eliæ donum, ſeu prærogativa.* Al-
10. *Donum.* tiſſima providentia, qua ſe præparat ad ſuum raptum, quem ex divina revelatione agnoverat. *Dixit Elias ad Eliſæum: Sede hic, quia*
4. Reg. 2. *Eliæ modeſtia, ac humilitas.* *Dominus miſit me uſque in Bethel.* 4. *Regum* 2. *num.* 2. Notat Abulenſis, quod Elias ex modeſtia, ac humilitate volebat ſuum raptum abſcondere, ac occultare; Dei enim dona, quæ pertinent ad aliqualem perſonæ excellentiam occultari maximè debent, ne homines videantur in eis gloriari, quia Dei eſt ea manifeſtare, ut hic manifeſtavit raptum Eliæ per filios Prophetarum.

36. Et ait: *Elias ad Eliſæum miſit me Dominus in Bethel, miſit me Dominus in Iericho*, quia ibi erant etiam præter Carmelum Collegia, ſeu Conventus filiorum Prophetarum, ut eſt communis ſententia. Ita Abulenſis *in* Abulenſ.
4. *Reg. quæſt.* 13. & etiam *in* 4. *Reg. q* 2. Lyranus, Carthuſianus, Sanchez, Cornelius à Lapide, Menochius, Salianus *ad annum Mundi* 3139. & hoc apertè, ac clarè patet ex Text. Lyran. Carthus. Sanchez. Cornel.
4 Reg. c. 2. *Dixit Elias ad Eliſæum, Dominus miſit me uſque in Bethel; cùmque deſcendiſſent Bethel. egreſſi ſunt filii Prophetarum, qui erant in Bethel.* Ibidem num. 3. & iterum dixit Elias ad Eliſæum: *Dominus miſit me in Iericho, cùmque veniſſent Iericho, acceſſerunt filii Prophetarum, qui erant in Iericho.* Ibidem num. 5. ergo in *Bethel*, ſeu *Iericho* erant habitacula, ſeu Collegia filiorum Prophetarum, qui erant viri incliti, ac illuſtres, virtute, ita ut ex divina gratia cognoſcerent raptum Eliæ, & ſic dixerunt Eliſæo: *Numquid noſti, quia Dominus hodie tollet Dominum tuum a te* Ibid. n. 5. De his filiis Prophetarum teſtatur Cornel. à Lapide, Cornel.
3. *Reg.* 17. ad illa verba *Thebites*, §. *Virgines*, ſic ait: *Virgines quoque, vel cælibes fuiſſe Eliſæum, cæteróſque Eliæ diſcipulos, non eſt dubium: quin & ex ipſis plures pro vera Dei Religione à Iezabel occiſos, martyrii lauream adeptos eſſe ſatis liquet ex* 3. *Reg. c.* 18. *n.* 13. 3. Reg. 18.

37. Hos ante ſuum raptum viſitat Sanctus Parens Elias, eiſque dat ſuam benedictionem, magnáque hortamenta, ac documenta, ad fidem, religionem, ac zelum Dei, quæ latiſſimè, & amplè refert Iacobus, Salian. *ad annum Mundi* 3139. & deinceps ſatis latè. Salianus.

38. *Undecimum donum Eliæ, ſeu prærogativa.* Qui 11. *Donum*
facis Prophetas ſucceſſores poſt te. Ait Eccleſiaſt. 48. num. 8. Vatablus vertit; & *Prophetas unxeris tibi ſucceſſores.* Quod communiter, quamvis intelligatur de Eliſæo, quem Elias unxit, ac deſignavit Prophetam poſt ſe, 3. *Regum* 19. *n* 13. tamen non inepte ab aliis intelligitur de Eliſæo, ac etiam aliis filiis Prophetarum, quos Elias creavit ad defenſionem fidei contra Baalitas, ut patet ex admonitione ipſius Eliæ ad filios Prophetatum apud Salianum *ſuprà citatum.* Eccleſ. 48. Vatablus. 3. Reg. 19.

39. Magni, ac præclariſſimi Prophetæ extiterūt in populo, ut David, Iſaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, & alii, nullus tamen conſtituit ſucceſſores poſt ſe, niſi unus Elias. Pater *Clavius* explicans Sphæram Ioannis de Sacro Boſco, ait: *Rectè Solem luminare majus dici, qui non tantum ſuum ſplendorem continet in corpore ſuo, ſed etiam in Lunam, Stellas, ac Planetas in totum Orbem diffundit.* Optimo ergo jure Elias Sol interpretatur: nam inſtar illius, ſplendorem ſuæ virtutis, ſanctitatis, ac ſpiritus, & zeli, non tantum in ſe continuit, ſed etiam diffudit per Stellas, ac Planetas, per Eliſæum, ac filios Prophetarum ac totum mūdum: ad hoc enim eos deſtinavit Elias, ſicut ipſe ait in exhortatione ad filios Prophetarum apud Salian, anno Mundi 3139. n. 5. *Filii mei longè chariſſimi, quos Deus ad gloriam ſui nominis convocavit, ut per dies, noctéſque laudes ejus decantetis*, ut à communi via iniquitatis abhorretis, & in eam mecum incumberetis vitam, ut corda filiorum converteremus ad Patres, qui Domino Deo Iſraël corde profecto ſervierunt, ut fratres noſtros, quos idolorum ſervitus miſere dementavit à ſacrilegis vitulis abduceremus, & poſt pauca ſubdit: *Qui multos erudiunt ad* Clavius. Salianus.

juſtiti

juſtitiam in perpetuum, tanquam ſtellæ fulgebunt in perpetuas æternitates.

40. Imò tam præclarus, ac eximius ſervus Dei erat Elias, tàmque fervidus zelator honoris divini, tàmque ſublimis, ac maximæ virtutis, ut dona Spiritus ſancti ſibi data meruerit diſcipulo Eliſæo impetrari. Ait Elias ad Eliſæum: *Poſtula quod vis ut faciam tibi antequā tollar à te*,

4.Reg.2. 4 Reg. 2n 9. Tunc ait Eliſæus: *Obſecro ut fiat in me duplex Spiritus tuus.* Et illi Elias *rem difficilē poſtulaſti, attamen ſi videris me, quando tollar à te, erit tibi, quod petiſti.* Ad tam magnam, & ſublimem rem obtinendam, meritum conſiſtebat, quod viderit Eliam abeuntem in cœlum. Tam magnus, ac magnificus Pater, Doctor, ac Magiſter omnium virtutum erat Elias, ut deſideria, lachrymæ, gemitus, & ſuſpiria ex illius diſceſſu, in diſcipulo inſervirent, ut tā ſublimi ſpiritu nobilitaretur, ac condecoraretur, quod maximæ Eliæ virtuti tribuit. S. Honophrius, de quo in Martyrologio Romano die 11 Iunij in libro,

Honuphr. cui titulus eſt vitæ Patrum, ſic ait Honuphrius: *Profectò vitā Beati Patris noſtri Eliæ venerabiles fratres meos audivi frequenter laudare, qui ſe in Eremo, in tanta abſtinentia, & oratione ſtuduit, ac afflixerit, ut maximam virtutem à Deo meruiſſet accipere, & igneo curru tranſvectus, Spiritus ſancti dona, quæ habuerat, diſcipulo impertiri; & adhuc longævus ſenior, mortis pœnam non videre.* Expende illud, *maximam virtutem meruiſſet accipere.*

41. *Duodecimum Eliæ donum, ſeu prærogativa;*

12. Donum. Elias Monachorū princeps, ac vitæ Monaſticæ ductor; hánceque vitam initiavit, cum eſſet in Torrēte Carith ibíque ad eum multi conveniſſent, & poſtea regreſſus à monte Horeb latiùs ſtabilivit in monte Carmelo Galgalis Bethel, ut communiter tradunt Auctores, de quo Reſolutione ſequenti dicam.

42. Quod verò Elias hanc vitam ab hominum commercio ſeparatam primus inſtituerit, docēt Patres, D. Dorotheus in Synopſi Prophe-

Dorotheus. tarum, de Elia loquens ait: *Hic primus ex hominibus eſt, qui hominibus curſum ad cœlum ſubmonſtravit, qui primus ex hominibus unam Angelorum, & hominum vitam oſtendit.*

D.Gregor. Nyſſenus. Divus Gregorius Nyſſenus *in Oratione pro commendandis laudibus fratris ſui Baſilij*, ait: *An etiam audebimus ad ſublimē Eliam ſermone aſcendere, & oſtendere noſtrum Doctorem ſua vita inſtituto illius gratia aſſimilari.*

Caſſan. Caſſianus antiquiſſimus Pater coævus cum D. Auguſtinus *lib 1. de Inſtit. cap. 2.* loquens de Monachis ſic ait: *Hoc enim habitu etiam illos ambulaſſe, qui in veteri Teſtamento hujus profeſſionis fundavere primordia, Eliam ſcilicet, & Eliſæum Divinarum Scripturarum auctoritate demonſtratur.*

D. Athan. D. Athanaſius *in vita Sancti Antonij, cap. 7.* ait: *Sanctus Antonius reputans oportere Dei famulum ex inſtituto Magni Eliæ exemplum capere, & ad illud ſpeculum vitā ſuam debere componere.*

D. Macar. S. Macharius Magni Antonij diſcipulus in ſermone ad Monachos, qui incipit *Fratres chariſſimi*, ait: *Eliam, & Eliſæum, ac filios Prophetarū, quos conſtat veraciter Veteris Teſtamenti Monachos imitari curate.* Et ſtatim infra: *Quorum exempla Fratres chariſſimi, in Ordine Monaſtico, quem ſectari cœpiſtis, debitis ſolliciti curare, ut ab eorum recto tramite, id eſt, Monaſtica vita nullatenus recedatis. Hos ſecutiſunt Paulus & Antonius & multi hujus propoſiti ſectatores.*

D. Cyrill. D. Cyrillus *lib ad Euſebium*, ait: *Verum tamen probatiſſimi Monachi noſtræ Religionis permanſerunt ſub diſciplina Monaſtica vita per Eliam Prophetam inſtituta.*

D. Bern. Divus Bernardus *in expoſitione Regulæ Sācti Benedicti, cap. 1.* ait: *Attende bene, quod in Veteri Teſtamento Elias, & Eliſæus; in novo verò Sanctus Ioannes Baptiſta; poſtea tandem tempore Apoſtolorum horum Monachorum, ipſi inventores extiterunt.*

S. Mangar. Sanct. Mangarius ſermone ad Monachos, ait: *Duos viros magnificos exordium Monaſtici Ordinis protuliſſe credimus; unus igneis equis in cœlos raptus legitur, alter verò prophetaſſe, antequam natus ſit. Primus Elias Pater noſter extitit. Alter verò Sanctus Ioannes Baptiſta.*

D. Hieron. D. Hieronym. *in Epiſtola ad Paulinum*, & ait: *Ut ad Scripturarum auctoritatem redeam, noſter Princeps Elias, noſter Eliſæus, noſtri duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris, & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula juxta fluenta Iordanis.*

D. Iſidor. Divus Iſidorus Hiſpalenſ. *lib. 2. de Offic. cap. 15.* ait: *Quantum inquam, ait, ad auctoritatem veterum Scripturarum hujus propoſiti Principes Elias, & diſcipulus ejus Eliſæus fuerunt, ſicut alij Prophetæ, qui habitabāt in ſolitudine, urbibúſque relictis, faciebant ſibi caſulas prope fluenta Iordanis.*

Damian. Cardinalis Petrus Damianus *Ordinis Divi Benedicti, tom. 3. Opuſculorum de origine vitæ Monaſticæ, cap. 2.* ait: *Hujus vitæ normam, ut anteriora prætereum Elias cœpit, Eliſæus verò aucto diſcipulorum Collegio dilatavit*, & *lib. 3. in Cantic. cap. 1.* loquens de Elia, ait: *Hæc dixit, & fecit ille primus Auctor, & Inſtitutor eorum, qui dicti ſunt filij Prophetarum, quos fuiſſe Monachos in Veteri Teſtamento, conſentit auctoritas Patrum Venerabilium.*

Ioan. Hieroſ. Ioannes Patriarcha Hieroſolymitanus *de Inſtitut. Monach. cap. 2.* ait: *Hic Propheta Dei Elias Monachorum Princeps primus extitit, à quo ſancta primæva inſtitutio exordium ſumpſit.*

Ioachim. Ioachimus Abbas in cap. 6. Apocal. *Deſignatur autem per Eliam, ſicut per ſolem Ordo Monaſticus.*

Trithem. Trithemius *de Ortu, & laudibus Carmel. cap. 3.* ait: *Monaſtici propoſiti Princeps fuit Elias, & diſcipuli ejus.*

Haſtenſ. Haſtenſis *diſquiſit. Monaſtica, lib. 1 tract. 11.*

Bellarm. Cardinalis Bellarminus *tom. 1. controverſ. de Monachis c. 5.* Idem docent adducta auctoritate

D. Hieron. D. Hierō & alij multi Patres, ac Doctores, tam antiqui, quam moderni, quos referunt

Thomas. Thom. Aquin. *in diſcept. Hiſt. Theol. de Patriarchatu Eliæ, p. 1. ſect. 4.*

Lezana. Lezana *tom. 1. Annaliū. Apparatu 5.*

Franc. Bonæ Spei. Sapientiſſ. Magiſt. Franciſc. Bonæ Spei, *de Cōcept. diſp. 3 à n. 116. & per ſequentes.*

43. *Tertium decimum Eliæ donū, ſeu prærogativa.*

13 Donum. Quod curru igneo raptus ſit in cœlum, ut refertur

4 Reg. 2. 4. *Reg. 2. num. 11.* Cum Elias, & Eliſæus pergerent, *Ecce currus igneus, & equi ignei diviſerunt utrumque: & aſcendit Elias per turbinem in cœlum.*

Eccleſ. 48. Eccleſiaſt. 48. num. 9. habet: *Qui receptus eſt in turbine ignis.*

Septuag. Septuaginta: *Et aſſumptus eſt Elias in commotione uſque ad cœlum.*

Vatablus. Vatablus. *Qui procella ignea ſublatus es in curru equorum ardentium.*

Biblia. Malu. apud Bibliam maximam. *Et aſcendit*

Arias. Græcus.

in horribili tempeſtate. Arias. *Aſcendit ſublime in cœlum.* Græcus. *Et aſcendit in procella, vel in conc. ſſione.*

44. D.Ambr. D Gregor. Abulenſ. Serarius. Geneſ.5. Daniel.14.

Hic currus, quo Elias fertur, ex nubibua fuit formatus ab Angelis, ipſis Angelis ducatum præbentibus, ut docent Divus Ambroſius *ſerm. 2. de Eliſæo.* D. Gregorius Magnus *homi ia 29. in Evangelia* Sequuntur Abulenſ. *quæſt.* 17. Serarius, & alij. Magnifico curru, & ampliſſimo apparatu fertur Elias ab Angelis, non ſic legitur nec de Henoch. *Gen. 5. num.* 21. Nec cum Angelus portat Prophetam in uno capillo capitis ſui ex Iudæa in Babyloniam. *Daniel. 14. num.* 35. Nec de ullo alio ſimile legitur. In curru ferebantur victores, & triumphatores; in curru, ac equis aſportatur Elias, ut glorioſus victor, ac triumphator, non ſolum viſibilium hoſtium Baalitarum, ſed etiam inviſibilium, ac omnium appetituum, ac voluptatum, ut ſemper ejus ſpiritus in puritate, ac ſanctitate Deo ſerviret.

D.Ambr.

D. Ambroſius *ſerm. 2. de Eliſæo,* & ait, *Elias Magiſter Eliſæi, nonne Angelis ducentibus rapitus ad cœlum eſt, & quadriga ignea impoſitus, quaſi in quodam triumpho, victor aſcendit. Victor enim extiterat, non gentium barbararum, ſed ſæcularium voluptatum. Siquidem graviores inimici ſunt pravi mores, quam hoſtes infeſti, ut faciliùs intelligamus, hoc tempore malignitatem hoſtium vinci poſſe, quam moram.* Magni, & glorioſiſſimi extiterunt in Orbe victores, & triumphatores, Alexander Magnus, Iulius Cæſar, Pompejus Magnus in ſuis curribus triomphalibus, de barbaris, ac variis gentibus triumpharunt; ſed ſuper hos omnes glorioſior, triumphator Elias, qui non ſolum reportat trophæum de barbaris gentibus, ſed etiam de ſe ipſo, ac ſuis affectibus, ac appetitibus: *Siquidem graviores ſunt pravi mores, quam hoſtes infeſti.*

45. D.Chryſ.

D. Chryſoſtomus *homil. de Aſcenſione Eliæ,* ſic ait, *Deus Rex regum Eliam ſuum tota ſe corporis, & anima devotione zelantem, poſt multorum laborum ſudores, poſt dirarum perſecutionum graviſſimas fatigationes, poſt tantorum bellorum magnas, illuſtréſque victorias, optima de mundo, & diabolo ſpolia referentem, igneo curru, atque equis flammantibus impoſitum, triumphali gloria præfulgentem, ad ſua regna voluit pervenire.* Elias multos labores, pugnáſque: contrarietates, ac perſecutiones, bellorúmque conflictus contra hæreticos ſuſtinuit, ac glorioſè ſuperavit, magnáque ſpolia de mundo, ac diabolo reportavit, ac magnas perſecutiones, quales nunquam fuerunt ab initio mundi ſuſtinendæ, ac vincēdæ deſtinabatur; tantum ergo glorioſus victor non communi cum aliis, ſed valdè pompoſo, ac magnifico apparatu, triumphali curru, ac igne fulgēte fertur in cœlum.

46. Meritò tamen dubitabis, quia ut diximus ex communi ſententia, currua hic formatua eſt ab Angelis ex nubibus; cur ergo non præſentiam nubium, ac colorem cæruleum oſtendit, ſed igneum? Ad quod reſpondet primò,

D.Chryſ.

D. Chryſoſtomus homil. 1. de Elia: *Igneus enim currus congruebat igneo Eliæ animo ad eum vehendum in cœlum.* Eliæ animus totus ignitus erat in zelo, charitate, ac amore Dei. *Surrexit Elias Propheta quaſi ignis & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Tam ſuccenſus, ac ardens erat Elias zelo, ac amore Dei, ut pro ſua vi, ac efficacia non verba, ſed flammas eructare videretur. *Et verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Secundò, quia ignis eſt Symbolum Angelorum, ac miniſtrorum Dei juxta illud Pauli Hebr. 1. num. 7. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis* Vt autem cunctia fiat manifeſtum, quod Elias ſit tanquam quid Angelicum, ac verus Dei miniſter fertur in flammeo curru. Hinc D. Chryſoſtomus *homil. de Elia,* ait de ipſo: *Elias Angelus terreſtris, homo cœleſtis.* Quod manifeſte apparet, dum curru igneo fertur: nam ignis cōſumit, & devorat, quidquid eſt terreſtre, ambit, & munit id, quod eſt cœleſte, ut ex Chryſoſto. dixi *ſuprà, q. 1. n. 5.* Tertiò, ut oſtendatur Elias ignia imperator, ac omnium elementorum Dominus, ut dixi *ſuprà in hac q. n.* 18.

Hebr.1. D.Chryſ.

Optimo jure quæres. Fertur Elias curru igneo, & equis igneis, & quiſnam erat auriga iſtius currus, à quonam regebatur? Reſpondent Abul. Vatablus, Serarius, Salianus, & alij, quod erat Angelus quidā; ſed cur hic non exprimitur, ſicut currus, & equi declarātur. Inde dicendum exiſtimo, quod auriga iſtius currus erat ipſemet Elias; quonam currus ferebatur, in cœlum nempe, & ad viam dirigendam, ac oſtendendam in cœlum, nullus melior auriga, & ductor, quam Elias; & ideo nec Angelus, nec alius erat neceſſarius. Auctor mirabilium Scripturæ apud D. Auguſt. lib. 1. cap. 22. *Iamque Elias curru igneo receptus velut ad cœlum conſiderante Eliſæo via rapitur.* 47.

Abulenſ. Vatablus. Serarius. Salianus.

Aſcendit Elias per turbinem in cœlum. Eccleſiaſticus habet: *Qui receptus es in turbine ignis.* Septuaginta: *In commotione.* Vatabl. *In procella ignea.* Alij: *Aſcendit in horribili tempeſtate.* Ad quid, dū Elias fertur in cœlum, tanta omnium rerum commotio, tam horribilis ventorū tempeſtas? Cum Deus deſcenderet in montem Sinai ad loquendum cum Moyſe, ait Textu: *Et mane incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangórque buccinæ vehementius perſtrepebat.* Exod 19. n. 16. & Regius Vates ponit *terræmotum.* Et Paulus Hebr. 12. n. 18. dicit: *Ignem, & turbinem, & caliginem, & procellā* Et ſtatim ſubdit Text. n. 15 *Totus mons Sinai fumabat.* Ad quid cum Deus deſcendit in monte, tot commotiones, omnia elementa conturbantur; terræmotus fiunt, aër caligine obtenebratur, aqua procella diffunditur, & ignis undique fulgurat. Ad quid omnia cōturbantur. Tanta eſt Dei advenientis majeſtas, ut omnia tanquam famulantia, ac obſequentia, dent ſigna, eo modo, quo poſſint ad venerandum ſuū Dominum. Philo *lib. de Decalog.* ait: *Oportebat ad Dei adventū turbari mundum omnibus ſuis partibus, & exire ad miniſterium.* Quid eſt, quod Elias non ſereno, ac pacato aëre, ſed *per turbinem, commotionem, procellam igneam, ac terribilem tempeſtatem aſcendit in cœlum.* Tanquam ſi omnia elementa, aër conturbatione, terra commotione, ignis in procella ignea, aqua diffuſa tempeſtate horribili, darent famulatum, & venerationem Magno Eliæ tanquam eorum dominatori, ac Imperatori, ut dixi in hac quæſtione. 48.

Eccleſ.42. Septuag. Vatablus. Exod 19. Hebr. 12. Philo.

Quartum decimum Eliæ donum, ac prærogativa. Quod deſignatus ſit tanquā Apoſtolus in 49.

ultimis

14. Donum Eliæ. Matth. 17.

ultimis temporibus adventurus, ad reſtituenda omnia, *Matth.* 17. Qui ſcriptus es in judiciis temporum lenite iracundiam Domini, ut jam dixi ſuperiori quæſt. *num.* 6. Tunc enim adveniet Elias, ſuis meritis, ſua prædicatione, doctrina, ac exemplo ad tam terribili tempore placandam iram divinam, propugnans, ac cuſtodiens Eccleſiam, confirmans in fide, ac corroborans electos, deſtruens, ac conculcans falſas nequitias, ac inſidias Antichriſti, & denuntians proximum Chriſti adventum. Inde dicitur Pſalm. 96. num 3. *Ignis ante ipſum præcedet*; Elias nempe, de quo dicitur Eccleſiaſt. 48. num. 1. *Surrexit Elias Propheta tanquam ignis.*

Pſal. 96. Eccleſ. 48.

50\. Et tunc Elias, & Henoch denuntiantes Chriſti adventum munere Apoſtolico fungentur. Ait Paulus 1. Corinth. 4. num. 9. *Puto, quod Deus nos Apoſtolos noviſſimos oſtendit.* Per noviſſimos Apoſtolos Eliam, & Henoch intelligit. Sic interlinealis, *Apoſtolos noviſſimos ſimiles Eliæ, & Henoch.* Similiter interpretantur Gloſſa ordinaria, S. Brunus, Magiſter Sentent. Cardinalis Hugo, & præ cæteris audiendus eſt D. Ambroſius ad citatum locum Pauli: *Hoc ideo*, ait, *perſona ſua deputat, quia ſemper in neceſſitate fuit, perſecutiones, & preſſuras ultra cæteros paſſus, ſicut paſſuri ſunt Elias, & Henoch, qui ultimo tempore futuri ſunt Apoſtoli: mitti enim debent ante Chriſtum, ad præparandum populum Dei.* Similiter D. Anſelmus. *Puto*, ait, *& pro certo ſcio, quod Deus hos Apoſtolos noviſſimos oſtendit mundo, quibus nulli ſuccedent Apoſtoli tam perfecti, tam neceſſarij ſaluti hominum, quales apparebunt in noviſſimo tempore Elias, & Henoch, quos Deus reſervat, ut filios Iſraël ab Antichriſti ſeductione liberent, hos oſtendit noviſſimos, id eſt illis noviſſimis præconibus conſimiles.*

1 Corinth. 4. Interlin. Gloſſa. S. Brunus. Mag. Sent. Hugo. D. Ambr. D. Anſelm.

51\. Videns Apoſtolus Paulus, quod inter Corinthios multi verſabantur, qui perverſo, ac diabolico animo contra ejus Apoſtolatum detrahentes inſurgebant, ut ſuam Apoſtoli dignitatem tueretur, ait: *Puto quod Deus nos Apoſtolos noviſſimos oſtendit*, ut multas contrarietates, ac perſecutiones pro prædicatione Evangelica ſuſtineam, ut etiã ſuſtinebunt Elias, & Henoch prædicantes contra Antichriſtum, qui tanquam Apoſtoli præcedent adventum Chriſti ad judicium, & ut etiam deſtruant Antichriſtum.

1. Corinth.

52\. Quia tria, quæ juxta D. Thomam requiruntur ad munus Apoſtolicum, maximè fulgebunt in Elia, & Henoch, qui magnis ſignis reſplenduerunt illuminantes totum orbem per ſe, ac ſuos diſcipulos, ut ſatis latè, & doctè probant M. Petrus Munoz, Malveda, ac multi alij, quos citavi *tom. 1. in Apocal. cap. 11. quæſt. 9. n. 70. 71. 72. 73.*

D. Thom. Munoz. Malveda.

53\. *Quintum decimum Eliæ donum, & prærogativa*, ut ſanguine ſuo Antichriſtum perimat, & occidat. Sic ait Tertullianus lib. de Anima cap. 50. *Henoch, & Elias*, ait, *morituri reſervantur, ut Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant.* Res nova, & inaudita, ſanguis hominis demortui, hominem vivum, & toto in orbe imperantem poteſt perimere, ac occidere! ô magnum donum, ac prærogativa ſanguinis Eliæ, etſi ſanguis ille eſſet mortuus ad vivificandum corpus Eliæ ad actiones ac operationes vitales videndi, audiendi, ac loquendi; At verò ut flammeo zelo Eccleſiam Dei cuſtodiat, ac ut omni modo pro illa propugnet, & deſtruat ejus adverſarios, omnino de vivus erat; tam alte, ac efficaciter in illo ſanguine erat ſigillatum, ac impreſſum Eccleſiam Dei cuſtodire, ac pro ejus defenſione ſtare, & contra ejus adverſarios pugnare, ut inde fieret quod & ſi ſanguini illi deſit vita ad vivificandum corpus Eliæ ad functiones vitales, tamen fieri non poteſt, ut ſanguini illi deſit vivacitas, ac generoſitas, ut Eccleſiam Dei cuſtodiat, ac pro ea bellum gerat, ut omnes ejus contrarios interficiat, & perimat, *ut ſanguine ſuo Antichriſtum extinguant.* Ut Chriſti fideles vivant, & qui erroribus Antichriſti ſunt decepti, agnita veritate ad ſalutem, & vitam veniant.

Tertullian.

54\. Aliqualem odorem, umbram, ac veſtigium videtur participare ſanguis Eliæ à ſanguine Ieſu Chriſti: mortuo meo Ieſu pendente in cruce *unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuò exivit ſanguis, & aqua.* Ioan. 19. num. 34. D. Cyprian. D. Auguſtin. ut dixi *tom. 5. in Evangelia lib 8. cap. 20 quæſt. 11. n. 65.* Auguſtinus inquit: *A latere illo Sacramenta Eccleſiæ manarunt, ſine quibus ad veram vitam non intratur.* Sanguis in corpore mortuo nec dat alimentum; nec nutrimentum, quomodo fieri potuit, ut à corpore mortuo exiret ſanguis emanans ſalutifera Sacramenta? Et ſi ſanguis ille Sacratiſſimus mortuus eſſet in corpore Chriſti ad vegetandas vitales facultates videndi, audiendi, ac loquendi, vividiſſimus tamen erat in ſupremo, ac altiſſimo gradu vitæ, ut profunderet ſalutifera, ac vivifica Sacramenta ad alimentum, ac nutrimentum ſuæ Eccleſiæ, quibus filij ejus producerentur ad vitam, & cuſtodirentur ab omni malo. De ſanguine Eliæ dicitur. Mortui reſervantur, ut ſanguine ſuo Antichriſtum extinguant. Et ſi ſanguis in corpore Eliæ defunctus haberetur ad ſpiritus animales miniſtrandos, valdè tamen vitalis eſt ad cuſtodiam, & protectionem Eccleſiæ, ut interficiat crudelem ejus inimicum, ut inde omnes agnoſcant veritatem, & Chriſtum Ieſum adorent, ut producantur in vitam, & ſalutem æternam.

Ioan. 19. D. Cyprian. D. Auguſt.

55\. Ex quo fit, quam gratiſſima ſit Deo oblatio mortis Eliæ, cum interfecto Antichriſto multorum pariat ſalutem, & vitam, convertens corda Patrum in filios, & corda filiorum in patres eorum. Rectè Elias dicitur à Tertulliano lib. 4. contra Marcion. cap. 22. *Conſummator novi Teſtamenti.* Chriſtus D. fuit principium, ac initium novi Teſtamenti, qui ſuo pretioſiſſimo ſanguine nos redemit, ac filios Dei adoptivos, cohæredes regni Dei effecit. Conſummator novi Teſtamenti eſt Elias, qui in fine mundi venturus, ut omnes ſua prædicatione ad Chriſtum Ieſum adducat, ut omnes ipſum ut verum Deum recognoſcant, ac adorent.

Tertullian.

56\. *Decimum ſextum donum, ac prærogativa Eliæ*, quod in myſterio Transfigurationis vocatur ad Conſilium cum Chriſto in magna gloria: *Ecce duo viri loquebantur cum eo. Erant autem Moyſes, & Elias viſi in majeſtate, & dicebant exceſſum ejus, quem completurus erat*

16 Donum Eliæ.

in

Luc. 3. *in I. raſalem*. Luc. 9. num. 30 31. vocatur Elias
in conſilium, ut late dixi ex communi ſenſu
ſanctorum Patrum *tom. 4. in Evang. cap.* 8.
quaſt. 12. 13. Et quomodo vocatur in conſi-
Rom. 11. lium; Cum Apoſtolus dicat Rom. 11. n. 34.
Quis Conſiliarius ejus fuit? Tamquam ſi dicat,
D. Bernard. nullus, aut rarus, ut exponit D. Bernard.
epiſt. 107. & non vocantur ad hoc conſilium
Seraphim, Cherubim, ſpiritus pleni ſcientiæ,
vel alij ex ordine ſpirituum Cæleſtium, nec
vocantur ex hominibus puros & innocens
Abel, nec Jeremias ſanctificatus in utero ma-
tris, nec Abrahamus Pater fidei, ut ait Apo-
ſtolus, ac ornamentum omnium virtutum, ut
D. Ambr. ait D. Ambroſ ſed vocantur Moyſes, & Elias.
Tertullian. Tertullian *lib. 4. contra Marcion c. 23.* ait *Viſus
eſt Chriſtus gloriam ſuam communicare cum
principalibus ſuis.* Vocantur iſti duo tanquam
primi, & principales tam in ordine Angelico,
quam humano; & ideo tantum honorantur
à Chriſto, ut veniant in Conſilium ſupremi,
& altiſſimi negotii, redemptionis nempe ge-
neris humani; & cui nullus ut Conſiliarius,
hos ſervos ſuos ita vult extollere, ac ſublima-
re, ut eos habeat in Concilium. Ait Petrus
ad Jesum: *Domine ſi vis, faciamus hic tria*
Matth. 17. *tabernacula; tibi unum, Moyſi unum Elia*
Tertullian. *unum.* Quæ verba expendens Tertullianus
alibi datus adverſus Pſychicos c. 6. *quid* ait,
*tu Elia hic? Tanta eſt circumſcripti victus præ-
rogativa, ut Deum praſtet homini contubernia-
lem, parem revera pari.* Expende magnam
exaggerationem, *Parem revera pari.*

57. D. Lucas. *Viſi in majeſtate* addit D. Lucas, Syriacus,
Syriacus. *viſi in gloria.* Conſidera quam magnus, &
excelſus ſit Elias, ut coram ſupremo Domino
Chriſto Jesu, ad cujus præſentiam, ut ait
Iſai. 40. Iſaias 40. n. 17. *Omnes gentes quaſi non ſint, ſic
ſunt coram eo, & quaſi nihilum, & inane, repu-*
Foretius. *tata ſunt ei.* Quaſi *nihilum.* Foretius legit
Plusquam nihilum, ideſt quid inferius nihilo,
tamen Elias in tanta æſtimatione repatatur,
ut coram ſupremo Domino appareat *in glo-
ria, & majeſtate*; Sæpe Angeli apparuerunt
hominibus, ut Abrahamo, Agpr. Iacobo,
Moyſi, Ioſue, Gedeoni, ac Davidi, tamen
abſque aliquo pompoſo apparatu, at Elias
cum gloria, & majeſtate, ut hic in præſenti;
in cœlum fertur tanquam triumphator in
curru igneo, de quo multa dixi in hac quæ-
ſtione, Dono 13. Et quando ſymbolicè de
Apocal. 11. ipſo agitur, ac Menoch in *Apocalypſi 11.
n. 4.* valde magnifice celebratur: *Hi ſunt dua
Oliva, & duo candelabra in conſpectu Domini
terra ſtantes.* Lucent, & reſplendent, non tan-
tum coram hominibus, ſed etiam coram Do-
mino; cum Antichriſtus occidet eos poſt tres
dies reſurgent: *Et audierunt vocem magnam
de cœlo dicentem: Aſcendite huc, & aſcende-
runt in cœlum in nube, & viderunt illos inimi-
ci eorum Apocal. 11. num.* 12. Valde glorioſè
in cœlum aſcendunt, ad ſimilitudinem, ac
imitationem Chriſti, ut ibi ſatis explicaui
q. 24. & maximè notandum; quod Chriſtus
aſcendit in cœlum *videntibus illis.* Hoc eſt
Actor. 1. fere centum viginti. Actor. 1. n. 15. Quia ut
Actor. 10. ait Petrus Actor. 10. num. 40. *Dedit eum Deus
manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus*
D. Auguſt. *præordinatis à Deo.* Vnde ait. D. Auguſtin.
Tract. 76. in Ioan. verſ. ultimo. *Suſcitatum
Chriſtum nemo impiorum vidit.* At ſuum ſer-
vum Eliam ita voluit Chriſtus ſublimare, ac
exaltare, ut etiam videntibus omnibus, ac
ejus inimicis aſcendat in cœlum tam ad ma-
jorem gloriam ejus, quam ad confuſionem
ipſorum inimicorum.

In hoc admirabili Transfigurationis arca- 58.
no tantiſper ſubſiſte Lector: *Aſſumpſit IESVS
Petrum, Iacobum, & Ioannem fratrem ejus, &
transfiguratus eſt ante eos,* Matth. 17. num. 1. Matth. 17.
Commune dubium, cur ex omni Apoſtolo-
rum collegio hos tres elegit, de quo multa di-
xi *tom 4. in Evangelia c.* 8. Nunc etiam non
incongrue dicam, in his tribus tria ſubſtan-
tialia religionis vota denotabantur: in Petro
obedientia, in Iacobo *Paupertas*; in Ioanne
caſtitas; Inde præ cæteris hos tres ad tantam
gloriam advocat, ut ipſa tria Religionis vota
maximè nobilitaret, ac condecoraret; inde
conſequens erat, ut Elias *in majeſtate appare-
ret.* Luc. 9. num. 30. Si enim tanta gloria con- Luc. 9.
decorabantur tria Religionis vota; etiam
Elias illorum actor, & inſtitutor, multa de-
buit majeſtate inſigniri, ac reſplendeſcere,
cum Deus eſſet daturus legem, multa, & ma-
gna ſigna præceſſerunt. *Totus mons fumabat;
ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare ful-
gura, & nubes denſiſſima operire montem,
& clangor buccinæ vehementius perſtrepebat.*
Exod. 19. num. 16. Inſuper cum Moyſes deſ- Exod. 19.
cenderet de monte ferens legis tabulas *igno-
rabat quod cornuta eſſet facies ſua.* Exod. 34. Exod. 34.
num. 29. Caldæus *ignorabat, quod multipli-* Chaldæus.
catus eſſet ſplendor gloria vultus ſui. Quando
Deus daturus erat legem, quod tot ſigna ma-
jeſtatis radiarent; bene intelligitur; ut Deus
nobilitaret ſuam legem, & ut à ſe datam, ut
ait Procopius Gazæis: *Fulgura viſebantur in* Procopius.
*monte Sina, qua erat typus Divina lucis, &
ſplendoris in lege.* Sed ad quid etiam in vultu
Moyſis tanta gloria fulget? ſi Deus tot ra-
diantibus majeſtatis ſignis, voluit legem no-
bilitare, ac condecorare, ſic etiam & illius
promulgatorem, ut inde nobilitas legis ma-
gis reſplendeſceret.

Decimumſeptimum donum, ac prærogativa 59.
Elia, quod ante communem reſurrectionem 17. Donum.
corpore, & anima feratur in cœlũ tanta glo- Eliæ.
ria, ac majeſtate: ad quod reſpondet D. Tho-
mas citato loco Apocal. 11. n. 12. & aſcende- Apocal 11.
runt in cœlum in nube, ait Angelicus Do-
ctor: *Hoc erit, quia nobilitavit eos Dominus
hoc privilegio, ut ante alios reſurgant propter
prærogativam gratia, & meritorum in ſpeciali
teſtimonio, in vita, doctrina, & martyrio, ſub
tempore tam acerba perſecutionis, ſicut privi-
legiati fuerunt, & prius in longitudine vita, &
loco, & modo vivendi.* Tam præclara, & excel-
ſa merita, vita, doctrina, zelo, ac martyrio non
fuerunt remuneranda cum aliis, ſed valde an-
ticipatè, & peculari, ac particulari modo, &
tempore. Anima ſeparata à corpore tribus
diebus jacuit corpus Chriſti in ſepulchro, &
poſtea glorioſe reſurrexit. Matth. 12. n. 40. Matth. 12.
& 28. n. 1. ad ſimilitudinem filii ſui anima ſe- Matth. 28.
parata à corpore jacuit corpus Sacratiſſimæ
Virg. Mariæ in ſepulchro tribus diebus, &
tertia die, anima unita corpori glorioſe reſur-
gens, magnifico, ac pompoſo apparatu aſ-
cendit in cœlum, ut docent D. Athanaſ. ſerm. D. Athanaſ.

de

Sophron. D. Damaſc. de Deipara Sophronius epiſtol. de Aſſumptione Virg. D. Damaſcen. Orat. 2. & 2. de Dormit. Virginis, ad hujus rei umbram honorat Deus ſervum ſuum Eliam, ut poſt triduum cum dimidio anima ſeparata à corpore ei reuniatur, & ipſe glorioſus triumphator in nube aſcendat in cœlum.

60. *Decimum octavum Eliæ donum, & prærogativa.*
18. Donum. Tanta Divina gratia, ac cœleſti favore inſignitus eſt, quod cum Chriſtus Dominus in ultima cœna ſacram Euchariſtiam institueret, eamque per ſuos Apoſtolos in pignus ſui amoris diſtribueret, etiam præſentes aderant Elias, & Henoch, qui cum Cœteris Apoſtolis è manibus Chriſti cœleſte pabulum acceperunt, ut revelatum fuit venerabili
Maria de Iesu. *Mariæ de IESV* ex Seraphico Ordine ſancti Franciſci, & refertur in ejus vita, ac à graviſſimis Patribus ſacræ Societati Jesu, de quo latius dixi *Opuſculo 2. Reſol. 33. quæſt. 4.* quod totum alta, & admirabili Divina providentia ordinatum eſt; nam ſi Deus volens oſtendere ſuam
D. Cyrill. ſupremam charitatem, ut ait Noſter D. Cyrill. in Ioan. erga ſuos Apoſtolos, ſua propria carne, ac ſanguine eos alimentavit, hanc tantam gratiam, quam præſentibus Apoſtolis exhibuit, voluit etiam noviſſimis, & ultimis Apoſtolis Eliæ, & Henoch communicare; nam ſi præſentes Apoſtoli tam illuſtri gratia condecorabantur, quia hoc divinum myſterium prædicaturi erant per totum orbem, conveniens etiam erat, ut illius participes fierent, quorum zelo, prædicatione, ac induſtria tam admirabile myſterium contra Antichriſtum perſeveraturum erat in orbe; vide *tom. 3. c. 31. q. 16. n. 102. 103.* &c.

61. *Decimum nonum Eliæ donum, ac prærogativa,*
19. Donum. quod à Deo deſignatus ſit tempore Antichriſti tanquam munimen, ac ſtabilimentum totius Eccleſiæ, cum magna utilitate, ac fœcunditate fidelium. Oſtenditur Zachariæ Prophetæ candelabrum aureum, ſimulque *erant duæ olivæ, ad dexteram candelabri, & ad*
Zach. 4. *ſiniſtram ejus*, Zachar. 4. num. 15. Per candelabrum intelligitur Eccleſia Catholica. Ita
Tychon. Tychonius *homil. 8. in Apocal.*
D Cyrill. S. Cyrill. Alexandrin. ibi, & etiam
Ribeira. Sà. Malveda. Réibeira, Sà, Malveda citandus, quærit tamen Propheta ab Angelo, quidnam erant illæ duæ olivæ; reſpondens ait: *Iſti ſunt duo filii olei, qui aſſiſtunt dominatori univerſæ terræ*, ibid. num. 14. Elias, & Henoch *hebraica phraſi* dicuntur *filii olei*. Quæ denotat pinguem, fertilem, uberem, optimũ,
Iſai. 5. *Iſai. 5. num. 1.* Terra Iudæa appellatur *cornus filius olei*, id eſt, *pinguis fertillis*; ut transferũt
Chaldæus. Chaldæus, & Septuaginta; dicuntur ergo Elias, & Henoch *filii olei.* id eſt omnibus divinæ gratiæ unguẽtis affatim perfuſi, & delibuti, ſpirituſque pinguedine fertiles tam in ſe, quam erga alios, quos ſua prædicatione replebunt.
Alii codices. In aliquibus codicibus vulgatæ editionis habetur. *Iſti ſunt duo filii olei ſplendoris.* Quia in tam denſis tenebris errorum, ac falſitatum; maximè in omni virtute, ac ſanctitate ſplendebunt. Dicũtur *ad dexteram, & ſiniſtrã.*
Malveda. Melveda *tom. 2. de Antichriſto, lib. 10. cap. 18. §. quod verò.* Iſti nempe duo filii olei Elias, & Henoch in illo periculoſo tẽpore utrumque brachium, ac manũ Eccleſiæ magno robore, fidelique miniſterio ſubſtentabunt. Ad plantandam fidẽ Evangelicam, multos præclariſſimos viros elegit Chriſtus, de quibus dicitur per Abdiam, verſ. 21. *Ecce aſcendent ſalvatores in montem Sion.* At ad ſuſtentandam ipſam fidẽ in ſumma perſecutione, qualis nõ fuit ab initio, nec erit, hi duo magni viri deſtinantur. Abdias.

Vigeſimũ Eliæ donum, & prærogativa, quod 62.
tam magnifico nomine appellatus, & dictus 20. Donum.
ſit Elias, quod idem valet, *ac Dominus Deus*; de quo multa dixi tom. 3. in Evangelia c. 31. q. 12. n. 72. 73. & 74. *Vigeſimum primum Eliæ* 21. Donum.
donum, ac prærogativa, quod magnifica morte inſignitus ſit, dum crucifixus moritur in monte Calvario ad Chriſti imitationem, ut dixi *tom. 1. in Apocal. cap. 11. quæſt. 21. n. 167. & q. 22. n. 177.* ex mente D. Thomæ *Vigeſi-* D. Thom.
mum ſecundum Eliæ donum, quod maximè il- 22. Donum.
luminatus ſit magna cognitione cœleſtium myſteriorum, magnaſque revelationes à Deo acceperit, de quo dicam quæſt. ſequenti. *Vi-* 23. Donum.
geſimum tertium donum Eliæ, quod magnis elogiis celebretur ab Spiritu ſancto in ſcriptura, & à ſanctis Patribus in ſuis ſcriptis de quo infrà quæſt. 4. *Vigeſimum quartum.* Elias Magnus, & eximius Prædicator. Nam quidam 24. Donum.
prædicabant cum alii populos prædicatione inſtruebant: At Elias tam ferventi ſpiritu præditus eſt, ut tunc prædicaret, quando relictus eſt ſolus, & nullus audebat pro Deo facere; vide *tom. 3. c. 31. q. 15. n. 93. 94. & 95. & ſeqq.* *Vigeſimum quintum Eliæ donum, ac*
prærogativa, quod cum votorum vinculo pri- 25. Donum.
mus hominibus viam in cœlum oſtendit; de quo latè infrà *Reſol. 3.*

QUÆSTIO III.

Elias maximè notabilitatur divinis revelationibus, ac cognitione cœleſtium myſteriorum. Nubecula parva.

SUMMARIUM.

63 *Orandum in ſecreto.*
64 *Elias habuit revelationem puræ Conceptionis Virginis Mariæ, & n. 65. & 66.*
67 *Virgo ſacratiſſima Chriſti veſtigium.*
67 *Virgo ſanctiſſima valde peculiariter à Chriſto redempta.*
69 *Elias habuit revelationem de myſterio Euchariſtico, & n. 70. & 71.*
72 *Elias illuſtratur lumine Divini ſpiritus.*
73 *Elias in monte Carmeli docebat, ac prædicabat.*
74 *Elias in multis, figura, ac typus Chriſti, & num. 75.*
76 *De ratione Prophetæ eſt, quod intelligat ſenſum illius, quod dicit, ac facit.*
77 *Tamen ad rationem Prophetæ non pertinet intelligere omnes ſenſus ab ſpiritu Sancto intentos.*
Elias ut magnus Propheta intelligebat myſteria, quæ in ſuis factis denotabantur, ibidem.

IN hac quæſtione quatuor dicam, duo ſatis 63.
communia, & duo ſatis peculiaria. Cum

Digitized by Google

Elias ex Dei mandato ſeſe exhiberet præſentem Achab, atque ex ejus ordinatione ad montem Carmeli convocarentur omnes ſacerdotes Baal, totuſque populus Iſraël idololatria deceptus, & peractum fuiſſet ſacrificium ab Elia, elapſo igne de cœlo, quod cum vidiſſet populus cadens in faciem clamavit: *Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.*
3.Reg.18. 3.Reg.18. num.39. Deinde ad magis firmandam, ac corroborandam fidem omnipotentis Dei, mandat populo: *Apprehendite Prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat ex eis.* Vt tanta peſtilentia totaliter eradicaretur, & ne illius aliquod fomentum, vel ſcintilla remaneret. Deinde cum Elias aſcendiſſet in verti-
D.Chryſoſt. D.Naziana. Orandum in ſecreto. cem Carmeli, monent D. Chryſoſtomus, D. Nazianz. apud Gloſſam, quòd ad orationem ſolitudo, ac ſeceſſus quærendus. *Et pronus in terram, poſuit faciem ſuam inter genua*; id eſt genibus flexis, totus proſtratus in faciem ſuam ſuper terram humiliter, fervido, ac inflammato animo orat Deum.

64. Deus ſuorum ſervorum maximè remunerator, tanta merita Eliæ in præſenti occaſione exhibita, eum condecorat, ac nobilitat illuſtriſſima viſione. *In ſeptima autem vice, ecce nubecula parva, quaſi veſtigium hominis aſcen-*
3.Reg.18. *debat de Mari*, 3.Reg.18.n.44. In qua nubecula aſcendenti de Mari repræſentata eſt ei pura, & ſancta, ac immaculata Conceptio ſanctiſſimæ Virginis Mariæ.

65.
Ioan. Ieroſ. Ita teſtatur graviſſimus, & antiquiſſimus Auctor Ioannes Ieroſolymitanus, qui floruit circa annos 400. *lib. de Inſtit. Monach. cap.* 32. ait: *Per illam nubeculam revelavit Deus Eliæ, quod quædam infantula, ſcilicet B. Maria, per illam nubeculam ſignificata eſt; & inſtar illius nubeculæ per humilitatem parva naſceretur de humana natura peccatrice, deſignata per Mare. Quæ infantula jam in ſuo ortu eſſet munda ab omni peccatorum ſorde; & quemadmodum nubecula illa fuit de mari amaro, tamen ſine aliqua amaritudine licet tamen nubecula illa eſſet originaliter à Mari, alteriuſque proprietatis. Mare quippe ponderoſum eſt, & amarum; ſed nubecula illa levis fuit, & dulcis, ſic autem B. Maria de mari; ſcilicet natura humana, aliter tamen fuit orta.* Similiter rem differunt,
Vualdenſ. Carthagena. Petr. Oxeda. Ægidius. Salazar. Eſcobar. Flores. & explicant noſter Vualdenſis *tom. 3. de Sacramentalibus, tit. 9. c. 89.* Carthagena *to. 4. homil. pro Carmelitis*, Doct. Petrus Oxeda *in informatione pro illibata Concept. Virg.* Ægydius Luſit. *de Concept. Virg. lib. 3. quæſt. 4. art. 1. §. 1. n. 8.* Doctor Fernandez de Salazar. *de Concept. Vig. 38. num. 11.* Doct. Antonius Eſcobar de Mendoça *ad 3. Reg. 18. num. 4.* Doctor. Alphonſus Flores *in Eccleſiaſt. n. 577. & 1668.*
Adrian. Lyr. Chryſogon. Marratius. Clithoveus. Adrian. Lyræ. *Triſag. Mariani lib. 1. ſono 30.* Laurentius Chryſogonus *in ſuo mundo Mariano diſcurſ. 17. n. 49.* Marratius *de fundatoribus Marianis, cap. 1.* Iodocus Clithoveus *Canonic. Colonienſ. in inſigni ſerm. pro Ordine*
Iuſtinus. *Carmelitano.* Iuſtinus Michovienſis Ordinis Prædicatorum *in celebri opere ſuper Litanias*
Ioſeph. And. *Lancti anas diſcurſ. 232. §. 2. n. 6.* Doctor Ioſeph Andræas *decoro Carmeli.* 30. Ecce tot, & tam graves Doctores ex multis ſacris Ordinibus, & maximè ex ſacra Societate Iesu, ex noſtra familia multos poterã apponere, præter Vualdenſem citatum tres refero, Doctiſſimum Ioannem Bachonium *in 4. diſt. 2. q. 3.* Bachon.
art. 3. Mag. Lezanam *de Concept. cap. 2. fol. 7.* Lezana.
& 1. tom. Annal. ad annum mundi 4037. n. 8. Franc. Bonæ
& Magiſtrum Franciſum Bonæ Spei *lib. de* Spei.
Concept. diſp. 3. præſuppoſitione 2. num. 132. & deinceps; de quo etiam ergo dixi *tom. 1. in Evang. lib. 1. cap. 3. quæſt... num. 5.* Altius nunc rem expendamus.

Cum Elias poſitus eſſet in alta meditatione, 66.
& puer reſpexiſſet ex mandato ejus ad mare mediterraneum. *In ſeptima autem vice, ecce nubecula parva, quaſi veſtigium hominis aſcen-*
debat de Mari 3.Reg.18.n.44. In ſeptima vi- 3.Reg.18.
ce, hoc eſt in ſeptima ætate, ſicut explicat
Eſcobar de Mendoça, ait ipſe; ſeptem illi de- Mendoza.
curſus ſeptem dona Spiritus ſancti repræſentant. Vna enim Deipara data eſt orbi, quaſi omnium donorum Dei colligatio, ait: *Ecce nubecula*; illa particula, *ecce* in Scriptura denotat rem grandem, & maximè conſiderandam: *Nubecula.* Valdè vulgare eſt apud D. Hieron. & Patres per nubem, ſanctiſſimam
Virginem ſignificari, ait Salazar. imò in of- Salazar.
ficio ſolemnis commemorationis Beatiſſimæ D. Hieron Breviar.
Virg. de monte Carmel. appellat eam *nubeculam Virginis typo in ſignum.*

Aſcendebat de mari; nubes quamvis à ma- 67.
ri exoriatur, tamen diſtinctæ qualitatis eſt ab eo. Mare amarum eſt, gravidum, ponderoſum, opacum, & nigrum, & ſterelizans terras; nubes verò valdè ſeparata ab his imperfectionibus; nam dulcis eſt, levis, lucida candida, ac maximè fœcundans; ſic & Beatiſſima Virgo, quamvis orta ſit de humana natura amara, ponderoſa, ac peccato denigrata; ipſa tamen tota pulchra eſt, ſine ulla macula humanæ propaginis, undique venuſtiſſima, cuncta fœcundans ſua prece, ac gratia.

Quaſi veſtigium hominis. Et cujuſnam ho- 68.
minis erat veſtigium, apud nullum, quem legi, explicatum inveni, illud tamen ſuo alto
acumine nobis explicat Magnus Auguſtinus D. Auguſt.
ſerm. 201. de tempore, quod probat ex Evangelio, & ait: *Ne fortè aliquis dubitet, nubem illam veſtigium hominis habuiſſe, dixit, illius utique hominis, qui dixit, quem dicunt homines eſſe filium hominis.* Nubes illa erat veſtigium veri hominis Chriſti Iesu. Chriſtus totus ſanctus, ac immaculatus: nubecula illa, nempe Virgo ſacratiſſima, tota pura, ſancta, & immaculata, Chriſtus Iesus ſanctus, purus, & immaculatus per eſſentiam, & naturam, utpotè verus filius Dei, Virgo ſanctiſſima tota pura, ſancta, & immaculata per gratiam, & dona ſancti Spiritus; utpotè veſtigium veri illius hominis Chriſti Iesu.

Ecce nubecula parva quaſi veſtigium hominis 69.
aſcendebat de mari. Hebraïcus legit: *Quaſi vo-* Hebraicus.
la hominis. Vatablus, *ad magnitudinem vola* Vatablus.
hominis. Chaldaicus: *Nubes parva, ſicut vola* Chaldæus.
manus hominis. Aſcendit de Occidente, id eſt mari Mediterraneo. Vola, tam de pedibus quã de manibus dicitur; & propriè eſt curvitas, ſeu palma tam pedum, quam manuum, & Virgo ſacratiſſima, cum ob ſuam humilitatem ſe Domini ancillam reputaret, ad Chriſti pedes ſe exhibet, & repræſentat: pedes enim famulorum proprius locus, ſic Abigail ad Davi-
dem 1. Reg. 25. n. 24. *Cecidit ad pedes ejus*, ſci- 1.Reg.25.
licet Davidis, *loquatur obſecro, ancilla tua*

in

in auribus tuis. Cum ſe ancillam dicit, ad pe-
des procumbit: Si verò cum Chaldæo refe-
ras ad manum. *Nubes parva, ſicut vola manus*
hominis; quia in ipſa Deus, *fecit potentiam in*
Luc. 1. *brachio ſuo*, ut ipſa celebrat in ſuo Cant. *Luc.* 1.
n. 50. Dum in ea operatur ineffabile Incarna-
tionis myſterium; ac etiam dum Deus ipſam
ſanctiſſimam Virginem tam puram, ſanctam,
& immaculatum creavit, ut D. Damaſcenus
ſæpè à me citatus, ipſam appellet, *Miraculum*
miraculorum maximum.

70. Et maximè notandum: Ecce nubecula par-
va, quaſi veſtigium hominis, ſeu vola homi-
nis, ſive palma manus, vel pedis hominis
Chriſti Iesu, juxta varias lectiones proximè
adnotatas. Et cur ſanctiſſima Virgo pura, &
immaculata in ſua Conceptione, ſe potius ex-
hibet, ac oſtentat in vola, ſeu palma manuum,
ac pedum Chtiſti In manibus, ac pedibus no-
ſtri Salvatoris inflicta fuerunt vulnera, ſeu
plagæ, quibus Chriſtus nos redemit, ibi inſi-
gniter apparet ſanctiſſima Deipara, quia infi-
nito pretio illorum vulnerum ipſa inter om-
nes pura creaturas, valdè ſingulariter à filio
ſuo Iesu fuit redempta, ut eſſet pura, & im-
maculata in ſua Conceptione abſque ulla la-
be peccati originalis, & illo pretioſo ſangui-
ne, magno gratiarum, donorum, & privilegio-
rum imbre impinguata, ſublimata, ac exaltata.

Elias ſub Iunipero.

71. Cum Elias dormiret ſub Iunipero, excitata-
tur ab Angelo, & panem oblatum comedit. *Et*
ambulavit in fortitudine cibi illius quadra-
ginta diebus, & quadraginta noctibus uſque ad
3. Reg. 19. *montem Dei Horeb*, 3. Reg. 19. num. 8. Abu-
Abulenſ. lenſis contendit, quod hic panis erat commu-
nis, cui Deus dedit talem virtutem ad corro-
borandum Eliam, ut per tot dies alio cibo nõ
Auct. Mirab indigeret. Auctor mirabilium ſacræ Scriptu-
ræ apud D. Auguſtinum *lib* 2. *cap.* 19. aſſerit
hunc panem fuiſſe mirabiliter factum mani-
bus Angelorum, cui à Deo indita eſt virtus
ad cortoboraodas vires Eliæ per quadraginta
dies, imò etiam per plures, quibus manſit in
ſpelunca, imò & per plures alios, dum ex Dei
mandato juſſus, ut ex Horeb tenderet in Iſraël
3. Reg. 19. pet deſertum, 3. *Reg* 19. *n.* 15. Per deſertum
non poterat facilè habere alimentum neceſſa-
Abulenſis rium ad vitam; & inde Abulenſis *ad citat.*
c. 19 *q.* 8. Quod Elias ſolo illo pane alimenta-
tus eſt per quadraginta dies uſque ad montem
Horeb, & diebus, quibus ibi manſit, & illis
diebus, quibus reverſus eſt in Iſraël. Ita ait
citatus Abulenſis. *Nam ſicut per deſertum ivit,*
ita & per deſertum rediit, & fortè fuerunt om-
nes iſti dies plures, quam centum.

72. In hoc admirabili Eliæ pane agnoſcunt
ſancti Pattes Euchariſticum myſterium, ut in
D. Paſchaſ. typo, ac figura. D. Paſchaſ. *lib. de corpore, &*
Algerus. *ſanguine Chriſti* c. 10. Algerus *lib.* 2. *de Sacra-*
Rupertus. *mento Altaris cap* 1. Rupertus, *lib.* 5. *Reg. c.* 10.
D Proſper. D. Proſper *lib.* 2. *Prædict. & Promiſſionibus,*
Beda. *cap.* 28. ait, *Panis Eliæ eſt corpus Chriſti*. In
Eucheri. eadem interpretatione hoc loco in præſenti
Angelom. ſunt Beda, Eucherius, Angelomus, Catthu-
Carthuſian ſianus, Cardinalis Hugo. Et ita tenet Eccleſia
Hugo in Breviario Romano ad feſtum Corporis
Breviarium Chriſti in primo Nocturno; & Breviarium,
Carmelitan. ad feſtum corpotis Chriſti in
primo Nocturno, dum hunc panem Eliæ, ut
figuram accommodat ad cœleſtem, & divi-
num panem Euchariſticum, quod autem
Elias de tanto myſterio habuiſſet illuſtratio-
nem, patebit ex dicendis ad finem hujus quæ-
ſtionis.

Elias in Horeb.

Cum Elias exiſteret in monte Horeb in 73.
ſpelunca, & pertranſiſſet ventus vehemens,
ac validus ſubvertens montes, & conterens
petras, magnaque terræ commotio, ac tan-
dem ignis flagrans, ut jam explicavi ſuperio-
ri quæſt. In ſeptimo Eliæ dono. num. 24. poſt 3. Reg. 19.
ignem advenit *Sibilus auræ tenuis*. 3. Reg. 19. Tertullian.
n. 12 ſeu ut legit Tertullianus *lib.* 4. *contra*
Marcion. cap. 23. *Vox ſpiritus mitis*, Qui erat
vox Divini Spiritus venientis ad illuminan-
dam, ac illuſtrandam mentem Eliæ in ſubli-
mi cognitione magnorum myſteriorũ. Hanc
cogitationem, & non vulgarem nobis dat D. D. Gregor.
Gregor. Mag. lib. 5. Moralium cap 25. & ait:
Quid per vocem auræ lenis, niſi Spiritus San-
cti cognitio deſignatur. Qui tamen ſuper Apo-
ſtolos veniens per exteriorem ſonum, tanquã per
vehementẽ ſpiritum demonſtratur, cum dicitur.
Factus eſt repente de cœlo ſonus, tanquam Actor. 2
advenientis ſpiritus vehementis *Actor. S. San-*
ctus enim Spiritus, cum ſe notitia humana im-
becilitatis inſinuat, & ſonitu vehementis ſpiri-
tus, & voce auræ lenis exprimitur, quia ſcilicet
veniens, & vehemens, & lenis: lenis, quia no-
titiam ſuam quatenus cognoſci utcumque va-
leat noſtris ſenſibus temperat: vehemens, quia
quantumlibet hanc temperet adventu tamen ſuo
infirmitatis noſtræ cæcitatem illuminando per-
turbat. Ideſt expellit Divinus ſpiritus ſuo alto
lumine, ut dicitur ſap. 8 num. 1. *Attingit à fi-* Sap 8.
ne uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia
ſuaviter. Divinus ſpiritus ſuaviter, ac le-
niter, fortiter, ac vehementer ſuis donis re-
plet mentem, ad eam illuminandum divinus
ſpiritus ſuos cœleſtes effectus explicat, ac de-
clarat in Apoſtolis, ac Elia; venit fortiter ad
expellendas mentis tenebras, ut nulla obdu-
rata cœcitas ei valeat reſiſtere. *Infirmitatis*
noſtræ cæcitatem illuminando expellit. Venit
etiam leniter, ac ſuaviter, *quia notitiam ſuam*
noſtris ſenſibus temperat. Ita ſe proportiona-
tur noſtræ menti, ut quamvis maximè obſti-
nata ſit, eam abſque aliqua vi, ac coactione
promoveat, ducat, ac illuſtret. Venit divi-
nus ſpiritus vehementer, ac leniter cum igne.
In Apoſtolis cum vehementia, ac igne, quia
vehementia, ac efficacia ſuæ prædicationis,
ac verbi Dei *penetrabilior omni gladio anci-*
piti. Totus mundus erat ab Apoſtolis ſubju-
gandus, ac inflammandus in amore Dei. In
Elia venit divinus ſpiritus lenis cum igne,
quia ſuavitate, ac dulcedine diſciplinæ regula-
ris, quæ in Elia initiabatur univerſus orbis
erat afficiendus, ac divino charitatis ardore
ſuccendendus. *In voce venefici incantantis* Eccleſ. 57.
ſapienter, Pſalm. 57. num. 6. favet huic ſenſui,
D. Hieron. 16. D. Hieron.
De Elia ait Eccleſiaſticus 48. n. 7. *Qui au-* 74.
dis in Sina judicium, & in Horeb judicia de- Eccleſ. 48.
fenſionis. In ſina judicium abſconditum, &
occultum

occultum ſecretum Divinæ providentiæ, ad tutamen Eccleſiæ, ad defenſionem fidei, ad cuſtodiendos juſtos, ad propugnandam virtutem contra omnes vitiorum turpitudines. *Et Horeb judicia defenſionis.* Ex Græco legitur, (Græcus.) *vindicta* in rebelles, & idololatras, ac inimicos Divini cultus, ut explicant Lyranus, (Lyran. Hugo. Fernand.) Hugo, Carthuſianus, Antonius Fernandez de viſionibus veteris Teſtam. *viſione 9. ſect. 3.* & magna, & alta myſteria, ac tanta revelata ſunt Eliæ, ut dicat Apoſtolus 1. Corinth. 2. (1. Corinth. 2.) n. 9. *Sed ſicut ſcriptum eſt, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus illum;* quæ verba explicans Origenes *tractat. 35. in Matth.* ait: *Scimus quod & Apoſtolus ſcripturas quaſdam ſecretorum profert, cum dicit alicubi: ſicut ſcriptum eſt, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nullo enim regulari libro hoc ſcriptum invenitur, niſi in ſecretis Eliæ Prophetæ.* Hoc eſt in revelationibus ſecretis Eliæ factis. Tot ſecreta, tot myſteria Deus Eliæ manifeſtavit juxta Origenem, ut nec oculus vidit, (Origenes.) nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit. Et quid mirum, cum jam Elias eſſet inauguratus Apoſtolus in ultimis futuris temporibus, ut jam ſuperiori quæſtione dixi in decimo quarto Eliæ dono, n. 49.

75. Elias reverſus a monte Horeb, lumine divini Spiritus illuſtratus fundavit noſtram Religionem in monte Carmeli; & ut magnus Doctor, ut ait D. Gregorius *lib. 2 in Ezechielem, homil. 21.* Ibique ipſe Elias, ac Eliſæus, (D. Gregor.) & filii Prophetarum, prædicabant, fidei myſteria explicabãt, ſcripturas interpretabantur, populi mores corrigebant; & multa documenta ad vitam ſpiritualem, ac ad Religionem dabantur, quod communiter colligunt interpretes, ex eo quod cum filius Sunamitidis mortuus eſt, mulier volebat ire ad Eliſæum, ut deprecaretur pro vita filii ſui, quod cum dixiſſet marito ſuo, qui reſpondens ait illi: *Quam ob cauſam vadis ad eum? Hodie non ſunt Calendæ, neque ſabbathum.* 4. Reg. 4. (4. Reg. 4.) num. 23. Dies Calendarum, ſeu prima dies menſis, ac Sabbathum erant dies feſti apud Iudæos, in quibus populus ſolebat convenire ad templum, & oratoria, ſeu alia loca pia ad orandum, & ſimul ad audiendum ſermonem, ac prædicationem de verbo Dei. Ac ſi dixiſſet vir ad uxorem ſuam Sunamitidem, cur vadis hodiè ad Eliſæum; cum non ſit hodiè dies feſtus, in quo ipſe Propheta ſolet prædicare, ac habere verba ad populum. Ita ad citatum locum Abulenſis. *q. 30.* Lyranus, Vatablus, Chartuſian. Serarius, Gaſpar Sanchez, & Cornelius, ac alii communiter. Et ubi nos habemus Matth. 17. *Elias reſtituere omnia.* Arabicus legit, *Docebit omnia.*

Elias in multis extitit figura, ac typus Chriſti Domini.

76. D. Auguſtinus ſerm. 201. de tempore, in (D. Auguſt.) hoc noſtro argumento comprobando multus eſt per totum ſermonem. Et ſic ait: *Beatus Elias typum habuit Domini Salvatoris, ſicut enim Elias à Iudæis perſecutionem paſſus eſt, ita & verus Elias Dominus noſter ab ipſis Iudæis reprobatus eſt; contemptus Elias relinquit gentem ſuam, & Chriſtus deſeruit ſynagogam. Elias abiit in deſertum, & Chriſtus venit in mundum. Elias in deſerto corvis miniſtrantibus paſcebatur; Chriſtus in deſerto hujus mundi gentium fide reficitur: corvi illi, qui Eliæ miniſtrabant, gentium populos figurabant. Nam gentes ante acceptam gratiam velut morticinis cadaveribus idolis miniſtrabant.* Et poſt pauca ſubdit. *Propheta mittitur ad viduam gentilem, ut ab ea paſcatur; vidua enim iſta typum gerebat Eccleſiæ: venit ergo Elias ad viduam, quia Chriſtus venturus erat ad Eccleſiam. Et ubi B. Elias viduam illam invenit, exierat enim, ut aquâ ſe lavaret, & ligna colligeret. In ſigno crucis myſterium, in aqua oſtenditur Baptiſmatis Sacramentum.* Et late expendit D. Auguſtinus, quod mulier non dixit colligo unum lignum, vel tria, ſeu quatuor, ſed duo, quibus figura crucis exprimitur. Quia in ſola Eccleſia Chriſti eſt verus Baptiſmus, veraque gratia IESU Crucifixi. Sic pergit Magnus Auguſtinus. *Elias inclinatur in oratione, & filius viduæ vivificatur; Chriſtus procumbit in paſſione, & ſuſcitatur populus Chriſtianus, & quod tribus vicibus inclinatur Elias, myſterium Trinitatis oſtenditur, & populus gentium in ſola fide Trinitatis ſuſcitatur.* (D. Auguſt.) Et poſt pauca ſubdit: *Elias, ut diximus, figuram habuit Domini Salvatoris: Elias oravit, & ſacrificium obtulit: Chriſtus pro univerſo mundo, ſe ipſum immaculatum ſacrificium tradidit. Elias oravit in monte Carmeli; Chriſtus in monte Oliveti. Elias oravit, ut in terram pluvia veniret; & Chriſtus ut in cordibus humanis gratia divina deſcenderet. Quod autem dixit Elias ad puerum ſuum, vade, & conſidera ſepties: ſeptiformem Sancti Spiritus gratiam, qua unda erat Eccleſia, deſignabat.* Et poſt aliqua ſubdit. *Sicut ſupra diximus ſanctum Eliam intelligite, typum habuiſſe Domini Salvatoris. Denique ſicut Dominus, poſtquam multas virtutes exercuit, poſtquam paſſus eſt, reſurrexit, & aſcendit in cælum; ita Elias poſt mirabilia, quæ per eum Deus fecit, igneo curru elevatur ad cælum.*

Idem docet Auguſtinus *lib. 2. contra Fauſtum Manichæum cap. 33.* S. Ambroſ. *lib. de Elia, & jejunio cap 22.* D. Gregor. Magn. *homil. 29. in Evangel.* D. Bernard. *ſerm. 3. & 6. de Aſcenſ.* Similiter & omnes fere Patres. & 77. (D. Auguſt. D. Gregor. D. Bernard.) tandem pro concluſione huius concluſionis appono D. Proſperum *part. 2. Prædict. cap. 31.* (D. Proſper. 3. Reg. 17.) ubi in Elia dum filium viduæ ſuſcitat. 3. *Reg. cap. 17 n. 21.* expandens ſe ſuper puerum. Sic ait S. Proſper. *Elias, & poſt eum Eliſæus, ut parvulum mortuum ſuſcitaret, juvenilia membra contexit, & Dominus IESVS ſe ipſum exinanivit, formam ſervi accipiens: parvum ſe illi parvo coaptavit, ut efficeret illud corpus humilitatis noſtræ conforme corpori gloriæ ſuæ. Iacens* (Proſequitur eadem materia.) *ſubter ſe frigidum, ſuo calore ſuccendit: Similiter & noſter Salvator Dominus, à cujus calore non eſt jam qui ſe abſcondat. Inſufflavit ille tertio jacenti, ut trina confeſſio infunderetur credenti: ſic ſuſcitatus eſt mortuus, dum a morte perpetua, juſtificatus eſt impius.* Et ut jam notavi *tom. 2. in Evangel. cap. 31 quæſt. 12. num 63.* Ter Elias incubuit puero, eiſque ſeipſum coarctando admenſus eſt. Ter ſe ipſum Chri-

ſtus

ſtus coarctavit, & humanæ naturæ commenſus eſt. Primo, in utero; ſecundo, in Præſepio; Tertio, in cruce, & ita tet genus humanum vivificavit, eique ſpiritum charitatis inſpiravit.

De cognitione Prophetica.

78. D. Thom. Dicendum eſt cum D.Thoma 2.2.q.171. *art*.4. quem ſequuntur omnes Theologi ad verum Prophetam requiritur inſtinctus Spiritus Sancti, & ut cognoſcat, & intelligat id, quod Spiritus Sanctus in ſuis verbis, vel factis intendit, ex quo infert Sanctus Doctor, quod nec Balam, nec Caïphas, nec milites nolentes dividere veſtimenta Chriſti, fuerint Prophetæ, cum non intelligerent myſteria, quæ ſub verbis, vel factis ſuis continebantur, & ideo veri Prophetæ in ſcriptura appellantur *videntes*, ut notant D Baſilius *Præfatione in Iſaiam*, & noſter D.Cyrill. Alexand. *lib*.3. *in Iſaiam in principio*. Unde recte D.Thomas citata *quæſt*. 71. *art*.3. *ad* 2 diſtinguit prophetiam à fide, quia fides non dat cognitionem rerum, ſed tantum certitudinem, prophetia verò tribuit certitudinem, & cognitionem, nam ut docet idem Angelicus Doctor eadem *quæſt*. 71. *art*.1. *ad* 3. per prophetiam tollitur obſcuritatis, & ignorantiæ velamen. Et latiùs explicat Suarius *to*. 1. *ad* 3. *part*. *diſp*. 21. *ſect* 1. §. *tertio. Principaliter.*

D Baſil. D.Cyrill. Alexand. D. Thom. Suarez.

79. Cum vero multiplex ſit ſenſus ſacræ ſcripturæ; literalis nempe, Symbolicus, Allegoricus, Tropologicus: & etiam multi varias diviſiones faciunt. Quæſtio eſt, an Prophetæ intelligant rem revelatam ſecundum omnem ſenſum intentum ab Spiritu Sancto. Affirmat Scalante *lib*. 1. *clypei* c. 21. *dub*. 4. & credibile reputat Bonfrerius *in Proloquiis* c. 20 *ſect*. 6.

Scalante. Bonfrerius.

80. Tamen oppoſita ſententia, & negativa, & communis, eſt vera, eam tenent D.Ambroſ. *lib* 1. *de Abraham* c. 8. Caetan 2.1. *quæſt*. 171. *art*. 6. Martinez *lib*. 4. *Hypoſt*. *cap*. 1. §. *Quamvis Propheta*. Alvarez ad cap 38. *Iſaiæ verſ*. 5. *num*. 60. & 65. Serarius *in Prologom*. *cap*. 21. *q*. 12. §. *Quæros primò*. Cornelius *Proœmio in Prophetas majores quæſt*. 2. Abulenſis multis in locis. Payva, Andræas à cruce; Rua, & alii, quos citat, ac ſequitur Fr. Antonius à Matre Dei. Noſter Carmelita Diſcalceatus in Iſagogem *ſcript*. *Prælud*. 3. *dub* 8 quod ex variis locis ſcripturæ colligunt, ſat enim eſt, quod Prophetæ rem intelligant in uno ſenſu, vel altero. Tamen majores Prophetæ, ut David, Iſaias, Jeremias, forte rem intelligebant, non in uno ſenſu, ſed multiplici, cum eorum lumen eſſet majus quam aliorum Prophetarum. Hoc poſito.

Martinez. Alvarez. Serarius. Cornel. Abulenſ. Payva. Andræas. Rua. Ant. à M. Dei.

81. Theodoret. Inde planum fit, quod Elias ea, quæ gerebat, cognoſcebat in myſterio, de eo ait Theodoret. quæſt 49. in 3.Reg. *Elias erat Propheta, & ſummus omnium Prophetarum*. Cum transfiguraretur Jesus; *Apparuerunt Moyſes, & Elias cum eo loquentes*. Matth 17. num. 3. & cur præ cæteris hi duo eliguntur ad tantum myſterium? De qua difficultate multa dixi ſuo loco *tom*. 4. *in Evang*. *cap*. 8. Reſpondet primò D.Chryſoſtomus homil. 57. in Matth. *Apparuerunt Moyſes & Elias, utpote vertices omnium Prophetarum*. D. Hilarius *can*. 57. *in* D. Auguſtin. *lib*. 2. *de Doctrina Chriſtiana cap*. 16. & ibi. D. Hieronimus, Origenes, D. Paſchaſius, D. Ambroſius *in cap*. 9. *Luc*. quod apparuerunt hi duo, ut Chriſtus haberet teſtimonium à Lege, & Prophetis, Moyſes repræſentabat legem, Elias perſonam gerabat omnium Prophetarum. Et ita Eccleſia in Hymno in ſabbathum primum Quadrageſ. *Lex atque Prophetæ primitus hoc prætulerunt. Poſtmodum Chriſtus ſacravit.*

Matth. 17. D. Chryſ. D. Hilarius. D. Auguſt. D. Hieron. Origenes. D. Paſchaſ. D. Ambroſ. Eccleſia.

82. Cum ergo Prophetæ cognoſcant arcana, quæ in ſuis verbis, vel factis continentur, & iuxta ſanctos Patres in actionibus Eliæ, multa, & alta denotabantur myſteria, utpote ſacroſanctæ, & individuæ Trinitatis, & ineffabilis Incarnationis, ſalutiferæ mortis, ac paſſionis Chriſti, illiuſque admirabilis Aſcenſionis; tantorum ergo myſteriorum cognitionem habuit Elias, illorumque revelationibus maximè illuſtratus, ac ſublimatus eſt, ut magnus, ac maximus Propheta, & in quo omnes Prophetæ continebantur, ac in quo chorus omnium Prophetarum repræſentabatur.

Quæstio IV.

Magnis elogiis, ac laudibus celebratur Elias in ſcriptura, ac ſanctis Patribus.

SUMMARIUM.

83 *Elias portabat infirmos, & docebat eos.*
84 *Elias multis apparuit ut Sol.*
85 *Elias reſpondebat vita, juſtitia, ſanctitate, ac doctrina.*
86 *Sancti Eliæ multa elogia congloberata, & num. 87.*

PRimo cum Eliſæus vidiſſet Eliam curru igneo abeuntem in cœlum clamat: *Pater mi, Pater mi, currus Iſrael, & auriga ejus*. 4. Reg. 2. num. 12. Hebraicas legit: *Currus Iſrael, & equites ejus*: ac ſi diceret, ô Elia pater mi, qui eras totum robur Iſraelis, ac magis Iſraelem juvabas tuo zelo, ac oratione, quam magna Curruum, & equitum multitudo. Ita Procopius, Vatablus, Caëtanus; Cornelius, & alii multi. 83.

4. Reg. 2. Hebraic. Procop. Vatabl. Caietan. Cornel.

Aliter exponit D.Gregorius lib. 2. in Ezechielem homil. 21. & ait: *Quid eſt, quod Elias, currus Iſrael, & auriga dicitur, niſi quia auriga agitat, Currus portat? Doctor ergo, qui mores populi per patientiam ſuſtinet, & ſacri eloquii verbis, docet, & currus dicitur, & auriga. Currus quia tolerando portat: auriga, quia exhortando agitat. Currus, quia mala ſuſtinet; auriga, quia populũ bonis admonitionibus exercet*. Dicitur Elias Currus, & auriga Iſraël. Currus languidos, & laſſos, & infirmos portat, eiſque alimenta, ac ſubſidia vitæ humanæ convehit; auriga verò regit, ac gubernat, ut ad finem deſtinatum perveniat. Elias ut verus pater, ac præſul Iſraël, tanquam currus, languidos, ac infirmos in fide cum multa patientia portabat, dans eis alimenta, ac hortamenta neceſſaria, ut à ſuis erroribus eos 84. D. Gregor.

educeret,

Digitized by Google

editceret, & tanquam aurigaeos dirigebat ac gubernabat ad ſalutem, & animæ vitam.

85. Secundò. Elias dicitur Sol habens ſignum Dei vivi: ait Joannes in ſua Apocalypſi 7. n. 2. *Vidi Angelum aſcendentem ab ortu Solis habentem ſignum Dei vivi: & clamavit quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ, & mari.* Quod iſte Angelus eſſet Elias, tenent Victorinus, Ganæus, & probabilem dicit Cornelius à Lapide, ut dixi in Apocalypſ. *cit. c. 7. quæſt* 5. Si Elias intelligitur, cur non dicit, vidi hominem, vel virum? quia Elias puritate, ac ſanctitate, tanquam Angelus reputatur. *Aſcendentem*, non venientem, vel apparentē, ſed aſcendentem. Elias ſemper aſcendebat, ac augmentabatur in virtute, zelo honoris, ac Religionis; *ab ortu Solis*; nam Elias tanquam fulgentiſſimus Sol apparuit in orbe, Elias enim Græco idiomate, idē eſt ac Sol, ut ſæpè dixi. *Eccleſiaſt.* 48. *num.* 1. dicitur. *Surrexit Elias tamquam ignis.* Ex Græco legi poteſt: *Surrexit Elias tanquam ſplendor*: Ipſe fuit Illuſtriſſimus orbis ſplendor. Palatius ibi. *Ignis illuminat, & calefacit. Elias ſua vita, ac doctrina, & exemplo totum orbē illuminavit: & omnium corda in Dei amore inflammat, ab ortu Solis.* Non in Occidente, ſed in ortu Solis apparet Elias; nam cum Sol oritur noctium tenebras, ac caligines diſſipat, ſic apparens Elias, errorum, ac falſitatum nebulas profligat, ac deſtruit; & ubi nos habemus Matth. 17. *Elias, Reſtituet omnia*, ex Arabico legitur; *Docebit omnia.* Veniet tanquam univerſalis, & communis Magiſter.

Apocal. 7. Victorin. Ganæus. Cornelius. Græcus. Eccleſ. 48. Græcus. Palatius. Matth. 17. Arabicus.

86. Tertiò de Elia, & Henoch dicitur. Apoc. 11. n. 4. *Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes.* Elias dicitur oliva, quæ eſt ſymbolum pinguedinis, ac fertilitatis, & pulchritudinis. Ierem. 11. num. 16. *Olivam uberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam, vocavit Dominus nomen tuum.* In illo tempore Antichriſti ſummæ ſterilitatis fidei, juſtitiæ, ac virtutis, in quo ſi fieri poteſt etiam electi in errorem inducantur, Elias oliva fructifera producet uberes, & pingues fructus, & valdè ſpecioſos; ac elegantes fidei juſtitiæ, & ſanctitatis; deinde oliva eſt ſymbolum pacis; de Elia dicitur Eccleſ. 48. n. 10. *Qui ſcriptus eſt in judicii tempore lenire iracundiam Dei.* Seu, ut alii legunt: *Placare iram Dei.* Placata autem ira Dei, faciet Elias pacem inter Deum, & homines. Dicitur etiam Elias candelabrum, quod erat in templo, non tantum ad illuminandum, ſed etiam ad majorem magnificentiam, gloriam, ac cultum Dei, ſic Elias veniet, non ſolum ad illuminandum mundum, ſed etiam ut in tam periculoſo tempore Chriſtus Jeſus majori cultu, ac veneratione adoretur, ac honoretur, vide quæ dixi *tom 1. in Apocal. c. 11. quæſt.* 14. 15. & 16.

Apocal. 11. Ierem. 11. Eccleſ 48. Alia lectio.

87. Quartò; ſancti Patres maximè celebrant, ac magnis laudibus extollunt ſanctitatem, virtutem, ac merita Eliæ, eumque dicunt virum ſanctiſſimum, magnum, admirabilem, eximium, præſtantiſſimum, principem, ac caput verticem ſummum Prophetarum, ſpiritiferum, præcipuum amicorum Dei, hominem cœleſtem, Angelum terreſtrem, virum ſacroſanctum, & divinum, virumque vitæ illuminativæ: & hæc omnia paucis accipe.

D. Chryſoſtomus homil. 2. de Elia eum dicit: *Virum ſanctiſſimum*, D. Athanaſ. *de fuga ſua*, D. Nyſſenus *Oration. de laudibus, D. Baſilii*, D. Auguſtinus, *lib. 20. de Civit. Dei, cap.* 29. D Baſilius Seleucienſ. *orat.* 11. D. Laurent. Iuſtinian. *ſerm. de S. Iacob*, eum appellant *ſublimem meritis*, D. Nyſſenus *orat. 3. in Cantica, & orat. de laudibus, Baſilii* illam celebrat, *eximium virtute*, Cæſarius *Dialogo* 3. D. Damaſcen. *ſerm. 2. de ſancto Vitali*; *præſtantiſſimum principem Prophetarum*, D. Ambroſ. *lib. de viduis*, eum acclamat *caput Prophetarū*, Theodoret. *in 3. Reg. quæſt.* 49. eum agnoſcit, *ſummum omnium Prophetarum*, D. Chryſoſt. *homil.* 57. in Matth. *Verticem omnium Prophetarum*, & homil. 8. ad Roman. eum teſtatur *admirabilem, ſeu miræ virtutis virum, & lib. 3. de Providentia*, D. Auguſt. *lib. 10. de Civitate Dei cap.* 29. D. Gregorius *lib. 29. in Iob, cap.* 5. D. Cyrillus Hieroſolym. *catech.* 17. cum acclamant *ſpiritiferum*, hoc eſt ferentem Dei ſpiritum. D Chryſoſt. lib. 3. de Provident. ait: *Nil illi terrenum præter melotem erat*: Sic totus erat ſpiritu abſorptus, ut nihil illi terrenum, præter melotem. Drog. Hoſtienſis *ſerm. 1. de Paſſio*, eum publicat, *amicum, ac domeſticum Dei, imo domeſticorum, ac amicorum præcipuum.* D Chryſoſtom. in catena ad cap. 4. Luc & ibi Carthuſianus dicunt *Eliam Angelum terreſtrem, hominem cœleſtem.* D. Cyrillus in collectaneis explicans illud *currus Iſrael*, ait: *Currus ſignificat excelſam, & illuminatam vitæ rationem Eliæ.* Quia Elias docebat, non ſolum ſua doctrina, ſed etiam ſua vita, ac exemplo. Vide quæ dixi ſupra in hac quæſtione num. 78. Abulenſis in 4. Regum cap. 2. quæſt. 25. affirmat, *quod quando Hebræi videbant aliquem virum facientem miracula, putabant eum eſſe Eliam, unde quæſierunt à Ioanne, an ipſe eſſet Elias.* Simeon Metaphraſtes ſerm. de Elia, eum vocat *virum ſanctiſſimum, & divinum, qui à Deo accepit omnium maxima.* Quod ſemper intelligitur, Sacratiſſima Virgine Maria excepta, ipſa enim eſt omnibus ſanctis major, tam Angelis, quam hominibus collective ſumptis. 88.

D Chryſ. D Athanaſ. D. Nyſſen. D. Baſil. Seleuc. C. Laurent. Iuſt. D Nyſſen. Cæſarius. D. Damaſc. D. Ambr. Theodoret. D. Chryſ. D. Auguſt. D. Gregor. D. Cyrill. D. Chryſoſt. Drogo. Carthuſian. D. Cyrill. Abulen. Metaphraſt.

In omnium perditiſſimo tempore, omnino Elias erit reſtaurator, ut Chriſtus Dominus teſtatur: *Venturus eſt Elias, & reſtituet omnia*, Matth. 17. Arabicus legit; *Docebit omnia*, meritò Elias *Sol* interpretatur, ipſe tanquam Sol fulgentiſſimus ſua doctrina, vita, ac ſanctitate reſtituet omnia, cunctos illuminando ad viam ſalutis, juſtitiæ, ac ſanctitatis. 89.

Matth. 17. Arabic.

Ex his quæ dixi ſuprà *q.* 2. habes multa ejus elogia. À D. Chryſoſtomo celebratur, ut elementorum victor ac triumphator, *ibid. q. 2. n.* 19. Mathatia 1. Machabæorum 2. ſummus honoris divini zelator; *ab Eccleſiaſtico* 48. *num.* 6. Impiorum Regum, ac tyrannorum flagellum, *ibid. num.* 30. 31. & 32. à Divos Dorotheo nuncupatur primus, *qui ex hominibus, unam Angelorum, hominumque vitam oſtendit*, ibid. n. 41. à D. Hieronymo, Ioachimo, D. Iſidoro, ac aliis ut, *Dux ac Princeps monachorum veneratur*, ibid. n. 42. à D. Ambroſio, D. Anſelmo, ac aliis, *ut Chriſti Apoſtolus*, in ultimis temporibus agnoſcitur, *ibid. num.* 50. & 51. à Tertulliano *Eccleſiæ defenſor, non ſolum in vita, ſed etiam poſt mortem prædicatur*, 90.

D. Chryſ. 1 Machab. Eccleſ. 48. D. Doroth. D Hieron. D Iſidor. D. Ambroſ. D. Anſelm.

cator, *num.* 57. Ab eodem etiam aſtruitur Novi Teſtamenti conſummator, *n.* 55. In ſupremo, & altiſſimo Redemptionis myſterio in glorioſa transfig ratione, cum multa majeſtate aſtat, *n.* 56. multa alia ejus elogia habet ex D. Bernardo *ſupra q.* 1. *n.* 1.

RESOLUTIO II.

Sanctus Elias Carmelitarum Patriarcha.

QUÆSTIO PRIMA.

Sanctus Elias Carmelitani Ordinis Fundator, Inſtitutor, & Auctor.

SUMMARIUM.

1 *Pontifices teſtantur Carmelitas ab Elia habere originem, & ſucceſſionem.*
2 *Inter limites humani teſtimonii nil firmius.*
3 *Probatur ex Officio divino multipliciter approbato à Sancta Sede Apoſtolica.*
4 *Confirmatur ex approbatione multiplici Sacra Congregationis*
Hiſtoria approbata in Breviario ut canonizate veneranda. Ibid.
5 *Adventus Sancti Iacobi in Hiſpania ex Breviario verificatur, & probatur.*
6 *Confirmatur ex revelatione Sancti Petri Thoma exactiſſimè examinata, & inquiſita.*
7 *B. Virgo dixit Ioanni 22. Ordinem Carmelitanum ab Elia inſtitutum.*
8 *Probatur hac veritas per tot Sanctos canonizatos deducta, & tradita, & n.* 9.
10 *Ex habitu, ac veſte colligitur perſona.*
11 *Sanctus Elias multipliciter apparuit in habitu Carmelitano. & n.* 12.
13 *Probatur hac veritas ex magno graviſſimorum multorum Auctorum pondere, & n.* 14. 15. *&* 16.
17 *Auctores etſi moderni circa rem antiquam integerrimi judices veritatis circa fundamenta.*

1. SANCTUM Eliam eſſe Auctorem ac Fundatorem Carmelitani Ordinis expreſsè tradunt, & affirmant ſeptem Summi
Ioan. XXII. Alex. V. Sixtus V. Pontifices. Ioannes XXII. Alexander V. Sixtus V. apertis verbis dicunt *Ordinem Carmelitarum per Eliam, & Eliſaum in mon-*
Iulius II. Greg. XIII. *te Carmeli inchoatum.* Sixtus IV. Iulius II. Gregorius XIII. afferunt his verbis, quod Carmelitani Patres, *Sanctorum Prophetarum Elia, & Eliſai, & Henoch, necnon aliorum Sanctorum Patrum, qui montem Sanctum Carmeli; juxta Elia fontem inhabitarunt: ſuc-*
Clem. VIII. *ceſſionem hæreditariam tenentes.* Clemens VIII. non ſolum in ſuis Bullis Apoſtolicis conceſſis pro noſtris Patribus Diſcalceatis: *In Apoſtolica dignitatis*, & in alia *Dominici gregis*; ſed etiam in quadam epiſtola Miſſa ad
Franciſc. à S. Maria. Regem Perſarum, ut refert M. Franciſcus à Sancta Maria, *tom.* 1. *in Hiſtoria Prophetica, lib.* 1. *cap.* 10. ubi expreſsè ait Summus Pontifex: *Religionis hujus profeſſores, ſui inſtituti Auctores habere Sanctos Prophetas Eliam & Eliſaum.* In quorum verbis Summorum Pontificum illa maximè notanda ſunt; *ſucceſſionem hæreditariam tenentes.* Ut ſapienter advertit M. Franciſcus Suarez magnus Sacræ Societatis JESU ſplendor *tom.* 4. *de Religione, tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 10. His ſeptem Pontificibus cohærent alii quinque Paulus V. Urbanus VIII. Innocentius X. Alexander VII. Clemens X. qui approbantur officia Sanctorum noſtri Ordinis contenta in noſtro Breviario Carmelitano, in quibus Sanctus Elias dicitur Pater, Inſtitutor, Auctor noſtræ Religionis, ut *infra, numer.* 3. 4. 5. *&* 9. & ita duodecim Summi Pontifices approbant, confirmant, & corroborant noſtrum aſſertum.

Sylveira Opuſcula.

Et quamvis Summi Pontifices hoc non dicant, tanquam definiendo; ac veluti rem de fide divina credendam, tamen inter limites hiſtoriæ humanæ faciunt quandam moralem certitudinem, ut nulla major poſſit dari, ut docte advertit Mag. Ioannes Carthagena, *tom.* 3. *lib.* 17. *homil.* 2. *ad objecta* 5. & ait: *Quamvis autem prædictorum Pontificum teſtimonia, non id tradant tanquam rem de fide divina credendam, infra limites, tamen humani teſtimonii nullum majus, aut firmius proferri poteſt, quam tot Summorum Pontificum teſtificatio.* Similiter Doctor Gaſpar Sanchez inſignis ſcripturarius ex Sacra Societate JESU, Poſtquam produxit multa monumenta, quibus comprobat Collegia Religioſorum, qui de monte Carmelo erant. Subdi. *Accedit ad hæc à Pontificum judicio graviſſimorum pondus, quo ſacrum hunc Ordinem ab Elia diſciplina, atque inſtituto exordium habuiſſe teſtantur. Ita ſanè Sixtus IV Iulius II. &c. qui decem familia Carmelitana viros ab Elia, & Eliſæo ſucceſſionem hæreditariam tenere. Hæc mihi graviſſima ſunt.* Hanc auctoritatem tot Summorum Pontificum, tanquam firmiſſimum, ac maximè venerandum fundamentum hujus veritatis adducunt ex eadem Societate M. Franciſcus Suarez *jam citatus*, & diligentiſſimus temporum indagator. Salianus *to.* 4. *Annalium Veteris Teſtamenti ad annum ante Chriſtum* 914. Cornelius à Lapide *in* 3. *Regum cap.* 18. ad illa verba, *Aſcendit Elias in vertice Carmeli.* Petrus Poyræus *de triplici Corona Virg. tract.* 1. *cap.* 12. *n.* 14. Alphonſus Flores, & Ioſephus Andræas, ac alii citandi ad calcem quæſtionis. 2.

Carthag.

Sanchez.

Suarez. Salian. Cornel. Poyræus. Fores. Ioſeph. And.

Probatur ſecundò, ex Officio divino, ac Breviario Carmelitano approbato per multos Romanos Pontifices: nam Sixtus V. anno 1589. die 27. Iulii, ut habetur in ſua Bulla, *Eximiam quod nobis*; & refertur *in Bullario, tom.* 2. *pagina* 665. conceſſit. Carmelitis, ut valeant recitare Officia propria Sanctorum ſui Ordinis, inter quæ eſt integrum Officium Sancti Eliæ: quod etiam iterum conceſſit Paulus V. anno 1609. & eandem conceſſionem nobis dedit Urban. VIII. anno. 1628. die 12. Iunii, de quo latiùs §. ſe- 3.

Sixtus V. Breviarium.

Urb. VIII.

quenti, & inter cætera in Officio ſancti Eliæ dicitur:

Hic ſacri eſt doctor columen decúſque
Ordinis noſtri, ſuperiſque gratus,
O Pater ſalve, pręcidúſque tuos
Excipe alumnos.

Innoc. X. Alex. VII. Clem. X. Et Summi Pontifices Innocentius X. Alexander VII. Clemens X. approbarunt noſtra Officia, ut ſunt in Breviario, & appoſuerunt in Collecta S. Eliæ *Patrem noſtrum*, & dicimus: *Præſta quæſumus Omnipotens Deus, ut ſicut Beatum Eliam Prophetam tuum, & Patrem noſtrum*, &c.

4. S.Gregor. Probatur tertiò, & maxime corroboratur ſuperius fundamentum ex auctoritate Sacræ Congregationis Illuſtriſſimorum Cardinalium, qui ſunt deputati à Sanctiſſimo Domino Papa, pro examinandis, ac approbandis hiſtoriis, ac actibus Sanctorum, quæ ut approbatæ, & examinatæ ſunt apponendæ in Breviario: Et cum Officia Sanctorum noſtri Ordinis recitanda in Breviario proponerentur, tribus vicibus fuerunt examinata & approbata à Sacra Congregatione ſub Sixto V. ut jam dixi; iterum ſub Paulo V. an. 1609. aſſiſtente, & ſubſcribente Eminentiſſimo Bellarm. Cardinali Bellarmino. Et iterum ſub Vrbano VIII. aſſiſtente, & ſubſcribente Emi- Card. Torr. nentiſſimo Cardinali Torres, inter quæ continetur Officium S. Eliæ, ut Patris, & Fundatoris noſtri. Et in feſto Sancti Angeli de 5. Festum S. Angeli. Maii, in quinta lectione habetur: *Inſignem ſanctitatis Virum parentibus ſuis Elia, ac Eliſæo perſimilem miraculis Deus ſimilibus illuſtravit.* Et in officio, ac Miſſa S. Spiridionis die 14. Feſtum Spiridion Decembris, in oratione decantatur: *Sancti Spiridionis Confeſſoris tui, atque Pontificis, nos Domine feſta tueantur, & ſicut ille Religionis à Propheta Elia inſtituta orationibus, & operibus fuit fidelis imitator.* Et in ſolemnitate Sancti Petri Thomæ die 29. Ianuarij. In quinta lectione refertur, quod cum ille rogaret pro conſervatione ſuæ Religionis Sacratiſſima Virgo apparens, ait ei: *Confidito Petre, Religionem Carmelitarum in finem uſque ſæculi eſt perſeveratura ſic Eliæ ejus namque inſtitutori, jam olim etiā à filio meo id impetravit.* Et in feſto ſancti Avertani die 25 Februarii in 5. lectione dicitur: *Sibi Chriſtum, & magnum Eliam Prophetā ſui Ordinis fundatorem, in exemplum paupertatis propoſuerat.* Et Hiſtoriæ, quæ habentur in Breviario approbato à Sancta Sede Apoſtolica, ſunt magni ponderis, & auctoritatis: *Veluti hiſtoria* Rota Rom. *ab Eccleſia canonizata cenſentur.* Ut habet Rota Romana in una deciſione Cæſar. Auguſti S. Congr. Cathedralis coram Domino Coccino anno 1630. Et Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium an. 1618 die 14. Iunii. *Hiſtoriæ, quæ in Breviario per Sanctam Sedem Apoſtolicam approbato recitantur, ut maximè vera ab Eccleſia venerantur.*

5. Tota hæc doctrina confirmatur, quia Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium, auctoritate Sedis Apoſtolicæ nihil approbat, niſi præmiſſo alto examine, profunda conſideratione, magna diligentia adhibita, ac maturo conſilio, & appoſitis certis, & & authenticis monumentis; & inde, quæ ſunt approbata à Sacra Congregatione, & in Breviario appoſita ſunt magnæ, ac ſupremæ auctoritatis. Et inde univerſa tota Hiſpania, non alio graviori innixa fundamento profitetur Apoſtolum Sanctum Iacobum, terram ejus calcaſſe, in Hiſpaniáque prædicaſſe, quam quod Eccleſia in proprio ejus Officio, ita affirmat, & dicit, ut rectè contra Baronium probant, & dicunt Mariana *tract. de Adventu Sancti Iacobi in Hiſpaniam.* Morales *in Chronic lib.9.c p.14.* & *lib.8 folio* 213. Ioannes Carthagena *to. 3 lib. 17. homil. 2.* ad obiecta quinta. Irenæus à Sancto Jacobo *tractatu de immaculata Virginis protectione, ſect 1. cap. 1.* §. 2. Thomas Aquinas à Sancto Ioſepho *in diſſertatione de Patriarchatu Eliæ, part. 1. ſectione 6.* Ex quibus multi notant, quæ inde peculiares revelationes multis Sanctis factæ, ut Divo Franciſco: *Crucifixus apparens inter alas effigiatus.* D. Thomæ: *Bene ſcripſiſti de me Thoma.* D. Ignatio: *Ego Romæ vobis propitius ero*; & aliæ multæ revelationes factæ noſtris Sanctis, Alberto, Andreæ Curſino, Thæreſiæ, Magdalenæ de Pazzi, ut certiſſimæ & infallibiles habentur, quia conſtant ex eorum teſtimonio, & habentur in Breviario ac Officio Eccleſiaſtica approbato à Sede Apoſtolica. Atqui revelatio facta Sancto Petro Thomæ, ut conſtat ex ejus teſtimonio, & ſit approbata ab Eccleſia, & poſita in Breviario ut certa habenda eſt. Mariana. Morales. Carthag. Irenæus. Th. Aquin.

Validè corroboratur hæc veritas ex officio relato, & approbat. S. Petri Thomæ circa viſionem ei factam a B. Virgine de perpetuitate Religionis jam olim impetrata ab Elia ejus inſtitutore. Cum hæc tamen revelatio haberetur tantum ſcripta per Philippum Mazericū in ejus vita, ac ſimul aliquorum ſcriptorum traditiones; & aliunde P. Lucas Vvadingus, præexcellens Chronographus Ordinis Minorū S. Franciſci, hæc ſuo Petro Theutonico tribueret pro ſtabilitate ſui Ordinis S. Congregatio ſub Vrbano VIII approbans Officia Sanctorum noſtri Ordinis, dubitans tenuebat Officiū S Petri approbare, ſed prædictā revelationem volebat expungere, ac delere, quod maximè noſtros Religioſos in Tranſpontina moleſtavit. Inde Reverend. M. Fr. Theodorus Stratius digniſſimus Generalis, indictis multis diebus jejunii, multis orationibus, ac precibus Deo fuſis, ac decantata ſolemni Miſſa D. Petro Thomæ, atque impetrata licentia luſtrandi Archivum Vaticanum, poſt longam, ac largam diſputationem, Deo afflante, & S. Petro intercedente, reperta fuit Bulla perantiqua Innocentii VI. in qua inſcripta erāt verba, Petri Thomæ Ordinis Fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo; ex qua conſtabat tota veritas rei, & quo modo poſt obitum Petri Theutonici ad illam dignitatem, ac Epiſcopatum Pectenſium aſſumptus fuit noſter D. Petrus Thomas, quo viſo, & conſiderato Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium, ſtatim Officium S. Petri cum prædicta revelatione approbavit, ut eſt modo in Breviario, & M. Fr. Lucas Vvadingus (de quo dicam illud, quod ait Iuſtus Lipſius de Avicenna more Magnorum Virorum) ſuam ſententiam retractavit, aſſerens talem revelationem 6. Phil. Mazer. S. Congr. Vvadin. Iuſtus Lypſ.

nem

nem factam fuiſſe D. Petro Thomæ Ordiois
Carmelitarum, ita habet in vita ejuſdem D.
Petri Thomæ *in Appendice Bullarum. Bulla
3. & 4.* M. Ferdinandus Vghellus Monachus
Ciſtercieoſis *in ſua Italia ſacra, tom. 2. in Ap-
pendice*, M. Lezana *tom. 4. Annal. ad annum
Chriſti 1354. n. 5. & 6.* & M. Daniel à Virg.
Maria. Vinea Carmeli *in Appendice, fol. 754.*

7. Ioan. 22. Demonſtratur quartò, hæc veritas ex Bul-
la Ioan. 22. *Sacratiſſimo uti culmine*; ex qua-
dam apparitione Sanctiſſimæ Virginis Ma-
riæ ei facta. Ait Pontifex. *Mihi flexis geni-
bus Virgo viſa fuit Carmelita*, id eſt, Carmeli-
tano habitu induta; *ſequentem affata ſermo-
nem: O Ioannes, ô Ioannes Vicarie dilecti filii
mei, veluti à tuo eripiam adverſario, &c. Iſtam
gratiam, & amplam meo Sancto, & devoto Car-
melitarum Ordini confirmationem debes præcon-
cedere per Eliam, & Eliſaum in monte Carmeli
inchoato.* Nota verba, *per Eliam, & Eliſaum*
Alexand. V. *in monte Carmeli inchoato.* Hanc Ioannis Bul-
lam integram Alexander V. ſuo diplomati,
cujus initium eſt, *Tenore cujuſdam*, inſerit;
& hæc Bulla authentica per publicum Nota-
rium, coram Iudicibus, ac aliis debitis ſo-
lemnitatibus, vetuſto charactere ſervatur in
Conventu Genuenſi; & in Belgica in Con-
Irenæus. ventu Mechlienſi, ut teſtantur Irenæus à
Sancto Iacobo *in tract. Theologico de ſingulari
protectione Sanctiſſimæ Virginis Mariæ ad fi-
Gregor. à D. Baſil. nem.* Gregor. à D. Baſilio *lib. Parthenicæ adop-
Botius. tionis, part. 2. c. 17.* Botius *in ſpeculo hiſtoriali,
Balduin. lib. 7. c. 36.* Balduinus Lecenſius *in Collectaneo
Palinidor. exemplorum, cap. 6.* Palinidorus, & alii, quos
Lezana. citat, ac ſequitur M. Lezana *Maria Patrona,
c. 5. n. 24* & quod magis eſt de hac bulla citata
Pontific. Ioan. 22. faciunt mentionem Romani Pon-
tifices in ſuis diplomatibus, *Sixtus IV. Cle-
mens VIII. Pius V. Gregorius XIII. Pau-
lus V.* Prædictámque Bullam ſe vidiſſe, ac
Balæus. legiſſe Ioannes Balæus Angelus Hæreticus *in
Catalogo Scriptorum Britaniæ centuria 5. in Ap-
pendice ad Nicolaum Trimeth*; & ut ait D.
D. Chryſ. Chryſ. homil. 42. in Ioan. *Veritatis maximum
argumentum eſt, cum quis inimicos ad teſtimo-
nium vocat.*

8. Demonſtratur quintò Hæc veritas ex an-
tiqua, perpetua, conſtantique traditione abſ-
que aliqua varietate, dubitatione, ac contro-
verſia, deveniens per manus innumerabilium
Sanctorum, quibus Religio Carmelitana fœ-
cundata eſt, quæ ſemper, ac perenniter ve-
nerata eſt Magnum Eliam; ut ſuum Paren-
tem Fundatorem, ac Inſtitutorem. De tra-
D. Chryſ. ditione ait Divus Chryſoſtomus 2. ad Theſ-
ſalon. c. 2 homil. 4 *Itaque traditionem Eccleſiæ
fide dignam putamus; Traditio eſt, nil quæras
amplius*: non intendimus comparare hanc
noſtram traditionem, cum traditionibus Ec-
cleſiæ, quæ faciunt rem certam fide divina;
ſed inde ſumimus anſam ad oſtendendam au-
ctoritatem noſtræ traditionis inter limites fi-
dei humanæ.

9. Ad intentum. Quomodo credibile eſt, quod
una familia tam ampla, ac maximè dilatata
per totum orbem per tot ſæcula, in qua mul-
ti Viri illuſtriſſimi virtute, ſanctitate, ac lit-
teris floruerunt, ſuſtinerent, ac comproba-
rent errorem, falſitatem, ac rem alienam à
veritate: fallentes populos, ac mentientes
fidelibus. Quomodo eſt poſſibile, quod tot
Viri ſancti, ac puri doctrina, & vita agno-
ſcentes aliquem errorem, ac depravitatem,
ipſam non corrigerent, ac emendarent, quod
ipſi non fecerunt, ſed ſemper verbo, ac ſcri-
ptis docuerunt, ac comprobarunt. Et ideò
poſt raptum Eliæ in monte Carmeli filii
Prophetarum ei erexerunt, & conſecrarunt
Oratorium, tanquam Religionis Parenti,
ut teſtatur Genebrardus ad annum 3284. de Genebrard.
quo facit mentionem Sueton. *in Veſpaſia- Sueton.
num, cap. 5.* & alii multi Auctores, quos
latè citant noſtri Hiſtoriatores. Tempore au-
tem Apoſtolorum hæc traditio perſeverabat:
nam ut bis ait Sacra Congregatio Illuſtriſ- S. Congr.
ſimorum Cardinalium ſub Paulo V. & Vr-
bano VIII. Summis Pontificibus. *Viri pluri-
mi, qui veſtigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ,
ac Eliſæi inſtiterant, & Ioannis Baptiſtæ præco-
nio ad Chriſti adventum comparati fuerant*, &c.
ut habetur *lectione 4. in feſto Commemoratio-
nis ſolemnis.* Idemque teſtatur Ioſephus An- Ioſephus.
tiochenus *anno Chriſti 230. in ſpeculo præfatæ
militiæ Chriſtianæ: cap. 12.* Ioannes Iero- Ioan. Ieroſ.
ſolymit. 44. *qui floruit anno 400. lib. de In-
ſtitut. Monach.* per totum, comprobat Eliam
eſſe Patrem, & Fundatorem Religionis Car-
melitanæ *cap. 2. 3. 4. & 10.* Sanct. Bertoldus S. Bertold.
primus Generalis ex Latinis anno 1141.
*Qui Beatam Virginem venerabatur ut Ma-
trem, & Sanctum Eliam ut Patrem.* S Bo- S Bocard.
cardus ſecundus Ordinis Generalis ad annum
Chriſti 1191. in exordio Conſtitutionis, quas
complacuit, probat Eliam eſſe patrem, ac
Fundatorem Religionis Carmelitanæ. Idem
probat S. Cyrillus Conſtantinopolit. *lib. de* D. Cyrill.
proceſſu Ordinis, cap. 1. Sanctus Petrus Tho- D. Pet. Th.
mas *lib. de peccato Originali, cap. 3.* Vene-
rabilis, ac inſignis Doctor Thom. Vvaldenſ. Vvaldenſ.
tom 3. de Sacramentalibus, tit. 9. cap. 89. Ioan-
nes Bachonus *in expoſitione Regulæ Carmelit.* Bachon.
& in peculiari tractatu Inſtitutionis Ordinis
Carmeli, & alii multi Sancti, ac Doctores,
qui manifeſtè inter terminos humanæ fidei
faciunt quandam traditionem magnæ aucto-
ritatis, ac præeminentiæ, & ideo ad compro-
bandam hanc veritatem tanquam primum
fundamentum, ac baſim hanc traditionem
proponit inſignis Doctor, ac ſemper veneran-
dus Magiſter meus. Magn. Suar. *to. 4 de Relig.* Suarez.
tract. 6 lib. 2 cap. 10. dicens: *Eſt valdè recepta,
& antiqua traditio hanc Religionem à tempo-
ribus Prophetarum, & ſignatim ab Elia inſtitu-
tione ſuam ducere originem.* De quo iterum di-
cam *q. 2. n. 29.*

Sextò, demonſtratur hæc veritas ex multis 10.
apparitionibus, quibus Sanctus Elias ſeipſum
habitu Carmelitano ſe manifeſtavit, quia tali
indumento eiuſdem nempe coloris utebatur
ille dum viveret. Cum ad petitionem Saülis
Pythoniſſa ſuſcitaret Samuelē, ait mulier: *Vir
ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio, & intel-
lexit Saül, quod Samuel eſſet.* 1. Reg. 18. n. 14. 1. Reg. 28.
Saül intellexit ex habitu, quod eſſet Samuel,
quia tali habitu utebatur, dum viveret. Ait
Rabbi Salomon apud Abulenſ. *q. 32. ad finem,* Rabbi Salom.
& ſequenti, q. 33. ait ipſe Abulenſ. *Finxit Sa-* Abulenſ.
muel habitum de aëre, quod eſſet ejuſdem figuræ,

& coloris, cuius erat p llium ſuum, quo vtebatur dum viveret. Idem habent Lyranus, Gaſpar Sanchez: ergo cum Sanctus Elias apparet habitu Carmelitano indutus, ſignum evidens eſt, quod in vita tali indumento utebatur.

11. Beatrix à Matre Dei.

Venerabili Beatrici à Matre Dei fundatrici Conventus Hiſpalenſis, de cuius admirabili vocatione ſcribit Sancta Thereſia *cap. 25. lib. ſuarum fundationum*; Apparuit Venerandus ſenex, & vividus habitu Carmelitano indutus, barba oblonga, capillis veluti argenteis, & interrogata ipſa Venerabilis Beatrix, quem exiſtimabat eſſe illum venerandum ſenem qui ei apparuit. Reſpondit fuiſſe, *noſtrum Patrem Eliam*. Ita teſtificati ſunt graviſſimi Patres, quibus illa hanc viſionem manifeſtavit; ut refert M. Fr. Franciſcus à Sancta Maria *tom. 1. de Reformatione Diſcalceatorum, lib. 3. cap. 38. num. 8.* & etiam Venerabili Catherinæ de Cordona, de cuius admirabili vita, & incredibili auſteritate, ac pœnitentia magnum teſtimonium præbet Sancta Thereſia, *eodem lib. fundationum, cap. 27.* Illi apparuit Chriſtus Dominus habitum Carmelitanum oſtendens, monenſque ut illum aſſumeret, ſimúlque vidit Parentem noſtrum Eliam indutum habitu Carmelitano oſtenſo à Chriſto, & zona pellicea ſuccinctum. Vnde ipſa Venerabilis Catherina dicebat: *Vide in carne, & oſſibus noſtrum Patrem Eliam.* Hoc ipſa dixit graviſſimis Patribus Fr. Angelo ab Præſentatione, & Fr. Baſilio de S. Alberto, ut ipſi ſub juramento juridicè depoſuerunt, & refert *citatus*. M. Fr. Franciſcus à S. Maria, *allegato 1. tom. lib. 4. cap. 15. num. 4.* Huc etiam veniat alia viſio facta Venerabili Annæ à S. Bartholomæo Sociæ Sanctæ Thereſiæ in vita ipſius ab ea ſuorum Superiorum mandato *conſcripta c. 24.* teſtatur, quod tempore cujuſdam Capituli noſtri Ordinis, viderit *Patrem noſtrum Eliam* extendentem pallium ſuum album ſuper Conventum ſuorum filiorum Valliſoleti, in quo celebrabatur Capitulum, & ejus admirabilis ſucceſſus oſtendit protectionem tanti Parentis.

Franciſc. à S. Maria. Catherina de Cordona.

12. Doroth. à S. Renato.

Confirmatur; quia *Dorotheus à Sancto Renato* Commentator *in Apocal. lib. 2 q. 10. sect. 3.* Inter varias viſiones, quas refert, de S. Elia ſcribit, quod in Civitate Mechlinienſi anno 1580. cum Hæretici Angeli intentarent deſtruere Conventum Carmelitarum, qui peculiariter erat conſecratus Sancto Eliæ; apparuit ſuper Conventum ſenex quidam venerandus, habitu Carmelitano indutus, & extenſa manu cum gladio. Vnde Hæretici magno metu agitati fugientes receſſerunt à Conventu, & inde communi opinione retentum, ac divulgatum eſt, ſenem illum venerandum fuiſſe Sanctum Eliam, & abſque dubio ex habitu apparebat, quo in vita utebatur, ut de Samuele eſt dictum.

13. Ioſephus Antioch.

Septimò Probatur hæc veritas, magno graviſſimorum Auctorum pondere; & primus ſit Joſephus Antiochenus, qui ut jam dictum eſt, floruit circa annum Chriſti 130. *in ſpeculo perfectæ militia Chriſtiana, cap. 12.* Cujus verba referam *quæſtione 3.* Pro noſtra ſententia ſtat Euſebius Cæſarienſ. *lib. 2. Hiſtoria, cap. 3.* ex noſtris antiquiſſimi Auctores, & graviſſimi Patres Ioannes Ieroſolym. Sanct. Bertoldus, S. Bocardus, S. Cyrillus Conſtantinopolit. S. Petrus Thomas, Venerabilis Vvaldenſis, Bachonius, Palynidorus, *jam citati hoc cap. n. 9.*

Euſebius. Ioan. Ieroſ. S. Bertold. S. Bocard. S. Cyrill. S. Petrus. Vvalden. Bachon. Palynidor.

Et aliis deciſio celeberrima univerſitatis Cantabrienſis in Anglia anno 1374. Richardus Armacanus *ſerm. de concept.* Tritemus ex ordine Sancti Benedicti, *de laudibus Carmelitar*, Genebrardus in ſua *Chronographia ad ann. 1142.* Ex Ciſterclenſi familia, *Chryſoſtomus Henriquez.* Ex ordine Præmoſtratenſi, *Dionyſius Mudzaert.* Ex ordine Prædicatorum, *Dominicus Gravina*; *Petrus Calvus* Regius Prædicator. Ferdinandus *de Caſtrigho.* Franciſcus de Aravio. Et hoc etiam habetur *in chronico compendioſo Prædicatorum.* Ex ordine eremitarum S. Auguſtini, *Proſper Stellarius*, *Petrus Valderrama*; *Baptiſta à Glano*; Ægydius Luſitan. lib. 2. Primas Auguſtini Fr. Ioannes. Nævius lib. 2. de Inſtitutione Ord. D. Auguſtini cap. 7. ex Seraphico Ordine, Doctiſſimus *Ioannes Carthagena*; *Coleſtinus à Monte Marſano.* Ex Ordine Minimorum, Generalis, *Ægidius Comarius.* Ex Sacra Societate. *M. Suar. Gaſpar Sanchez, Salianus, Petrus Poyrans, & Petrus Ojeda, in informatione pro concept.* Et alii multi.

14. Vniv. Cant. Armacan. Tritem. Genebrard. Chryſ. Henriq. Dion Med. Gravina. Per. Calvus. Ferdinand. Aravio. Compend. Præd. Stellarius. Valderram. A Glano. Carthagena

Multi alii graves Doctores eandem ſententiam firmant, & tenent; Miœus, Gulielmus, Fiſingenius, Carolus de Tapia, Laurentius Beyerlinck. Petrus Bertius, & alii plures, quos late referunt M. Franciſcus à S. Maria *in Hiſtoria Prophe. lib. 1. cap. 10. num 14.* M. Lezana *tom. 1. Annalium in apparatu cap. 6. & latius cap. 10.* M. Petrus Vvaſtelius *lib. 1. vindiciarum sect. 5 art. 13. & 14.* M. Fr. Daniel à Virg. Maria. Vinea Carmel. *part. 2. c. 2. & 3. fol. 95.* ubi adducunt allegatione, & verba prædictorum Auctorum.

15. Miœus. Gulielm. Carolus. Laurent. Bertius. Franc à S. Maria. Lezana. Vvaſtelius. Daniel.

Quibus & addendi ſunt graviſſimi alii Auctores, Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Dominus Rodericus à Cunha digniſſimus Archiepiſcopus Vlyſipponenſis 1. *p r. Decre. diſt. 54. n. 2.* Illuſtriſſimus, ac vir valdè celeberrimus in Hiſpania, Dominus Epiſcopus Ioannes Pelafox *in notis, in monitis S. Thereſiæ ad monitum 8.* Sapientiſſimus Doctor Fr. Leo à D. Thoma Ordinis Sancti Benedicti inſignis primarius ſacræ Theologiæ in Regia Conimbricenſi Academia, *in ſua Benedictina, to. 1. Præludio 1. in ultimis duobus paragraphis, folio 7.* Ex Societa Jeſu, Cornelius à Lapide, & Tyrinus *ad 3. Regum cap. 17.* Fernandus Salazar *de Concept. Argument. 9. c. 38. num. 11.* M Alphonſus Flores *in cap. 24. Eccleſiaſt. parte tertia, in tractatu Aſcetico, ſectione 36.* Adrianus Lyræus *in tractatu Mariano, lib. 1 Sono 35. & lib. 2. modo 31.* M. Ioſephus Andræas *Decore Carmel. 34. a num. 129.* Mag. Emanuel Ortilei *Triumpho Carmel. ex eadem Sacra Societate.* Ioannes Caramuel Abbas Ciſtercienſ. *tomo primo, Theolog. Moralis, diſputatione 34. num. 349 folio 149.* ubi, multos alios citat M. Laurentius Angles *primum in Conſultis Epiſtol. Dedicator. n. 14.* & citat Antonium Abbatem Vercelenſem

16. Cunha. Palafox. M. Leo. Cornelius. Tyrinus. Salazar. Flores. Adrianus. Andræas. Caramuel. Laurent. Ant. Abb.

Abbatem

Abbatem Mauloricum, Leandrum Granaten.
Reyner. Argaiz. Clementem Reynerum, & tandem R.P. Gre-
gorium de Argaix *tom. 1. Publacion Eccleſiaſt.*
de Eſpana ad finem in uno tractatu : *El ma or*
Reynerus. *credito de los Mortos, fol.* 21. Clemens Rene-
rus *lib. de Apoſtolatu Benedictorum Angli,*
Pitſeus. *tract.* 1 *ſect.* 1. Ioannes Pitſeus *lib. de Illuſtribus*
Britania ſcriptoribus Ætate 5 *n.* 45 & pro hac
ſententia præter Auctores citatos plus quam
quadraginta referunt Sapientiſſ. Mag. Ilde-
Flores. phonſus de Flores ex ſacra Societate Ieſu *in*
cap. 24. *Eccleſiaſtici, n.* 1680. Inſignis Do-
Bonæ ſpei. ctor Franciſcus Bonæ Spei de immaculata
Concept. *diſp.* 3. *à n.* 3. *&* *à num.* 37. Et in-
D. Iſidor. ſignis Doctor Fr. Iſidorus à Luce Ordinis
ſanctiſſimæ Trinitatis in Regia Conimbri-
cenſi Academia controverſiarum publicus
Profeſſor in ſuis partitis hanc ſententiam ſæ-
pè dictavit, & ideò pro hac veritate confir-
manda pluſquam centum quinquaginta Au-
ctores poteram adducere.

Proindeque ad hoc noſtrum aſſertum com-
probandum, ac firmandum, ex omnibus fe-
rè ſacris Religionibus graviſſimi Auctores
conſpiraverunt, ex antiqua familia D. Bene-
dicti ſeptem, ex Ciſtercienſi reformatiſſima
quatuor ex gravi Præmonſtratenſi tres, ex do-
ctiſſima Religione D. Dominici novem, ex
Seraphico ordine duodecim; ex Illuſtriſſimis
Eremitis D. Auguſt. quinque, ex Religioſſi-
mis Patribus D. Hieronymi tres; ex graviſſi-
ma, ac ſacra Societate Ieſu pluſquam vigin-
ti duo; ex Religioſiſſimis Fratribus ſanctiſſi-
mæ Trinitatis duo; ex magna Minimorum
familia tres, & ſic de omnibus aliis Religio-
nibus. Plures ex unaquaque Religione ſapiẽ-
Ioſeph. And. tiſſimus Magn. Ioſephus Andreas ex eadem
Societate decore Carmeli *à n.* 313. *&* 314.
& qui præclarè de Rebus Carmelit. agunt.

17\. Quod Auctores cum aſſerunt, & approbant
rem valdè antiquam, eorum auctoritas eſt ma-
gni ponderis, ac conſiderationis, quia licèt
non ſint contemporanei cum illa antiquitate,
tamen ſua probitate, ſcientia, ac eruditio-
ne ſunt judices integerrimi; ac magni teſtes,
quod fundamenta, quæ pro illa antiquitate
præferuntur, ſint optima, & valida, ac effi-
cacia, ut talis ſententia ſit amplectenda, ac
tenenda, niſi enim illi ita judicaſſent, à tali
ſententia diſcederent, & eam rejicerent, &
minimè approbarent.

Quæstio II.

Aperiè refutantur aliqua opiniones contra propoſitam veritatem.

SUMMARIUM.

18 *Falſitas multiplicem varietatem quærit.*
19 *Ex regula Carmelitana, refutantur opiniones contraria.*
20 *Ex Concilio Lugdunenſi conſtat, quod Religio Carmelitana erat ante Concilium Lateranenſe.*
21 *Baronius nullum fundamentum, nec Auctorem adducit pro ſua opinione.*
22 *Refutatur ex antiquiſſimis monumentis.*
24 *Tres ſententia per Bullas authenticas refutantur, & n.* 25.
26 *Sententia Hieronymi Romani appellatur à Carthagena delirium.*
27 *Ioannes* 44. *ex ſuo libro conſtat, quod non fuerit ordinis fundator.*

FUerunt aliqui Auctores, qui hanc gloriam 18.
ſacræ Religioni Carmelitarum denegare
intentarunt, quod ſcilicet à Magno Patriar-
cha Elia habeat ſuam originem, ac inſtitu-
tionem, quorum aſſertum, neſcio an dici poſ-
ſit opinio, quia ex eo habuerunt exor-
dium, quia conſtitutiones Apoſtolicas, ac an-
tiqua documenta non inſpexerunt, ac matura
conſideratione legerunt; & fortè unus tran-
ſcribens ex alio talem ſententiam protulit; &
cum iſti Auctores à veritate deflecterent, va-
ria placita ſibi conſtituerent; nam ut doctè ait
Ioannes Keehius contra Luther. *Qui à verita-* Kechius.
te deflectunt, in varios reflexus, ac ambagines
abeunt, ac tendunt.

Has omnes adverſariorum opiniones ma- 19.
gno pondere rationum, ac documentorum
antiquorum impugnant, & convincunt M.
Ioannes Carthagena *tom.* 4. *in Evang. lib.* 17. Carthagena.
homil. 2. M. Michael Munox *in propugnaculo* Munox.
Elia lib. 2. *cap.* 1. *art.* 3. *&* 4. Petrus Eveſte- Vueſtelius.
lius *lib.* 1. *vindiciar. ſect* 5. *art.* 1. Franciſcus à Franciſcus.
S. Maria in Hiſtoria Prophetica *lib.* 1. *cap.* 10.
Matthias à S. Ioanne *in Hiſtoria Panegyrica* Matthias.
part. 5. *cap.* 7. M. Lezana *tom.* 1. *in apparatu* Lezana.
cap. 10. Daniel à Virg. Maria in vinea Car- Daniel.
meli *part.* 8. *c* 1. *&* 2. & ſequentibus. Breviter
oppoſitas ſententias refero, ut efficaciter re-
futo.

Primò Raphael Volaterranus *in Tropolog'a* 20.
lib. 21. affirmat Religionem Carmelitarum Volaterran.
ortum habuiſſe ab Alberto Patriarcha Iero-
ſolymitano ſub Honorio IV. anno 1286. &
tamen communiter juxta omnes fere Aucto-
res Albertus mortuus eſt anno 1214. & ita
habet Tabula ſcripta in Eccleſia Verſalenti,
ubi ipſe antea fuerat Epiſcopus quod tali an-
no 1214. fuerat mortuus; ac proinde Volater-
ranus eum conſtituit reſuſcitatum fere ſep-
tuaginta annos poſt mortem ſuam. Deinde
Albertus non dedit regulam, ſed recupilavit,
& in meliorem formam eam redegit, quæ da-
ta fuerat à *Ioanne* 44. *Ieroſolymitano.* Deinde Albertus.
quando Albertus dedit regulam, jam in Mon-
te Carmeli erant noſtri Monachi, ut aperiè
ſupponit Albertus in Prologo Regulæ, di-
cens: *Dilecti in Chriſto filio Brocardo, & cæteris*
Eremitis, qui ſub ejus obedientia juxta fontem
Eliæ in monte Carmeli morantur: ergo ante Al-
bertum erant Monachi in Monte Carmelo
ſub obedientia prioris illius.

Secundò D. Antoninus 3 *part tit* 20. *cap.* 5. 21.
& alii aſſignant principium noſtræ Religio- D. Antonin.
nis ſub Innocentio, qui convocavit Conci-
lium Lateranenſe anno 1215. per Albertum
Patriarcham Ieroſolymitanum, qui regulam
dedit, ſed ut jam dixi, Albertus non dedit
Regulam; ſed recupilavit, & jam ante ipſum
erant Religioſi in Monte Carmeli, ut modo
dixi, & veniamus ad Concilium Lateranenſe
ſub Innocentio III. anno 1215. c. 13. De- Innoc. III.
crevit, quod nulla nova Religio in Eccleſia
Dei exurgeret: *Ne quis de cætero novam Reli-*

gionem inveniat, quod ſi aliquis vellet inſervire Deo, unam ex Religionibus jam approbatis eligeret: hoc tamen non obſtante aliquæ Religiones excreverunt, & ideo Conciliũ Lugdunenſe (Conc. Lud.) ſub Gregorio X. anno 1274. & refertur in corpore juris *lib. 6. Decretal. titulo,* (De decal.) *de Religioſis Domibus cap. unico.* Poſtquam Concilium Lateranenſe præcepit abolere novas Religiones, exceptis Mendicantium, ſcilicet Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, ac Carmelitarum, & de his duobus loquens Concilium Lugdunenſe, Ait: *Cæterum Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum Ordines, quorum inſtitutio, dictum Concilium Generale,* ſcilicet Lateranenſe, *præceſſit in ſolido ſtatu volumus permanere.* Ergo juxta ſacrum Concilium inſertum in corpore juris Religio Carmelitarum incœpit, & erat ante Concilium Lateranenſe: *Quorum inſtitutio dictum Concilium* (Lateranenſe nempe) *præceſſit;* ergo in ipſo Concilio Religio Carmelitana non fuit inſtituta, ſed jam ante ipſum præceſſerat, & erat, ut conſtat ex concilio Lugdunenſi.

22. (Baronius.) Tertiò. Cardinalis Baronius *tom. 12. ad annum Chriſti* 1181. §. *Antequam,* tenet, quod Religio Carmelitarum cœperit per Aymericum Patriarcham Antiochenum legatum ſedis Apoſtolicæ in Oriente, qui cum videret multos viros, graves, diviſos per varias partes, eos tunc congregavit in Monte Carmeli, indeque dicta Religio habuit exordium ſub dicto Alexandro III. anno 1181. valde mirum, quod Eminentiſſimus Dominus Cardinalis talem proferat ſententiam abſque aliquo Auctore, fundamento, & ratione, in re (Caramuel.) tam gravi, & antiqua, & ut optimè ait Caramuel Abbas Satrianenſium; & Campanienſis Epiſcopus Apolog. pro doctrina de Probabilitate epiſtol. 4. n. 22. & ait; *Sum jam aſſuetus Baronio non credere dicenti, ſed non probanti:* Ergo cum Baronius non probet, ſed dicat, ejus dictis non eſt ſtandum; & contra hanc ſententiam inſurgunt omnes noſtri Doctores fundamentis appoſitis ſuperiori quæſtione, quibus oſtenditur Eliam eſſe Patrem noſtrum, per hæreditariam ſucceſſionem.

23. Deinde hæc dicta ſententia reiicitur per multas ſcripturas authenticas fundationum multorum Conventuum, qui per multas centarias annorum ante Aymericum fundati, ac erecti fuerunt, & jam ferè per quingentos annos, ut Conventus Florentiæ an. 745. & Conventus Senenſis anno 797. ut conſtat ex antiquis lapidibus exaratis in ipſis Conventibus, & antiquis ſcripturis, per publicos Tabelliones circa donationes Carmelitis factas in fundatione talium Conventuum, quas adducit Lezana *tom. 3. Annalium ad prædictos annos.*

Tres prædictas ſententias per Bullas authenticas apertè refuto.

24. Hæ omnes tres prædictæ ſententiæ aſſerentes, Religionem ortum habuiſſe ſub Alberto, Innocentio III. vel Aymerico per authentica Apoſtolica diplomata, apertè & manifeſtè oſtendo, eſſe omnino alienas à veritate, nullumque probabilitatis veſtigium habere poſſunt: Nam Summi Pontifices Stephanus V. qui floruit anno 816. Leo IV. anno 847. Adrian. II. ann. 868. Sergius III. ann. 907. Ioann. X. ann. 913. Ioannes XI. ann. 931. Alexander II. anno 1061. Qui omnes Summi Pontifices conceſſerunt varias indulgentias viſitantibus Eccleſias Fratrum Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli in diebus feſtivis. (Stephan V. Leo IV. Adrian II. Serg. III. Joan. X. Joan. XI. Alexand. II.) Has omnes conceſſiones Apoſtolicas refert Sixtus IV. in ſua Bulla ſecunda (Sixtus IV.) pro Religione Carmelitarum, & incipit. *Dum attenta; quod glorioſiſſima,* & etiam eas refert Gregor. XIII. in ſua Bulla; *Vt laudes,* quæ (Greg. XIII.) habentur authenticæ in noſtro Conventu Tranſpontino, & in hoc Carmelo Vlyſipponenſi & in Bullario Carmelitarum Diſcalceatorum *fol.* 117. & *fol.* 326. & apud Bullarium Rodrig. & alios.

Ex his ſeptem Summi Pontifices, ſex floruerunt, ante annum milleſimum, ex quibus Stephanus V. Leo IV. Adrianus II. ferè per tercentos annos fuerunt ante Aymericum: & ferè per trecentos, & quinquaginta ante Albertum, ac Innocentium. (Stephan V. Leo IV. Adrian. II. Adrian. II.) Et Pontifices Sergius III. Ioannes X. Ioannes XI. ſuum Pontificatum tenuerunt, ante Aymericum pluſquam ducentos annos, & ante Albertum, & Innocentium III. & Concilium Lateranenſe, ferè ducentos, & quinquaginta annos. (Sergius III. Ioan X. Ioan. XI.) Alexander II. ſuum pontificatum geſſit, ante Aymericum excedens ſpatium centum annorum, & ante Albertum, & Innocentium III. ferè per centum quinquaginta annos. (Alexand II.) Ergo apertè per Bullas Apoſtolicas authenticas demonſtratur, quod noſtra Religio per multas centenas annorum præceſſit Aymericum, Albertum, Innocentium III. ac Concilium Lateranenſe, & conſequenter, quod per nullum illorum habuit exordium. 25.

Quartò; Hieronymus Romanus *lib. 6. ſua Republica, cap.* 10. ait Religionem Carmelitanam habuiſſe ſuum principium anno 706. ſub Leone III. Summo Pontifice, meritò M. Joannes Carthagena *to. 3. in Evangel. lib.* 17. *homil. 2. objectione* 5 appellat hoc dictum non ſententiam, nec opinionem, ſed delirium; nam iſte bonus Auctor, nullum fundamentum, nec rationem, nec Auctorem profert, ob quod dicendum ſit, Religionem tali anno fuiſſe inſtitutam, & non potius antea, vel poſtea. 26. (Roman.) (Carthagena.)

Quintò; eſt quorundam ſententia, quos tacito nomine video referri, qui aſſerunt Religionem noſtram ſuam originem accepiſſe ſub Ioanne Patriarcha 44 ad annum 412. & falſitas iſtius ſententiæ convincitur ex lib. ipſiuſmet Ioannis 44. de inſtitutione Monachorũ. Vbi per totum oſtendit Eliam eſſe fundatorem, ac Auctorem ipſiuſmet Religionis, quod probat à *cap. 2. & 3.* & deinceps, & D. Cyrillus Conſtantipolitan. *lib. de proceſſu Ordinis, cap. 1.* ait: *Quod fuit vir quidam inſignis, & magnus. In Monte Carmelo, Ioannes nomine, qui cæteros conſortes ſuos, ejuſdem montis Monachos, exemplo ſuo & magiſterio. ſolicite inducebat ad perfectionem acquirendam, ſecundũ propheticam diſciplinam vitæ monaſticæ per Eliam Prophetam inſtitutam.* Ex quo rectè infert inſignis Abbas Ioannes Caramuel in expoſitione Regulæ ſancti Benedicti *diſput.* 34. *num.* 341. 27. (Ioan. 44.) (Caramuel.)

num. 341. quod iſte Ioannes 44. poſt raptum Eliæ magnis documentis, ac vitæ ſuæ exemplo maximè inſtruxit Carmelitanos Religioſos in vita monaſtica, ac illius perfectione.

QUÆSTIO III.

Satisfit objectionibus cujuſdam Auctoris Moderni.

SUMMARIUM.

28 *Refertur opinio cujuſdam Auctoris.*
29 *Comprobatur traditio Carmelitarum.*
30 *Nec antiqua omnia ſunt ſcripta, & n.* 31.
32 *Traditio Carmelitarum ex multis comprobatur, & n.* 33.
34 *Magna fides, & auctoritas Ioannis Ieroſolymitani.*
35 *Et eſto concedatur, nil facit contra nos.*
36 *Maximè ſtabilitur noſtra ſententia.*
37 *Refertur, & impugnatur ſententia cujuſdam Auctoris, & n.* 38.
39 *Carmelitæ multum profecerunt ſub doctrina Apoſtolorum.*

28. Quidam Auctor. QVidam modernus Auctor multis inſurgit contra nos, quæ appono; nam ex eorum ſolutione, magis eluceſcit, & pateſit noſtra veritas: Ait iſte Auctor noſtra ſententia de origine *ab Elia; habet ſuum initium ex libro Ioan. 44. qui liber fabuloſus eſt, & auctor ſuſpectus hæreſis, ac proinde nullius fidei cenſendum erit, quidquid à tam impuro fonte manavit.* Deinde ſi ſtatus Ordinis eſſet tam antiquus, de illo facerent mentionem per illa ſæcula conviventes. Deinde ſubdit, quod Religio noſtra Carmelitana nullam poteſt in hac re habere traditionem, quia traditio non habetur, niſi per ſanctos Patres, ac Doctores, unde infert. *Igitur ridenda ſine dubio traditio nunquam tradita, in nullo ſanctorum inventa, imò nec graviſſimorum Doctorum, ſed commenta ardore obtinendi antiquiſſimam originem.*

Traditio Religionis Carmelitanæ vera, & firma eſt.

29. Suar. Imprimis noſtram traditionem veneratur, & approbat Doctor Franciſcus Suarez magnus ſplendor ſacræ Societatis, ac hujus ſæculi *tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 10. in princip.* & ait: *Eſt valdè recepta, & ſatis antiqua traditio Religionem hanc à temporibus Prophetarum, & ſignatim ab Elia inſtitutione ſuam ducere originem.* Hanc eandem traditionem approbant, & confirmant omnes Auctores, quos ſuperiori *quæſt. num.* 13. 14. 15. & 16.

30. Theophy. Nec omnia, quæ facta ſunt antiquis temporibus ſcripta ſunt. Vt notat Theophylactus 1. *Corinth.* 11. *verſ.* 2. & ait: *Liquet ex his, tum Paulum, tum reliquos Apoſtolos, haudquaquam omnia literis mandaſſe.* Et de hac re multa adducit Bellarminus lib. de Traditionibus; & ex eo quod aliqui Auctores antiqui non faciunt mentionem de aliqua re, deinde eam de falſitate arguere, ridiculum eſt, de quo optime ait Theophilus Raynaudus *lib. de*

Bellarm. Theophil.

ſcapular. Carmel. part. 2. quæſt. 1. & ait: *Mihi univerſa hæc ratiocinatio planè ſtraminea videtur; uſi ſunt planè hac argumentandi inanitate Anabaptiſtæ, aſſerebant, narrationem de homine ad piſcinam probaticam ſanato fabuloſam eſſe, & à falſario quodam intruſam in Ioannis Evangelium; tum nunquam fuerit Hieroſolymis Piſcina probatica, quod probant ducto argumento, ex Ioſephi de ea piſcina, ſilentio.* Cum fuerit diligens Auctor de rebus Iudaicis: *Ridet eam argumentandi ruditatem Toletus, Ioan. 5. Annotat. Simili modo, homo parum ſobrius Vlricus Velenus, inde probat falſum eſſe S. Petri Pontificatum, quod ſanctus Lucas tam minuta de Paulo recenſens in lib. Actorum, ſiluerit tamen de S. Petri Romam appulſu, & collocutione cum Paulo; Cum quo tamen non potuiſſet Petrus non agere, ſi ambo ſimul Romæ vixiſſent.* Et ſtatim ſubdit: *Inde graves Auctores obſervant ſanctum Lucam in Actis pleraque reticuiſſe, quæ ex ejus ſilentio inſimulare falſitatis, ridiculum ſit, ac puerile.*

De Chriſto Domino multa non ſunt ſcripta in Evangello, ut teſtatur D. Ioan. *cap.* 21. *num.* 25. & tamen multa de myſteriis ejus Nativitatis, vitæ, paſſionis, mortis, Aſcenſionis revelata ſunt Beatæ Brigittæ, ac aliis ſanctis, quæ pro certis habentur, ac indubitatis, ut quod natus ſit media nocte, quod flagella fuerint quinque millia &c. Quamvis ergo de noſtra antiquitate, ac traditione nullum eſſet ſcriptum documentum, ſat erat revelatio facta B. Petro Thomæ de ſtabilitate Ordinis, quæ revelatio tripliciter fuit examinata, recognita, confirmata, & approbata à ſancta Sede Apoſtolica ſub Sixto V. Paulo V. Vrbano VIII. ut jam dixi ſuperiori quæſt. Virgo ſacratiſſima apparens B. Petro dixit: *Confidito Petre, Religio enim Carmelitarum uſque in finem ſæculi eſt perſeveratura, ſic Elias, ejus namque inſtitutor, jam olim etiam à filio meo impetravit.* Hoc ſacratiſſimæ Virginis teſtimonium ſat erat pro confirmanda hac veritate. Et maximè cum noſtra origo ab Elia ſit valdè antiqua, & antiquitas ipſa edax eſt librorum, potiſſimè cum noſtra principia fuerint in Syria, ac Palæſtina, ubi Mauri, Perſæ, ac Chriſtiani nominis hoſtes multas clades, devaſtationes, ac incendia intulerunt, ac magna rerum monumenta perierunt; tamen adhuc noſtræ antiquitatis habemus præclariſſima ac firmiſſima documenta; de hoc iterum dicam *Reſolut. 3. quæſt. 14. n.* 112.

31. Ioan. 21. D. Brigitta. S. Petr. Th. Sixtus V. Paulus V. Vrban. VIII.

Imprimis ſunt ſeptem Summi Pontifices, qui per ſuas bullas authenticas teſtantur Carmelitanum Ordinem ab Elia, & Eliſæo fuiſſe inchoatum, ab eiſque habere hæreditariam ſucceſſionem, ut vidimus in hac reſolutione *quæſt.* 1. in exordio & aliis Pontificibus, qui Eliam dicunt conſtitutorem & Patre Religionis, & ex Decreto ſacræ Congregationis jam citato, & iterum citando in hac quæſt. *num.* 39. Joſephus Antiochenus, de quo dixi ſuperiori quæſt. vicinus tempori Apoſtolorum floruit anno Chriſti 130. in ſpeculo perfectæ militiæ Chriſtianæ, *cap.* 12. ait: *Perfectorum militum Chriſti Apoſtolorum coadiutores ſurrexerunt ſtrenuiſſimi, viri ſolitarij, contemplationique dediti, ſanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſæi imitatores, qui de Monte Carmelo deſcendentes* 32.

Sacr. Congr.

Digitized by Google

ſcendentes per Galilæam, Samariam, Palæſtinam, fidẽ Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt, quique in Virginis Mariæ honorem in montis Carmeli declivio fabricãtes oratorium, Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſervierunt. De cujus antiquitate magno pondere Auctorum multa ſcribit M. Lezana *tom. 1. Annal. cap. 6.* Euſebius Cæſarienſis floruit circa annum 350. *lib. 2. Hiſtoriarum, 3* ait: *Apud Antiochiam florentiſſima congregatur Eccleſia, in qua erant plurimi viri Prophetici Ordinis* Luitprandus, ſeu Ferrãdus, nobilis, & perantiquus Auctor, claruit circa annum 960. *in fragmentis 263.* facit mentionem de Diſcipulis ſanctorum Eliæ, Eliſæi, ac eorum ſucceſſoribus. Antiquiſſimum Chronicon Romanum apud Paleonydorum *lib. 1. cap. 6.* Luitprandus de quo infrà.

Lezana. Euſebi.o. Luitprand.

33. Deinde pro hac noſtra ſententia ſtant quatuor ſanctiſſimi viri ab Eccleſia canonizati, ſanctus Bertoldus, ſanctus Brochardus, ſanctus Cyrillus Cõſtantinopolitan. ſanctus Petrus Thomas, quos retuli *quæſt. 1. num. 9.* & tot ſanctorum virorum auctoritate ſatis firma, & corroborata eſt hæc ſententia, & aliorum, quos retuli citata *quæſt. 1. n. 13. 14. 15. & 16.*

34. Ioan 44. Tandem Ioanes Hieroſolymitanus floruit anno 412. In toto libro de Inſtitut. Monachorum, maximè noſtrum aſſumptum, ac intentum approbat. cap. 10. agit: *De primis ſucceſſoribus, ac imitatoribus Eliæ, quos in monaſtica vita, & eremitica, quam primus hominum inchoaverat, ſucceſſores poſt ſe in perpetuũ relinquere diſpoſuit, & habitavit in Monte Carmelo ad vitam ſolitariam religioſam ducendam aptiſſimè.* De iſto Ioanne Hieroſolymitano, ejuſque fidei ſinceritate, morum probitate, eximiaque ſapientia, ac ipſius libri veritate, magno, & ampliſſimo graviſſimorum Auctorum Antiquorum numero aguot, comprobantque Tritemius de laudibus Carmelitarum; Ægydius Carmatus Generalis Minimorum *lib. de geſtis Eliæ, c. 10. ſect. 2.* Caniſius de B. Virg. ex ſacra Societate, Valentia 2. 2. *d. 57. 10. quæſt. 4 punct. 1.* Poſſevinus *in apparatu ſacro.* Salian. *tom. 4. Annal ad annum Mundi 3123* Alphonſus Flores *in cap. 14. Eccleſiaſt. parr. 3. num 1676.* ex noſtris Vvaldenſis *de Sacram tit. 9. cap 89.* Petrus Vvaſtal. tribus libris vindiciarum, Lezana *tom. 1. in apparatu, cap. 9.* Daniel à Virg. Maria Vinea Carmeli, *à num 1180. & 1197.* M. Franciſcus Bonæ Spei *de Concept. diſput. 3.* præſuppoſito quinto *à n. 137.* & latè.

Tritemius. Carmatus. Caniſius. Valentia. Poſſevin. Salian. Flores. Vvalden. Vvaſtali. Lezana. Daniel. Franciſc.

35. Eſto ex abundantia concedamus aliquid contra probitatem, ac integritatem fidei Ioannis, nil facit contra nos, nam quæ Ioannes dicit de origine Carmelitarum, cum habeantur in Bullis Apoſtolicis Summorum Pontificum, maximè ut vera reputanda ſunt, ſicut quamvis liber ſcriptus ab Henoch, ſit apocryphus, multis hæreticorum erroribus plenus, tamen ea, quæ Apoſtolus Iudas narrat de eo in ſua Canonica *num. 14.* maximè ut vera venerantur, & tenenda ſunt, ut notant eum D. Hieronym. Benedictus Iuſtinianus, Eſtius, Cornelius, & alij.

Iudas Apoſt. D. Hieron. Iuſtinian. Eſtius Cornelius.

36. Videat ergo Lector, quo fundamento dici poteſt, quod *noſtra traditio nunquam tradita in nullo ſanctorum eſt inventa, imo nec graviſſimorum Doctorum.* Cum pro ſe habeat tot Romanos Pontifices, tot ſanctos Canonizatos, & in magno numero tot graviſſimos Doctores & antiquiſſimos, nam ut recte argumentatur Theophilus Raynaudus citatus, hiſtorias à Patribus, & ſanctis viris traditas Eccleſiæ, maximè venerandas eſſe, & ideo ut certam habemus vitam S. Pauli Thebæi, & S. Hilarionis ſcriptam à S. Hieronymo Item & vitam S. Antonij à ſolo ſancto Athanaſio deſcriptam; quomodo quis negare audebit, quæ noſtra ſunt, cum tradita habentur à tantis Summis Pontificibus, à tantis ſanctis Canonizatis, à tot & tantis, graviſſimiſque Auctoribus, ac antiquiſſimis, ac revelationibus approbatis à ſancta Eccleſia Catholica, & plus eis credendum, quam tali adverſario.

Theophy. S. Hieron. S. Athan.

Antiqui Carmelitæ multum profecerunt ſub doctrina Apoſtolorum.

Ait ſupracitatus Auctor n. 10. *Nam Carmelitana Religio, etiamſi verum fuerit quod ab Apoſtolis fuerit propagata, & Chriſti diſciplina & conſuetudine imbuta, tamen cum Chriſti fidem accepit, & Apoſtolis adhæſit, & gratiam Spiritus ſancti obtinuit, labi cœpit, & à fervore illo, quem in Synagoga conſervabat, paulatim defecit.* 37. Idem Auctor.

Valde mirum eſt dictum, nam ſi illi, qui erant in Synagoga & fidem Chriſti acceperunt, Spiritus ſancti gratiam ſunt aſſequuti, & Apoſtolis adhæſerunt, in magnos virtutum progreſſus profecerunt, ut planum eſt, & omnes fatentur; unde ergo colligitur, quod Carmelitana Religio, quæ tunc Apoſtolis adhærens, ab eiſque Chriſti diſciplina, ac doctrina imbuta, obtenta gratia Spiritus ſancti labi cœperit, ac deficere à ſuo fervore quem in Synagoga retinebat. Imò potius ipſum fervorem gratia Spiritus ſancti in melius, ac excellentius tranſmutavit, maximè, cum ipſi eſſent adhærentes Apoſtolis, ſequendo, ac imitando eorum vivendi modum, ac Religionem cum tribus votis, ut citatus Auctor *n. 11.* fatetur de Eſſenis Theoricis fũdatis tempore Apoſtolorum, ut teſtantur Suar. *to. 3. de Relig. lib 6. cap. 1. num 3.* Serarius *lib Trihæreſes c. 19 quæſt. 2.* Si vota iſtis conceduntur, cur neganda ſint Carmelitis contemporaneis Apoſtolorum, qui maximè aſſueti erant eorum ſermonibus, ac colloquiis beatiſſimæ Virginis, ut ſtatim dicam; ergo ſaltem ab Apoſtolis, quibus adhærebant, ac imitabantur Carmelitæ antiqui habuerunt vota. 38.

Quantum verò Carmelitæ profecerint ex doctrina Apoſtolorum, patet ex Decreto ſacræ Congregationis, bis approbato, ſemel à Paulo V. & iterum ab Urbano VIII. Iam in hac quæſtione citata, & dicitur: *Viri plurimi, qui veſtigiis ſanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſæi inſtiterant, & Ioannis Baptiſtæ præconio ad fidem Chriſti comparati fuerant, rerum veritate perſpecta, atque probata, Evangelicam fidem confeſtim amplexati ſunt; ac peculiari quodam affectu, Beatiſſimam Virginem (cujus colloquijs, ac familiaritate feliciter frui potuere) adeò venerari cœperunt, ut primi omnium, in eo Carmeli Montis loco, ubi Elias olim, aſcendentem nubeculam, Virginis typo inſignem conſpexerat,* 39. Sacr. Congr.

xerat, eidem puriſſimæ Virgini ſacellũ conſtruxerunt. Ecce quantum profecerunt antiqui Carmelitæ in Eccleſia Chriſti, ut primi omnium, ædificarent, ac conſecrarent ſacellum puriſſimæ Virgini, ut teſtatur ſacra Congregatio. [Ioſeph. Antioch.] Ipſos Carmelitas appellat Ioſeph Antiochenus jam citatus, perfectos Chriſti milites, coadiutores Apoſtolorum, ac viros ſtrenniſſimos. [Chronic. Rom. Euſebius.] Similiter antiquiſſimum Chronicon Romanum, & Euſebius Cæſarienſis jam allegatus; & ex iſtis viris Ordinis Prophetici, qui erant in Monte Carmelo, aſſumpſit, B. Iacobus Apoſtolus, ſanctum Elpidium, quem conſtituit primum Epiſcopum Toletanum, [Luitprãdus.] ut teſtatur Luitprandus, quod accepit ex certiſſimis exemplaribus fide digniſſimis, Thomas Tamar. de Vargas, Regis Catholici Hiſtoriographus, in ſua Bibliotheca, *n.* 101. & ait: *Sanctus Elpidius, quem ſanctus Iacobus Apoſtolus præfecit Toletanis primũ Pontificem, Carmelita monachus fuit, & in prima Petri concione cõverſus ad fidem*, & ſubdit n. 171. *Magna pars eorum, qui diſperſi in perſecutione ſancti Stephani, ad varias partes traiecerant, & ad Hiſpaniam plurimi venerant, erant ex Monachis Montis Carmeli, prædicationibus Chriſti, ac Apoſtolorum, ad fidem converſi, & poſt martyres effecti.* De multis Prophetici Ordinis, qui fuerunt aſſeclæ, ac diſcipuli D. Petri, ac aliorum Apoſtolorum, & in prædicatione Evangelica eorum coadiutores, [Ioan. Ieroſ. Groſſus. Vvalden.] tractant etiam Ioannes Ieroſolymitanus *lib. de inſtruct. Monachorum, cap.* 31. Groſſus Generalis *in ſuo viridario clavi.* 1 inſignis Vvaldenſis *tom.* 1. *Doctrina fidei, lib.* 4 *art.* 2. *cap.* 27.

QUÆSTIO IV.

Satisfit quibuſdam Modernis, qui dicunt Carmelitas deſcendere ab Elia, non tamen ſecundum ſtatum religioſum.

SUMMARIUM.

40 *Obiectio adverſariorum.*
41 *Elias, & Eliſæus fecerunt vota.*
42 *Revelatio ſancto Petro Thomæ.*
43 *Verba B. Virginis, cum ſint beneficium ſummi Principis in proprio ſenſu interpretanda.*
44 *Locutio impropria per reſpectum ad ſenſum Genuinum, & litteralem importat fictionem.*
Chriſtus Dominus nunquam dixit verbum improprium, ibid.
45 *Pontifices approbantes Religionem Carmelitanam in eſſe Religionis dicunt habere ſucceſſionem ab Elia*

40. CVm noſtri Æmuli, adverſarij ſe videant oppreſſi, ac convicti, tanta auctoritate, ac teſtimonio Summorum Pontificum, tanta approbatione ſacræ Cõgregationis Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium, tantis authenticis, & examinatis, ac approbatis revelationibus, & tam perenni traditione magnorum ſanctorum, ac illuſtriſſimorum virorum, tantoque pondere graviſſimorum Auctorum, ut in prima quæſtione hujus Reſolutionis monſtravi, dicunt; *omnia illa eſſe intelligenda de quadam hereditaria ſucceſſione, qua aut erit ſolitudinis, aut Carmeli, aut aliarum aſperitatum vitam ſolitariam, & contemplationi deditam, comitantium, & ſi velis etiam paupertatem, caſtitatem, & obedientiam eorum ſucceſſionem ſine voto tamen in eo monte ſervatam dici non contendam*, quia cum Religio abſque votis non conſiſtat, tunc non dabatur Religio, ac proinde illa ſucceſſio non eſt ſecundùm ſtatum Religioſum, ſed ſecundum aliquas obſervantias, & vitam contemplativam. Hæc cogitaverunt, ſed in vanum laboraverunt.

41. Primò contra; in illis Patribus antiquis Elia, & Eliſæo, ac filiis Prophetarum fuerunt illa tria vota obedientiæ, ac paupertatis, & caſtitatis, qualia dati potuerunt in illa antiqua lege imperfecta, ut oſtenditur infrà *Reſolutione* 3. ac proinde totum adverſariorum fundamentum corruit. Ac proinde Carmelitæ habent ab eis ſucceſſionem prout fuerunt cum talibus votis.

42. Secundò ex verbis ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, quæ ſemper in omni adverſariorum cauſa pro ſuis Carmelitis ſtat, eoſque tuetur, ac defendit. Nam cum noſter D. Petrus Thomas anno 1351. in nocte Pentecoſtes maximè exoraret pro firmitate, ac ſtabilitate ſui Ordinis; ipſa ſacratiſſima Virgo apparens dixit ei: *Confidito Petre, Religio enim Carmelitarum in finem uſque ſæculi, eſt perſeveratura, Elias namque ejus inſtitutor, jam olim etiam à filio meo id impetravit.* Hæc revelatio eſt maximè authentica tripliciter examinata, & approbata in judicio contradictorio à ſacra Congregatione Eminentiſſ. Dominorum Cardinalium, [Sacr. Congr.] & habetur in noſtro Breviario die 29. [Breviariũ.] Januarij *in* 5. *lectione*, approbato à multis Romanis Pontificibus, ut ſuprà dixi *quæſt.* 1. *n.* 6. Tunc ſic arguo; ſanctiſſima Virgo loquitur de Religione Carmelitana, prout eſt duratura uſque in finem ſæculi, ſed ut ſic dicitur Elias ejus inſtitutor; ergo Elias eſt ejus inſtitutor cum ſubſtantia Religionis uſque in finem ſæculi Major, & minor patent ex ipſa revelatione. Conſequentia probatur, quia Religio ut tunc erat tempore revelationis, & juxta ipſam revelationem erit uſque in finem ſæculi, eſt cum ſubſtantia Religionis, ac cum tribus votis, ſed ut ſic Elias dicitur ejus inſtitutor; nam illa particula *ejus*, ad Religionem refertur; ergo Elias cum tali ſtatu eſt illius inſtitutor cum ſubſtantia Religionis, quæ conſiſtit in tribus votis, alias non poteſt dici illius inſtitutor, ſed cujuſdam vitæ ſolitariæ, ac eremiticæ, quod eſt quid valdè diverſum. Et confirmatur, quia ſanctus Petrus orabat pro ſtabilitate, ac firmitate ſuæ Religionis prout erat in præſenti cum tribus votis, ſed ut ſic dicitur à Beatiſſima Deipara illius inſtitutor Elias.

43. Forſitan reſpondent Adverſarij, quod ſanctiſſima virgo loquitur impropriè, & lato modo: potiori jure dicam ego, quod ipſi loquuntur impropriè, quam quod ipſa Sanctiſſima virgo totius ſapientiæ, ac veræ proprietatis fons,

fons, & matet, a'iqvid improprium dicat, & loquatur. Deinde hæc promiſſio de ſtabilitate Ordinis, fuit donvm, ac beneficium ſupremi Principis, ac Reginæ Cælorum; beneficium autem ſupremi Principis, in omni genuino, ac proprio ſenſu, ad gratiam, & favorem eſt interpretandum, ac explicandum, ut fatentur omnes Iutillæ ex *cap. Cum olim de verborum ſignificatione*; & ex *leg. Beneficium de Conſtit. Principum*, pro quo multos Doctores in magno numero citat Sanchez *lib.8.de Matr. diſp.* *ii num.*4. Suar. 8.*de legibus cap.*27.*num.*3. Salas *diſp.* 17.*ſect.*6.*n.*43. Azor.*part.*1.*lib.*5. *cap.*23.*quæſt.*2. Ergo eum hæc revelatio exriterit magnum, ac peculiare beneficium ſupremæ Principis, ac Reginæ Cœlorum cum omni proprietate eſt explicandum.

Sanchez. Suar. Salas. Azor.

44. Confirmatur. Quia locutio impropria, per reſpectum, ad verum, & genuinum ſenſum, importat fictionem, & falſitatem. ut ex multis probant juriſtæ, Mendocius *de privilegio ad inſtur. quæſt.*2. *num* 15. Menoch *de arbitr. caſu* 314. *num.*14. Gama Luſitan. *deciſ.*123. *num.*2. Cenedò *deciſ.*33.*num.*2. & multi alij, quos citat Barboſa *in dictionibus, diction.*252. *num.* 2. ac proinde talis locutio ſimpliciter, & abſolutè non eſt vera, & patet in præſenti, ſi per reſpectum ad Religionem duraturam uſque ad finem ſæculi, hoc eſt cum ſubſtantia, & ſtatu Religionis, ut Deo confidimus, Elias dicitur ejus inſtitutor, eum revera non fuerit ſecundum ſtatum Religioſum, ſed tantum quoad aliquas pœnitentias, jam ſimpliciter, & abſolutè non eſt verum dicere, quod eſt ejus inſtitutor; ergo cum talis dicatur à ſanctiſſima Virgine, verè eſt ejus inſtitutor ſecundum ſtatum duraturam. Deinde, quia verba ſunt intelligenda, & interpretanda in proprio, & genuino ſenſu, maximè cum ſint prolata à perſona gravi, ac magnæ dignitatis, principis vel Regis, ut patet ex *l. Non aliter, ff. de legatis*, ex *l. eum lege, ff. de Teſtam. l.* 1. *§. Quod autem, ff. de coactione ultim voluntatis*; & latè explicant Cravet. Pariſ. Decianus, Soto, Cardoſus, Tuſch. Mendez à Caſtro, Salvianus; & alij, multi, quos citat ac ſequitur Barboſa *axiomate* 222. *n.*4. Ergo & hæc maximè verba eum ſint prolata à ſuprema Regina hominum, & Angelorum. Confirmatur iterum, Chriſtus nunquam in Evangelio quantum ſapio, quantum capio, nunquam locutus eſt verbum improprium; ergo nec ejus ſanctiſſima Mater.

Mendoc. Menoch. Gama. Cenedo. Barboſa.

Cravetus. Pariſ. Decianus. Soto Dardoſus. Tuſchuſ. Barboſa. Mendez. Salvien.

45. Tertiò contra prædictam ſententiam Romani Pontifices confirmantes, & approbantes Religionem Carmelitatum, eum ſubſtantia, ac ſtatu Religioſo, ac cum tribus votis, ac obedientia Priori Generali, ut Ioan. XXI. Alexandes V. Sixtus IV. & alij, quos citavi in hac *Reſolut. quæſt.* 1.*num.* 1. Vel ignorant Auctorem hujus Religionis, vel agnoſcunt vel ab hac re ſe abſtinent, & nolunt judicium proferre, ſed quidquid dicatur, in contrarium adurget contra ſe argumentum, non poteſt dici, quod ignorent, quia Summus Pontifex in omnibus, quæ agit, ac diſponit, magnam habet circumſpectionem, & cognitionem. *cap.* 1 *de conſtitutionibus*, & omnia illa videntur & examinantur à ſacra Cõgregatione Illuſtriſſimorum Cardinalium, multis monumentis adhibitis, magno interpoſito examine, adiunctis doctiſſimis viris. Etſi aliquid in hac re non certo cognoſcit, non affirmat, ſed ſe abſtinet, & ſuſpendit judicium; atqui Pontifices agentes, & approbantes Religionem Carmelitanam, cum ſubſtantia, & ſtatu Religioſo, non ſuſpendũt judicium, ſed affirmant habere ſucceſſionem ab Elia, & Eliſæo, eoſque eſſe ejus Auctores; ergo dicunt eos eſſe ejus Auctores, ac inſtitutores, non ſolum quoad aliquas aſperitates, ſed etiam quoad ſubſtantiam Religionis, quam confirmant, & approbant. Confirmatur, quia tota ſubſtantia Religionis conſiſtit in votis; ergo qui inſtituit, & dat vota, eſt inſtitutor talis Religionis. Atqui Romani Pontifices confirmantes, & approbantes noſtram Religionem, ſolum aſſignant Eliam, & Eliſæum, à quo habeamus ſucceſſionem, noſtroſque Auctores eſſe; ergo hi tantum ſunt illius inſtitutores. Probatur hæc conſequentia, quia Pontifices, nec nominant Albertum, nec Aymerium, nec Ioannem 44. ſed tantum Eliam, & Eliſæum; ergo hi non ſolum ſunt Auctores quoad aliquas aſperitates, ſed etiam quoad ſtatum Religioſum; de quo agunt, approbant, & confirmant.

Ioan XXII. Alexand V. Sixtus IV.

Quartò; quia ut docet D. Thomas 2. 2. *quæſt.*186.*art.*6.*ad* 2. permanentia, ac conſiſtentia ſtatus non poteſt perdurare, ac perſiſtere niſi aliquo voti vinculo interveniente, & quia familia inſtituta ab Elia perduravit uſque ad Chriſtum Dominum, ut dixi ſuperiori quæſt. *num.*39. ex Decreto ſacræ Congregationis; ergo conſequens erat, ut eſſet ibi aliquod voti ligamen, quæ latiùs dicam infrà *Reſolut. ſequenti*, dum oſtendam in Elia, ac Eliſæo vota. 46.

D. Thom.

Quæstio V.

Explicatur confirmatio Religionis Carmelitanæ.

SUMMARIUM.

47 *Religio Carmelitana ex tacito conſenſu Apoſtolorum eſt confirmata.*

48 *Patriarchæ antiquitus confirmabant, & approbabant Epiſcopos.*

49 *Patriarchæ, & Epiſcopi ſanctos Canonizabant.*

50 *Patriarchæ, & Epiſcopi ante Concilium Lateranenſe Religiones approbabant, & num.*51.

52 *Quòd maximè viſitur in Religione Carmelitana, de qua re optimè Trithemius.*

53 *Approbatio data à multis Romanis Pontificibus, dum dicunt Ordinem, Religionem Virg. de Monte Carmelo.*

54 *Approbatio ex Concilio Lateranenſi.*

55 *Approbatio data ab Alexandro. III. Innocentio III. Honorio III. cum magno miraculo.*

56 *Approbatio data à Concilio Lugdunenſi, & num.*57.

58 *In ſolido vera Lectio, non vero in ſolito, &*

60 Etſi

Digitized by Google

60 *Etſi admittatur in ſolido, nihil facit contra nos.*
61 *Proponitur Gloſſa.*
62 *Explicatur Gloſſa, & n.63.*

47 Religio Carmelitana multiplici confirmatione gaudet. Et primo poteſt dici approbata, & confirmata ex tacito uſu, ac permiſſione Apoſtolorum; nam Carmelitæ fuerunt coexiſtentes cum Apoſtolis, ut ex ſacra Congregatione, Ioſeph Antiocheno, ac multis aliis dixi ſuprà *quæſt. 5. num. 32.* Ab ipſiſque Apoſtoli fuerunt docti in doctrina, ac perfectione Evangelica. eiſque fuerunt coadiutores in prædicatione fidei Chriſti, eiſque multũ in hoc miniſterio inſervierunt, & ita ait noſter celebris Doctor Thomas Vvaldenſis *tom.1. Doctrinalis fidei lib.4. art. 2. c.27.* ex Ioſepho Antiocheno, ac Ioanne Ieroſolymitano. *Nec dedignentur Clerici Moderni, monachos Religioſos, in Eccleſia Dei coadiutores habere, quos ſancti Apoſtoli dedignari nolebant, cum tamen præſentes Clerici non ſint ſuis Patribus præſtantiores, nec ſanctiores Apoſtolis.* Ergo modus vivendi Antiquorum Carmelitarum, cum eſſent coadiutores Apoſtolorum, ſaltem ex tacito, ac communi eorum conſenſu, ac permiſſione cenſendus eſt approbatus ab ipſis Apoſtolis, nam tacitus conſenſus Principis, videntis, & ſcientis dat approbationem actui, ut ex multis probat Sanchez *lib.8. de Matrim. diſp.4. num.26.* Azor *lib.5. Inſtitut. Moralium cap.15.* Diana *part. 3. tract.4. de ſacram Reſolut.68.* Ad magis peculiaria deſcendamus.

Vvalden. Sanhez. Azor. Diana.

Confirmatio ab Antiquiſſimis Patriarchis.

48. D.Iſidor. Patriarcha à nomine Græco, teſte D. Iſidoro *lib. 7. Etymolog. cap. 7.* idem eſt, *ac Summus, & major Patrum*; eorum auctoritas erat valde ampla, ut Patriarcha Alexandrinus haberet ſub ſe pluſquam ducentos Archiepiſcopos, & Epiſcopos cum plenaria poteſtate, eos viſitandi, reformandi, deponendi, ac confirmandi, ut patet ex *Concilio Niceno, cap.4.* quod poſtea reſervatum eſt ad Romanum Pontificem, ut notat cum multis Barboſa *de poteſtate Epiſcopi tit.1. cap. 1. n. 22.* & deincepi.

Concil.Nic. Barboſa.

49. Secundò. Patriarchæ, ac Epiſcopi ſanctos Canonizabant, ut notant N. Vvaldenſ. *tom.3. de ſacram, tit.14. cap.122.* Iacobus Caſtellan. *de Canonizat. quæſt. 3. art. 1.* Lyman. *lib. 4. tract.7. cap. 5. num. 1.* Baldellus *tom. 2. lib.3. diſp.12. num.25.* Nec enim Antiqui ſancti ut D. Athanaſius, D. Nicolaus. D. Antonius, ab alio ſunt canonizati, niſi ab Epiſcopis, ut notat Bellarm. *tom.1. lib.1. de Beatitudine ſanctorum, cap.8.* Qui etiam ait, *ni fallor*. Leo III. qui fuit electus anno 796. Primum ſãctorum numero adſcripſit ſãctum Guibertum. Poſtea Innocentius III. ſedit anno 1130. ſecundum canonizavit ſanctum Hugonem Epiſcopum Gratianopolienſem. Hoc tamen totum faciebant Epiſcopi ex tacito conſenſu, ac approbatione Romani Pontificis, ut advertunt Ægydius Luſitan. citans noſtrum Vvaldenſem, & alios *lib. 3. de concep. quæſt.6. art.1. §.11.* *per totum.* Granado *to. de fide tr.7. diſp.7. ſect.3.* Euſebius Nierembergius *de Inſtitutione ſeſti Conceptionis §. De variis ſolemnis Canonizationum.* Nunc verò ſanctos Canonizare, vel beatificare ad ſolam ſedem Apoſtolicam pertinet, ut determinavit Alexander III *cap. Audivimus*, & Innocentius III. *cap. ex eo de reliquiis, & veneratione ſanctorum*

Vvaldenſ. Caſtellan Layman. Baldellus. Bellarm. Ægidius. Vvaldenſ. Granado. Euſebius. Alex.III. Innoc. III.

Tertiò; Patriarchæ, & Epiſcopi pro illo tempore antiquo ante Concilium Lateranenſe, confirmabant, & approbabant ſacras Religiones, quod patet ex Concilio Chalcedonenſi ſub Leone I. an.444. vel ut alii volunt anno 474. *ſeſſ.15. c. 4.* & ex Concilio Agathenſi, ſub Symmacho Summo Pontifice anno 506. & refertur *cauſa 14. quæſt 2. cap.13.* ubi dicitur. *Cellulas novas, aut Congregatiunculas Monachorum abſque Epiſcopi notitia prohibemus inſtitui.* Ubi Concilium prohibet, nova Monaſteria, novaſque monachorum Congregationes fieri, ac inſtitui, ſine Epiſcopi notitia, ac facultate, ut ipſe poteſtate à Conciliocommiſſa, ut illius legatus tales Congregationes novas, valeat approbare, confirmare, vel rejicere, ac reprobare. 50.

Cõc Chalc. Cõc. Agath.

Et quod Patriarchæ, ac Epiſcopi pro illo tempore antiquo Religiones confirmabant, & approbabant, conveniunt in hoc omnes Auctores: quos legi, Abbas, Cardinalis Zabarella, Ioannes Andreas, Hoſtienſis *cap. unico de Religioſis domibus, in 6.* & in Extravaganti *ſancta Romana Eccleſia*, Rodriguez, Azor, Miranda, Navarr. apud Barboſam *in cap. Ne nimia de Religioſis Domibus* Religiones enim antiquæ, ut D. Antonii, D. Baſilii D. Benedicti, D. Auguſtini, nullam aliam habuerunt confirmationem, niſi tantum ab Epiſcopo, ut notant Bellarmin. *tom.1. lib.2. de Monach. c.4.* Leſſius *lib.4. cap 41. dub. 1. n.52.* Menochius *de arbitrariis, caſu 411. num. 18. centuria. 5.* & alii innumeri Auctores, qui omnes conſtanter tenent, quod tunc approbatio dabatur ab Epiſcopo non repugnante, ſed ſciente, ac conſentiente Summo Pontifice, ac ratum habente. 51.

Abbas. Cardinalis. Ioan. Andr. Hoſtienſ. Rodrig. Azor. Miranda. Bellarm. Leſſius. Menoch.

Quod maximè apparet in noſtra Religione Carmelitana, quæ confirmata, & approbata fuit per antiquos Patriarchas per Ioannem Ieroſolymitanum 44. anno Domini 441. ut patet ex libro de inſtitutione Monachorum; & per Aymericum Patriarcham Antiochenũ legatum Sedis Apoſtolicæ in terra ſancta anno 1141. ut teſtatur D. Cyrillus Conſtantinopolitanus *lib. de proceſſu Ordinis, & variis Regulis, c.4.* Et per Albertum Patriarcham Ieroſolymitanum, anno 1205. vel ut alii 1209. de qua te audiendus eſt Trithemius *lib. de ortu, & laudibus Carmel. cap. 5.* & ait: *Qui Papa confirmavit veteres Ordines Pachonii, Baſilii, Auguſtini, & Benedicti? Nuſquam invenies hos Ordines litteris confirmatos à principio. Enim verò, quos ſanctitas multorum approbat, quos longa vetuſtas confirmat, quis niſi mentis inops, & ſtolidus infringat? Si Ordines præfatos, ſancta confirmat antiquitas. Ordo Carmelitarum Fratrum, qui antiquiſſimus eſt, nullius confirmatione opus habet. Longè enim præceſſit Romanos Pontifices, qui ex Elia Propheta exordium ſumpſit. Hæc dixerim, non quod Carmelitarum ordo Apoſtolico*

52. Ioan. Ieroſ. Trithemius

careat

careat nomine; ſed ut amulos odio motos oſtenderem, non ratione integritatis moveri, nam poſtquam fratres hujus Religionis in Europam venerunt, evulſi de Palaſtina, multi Summi Pontifices Ordinem ipſum confirmarunt, de quibus Alexander Papa III. anus extitit, poſt quem Innocentius III. idem fecit. Amborum veſtigijs inhærens Honorius III. multis adjunctis privilegijs Ordinem, & Regulam comprobavit. Hæc doctiſſimè ſcribit Trithemius, quæ abundanter ſufficiunt ad hanc veritatem oſtendendam.

Confirmatio Carmelitana ex dato titulo à Summis Pontificibus.

53. Romani Pontifices. Vt jam dixi ſuprà in hac *Reſolut. quæſt.* 16. *num.* 16. Summi Pontifices antiqui Religioſos noſtros prædeceſſores vocarunt, ac dixerunt, Fratres Ordinis, ac Religionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, ut Stephanus V. qui floruit anno 816. Leo IV. anno 847. Adrianus II. 868. Sergius III. 907. Ioannes X. 913. Ioannes XI. anno 931. Alexander II. anno 1061. ut jam notavi ſuprà *quæſt.* 2. *num.* 24. Et alij multi Summi Pontifices conceſſerũt varias indulgentias viſitantibus Eccleſias Fratrum Ordinis Beatiſſ. Virginis Mariæ de Monte Carmelo. Cùm ergo Summi Pontifices eos benè agnoſcentes dicant Ordinem, Religionem, in tali ſtatu Regionis, & Ordinis eos conſtituunt, & creant; ſicut ſi Summus Pontifex benè agnoſcẽs hominem, eum appellet Doctorem, Abbatem, talem gradum ei confert. Etſi Rex hominem benè agnoſcens eum dicat Comitem, Marchionem, Ducem, ad talem dignitatem eum elevat, talique honore condecorat, in eoque deinceps conſtituit, ita tenent, & docent Bartolus *l. finali ff. de collegijs.* Innocentius, Ioannes Andreas, Imola, Hoſtienſis *in cap. Cum ab Eccleſiar. de officio judicis ordinary*, Cardinalis *in Clement ſi ſumus de ſententia excommunicat.* §. 1. Butius *in proœmio Gregoriano*, Caſtrenſ. *conſil.* 6. *col. fin. verſ. Cum igitur. lib.* 1. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 29. poſt Bartolum, & alios, ac multa loca iuris, ait in hæc verba formalia. *Sufficit tamen, ſi Princeps poſt mortem parentis, ſive litteris, ſive verbo, Ducem, Comitem, ſeu Marchionem cum vera ſcientia appellaverit, ſola nãque nominatio Principis, ſimiles dignitates concedit.* Similiter Maſtrillus de Magiſtratibus, *lib.* 64 *c.* 2. *num.* 16. ait: *Princeps ſuo ſolo verbo conſtituit Duces, Marchiones, Comites, & ſimiles.* Et allegat Bartolum, Alexand. Angelum Ponte, Cancer. & alios. Ergo cum Romani Pontifices antiquiſſimi noſtros anteceſſores appellaſſent Fratres Ordinis, ſeu Religionis Beatiſſimæ Virginis de Monte Carmelo, eos crearunt, conſtituerunt, confirmarunt, in vera dignitate, ac ſtatu, & ſubſtantia Religionis, ac Ordinis.

Bartolus. Innocent. Ioan Andr. Imola. Hoſtienſis. Cardinalis. Butius. Caſtrenſis. Molina. Maſtrillus. Bartolus. Alexand.

Approbatio Carmelitana ex Concilio Lateranen.

54. Conc. Later. Valdè inſigne generale Concilium Lateranenſe celebratur ab Innoc. III. anno 1215. menſe Novembris in Baſilicâ Lateranenſi, præſidente ipſo Innocentio III. & in eo interfuerũt 412. Epiſcopi, cum duobus Patriarchis, videlicet Conſtantipolitano, & Hieroſolymitano: Præcepit, ac determinavit Concilium *cap.* 13. & refertur *cap.* 9. *Ne nimia. de Religioſis Domibus*, ubi dicitur: *Ne nimia Religionum diverſitas gravem in Eccleſia Dei confuſionem inducat; firmiter prohibemus, ne quis de cætero novam Religionem inveniat, ſed quicumque ad Religionem converti voluerit, unam ex approbatis aſſumat.* Nota ultimum verbum. Atqui ante Concilium Lateranẽſe, Religiones non approbabantur, nec erant approbatæ à Sede Apoſtolica, ſed tantum à Patriarchis, ac Epiſcopis, ut jam ſuprà notavi in hac *quæſt. num.* 50. Ergo prædictæ illæ Religiones, quæ ante Concilium erant approbatæ, ut Religiones D. Baſilij, D. Benedicti, D. Auguſtini, & Carmelitarum, dicuntur & habentur à Concilio ut approbatæ: *Vnam ex approbatis*: Et cum Concilium eas dicit approbatas, earum approbationem, quam habebant, approbat; nam ante Concilium expreſſè, & apertè aliæ probationes non dabantur, niſi ab Epiſcopis. Et totus hic diſcurſus ex ſuis terminis patet, ut nõ ſint neceſſarij Textus, nec Gloſſæ, nec Auctores, & patet ex proximè dictis ſuperiori *num.* 53. ex eo enim, quod à Papa dicuntur approbatæ, ut approbatæ ſunt reputandæ; deinde, quia Religio Carmelitana poteſt dici approbata ab anteſſoribus Summis Pontificibus, ut eodem numero dixi.

Approbatio Carmelitana ab Alexandro III. Innocentio III. Honorio III.

Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis Bellarminus *in ſua Chronologia, lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis*, ait: *Ordo Carmelitarum confirmatur ab Alexandro III. anno* 1180. *Item ab Innoc. III. anno* 1199. *Item ab Honorio III. anno* 1216. Pro qua re, etſi multi Auctores extent, unus ſufficiat tamen citatus Bellarminus ob ſuam ſingularem eruditionem, probitatum, ac magnam cognitionem, quam habebat Bibliothecæ Vaticanæ, confirmatio data ab Honorio III. magno miraculo contigit; nam cum noſtri Religioſi poſtularent confirmationem Ordinis ab Honorio, ut refertur in noſtro Breviario approbato à ſacra Congregatione in Feſto Commemorationis die 16. Iulij: *Quod cum apud Honorium III. non pauci pro illius extinctione inſtarent. Aſtitit noctu puriſſima Virgo, planéque juſſit, ut inſtitutum, & homines benignè complecteretur.* Et etiam mirabiliter contigit, ut illa eadem nocte duo Palatini crudeliſſimi æmuli, ac adverſarij Religionis perierunt, & mortui ſunt, audivit hæc Honorius, & dato diplomate, dictum Ordinem, ac vivendi rationem confirmavit, & approbavit, Bullam integram refert Laërtius Cherubinus apud *Bullar. tom.* 1. in Honorio III. *conſtitutione* 8. De hac confirmatione, & de hoc magno miraculo Virginis. faciunt mentionem graviſſimi Auctores, Caſſaneus de gloria in catalogo; *Gloria mundi* 4. *part. conſiderat.* 8. Pineda in Monar- 55. Bellarm. Breviar. Laërtius. Caſſaneus. Peneda.

chia

Rodrig. Ægid. Luſit. Bzovius.

cap. 23. Rodriguez tom. 1. q. 2. art. 5. Cardinalis Bellarm. citatus Ægidius Luſitanus, *lib. cui Titulus. Primas Auguſtinianus*, *lib.* 1. *cap.* 3. *§. Abrahamus*. Bzovius *tom.* 13. *Annat. anno Chriſti* 1217. *n.* 12. Palenidorus, Thomas de Jeſu, & alij.

Confirmatio Carmelitana facta in Concilium Lugdunenſi.

56. Summus Pontifex Gregorius X. celebtavit ſecundum Concilium Genetale Lugduni, & inde dieitur Lugdunẽſe die 7. Maij anno Domini 1274. ferè quinquaginta novem annis poſt celebratum Coneilium Lateranenſe, in quo adfuit ipſe Summus Pontifex Gregorius, & ſimul interfuerunt multi Prælati, Epiſeopi, Abbates, Priores, & Legati tam ex Latina, quam ex Græea Eccleſia; ex hoc Concilio deſumitur *cap. Vnicum, de Religioſis domibus, in* 6. & Textus loquitur de Religionibus Mendicantibus, & poſtquam Summus Pontifex ibi determinat, quod omnes Religiones præcipuè mendicautes, quæ pullularunt poſt Concilium Lateraneoſe extinguantur, ſi non ſint approbatæ per Sedem Apoſtolicam; & ſi fuerint, quod aliquos denuo non admittant, nec nova loca acquirant.

57. Prædictus Cõcilij Textus quatuor habet partes In tertia ſie dicitur. *Sanè ad Prædicatorum, & Minorum Ordines (quos evidens ex eis utilitas Eccleſiæ univerſali provenie ıs perhibet approbates) præſentem non patitur conſtitutionem extendi. Cæterum Eremitarum Sancti Auguſtini, & Carmelitarum Ordines, quorum inſtitutio dictum Concilium Generale praeceſſit in ſolido ſtatu volumus permanere.* Mens Concilij juxta omnes hæc eſt; citatum Concilium Lugdunenſe mandat extinguere omnes Religiones Mendicantes, ſive approbatæ, ſive non approbatæ fuerint à Sede Apoſtolica poſt Cõcilium Lateranenſe ſub Innocentio III. & quia illuſtriſſimæ familiæ Prædieatorum, ac Minorum à ſuis Sanctiſſimis Patriarchis inſtitutæ fuerunt poſt Coneilium Lateranenſe, & approbatæ ab Honorio III Qui ſucceſſit Innocentio III. Tunc ait Concilium Lugdunenſe, quod has duas ſanctiſſimas familias, etſi poſt Concilium Lateranenſe, quod eas non comprehendit in ſuo Deereto, ob uberes fructus, quos in Eccleſia Dei proferunt. Deinde diſponit Concilium Lugdunẽſe de illis Religionibus Mendicantibus, quæ fuerunt ante Lateranenſe, & ait: *Cæterum Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum, quorum inſtitutio dictum Concilium Generale praceſſit, in ſolido ſtatu volumus permanere.*

Conc. Lugd

58. Cum ait; *In ſolido ſtatu volumus permanere.* Quid aliud ſignificat, niſi quod in ſuo firmo, conſtãti, ac ſtabili ſtatu, quem antea habebat, approbatum, & confirmatum per tot Romanos Pontifiees permaneat, & ita ait Ioannes Monochius ad dictum Text. *Carmelitarum, & Eremitarum Sancti Auguſtini Ordines confirmat.* Guido ſuper eadem verba. *Iſti Ordines ſunt totaliter confirmati*, & Ioannes XXII. Pontifex in privilegio exemptionis Ordinis Carmelitarum. & habetur in mari magno *Sixti IV. n.* 5. Reeitantis prædictum Textum Concilij, ait: *Nos autem ad dictum Ordinem quem in ſtatu firmo, ſolido, & ſtabili decrevimus, & volumus permanere.* Quod multi ex noſtris tuentur Philippus Ribbotius *de inſtitutione, & peculiaribus geſtis Carmelitarum*, *p.* 8. Speculum Ordinis *c.* 14. ex Patribus Auguſtiniã. Doctiſſimus Ioannes Marques, *lib. de Origine Ordinis S. Auguſtini.* Inſignis Magiſter Ægidius Luſitanus *lib. Cui Titulus. Primas Auguſtinianus*, *lib.* 7. *cap.* 5. *in fine*, & refert pro hac noſtra ſententia, Dominicum à Sancto Geminiano, & Archidiacoaum ad dictum Textum, pro qua etiam ſtat Renatus Chopinus *lib.* 2. *Monaſtic. Tit.* 1. *n.* 19.

Ioan. Mon. Guido Ioan. XXII. Phil Ribbot, Specul. O. d. Ioan. Marh. Ægid. Luſit. Dominic. Archid.

Obiicitur tamen, quia legunt aliqui *in ſolito ſtatu*. Quæ lectio eſt mendoſa, & falſa, ut notãt Philippus Ribbotius *citatus*. & Ioannes Marques citato *lib. de Origine Ordinis S. Auguſtino*, *cap.* 2. *§.* 4. & inquiunt: *Sive hoc accideris ex vitio Scriptoris, ſive ex ſtudio æmulorum.* Deinde quia Bonifacius VIII. in ſua Bulla, quæ habetur *in principio*, *in* 6. Decretalium adhibitis multis Viris doctis: *Aliquibus in toto, vel in parte mutatis, multiſque correctionibus, & additionibus factis in ipſis confirmavit*, & approbavit ipſum Textum Decretalium prout eſt in corpore juris, & præcipit, ut ita ſequatur, ac teneitor in iudicis, ac ſcholis; in corpore autem iuris legitur in ſolito ſtatu; ergo ita legendum, ac tenendum eſt. 59.

Ribbot. Marques.

Tamen non renuo, ſed retineo talem lectionem, quæ maximè conſideranda eſt: in ſolito ſtatu adiuncto verbo *permanere*; nam ſolitum dicit, ac reſpicit ſtatum, & formam antecedentem, *§. Pavonum Inſtitut. de rerum diviſione*, & *in l. lege*, *§. Igitur*, *ff. de verborum ſignific.* & *l. ſi quis donaturus*, *ff. de uſufructu.* Perett *ad Extravag. Ambitioſa*, *verb. de rebus Eccleſiæ non alienandis*, *à num.* 35. Decianus *lib.* 1. *conſil.* 27. *num.* 48. Caſtro *lib.* 2. *conſil* 30. *num.* 3. & alii plures, quos citant, ac ſequuntur Cardinalis Tuſchus *tom.* 7. *concluſione* 334. *num.* 47. Barboſa *in Dictionibus*, *Dictione* 376. *num.* 1. Cum ergo ait Concilium volumus in ſuo ſolito ſtatu permanere, hoc eſt, ut permaneant in ſuo ſtatu, ac forma antecedenti; & qualis erat ſtatus, & forma Carmelitarum antecedens Concilio, erat Religio approbata, & confirmata à Romanis Pontificibus Alexandro III. Innocentio III. Honorio III. ut ſupra vidimus. (Idem dicendum de Eremitis D. Auguſt. ut ejus Religioſi dilucidè demonſtrant) ergo in ipſo ſuo ſolito ſtatu approbationis, ac confirmationis determinat Concilium, ut permaneat, ac perſiſtat. Imò ipſam approbationem, & confirmationem, quam obtinebat Religio Carmelitana ab antecedentibus Pontificibus Concilium confirmat, & approbat, dum ait: *Volumus permanere.* Nam *volumus* dicit liberum, & abſolutum arbitrium, *l. cum quidam*, *ff. de legat.* 2. & multis probat Menoch. *de Præſumptionibus*, *lib.* 4. *Præſumpt.* 188. *n.* 13. & *de Arbitrar. lib.* 1. *q.* 7. *n.* 2. & 3. hoc autem arbitrium determinatur ex verbo adjuncto *permanere*, quod dicit conſiſtentiam, perſeverantiam, ac durationem in tali ſtatu, ut cum Bartolo, Alexandro, ac aliis tenet Barboſa *in Dictionibus*, *Dictione* 436. *numero quinto*, ergo cum Concilium determinat, quod Religio Carmelitana permaneat, perſiſtat, ac perſeveret in ſuo 60.

Peret. Decian. Caſtro. Tuſchus. Barboſa. Menoch. Bartol. Alexand. Barboſa.

ſolido ſtatu, ſeu ſolito ſtatu, confirmationem, & approbationem Apoſtolicam, quam habebebat approbat & confirmat Concilium.

61. Objiciunt iterum Adverſarij. Quia Gloſſa ad citatum locum. *In ſolito ſtatu.* Cum loquatur de Religione Eremitarũ S. Auguſtini, & Carmelitarum, ait Gloſſa: — Gloſſa. — *Alia littera dicebat in ſuo ſtatu volumus permanere, donec de ipſis fuerit ordinatum. Intendimus enim tam de ipſis, quam de reliquis etiam non mendicantibus providere, prout animarum ſaluti, & eorum ſtatui videbitur expedire.*

62. Reſpondeo. Quod talis Gloſſa nihil facit contra nos. Et primò, Gloſſa paſſim rejicitur, reprobatur, & non admittitur. Secundò, quia — Bonif. VIII. — Bonifacius VIII. in ſua Bulla adducta prohibet recipi alias Decretales in judiciis, & ſcholis, præter dictas, & quæ ſunt in corpore juris, quæ ut ipſe ait, per Viros doctiſſimos ſunt emẽdatæ multis correctionibus, ac detractionibus. Ac proinde talia verba nunquam fuerunt in Decretali, & ſi fuerunt correcta, & emendata ſunt. Deinde ut rectè ait Philip- — Ribbot. — pus Ribbotius Provincialis Cathaloniæ jam citatus, ſi illa verba auferunt approbationem Eremitis D. Auguſtin. ac Carmelitis, auferunt etiam approbationem omnibus Religionibus non Mendicantibus, ut patet ex verbis Gloſſæ, quod eſt falſum, & nullo modo dicendum; ergo ſi illa verba admittantur, ut ait ipſe Philippus tantum procedunt ad oſtendendam poteſtatem Eccleſiæ Romanæ, quam habet circa Religiones, ad providendum circa illas, prout placuerit ei: nam ut ait Doct. Ioannes — Marques. — Marques jam citatus *de origine Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, cap. 2. §. 4. & 5.* non poteſt vocari in dubium velle Concilium extinguere Religiones valdè utiles Eccleſiæ, tot & tantis Viris illuſtriſſimis. Nam Religio Carmelitarum magno, & admirabili miraculo fuit approbata ab Honorio III. ut ſupra dixi *n. 55.* Deinde in illa ætate quatuor Sancti Religionis Carmelitanæ floruerunt S. Angelus, S. Bertoldus, S. Bocardus, S. Cyrillus Conſtantinopolit.

63. — Lezana. — Reſpondet M. Lezana *tom 4. Annalium anno Chriſti 1274. pagina 415. num. 7.* Quod illa verba: *Donec de illis fuerit ordinatum,* intelligenda ſunt quoad aliquas Conſtitutiones, & obſervantias. Dicam etiam, quod mihi videtur; dato quod admittatur talis Gloſſa, *Donec de illis ordinatum.* Eremitæ Divi Auguſtini morabantur in Eremis, ſicut etiam Carmelitæ multis in locis, ut patet ex Regula: *Loca habere poteritis in Eremis.* Poſtea verò Romani Pontifices conceſſerunt ut hæ Religiones ad ſalutem, & fructum animarum ad Civitates convenirent, & in eis inhabitarent. Hoc poſito ait Gloſſa, ut hæ duæ Religiones, *in ſolido ſtatu, ſeu ſolito ſtatu permanerent*, juxta ſuas confirmationes Apoſtolicas, ut habitarent in Eremis, donec aliter ordinatum ſit à Sancta Sede Apoſtolica, ut ad ſalutem animarum, ad civitates, ac populos ad inhabitandum advocarentur. — Petr. Brun — Satis eleganter audiendus eſt Petrus Brunus dandus *quæſtione ſequente, in fine.* Poſtea verò Religio Carmelitana per multos Summos Põtifices Innocentium IV. Alexand. IV. Urbanum IV. Eugen IV. Nicol. V. Clem. IV. & alios multos ad inhabitandum in civitatibus diſpoſitum eſt.

Quæstio VI.

Quare Religio Carmelitana, cum tam antiqua ſit, tamen inter Mendicantes ponitur, ac ſcribitur in ultimo loco?

SUMMARIUM.

64 *Quatuor ſunt Religiones Mendicantes ex jure.*

65 *Ratio dubitandi.*

66 *Carmelitæ veniunt ex Syria vexati, & præ humilitate quieſcunt in quolibet loco.*

67 *Magnus, certus de ſua nobilitate, non contendit de loco.*

68 *Carmelitæ, & Eremitæ S. Auguſtini, cum habitarent in deſerto, vocantur à Summo Pontifice Innoc. IV. ad portandas ſarcinas filiorum Eccleſiæ, ac ad ſalutem animarum.*

Mendicantes dicuntur à mendicitate; & quatuor ſunt Religiones Mendicantes ex jure, & patet *c. unico, de Religioſis domib. in 6.* ubi agitur de Religionibus præcipuè Mendicantibus. Vt ibi dicitur §. 1. *Verum etiam aliquorum præſumptuoſa temeritas diverſorum Ordinum præcipuè Mendicantium.* Et iterum *eodem §. Cunctas affatim Religiones, & Ordines Mendicantes* & §. 2. dicitur: *Per quæſtum publicum tribuere victum ſolet incerta mendicitas.* Et tandem § 3. *expreſſè nominantur quatuor Religionis, Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum.* Hæ quatuor Religiones nominatim exprimuntur in dicto Textu cum de Mendicantibus agitur, ergo hæ quatuor ſunt de jure mendicantes. 64.

— Gloſſa. Lap. Iſidor. Moſcon. Zerol. Azor. Miranda. Galatinus. Barbosa. — Gloſſa *in Clem. de Regular. tranſeuntib. § quoſlibet* Lap. *alleg. n. 44.* Iſid. Moſcon. Zerol Azor. Miranda, Galatinus, & alij multi, quos citat, & ſequitur Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 77. n. 16.* & *de appell. verb. appell. 147. n. 1.* Et nota quod privilegium Mendicantium conceſſum Prædicatoribus, & Minoribus *in Clement. Dudum, de ſepulturis,* conceditur *in Extravaganti frequenter de judiciis,* pro Carmelitanis, & Auguſtinianis, quod utrumque eſt de corpore juris, de quo vide ſupra *Opuſcul. 2 Reſolut. 23. quæſtione ſecunda, numero nono,* & inſuper, quales eſſent Mendicantes quatuor Religiones declaravit Pius V. *in ſua Bulla 22.* incipit *Romanus Pontifex tam univerſalis*, dicens *motu proprio, Non ad ipſorum fratrum vel alicuius eorum nobis ſuper hoc oblata petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac de poteſtatis Apoſtolicæ plenitudine omnes & ſingulos quatuor Mendicantium Ordinum videlicet Sancti Dominici, Sancti Franciſci, ac Eremitarum S. Auguſtini, necnon Carmelitarum, inter quos etiam numerari volumus ſervorum B. Mariæ.* De quorum privilegiis multæ aliæ Religiones gaudent, & fruuntur, de quo latè citatus Barboſa; & — Clem. VIII. — Cle. VIII. in ſua Bulla, quæ incipit *Decet Romanum Pontificem, n. 1.* declarat noſtros Patres Diſcalceatos eſſe unum ex quatuor Religionibus Mendicantibus,

&

& temeritatem, qui hoc audebant negare ſub excommunicatione latæ ſententiæ prohibet Bulla refertur *in Compendio Bullarum noſtrorum Diſcalceatorum, fol.* 218.

65. Ex quo inſurgit vulgare dubium, ſi Religio Carmelita tanta antiquitate illuſtratur; ſi priorem inſtitutionem habuimus, quam cæteræ Religiones, & noſtra ſacra Religio tanta firmitate, ac approbatione Apoſtolica munita eſt. Quare ergo in Capella Sanctiſſimi Domini Papæ, ac in proceſſionibus, & narrativa juris, ac Conſtitutionum Apoſtolicarum, non primum, ſed ultimum locum habemus, ſicut & in ſermonibus, qui habentur in Capella Sanctiſſimi Domini Papæ in Adventu, & Quadrageſima. Primum prædicant Dominicani; Secundum Franciſcani; Tertium Auguſtiniani; Quartum Carmelitæ. Et in Quadrageſima quintum Servitæ qui juxta citatam Bullam Pij V. inter Mendicantes numerandi ſunt.

Pius V.

66. Reſpondeo. Primò, quod noſtra ſacra Religio Carmelitana ſuum habuit exordium in Palæſtina, ac Oriente; ubi contra eam magna perſecutionum tempeſtas exorta eſt; per *Coſroas* Regem Perſarum; per *Homerum* Regem Arabum; & etiam per Mauros Mahometanos, qui noſtros Religioſos multis plagis inflictis interficiebant; & tandem omnium ſæviſſima tempeſtas commota eſt per Saladinum Ægyptiorum Sultanum contra Religioſos, & Catholicos anno 1187. Unde compulſi ſunt noſtri Religioſi, Sanctiſſima Virgine annuente plagas Orientales deſerere, & ad Occidentalem oram tranſmigrare; & cum ibi in hac noſtra Europa floreret, magno proventu illuſtriſſimis Viris ſacræ Religiones Prædicatorum, ac Minorum; & inde ergo in Occidente, magno perſecutionis impetu, multi apud Honorium III. inſtabant, ut talis ordo ignotus in Europa extingueretur. Puriſſima Virgo Religionis Mater noctu aſtitit Honorio, planéque juſſit, ut talem Ordinem, ac homines benignè complecteretur, ut habetur *in quinta Lectione Commemoration.* 16. *Julij*; cum ergo noſtri Religioſi eſſent tot, tantiſque perſecutionibus preſſi, ac vexati, eſſentque advenæ, quæſtiones, ac controverſias evitare voluerunt & maximè cum magnis, ac potentiſſimis Viris, qui apud omnes erant in magna veneratione, & noſtri Religioſi pro ſua humilitate, ac modeſtia acquieverunt, ac ſemetipſos accommodarunt in quolibet loco, ad quem admiſſi fuerunt. Hanc rationem aſſignat R. P. M. Ioannes Nævius *lib. de Inſtitutione Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, cap.* 22. nam cum ejus Religio ſit tam illuſtris, & antiqua, utpote à Magno Auguſtino inſtituta, tamen cum in Eremis, ac deſertis eius Religioſi habitarent, & per alias Religiones ad Civitates adveniſſent, ideo priorem locum non obtinent.

Officium Commemorationi.

Ioan. Næv.

67. Secundò. Juxta communem regulam iuris, *Qui prior eſt tempore, potior eſt jure.* Cum illæ Religiones eſſent priores tempore in Capella Summi Pontificis, & aliis actionibus, & noſtra Religio denuo adveniret ex Syria, inde non prima loca tenet; & ut notat citatus Ioannes Nævius, in multis partibus inter Religiones ad præeminentiam antiquitas loci maximè obſervatur, ut determinant Gregorius XIII. & multæ declarationes Cardinalium de quo *Opuſculo* 2. *Reſolut* 48. *quæſt.* 8. Inde noſtri Religioſi, cum denuò advenirent, aliis ceſſerunt in præcedentia, certi, quod auctoritas, ac præeminentia Religionis in quocunque loco non imminuatur, tanquam de ſua nobilitate valdè ſecura. Ait Regius Vates Pſal. 73. num. 16 *Tu fabricatus es auroram, & Solem.* Magna eſt quæſtio apud expoſitores, ut videre eſt apud Lorinum, cur Pſalmographus inverſo ordine loquitur, ut prius dicat auroram, deinde Solem; cùm evidens ſit, quod Sol, cum ſit Regius Planeta, nobilior, & antiquior Luna, & Aurora ſit: nam Septuaginta ſic legunt: *Tu fabricatus es Lunam, & Solem.* Et tamen iſte præceſſit in creatione: *Fecit Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præeſſet diei, & luminare minus, ut præeſſet nocti, & ſtellas.* Geneſ. 1. num. 16. Sol ergo anteceſſit in creatione, Lunæ, Stellis, & Auroræ: nam omnia iſta à Sole lucem mutuantur. Cur ergo Aurora, ſeu Luna in primo loco ſcribitur, Sol antiquior, & nobilior ſecundo loco ponitur? Sol ut bene conſcius de ſua nobilitate, ac antiquitate, de præeminentia locorum non contendit, ſed in ſecundo, tertio, vel ultimo optimè contentus quieſcit, apprimè certus, quod ſuæ nobilitati, ac antiquitati, nullum detrimentum inde paritur, cum ipſe ſemper ſit Sol Planetis, ac omnibus lucem adminiſtrans.

Ioan. Næv.

Pſalm. 73.

Septuag.

Geneſ.

68. Tertiò, & corroboratur totum hoc argumentum, quia noſtri Religioſi, cum adveniſſent ex partibus Orientalibus, habitabant in Eremis, ac deſertis juxta præcipuam Regulæ diſpoſitionem *cap.* 2. ut notat Reverendiſſimus M. Fr. Bernardinus Olerius noſter Generalis *in tractatu de Antiquitate Ordinis ad Gregorium XI.* ubi toti erant dediti orationi, ac contemplationi, ut diſponit noſtra Regula *cap.* 7. & cum pro tali tempore magnos fructus in Eccleſia Dei parturirent, ſacræ Religiones Prædicatorum, ac Minorum, ſua doctrina, prædicatione, ac ſpiritualibus exercitiis; inde conveniens fuit viſum Innocentio IV. plures operarios convocare. *Meſſis quidem multa, operarii, autem pauci.* Luc. 10. n. 20. Et ideò ad hunc effectum ex deſerto adducit Eremitas ſancti Auguſtini, & Carmelitas, quod eleganter deſcribunt & referunt Arnoldus Boſtius *de Patronatu Beatæ Virginis Mariæ*, *cap.* 9, & Petrus Brunus *in Tribunali Ordinis Deiparæ Virg. de Monte Carmelo*; & ait: *Verumtamen, cum jam rotarum binarum vehiculo Auriga Summus Innocentius Papa Quartus ſuas vehi non poſſe ſarcinas cerneret; mox ſaltum Carmeli, ac Eremi condenſa perluſtrans, quo ſibi duas rotas adoptet, aſportavit; & Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, Fratres Carmelitas, & Eremitas ſancti Auguſtini (qui jam longæva inſtitutione, ac confirmatione perſtiterant) addictos decrevit, vocavit, & adduxit.*

Regul. c. 2.
Olerius.

Innoc. IV.

Luc. 10.

Arnoldus.
Petr. Brun.

RESOLUTIO III.

Sanctiſſimus Parens Elias inſtituit ſuam Religionem Carmeliticam cum tribus votis obedientiæ, caſtitatis, ac paupertatis.

Quæstio Prima.

In lege veteri fuerunt vota non ſolum in Magnatibus in illa, ſed etiam in illis, qui erant de communi, ac vulgari populo.

SUMMARIUM.

1 *Valdè frequens extitit conſuetudo in lege veteri faciendi vota, propter quod multipliciter lex diſponitur.*

2 *Hoc tamen non tantum in Magnatibus, ſed etiam in communibus, ac de populo hominibus,*

3 *Regius Vates exhortatur ad vota facienda, utpote quid maximè meritorium.*

Quod non intelligitur de materia legis obligatoria, ſed de alia voluntaria. Ibid.

4 *Suppoſita fide, de jure naturæ eſt Deum honorandum eſſe per vota.*

1. VALDE ſolemnis, ac frequens fuit
conſuetudo in lege antiqua, quod
homo ſe ipſum, ac aliquid ſuum Deo per
Levit. 27. votum conſecraret; ſic habetur Levit. 27.
num. 1. *Locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens:
Loquere filiis Iſraël, & dices ad eos. Homo, qui
votum fecerit, & ſpoponderit Deo animam ſuam;
ſub æſtimatione dabit pretium.* Et multipliciter
agitur in toto capite de lege, quæ obſervanda
erat, in voto facto, vel faciendo,
etiam à quolibet homine vulgari, ſicut &
Numer 30. Numer. cap. 30. num. 3. *Iſte eſt ſermo, quem
præcepit Dominus: ſi quis Virorum votum Domino
voverit, aut ſe conſtrinxerit juramento,
non faciet irritum verbum ſuum.* Et circa obſervanda
in votis multa in toto capite diſponuntur.
Deuter. 12. Sicut *Deuteron. 12. num. 11.* & deinceps,
& *cap. 23. num. 18.* & *3. Reg. 15. n. 7.* & aliis
in locis.

2. Ut magis in particulari deſcendamus. Ia-
Geneſ. 28. cob fecit votum, Geneſ. 28. num. 20. *Vovit
etiam votum, dicens, ſi Dominus fuerit mecum.*
Pſalm. 21. David Pſalm. 21. num. 26. *Vota mea Domino
reddam.* Et hoc erant non ſolum in Magnatibus,
ſed etiam in illis, qui erant in mediocri
obſervatione legis. Iephte pro obtinenda victoria
fecit votum, quod ſacrificaret id, quod
Iudic. 11. primum ei occurreret. *Iud. 11. n. 30.* Occurrentem
filiam ſacrificavit: *Fecit ſicut voverat* Ibid.
n. 39. Anna Samuelis mater fecit votum pro
filio obtinendo: *Dabo eum Domino omnibus
1. Reg. 1. diebus vitæ ejus.* 1. Reg. 1. n. 11. Abſalon poſtulavit
à patre facultatem, dicens: *Vadam, &
reddam vota mea, quæ vovi Domino in Hebron.*
2. Reg. 15. n. 7. Sic & Rex Aſa. *3. Reg. 15.* 2. Reg 15.
n. 15. intulit in templum: *Quæ pater ſuus voverat
in domum Domini aurum, & argentum:* Sicque
omnes filii Iſraël, etiam qui erant de populo:
Obtulerunt, quæ voverant Domino Deo ſuo.
2. Paral. 31. n. 6. & 12. adimplentes illud, quod 2. Par. 31.
dicitur Eccleſ. 5. n. 3. *Quod voviſti Deo, ne moreris
reddere;* & ideò faciebant vota ad maiorem Eccleſ. 5.
operis firmitatem, & ad maius meritum comparandum,
ut notat Ovandus *in 4. diſt. 3. propoſit.* Ovandus.
8: & ait: *Notum erat Iudæis quod opus factum
ex voto erat laudabilius, & magis placere Deo
virginitatem cum voto.* Idem habet Franciſcus Coſterius.
Coſterius *in Evangelium Dominic. 1. poſt Chriſti
Nativitatem.*

Et quia opus factum ex voto maximè meri- 3.
torium, gratum, ac placēs eſt Deo; ideo ad vo-
ta faciēda exhortatur Regius Vates Pſalm. 75. Pſalm. 75.
num. 12. *Vovete, & reddite Domino Deo veſtro.*
Ad quæ vota ait Lorinus ibi: *Hunc locum* Lorinus.
*enarratores præſertim Latini de votis, quibus
voventur Deo, quæ alioquin lex non præcipit, interpretantur,
qualia tria omni Religioſo communia.*
Juxta ergo Sanctos Patres, ac Interpretes
Latinos, dum Regius Vates exhortatur
ad facienda vota, non eſt intelligendum de
materia præcepta in lege, & de illa, quæ erat
ſub præcepto, ſed de illa, quæ erat libera, &
voluntaria, abſque ulla obligatione, ut de jejunio
caſtitate, paupertate, & obedientia, quæ
ſunt exempla poſita à Lorino.

Nam ut optimè ait Suarez *tom. 3. de Reli-* 4.
gione lib. 3. cap. 1. n. 2. quod ritus vovendi, ſeu Suarez.
conſecrandi aliquid per votum Deo, de jure
naturæ eſt, maximè ſuppoſita fide. Jus enim
naturæ dictat, quod Deus maximè ſit honorādus,
ac venerādus, omni modo poſſibili, quod
maximè cognoſcitur per fidem, per quam intelligimus
ſupremum ejus dominium; atqui
Deus maximè veneratur, & colitur dum, ei per
votum aliquid conſecratur, ac dedicatur, cujus
obligatione ſtante, homo nō poteſt reſilire, ac
retrocedere ab obligatione facta; ideò Deus
maximè honoratur à ſuis fidelibus, ac juſtis,
per obſequia ei oblata cum votis, ut notant
N. Incognit. Eugubinus, & alii, ideò ad talia N. Incognit.
obſequia Regius Vates exhortatur dicens, *Vo-* Eugubin.
vete, & reddite Domino Deo veſtro.

Quæstio II.

In lege veteri dabatur caſtitatis votum.

SUMMARIUM.

5 *Probatur ex Scriptura, ac Patribus votum caſtitatis in Nazaræis.*

6 *Qui perfectiores, erant, habebant perpetuum caſtitatis votum.*

7 *Probatur ſecundò ex celebri loco Iſaiæ.*

8 *Reſponſio adverſariorum impugnatur, & num. 9.*

10 *In lege veteri juxta Sanctos Patres dabantur Eunuchi ſpirituales, ut Elias, & Eliſæus.*

11 Sub

11 *Sab verbo Eunathus veniunt etiam fœmina, & aam.12.*
13 *In lege antiqua fuerant virgines perpetae voto Deo conſecrata.*
14 *Apud Gentiles erant virginer veſtales perpetuo voto ſuis falſis Dus dedicata, probatur ex multis.*
15 *Cum apud Gentiles darentur virgines perpetuo voto, hoc non eſt negandam popalo Dei divina fide illuminate.*

5. HAnc cõcluſionem ſtatus in lege antiqua
dabatur magnum, ac illuſtre caſtitatis
Numer. 6. votum. Probatur primò, ex *Numer.6.num.2.*
ubi dicitur, *Vir, ſive mulier cum fecerint votum,*
ut ſanctificentur. Quorum verborum variæ
lectiones ſunt apud Bibliam Maximam. Quidam
ſic legunt: *Qui arduum* faciet ad vovere
votum, ſeparate. Alij. Qui ſingulare vo-
Septuag. tum vovere voluerit. Explicant magis Septuaginta.
Quicunque magnè voverit votum purificandi
puritate Domino. Id eſt, tunc magnum,
admirabile, ac arduum ſit votum.
Quando quis ſuam puritatem in caſtitate, ac
virginitate magis purificat per votum, & hoc
caſtitatis votum in lege antiqua vocatur à
Sanctis Patribus magnum, & inſigne votum.
D. Damaſc. D. Damaſcenus *lib 4. de fide Orthodox. cap.25.*
ait: *An non denique lex ingens votum caſti-*
D. Chryſ. *tatem nuncupavit.* D. Chryſoſtomus *homil.4.*
in Vigilia Epiphania, tom.2. & ait: *Nazaræi ſecundum
legem nuncupabantur, qui caſtitatem
Deo inſigni voto mancipabant.* In Naxaræorum
votis continebatur caſtitas, ac à multis
D. Epiph. continentia, ut docent D. Epiphanius *hæ-*
D. Auguſt. *reſ.9.* S. Auguſtinus *ſermone* 107. *de Tempo-*
Corne. *re*, ut teſtatur Cornelius à Lapide *Threnor.4.*
Hugo. *num. 7. §. Candidiores.* Cardinalis Hugo *ci-*
tato. Numer. 6. de Nazaræis, ait: *In voto eorum
erant multi articuli Religionis, inter
quos amplexibus mulierum non vacabant.* Clau-
Spinel. dius Spinellus *libro 1. de contineat. cap.1.* ait:
*Nazaræi quoque caſtitatis Deo magno, inſignique
voto conſecrati, ac emancipati.* Auguſti-
Eugubin. nus Eugubinus *in recognitione Veteris Teſtamenti,
cap.4.* & in hanc partem inclinat etiam
Lorinus. ibi Lorinus.

6. Apud Naxaræos, qui perfectiores erant,
eorum caſtitatis votum non erat ad tempus,
Origenes. ſed perpetuum. Ita Origenes *homilia 24. in*
Albertus. *Numer.* D. Albertus Magnus *in 4. diſtinct.38.*
Abulenſ. *artic.13.§. Ad id vero.* Abulenſis *Numer.6.q.2.*
& 3. & *in Iudic.3.quæſt.12.& 17.* Mag. Noſter
Vvaldenſ. Vvaldenſ. *tom.1. lib 3. art.2. cap.23.* Ioannes
Ioan. Soar. Soarez Epiſcop. Conimb. *in cap. 2. Matth.*
Thena. *tract. 1.* Thena *ad Hebræos 11. difficult. 27.*
Caſtro. Chriſtophorus à Caſtro *Thren.4. num.7. ad*
Lyranus. *citatum Numer.6.* Lyranos, Cardinalis Hugo,
Hugo. Lorinus, Marius, Tyrinus, Cornelius à La-
Lorinus. pide. Nam ut rectè ait D. Thomas 2.2.q.186.
art.6. ad 2. *Non aliter homo poteſt totam vitam
ſuam Deo exhibere, niſi per voti obligationem;*
ergo in lege antiqua extitit magnum caſtitatis
votum.

7. Probatur ex celebri loco Iſaiæ 56. num 3.
Iſai 56. *Non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum.
Quia hæc dicit Dominus Eunuchis: qui cuſtodierint
Sabbatha mea, & elegerint, quæ ego volui,
& tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo
mea, & in muris meis locũ, & nomen melius à
filiis, & filiabus, & nomen ſempiternum dabo
eis, quod non peribit.* Vbi Propheta agit
de Eunuchis ſpiritualibus, de quibus Chri-
ſtus Dominus loquitur in Evangelio, di-
cens: *Sunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtrave-*
runt propter regnum cœlorum. Matth.19.n.12. Matth. 19.
ut ibi latè explicavi *tom.1. in Evangelia*, ex
mente Sanctorum Patrum, ac Interpretum:
nam ſicut Eunuchus per naturam, vel ar-
tem ſit impotens ad generandum, ita Eu-
nuchus ſpiritualis per votum ſit impotens,
cui Dominus in Eccleſia, & in cœlo dat
nomen glorioſius, quam habere poterat
à filiis, & filiabus; ita locum Prophetæ
intelliguot, & explicant D. noſter Cyril- D. Cyrill.
lus Alexandrinus, Divus Hieronymus, *ibi* D. Hieron.
Divus Auguſtinos *lib. de Sancta Virginitate,* D. Auguſt.
cap.24. & *lib.4. contra Fauſtum, cap. ultimo,* D. Baſil.
Divus Baſilius *lib. de vera virgin.* Divus Am- D. Ambr.
broſius *in exhortat. ad virgines.* D. Gregorius D. Gregor.
3.p. Paſtoral. cap.29. Rupertus latè, *ibi* Forerius Rupertus.
Oleaſter, Lyranus, Sanchez Bellarmin. *lib. 2.* Forerius.
de Monach. cap.9. Medina *de continentia, lib.* Oleaſter.
3. cap.32. Lyranus. Bellarm. Medina.

8. Reſpondent communiter Adverſarij, quod
Iſaias ſpiritu Prophetico loquitur de Eunu-
cho ſpirituali per reſpectum ad legem gratiæ,
non verò per reſpectum ad legem antiquam.
Sed contra; quod non ſolum de lege gratiæ,
ſed etiam antiqua loquatur Propheta, ſic pro-
bo ex ipſomet Textu: *Dabo eis in domo mea, &
in muris meis locum, & nomen melius, à filiis,
& filiabus, & nomen ſempiternum dabo eis.*
Juxta ſententiam dat Deus levamen, & con-
ſolationem Eunucho, quia cum non relin-
queret poſt ſe ſemen, nec filios, nec filias,
quod tunc illa lege erat valde durum, ac gra-
ve, & moleſtum, inde mulier Thecuitis dixit
ad Regem Davidem, orans pro filio: *Quærunt
extinguere ſcintillam meam*, filium nempe
meum, *quæ relicta eſt mihi, ut non ſuperſit
Viro meo nomen.* 2. Reg.14. num.7. ſic & diſ- 2. Reg 14.
ponebat lex, quod mortuo uno fratre, ſuper-
ſtes acciperet uxorem illius, & primus filius
illius vocaretur nomine demortui: *Vt non de-
leatur nomen ejus in Iſrael*, ut dicitur *Deu-* Deuter 25.
teron.25. num.6. atqui hæc gravamina non
dantur in lege gratiæ, nec tantus affectus no-
minis perpetuandi, ut in lege veteri, ergo de
Eunucho in ea tam temporali, quam ſpiritua-
li eſt ſermo.

9. Secundò contra. Huic Iſaiæ loco ſimilis eſt
ille Sapientiæ 3 n.14. *Spado, qui non eſt opera-* Sapient 3.
*tus per manus ſuas iniquitatem, dabitur ei fidei
donum electum, & ſors in templo Dei acceptiſſi-
ma.* Quem locum de Spadone, ſeu Eunucho in
lege veteri interpretantur Dinoyſius, Caſtro, Dionyſ.
Holchot, Lorinus, Cornelius, Menochius, Holchot.
Tyrinus, ergo etiam præſens locus Iſaiæ cum Caſtro.
in utroque ſit eadem diſpoſitio. Si enim hæc Lorinus.
loca intelliguntur de Eunucho temporali in Cornel.
illa lege, cur non etiam de ſpirituali.

10. Contra. Tertiò. Quia Sancti Patres agno-
ſcunt, & dicunt dari in illa lege antiqua Eu-
nuchos, ſeu Spadones ſpirituales inter quos
numerant Eliam, Eliſæum, Ieremiam, Ioan-
nem Baptiſtam, & Danielem. De myſterio
Transfigurationis agens Tertullianus *lib. de* Tertull.
Monogamia, cap.8. ait: *Moyſen, & Eliam* Pamelius.
ſecum mavult alterum Monogamum, alterum

ſpadonem Exp'icat ejus ſcholiaſtes Pamelius, *ſpadonem caſtum c m voto*, D. Epiphan. *lib. 2. hereſ. 63.* & ait: *Elias. & Eliſæus, & Ioannes, qui per magnam hanc formam imitationis Angelorum, rectè ſecund m. Evangelicam Domi ii ordi atsonem ſe ipſos propter regnum Dei caſtraverunt*,

D. Anaſt. D. Anaſtaſius Sinaita in ſuis quæſtionibus ſacræ Scripturæ, *quæſt. 66. tom. 6. Biblioth. part. 2.* & ait: *Eunuchi, qui ſe caſtraverunt propter regnum cælorum, hi ſunt preclari Apoſtoli, atque deinceps fuerunt virgines, & Monachi: Ioannes quidem, & Iacobus filij Zebedæi; & poſt illos quot millia monaſticam vitam agentia, ſicut Elias, & Daniel in veteri teſtamento*, ſanct. Ephrem Syrus, quem eitat. & ſequitur Salianus *tom. 4. Annal. anno 3123. n. 21.* & ait: *Sanctus Ephrem Syrus Eliam, & Eliſæum, & Ioannem, & Apoſtolum Paulum*

D. Almand. *in eorum numero recenſet, qui ſe caſtraverunt propter regnum Dei*, D. Almandus, *de laudibus B. Virg. cap. 10.*

Vvalden. Ioannes Ieroſolymitanus *lib. de inſtit. Monach. cap. 34.* Noſter Vvaldenſ. *tom. 3. de Sacram. tit. 9. cap. 89. n. 8.*

Robertus. Hugo. Robertus Arboren. *tom 1. de cælibatu.* Cardinalis Hugo 4. *Reg. 24.* ad illa verba, *& Eunuchos ejus.* Hinc Daniel ob ejus eximiam puritatem, ac caſtitatem dicitur Eunuchus à

Gloſ. Ordin ſanctis Patribus, Gloſſa ordinaria *in c. 1.* Danielis ad illa verba: *de ſemini Regio.* Ita loquitur

D. Epiphan. D Doroth. Chron. Alex. D. Damaſc. Abulenſ. D. Dionyſ. Lyran. Pereira. Maldonat. Pinto. Cornel. Sanchez. D. Epiphanius *in vita Danielis*, D. Dorotheus *in ſynopſi*, Chronicon. Alexandr. *Olympiade 70.* D. Damaſcen. *lib 4 de fide orthodox. cap. 2.* Abulenſis *in 4. Reg. q 34.* & ita dicunt, & eum appellant Eunuchum *ad c. 1. Daniel.* ad illa verba: *Præpoſitus Eunuchorum*, D. Dionyſ. Lyranus, Pereira, Maldonatus, Pinto, Cornel. à Lapide, Sanchez *prolegom. 2. in Daniel.* Ecce tot Patres, ac Doctores in lege veteri agnoſcunt Eunuchos, quod nomen non ſolum dicit caſtos præciſè, ſed caſtos cum voto, per quod homo redditur impotens ad generandum.

11. Ergo cum in lege veteri juxta tot Patres ac Auctores, darentur Eunuchi, etiam de illis in illa lege, eſt explicandus Iſaias. Et confirmatur. Primo, quia ſtante lege veteri in ſua viridi obſervatione, ante legem gratiæ, ac Incarnationem verbi divini ſanctiſſima Deipara, ac ſanctiſſimus ejus ſponſus fecerunt votum virginitatis, ergo tale votum non eſt proprium legis gratiæ, ſed etiam in illa lege antiqua dabatur. Confirmatur Secundò Quia multæ mulieres in illa antiqua lege habebant votum caſtitatis, ut ſtatim oſtendo, quia etiam ſub nomine Eunuchi comprehenduntur; nam frequenter in ſcriptura ſub maſculino fœmininum comphenditur, quando materia communis eſt, præſertim quando

Suar. lex eſt favorabilis Religioni, ut tenet Suar. *tom. 4 de Relig. tract. 9. lib. 1. cap. 11. num. 3. & tract. 8. lib. 1. cap. 6. n. 14.*

12. Et confirmatur Tertiò. Chriſtus D. in illis verbis, *ſunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt*, loquitur de præſenti *ſunt.*, & de præterito *caſtraverunt* Ergo jam dabantur multi antecedenter Eunuchi ſpirituales, ac proinde,

Salian. & ita ait Salianus *tom 3. anno mundi 3031.* in Scholio 1 *videtur Dominus non de re tantum futura ſed j m uſitata loqui: nam octingentis, & amplius annis dixerat Iſaias 56. Non dicat Eunuchus. &c.*

Probatur tertiò noſtra concluſio. In lege antiqua fuerunt virgines intra clauſtra templi ad Dei obſequium, ut conſtat ex Machab 2. c. 3. n 19. *Sed virgines, quæ concluſæ erant, præcurrebant ad Oniam.* Vnde D. Ambroſius *lib. de virginibus*, ſcribit etiam in templo Ieroſolymitano fuiſſe legimus virgines: Quod eſſent virgines in illa lege antiqua cum caſtitatis voto colligitur ex Numer. cap. 30. n. 4. *Mulier ſi quidpiam voverit, & ſe conſtrinxerit juramento.* Ad quæ verba Mag. Auguſtinus *q. 57. in Numeros*, ſic ait: *Merito quæritur in hoc loco, etiam de voto virginitatis. Mulieres enim, etiam virgines in ſcriptura ſolent appellari.* Ad præfatum Numerorum locum verba D. Auguſtini ipſum ſequens refert Gloſſa; cui adhæret ibi Lorinus. Ad eundem etiam locum Rupertus ait: *Mulier ſi quidpiam voverit, id eſt ſi continentiam voverit*, Abulenſ. *ibid. quæſt. 12.* ait: *An iſta puella in veteri teſtamento poſſet vovere, & obſervare virginitatem, cum eſſet ſub patris poteſtate? Reſpondendum eſt non eſſe dubium; quin poſſet vovere. Non enim erat aliquid illicitum virginitas in veteri teſtamento, cum aliqui viri, & fœmina eam obſervaſſent*; & D. Ambroſio, D. Germano Conſtantinopolit. D. Gregorio Nicomedienſi: idem probat, & confirmat, Petrus Crepeſius *in ſumma fides Catholica, fol. 643. 644.* dicens. *Monialium denique, dedicatarum virginum propoſitum vovendæ caſtitatis, antiquus, & ſanctus uſus defend t* 13.

Machab. 2. D. Ambr. Numer. 30. D. Auguſt. Lorinus. Rupertus. Abulenſ.

Probatur quartò urgenti, & gravi conjectura. Gentiles ſine lumine fidei, maximè gratum ſuo factum Deo, exiſtimabant, ſi ei ſuam virginitatem perpetuo voto conſecrarent, ut faciebant virgines Veſtales, de eis loquens D. Hieron. *epiſtola ad Geruchiam* ait: *Perpetua ſacerdotis virginitate merereſcūt* Abulenſ. *ad cap. 30. Numer. quæſt. 11.* inquit. *Erant inter Gentiles, virgines, quæ vovebant virginitatem, & compellebantur eam ſervare, ſcilicet virgines Veſtales.* Idem expreſsè docent Peneda *tom. 1. Monach Eccleſ. lib. 1 cap 10 §.* ... Soto *in 4. diſt. 30. q. 2. art. 1.* Creſpes *in ſumma verb. Moniales, virgines*: Ioſephus Laurent. Leſſcenſis *de moribus Romanorum, lib. 3. ſynopſi prima, §. Veſtalium origo*, Marinho *de civitate Viſip. lib. 2.* dum agit de monaſterio vulgò *Chelas*, quòd ædificatum eſt ab Vlyſſe virginibus Veſtalibus, ut conſtat ex antiquiſſimis lapidibus in clauſtro, Tiraquel. *ad 15 leg. connubii, part. 15. gloſſ. 1. n. 120.* cum teſtimonio Plinii, & Polieni, ait: *Perpetuam virginitatem ſervabant, ut tradit Plinius, aut quiſquis is eſt, qui illum librum de viris illuſtribus edidit in Proca Rege Albanorum, & Polyenus, lib. 8. ſtratagematon.* Pro qua ſententia audiendus eſt, D. Auguſtin. *tom. 8. lib. 20.* contra Fauſtum Manich. *cap. 21.* & ait: *Quod virgines ſunt Moniales, & Veſtales virgines fuerunt. Inter illas virgines multum diſtat, niſi cui voveatur, ac reddatur.* Inter unas, & alteras virgines magnum eſt diſcrimen, Veſtales vovebant ſuam virgiginitatem Deo falſo; noſtræ verò Moniales verò Deo Iesu Christo. 14.

D. Hieron. Abulen. Pened. Soto Creſpes. Tiraquel. D. Auguſt.

Ex quo ſic formo hoc argumentum: Populus Gentilis ſine lumine fidei plenus vitiis, & abominationibus, cognoſcebat magnum obſequium fieri ſuis falſis diis, ac dæmonibus 15.

ſi

ſi ſuam virginitatem eis voto conſecrarent, quomodo dicendum eſt, quod hoc non intelligeret populus Dei, divina fide illuſtratus, cœleſtibus inſpirationibus illuminatus, lectiooe divinæ ſcripturæ, ac multis revelationibus, documẽtis, ac predicationibus Patrũ, ac Prophetarum, cum quibus locutus eſt Deus, maximè inſtructus. Quis ſibi perſuadeat illos idololatras, perfectiori, ac eminentiori cultu (cujuſmodi erat virginitas aliquali voto firmata) ſuos falſos Deos fuiſſe veneratos, quam fideles Deum verum; quòd argumentum etiam in Sybillis doctè, & latè proſequitus M. Munoz. Petrus Munoz in propugnaculo Eliæ, *lib.2. tit.2.c.3.art.1.* Argumentaadverſariorum infià referam, & ſolvam.

Quæstio III.

In Rechabitis probantur vota obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis quantum pro illa lege antiqua dari poterant.

SUMMARIUM.

15 *Rechabitæ ſic dicti à Patre Rechab, ac diſcipuli Eliſæi.*

16 *Ponitur Textus Ieremiæ circa Rechabitas, & eorum vitam monaſticam; quæ à Patribus ponitur in exemplum cunctis Religioſis.*

17 *Probatur ex Concilio Senonenſi eorum obedentia ex voto.*

18 *Probatur ſecundò idem ex obligatione, quam Rechabitæ in ſe agnoſcebant.*

19. *Probatur etiam eorum paupertatis votum.*

20 *Probatur & caſtitatis votum.*

21 *Probantur eorum vota ex Patribus, ac Auctoribus.*

22 *Iſti Rechabitæ fuerunt diſcipuli Eliæ, ac Eliſæi.*

15. AD probandum in lege veteri votum obedientiæ, ac paupertatis proponimus in exemplum Rechabitas ſic dictos à Patre Rechab, cuius filius Ionadab inſtructus fuit vita monaſtica ab Eliſæo, ut tradunt Ioannes Ioan. Ieroſ. in Ieroſolymit. *lib. de inſtit. Monachorum, c.25.* Molin. Ioan. de Molinis *in ſpeculo hiſtoriali, cap.3.* Lezana, M. Lezana *tom.1. Annal. anno Mundi 3159.* D. Hieron. *num.2.* ſecundum D. Hieron. *epiſt. ad Paulinum*, qui poſtquam ait. *Noſter Princeps Elias, noſter Eliſæus, noſtri duces filiis Prophetarum*, ſtatim ſubdit: *Ex his, ſunt & illi filii Rechab qui vinum, & ſiceram non bibebant, &c.* Bolducus. de quo latè Boulducus *lib.3. de Eccleſia ante legem.*

16. De Rechabitis loquens Hieremias 35. *n.6.* Hierem. 35. cum ante eos appoſiti fuiſſent ſcyphi vino pleni. *Reſponderunt non bibemus vinum; quia Ionadab filius Rechab Pater noſter præcepit nobis dicens: non bibetis vinum vos, & filii veſtri uſque in ſempiternum, & domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non plantabitis, nec bibetis; ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris. Obedivimus ergo voci Ionadab filii Rechab patris noſtri, in omnibus, quæ præcepit nobis.* In quibus maximè notanda eſt eorum obedientia erga patrem *Obedivimus ergo voci Ionadab;* & hoc non per aliquod tempus, *ſed uſque in ſempiternum*, & hoc mira, & rigida abſtinentia: *Non bibetis vinum vos, & filii veſtri.* Et hoc etiam cum ſumma paupertate: *Domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis, ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris.* Vnde eorum vitam tanquam religioſam, & monaſticam proponunt in exemplum omnibus religioſis, D. Gregor. Nazian. *in Poemate de vita ſua*, D. Hieron. *in Epiſtola ad Paulinum.* D. Dionyſius *Hierarch. 35. art. 58.* Rabanus Maurus, quem citat noſter Venerabilis Vvaldenſ. *lib.3. Doctrinalis fidei, art. 1. c. ap. 2.* Abulenſ. *1. Paralip. cap.2. q.11.* ait: *Iſti*, ſcilicet Rechabitæ, *erant viri Religioſi in veteri teſtamento, ſicut nunc ſunt monachi* Eoſque in exemplum Religioſis ponunt ad citatum locum Ieremiæ Theodoret. Carthuſianus, Lyranus, Malveda, Oleaſtes, Sanchez, Menochius, & Eſtius. D. Gregor. Nazianz. D. Hieron. D. Dioniſ. Rabban. Vvalden. Vbulenſ.

Quod verò hæc obediẽtia eſſet ex voto, probatur ex Concilio Senonenſi *in ſuo Decreto 9.* de votis Monaſticis, exhortans Concilium ad obſervantiam ſuorum votorum, ait: 17. Conc. Seno.
Si quis votum aliquod hujuſmodi voverit, etiamſi perpetuum fuerit, non faciet irritum verbum ſuum ſed Deipara Virginis Anna Samuelis matris, & Rechabitarum exemplo, quod promiſit, implebit. Ad obſervanda vota perpetua, proponit Concilium votum ſanctiſſimæ Virginis, quod fecit de ſua virginitate perpetua; votumque Annæ Samuelis matris de commodando puero omnibus diebus vitæ ſuæ, *1. Reg. 1. n. 11.* Et votum Rechabitarum, hoc 1. Reg. 1.
autem votum, circa quam materiam verſabatur, habetur ex Hieremia citato. *Rechab Pater noſter præcepit nobis dicens, non bibetis vinum uſque in ſempiternum; & domos non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis, ſed in tabernaculis habitabitis, cunctis diebus veſtris, obedivimus ergo voci Ionadab, in omnibus quæ præcepit nobis.* Ergo eorum votum fuit erga obedientiam Patris, ac erga paupertatem, ac abdicationem rerum; & ſicut votum ſanctiſſimæ Virginis fuit verum, ac proprium votum, perfectius tamen, ac excellentius ſuper votum cujuſcumque puræ creaturæ, & votum Annæ fuit verum votum, ſic & Rachabitarum fuit verum, ac proprium votum, in eodem contextu de illis agitur.

Probatur ſecundò. Quia Rechabitæ agnoſcebant in ſe obligationem obediendi in omnibus tam minimis, quam magnis patri ſuo Ionadab filio Rechab; ſed hæc obligatio non poteſat oriri in eis niſi ex voto, ergo in eis dabatur votum. Major patet ex textu Ieremiæ: *Obedivimus voci patris noſtri in omnibus, quæ præcepit nobis.* Minor, in qua eſt tota vis argumenti, probatur. Quia talis obligatio non poterat oriri ex aliquo præcepto. Naturali, vel poſitivo, divino, vel humano: naturale enim, vel divinum, nullum datur, humanum aſſignari non poteſt etiam à ſupremo Principe, vel Patre erga filium ad opera Conſilii, ut notat ad hunc locum Cornelius his verbis: *Reſpondeo ſecundo parentem tam ardua non poſſe præcipere filio ſicut non poteſt præcipere* 18. Ierem 35. Cornel.

re ingreſſum Religionis. In quo conveniunt
etiam omnes Theologi, quod pater non po-
teſt obligare filium ad opera Conſilij, ad ſum-
mam abſtinentiam, & paupertatem, &c. ergo
cum obligatio, quam Rechabitæ agnoſce-
bant in ſe obediendi patri ſuo, non poterat
eſſe niſi ex voto, & in eo non poterant per-
ſiſtere in ſempiternum, ideſt per totam vitam,
abſque voto.

19. Ex his probatur, eorum paupertatis votum;
quia ut patet ex Textu Ieremiæ. Nec ædifica-
bant domos, nec plantabant vineas, nec ſe-
menta, nec habebant domos, tantum habita-
bant in tabernaculis, quod erat extrema pau-
pertas, & cum hoc eſſet per totam vitam,
conſequens erat, ut eſſet voto firmatum, jux-
D.Thom. ta celebrem doctrinam D.Thom. 2.2.q.186.
art.6. ad 2. ubi ait: *Non aliter poteſt homo to-*
tam vitam ſuam Deo exhibere, niſi per voti obli-
Suar. *gationem.* Cujus rei rationem reddit Suar.
tom.3. de Relig.lib.2. cap.3. n.2. & ait: *Cum*
hoc ſit de re valde difficili, & de ſe non neceſſa-
ria, ſed voluntaria, niſi aliquo morali vinculo
firmata ſit, facile fluctuabit.

20. Quantum ad votum caſtitatis, Supponen-
Serar. dum eſt ex Serario, *lib.3. Tribarc. cap.11. &*
in Minerv lib 5. c.22. Rechabitas eſſe in du-
plici differentia, alios eſſe ex genere, ac
ſtirpe; alios ex diſciplina, ac inſtituto. Qui-
dam ex eis habebant vxores, ac filios, ut pa-
tet ex textu Ieremiæ citato; alii vero perfe-
ctiores in caſtitate, ſine vxoribus vivebant,
D. Gregor. Nazianz. pro quo ſufficit D.Gregorius Nazianz. *in Poë-*
mate de vita ſua, de ſe loquens, & ait: *Quæ*
carnis erant, jamdiu decreveram reiicere, aliam
viam quærebam commodiſſimam. Et eam ex-
plicat. *Animo Elias occurrebat vates meus ma-*
gnuſque Carmelius, novaque nutritio, & ſolitudo
Præcurſoris illius & vita ſimplex liberorum. Pro
quo alia adducit M.Lezana *tom.1. Annal. an-*
no 3159. n.4.

21. D. Auguſt. Eorum vota ſupponit D.Auguſtinus *præ-*
fatione in Pſal.70. Vbi cum ageret de obe-
Pſal. 55. dientia Rachabitarum adducit ad illud propo-
Pſal 53. ſitum illud Pſalmi 55. *In me ſunt Deus vota*
tua, quæ reddam. Et illud Pſalmi 53. *Volunta-*
rie ſacrificabo tibi. Ac ſi intendat ſanctus Do-
ctor, quod Rechabitæ dederunt vota ſua Deo,
ut voluntarie ſe illi ſacrificarent. Magis clarè,
Albert Mag. & aperte eorum vota agnoſcit Albertus Ma-
gnus *in 4.diſt.38.n.13.* Doctiſſimus Abraha-
Bzovius. mus Bzovius *in Theſauro Deiparæ ſermon.34.*
de præcepto Rechab loquens ait: *Quod ve-*
rum præceptum votum fuerit, quo illos ligavit
pater ſuus apud Patres pluſquam certiſſimum
eſt. Expende illud *Pluſquam certiſſimum.* Gre-
Valentia. gorius de Valentia 2.2. diſp.10.q.4.punct.1.
§ 1. *Inter omnes ſine controverſia conſtat Recha-*
bitas peculiari vitæ ratione præter communem
obſervantiam legis divino cultui ſe ipſos addixiſ-
ſe; exactamque obedientiam ſuis ſuperioribus præ-
ſtabant. Nota illud *ſine controverſia;* eorumque
Vvaldenſ. Cartuſian. vota agnoſcit, & tuetur Vvaldenſ. *lib.3. Do-*
ctrinalis fidei art.1.cap.2. Dionyſ.Carthuſ. *ad*
citatum textum Hieremiæ 35. ait: *Quod Iona-*
dab Religioſæ vitæ modum poſteris ſuis præſi-
Lyranus, Malveda Hugo. *xit, ac reliquit.* Similiter loquuntur Lyranus,
Malveda, Cardinalis Hugo, Tyrinus, &
Sarch.2.

22. Illi autem Rechabitæ inſtructi fuerant ab
Eliſæo, ut dixi in exordio quæſtionis; & in-
de fuerunt diſcipuli Eliæ, ac Eliſæi, ut ex-
preſſe habet D.Hieron. *epiſtol. ad Paulinum,* D. Hieron.
ubi agens de filiis Prophetarum ſubdit. *De*
his, ſunt, & illi Rechabitæ qui per Ieremiam
voce laudantur & Bolducus lib.3. de Eccleſia Bolducus.
ante legem cap. 6. inquit *Eliæ, & Eliſæo ſuc-*
ceſſit in officio Ionadab, qui paſſim in ſcripturis
dicitur filius Rechab. Ergo ſi filii Rechabitæ
fuerunt diſcipuli Eliæ, & Eliſæi, & habue-
runt votum obedientiæ, ut ſatis probatum
eſt ex Concilio Senonenſi, bene ſequitur,
quod tale votum emiſerunt Elias, & Eliſæus,
utpote eorum magiſtri, ac Doctores.

QUÆSTIO IV.

In Eſſenis fuerunt etiam vota obedientiæ, paupertatis, ac caſtitatis, qualia potuerunt eſſe pro illa lege imperfecta, & antiqua.

SUMMARIUM.

23 *Eſſeni ſoboles Rechabitarum.*
24 *De nominis etymologia, & unde ſic dicti.*
25 *De eorum caſtitate, paupertate, & obedientia, & n.26.27.*
28 *In eis vita communis.*
De oratione, refectorio, ac ſilentio, ibid.
29 *De inſtructione noviciorum.*
30 *De votis eorum circa obedientiam, paupertatem, ac caſtitatem*
31 *Circa vitam monaſticam nomina nova, res antiqua.*
32 *Eſſeni diſcipuli Eliſæi, ac ex filiis Prophetarum.*

ESſeni ſoboles, ac progenies Rechabita- 23.
rum, & ab eis prodierunt, ut docent
D. Nilus, diſcipulus D.Ioannis Chryſoſtomi D. Nilus.
in Aſcetico in principio. Gregorius Cedre- Cedrenus.
nus in compendio hiſtoriarum in Claudio
Imperatore. Villalpandus in apparatu urbis, Villalpand.
& templi *lib.3. c.14.* Salianus *ab anno mundi*
3609. num.3. Cornelius *in c.10. Numerorum* Salian Cornel.
verſ.29.§. Denique. Serarius in Minervali *lib.5.* Serarius.
c.13. affirmans omnes veteres ſcriptores Ec-
cleſiaſticos ita dixiſſe. Nam cum Iudæi redi-
rent ex captivitate Babylonica cum Zoroba-
bele, & Propheta Aggæo, & Zacharia facto
Concilio ex Rechabitis vetuſtioribus fece-
runt Collegium, ſeu Congregationem Aſſi-
dæorum, ſeu Eſſenorum, ut probant M.Fran-
ciſcus S. Maria in hiſtoria Prophetica *tom.1.* Franciſc.
lib.2 c.10.n.8. M Lezana *anno mundi 3545.* Lezana.
n.28.19.20.

Circa nominis etymologiam duodecim ex- 24.
poſitiones affert Serarius *lib.3. Tribæreſ. c.1.* Serar.
Dicebantur Eſſeni à verbo Græco *Hoſius,*
id eſt ſanctus, & corrupto vocabulo *Aſſeus,*
ſeu *Eſſus.* Alii ſic explicant Eſſei, quaſi Eliſe-
ni, ut ab Eliſæo ſic dicti, à quo maximè or-
dinati ſunt, ita Henriquez illuſtriſſimus Au- Henriq.
ctor *tom.2. in ſumma lib 12.c.5. Gloſſa 20. litera*
B. cui adhærent M. Thomas de Ieſu, *de va-*
riis Regulis Carmelit. part 1.c.1, §. Pro quo re- Th. à Ieſu.
colenda.

Carthag. Becanus. Fr. Lucas.

colenda. Et Joannẽs Carthag. *tom.* 4. *homil. lib.* 17. *homil.* 2. *obj ct.* 8. Becanus *lib* 1. *Analog. novi, ac veteris Teſtamenti cap.* 11. & 4. *n.* 10. Franciſcus Lucas *ad* 1. *Machab. cap.* 2. *n.* 42. De eorum mirabili vita Religioſa multa ſcribunt Auctores antiquiſſimi ipſis Eſſenis contemporanei, ac coævi, Philo Hebræus, Ioſephus cum aliis auctoribus antiquis.

Philo. Ioſephus. Porphyrius. Plinius. Solonius. Sotus.

25. De eorum caſtitate ait Philo. Liber, *quod omnis probus ſit liber*, caſtitatem in tota vita perpetuam ſervant. Ioſepus *lib.* 6. *Antiquitatum cap.* 13. *uxores non ducunt.* Similiter Porphyrius apud Euſebium *de præparatione Evangelica lib* 9. *c.* 3. Plinius *lib.* 5. *c.* 17. Solonius *c* 23. Volaterren. *lib.* 11. Baron. *tom.* 1. *in apparatu.* §. Sed antequam Sotus *in* 4. *diſt.* 30. *q.* 2. *art.* 1. & multi alii.

Ioſephus. Philo. Philiaſtr. Niceta. Abulenſ.

26. De paupertate Ioſephus, *lib.* 2. de bello Iudaico c. 7. ait. *Divitiarum contemptores ſunt, rerumque apud eos communicatio admirationi habetur.* Idem habet lib. 18. Antiquit. cap. 2. & ait, *inter illos nihil pauperius deſideratur.* Similiter Philo citato lib. & libro de vita contemplativa. Philiaſtrius *in Catalog.* Nicetas *lib.* 1. *Theſaur. Orthodox. fidei c.* 36. Abulenſ. *in cap.* 3 *Matth. q.* 113.

Ioſephus. Philo. Soloni. Serari. Arboricenſ.

27. De obedientia citatus Ioſephus de bello Iudaico. *Nihil ſine præcepto faciunt curatoris.* Eodem modo Philo citato libro, ex Ioſepho & Solonio Serarius *in Trihæreſio lib.* 3 c. 4. *n.* 37. & Arboricenſis tom. 2. de *Theand. ſacro. cœlibatu*, qui etiam notant, quod vita illis erat communis. Et dicunt: *Communis eſt ipſis non menſa ſolum, verum etiam veſtis quidem omnis.*

Philo Ioſeph.

28. De oratione, ac meditatione. *Philo de vita contemplativa.* & Ioſephus *de bello Iudaico* citatus. *Singuli habent ſacras ædiculas, quas ſemnea vocant, ubi ſolitarii, ſancta vita myſteriis dant operam, Prophetarum oracula divinitus prodita ſerutantes, hymnoſque perſonantes, perpetuam Dei præſentiam habentes.* De refectorio ſic ſcribit Ioſephus citatus. *Voce cibum ſacerdos intervenit, neque guſtare quemquam fas eſt niſi prius Deo celebretur oratio.* De fine autem prandii ſic ait. *Nam & cum incipiunt, & cum deſinunt, quaſi datorem victus Deum laudibus celebrant.* De. ſilentio in refectorio ſic ſcribit Philo *liber omnis probus*, & ait, *ſilentium majus, quam antea, ita ut ne mutire cuiquam liceat, aut reſpirare vehementius.* Et de ſilentio per aliud tempus ſic ſcribit citatus Ioſephus de bello Iudaico. *Neque vero clamor unquam tectum illud, neque tumultus inquietat, cum etiã loquendi ordine alii aliis cedunt, eorumque ſilentium extra tectum conſtitutis arcanum quoddam videatur venerabile.*

Ioſeph.

29. Maximè in rem noſtram de inſtructione novitiorum ſic ſcribit Ioſephus de bello Iudaico cap. 7. *Per annum integrum extrinſecus commorati, cuique eundem victus ordinem tribuunt; cumque dignus apparuerit, tunc demum in conſortium admittitur, prius vere quam incipiat communem habere cibum, magnis execrationibus abjurat, ſe primum colere Deum, deinceps quoque erga homines ſervare juſtitiam.* Et poſt aliqua. *His quidem execrationibus explorant, & quaſi præmuniunt accedentes.* Deinde ſic pergit; *Deprehenſos vero in peccatis à ſua Congregatione expellunt; & qui taliter fuerit condemnatus. Illis quidem Sacramentis, ac ritibus obligatus, neque capere ab illis oblatum cibum poteſt.* Ita Cedrenus in compendio hiſtoriæ Claudii Serar. *citatus* Gellius, Laërtius, & alii multi, quos citant, ac ſequuntur Laurentius Landtmetet de Monach. victu, ac diſciplina, M. Lezana *to.* 1. *Annal ad ann.* 3545. *à num.* 20. & deinceps, & vinea Carmel. *p.* 3. *cap.* 3 *fol.* 143. *num* 270.

Cedrenus. Serar. Gellius. Laertius. Lezana. Vin. Carm.

Sanchez. Suarez. Soloni. 1. Timot 5 Bellarm. Sanchez. Cedrenus.

30. Nota illud: *His Sacramentis obligatus.* Sacramentis, id eſt juramentis. Iuramento ſe obligabant ad illas virtutes obedientiæ, paupertatis, ac caſtitatis. Iuramentum enim in hac materia, idem eſt ac votum, ut ex multis docent Sanchez *tom* 3. *ſummæ, cap.* 9. *num.* 11. & *cap.* 13. *num.* 1. Suarez *tom.* 3. *de Relig. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 3. qui ait: *Ex quo tempore incepit religioſus ſtatus, incepit etiam profeſſio cujus antiquiſſima mentio invenitur in ſanctis Patribus, interdum ſub nomine conſecrationis, aut benedictionis, interdum nomine juramenti, aut voti, & ſæpè etiam profeſſionis.* Et confirmatur, quia de iſtis Eſſenis, ait Solonius Auctor graviſſimus, & antiquiſſimus, *cap.* 36. *Nullus admittitur, niſi quem caſtitatis fides, & innocentia meritum proſequatur.* Caſtitatis fides, id eſt promiſſio caſtitatis; in hoc ſenſu explicatur illud Pauli 1. ad Timoth 5. num. 12. *Quia primam fidem irritam fecerunt*, id eſt promiſſionem caſtitatis violaverunt; ita ex multis Conciliis, ac Patribus, Bellarm. *lib* 2. *de Monachis, c.* 24. & apud juriſtas fides matrimonii id eſt *promiſſio matrimonii*, ut pluribus probat Sanchez *lib.* 7. *de Matrim. diſp.* 79 *n.* 19 ſicque fides promiſſionem ſignificat apud theſaurum linguæ latinæ, & Calepinum Inſuper Cedrenus gravis, & antiquus Auctor in compendio Hiſtoriar. in Claud Imperat. de Eſſenis, ait. *Iurant huic divinæ Religioni unicè uſque ad ſanguinem, ſe piè, ac reverenter operam navaturos.*

D August. Baron.

31. Hæc de Eſſenis dixi, ut videas modum Religioſum, qui modo in nobis eſt tanquam primis delineamentis, in illis antiquis Patribus præceſſit, qui modo in lege gratiæ excellentiori, ac multò majori perfectione, omnibuſque modis abſoluto invenitur, unde de his rectè dixit D. Auguſtinus: *Novis nominibus, res autem ipſa ante nomina ſua erant.* Pro quo accipe Baronium in annotationibus ad Martyrolog. Romanum die 19. Octobris ad *verb. ſeptem Monachos*, ait: *Porrò ipſum Monachorum inſtitutum, non recens, ſed ab initio naſcentis Eccleſiæ viguiſſe, ex his, quæ ſcribit Philo de Eſſenis, & quæ habet Dionyſius Areopagita, & alii facilè colligent; licèt nomen ipſum non adeò vetus fuerit.* Vnde D. Auguſt. tract. 97. in Ioan. *ſic ait Monaſteria, & Xenodochia. poſtea ſunt appellata, novis nominibus, res autem ipſa ante ſua nomina erant.* Ita Baronius, ſtatus religioſus ante nomina, nomina verò nova Monaſterium, Conventus, Collegium.

Vvalden. Arnold. Cedrenus. Gravina.

32. Eſſeni pallio albo utebantur, ſicut filii Prophetarum, cum eſſent ex eadem familia, utpotè ab Eliſæo ordinati, ut dixi in exordio quæſtionis, quod verò eſſent ex eadem familia tenent Vvaldenſ *tom.* 1. *Doctrin. fidei. lib.* 2. *cap.* 14. *art.* 2. *n.* 11. Arnoldus Boſtius *lib. de primatu B Virg. Mariæ*, Cedrenus *in compendio Hiſtoriæ in Claud. Imperatore*, Gravina

Digitized by Google

vina ex ſacro Ordine Prædicator. *lib. vox Tu turis, part.* 2. *c.* 15 Adrianus ab Adriano ex Societate Ieſu, *lib. de vita Monaſtica, & ejus origine, cap.* 2. Iacobus Bouldueus *de Eccleſia ante legem, c.* 3. §. *Qui geſtus,* & multi alii, quos citant, ac ſequuntur M. Thomas de Ieſu, *in Regul. Carmel. part.* 1. *c.* 1. § *Pro quo,* M. Michaël Munoz *in propugnaculo Eliæ lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 2. *art.* 6. *n.* 16. Franciſcus à Maria *in Hiſtoria Prophetica, tom.* 1. præcipuè *lib.* 2. *c.* 13. Lezana *citatus, n.* 14. qui omnes agnoſcunt tria vota in Eſſenis; quod veriſimile videtur Suarez *tom.* 3. *de Relig. lib.* 3. *c.* 1. noſter Beauxamis *in Herm. Evang. tom.* 1. *ad cap.* 3. *Matth. & 3. Luc.*

Adrian. Bouldeus. Thom. Ieſu. Munoz. Fr. à S. Mar. Lezana. Suar. Beauxam.

QUÆSTIO V.

Suprema luminaria totius Eccleſiæ Dei, Apoſtoli nempe altiſſima, & conſummata perfectione, ac excellentia fecerunt vota obedientiæ, paupertatis, ac caſtitatis; & unde hæc vota in eis colligantur?

SUMMARIUM.

33 *Sacratiſſimi Apoſtoli in ſupremo ſanctitatis vertice, Beatiſſima Maria Virgine excepta, & n.* 34.

35 *Apoſtoli Chriſti virtutes imitabantur.*

36 *Apoſtoli in ſumma paupertate obedientia ac caſtitate vivebant, & n.* 37.

38 *Apoſtoli fecerunt votum paupertatis, obedientiæ, ac caſtitatis, conſtans ſententia inter Catholicos.*

39 *Colligantur hæc vota ex eorum factis adjunctis locis ſcripturæ.*

40 *Apoſtoli ob ſuam ſublimem ſanctitatem benè ſciebant excellentius eſſe opus cum voto, quam ſine illo, & n.* 41.

42 *Aliqualiter colliguntur vota in Elia, ac filiis Prophetarum ex factis.*

33. SAcratiſſimi Apoſtoli ſupereminent in omni juſtitia, ſanctitate, ac perfectione altiſſima omnibus ſanctis, tam qui fuerunt ab exordio mundi, quam qui erunt uſque ad finem ſæculi, ſacratiſſima Virgine Maria excepta; & etiam Joanne Baptiſta, ut multis contendit Benedict. Iuſtinianus *tom.* 1. *in epiſtolas Pauli in Prolog. diſp.* 1. *c.* 5. *à n.* 9. & 10. ac deinceps, à qua quæſtione modo abſtineo, & aliis remitto. Certum eſt ergo, quod ſacratiſſimi Apoſtoli, utpotè ſocii, ac collaterales Chriſti fuerunt in ſupremo, ac eminentiſſimo omnis ſanctitatis faſtigio.

Benedict. Iuſtini.

34. Pro quate unus audiendus eſt *Chriſoſtom. homil. de ſancto Andrea,* quæ extat apud Surium die 30. Novembris, & ait. *Nihil unquam tale fuit, quale fuerunt Apoſtoli; Hi cum Dei verbi eſſent miniſtri atrectarunt incarnatum illum, qui ut Deus figuram non habet, ſecuti ſunt ambulantem cum, qui ubique præſens eſt. Diſcubuerunt una cum illo, qui nullo loco circunſcribitur. Eius vocem audierunt, qui verbo fecit omnia, mundum ipſum lingua, tanquam ſagena quadam concluſerunt. Circumierunt ſuis curſibus fines orbis terrarum; errores ut zizanias eradicarunt, aras ut ſpinas quaſdam amputarunt, idola tanquam feras interfecerunt; dæmones ut lupos profugarunt; Eccleſiam ut gregem quendam collegerunt: Orthodoxos tanquam frumentum congregaverunt: Hæreſes ut paleas projecerunt, Iudaiſmum tanquam fœnum areſcerunt. Græcorum ſectam tanquam ſtipulas quaſdam igni combuſſerunt. Humanam naturam cruce ipſa tanquam aratro quodam excoluerunt, & verbum Dei, ut ſementem quandam ſparſerunt. Ad ſummum, omnia illorum facta, tanquam ſidera quadam effulſerunt. Quamobrem clara voce illis dicebat Dominus: vos eſtis lux mundi. Intuere aſtra hæc, & illorum ſplendorem obſtupeſce.*

D. Chryſ.

Hæc fulgentiſſima Sydera magno omnium virtutum fulgore reſplenduerunt, ac totum orbem illuminarunt, & inter cœtera maximè in rem noſtram perpende illorum extremam paupertatem, exactiſſimam obedientiam, ac admirabilem caſtitatem. Sequebantur enim Chriſtum, non ſolum corpore, ſed & animo, illius virtutem imitantes. Chriſtus in ſumma paupertate vivebat, ut de ſe diceret: *Ego mendicus ſum, & pauper. Pſal.* 21. & iterum apud Matth. 8. n. 29. *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, ubi reclinet caput ſuum.* Sic & Apoſtoli in Summa paupertate vivebant, ut optimè colligit D. Hieron ex illo *Matth.* 17. *n.* 26. Quia ut Dominus tributum redderet pro ſe, & Petro miſit illum ad mare, ut inde afferret, quo tributum perſolveretur, quia aliunde æs aliorum habebat. Et ſi Iudas habeat loculos. *Ioan.* 12. *n.* 6. erant ex his, quæ ex eleemoſynis ut notat D. Auguſtinus *lib. de Mendac. c.* 5. *& de oper. Monach. c.* 14. Quibus ſervarentur ea, quæ dabantur ad uſus neceſſarios. 35.

Pſal. 21. Matth. 8. D. Hieron. Matth. 17. Ioan. 12. D. Auguſt.

In Apoſtolis maximè reſplenduit obedientia erga Chriſtum, qui Patri ſuo Æterno: *Factus eſt obediens uſque ad mortem.* Apoſtoli Chriſtum ſequuti ſunt, hoc eſt ejus virtutes, & actiones imitantes. Deinde ex eo, quod ſe cœleſti Magiſtro in diſciplinam tradiderunt, inde conſequens fuit, ut ad ejus nutum, ac obedientiam, maximè promptos ſe præberent. Et confirmatur, quia non invenies in Evangelio, quod Apoſtoli tenaci animo Chriſti mandatis reſiſterent, ſed in omnibus tam dictis, quam factis, maximè fuerunt obedientes, ac obſequentes. 36.

In caſtitate maximè illius tres fuerunt, nam teſte D. Hieronymo *lib.* 1. *contra Iovinianum,* omnes Apoſtoli, excepto D Petro fuerunt virgines. Tertullianus lib. de Monogamia, ait: *Petrum ſolum invenio maritatum per ſocrum: cæteros cum maritatos non invenio, aut ſpadones intelligi neceſſe eſt, aut continentes.* Id autem quod in actis Apoſtolorum 21. *n.* 9. *de filiabus Philippi:* dicitur, conſtat ex textu, quod non ad Philippum Apoſtolum, ſed ad Philippum diaconum referendum ſit, ut notat D. Hieron. *Epiſtol.* 27. expreſsè ait textus de tali Philippo, *erat unus ex ſeptem,* ſcilicet Diaconis eſto concedatur, quod aliqui ex Apoſtolis fuerint uxorati, tamen poſt vocationem Chriſti tales uxores, habuerunt loco 37.

D. Hieron. Tertullian. Actor. 21. D. Hieron.

ſororum

Digitized by Google

ſororum, & non ad alium uſum, ut do:ent
Clem. Alex. D.Hieron. *lib.1. co:tra Iovinian.* & Clemens
Alexandrinus *lib.3.Stromat.* admonente Chri-
ſto Domino. *Omnis, qui reliquerit domum,*
vel fratres, vel ſorores, aut patrem, aut ma-
trem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter
nomen meum, centuplum accipiet, & vitam
Matth.19 *æternam poſſidebit.* Matth.19. num.29. Quæ
omnia ſancti Apoſtoli exactiſſime impleru̇nt.

38. Quas omnes virtutes ſanctiſſimi Apoſtoli,
non ſolum libenti animo ſunt amplexati, ſed
ferventiſſima charitate, perfectiſſimo, ac ex-
cellentiſſimo modo votis firmarunt, voventes
paupertatem, obedientiam, ac caſtitatem. Hæc
concluſio eſt communis inter Catholicos
D Thom. contra Hæreticos, eam tenent D. Thom. 2.2.
Vvalden. *quæſt.88.art.4.ad 3.* Noſter Vvaldenſ. *tom.1.*
de Sacramental. tit.9.cap.83.84.& tom 3.Do-
Clitoveus. *ctrinalis fidei. c.31.& 32.* Clitoveus *lib.3. de*
Soto. *votis monaſticis cap.5.* Soto *lib.7. de Iuſtitia*
Caſtro. *q.5.art.1.* præſertim *Corollar. 6. & 7.* Caſtro
Navarr. contra *Hæreſes verb.votum*, & Navarr. *Com-*
Rodrig. *mentar.de Regularib.n.3.* & de redditibus Ec-
Miranda. cleſiæ *monit. 3.* Rodriguez *tom.1. q.1. art.1.*
Miranda *tom.1.Manuali q.3.art.2.* Vaſquez
Vaſquez. *1.2.diſp.165.c.5.* Valentia *2.2.diſp.10.punct.*
Valentia. *2. §. 1.* Henriquez *lib.10. de ſacram.Ordinis*
Henriq. *c.1.* Suar. *3.de Relig.lib.3.c.2.* & ſic multi alii
Suarez. Doctores.

39. Cum autem hæc vota ſacrorum Apoſtolo-
rum non habeantur expreſſe in ſcriptura; ex
eorum tamen factis optimo, ac valido funda-
mento colligunt citati Doctores De Petro, &
Matth.4. Andrea dicitur Matth. 4. *Relictis retibus ſe-*
cuti ſunt eum, ſcilicet Chriſtum, & in per-
ſona omnium Apoſtolorum ait Petrus ad
Chriſtum Dominum *Ecce nos reliquimus om-*
Matth.19. *nia, & ſecuti ſumus te.* Matth.19. *Reliquimus*
omnia. Conſtanti ac reſoluto animo in per-
petuum; ex quibus verbis D. Auguſtinus ſta-
tim citandus colligit eorum votum pauperta-
tis, *& ſecuti ſumus te*, non tantum imitando,
ſed firmo, ac determinato animo obediendi,
ac exequendi quæcumque mandata fuerint,
quod perfectiſſimè tantum fit per votum obe-
dientiæ. Et quia nemo poteſt ſequi Chriſtum
ad omnia mandata, & ad quemcumque lo-
cum uxori obligatus, ideo ibi involvitur, &
ſupponitur Caſtitatis votum Unde Chriſtus
D. dicebat: *Si quis venit ad me, & non odit*
patrem ſuum, & matrem ſuam, uxorem, &
filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem &
animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.
Luc.14 Luc.14. num.26.

40. Probatur etiam ex illis verbis Chriſti Do-
mini. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſeme-*
Matth. 16. *tipſum, & ſequatur me.* Matth. 16. n.24. Ho-
mo maximè ſe ipſum abnegat, ut ſancti Pa-
tres exponunt, quando ſe privat ſua propria
volontate; voluntas enim eſt quid inſignitet
proprium hominis, & tunc valde peculiari-
ter homo ſe privat ſua libertate, quando per
ſui traditionem ſe ſubjicit alterius obedien-
tiæ quod perfecte fit per votum illius, & tunc
etiam perfectè abnegat ſemetipſum, quando
ſe abnegat ſuis appetitibus per votum caſti-
tatis, ac ſe abnegat terrenis rebus per votum
paupertatis: & quia Apoſtoli exactiſſime ob-
ſervabant Chriſti doctrinam ad unguem, in-
de abnegabant ſe ipſos ſuæ voluntati, per
votum obedientiæ, & ſuis appetitibus per
votum caſtitatis; & terrenis rebus per vo-
tum paupertatis.

Confirmatur; Quia ſacti Apoſtoli ob ſuam 41.
ſublimem, ac eximiam ſanctitatem, bene co-
gnoſcebant, quod perfectius, excellentius, ac
magis meritorium erat opus voto firmatum,
quam ſine illo. Hinc ſuas præclariſſimas vir-
tutes, ac eximias perfectiones, voto adjun-
cto firmabant, muniebant, ut docent D.Au- D. Auguſt.
guſtinus *lib.17. de Civitate Dei cap. 4. & in*
Pſal.131. D. Hieron. *lib.de viris illuſtribus in* D Hieron.
Philene Euſebius *lib. 1. Hiſtoriar.* D. Thom. Euſebius.
2.2.quæſt.88.art.4 ad 3 ait; *Apoſtoli intelli-* D Thom.
guntur voviſſe pertinentia ad perfectionis ſtatum,
quando Chriſtum relictis omnibus ſunt ſequuti.
Similiter dicunt plures Auctores de Ioanne
Baptiſta; Inde ad aliqualem eorum umbram,
odorem, ac veſtigium liceat colligere hæc
vota in Elia, ac Eliſæo, ac filiis Prophetarum,
non tamen eodem modo, ac eadem perfectio-
ne, ut in Apoſtolis, ſed multo inferiori, ac
minori, quantum imperfectio illius le-
gis patiebatur, & ideo prius videamus facta,
poſtea veniemus ad vota.

Quæstio VI.

Eximia obedientia, paupertas, ac virgini-
tas in Elia.

SUMMARIUM.

22 *Perfecta, & magna obedientia Eliæ.*
43 *Plusquam viginti præcepta impoſita ſunt*
Eliæ.
44 *Alii Prophetæ ad unum, vel alterum Dei*
præceptum reſpondent, Elias ob ſingula-
rem ejus obedientiam obmuteſcit ad
multa.
45 *Elias mirabilis in virginitate, inde curru*
igneo incombuſtus fertur in cælum.
46 *Elias primus virginitatem coluit.*
47 *Elias valde mirabilis in paupertate.*
Tempore famis mandatur exire de populo,
quia non habebat unde ex eleemoſynis ſu-
ſtentaretur. ibid.
48 *Ex Apoſtolo Paulo probatur paupertas Eliæ*
in veſtitu, & cibo.

PErfectiſſimam Eliæ obedientiam oſtendit 42.
Ioannes Ieroſolymitanus lib. de Inſtitu. Ioan. Ieroſ.
Monach. cap.9. Dicens. *Qui ſemel ſe ipſum*
prorſus abnegans, & voluntati propriæ abrenun-
cians, ſuperioris, ideſt Dei voluntatem prorſus
ſecutus fuit, quemadmodum de eo ſcriptum eſt.
Abiit quocumque eum ferebat voluntas, ſci-
licet Dei; & in iſta ſequella Divinæ volun-
tatis ſtat ſumma, & perfecta obedientia, ut
docent Bellarm. *lib.1.de Monachis c.21.* Suar. Bellarm.
tom.3. de Reg. lib. 3. c.2. n.5.& 6. unde Do- Suarez.
minicus Gravina ſacri Ordinis Prædicator. in Gravina.
libro, cui Titulus eſt *Vox Turturis* part.2.
cap.5. *Eliam primum colendæ virginitatis aucto-*
rem, ac obedientiæ, & paupertatis prototypum
appellat.

Hanc magnam obedientiam ejus perpende, 43.
& invenies totam ejus vitam ſecundum fere
omnes

omnes actiones fuiſſe ſub divino præcepto, ac inſtinctu, ita vt à Deo pluſquam viginti præcepta ei data ſint. Primo dum pluviæ ſterilitatem denuntiat. *Si erit annis his ros; & pluvia, niſi juxta oris mei verba* 3. Reg. 17. num. 2. (3.Reg.17. Lyranus. Abulenſ. Sanchez.) Hæc dixit, ut obſervant Lyranus, Abulenſis, Gaſpar Sanchez, ex Dei mandato, ac ordinatione, & inde tam impavidus, ac minime dubitans de exitu talem ſententiã promulgavit ſecundò. *Vade, & abſcondere in torrente Carith.* ibidem num. 3. Tertiò *Vade in Sarepbta Sidoniorum.* ibidem n.9. Quattò. *Vade, oſtende te Achab, ut dem pluviam ſuper faciem terræ.* 3.Reg.18.num.1. (3.Reg.18.) & in ſacrificio in Monte Carmeli, multa ſunt ei mandata impoſita. Quinto dixit Achab. *Congrega ad me univerſum Iſraël in Monte Carmeli* Ibid. n.19. Sexto dixit Elias Prophetis Baal *Facite vos primi, quia plures eſtis.* Ibid. num. 25. Septimo. Curavit. *Altare, & tulit duodecim lapides.* Ibid. num. 31. Octavo. *Diviſit per membra bovem, & poſuit ſuper ligna.* Ibidem n.33. Nono ait *Tollite quatuor hydrias aqua, & fundite ſuper holocauſtum.* Ibid. num. 34. quæ omnia ei fuerunt impoſita ex præcepto divino, ut ipſe dixit in ſua oratione. *Ego ſervus tuus juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.* Ibidem num. 36. Decimo. *Abiit quocumque eum ferebat voluntas.* 3. Reg. 19. (3.Reg 19. Ioan. Ieroſ.) num. 3. explicat Joannes Ieroſolymit. *Quocumque eum ferebat voluntas Dei.* Undecimo ſub Iunipero ait ei Angelus. *Surge, comede grandis tibi reſtat via.* Ibidem num. 5. Duodecimo in Horeb. Præcipit ei Dominus. *Vade & revertere per terram tuam in deſertum.* Ibid. num. 15. quod erat non per rectam viam, ſed longiorem, ut obſervat Abulenſis (Abulenſ.). Tertiodecimo. *Cumque perveneris illuc, unges Hazael regem ſuper Syriam.* Ibidem num. 25. Quartodecimo. *Iehu unges regem ſuper Iſrael* Ibidem num. 16. Quintodecimo, *Eliſæum unges Prophetam pro te.* Ibid n.16. Sextodecimo. Cum Achab pergeret ad poſſidendam vineam Naboth factus eſt ſermo Domini ad Eliam. *Deſcende in occurſum Achab occidiſti, ſuper & poſſediſti.* 3. Reg. 21. n. 18. (3 Reg 21.) Decimoſeptimo cum nuntii Regis Ochoziæ tenderent ad conſulendum Beelzebub, cum Accaron, Angelus Domini locutus eſt ad Eliam, *Surge, & aſcende in occurſum nuntiorum Regis Samariæ.* 4. Reg. 1. n. 3. (4. Reg 1.) Decimo octavo aliud mandatum circà Quinquagenarium, *Locutus eſt Angelus Domini ad Eliam, deſcende cum eo, ne timeas.* Ibid. num 15. Decimo nono, cum Elias eſſet elevandus in cœlum, ait ipſe ad Eliſæum. *Dominus miſit me uſque Bethel.* 4.Reg.2. n. 2. (4 Reg. 2.) Vigeſimo. Iterum; *Dominus miſit me uſque Iericho.* Ibid. num. 4 Vigeſimo primo. Dixit ad Eliſæum, *Dominus miſit me uſque in Iordanem.* Ibid. num 6. ſemper Elias totus erat ſub Dei obedientia, à ſpiritu Domini ferebatur ad omnia, ad hunc, & illum locum, ut ei dixit Abdias 3. *Reg.* 18. *n.* 12. Cum receſſero à te ſpiritus Domini aſportabit te in locum, quem ego ignoto. Et hac de cauſa poſt raptum Eliæ filii Prophetarum miſerunt quinquaginta viros ad requirendum eum, quia ſpiritus Domini aſportabat eum ad varia loca 4. *Reg.* 2 *n.* 16. (4 Reg 2.)

44. Ecce tota vita Eliæ ſub divino præcepto ac diſpoſitione erat; ex quo profunde ſummam, & altam ejus obedientiam conſidera. Nam tot præceptis impoſitis, & in re valdè difficili ſemper obmuteſcens mandata exequitur, nec unquam ad aliquod Dei præceptum, nec minimum verbũ reſpondit, ut fecerunt multi alii Prophetæ. Moyſes cum deſtinatur legatus ad Pharaonem, multas objectiones proponit, ut multa capita ſcripturæ teſtantur, *Exod.* 3. & 4. (Exod. 3. & 4.) Samuel cum mandatur ungere Davidem in Regem, multa contradicta opponit. *Quomodo vadam, audiet Saul, & interficiet me* 1.Reg. 16. n. 2. (1. Reg. 16.) Cum Iſaias præcipitur ad prædicandum populo, ut pollutum labiis ſe excuſat. *Vir pollutus labiis ego ſum.* Iſai 6. n. 4. (Iſai. 6. Ierem. 1.) & Ieremias cum ad informandum populum conſtituitur, ut puerulum ineptum ſe excuſat. cap. 1. n. 6. Dicens, *A, A, A, Domine Deus ecce neſcio loqui.* At Elias tot, tantiſque præceptis impoſitis ſemper obmuteſcens mandata adimplet, & ne ad aliquod ex eis, nec minimum verbum profert, quo aperte indicatur ſingularis ejus obedientia, animuſque totus in Deum reſignatus, ſingulariſque ejus obedientia, ac efficax propoſitum, & votum obediendi Deo in omnibus, ac ſequendi ejus voluntatem in omnibus, quæ eſt perfectiſſima obedientia, in ſupremo Religionis capite. Perfecta obedientia non habet os ad dicendum, ac contradicendum, at animum promptum ad exequendum, ac obediendum. Inde Gravina citatus Eliam appellat obedientiæ *prototypon.* (Gravina. Platus. Torrian.) Platus lib 2. de bono ſtatus Religioſi c. 20. Turtianus *lib.* 5. *c.* 2. *Exemplar obedientia.*

45. (D. Ignat.) In virginitate Elias valdè præclatus, ac inſignis D. Ignatius diſcipulus Sancti Ioannis Evangeliſtæ in Epiſtola ad Philadelphios, Eliam, ac Eliſæum commemorat inter eos, qui in caſtitate de hac vita exierunt. S. Epiphanius (D. Epiphan.) in libro, ſeu ſermone *Anchoratus* appellato ait: *Elias erat in virginitate, ut prærogativa virginitatis immortalitatem prædicaret mundo, & cum corpore incorruptibilitatem.* D. Ephrem Syrus exhortatione 1. ad Monachos, & ſerm. de transfigurat. (D. Ephrem. Tertullian. D Chryſ. D. Ambroſ.) Tertullian. lib. de Monogamia cap. 8. D. Chryſoſtom. de Virginit. D. Ambroſius lib. 1. de virginibus D. Hieron. (D. Hieron.) ad Euſtochium ſcribens ait, *Virgo Elias, virgo Eliſæus, virgines multi filii Prophetarum.* D. Gregorius Mag. *homil.* 29. *in Evangelia.* (D. Gregor. Caſſian.) Caſſianus *de inſt. tut. Denunc. cap.* 1. *& lib.* 6. *de ſpiritu fornic. c.* 4. D. Anaſtaſius Sinaita *lib. quæſtion. q.* 66. (D. Sinaita. D Aldemus. D Thom. Gloſſa Ord. Ioann. Soar.) S. Aldelmus *de laudibus virg. c.* 10. D. Thomas *in* 4. *diſt.* 49. *q.* 5. *art.* 3 *quæſito* 1. *ad* 3. Gloſſa ordinaria *c.* 55. *Ieremiæ.* Ioannes Soares Epiſcop. Conimbricen. *in c.* 2. *Matth. tit.* 1. Ita ut dicat Gaſpar Sanchex vir doctiſſimus 3. Reg. 17. n. 6. ait. (Sanchez. 4 Reg. 2.) *Eliam virginitatem coluiſſe perpetuam, communis eſt veterum Patrum, conſtanſque ſententia.* Inde infero quod curru igneo. 4. Reg. 2. raptus eſt ad cœlum, ut oſtenderetur, quod igne concupiſcentiæ non fuerit aduſtus, ſicut de Beato Britio refertur in Breviario die 13. Novembris. *Quod ut oſtenderet ſe concupiſcentiæ igne non fuiſſe combuſtum, prunas ardentes ad ſepulchrum uſque Beati Martini in veſtimento incombuſto detulit.*

46. Imo Eliam primum fuiſſe, qui virginitatem

perpe

perpetuam propter Deum, inter homines co-
Ioan. Ieroſ. luiſſe, affirmant Ioannes Ieroſolymitanus
lib. de Inſtitutione Monachorum, cap. 9. & ait:
Elias nempe, ut per puritatem caſtitatis, &
incorruptionem ſua carnis æquaretur Angelis
ad conſervationis imitationem, ſe ipſum (pre-
pter Deum) virginitate perpetua primus ho-
D. Iſidor. *minum ſponte decoravit.* Divus Iſidorus *lib. 2.*
Gravina. *Officiorum, cap. 17.* ait: *Eliam primum ſacra*
Virginitatis integritati ſtuduiſſe. Gravina lib.
Vox Turturis, p. 2. c. 5. ſic de Elia ait: *Quam*
primum colendæ virginitatis auctorem Patres,
& Doctores appellant.

47. In paupertate illuſtriſſimus, ac admirabilis
Ioan. Ieroſ. eſt Elias, ut explicat Ioannes Ieroſolymita-
nus *de Inſtitutione Monachor. cap. 9.* & maxi-
D. Chryſ. mè nobis eam explicat D. Chryſoſtom. *lib. 3.*
de Providentia, ait, quod *Elias ita pauper, ut*
nihil illi terrenum præter melotem eſſet, & ho-
mil. 2. ad populum Antioch. ait, *Quid enim dic*
mihi Eliâ pauperius. & ſtatim ſubdit: *Ipſum*
verè paupertatem ex mentis opulentia elegit,
& homil. 46. in Matth. ait, *Unde mirabilis*
factus eſt Elias, nonne à renuntiatione poſſeſſio-
Caſſian. *num.* Caſſianus *lib. 1. Inſtitutione, c. 1.* Idém-
D. Iſidor. que docent D. Iſidorus Hiſpalenſ. Theodore-
Theodor. Salian. tus Salianus, Bellarminus, dandi *quæſtione ſe-*
Bellarm. *quenti,* quod patet ex tota ejus vita, quia ut
4. Reg. 1. dicitur 4. Regum 1. n. 8. *Vir piloſus, & zona*
pellicea accinctus renibus quia ob ſuam extre-
mam paupertatem tali indumento utebatur,
Lyranus. ut notant Lyranus, Abulenſis, Gaſpar San-
Abulenſ. Sanchez. chez, Cornelius, & hac de cauſa tempore ſic-
Cornel. citatis, ac famis, ut notant idem Auctores,
Miſſus eſt in torrentem Carith, & in Sarephta
3. Reg. 17. Sidoniorum *3. Regum 17. num. 13. & 9.* tum ut
recederet ab ira, & furore Achab, tum etiam,
quia tempore famis cum populus maximè il-
la laboraret, non habebat unde ex eleemoſy-
nis poſſet alimentari.

48. Et hoc maximè probatur ex Apoſtolo *ad*
Hebr. 11. *Hebræos 11. num. 3.* ubi de Patribus antiquis
ait: *Circuierunt in melotis, in pellibus capri-*
nis egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus
non erat mundus. Sub quibus verbis Apoſto-
lus ſignatim intelligit Eliam, ut ipſum ex-
D. Chryſ. preſsè dicunt, & nominant Divus Chryſoſto-
Ethym. mus, Euthymius, Theophylactus, D. Remi-
Theophyl. gius, Theodoretus, D. Anſelmus, D. Thomas
D. Remig. *ibi,* & 2. 2. *q.... art....* in argumento, ubi expreſ-
Theodor. sè ait, quod Apoſtolus præcipuè intelligit
D. Anſelm. Interlin. Eliam. Gloſſa Interlinealis Gloſſa Ordinaria,
Gloſſ. Ord. Carthuſ. Cardinal. Hugo, & Caietanus Bene-
Carthuſ. dict. Iuſtinian. Lyranus, Cornelius, Eſtius, ait
Hugo. Apoſtolus *Circuierunt,* erant aberrantes huc,
Caietan. atque illuc, ut effugium quærens ab adver-
Iuſtinian. Lyranus. ſariis Iezabele, ac aliis. *In melotis,* hic potiſſi-
Cornel. mum videtur alludere ad Eliam: per melotem
Eſtius. denotatur pellis cujuſvis animalis quadrupe-
dis, ut Ovis. Elias talibus pellibus utebatur.
Vir piloſus zona pellicea, &c. egentes; ex Syria-
co legitur, *egentes pane quotidiano.* In quo in-
dicatur ſumma paupertas Eliæ, tam ex veſtitu,
Chryſoſt. quam ex cibo, & inde meritò ait Chryſoſt.
Nihil illi terrenum præter melotem. Unde
quando rapitur curru igneo, pallium, ſeu me-
4. Reg. 2. lotem dimiſit diſcipulo ſuo Eliſæo, *4 Reg. 2.* ut
dimiſſis terrenis poſſet volare in cœlum.

QUÆSTIO VII.

Eximia obedientia, paupertas, & caſtitas in Eliſæo, ac filiis Prophetarum.

SUMMARIUM.

49 *Maxima promptitudine Eliſæus obedit, & ſequitur Eliam.*

50 *Ut Eliſæus dicat ultimum vale parentibus, facultatem petit ab Elia.*

51 *Eliſæus dimittit omnia ſua, ut expeditior fiat ad ſequendum Eliam.*

52 *Ingens obedientia filiorum Prophetarum ex quadruplici ratione, & num. 53. 54. 55. & 56.*

57 *Ingens paupertas Eliſæi ex quadruplici ratione demonſtratur, & n. 58. 59. 60 & 61.*

62 *Paupertas filiorum Prophetarum ex triplici ratione colligitur, & n. 63. & 64.*

65 *Puritas, ac caſtitas in Eliſæo, ac filiis Prophetarum, & n. 66. & 67.*

Obedientia Eliſæi.

Obedientia Eliſæi aliqualem umbram, ac 49.
veſtigium dat obedientiæ Apoſtolorum
ad Chriſti ſequelam, ut ponderat D. Chry- D. Chryſ.
ſoſtomus *homil. 14. ex variis in Matth.* agens
de vocatione Apoſtolorum, & ait: *Perpende*
fidem, & obedientiam vocatorum: cuncta illi-
co relinquentes fecerunt, quod Eliſæus quoque
ſub Elia legitur impleſſe, talem Chriſtus obe-
dientiam à nobis efflagitat. Hanc autem ſuam
obedientiam in multis oſtendit Eliſæus: nam
cum eum vocaſſet Elias, ac miſiſſet pallium
ſuum ſuper eum, tali ſigno ipſum in ſuo ſta-
tuto, ac diſcipulorum ſuorum numero adſcri-
bens, ut tali veſtitu tanquam novitii nova
veſte indueretur, ut obſervant Sanchez, Cor- Sanchez.
nelius, Menochius, *qui ſtatim relictis bobus* Cornel.
cucurrit poſt Eliam, 3. Regum 19. num. 20. Menoch.
Perpende verba *ſtatim,* id eſt, abſque ulla 3. Reg. 19.
mora, dilatione. *Cucurrit,* non dicitur ivit,
ſed *cucurrit,* ut vehemens obedientiæ prom-
ptitudo magis declaretur, ac exprimatur, &
ſubdit: *Oſculer oro patrem meum, & matrem*
meam, & ſic ſequar te. Erat antiqua conſue-
tudo apud Hebræos dimittendi cognatos pa-
cis oſculo, ut obſervant duo primi citati Au-
ctores, quo denotabatur non amplius eſſe re-
vertendum ad eos. Abulenſis *ad citatam 19.* Abulenſ.
Regum quæſt. 21. & 26. ait: *Eliſæum in ſequela*
Eliæ receſſiſſe ab amicis, & cognatis non rever-
ſurum ad ſtatum illorum, quemadmodum
Apoſtoli Petrus, & Andreas, Iacobus, &
Ioannes, ac Matthæus ſequuti ſunt Chriſtum.
Apoſtoli ſecuti ſunt divinum Magiſtrum in-
tegro animo obediendi ei in omnibus, ſic &
quodammodo aliquali ſimilitudine, non ta-
men eadem perfectione Eliſæus ſecutus eſt
Eliam.

Et ait Eliſæus, *Oſculer oro patrem meum,* 50.
& matrem meam, & ſic ſequar te. Eliſæus ac-
cepto pallio Eliæ, tanta obedientia ſe cogno-
ſcit illius ſubditum, ut ſibi perſuadeat, ut
illud, quod velut ſecundum naturæ jus vi-

debatur debitum erga patrem, & matrem, non eſſe ei licitum, niſi petita & obtenta licentia à ſuo Magiſtro Elia. Abulenſ. Abulenſi citato 3. *Regum* 19. *quæſt.* 24. ait: *Petivit licentiam, quia putavit, quod non poterat jam aliquid agere contra præceptum Eliæ.* Similia habet Salian. Salianus ad annum 3167. num 25. *Poſtulatio hæc ſignificat injectam à Deo, novo Prophetæ neceſſitatem ſequendi Eliam: nam ſi id ſibi liberum putaret, non peteret ab Elia, quaſi à Magiſtro, ac Domino ſuo veniam ſalutandi parentes.*

51. Quod maximè confirmatur ex his, quæ ſubdit ſacer Textus. *Tulit par boum, & mactavit illud, & in aratro boum coxit carnes, ſurgénſque abiit, & ſecutus eſt Eliam.* 3. Reg. 19. 3. Regum 19. num. 21. Mactatis bobus, in aratro coxit carnes, ut ita dimiſſis omnibus expeditior factus ſequeretur Eliam. Carthuſ. Carthuſianus. *Quo facto monſtravit ſe nolle ad priſtinum reverti officium, ſed Eliæ inſeparabiliter adhærere, ſub obedientia tanti vatis vivendo.*

52. De obedientia vero filiorum Prophetarum; ex ipſo nomine conſtat: & nota, quod ante Eliam non inveniuntur, nec nominantur in Scriptura, nec in aliquo probato Auctore filii Prophetarum; ſed tantùm dicebantur Prophetæ; at poſt Eliam multoties dicuntur filii Prophetarum, 4. Reg. 2. & 4. & 6. & 5. 4. *Reg.* 2. *n.* 3. 5 & 7. ac is, & *c.* 4. *n.* 38. *cap.* 6. *n.* 1. *cap.* 9 *n* 1. & aliis in locis, ſic enim in illa Congregatione vivebant ſub Eliæ, ac Eliſæi diſciplina, & ita ſuis majoribus obediebant, tanquam filii parentibus. Ioan. Ieroſ. Ita Joan. Jeroſolym. *de ſtatu Monach. c.* 11. vel ut etiam ipſe ait: filii Prophetarum, id eſt, diſcipuli Prophetarū, ut explicant Rabbi Salomon, Lyranus, Abulenſis, Vatablus, Cornelius 4. *Reg. c.* 2. Theodoretus *ibidem*, & frequenter in Scriptura ſub nomine filii diſcipulus intelligitur Pſalm. 33. n. 12. *Venite filii audite me timorem Domini docebo vos.* Ad Galat. 4. n. 19. *Filioli mei, quos iterum parturio.* Hæc obedientia filiorum Prophetarum in multis viſitur, & apparet in Sacra Scriptura.

Rabb. Sal. Lyran. Abulenſ. Vatablus. Pſalm. 33 Galat. 4.

Obedientia filiorum Prophetarum.

53. 4. Reg. 2. Primò, 4. *Reg.* 2. *n.* 15. cum cognoviſſent filii Prophetarum, qui erant in Jericho, quod Elias raptus eſſet in cœlum. Tunc ad Eliſæum. *Venientes in occurſum ejus, adoraverunt eum proni in terram*, ſeu ut legit Pagninus. Paguin. *Incurvaverunt ſe ſuper terram ante eum*, ſcilicet Eliſæum, quod explicans Lyranus ait: Lyranus. *Adoraverunt eum adoratione, ſcilicet duliæ, tanquam ſuperiorem ſuum, eo quod eſſet ſubſtitutus loco Eliæ, ſub cujus regimine vixerant.* Similiter Abulenſ. *ibi q.* 31. Caietan. Gaſpar Sanchez, Franciſcus Somnius *lib. de demonſtrat. Evangelica, c.* 2. Arboren. *de ſacro Cælibatu, tom.* 2.

Abulenſ. Caietan. Sanchez. Somnius.

54. Secundò, ob eximiam obedientiam erga Eliſæum filii Prophetarum nihil audebant facere, niſi petita, & obtenta licentia ab Eliſæo: nam cum poſt raptum Eliæ maximè deſiderio tanti Parentis flagrarent filii Prophetarum, & haberent ad manum quinquaginta viros fortes, ad eum per deſerta quærendum, nullo modo voluerunt hoc facere, nec mittere homines ad requirendum Magiſtrum deſideratiſſimum, quouſque obtinerent licentiam ab Eliſæo, & diceret eis, mittite, *& tunc miſerunt*. 4. Reg. 2. n. 17. 4. Reg. 2. 1

55. Tertiò. Cum terra fame premeretur, nullus ex filiis Prophetarum auſus eſt de quærendo, ac procurando ſibi cibo agere, quouſque ipſe Eliſæus hoc præciperet. *Erat fames in terra, & filii Prophetarum habitabant coram eo*, ſcilicet Eliſæo, *Dixitque uni de pueris ſuis: pone ollam grandem, & coque pulmentum filiis Prophetarum*, 4. Reg. 4 n. 38. 4. Reg. 4. Quamvis fame premerentur de comparando cibo, non audebant agere, niſi de ejus mandato. Et dicitur: *Habitabant coram eo*, ſeu ut legit Vatabl. Vatablus. *Verſabantur apud eum.* Hoc eſt ſub ejus cura, regimine, ac obedientia, ut explicant Abulenſ. Gaſpar Sanch. Abulenſ. Sanchez. & dixit: *Pone ollam grandem, quia multi erant filii Prophetarum, pro quibus cibus parabatur.* Ut interpretantur Lyran. Abulenſ. *q.* 39.

56. Quartò Cum filii Prophetarum, ob ſuam magnam multitudinem habitaſſent in loco valde anguſto. Dixerunt filii Prophetarum ad Eliſæum: *Ecce locus, in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis: eamus uſque ad Iordanem, & tollant ſinguli de ſylva, materias ſingulas, & ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit ite*, 4. Reg. 6. num. 1. 4. Reg 6. Abulenſ. Ad quæ verba notat Abul. *q.* 1. ait: *Erant filii Prophetarum conjuncti viventes conventualiter per diverſa collegia, & ibi vacabant laudibus Dei, & vita religioſa.* Et his præerat Eliſæus, tanquam eorum Pater, ac Princeps, ac Prælatus, & ideò ut ait Gaſpar Sanchez ibi: Sanchez. *Rogabant Eliſæum, ut ſibi liceat è ſylva cædere, quæ eſt ad Iordanis ripam: quam facultatem ab eo conſecuti, progreſſi ſunt ad ſylvam.* Filii Prophetarum ſic erant ſubjecti, ac obedientes Eliſæo, ut ſine ejus facultate obtenta, nihil auderent intentare, ac facere. Et nota quod ſæpè repetitur illud verbum, *Coram te*, ut jam notavi ex Abulenſi, id eſt, ſub tua cura, correctione, ac diſciplina, tanquam ſubditi ſub ſuo Prælato.

Ingens paupertas in Eliſæo.

57. D. Iſidor. Hanc maximè celebrant Sancti Patres. Divus Iſidorus Hiſpalenſis *lib.* 2. *Officiorum, cap.* 2. ait: *Unde ad Monachos ſtudium defluxit paupertatis, quantum attinet ad auctoritatem Veterum Scripturarum; hujus propoſiti Princeps Elias, & diſcipuli ejus Eliſæus, ſive filii Prophetarum.* Theodor. Theodoretus *quæſtione* 19. *in* 4. *Regum*, ait: *Chorus Prophetarum extremam amplectebatur paupertatem.* Non ait tolerabant, ſed amplectebantur paupertatem, utique voluntariam, ac ultro ſuſceptam, & ob hanc extremam paupertatem, ait Salianus ad annum mundi 3145. numero 5. & 6. Salian. D. Hieron. *Eos Monachos agnoſcit, vocátque Hieronymus, & Ioannes Ieroſolymitanus paſſim, & Abulenſis.* D. Thom. Divus Thomas *ad Hebræos* 11. *lect.* 8. ad illa verba: *Egentes, Anguſtiati*, loquens de Elia, & Eliſæo, Cardinalis Bellarmin. Bellarm. *lib.* 2. *de Monachis, c.* 5. ait: *Habemus inde in eodem teſtamento Veteri Eliam. Eliſæum, & filios Prophetarum ſine uxoribus, & divitiis in hoc mundo vixiſſe* Sic & alii multi, & veniamus ad magis particularia.

Mira

58. Mira paupertas in Eliſæo: nam ubi voca-
tus eſt ab Elia: *Statim relictis bobus cucurrit*
3. Reg. 19. *poſt Eliam*, 3. Regum 19. num. 20. Id eſt,
D. Ambr. omnia ſua reliquit, ac repudiavit. Divus Am-
broſius *lib. 1. de Officiis, c. 30.* ait: *Relictis*
omnibus in diſciplinam ſe propheticam dedit.
Lyran. Lyranus. *Decrevit repudiatis in omnibus adhæ-*
Valentia. *rere Eliæ* Valentia 2. 2. *diſput.* 10. jam citatus,
ait: *Relictis parentibus, & cæteris omnibus ſuc-*
ceſſit in eremum. Vocatus Eliſæus ab Elia re-
linquit omnia ad odorem ſacrorum Apoſto-
lorum: nam Petrus, & Andræas vocati à
Chriſto, *relictis retibus* ſecuti ſunt eum.
Matth. 4. *Matth. 4. num. 22.* Abulenſis *ad citatum, c. 19.*
Abulenſ. Regum, quæſt. 23. *Relictis bobus*, &c. *Non*
curavit amplius arare, nec vacare negotiis ſæ-
cularibus, ſed relictis bobus ſecutus eſt eum. Sic
enim quando Chriſtus vocabat diſcipulos ſuos,
relinquebant omnia, & ſequebantur eum. Sic
enim quando Chriſtus vocavit Petrum, & An-
dream fratres, relictis retibus ſecuti ſunt eum.
Sic etiam Iacobus, & Ioannes Zebedæi fratres
Matth. 4. *relinquentes patrem, & navim vocantem Chri-*
Hugo. *ſtum ſecuti ſunt.* Matth. 4. Similia habet Car-
dinalis Hugo.

59. Secundò, ait Textus citato loco 19. Ter-
3. Reg. 21. tio Regum num. 21. *Tulit par boum, & macta-*
vit illud, & in aratro boum coxit carnes, &
dedit populo, & comederunt, conſurgenſque abiit,
Sanchez. *& ſecutus eſt Eliam.* Ait Gaſpar Sanchez. Hæc
verba maximè Eliſæi commendant alacrita-
tem, in relinquendo ſæculo, & amplecten-
do religioſo inſtituto ſtrenuum animum, &
Abulenſ. ſtudium fidele. Ita citatus Auctor Abulen-
ſis *quæſtione 26.* & ait: *Quia Eliſæus tranſi-*
bat ad Dominum, omnino volebat renuntia-
re ſæculo, ita quod nihil relinqueret in illo,
quod ad ſe pertineret. Dedit populo, & co-
mederunt, *ſcilicet dedit cognatis ſuis, &*
amicis, convocans eos ad convivium, quia
tunc recedebat ab eis, & non erat amplius
rediturus ad ſtatum illorum. Iſtud exem-
plum ſecutus eſt Beatus Matthæus, qui à
Chriſto vocatus reliquit omnia, quæ habebat,
& ipſa die vocationis ſuæ, invitavit Chriſtum,
Matth. 9. *& diſcipulos, & multos publicanos.* Matth 9.
num. 10.

60. Tertiò. Mulier quædam vidua paupercu-
la, cum mortuus eſſet vir ejus onuſtus debi-
tis, creditor volebat tollere duos filios vi-
duæ ad ſerviendum ſibi, tunc mulier val-
dè oppreſſa recurrit ad Prophetam, ut ei
ſubveniat in tanta neceſſitate: *Cui dixit*
Eliſæus, quid vis ut faciam tibi? Dic mihi,
4. Reg. 4. *quid habes in domo tua.* 4. Regum 4. num. 2.
Quam interrogationem fecit Propheta, ut
D. Auguſt. notat Divus Auguſtious *lib. 2. de Mirabilibus*
Sacræ Scripturæ, cap. 23. ut per miraculum
provideret mulieri ad ſolvendum debitum,
& ita factum eſt, ut ex pauco oleo, quod
mulier habebat in domo, & maximè miracu-
losè, multiplicatum eſt, multa vaſa re-
plerentur, & ita ex multiplicato oleo ven-
dito ſatisfactum eſt creditori, & de reliquo
mulier ſibi, & filiis ſuis providit; merito
Abulenſ. tamen Abulenſis *ibi q. 7.* quærit, quare
Propheta hoc fecit, & ait: *Quia nunquam*
debet aliquis recurrere ad miraculum, quod
eſt opus Dei, niſi quando via humana nihil
agere poteſt. Propheta ob ſuam charitatem
volebat ſubvenire mulieri oppreſſæ, ac la-
boranti, & cum ipſe ob ſuam paupertatem
non haberet aliquid temporale, inde ad mira-
culum confugit, ut provideat mulieri, ut à de-
bito ſolvatur, & ut à tanta anguſtia, ac mole-
ſtia liberetur.

Quartò. Cum terra magna fame opprime- 61.
retur; *Vir quidam venit de Baalſaliſa defe-*
rens viro Dei panes primitiarum, viginti panes
hordeaceos, & frumentum in pera ſua. Reg. 4. c. 4. 4. Reg. 4.
n. 42. Homo ille deferebat panes Eliſæo, ut ex
eis provideret, ſibi, ac filiis Prophetarum,
quorum ipſe Pater erat, & curam agebat; ta-
men Eliſæus miniſtro ſuo ait: *Da populo ut*
comedat. Salianus hoc *ponderans ad annum* Salian.
1344. *n. 8.* ait: *Acceptum munus Eliſæus in com-*
munem impendit utilitatem; erat enim eis menſa
communis, ut religioſis Viris, nec Eliſæus ſibi
proprium habere voluit paupertatis ſtudio re-
pugnante.

PAVPERTAS

Filiorum Prohetarum.

Hanc filiorum Prophetarum extremam 62.
paupertatem multis nobis indicat Sacra Scri-
ptura: nam cum fames vehementer urgeret,
ut ſuis ſubditis Eliſæus cibum provideret,
mandavit uni eorum ponere ollam grandem,
ad eorum alimentum, quia multi erant, ut
jam dixi in hac quæſtione ex Abulenſi, Ly- Abulenſ.
rano, & aliis. *Egreſſus eſt unus in agrum, inve-* Lyran.
nitque quaſi vitem ſylveſtrem, & collegit ex ea
colocynthidas agri, & implevit pallium ſuum.
4. Regum 4. num. 39. Ad implendum man- 4. Reg. 4.
datum Eliſæi, egreditur in agrum ad colli-
gendum herbas agreſtes, ex his conſtabat
illa olla grandis, ut bene colligitur ex Tex-
tu. Sanchez *ibi* ait: *Hoc enim videtur, eo* Sanchez.
tempore illorum Prophetarum commune pul-
mentum, id indicat ille, qui egreſſus di-
citur in agrum, ut colligeret herbas agre-
ſtes. Dicitur in agrum, non proprium, ſed
omni populo communem; *& implevit pal-*
lium ſuum. Abulenſis quæſt. 59. *Quia Eliſæus* Abulenſis.
jſſerat repleri ollam grandem, quia ex illis
herbis agreſtibus erat replenda, ex quibus
ſicut ex panibus viginti oblatis, ut modo
dixi, maximè conſtat eorum extrema pau-
pertas, ut bene notat Thodoretus hic *quæ-* Theodor.
ſtione 19. & inquit. *Quod autem vita Prophe-*
tarum, nullas habuerit poſſeſſiones, docet hi-
ſtoria. Nam qui erat eorum primus (Eliſæus)
nunc quidem eos excepit convivio olerum agre-
ſtium: nunc autem panes hordeaceos viginti
appoſuit centum viris, eoſque ab aliis oblatos.
Eis autem tantam benedictionem impertit, ut
& illos omnium ſatiaret, & ſupereſſent per-
multi Divus Hieronymus *epiſtola 4. ad Ru-* D. Hieron.
ſtic. ait: *Filii Prophetarum, quos Mona-*
chos in Veteri Teſtamento legimus ædificabant
ſibi caſulas propè fluenta Iordanis, & turbis
Vrbium derelictis polenta, & herbis agreſtibus
victitabant.

Secundò, Cum filii Prophetarum augeren- 63.
tur magno numero, ut neque in Carmelo, nec
aliis locis poſſent commodè habitare, quia
præ tanta multitudine anguſtus erat locus, ut
notat Vvaldenſ. *lib. 3. Doctrinal. fidei, art c. 1.* Vvaldenſ.

Genebrard c p 4. Genebrardus lib. 1. *Chronolog. ad an-*
num 3272. facultatem petunt ab Eliſæo, & di-
cunt : *Ecce locus, in quo habitamus, anguſtus eſt*
nobis. Eamus uſque ad Iordanem, & tollant
ſinguli de ſylva materias ſingulas, ut ædifice-
mus nobis ibi locum ad habitandum, 4. Re-
4.Reg.6. gum 6. num. 1. & 2. Nota cum Abulenſi,
quod ſemper dicunt *Coram te*, id eſt, ſub
tua obedientia, ac mandato, & maximè
ponderandum, quod ad opus laborioſum ac
fatigatione, & ſudore plenum non dicunt,
vis ut convocemus operarios, artifices, ut
ligna cædant, aſportent, & componant ad
facienda habitacula; ſed ipſi ſe offerunt ad
ſervile miniſterium, ut ligna cædant, aſ-
portent, & cubicula ædificent. *Tollant ſin-*
guli de ſylva materias ſingulas, & ædificemus
ibi locum, quia ob ſuam magnam pauper-
tatem, non habebant aliquid, quod pro
mercede poſſent contribuere operariis, &
cum opus aliunde eſſet neceſſarium, ipſi ſe
accingunt ad illud, & laborem non re-
cuſant.

64. Tertiò. Ad eandem hiſtoriam. Factum eſt
autem cum quidam illorum minus cautè li-
gna cæderet, ferrum cecidit in aquam. Ex-
clamavitque ille, & ait, *Heu, Heu, Do-*
mine, hoc etiam mutuo acceperam, id eſt, ac-
commodatum acceperam. Explicat Abulen-
4.Reg.6. ſis 4. *Regum* 6. *n.* 5. maximè dolet de ferro
amiſſo, quia rem alienam amiſerat, nec
ob ſuam paupertatem poterat Domino ſuo
aliam reddere, nec pecuniam habebat, qua
Hugo. poſſet Domino ſuo ſatisfacere. Cardinalis Hu-
go ibi ait, *Non ſolum hoc mutuatus ſum, ſed*
etiam cætera, quæ habeo, & inde non habeo de
Carthuſ. *meo unde reſtituam* Carthuſianus, mutuo ac-
ceperam, ait, *quaſi dicat, ſi meum fuiſſet minus*
curarem, ſed nunc doleo vehementer, cum non
habeam, quod pro illo reſtituam Vnde conſtat, quod
pauperes erant diſcipuli illi, & ſimplicibus habi-
taculis, quæ ipſimet conſtruebant, erant conten-
Lytan. *ti, quo multorum etiam Religioſorum curioſitas*
Menoch. *ſumptuoſe arguitur*. Similiter Lytanus, Meno-
chius, & alii.

Eliſæus, & multi filii Prophetarum eximia
puritate, ac caſtitate floruerunt.

65. Quod Eliſæus fuiſſet virgo, virginéſque
D. Ignat. aliqui ex filiis Prophetarum, docent D. Igna-
D. Hieron tius, D. Hieronymus, Ioan Ieroſolymit. *jam*
citati ſuperiori quæſt. n. 45. Idémque affirmant
de Elia, Eliſæo, ac filiis Prophetarum. Bel-
Bellarm. Suarez. larminus *lib. 2. de Monachis, cap.* 5. Suarez
Ægidius. *tom. 3. de Religione, cap. 1. num. 6.* Ægidius
Camart. *Minimorum inſignis Generalis de re-*
Cornel. *bus Eliæ, cap. 6. ſect* 8. Cornelius à Lapide
in 3. Regum c. 19. ad finem. Claudius Eſpinceus
Eſpinceus. Theologus Pariſienſ. *lib. 3, de contin. cap. 1.*
pag. 9 Sicque de Eliſæo habetur in Breviario
Carmelitano approbato à multis Summis
Pontificibus in Hymno ejus feſtivitatis die
14. Iunii ad Matutinum.

Eliſæus namque Virgo plané permanens
Beatus cæli coæquatur Angelis,
Qui pravos carnis motus ſcivit premere,
Et mentem puram Chriſto novit gerere.

Et hoc probatur ex Sacra Scriptura : nam 66.
cum miſſo pallio eum ad ſe avocaret, Elias,
ait: *Oſculer oro pa remme m, & matrem meam,*
& ſic ſeq ar te. 3. Reg. 19. num. 20. Antiqua 3. Reg. 19.
conſuetudo erat apud Hebræos, ut jam dixi
oſculo pacis dimittere cognatos, & amicos;
inde Eliſæus licentiam poſtulat, ut tali ſigno
pacis dimittat patrem, & matrem, & ut rectè Abulenſ.
notat Abulenſis, ibi quæſt 24. *Ex quo patet,*
quod non habebat filios, nec uxorem, quia ſi ha-
buiſſet filios, & uxorem, diceret, oro te, oſculer fi-
lios, & uxorem : nam quilibet naturaliter diligit
magis filios, quam patrem, & matrem. Deinde
ait Textus ibi num 21. *Tulit par boum, & ma-*
ctavit illud, & in aratro boum coxit carnes. D. Anton.
D. Antonius Vlyſſiponenſis, ſeu Paduanus in
Dominica 5. poſt Trinit. *Coxit carnes, id eſt,*
carnales concupiſcentias in contritione cordis de-
coquere. Id eſt, illis omnino expeditior factus
alacrius curreret poſt Eliam.

Quod autem filii Prophetarum eſſent vir- 67.
gines, expreſſè docet D. Hieronymus, Virgi- D. Hieron. Bellarm.
nes multi filij Prophetarum, Bellarminus, Ægidius.
Serarius, Ægidius, Camartus, & alii proximè
allegati. Nam hi filii Prophetarum fuerunt
edocti ab Elia, & Eliſæo, ergo cum ipſi eſ-
ſent virgines, & maximè caſtitatis amato-
res, in ipſa caſtitate, & puritate eos inſtru-
xerunt. Secundò, ut infra dicam *quæſt* 17.
Ipſa vita Eliæ filiis Prophetarum pro regula,
ac ſtatuto, ut ibi dicam; ex Joanne Jeroſo-
lymitano, D. Cyrillo, Conſtantinopolitano, Ioan Ieroſ.
Thoma à Jesu, & aliis, at qui ipſa vita D. Cyrill.
Eliæ erat in ſumma puritate, ac caſtitate, er- Thomas à
go ipſam obſervabant filii Prophetarum. Jesu.
Tertiò. Ipſi filii Prophetarum conventu ali-
ter, ac collegialiter vivebant in deſertis locis,
ut in Carmelo, Galgalis, ac propè Iordanem,
& ideò maximè ſequeſtrati erant à mulieri-
bus, & inde nullus uſus, conſuetudo, ac mi-
niſterium mulierum auditur, ac dicitur apud Vvalden.
eos, ut doctiſſimè notat noſter Vvalden. *lib.* 3.
Doctrinalis fidei art. 1. cap. 1.

Quæstio VIII.

Ex factis colliguntur vota obedientiæ, pau-
pertatis, caſtitatis in Elia, ac Eliſæo, &
filiis Prophetarum.

SUMMARIUM.

68 *Elias magnus ſcientia, ac magnis revelatio-*
nibus illuſtratus ſciebat vota contenta
in Scriptura, & quod multi de po-
pulo faciebant vota etiam circa caſtita-
tem.

69 *Maximè Deus honoratur per vota, quærere*
honorem divinum eſt effectus zelus divini,
qui maximè reſplenduit in Elia, & inde per
vota.

70 *De minori ad majus valet argumentum, ut*
Chriſtus Dominus. Argumentatur, &
ideò ſi vota conceduntur in vulgaribus,
ac minoribus, non ſunt neganda in majori,
utpote Elia.

71 *In Ioanne Baptiſta ex factis colliguntur*
vota

vita, ergo etiam in Elia, cum ſit æqualis Ioannis Baptiſtæ.

72 *Ex pœna inflicta Ananiæ, & Saphiræ colliguntur vota in primitiva Eccleſia, ergo etiam ex pœna inflicta Giezi in filiis Prophetarum.*

73 *Elias ut ſupremum Religionis caput fecit votum obedientiæ Deo, ac ejus miniſtris.*

68. PRimò, ex noſtra tenuitate dicam aliquid, hac quæſtione, ſequentibus rationibus, ex odore, & aliquali veſtigio, ac umbra excellẽtiſſimorum virorum, ut dixi *quæſt. 5. in fine*, liceat etiam ex factis colligere vota in Elia, Eliſæo, ac filiis Prophetarum. Sic Elias, Eliſæus, ac filii Prophetarum vivebant in magna obediẽtia, paupertate, & caſtitate, ad quæ illuſtrati fuerunt ab Elia, tanquam à ſupremo Magiſtro, ac Religionis capite. Antecedẽs patet ex duabus proximis quæſtionibus ſexta, & ſeptima. Conſequentia probatur. Quia Elias magnis virtutibus erat condecoratus, magniſque donis ſublimatus à Deo, deſignatuſque Apoſtolus in ultimis temporibus, & inſuper erat Vir doctiſſimus, qui legem docebat, & Sacram Scripturam explicabat, ut communi Doctorum ſententia dixi *ſuprà, reſolutione 1. q. 3. n. 72.* ergo bene ſciebat, quod Scriptura agebat de votis, & quomodo eſſent obſervanda, & inſuper bene ſciebat, quod multi fecerunt vota ad majus Dei obſequium, ac firmitatem ſuarum actionum, ut fecerunt non ſolum primates in populo, ut Iacob, David, ſed etiam in his, qui erant in mediocri Religione, ut Iephte, Anna Samuelis Mater, Abſalon, Aſa Rex, & multi homines vulgares de populo, ut totum explicavi hac *Reſol. q. 1.* quod totum hoc optimè ſciebat Elias; quomodo ergo negandum, quod etiam Elias, ut homines vulgares de populo ad majus Dei obſequium, ac gloriam, ſuas virtutes votis firmaret; maximè cum Elias in Horeb fuiſſet illuſtratus donis Spiritus ſancti, ut docent D. Gregorius Magnus, & ibi viderit Deum, quantum fas eſt homini, ut tenet D. Baſilius, ut dixi *ſuprà, Reſolutione 1. q. 3. n. 70.* Inſuper illuminatus fuit Elias revelationibus myſteriorum B. Virginis Mariæ, Incarnationis Divini Verbi, & vitæ, paſſionis, ac mortis, & Reſurrectionis, ac Aſcenſionis Chriſti Domini, ut docent D. Auguſtinus, D. Gregorius, D. Bernardus, D. Proſper, quos dedi *Reſolut. 1. q. 3.* quomodo ergo dici poteſt, quod homo tanta ſcientia, intelligentia, ac cognitione ſupernaturali, non caperet, intelligeret, ac faceret id, quod homines vulgares de populo capiebant intelligebant, & faciebant. Maximè cum dicat Suar. tom. l. 3. de Relib. 3. c. 1. n. 2. *Quod ritus vivendi, ſeu conſecrandi aliquid per votum Deo, de jure naturæ eſt, maximè ſuppoſita fide* Ut jam dixi in hac *Reſolut, q. 1. n. 4.* ergo Elias cum eſſet Vir doctiſſimus tantis divinis illuminationibus illuſtratus, non poterat hoc jus naturæ ignorare, ut illud adimpleret, ac faceret, maximè cum videret, quod in Nazaræis, ac aliis dabatur caſtitatis votum, & etiam in mulieribus, ut dixi *ſuprà, q. 2.*

D. Gregor. D. Baſil. D. Auguſt. D. Greg. D. Bern. D. Proſper Suar.

69. Hunc meum diſcurſum multis comprobo, ac confirmo. Primò. Quærere, ac procurare gloriam, & honorem Dei omni modo poſſibili eſt actus zeli divini, atqui magis honoratur, ac glorificatur Deus per noſtros actus voto firmatos, quam ſine illo; ergo cum in Elia maximè reſplẽdeſceret zelus honoris divini, ejus virtutes, quibus Deum honorabat, fuerũt voto firmatæ. Major eſt D. Thomæ *1. 2. q. 18. art. 4. & de veritate, q. 26. ar. 4. circa finem*, quia ut ait zelus divinus pro poſſe, ac totis viribus intendit gloriã, & honorem Dei. Minor eſt D. Auguſtini *lib. 17. de Civit. Dei, c. 4.* & D. Thomæ 2. 2. q. 88. *art. 4. ad 3.* qui ideo dicunt Apoſtolos feciſſe vota, quia hoc maximè ſpectat ad eorũ perfectionem, & maximè ad gloriam, & honorem Dei, quã ipſi ſuper omnia intendebant; & ideo ſtatus religioſus ex votis firmatus, quia ab illo nõ valet homo reſilire. Conſequẽtia eſt valdè nota, cũ Elias multũ celebratus ſit in Scriptura, ac Sanctis Patrib. in fervẽtiſſimo zelo honoris divini, ergo pro poſſe ac totis viribus intendit ſuis virtutibus, non ſolum ſimplicibus, ſed etiam voto firmatis, ut cũ illis magis honoretur, ac glorificetur Deus.

D. Thom. D. Auguſt.

Confirmo ſecundò, de minori ad majus valet argumentum, quod conceditur minoribus, non eſt negandum majoribus, hoc argumẽto utitur Chriſtus Dominus ad confundendam perfidiam Judaicam, quia ipſi nolebãt credere, nec ejus ſermonibus auſcultari, & ait: *Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cũ generatione iſta, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce pluſquam Ionas hic. Regina Auſtri ſurget in judicio cum generatione iſta, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis. Et ecce pluſquam Salomon hic.* Matth. 12. num. 41. & 42. Nam ut docent D. Chryſoſt. D. Hieronymus, D. Baſilius, & alii multi, quos adduxi *tom. 3. in Evangel. c. 24. q. 16. 17. & 18.* Qui explicant, quomodo Chriſtus Dominus facit argumentum, de minori ad majus, quod nempe Iudæi maximè condemnandi ſunt, non verbis, ſed factis, ut explicant Euthymius, Theophylactus, à Ninivitis, & Regina Auſtri, quia illi crediderunt Ionæ prædicanti, hæc verò Salomoni dicenti, & tamen ipſi noluerunt credere unigenito filio Dei Chriſto Jesu, qui incomparabiliter multo major eſt Iona, ac Salomone, inde merito arguendi, qui fidem datam minoribus; majori negant; inde etiam proportione ſervata meritò arguendi ſunt, qui vota communibus, ac vulgaribus hominibus concedunt, & ea tamen præclariſſimo, ac illuſtriſſimo Viro Eliæ denegant. 70.

Matth. 12. D. Chryſ. D. Hieron. D. Baſi. Euthym. Theoph.

Confirmo tertiò, quia communiter ſupra citati Auctores q. 5. & alii colligunt tria vota in Ioanne Baptiſta, quia ipſe perpetuam vitã duxit in cœlibatu, cum extrema paupertate. *Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis Camelorum, & Zonam pelliceam circa lumbos Eſca eius erat locuſta, & mel ſylveſtre.* Matth. 3. n. 4. inde ejus virginitatem colligunt. Et tamen graviſſimi Patres tenent, quod Ioan. Baptiſta non erat major Elia, ſed illi æqualis, cui videtur favere illud Angeli Gabrielis *Præcedet ante illum in ſpiritu, & virtute Eliæ.* Luc. 1. num. 17. Divus Auguſtinus in quæſtionibus Veteris Teſtamenti, q. 26. *Nemo inter natos mulierum ſurrexit major Ioanne Baptiſta. Non dixit major omnibus eſt, ſed nemo* 71.

Matth. 3. Luc. 1. D. Auguſt.

illo major eſt, hic eſt æqualem habet, majorem
D. Paſchaſ. *non habet, Helias par illi eſt, nullo utique minor.* D. Paſchaſius lib 6. in Matth. *Inter natos mulierum non ſurrexit. Quæritur, ait an Ioannes major ſit Elia?* Reſpondet, non eum prætulit, ſed exæquavit Ioanni. Idem docet
D.Hieron. D. Hieron. in c. 11. Matth. ad illa verba, *Inter natos mulierum:* ergo ſi ex factis colliguntur vota in Ioanne, cur non etiam in Elia, cum illi ſit æqualis?

72. Fr. Franciſ. Fr. Anton. Confirmatur 4. ex his, quæ docent M. Fr. Franciſcus S. Maria in ſua Apologia, & M. Fr. Antonius à Spiritu ſancto. *tract. de Principatu Eliæ num.* 58. ex graviſſima pœna,
4.Reg. 5. Suar. qua Giezi punitus eſt ab Eliſæo 4. *Reg.* 5 *n.* 27. Nam ex eo Suar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 6. *cap.* 2.
Lorinus. *n.* 17. Lorinus & Cornelius *ad c.* 5. *Actorum* colligunt fuiſſe votum paupertatis, in primitiva Eccleſia, quia Anania, & uxor ejus Saphira *Graviſſima pœna & modo miraculoſo puniti ſunt, eo quod de pretio agri, quem vendiderant, clam ſibi reſervarunt.* Sed etiam Giezi punitus fuit graviſſima, ac rigida pœna lepræ per totam vitam, quæ morti æquivalebat, & modo miraculoſo ob pecuniam, & veſtem ſibi à Naaman datam, & clam abſconditam: ergo ſicut illa pœna inflicta Ananiæ, & Saphiræ in primitiva Eccleſia arguebat votum paupertatis: ita & hæc pœna Giezi in lege antiqua. Conſequentia eſt bona; quia ſicut occultatio pretij in Anania, & Saphira non erat peccatum, ſublato voto, quia erat diſpoſitio de re propria, ſed tantum quoddam mendacium; ita receptio, & occultatio pecuniæ à Giezi non erat peccatum, ſublato voto paupertatis, cum illam libere donaret Naaman, & Giezi petierat illam nomine Eliſæi, non ob datam ſalutem, ſed ob impoſitũ mendacium, quia advenerunt duo fi-
4.Reg 5. lii Prophetarum de monte 4. *Reg.* 5 *n.* 22. quod non videbatur dignum tanta pœna, cum ille non peteret pecuniam ob ſanitatem datam.

73. Ex dictis bene conſtat, quod cum alii inferiores in virtute, ac religione ſuas virtutes votis firmaverint, etiam hoc fecit Helias, & ſtabilivit ſuam paupertatem, virginitatem, ac obedientiam cum voto; ut ſupremum Religionis caput, promittens Deo, ejuſque miniſtris obedientiam, ut fecerunt multi ſancti, & ego agnovi virum valde probum, qui quotidie dum Miſſam celebrabat, faciebat votum obediendi Deo in omnibus, & nunquam peccandi mortaliter.

Quæſtio IX.

Ex aliis fundamentis probantur vota Obedientiæ, paupertatis, ac Caſtitatis in Elia, Eliſæo, ac filiis Prophetarum.

SUMMARIUM.

74 *Tres rationes jam à me datæ de hac re.*
75 *Probo concluſionem ex Patribus arguentibus contra hæreticos.*
76 *Proponitur, ac refellitur debilis reſponſio adverſariorum, & n.* 77.
78 *Secunda reſponſio etiam refellitur.*
79 *Ponitur ſecundum argumentum ex Martyrii nobilitate.*
80 *Refellitur reſponſio adverſariorum.*
81 *Ponitur tertium argumentum, ex firmitate ſtatus Religioſi, qui ad ſui perdurationem requirit votum.*
82 *Ponitur quartum argumentum, ex Elia, ac Eliſæi perſeverantia in Dei ſequela, & obedientia per totam vitam.*

PRo hac veritate confirmanda jam ſuperiori *Reſolut.* 2. *q* 4. poſui duo fundamenta, unum deſumptum ex verbis Beatiſſimæ Virginis Mariæ in revelatione facta B. Petro Thomæ; alterum ex diplomatibus Romanorum Pontificum pro confirmanda Religione in ſtatu Religionis cum tribus votis, ac obedientia Priori Generali, in quibus tantum Auctorem, ac fundatorem Religionis agnoſcunt Eliam, à quo dicunt nos habere ſucceſſionem, quod intelligendum eſt de eo ſtatu, in quo confirmant Religionem. & præter fundamentum aliud datum ſuperiori quæſt. alia nunc appono. 74.

Primò. Quia communiter ſancti Patres 75.
D.Gregorius, Nazianzenus. *Oratione adverſus Arrianos.* D.Hieronymus *epiſtola ad Paulinum.* D. Auguſtinus *ſerm.* 39. *ad Eremitas,* Caſſianus eiuſdem ſæculi antiquiſſimus Auctor. *lib.* 1. *de Inſtitut. Monach cap.* 2. D.Chryſoſtomus *lib* 3 *contra vituperatores vitæ monaſticæ tom.* 5 D.Nilus *lib. de Monaſtic* D Iſidorus Hiſpalen *lib.* 2. *de offic. cap.* 15. D.Epiphanius *Hæreſi* 58. Noter inſignis Vvaldenſ. *lib.* 3 *de Sacramentalibus c.* 89. & *lib.* 3. *Doctrinalis fidei art.* 1. *c.* 23. & Tres Cardinales Petrus Damian. *tom* 3. *Opuſc* 10. *opuſc l.* 15. *c.* 2. Caietan. *contra terrores Lutheri; in Additionibus* Bellarm. *lib.* 2. *de Monachis cap.* 5. & 19. & alii multi argumentantes contra detractatores, ac vituperatores vitæ monaſticæ, opponunt Eliam, ac Eliſæum, ergo in iſtis ſanctis Prophetis cognoſcunt ſtatum. & modum religioſum, non ea perfectione, ac excellentia, qui eſt in Eccleſia Catholica modò. D. Gregor. D. Hieron. D. Auguſt. D Chryſoſt. D. Nilus. D. Iſidor. D. Epiph. Vvalden. Damian. Caietan. Bellarm.

Reſpondebunt fortaſſe Adverſarii, quod ſancti Patres, ac Doctores loquuntur late in ſenſu improprio, prout Elias, & Eliſæus vivebant in Cœlibatu cum vita eremitica, & ſolitaria, ac proinde in ſtatu quodam figurativo monachatus. 76.

Sed contra. Primò, ſancti Patres argumentantes contra Hæreticos, non opponunt contra eos, quod ipſi approbant, laudant, ac tenent; ſed id, quod ipſi damnant, reprobant, ac condemnant. Arqui hæretici laudant, & approbant vitam in cœlibatu, ac in ſolitudine, & receſſu cum aſperitate, & damnant ſtatum religioſum cum votis; ergo cum opponunt contra hæreticos Eliam, & Eliſæũ non ſolum agnoſcunt in eis vitam ſolitariam, ſed etiã ſtatum religioſum cum votis. Major, & conſequentia ex dictis patent; minor, in qua eſt tota vis argumenti, quod ſcilicet hæretici approbant vitam in cœlibatu, ac ſolitudine. Elizabet Regina Angliæ caput omnium hæreticorum ſolebat dicere, quod plus 77.

gloria

gloriabatur de ſua virginitate, quam de corona regni, & apud hæreticos ſunt multi, qui appellantur rigidi Calviniſtæ, rigidi proteſtantes, ut mihi certum fecerunt graviſſimæ perſonæ ex partibus hæreticorum advenientes, & etiam magiſtri Collegij Anglorum Hibernorum, qui ſunt in hac civitate; & hi auſteri, ſolitarij etiam dantur apud Mauros, quos ipſi vulgo appellant *Marabecos*, ergo ſancti Patres, ac Doctores Eccleſiaſtici non opponunt contra hæreticos, hos ſuos ſolitarios, ſed veros religioſos, cum illos admittant, hos negent,

78. Secundò contra adverſariorum reſponſionem, ſi dederint, ſic arguo, nullo modo fieri poteſt, ut Patres, ac Doctores Catholici, argumentantes contra hæreticos apponant contra eos monachatum impropriùm, & figurativum, quia maximè Auctores Catholici impugnant, & damnant hæreticos, qui ad ſeminandos ſuos errores in ſenſu improprio, & figurativo, interpretantur Sacram ſcripturam, ut ſiniſtre, ac maligne faciunt ad verba Conſecrationis. *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt calix ſanguinis mei.* Inde tamen perverſa, & iniqua falſitas hæreticorum confunditur, ac convincitur, *ut dixi tom. 5. in Evangelia lib. 7. cap. 7. quæſt. 21. num. 149.* quia ſi verba Sacræ ſcripturæ accipienda ſint per figuram, & tropum to a veritas ſcripturæ periit, ac corruit, & ſic dicitur per tropum, ac figuram mundum fuiſſe creatum à Deo, Noë fabricaſſe Arcam; ſi ergo contra hæreticos graviter, & fortiter inſurgunt Doctores Catholici ad veritatem fidei tuendam, affirmantes ſcripturam, non improprio, ac figurativo, ſed in proprio, ac legitimo ſenſu eſſe explanandam, quomodo fieri poteſt, quod ipſimet Catholici argumentantes contra hæreticos opponant adverſus eos rem impropriam, & figurativam, ergo opponunt ſtatum verum, & proprium.

79. Probatur ſecundo noſtra reſolutio; ſi aliquid obſtaret, ob quam rem daretur ſtatus monachalis in lege antiqua, cum voto caſtitatis, eſſet imperfectio ipſius legis; atqui martyrium multo excellentius, perfectius eſt, quam votum caſtitatis: ergo ſi illud dabatur in illa lege, hoc nempe votum eum ſit minus, non repugnat. Major eſt totum fundamentum adverſariorum; minor verò, quod martyrium nempe ſit perfectius, probatur ex verbis Chriſti D. Ioan. 15. n. 13. *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Inter omnes virtutes regina eſt charitas; *Maior autem eorum eſt charitas*, ait Paulus, quod autem in lege veteri datetur martyrium eſt manifeſtum, ait D. Stephanus Actorum 7. num. 52. *Quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri: & occiderunt eos, qui prænuntiabant de adventu iuſti.* Et patet io Machabæis, & multis aliis, ergo ſi martyrium non repugnabat, quod eſt perfectius, nec ſtatus monachalis, nec votum, cum ſit minus.

Ioan. 15.

Actor. 7.

80. Mihi dictum fuit, cum in publicis concluſionibus opponerem hoc argumentum, quod verum eſt martyrium nobilius, & excellentius eſſe ſtatu religioſo, ac caſtitatis voto, juxta Chriſti D doctrinam, tamen per reſpectum ad illam legem antiquam maximè repugnare caſtitatis votum ob affectum, quem homines illius temporis habebant ad generationem naturalem, ut fierent Chriſti parentes. Sed contra: eum generatione naturali magis repugnat martyrium, quam votum caſtitatis, nam cum martyrium ſecum involvat mortem, ipſo interveniente viribus naturæ non poteſt dari generatio, quæ optime dari poteſt interveniente voto licite, vel illicite interpoſita diſpenſatione.

Dicunt ſecundo. Quod illi viri ſuſtinuerunt tormenta, quia ad hoc tenebantur ex lege naturali, ac divina pro fidei confeſſione, quæ obligatio non datur quoad votum. Sed contra. Licet ex lege divina, ac naturali obligarentur homines, pro fidei confeſſione pati omnia tormenta, tamen ne in cruciatibus deficerent ut multi defecerunt, neceſſaria fuit illis gratia, ex qua talis patientia, ac fortitudo manavit; ſicut & eodem modo, licet homines aſtringantur ex lege divina, ac naturali, ad vincendas carnis concupiſcentias, tamen ad eas ſuperandas neceſſaria eſt divina gratia, nam ut ait Iacobus Apoſtol. 1. n. 17. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desurſum eſt deſcendens à Patre luminum.* Ad argumentum in forma. Reſpondeo. Quod illi magni viri ſupportaverunt duriſſimos Martyrij cruciatus & in illis pro Deo vitam profuderunt, non ex aliqua virtute naturali, ſed ex Dei gratia Si ergo Deus illis Patribus antiquis tantam dedit gratiam, ac fortitudinem ad patienter ſuſtinendam martyrij acerbitatem, & eum tanta generoſitate, ut alios etiam ad martyrium exhortarentur, ut de Matre Machabæorum, ac etiam de ipſis pueris interſe ſcribitur. 2. *Machab. cap. 7. num. 5. & 21.* & cum tanta alacritate, ut ſuos carnifices antecederent, ut habetur de Eleazaro, *qui voluntarie preibat.* cap. 6. num. 19. quod non ex præcepto, ſed ex charitatis fervore proveniebat; & hoc cum Martyrio, eſt quid maximum, & excellentiſſimum. Cur ergo negandum, quod Deus etiam dediſſet illis Patribus gratiam, ut virtutes ſuas voto firmarent, quod eſt quid minus, & inferius. 81.

Iacob. 1.

2 Machab. 7. & 6.

Confirmatur tota hæc doctrina. Optimus proviſor, intendens finem, etiam intendit media proportionata ad talem finem, ſed Deus illis patribus Antiquis intendit, & diſpoſuit dare gloriam, ergo etiam intendit, & diſpoſuit dare illis media proportionata, qualia ſunt vota paupertatis, ac caſtitatis: & quid mirum, quod talia media illis dederit, cum multo majora illis conceſſerit, utpote chariſmata Spiritus Sancti, & ut omne periculum pro Deo contempſerint, ut Reges in faciem arguerent, eiſque dutam mortem denuntiarent ut Elias & Samuel; & Moyſes negavit ſe eſſe *Filium filiæ Pharaonis majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti.* Hebræ. 11. num. 25 Hæc tamen omnia Deus amplioti, & largiori manu Deus dedit in lege gratiæ, de quibus omnibus latius infrà *quæſt. 12.* Hebræ. 11.

Tertiò probatur noſtra ſententia, quia ut docet D. Thomas 2. 2. *quæſt. 88. art. 11. & latius quæſt. 186. art. 6. ad 1. Immobilitas ſequelæ Chriſti firmatur per votum, & ideo votum requiri-* 82.

D.Thom. Caietan. Soto. Leſſius. Sanchez. Suarez.

tur ad perfectionē religionis. Sequuntur Cajetan. Soto, *lib. 3. de juſtitia quaſt. 5. art.1.* Leſſius *lib. 2. cap. 41. num. 1.* Sanchez *lib. 5. Decalog. cap. 1. num.8.* Suar. *tom. 3. de Relig. lib 2. cap. 3. num. 5.* & alij multi apud ipſos, & Caoniſtæ ad cap. cum ad monaſterium de ſtatu monachor. & ex titulo de Regularibus cap. viduam, cap. ſignificatum, & cap. Porretum, quod ad firmitatem ſtatus religioſi, requiritur ut ſit votis ſtabilitus, cum enim humana conditio ſit valdè fluctuans, & ioconſtaos, & facile mutetur, ut perſiſtat, requirit voti ligamen, & vinculum. Atqui congregatio filiorum Prophetarum in lege veteri per annos. 930. ab Helia uſque ad Chriſtum perdutavit, ergo in tali lege ad illius ſtatus conſervationem, ac perdurationem vota requirebantur. Probatur hæc conſequentia, quia vinculum, ac ligamen votorum exigitur ad immobilitatem ſtatus religioſi; atqui illa congregatio filiorum Prophetarum habuit conſiſtentiam, & permanentiam ab Helia uſque ad Chriſtum,

Ioſephus. Euſebius.

ut tradunt Joſephus Antiochenus, Euſebius Cæſarienſis, & alij jam citati. *Reſolut. 2. q. 1. num. 13. & 14.* & inſuper nobis declarat Sacra congregatio eminentiſſimorum Cardinalium in 4. lectione feſtivitatis commemorationis B. Virg. Mariæ 16. Iulij, ubi dicitur, *viri plurimi, qui veſtigiis ſanctorum Prophetarum Eliæ, ac Eliſæi inſtiterant, Evangelicam fidem confeſtim amplexati ſunt.* Ergo in illo ſtatu fuit aliqua votorum firmitas. Confirmatur, quia in lege Evangelica, ubi gratia, auxilia, & motiva excitantia ad bonum ſunt in magna, & larga abundantia ad immobilitatem cum poteſtate clavium, requiruntur vota, quaoto magis in illa lege antiqua, ubi non erat tanta affluentia gratiarum, & poteſtas clavium, & natura valdè infirma.

82. Quarto probatur noſtra ſententia, quia Elias, & Eliſæus per totam ſuam vitam firmiter perſeverarunt abſque eo, quod in aliquo minimo diſcreparent, ac diſcederent à Dei obſequio, ac ejus obedientia, vivendo in ſumma paupertate, ac caſtitate, ergo interveniente votorum vinculo. Antecedens patet ex *quaſt. 6. & 7.* conſequentia eſt D. Tho-

D.Thom.

mæ 2. 2. *quaſt. 186. art. 6. ad 2.* ubi ait, *Non aliter poteſt homo totam vitam ſuam Deo exhibere, niſi per voti obligationem.* Cum enim ipſa perſeverantia ſit in re multum repugnante humano appetitui, exacta obedientia cum abnegatione propriæ voluntatis, cum rigida, ac extrema paupertate, cum integra caſtitatis puritate refrænante omnes appetitus, non poteſt perdurare, niſi aſtringatur voti vinculo, ut rectè explicat Suarez *tom. 3. de Relig. lib. 2. cap. 3. num. 2. Cum hoc ſit de re valdè difficili, & de ſe non neceſſaria, ſed voluntaria, niſi aliquo morali vinculo, firmata ſit, facile fluctuabitur.* Ergo cum in Elia, ac Eliſæo non fluctuavit, ſed firmiter perſeveravit, morali votorum vinculo extitit ſtabilita. Confirmatur, quia ut docet Cardinalis Bellarm.

Suarez. Bellarm.

lib. 2. de Monachis cap. 21. ubi ait, *Perfecta ſequela Domini, quæ in abnegatione ſui ipſius, id eſt in perfecta obedientia conſiſtit, neceſſario involvit votum, quo quis ita ſe ipſum abnegat, ut non poſſit retrocedere: non enim perfecta eſt abnegatio ſui obedire alteri ad tempus.* Cum ergo Elias fuerit in tot, & tantis mandatis exequendis cum exactiſſima obedientia, cum ſumma ſui abnegatione, ut ſuo a tiſſimo zelo nihil aliud quæreret, niſi gloriam, & contempto omni ſuo periculo, reges argueret, eiſque mortis ſenteotiam denuntiaret, tam perfecta ergo ſequela cū voti vinculo firmata eſt. Hanc rationem apponunt M. Franciſcus à S. Maria in Apologia, & M. Fr. Antonius ab Spiritu ſancto, de Primatu Eliæ, *num. 37.*

QUÆSTIO X.

Stabilitur noſtra ſententia auctoritate Sanctorum Patrum, ac graviſſimorum Doctorum.

SUMMARIUM.

83 *Juxta Chriſti Doctrinam explicatur quid ſit Eunuchus propter regnum cælorum*

84 *Pro noſtra ſententiá quadraginta duo Auctores.*

85 *Et quamvis multi ex his Auctoribus ſint ex noſtris, eorum auctoritas magna eſt.*

IN primis apponamus Patres, qui Eliam, & Eliſæum appellant Eunuchos, hoc eſt viros 83.
caſtos cùm voto. Iuxta illud Chriſti D. Matth. Matth. 19.
19. num. 12. *Sunt Eunuchi, qui de utero matris ſic nati ſunt, & ſunt Eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus, & ſunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt, propter regnum cælorum.* Tria genera Eunuchorum proponit Dominus, ut late explicavi *tom. 6. ad cap. 19. Matth. quaſt. 11.* ſunt Eunuchi ex utero matris, ut pote valdè frigidi, & inepti ad generandum. Secundo ſunt alij facti ab hominibus arte, & inſtrumento. Tertio ſunt alij, qui præclariſſimo caſtitatis voto ſe Deo conſecrant, quia ut pulchre ex D. Epiphaoio, D. Irenæo, D. Auguſtino, D. Fulgentio tenet Bellarm. *lib. 2. de Monachis cap. 23.* dicens: *Ipſa enim Eunuchorum appellatio perſpicue indicat votum, non enim eſt Eunuchus, qui ſolum continet, ſed qui non poteſt non continere.* Et etiam ex eiſdem Patribus cum D. Chryſoſtomo, D. Anſelmo, D. Ambroſio, D. Thom. idem docet Suar. *tom. 3. de Relig. cap. 1. num 16. 17.* ac proinde ille dicitur ſpiritualiter Eunuchus, qui ex voto eſt impotens ad generandum. Hoc poſito præpono Patres, qui Eliam, & Heliſæum dicunt, & appellant Eunnchos.

D. Epiphan. D. Auguſt. D. Fulgent. Bellarm. D. Chryſoſt. D. Anſelm. D. Ambr. D. Thom. Suar.

84. D. Epiphanius hæreſi 63. ait, *Elias, & Eliſæus, & Ioannes, qui per magnam hanc formam, imitatores Angelorum, recte ſecundum Evangelicam Domini ordinationem ſe ipſos propter regnum Dei caſtraverunt.*

Tertullianus lib. de Monogamia cap. 8. ait, agens de Transfiguratione Chriſti, ait: *Moyſem, & Eliam ſecum mavult alterum monogamum, alterum Spadonem.* Explicat ejus Scholiaſtes Pamelius; *Eliam Spadonem caſtum cum voto.*

D. Anaſtaſius Sinaita *tom. 6.* in Bibliotheca in ſuis quæſtionibus ſcripturæ ſacræ *q. 66.* ait:

Google

ait: *Eunuchi, qui ſe caſtraverunt propter regnum cælorum, hi ſunt præclari Apoſtoli, atque deinceps fuerunt virgines, & eunuchi: Ioannes quidem, & Iacobus filij Zebedæi, & poſt illos, quot millia monaſticam vitam agentia, ſicut Elias, & Daniel in veteri Teſtamento.*

D Ephrem Syrus, quem citat, ac ſequitur Salianus *to.*4 Annalium anno 3123.*n.*21. & ait: *Sanctus Ephrem Syrus, Eliam, & Eliſæum, & Ioannem, & Apoſtolum Paulum in eorum numero recenſet, qui ſe caſtraverunt propter regnum Dei.*

D. Amandus de laudibus B. Virginis c.11. referens *Eunuchos propter regnum cælorum numerat Ioannem, Eliam, & Eliſæum.*

D. Hieronymus epiſtola 28. quæ eſt ad Lucinam ait. *Eliſæus boves, & juga prioris operis vertit in vota.* Quæ verba magis explicant.

Cardinalis Hugo in cap.9 Luc. ait: *Eliſæus in aratro coxit carnes, mactavit boves, id eſt Religionis fecit votũ.* Eliſæus concremato aratro boum carnes coxit, ut dimiſſis omnibus ſuis promptius, ac expeditius ex obedientia ſequatur Eliam; & in aratro coquens carnes ex paupertatis voto dimittit omnia, & hoc cum perfecta charitate. Carnes dedit populo tanquam expendens omnia ſua in eleemoſinas pauperum. 3.*Reg.*19.*num* 21. & coxit carnes. D. Antonius Ulyſſipponenſis ſerm. in Dominica 3. poſt Trinitatem, coxit carnes, id eſt carnales cõcupiſcentias in contritione cordis. Ex caſtitatis voto tanquam omnes ſuos appetitus conſumpſit.

Concilium ſenonenſe in Decreto 9. *De votis monaſticis,* ubi expreſſe agnoſcit vota ſcilicet obedientiæ, & paupertatis in Rechabitis, qui erant ſoboles filiorum Prophetarum, ut dixi *ſuprà, quæſt.* 3.

Joſephus de Bello Judaico, Philo Hebræus Cedrenus, qui tria vota ſcribunt in Eſſenis, qui erant ex filiis Prophetarum, ut dixi *ſuprà, quæſt.*

Joannes Jeroſolymitanus *lib. de Inſtitut.* Monachorum per totum, ac præcipuè *cap.*9. *&* 10. *cap.*19. *&* 21.

Noſter Doctiſſimus Vualden. lib de Sacramentalibus de B Virgine ait, *Quà virgo Fœmina prima Propheta ſcilicet Elia in virginitatis perpetuo voto ſucceſſit.* Intellige quo ad tempus, nam in ratione cauſæ exemplaris præceſſit virgo ſanctiſſima.

Trithemius de laudibus Carmelitarum c. 2: *Fratres autem Carmelitæ ſancti Principis Eliæ exemplo inſtructi ad perpetuam caſtitatem voto Religionis ſe obligant.*

Ludovicus Clitoveus *tom.*2. *homil.*2. ait. *Virginitatis perpetuò ſervandæ votum ab Elia originem habet.*

Rupertus Arborienſis de cœlibatu *fol. mihi* 3. ait: *Etiam in Cathalogo eorum, qui virginitatem voverunt, Elias, & Eliſæus ſcribendi ſunt.*

Illuſtriſſimus Dominus Joannes Suarez Epiſcopus Conimbricenſis in *Matth. cap.*2. *tit.*1. ubi introducit ſanctiſſimam Virginem Angelo nuntianti reſpondentem. *Et ſi ſim deſponſata, votum habeo virginitatis, habebat enim exemplum in Elia, & Eliſæo.* Et ſubdit. *Licebat igitur, prout ex præcedentibus liquet, vota emittere, & caſtitatem ſervare, quod ſemper laudabile fuit.*

Mag. Joannes Carthagena *tom.* 4. *lib.* 2. *objectione* 7. ait: *Elias tria vota ſubſtantialia Religionis emiſit.*

Thomas Ferrarius ex Societate Jeſus in hiſtoria Imaginis del monte de la Guarda *cap.*1. ait, *Elias ad honorem B. Virginis emiſit votum in Carmelo virginitatis perpetuæ.*

Ægidius, Camartus Digniſſimus Generalis Minimorum de rebus Eliæ *cap* 6. *ſect* 8. ait, *Elias omnium Monachorum Parens fuit, qui tria eſſentialia vota Religionis primus ipſe opere implevit.*

Doctiſſimus Salianus tom. 4. Annalium ad annum 3139. *num* 12. ait. *Eliam tanquam è Cathedra Moyſis loquentem audiatis, & in ejus manibus vota veſtra offeretis.*

Onufrius Saltus Valentius in vita S. Onufrij Regis *cap.*18. ubi ait, *Fraile ſue Elias, y el primero, que entre los hombres hizo voto de caſtidad.*

Inſignis mag. Suar. *tom.*3. *de relig lib.*3. *c* 1. *num.*2. ait: *Ante legem novam in uſu fuiſſe tria vota in quibus ſubſtantia religioſi ſtatus conſiſtit veriſimile videtur. Et quamvis ipſe contrariam teneat ſententiam, hanc noſtram tamen dicit veriſimilem.*

Ioſephus Siguenda *lib.*2 *Diſcur.*2. *de la Caſtidad.* ait, *De los hios de los Prophetas, que en la eſcuola de Elias, è Eliſeo, vivian, ſin mugeres, ſin haziendas, donde tan charamente eſtan calificados los tres votos.*

Valderrama in Theatro *Religioſ. ſerm de ſancto Propheta Elia.* ubi ait, *Pero ſin duda Elias fue el primero, que gardò virginidad, el la enſeno à guardar en el Teſtamento viejo à ſus Religioſos.*

Ludovicus Tena in ſermone S. Thereſiæ Madriti anno 1615. ubi ſic ait, *La ſagrada Religion del Carmen tiene ſu principio en Elias, que fue el primer hombre, que votò Caſtidad.*

M Fr. Ioannes Saguenſis lib. de virtutibus Moralibus *lib* 4. *cap.* 3. *num.* 7. *Præclarum de hac re habemus documentum, & maximè in Elia, ac Eliſæo, qui tribus votis Religionis ſe Deo conſecraverunt.*

Petrus de Ribera in ſermone S. Thereſiæ Matriti anno 1627. ubi ait, *Elias fue el primero de los mortales, que en carne humana ſe conſagrò à Dios ſpontanea, y voluntaria mente en perpetua virginidad.*

Ex noſtris Auctoribus,

Paleonidorus, Auctor antiquus, & magnæ auctoritatis *lib.*1. *de origine Ordinis Carmelitarum c.*1, ubi ait, *Elias Propheta ſacrum Carmelitarum ordinem tribus ſpiritualibus punctis, voluntaria paupertate, obedientia, & caſtitate inſtituit.*

Inſignis Mag. Petrus Cornejus in Regia Salmanticenſi Academia publicus Cathedraticus in concluſionibus habitis Romæ anno 1613. *in concluſ.*12. ait, *Forma monaſtica diſciplina, ſub obſervantia trium votorum ab Elia primordialiter emanavit.*

Didacus Coria *in Chron. Carmel. lib.*1. *c.*7.

Petrus Sarraienus *in Monologio Carmel. in vita S. Eliæ.*

Ioannes Molina *lib. de Inſtitutione Carmelitarum cap.*1.

M. Petrus

Digitized by Google

M, Petrus Munoz in Propugnaculo Eliæ *lib.2.cu.1.cap.2.art.5.num.4.*

Thomas à Ieſu vir inſignis Religionis, ac virtutis *lib. de antiquitate Ordinis, ac ſuper Regulam Carmel. 1.part.cap.2.§.4.*

Thomas Aquinas de Patriarchatu Elia p. 3. ſect. 3.

Franciſcus à ſancta Maria in Hiſtoria Prophetica, ac in Apologia de hac re.

Petrus Vvaſtelius *lib.1.Vindictarum ſect.5. art. 13.*

M.Lezana *tom. 1. Annal. in apparatu c. 4. num. 20.*

Daniel à Virg. Maria, vir magnus in vinea Carmeli in Appendice *fol. 705. à n. 226.*

Ioannes de la Plata.

Doctiſſimus P. Franciſcus Bonæ ſpei, cujus ſapientiam ejus opera prædicant, *de Concept.Virgin. Diſp.3. per totam.*

Mag. M. Fr. Antonius ab Spiritu ſancto maximè præclarus ſuis operibus in Tractu de Primatu Eliæ *à num.34. ac deinceps.*

Petrus Lucius in Compendio Hiſtoriarum *cap.3.*

Et ego ipſe *tom.1.in Evangelia lib.5.c.2.q.10.*

Et quamvis hi ultimi Auctores ſint domeſtici, magnam auctoritatem, & vim habent
Mantica. ad probandum in re domeſtica juxta Manticam de tacita, & ambigua convenientia *lib.8.*
Maſcard. *tit. 14. num. 11.* Maſcardum *de probation. 6. vol.1. conclus.3. num.1.* ubi multos Iuriſtas ad-
Alexander. ducit. Alexander *conſil. 187. num. 16. vol. 2.*
Iaſon. Iaſon *Conſil.128. num.1. vol.1. & vol. 3. Conſil.65. col.3.*

In hac etiam *Reſolutione, quaſt.* 2. multos graviſſimos Patres, & Auctores adduxi in magno numero præter citatos modo Auctores, qui docent, quod in lege veteri extiterit votum virginitatis, quod ibi citato loco eſt videndum; nam hic poſui tantum eos Auctores qui de Elia, ac Eliſæo expreſſe loquuntur, qui vero de votis agunt, jam *ſupra citavi quaſt.2.*

Ponitur Decretum ſacra Inquiſitionis.

A Supremo ſenatu ſanctæ Inquiſitionis. Madriti anno 1639. die 9. Novembris judicatum eſt hanc ſententiam de Monachatu, ac tribus votis libere, ac licite poſſe evulgari; tamen æmuli adhuc non quieverunt, ſed novis difficultatibus oppoſitis contra prædictam ſententiam, ac Decretum, quæ profundè, & altè examinatæ ſunt in judicio contradictorio, iterum perdictum Decretum antecedens confirmatum, ac corroboratum eſt à Supremo Senatu ſanctæ Inquiſitionis Madriti die 6.Martij anno 1673.

Quæstio XI.

Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex ſublimi dignitate Chriſti, ac ſanctiſſimæ Virginis Mariæ.

SUMMARIUM.

90 *Quo ſenſu Chriſtus dicitur Auctor ſtatus monaſtici.*

91 *Cum tota proprietate juris Chriſtus dicitur Auctor, & Inſtitutor.*

92 *Bonitas Chriſti ſe extendit ad proxima, & remota.*

93 *Patres dicunt B. Deiparam primam in virginitate.*

94 *Suarez ait quod non pertinet multum ad ejus commendationem, quod fuerit prima.*

95 *Prima dicitur multis prærogativis.*

96 *Prima objectivè in ratione cauſæ exemplaris.*

97 *Prima etiam dicitur inter feminas.*
Chriſtus, & Deipara dicuntur primi, ut Duces, ac principes omnium virtutum.

98 *Alij noverunt Caſtitatem, Deipara virginitatem, ut prima in integerrima, ac perfectiſſima virginitate.*

99 *Solvitur fundamentum ex Abida Babylonico.*

De Chriſto Domino.

OPponunt primo contra nos adverſarij, 90.
quia hæc noſtra ſententia derogat, ac
contrariatur ſublimi, & altiſſimæ dignitati.
Primo Chriſti Domini, qui dicitur Auctor, &
Inſtitutor ſtatus Religioſi, ergo ante ipſum
non fuit talis ſtatus. Reſpondeo, etiam Chriſtus Dominus dicitur Auctor Sacramentorum, quod vel ſumitur per reſpectum ad legem gratiæ, & etiam ad legem antiquam, prout ipſa ſacramenta data ſunt illis Patribus, ſicut & cætera dona ſupernaturalia, ex meritis Chriſti prævisis, quod etiam idem erit dicendum de ſtatu Religioſo.

Vel etiam cum tota proprietate juris. au- 91.
ctor, ac inſtitutor ſtatus Religioſi dicitur
Chriſtus, prout ipſum ſtatum antiquum renovavit, reformavit, ac perfecit multis donis,
gratiis, perfectionibus ac excellentiis. D.Ber- D. Bernard.
nardus in Epiſtola ad fratres de monte Dei loquens de Monachorum Religione, ait *tempore Prophetarum demonſtrata in lege gratia in-*
ſtaurata, & innovata: Sanct. Antoninus *in* D. Antonin.
ſumma 3.part.tit.16.§ 4. de Monachis loquens ait, *videntur exerti ſub Eliſeo, fuerunt autem*
renovati à Chriſto Domino. D. Odilo in vita Odilo.
S.Maioli, quæ extat in Bibliotheca Cluniacenſi apud Lippomanum, ſic ait: *Cœpit monaſticus ordo pullulare ſeu (ut mel us dicemus) reviviſcere, quem ab Elia, & Ioanne Baptiſta novimus proceſſiſſe.* Quod etiam docet noſter
Vvaldenſ. *tom.1. Doctrinalis fidei lib.3. art. 1.* Vvaldenſ.
cap.6 At qui rem antiquam renovat, reſtaurat, perficit, ac ad meliorem formam, ac ſtatum reducit, illius juris patronatum acquirit, illius inſtitutor, ac auctor dicitur ſecundum
jus, Maſcardus *3.part.quaſt.5.num.33.* & ma- Maſcard.
ximè *num. 35.* Gratianus *tom.1.cap.177.n.16.* Gratian.
Riccius *in praxi aurea Reſol.11.num.6.* Lam- Riccius.
bertus *lib.1 part.1.q.6.principio art.5.*Menoch. Lambertus.
conſil.90. num.27. & conſil.336.num.5. Zerola Menoch.
in praxi Epiſcopali verbo juris patronatus Zerola.
pag.179 Caſtro Palaus *tom.2. tract.13. diſp 2.* alii.
punct.2. num.5. Et cum aliis multis Barboſa Pilam.
de poteſtate Epiſcopi part. 3. Allegatione 70. Barboſa.
num. 5. & 8. Unde inferunt, quod ille, qui Eccleſiam antiquam renovat, ac reformat, & ad meliorem ſtatum, ac formam reducit, dicendus eſt illius fundator, ac inſtitutor. Cum ergo Chriſtus D. Monachatum antiquum,

renovavit

Digitized by Google

renovaverit, ac reſtauraverit, perfecerit, &
ad meliorem formam, ac ſtatum reduxerit,
multis gratiarum donis ſpiritualibus, ac per-
fectionibus, ſimpliciter illius auctor, ac in-
ſtitutor eſt.
92. Imo maximè pertinet ad ſupremam celſi-
tudinem; infinitatem;ac bonitatem Chriſti;
quod ex ejus gratia, ac auxilio daretur mona-
D.Thom. chatus in lege antiqua, quia ut ait D.Thom.
1.part.quæſt.65. art.3. *Quanto aliqua cauſa eſt
ſuperior, tanto ad plura ſe extendit in cauſando.*
Et 3.contra gentes cap.24. ait, *Quanto ali-
quid invenitur melius, tanto ad remotiora boni-
tatem ſuam diffundit.* Et quolibet 3. *quæſt. 3.
art.6. & etiam quæſt.3.de potentia art. 3.* Atqui
nulla ſuperior, ac excellentior cauſa eſt, nec
dari poteſt, quam Chriſtus Dominus &
inde non ſolum divinitas ſuæ infinitæ bo-
nitatis, ſe diffudit in eos, qui prope ſunt,
nempe in lege gratiæ, ſed etiam ad remotio-
sa, ad Patres nempe antiquos legis veteri,
& ſicut eos fecit participes Sacramentorum,
virtutum,ſupernaturalium, ac cœleſtium do-
norum, ita etiam eos fecit participes ſtatus
monachalis, qui maxime conducit ad juſti-
tiam, ac ſalutem aſſequendam, & ita in hoc
maximè declaratur ſuprema, & excelſa maje-
D.Thom. ſtas Chriſti D. quia ut etiam ait D. Thomas
citato loco 3.contra gentes. *In quantum unum
quodque, bonitatem ſuam diffudit in alia, fit al-
tior cauſa.*

De Beata Virgine.

93. Opponunt ſecundo contra nos adverſarij.
Quod hæc noſtra ſententia maximè contra-
riatur dignitati ſanctiſſimæ Deiparæ, quæ à
Sanctis Patribus dicitur prima, quæ virgini-
D. Epiphan. tatem vovit. D. Epiphanius hæreſi 87. *Ma-
riam dicit initium, & Principium virginitatis.*
D.Auguſt. D. Auguſtin. tract. 10. in Ioan. ait. *A Maria
D.Ambr. cœpit dignitas Virginum.* D. Ambroſ. lib. 1. de
Inſtit. Virginis cap. 5. loquens de Deipara,
ait. *Quod ipſa ſacra virginitatis ſignum extulit,
& intemerata virginitatis primum Chriſto ve-
xillum levavit.* D.Bernard. ſerm. in ſignum
Magnum:eam dicit *ſignum magnum virginita-
tis primicerium.* Sophronius ſerm. de Aſſum-
ptione, eam dicit *Perfectionis virginalis exem-
plum*; ſic multi alij Patres adducti à Suar.ſta-
tim citando. Confirmatur, quia juxta ſanctos
Patres videtur dicendum,quod inter homines
Chriſtus inter fœminas Deipara Primi vove-
Origenes. rint virginitatem.Origeñes in cap.13.Matth.
ſic ait. *Virilis quidem puritatis in caſtitate pri-
mitias fuiſſe Ieſum.*
94. Reſpondeo. Primo cum Suario. *tom.2.in 3.
Suar. part.diſp.6.ſect.3.§.* Ad has objectiones,ſic ait,
Quod Beata virgo perfectum votum virgini-
tatis emiſerit, ad perfectionem ejus pertinet.
*Quod vero ante ipſam nullus hoc fecerit ad ejus
commendationem non ad modum refert.* Deinde
ſubdit idem Doctor. *Deinde dici etiam poteſt
prima, quæ præpoſita eſt tanquam dux, & exem-
plar hujuſmodi voti, & hunc exiſtimo eſſe ſen-
ſum ſanctorum Patrum.* Perpende verba *præ-
poſita eſt tanquam dux*, & hunc exiſtimo eſſe
ſenſum ſanctorum Patrum; Quod ſtatim ma-
gis explicabo.
95. Deinde ſubdit ipſe Suarius citatus. *Hanc
primatam Mariæ in virginitate ſervanda ſuffi-
Suarius. cienter ſalvari in eminentia, & ſpeciali præro-
gativa, qua in ipſa eluxit hæc virtus;* & inde
meri:o Prima extitit in voto virginitatis ſuper
omnes puras creaturas, quod paucis accipe.
Prima prærogativa, quia in exordio, & primo
inſtanti ſuæ puriſſimæ conceptionis emiſit
votum virginitatis, ut pie, & docte aſtruunt
Barradas. Barradas *tom.2.ſua concordiæ lib.6 ban.3.* Mo-
Morales. rales *cap.1. Matth lib.2.tract.6.n.12.* Novatus
Novatus. *de eminentia virg, c.7. quæſt.28. Secunda præ-
rogativa.* Quia meritum tanto eſt majus, &
excellentius, quanto ex majori charitate, ac
gratia procedit à perſona merente, ut eſt cer-
tum apud *Thelogos*, atqui votum virginita-
tis in ſanctiſſima Deipara procedebat ab ejus
ferventiſſima charitate, ac intenſiſſima gra-
tia, quæ excedebant dona omnium aliarum
creaturarum, etiam collective; ergo ejus vo-
tum altiſſimo incremento ſuperat omnia alio-
sum vota. *Tertia prærogativa*, & valdè magna,
quod ita exactiſſime obſervavit ſuum virgini-
tatis votum, ut nunquam contra id nec leviſ-
ſimam, nec minimam imperfectionem admi-
Trident. ſerit, quia ſacratiſſima virgo nunquam pec-
cavit venialiter, ut definitum eſt in *Concilio
Tridentino ſeſſ.6.cā.23.* quod privilegium ſin-
gulariſſimum ſoli Beatiſſimæ virgini datum,
nec Ioanni Baptiſtæ, nec Apoſtolis, ut tenet
Suar. Suar.tom.2 ad 3.part.diſp 24.ſect.4 §. *Tertio
ex his.* Ubi ait. *Apoſtolos etiam poſt Apoſtola-
tum, & confirmationem in gratia, ac plenitu-
dine Spiritus ſancti, interdum venialiter deli-
quiſſe.* Et idem dicit de Ioanne Baptiſta.Unde
infero,quod omnes virtutes ſacratiſſimæ Dei-
paræ, ſive humilitatis, virginitatis, charita-
tis, &c. largo intervallo ſuperant omnes vir-
tutes omnium aliarum creaturarum, cum vir-
go nec leviſſimam imperfectionē contra eas
admiſerit. *Quarta prærogativa*; firmitas, ac
immobilitas, qua ipſi voto adhærebat, ut
etiam Angelo offerenti maternitatis Dei di-
gnitatem, quæ eſt quodammodo infinita, &
Luc 1. eſt ſuprema dignitas, quæ puræ creaturæ po-
teſt communicari, quantum ex ſe erat, nole-
bat acceptare, niſi veluti ex pacto ſervandæ
virginitatis votum; & inde ait, *Quomodo fiet
Novatus. iſtud, quoniam virum non cognoſco.* Ita Nova-
tus citatus *quæſt.29.& ego ipſe to.1.in Evang.
lib.1.cap.5.quæſt.44. nu.134.* ex D.Gregorio
D.Nyſſen. Nyſſeno, *Oratione de Chriſti Nativitate.*
96. Secundo ſatis apte, & congruè reſpondet
Munoz. M. Petrus Munoz B.Virginem Mariam fuiſſe
primam in voto virginitatis, in ratione cau-
ſæ objectivæ, ac exemplaris; quia agnoſcen-
tes ſancti Patres antiqui ex divina revelatione
ſacratiſſimam Deiparam deſtinatam Chriſti
Matrem cum voto virginitatis,ad ejus exem-
plar, ac imitationem caſtitatis votum emiſe-
D.Thom. runt.Nam ut ait D.Thomas 3 part.quæſt.62.
art.6. *Non eſt neceſſe, ut cauſa cauſatum præ-
cedat tempore, nihil prohibet id, quod eſt poſte-
rius tempore, antequam ſit movere.* Illi antiqui
Patres ex divina revelatione accipientes mo-
dum vivendi Chriſti D. ac ejus ſacratiſſimæ
Matris, ad illum ſe maximè conformabant,
talemque vivēdi modum reſpiciebant ut cau-
ſam exemplarem, ac finalem, quem imitari
intendebant de Elia,ac Eliſæo per reſpectum
ab B.Virg. Mariam. Sic jam à me datus *tom.1.
in*

in Evangelia lib. 2. cap. 9. quæſt. 10. num. 36. D.Method D.Methodius *homil. de Purific.* ſeu de Simeone, & Anna tom. 3. Bibliotb. ait, loquens cum virgine ſacratiſſima. *Puritatis ſua Elias Propheta præſcius, atque imitator in ſpiritu, cum eſſet vita illius ſignifera, ſibi coronā colligavit. Te quoque ejuſdem ſucceſſor Eliſæus à ſapiente Magiſtro his ſacris initiatus tanquam jam exiſtente, præfigurant.* Elias in ſpiritus præſcius puritatis virginis, ut illius imitator, inde ſibi colligavit coronam puritatis, ad quam etiam colligendam inſtructus eſt Eliſæus ejus diſcipulus, *tanquam jam exiſtentem præfigurans.* Præfigurantes, & venerantes ipſam virginem Mariam objective cognitam jam tanquam exiſtentem, & præſentem.

97. Tertiò dicitur Virgo Prima in voto virginitatis, quod fuerit prima inter fœminas, quæ tali voto ſe aſtrixerunt, & inde nil derogatur Eliæ, ac diſcipulis ejus, & ita multi Patres loquuntur, & rem explicat Ioan. Ieroſ. D. Iſidor. Ioannes Ieroſolymit. lib. de inſtit. Monach. cap. 34. D. Iſidor. lib. 2. de offic. Eccleſiaſtico cap. 17. *Quantum pertinet ad vetus teſtamentum Elias, Ieremias, & Daniel caſtitatis, & continentiæ bono primi ſtuduiſſe dignoſcantur: quantum vero ad novum virorum virginum eſt Chriſtus, fæminarum* D. Bonavent. *virginum caput eſt Maria.* D. Bonaventura in 4. diſt. 30. quæſt 4. *Decuit Virginem Deo virginitatem vovere, ut eſſet mulieribus virginitatis exemplum.* Caniſius. Caniſius lib. 2. de Deipara cap. 12 ait, *Apud Damaſcenum legimus Chriſtum virorum, virginem Mariam fæminarum caput.* Quæ omnia intelliguntur de Chriſto ratione ſuæ dignitatis, & excellentiæ, qua ut cauſa finalis, efficiens, moralis, ac meritoria virginitatis, ac omnium bonorum operum, quæ dantur in hominibus, & in hoc ſenſu intelligitur illud Pauli ad Coloſſenſ. 1. numero 18. *Qui eſt principium, & primogenitus.* Explicat D. Anſelm. *in collegio ſanctorum*, ut eorum dux, ac fons ſanctitatis, virginitas etiam Mariæ extitit cauſa exemplaris ac ſpeculum omnium ſanctorum; hæc dixi juxta expoſitiones, quæ circumferuntur, quas explicavi maximè in laudem virginis.

98. Quarto inſuper addo, & dico, quod ſanctiſſima Deipara prima extitit, quæ fecit votum virginitatis, Elias, Eliſæus, ac filij Prophetarum, fecerunt votum caſtitatis. Latum eſt diſcrimen inter virginitatem, ac caſtitatem, D.Thom. ut docet D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 152. *articul.* 3. *in corpore*, ibi Caietan. Leſſius. Cajetanus, & alii, Leſſius *de juſtitia lib.* 4. *c.* 2 *dub.* 14. *n* 99. Nam virginitas dicit integritatem carnis, ſeu corporis, ideſt ſubjectum nunquam libidine contaminatum, quod non excludit caſtitas, unde viduati ingredientes Religionem, dicuntur vivere in caſtitate. Deinde inſuper juxta mentem ſanctorum Patrum duplicem virginitatem conſidero; una, quæ eſt ſimpliciter virginitas; altera virginitas perfectiſſima, & integerrima. Virginitas ſimpliciter dicit integritatē corporis, tamen læſionem veneream mentis non excludit, ſed admittit, ac proinde licet habeat integritatem corporis, non tamen mentis; At virginitas integerrima, & perfectiſſima dicit ſummam integritatem corporis, & animæ, ut omnes morſus etiam à cogitatione excludat Sacratiſſima Deipara extitit virgo perfectiſſima, & integerrima virginitate, non ſolum corpore, ſed etiam anima, ita ut nec leviſſima umbra imperfectianis mentem ejus attigerit, & ita ipſa extitit prima, & ſingularis, quæ fecit virginitatis votum; unde merito de ipſa canit Eccleſia: *Tu ſola ſine exemplo placuiſti Domino Ieſu Chriſto.*

Ad confirmationem patet ſolutio ex dictis 99. maximè in tertia ratione *num.* 97. Nec etiam contra nos facit id, quod refertur ex Abdia Abdias. Babyl. Babylonico in ſuo libro in vita Sancti Bartholomæi Apoſtoli dicentis de B. Deipara: *Hæc virgo ſervandæ virginitatis votum prima Deo vovit, primam autem ideo dixi; quia ex quo homo factus eſt ab initio ſæculi, nulla hoc votum Deo obtulit: virgo hoc conſtituit in corde ſuo, cum hoc à nullo homine, nec verbo didiciſſet, nec exemplo.* Hoc nihil facit contra nos, quia ille liber Abdiæ Babylonici eſt apochryphus, & fabuloſus, ut habetur in expurgatorio Romano, & tradunt Sixtus Senenſis, Senenſis. Bellarminus, Poſſevinus de ſcriptoribus, & ſi Bellarm. admittatur teſtimonium ſolum videtur pro- Poſſevinus. cedere, quod prima fecit votum inter mulieres, quod videtur colligi ex verbis Apoſtoli, *Nulla hoc votum Deo obtulit.* Vel dic, quod fuit prima in ratione cauſæ exemplaris; nam cum de ejus puritate habuiſſent revelationem ſancti Patres Antiqui, ad ejus imitationem talia vota fecerunt, ut jam eſt dictum; vel dic quod fuit prima, quæ fecit votum integerrimæ, & perfectiſſimæ virginitatis.

Et ex hoc maximè relucet ſuprema maje- 100. ſtas ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, quia non ſolum poſtquam prodiit in mundum, nos docet, illuminat, ac inſtruit, ſed etiam antequam naſceretur. Doctiſſimus Idiota ait, ô Idiota. virgo Sacratiſſima Apoſtolorum Magiſtra, Evangeliſtarum doctrix, totius orbis illuminatrix. Hinc Salomon de te canit; *Proverb. 8. numero 15.* Per me reges regnant, & legum conditores juſta decernunt, *& Iſai. 7. num. 7.* teſtatur: dabit Dominus vobis ſignum Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Quod ſignum maximè inſervivit ad illuminandam Domum David, quæ non quærebat ſignum, & hoc ſigno lucem dedit mundo antequam naſceretur.

QUÆSTIO XII.

Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex imperfectione legis veteris.

SUMMARIUM.

101 *Primum fundamentum Adverſariorum.*
102 *Secundum fundamentum cum ſuis confirmationibus.*
103 *Nihil erat proprium legis, per quod juſtificaretur.*

104 *Ex gratia Dei multi erant perfecti.*
105 *Deus Patribus antiquis aliqua conceſſit majora, quam Monachatus.*
Præoccupatur adverſariorum ſolutio, ibid.
106 *Martyrium antiquitus non fuit in paucis, ſed in multis, & n.107.108.109.110.*
111 *Spiritus prophetia in illo ſtatu antiquo fuit in multis.*
112 *Similiter in illo antiquo ſtatu multis ſunt communicata dona Spiritus ſancti.*
113 *Multis etiam eſt communicata gratia miraculorum.*
114 *Ergo ſi hæc majora in illa antiquitate dabantur, etiam ſtatus Monachalis dari poterat.*
115 *Ad locum Pauli ad Galatas.*

101. HOc totum effugium, ac ſubterfugium Adverſariorum recurrentium ad imperfectionem legis veteris, ac prrfectioné novæ, cui proinde debrbatur ſtatus Monacbatus, & ſic argumentantur. Iſte Monachatus eſt perfectiſſimus ſtatus: lex vetus fuit valdè imperfecta; ergo non potuit in ea dari. Major eſt certa,
Hebr 7. Galat.4. minor probatur ex Apoſtolo Hebr. 7. num. 19. *Nihil ad perfectum adduxit lex*; & ad Gal. 4. n. 4. Tempus legis appellat tempus pueritiæ ac infantiæ. *Ita & nos cum eſſemus parvuli, ſub elementis mundi hujus eramus.*

102. D Chryſ. D. Thom. Ad argumentum, ac locum Pauli reſpondetur juxta mentem Sāctorū Patrum D. Cbryſ. D. Tbomæ, ac aliorum, *Nihil ad perfectum adduxit lex*, per quod nēpe homo juſtificaretur, ac ſanctificaretur, tota hominis perfectio, eſt illius juſtificatio, ac ſanctificatio. Propriū autem legis nihil erat per quod homo formalitrr juſtificaretur, ſed tantùm diſpoſitivè; lex tantùm ex ſe habebat ſacrificia, oblationes, cæremonias, & ritus, quæ non ſanctificabant. Duo nempe Sacramenta pro parvulis, remedium nempe legis naturæ, ac circumciſio ooo erant propria legis veteris: remediū enim legis naturæ datum fuit Adamo, circumciſio autem
Geneſ. 17. Angles. Faventin. Pitigian. Florentin. Florentin. Abrahamo *Geneſ.* 17. ut bene notant Anglea *in 4. diſt. 3. art. ultimo, cōcluſ.* 3. Faventinus *ibid. diſp. 3. cap. 3. n. 4.* Pitigianus *in 4. diſt. 1. q. 6. art. 9.* & ita explicant Concilium Florentinum *in literis Sanctæ unionis*, ubi Eugenius Papa ait, quod Sacramenta veteris legis non conferebant gratiam, Sacramenta nempe, quæ erant propria ipſius legis: nam illa duo fuerunt antecedenter data, ut eſt dictum.

103. Inde quæ erant à lege, erant imperfecta; quæ verò erant à gratia Dei, ac ejus auxilio, erant perfecta, ut notat Benedictus Iuſtinia-
Iuſtin. D Nazianz. nus ad proximè citatum locum Pauli Hebræorum, ex D. Gregor. Nazianz. ac aliis Patribus: *Lex nihil de ſe ad perfectum adduxit: non quod in ea lege non fuerunt plurimi valdè perfecti, ſed propter fidem in Chriſtum, ac ejus gratiam.* Quod manifeſtè patet. Abel, quis negare poteſt,
D. Chryſ. D. Ambroſ. D. Auguſt. quod fuit vir perfectus, quem ut teſtantur D. Chryſoſtomus, D. Ambroſius, D. Auguſtinus. Deus poſuit tanquā primū fundamentū innocentiæ, Sacerdotij, ac Martyrij. De Noë ex-
Geneſ. 6. preſſa dicitur Gen. 6. n. 9. *Noë vir juſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulavit.* Quis negare poterit quod Abrahamus fuerit vir perfectiſſimus, de quo ait Divus Auguſtinus *lib. de Civitate Dei*, quod illud ſæculum fuerit fœliciſſimum, cum tantum, ac talem virum habuerit, cujus fides maximè laudatur ab Apoſtolo præcipuè *Romanorum* 4. ut dicitur, *Pater credentium per fidem*; negari non poteſt, quod perfecta fuerit obedientia Iſaac, qua ſe obtulit ad ſacrificium, patientia Jobi, caſtitas Joſeph, charitas Moyſis erga populum, illiùſque manſuetudo, ut dicatur *mitiſſimus omnium*, *Num.* 12. *num.* 3. Zelus Eliæ, contritio Davidis, fortitudo, ac conſtantia Machabæorum, illorùmque matris in martyrio *Machab. 2. cap. 7. n. 1.* Hæc omnia non proveniebant à lege, ſed immediatè à gratia Dei, ſic dicimus, quod ille Monacbatus legis antiquæ non erat à lrge, ſed à gratia Dei, & non erat cū ea perfectione, ac excellentia, ut poſtea fuit à Chriſto inſtitutus ſed multo minori, ut oſteodam *infrà quaſt. pen.* Rom. 4. Numer. 12. Mach. 2. c. 7.

Et quia Adverſarij multum in hac re fatigantur, doctrinæ gratia inſuper addo, Deus multa conceſſit Pattibus antiquis, majora quam Monachatus, conceſſit Sacramenta, remedium nempe legis naturæ, & circumciſionem, quæ in ratione Sacramenti conveniunt univocè cum Sacramentis legis gratiæ, ut tenent Soto *in 4. diſt. 1. ſect. 2 §. Atque hinc.* Bellarminus *lib. 1. de Sacram. c.* 12. Suar. *tom. 3. ad 3. p. diſp. 1. §. 2. Dico tamen primo.* Vaſq. *diſp.* 128. *cap. 5. n.* 55 Lovan. *de Sacram. q. 60. art. 4. dub.* 2. Quod autem Sacramentum ſit quid majus, inde eſt evidrns, quia Sacramentum cauſat gratiam ex opere operato, Monacbatus ex opere oprrantis, ne quis dicat, quod illa Sacramenta fuerunt data, ut medium neceſſarium ad ſalutem ad quod ſufficiebat remedium legis naturæ, ad quid inſuper circumciſio, niſi ut quid magis prculiare, ac particulare. 104. Soto. Bellarm. Sua. Vaſquez. Lovan.

Inſuper Deus conceſſit Patribus antiquis Martyriū quod majus eſt, ut dixit *q.* 9 Inſuper conceſſit ſanctificationem in utero Ieremiæ, vitam puram, innocentem, abſque peccato mortali Abel, ut eſt notum, & etiam Noë, ut tenent D. Auguſt. D. Ambr. & canunt Sybillæ, & explicant Commentatorea ad illa verba Gen. 6. n. 7. *Noè vir juſtus, ac perfectus in generationibus ſuis.* Sicut D. Gregor & alii Patrrs dicunt de Iob ad illa verba: *Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.* De quo latè ibi Penrda, Sanchez, quod etiam idem dicitur à multis de Abrahamo, Iſaac, ac aliis. Inſuper dedit etiam eis multa cœleſtia chariſmata, ac divina, dona, gratiam miraculorum, donū ſcientiæ, ac intellectus, ac prophetiæ. Hæc majora ſunt, ſi ergo Deus Patribus antiquis talia conceſſit, cur negandum quod etiam conceſſerit ſtatum Monacbalem, non cum ea excellentia, ac perfectione, ut modo eſt ſub Chriſto, ut explicabo *quaſt. penult.* 105. D Auguſt. D Ambr. Sybillæ. Geneſ. 6. D Gregor. Iob. 1. Peneda. Sanchez.

Vim hujus argumenti ſubodorati ſunt adverſarij, & dicunt, quod Deus dedit Patribus antiquis Sacramenta legis naturæ, ac circumciſionis, quia hæc erant ſimpliciter neceſſaria; alia verò dona dedit pauciſſimis, ac rariſſimis. Sed contra, ſicut Deus ut Optimus Proviſor dedit illa Sacramenta, quæ erant neceſſaria ad ſalutem, ſic & media proportionata ad ipſam ſalutem adſequendam, ut virtutes Fidei, Spei, & Charitatis, ac Religionis, & cultus Dei, quæ eſt prima virtus 106.

inter omnes morales, cum magno apparatu, ac
multitudine Sacerdotum, ac Levitarum cum
oratione non ſolum vocali externa, ſed etiam
interna, cum meditatione, ac contemplatione,
& cæteris virtutibus, etiã cum votis, ut ſupra
dixi *hac reſol. q. 1.* Si enim hæc vota in aliis vir-
tutibus dabantur, cur etiam non facerent in
obedientia, paupertate, & caſtitate.

107. Deinde martyrium, illiúſque fortitudo, quid
multo nobilius, ac excellentius eſt, quã ſtatus
Monachalis, ut patet ex Chriſti teſtimonio
Ioan. 15. Ioan. 15. n. 13. *Nullus majorem charitatem habet,*
quam ut ponat animam ſuam pro amicis ſuis. At-
qui martyrium in illo antiquo ſtatu nõ fuit in
paucis, ſed in multis, & in magno numero,
ut ait Stephan. Actor. 7. n. 52. *Quem Prophe-*
tarum non ſunt perſecuti patres veſtri, & occide-
runt, eos, qui pronuntiabant de adventu juſti? Ac
ſi diceret omnes occiderũt; & in hoc ſenſu lo-
Hebr. 11. quitur Apoſtolus Hebr. 11. n. 36. de ipſis Pro-
phetis. *Alij vero ludibria, & verbera experti*
ſunt, inſuper & vincula, & carceres: lapidati ſunt
ſecti ſunt, tentatione in occiſione gladij mortui ſunt,
Illa diſtributio per tot genera tormentorum,
& mortis, multitudinem indicat: & Chriſtus
Dominus ait Matth. 23. n. 37. *Ieruſalem Ieruſa-*
lem, quæ occidis Prophetas & lapidas eos, quod
multis exemplis oſtenditur. In Prophetis ma-
joribus, & duodecim minoribus, qui omnes ex
majori parte ſũt martyrio coronati, de quibus
Martyrol. agunt Martyrolog. Roman. ſub nomine cu-
D. Epiphan. jus libet Iſaiæ, vel Ieremiæ, v. g. & D. Epiph. *lib.*
D. Doroth. *de vita, & interitu Prophetæ.* S. Dorotheus *in Sy-*
D. Hieron. *nopſi.* D. Hieron. *in Præfatione ipſorum Prophe-*
D. Iſidor. *tarum.* D. Iſidorus *lib. de vita, & morte Sancto-*
rum, & patet ex eis, quæ ſupra dixi *Opuſcul. 1.*
Reſol. 3. quæſt. 22. & 23.

108. Alia multa exempla adducamus. Impia Ieza-
bel multos Prophetas pro cultu, & veneratio-
ne veri Dei occidit, ut dixit Abdias ad Sanctũ
Patrem noſtrum Eliam. *Nunquid non indica-*
tum eſt tibi Domino meo, quid fecerim, cum inter-
3. Reg. 18. *ficeret Iezabel Prophetas Domini,* 3. Reg. 18. n. 13
Sic ipſe Elias dixit ad Deum. *Prophetas tuos*
3. Reg. 19. *occiderunt gladio.* 3. Reg. 19. n. 14. Qui martyrij
Cornel. laurea fuerunt inſigniti, ut tenet Cornelius à
Lapide *3. Reg. 17. §. Virgines.*

109. Veniamus jam ad tempora Machabæorum,
& inveniemus Martyrũ exercitus cum urgen-
te Regis Antiochi mãdato cogerentur omnes
idolo immolare, & multa contra legẽ Dei fa-
cere Text ait: *Multi de populo Iſrael definierunt*
apud ſe, ut non manducarent immunda, & elege-
runt magis mori, quam coinquinari immundis.
1. Mach. 1. Mach. 1. c. 1. n. 5 Nota verbum, *Multi de populo.*
Cornel. Cornel. à Lapide, ait: *Illi omnes glorioſi fuerũt illo*
Ioſeph. *priſco, & rudi ſæculo martyres.* Audi Ioſeph.
lib. 12. c. 7. ait: *Quamobrem quotidie necabantur*
cruciati tormentis crudeliſſimis, flagris etiam caſi,
& lacerati corpore vivi adhuc ſpirantes ſuffige-
bantur crucibus; uxores autem eorum, & circum-
ciſos liberos ſtrangulabant juxta mandatum re-
gium, & ſuſpendebant à crucifixorum parentum
cervicibus. Et de multis aliis exquiſitiſſimis, ac
crudeliſſimis tormentis, quibus premebantur,
ac cruciabantur ob legis obſervantiam, agit
Sanch. 7. Sanchez *ad finem hujus primi Capitis.*

110. *Lib. 2. Mach. c. 6. n. 10.* Cum duæ mulieres eſ-
2. Mach. 6 ſent delatæ natos ſuos circumcidiſſe, ipſis, in-
fantibus ad ubera ſuſpenſis præcipitantur ex
muro; cogebantur omnes in totum legem Dei
violare, & Libero ſacra celebrare, & qui nol-
lẽt, *Cum indicati eſſent Philippo flammis ſucceuſi*
ſunt. Eodem *cap. n. 11.* de quorum martyrio agit
Salian. *anno mundi 3887. n. 19. & 20.* Sequitur
& inclyta mors Senis Eleazari *eodem c. 6 n. 19*
De quo S. Patres multa dicunt. Deinde jam
c. 7. deſcribitur glorioſa, & admirabilis mors 2. Mach. 7.
ſeptem fratrũ Machabæorum una cum matre
ſua, quorum feſtum *prima die Augusti* celebrat
tam Eccleſia Latina, quam Græca, ut teſtatur
Baronius *in Annot. ad Martyrol.* Hos omnes,
ut Sãctos prævidens canit, ac celebrat Regius
Vates Pſal. 78. *Deus venerunt gentes in hæredi-* Pſalm. 78.
tatem tuam; poſuerunt morticina ſervorum tuo-
rum, eſcas volatilibus cæli, carnes Sanctorum
tuorum beſtiis terræ. Quem Pſalmum de hac
perſecutione facta ſub tempore Antiochi ad
litteram intelligunt omnes ferè Patres Græci,
& Latini teſte Lorino. D. Baſil. D. Chryſoſt. Lorinus.
Theodor. D. Auguſtu. D. Hierõ D. Remig. Ni- D. Baſil.
cephor. Euthym. Noſtro Incognito, D. Al- D. Chryſ. Theodor.
berto Magno, Hugo, Caietano, niſi velis di- D. Auguſt.
cere cum Arnobio, Lyrano, Treveto, Riberia, D. Hieron.
explicandum eſſe Pſalmum de deſolatione, ac D. Remig.
perſecutione facta per Nabuchodonoſorem, Nicephor.
interfectis multis Iſraëlitis defendentibus Euthym.
templum, ne prophanaretur à Gentibus qua Incognit.
ſententia data maximè noſtra reſolutio de nu- Albertus. Arnobius.
mero Martyrum confirmatur. Lyranus.

Spiritus Prophetiæ in illo rudi, & antiquo 111.
ſæculo multis eſt communicatus, non ſolum
quatuor Prophetis majoribus, & duodecim
minoribus inſuper & Baruch, ſed etiam mul-
tis aliis Spiritum Prophetiæ habuit Henoch
ſeptimus ab Adamo, ut teſtatur *Iudas Apo-*
ſtolus in ſua Canonica, num. 14. eundem Spi- Iudas Apoſt
ritum Prophetiæ habuerunt Adamus. *Geneſ. 2.*
n. 23 Noë. *Geneſ. 9. num. 27.* Abrahamus. *Ge-* Geneſ. 2.
neſ. 15. 10. & c. 20. n. 7. Iſaac *Gen. 18. n. 29.* Ia- Geneſ. 9.
cob. *Gen. 49. per tot.* Ioſep. *Gen. 50. n. 23* Iob. *in* Geneſ. 15.
ſuo libro Moyſes. *Deut. 18. n. 15.* & etiã Eldad, Geneſ. 18.
& Medad. *Numer. 11. n. 27.* & Debora *in ſuo* Geneſ. 49.
Cant. Iudic. 5. à n. 1. Vir ille, qui Miſſus eſt tem- Geneſ. 50. Iob. 1.
pore Gedeonis, Propheta erat *Iudic. 6. n. 8.* Vir Deuter. 18.
ille, qui venit ad Heli, *1. Reg c. 2. n. 27.* denun- Numer. 11.
tians ſuorum filiorum mortẽ Propheta erat, ſi- Iudic. 5.
cut & Prophetæ fuerunt Samuel, David, Salo- Iudic. 6.
mõ, Nathan, Gad, Abias Silonites Vir ille, qui 1. Reg 2.
venit in Bethel ad Ieroboam, & clamavit cõ-
tra altare, Propheta erat, *3. Reg. 13. n. 1.* Iehu fi- 3. Reg. 13.
lius Anani Propheta erat, *3. Reg. 16. n. 7. & 12.* 3. Reg. 16.
Similiter Prophetæ fuerũt Sem, Addo, Obed, 2. Par. 12. 13.
Ananias, *2. Par. 12. n. 13. & c. 13. n. 22 c. 15. n. 8.* & 15.
& c. 16. n. 7 & Tobias *c. 14. n. 12* & Magni Pa- Tobiæ 14.
rentes Elias, Eliſæus, & alij multi. Elias non
ſolum fuit Propheta, ſed inſigniter facit Pro-
phetas ſucceſſores poſtea.

Similiter in illo antiquo ſtatu multis com- 112.
municata ſunt dona, ac chariſmata Spiritus S.
ſcientiæ, ſapientiæ, intellectus, ac interpreta-
tionis ſermonum. ut Adamo Noe, Abrahamo,
Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moyſi, Beſeleel & Oo- Exod. 35.
liab. *Exod. 35. n. 35.* Ioſuë, Gedeoni, Davidi,
Salomoni, Ezechiæ Ioſiæque Regi, Eſdr. Ne-
hemiæ Danieli, ac Machabæis, & multis aliis.

Et etiam Deus multis communicavit gra- 113.
tiam miraculorum Abrahamo, cum liberatur
ab igne Chaldæorum, Iacobo in multis, ac
multi plicatione Oviũ, cui Deus dedit omnem
ſubſtan

Geneſ. 31. ſubſtantiam Laban. *Geneſ.* 31. *n.* 9. Moyſi in
multis portentis, Ioſuë, Gedeoni, & Sanſoni,
Samueli, dum æſtivo tempore ad ejus preces
1.Reg.12. dat Deus pluviam, & tonitrua. 1. *Reg* 12 *n.* 18.
Davidi dum divina virtute Leones, & Vrſi
conſurgentes in eum, apprehendebat mentũ
1.Reg.17. eorum & ſuffocabat eos, 1. *Reg.* 17. *num.* 35. ac
Goliath proſtravit, & interfecit. Iſaiæque in
4. Reg. 20. Horologio Achaz 4. *Reg.* 20. *n.* 11. & Ieremiæ
Ierem. 39. dum mirabiliter ab inimicis *cap.* 39. *n.* 17. Danielique
dum bis liberatur ab ore Leonum,
2. Mach 3. Eliæ ac Eliſæo, & Nehemiæ *Machab*, 1. *c.* 1.
n. 2. & Pontifici Oniæ deprecanti pro ſalute
2. Mach. 3. Heliodori 2. *Mach* 3. *n.* 32. quod etiam magnopere
viſitur in Elia, ac Eliſeo; ita ut tota
vita Eliæ fuerit miraculoſa. ac miraculis ple-
D Epiphan. na, antequam naſeeretur, teſte Divo Epiphanio
viſus eſt flammam ignis manducare; poſtea
mirabiliter claudit, & aperit cœlum, miraculoſo
pane paſcitur apud Carith, & viduam
Sarepthanam, cujus filium à morte ſuſcitavit,
quod nunquam ante in orbe viſum;
cujus farinæ hydria, & lecythus olei non
minuitur, & comedit ipſa, & domus ejus to-
3. Reg 17. ta pluſquam per duos annos, 3. *Regum* 17. In
Carmelo mirabiliter ſuper ſacrificium ignem
3. Reg. 18. deduxit de cœlo, *cap.* 18. Pane Angelico
corroboratur, & ambulat in fortitudine cibi
illius quadraginta diebus, & quadraginta
3 Reg. 19. noctibus, *cap.* 19. abſque alio cibo, quiete,
continuè ambulando, & in Horeb ſibilo auræ
tenuis Domino ei apparet. Ad vocem Eliæ
bis ignis de cœlo deſcendit, duos quinqua-
4 Reg. 1. genarios devorat, 4. *Regum.* 1. Pallio dividit
aquas Iordanis, & raptus eſt curru igneo in
4 Reg 2. cœlum. 4. *Reg* 2.

114. Si ergo præclarum Martyrium inter omnes
virtutes, quod maximum, ac præclara dona, ac
chariſmata Spiritus ſancti, quæ ſunt excellentiora,
ac majora, quam ſtatus Monachalis,
& tamen illa in multis ſunt inventa, & data
etiam priſco illo ſæculo, cur ergo negabitur
dari in illo ſtatus Monachalis, quod eſt quid
minus. non tamen ea excellentia, perfectione,
ac frequentia, quæ eſt in lege gratiæ quia
ut Chriſtus Dominus, ait: *Ego veni ut vitam*
Ioan. 10. *habeant, & abundantius habeant*. Joan. n. 10.

115. Ad locum Pauli ad Galatas; *Et nos cum eſſemus
parvuli ſub elementis mundi eramus ſer-*
D August. *vientes*. D. Aug. interpretatur locum de Genti-
D. Chryſ. bus. D. Chryſ. *de Angelis gubernantibus ele-*
D. Hieron. *menta* D. Hier. D. Ambr. interpretantur de Iu-
D. Amb. dæis; in quo ſenſu illum Adverſarii opponũt
contra nos, ſed nihil facit, quia Paulus loqui-
tur de Judæis, prout erant ſub lege, & participabant
de his, quæ erant à lege; nos autem
hic loquimur de his, quæ non proveniebant
à lege immediatè, ſed à gratia Dei,
ut erat Monachatus, & ſatis eſt dictum.

Quæstio XIII.

Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex repugnantia cum lege.

SUMMARIUM.

116 *Argumentantur Adverſarii, dabatur præceptum de non ſervanda virginitate.*
117 *In lege nullum erat præceptum de non ſervanda virginitate.*
118 *Explicatur locus Exodi.*
119 *Reſpondetur ad filiam Iephte.*
120 *Reſpondetur ad Apoſtolum* Corinth.
121 *Deus ſuos juſtos promovet ad majora merita.*

Argumentantur Adverſarii, quia videtur 116.
dari præceptum in lege veteri de non
ſervanda caſtitate, & conſequenter multo ma-
gis de non vovenda. Dicitur enim Exod. 23. Exod 23.
n. 26. *Non erit infæcũda neque ſterilis in domo*
tua. Et iterũ Deut. 7. n. 14. *Non erit apud te ſte-* Deuter. 7.
rilis utriuſque ſexus. Deinde filia Iephte, dum
ſe virginem moriturã audivit, dixit ad patrem.
Dimitte me ut duobus menſib. plangã virgini-
tatẽ meam. Iud. 11. n. 37. Confirmatur, quia lex Iudic. 11.
vetus figura extitit legis Evãgelicæ: *Omnia in*
figura contingebãt illis. 1. Cor 10. n. 11. Ergo nõ
potuit in illa dari Monachatus, ſecundum
ſuam ſubſtantiam, ac realitatem. Ex quo infe-
runt quod quamvis aliqui antiqui vitam duxerint
in obedientia, paupertate, ac caſtitate, tamen
non datũ eſt eis, ut hæc votis firmarẽtur,
quia tanta perfectio reſervabatur legi gratiæ.

Ad hoc argumentum reſpondetur nullum 117.
in lege veteri extare præceptum de non ſervanda
caſtitate, ut ſine fundamento aſtruunt
Auctores contrarij, ut patet jam ex ſupra dictis
in hac Reſolutione, q. 2. Et quod nullum
eſſet tale præceptum de non ſervanda caſtitate
apertè, & expreſsè docent, & tradunt Divus
Ignatius, D. Epiphanius, D. Damaſcenus, D. D. Ignat.
Chryſoſtomus, D. Iſidorus, & alii Patres jam D Epiph.
relati, & expreſsè habent Abulenſ. *in Levit.* D Damaſc.
c. 30. *q.* 32. Sotus *in* 4. *diſt.* 30. *q.* 2. *art.* 1. Bartol. D Chryſ.
Medina 3. *p. q.* 28 *art.* 4 ibi Sylvius, & Suarez. D. Iſidor.
diſp. 6. *ſect.* 1. Vaſquez *diſp.* 524. *c.* 3. Angles *in* Abulenſ.
floribus, de impedimento erroris, art. c. 3. Baſi- Sotus.
lius de Leon *lib.* 1. *de matrim. cap.* 19. *n.* 2. Mi- Medina.
chael Medina *de ſacra hominis continentia,* Silvius.
lib. 3. *c* 46. Mendoça *in quodlibet. q.* 2. *poſitivè,* Vaſquez.
& *q.* 4. & idem docet D. Thomas *in* 4 *diſt.* 33. Suarez.
q 3. *art.* 2. *ad* 2. Neque contrarium docuit 3. Angles.
part. q. 28. *art.* 4. *ad* 1. quia ibi ſolum dicit, quod Baſilius.
videbatur juxta mores illius temporis *lege* Mich Med.
prohibitum; non quod revera ita eſſet. D. Thom.
1. Cor. 10.

Ad verba Exodi: *Non erit infæcunda, neque* 118.
ſterilis in terra tua. Verba continent quandam
benedictionem obſervantibus legem Domini
ut apertè conſtat ex ipſo Textu, ita enim
habet n. 25. *Servietiſque Domino Deo veſtro,*
*ut benedicam panibus tuis, & aquis, & auferam
infirmitatem de medio tui, & non erit infæcunda,
nec ſterilis in terra tua, & numerum
dierum tuorum complebo.* Quæ verba continent
benedictionem ſummæ felicitatis in pane,
aqua, corporis ſanitate, fœcunditate, ac
longævitate. Et clarius apparet ex citato loco
Deuteron. 7. ubi dicitur, *Non erit apud te* Deuter. 7.
ſterilis utriuſque ſexus, tam in hominibus,
quam in gregibus tuis. Quod apertè non denotat
præceptum, cum illius nõ ſint capaces
pecorum greges, ſed benedictionem, quod ad
plurimum regulariter ita erit ſicut illa verba.
Geneſ. 9. n. 1. *Benedixit Deus Noë, & filiis* Geneſ. 9.
ejus, & dixit ad eos, creſcite, & multiplicamini;
non quod omnes filii Noë, qui ſumus nos,
faciant multiplicationem per generationem

naturalem, ſed quod ad plurimum, ac regulariter ita erit.

119. Abulenſ. Ad illud de filia Iephte facilè reſpondetur cum Abulenſi ibi fletum illum fuiſſe eo quod in tam tenera paucorum annorum ætate mortem ſubierat, & quod pater ſuus eam ad id obligaret, & dato quod ipſa ploraſſet, ſe Virginem mori, non erat ex eo quod daretur præceptum de non ſervanda virginitate, ut dicunt Adverſarij: nam morte interveniẽte non tenebatur ad tale præceptum, eſto daretur, quod eſt falſum, ſed quia communis affectus illius populi erat filios procreare, ut qoilibet fieret particeps generationis Chriſti deſiderati, & multi Hebræi apud Abulenſem *Iudic.* 11. *quæſt.* 16. Lyranum, Vatablom, Montanum, tenent quod mors filiæ Iephte non fuerit corporalis, ſed Civilis, ut cum aliis virginibus clauſa moraretur, quidquid ſit de hoc, certum eſt, quod tale præceptum non dabatur juxta illud Machabæorum lib. 2. cap. 3. *Sed Virgines, quæ concluſæ erant, præcurrebant Oniam.* Vide dicta quæſt. 2.

Abulenſ. Lyranus. Vatablus. Arias.

Machab. 2.

120. Ad id vero, quod ex Apoſtolo dicitur: *Omnia contingebant illis in figura.* Intelligitur quoad ſacrificia, & ritus illius legis, virtutes autem Patrum erant veræ, & reales, & etiam figuræ, per reſpectum ad Chriſtum Dominum, ut ſacrificium Abrahæ. obedientia Iſaac, & Ioſeph venditus, Ionas in utero belluæ.

121. Id vero, quod dicunt, quod quamvis fuiſſent juſti in illa lege antiqua viventes in caſtitate, paupertate, ac majorum obedientia, tamen alta providentia diſpoſitum eſt, ut illas virtutes non firmarent votis, quia talis perfectio reſervabatur ad legem gratiæ, multum mihi hoc repugnare videtur cum divina bonitate: nam ſuos juſtos, qui toto corde ſervient ei, ſemper illuminat, ut ad majorem gratiam, ac merita promoveantur, quod maximè fieret; ſi ſuas virtutes votis firmarent. Dicebat David Pſalm. 118. num 125 *Servus tuus ſum ego, da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua* Alij apud Lorinum legunt, *ut ſciam conſilia tua*: & unde habet confidentiam ad hoc poſtulandum, *Servus tuus ſum ego?* Noſter Incognitus: *Servus tuus ſum ego; ſervus enim voluntatem Domini ſui facit; ſervus quærit ſervitutis ſtipendia* Et quodnam ſtipendium quærit ex ſua ſervitute, *da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua*; id eſt, da mihi illuminationem, intelligentiam, ac ſapientiam, ut ſciam tuam voluntatem, ut illam adimpleam, & magis de tua gratia participem. Divus Auguſtinus: *Non ſufficit accepiſſe intellectum, & Dei mandata didiciſſe, niſi ſemper accipiatur, & quodammodo ſemper bibatur de fonte ſalutis æternæ*; & pergit ulterius, ut ſemper in nobis magis creſcat, & augeatur ejus gratia.

Pſal. 118.

Incognit.

D. Auguſt.

Quæstio XIV.

Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex ſumma perfectione legis Evangelicæ, ac ex præclara dignitate Apoſtolorum.

Summarium.

122 *Lex gratiæ perfectiſſima; & inde primum argumentum adverſariorum.*
123 *Secundum argumenenum.*
124 *Ex multis oſtenditur excellentia legis gratiæ ſuper veterem.*
125 *Inde ſumitur argumentum pro noſtra ſententia.*
126 *Ex luce Spiritus ſancti antiqui Patres multa conſilia obſervarunt.*
127 *Quod multis exemplis oſtenditur.*
128 *Etiam in Sanctis Patribus fuit quadam propria abnegatio.*
Proponitur magna excellentia Sacrorum Apoſtolorum. Ibid.

Argumentantur ex perfectione legis gratiæ, quia talis lex eſt perfectiſſima, ita ut 122.
de potẽtia ordinaria non poſſit dari perfectior lex, ut cõmuniter docent Theologi 1. 2 q. 106. *art.* 4 & latè explicant Valentia *tom* 2. *diſp.* 7. *q.* 8. *punct.* 3 Suar *lib.* 10 *de leg. c.* 7. *nu.* 2. Atqui Monachatus eſt valdè perfectus, ergo ad nullam aliam legem poteſt ſpectare, niſi ad legem Evangelicam, & hoc cohæret, ac convenit ejus excellentiſſimæ perfectioni, ut tantum illius ſit proprius talis perfectionis ſtatus.

D. Thom. Valentia. Suarez.

Secundò. Monachatus dicit, & involvit conſilia Evangelica, ergo ante Evangelium non potuit dari. Conſequentia bene infertur; antecedens probatur, quia Monachatus includit votũ paupertatis, caſtitatis, ac obediẽtiæ, quæ ſũt de conſilio Evangelico. Confirmatur, quia Monachatus dicit ſui ipſius abnegationẽ; hãc autem Chriſtus Dominus docuit *Matth.* 16. *n.* 24. dicens: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſũ, & ſequatur me.* Ergo ante Chriſtum non fuit data talis abnegatio. Coofirmatur, quia ad ſummam dignitatem Apoſtolorum videtur pertinere, ut ipſi ſint primi Religioſi, primique illius obſervatores ſtatus. 123.

Matth. 16.

Ad primum argumẽtum reſpondetur. Quod ad ſummam dignitatem Eccleſiæ Evangelicæ pertinet, quod illius tantũ ſit perfectus, & conſummatus Monachatus cum omni ſua excellentiſſima perfectione, quam docuit Chriſtus, cum quo nõ repugnat, quod in alia lege daretur Monachatus imperfectus, & abſque ſua cũſũmata excellẽtia, ſicut ad ſublimẽ dignitatem Eccleſiæ Evangelicæ non ſolum ſpectat, quod in ea fuerint Sacramenta, Martyres, ac juſti; nam hæc etiam fuerunt in lege antiqua; multa tamen differentia: nam in antiqua ſolum fuerunt duo Sacramenta pro parvulis. At in lege gratiæ ſeptem dantur Sacramenta cum magna gratiarum abundantia pro parvulis, ac adultis, & omni ſtatu, in quibus eſt Sacroſanctum Euchariſticum Sacramentum, 124.
in

Digitized by Google

in quo verè, realiter, ac ſubſtantialiter adeſt
ipſe Deus, quo nil majus dari potuit. In lege
veteri fuerunt Martyres in pavo oumero, at
in Eccleſia Chiiſti in tam amplo numero, ut
Franciſc. dicat Franciſc. Arias *lib. 3. de imitat. Chriſti, c.*
35. in fine, facta computatione per Provincias,
& perſecutiones à tempore Chiiſti uſque ad
ſua tempora inveniuntur duodecim milliones
Genebrard. Martyrum, mului alij tradunt apud Genebrardum *in Pſalm.78.verſ.*4 de quo plura dixi
Apoc.7. *cap.7.in Apoc.q.7.n.* 157. 158. In lege antiqua
fuerunt aliqui, & Sancti, ſed in certo, & determinato numero, ut dicitur Apocal.7. n.4. *Et
audivi numerum ſignatorum centum quadraginta quatuor millia ex omni Tribu filiorum
Iſrael. At* de Eccleſia Gentium quid dicit
Evangeliſta? *Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus,
& Tribubus, & populis, & linguis ſtantes ante thronum, cap.7.nu.9.* & tam ampliſſima erat
hæc multitudo, ait Anſbertus: *Vt omnem numerum, & computum excederet, & ſolum divino
lumine cognita.* Et hæc cum magna gratiarum affluentia, ait Chriſtus, *Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Ioan. 10.
oum.10.

125. Sicut ergo non repugnat cum dignitate legis Evangelicæ, quod in lege antiqoa fuerint aliqua Sacramenta, Martyres, & juſti,
ac Sancti, & alia chariſmatum dona, ut jam
dixi *ſuperiori quæſtione*, non tamen ea excellentia, ac in lege gratiæ; ſic etiam non repugnat, quod in lege antiqua daretur Monachatus nõ ea perfectione, ac excellentia, & amplitudine, ut in lege gratiæ: nam antiquitùs erat
in paucis, ac raris hominibus, modo verò in
ampla, & lata multitudine, ut oſtendit tanta
varietas Sacrarum Religionum: maximè verò cum Sancti Patres, quos citavi *quæſt.* 11.
num. 91. dicant, quod hic ſtatus ſeu Monachatus fuerit demonſtratus, ac deſignatus in lege
antiqua.

126. Ad ſecundum argumeotum dicimus, quod
ſtatus Religioſus, ejuſque vota de conſilio
ſunt; tamen illuminatione, ac gratia Spiritus
ſancti antiqui Patres multa conſilia obſervarunt.
Pſalm.75. Ait Regius Vates Pſalm.75.n.12. *Vovete,
& reddite Domino Deo veſtro.* Ibi Lorinus teſtatur, quod juxta omnes Patres Latinos hortatur nos Propheta ad opera conſilij, Religionis nempe, obedientiæ, paupertatis, ac caſtitatis, & de hac re maximè audiẽdus eſt inſignis
Doctor Bartholomæus de Medina 1.2.q.108.
artic. 4. §. Vt tamen. Poſtquam aliquas imperfectiones legis veteris notat, ſubdit: *Sed
non ex hoc inferat Theologus, quod Viri juſti
& Sancti in antiqua legis ſtatu non haberent ex
inſtinctu Spiritus ſancti conſilia à Deo tum virginitatis, tum obedientia, atque etiam paupertatis, qua & animo libenti, & forti amplectebantur.* Et poſt pauca adjungit, *Sed pro temporis ratione, non omnino conſummata, atque abſoluta.*

127. Quod claritatis, ac doctrinæ gratia paucis excipe, conſilium Evangelicum eſt, *Orare,
Luc.18. & non deficere.* Luc. 18.num.1. de Iſaac refert
Geneſ.27. Scriptura. Geneſ.27. num.1. *Senuit Iſaac, &
caligaverunt oculi ejus*, per quadraginta quatuor annos permanſit in cæcitate, ut ibi notant Interpretes cum Pereira, & Cornelio, &
Sylveira Opuſcula.

totum hoc tempus pertranſivit cum multa
patientia in oratione, & mediatione, ut ex
D. Gregorio Magno colligunt Moyſes ſtetit
Moote cum Deo quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Exod. 24. n. 18. *David quo-* Exod.24.
*modo dilexi legem tuam tota die meditatio mea
eſt.* Pſal. 118.n.97. Conſiliũ Evangelicum eſt, Pſalm 118.
non reddere malum pro malo, ſed bonum pro malo, orare pro inimicis, & eis benefacere. Matth.5.
n.43. Ioſeph fratres, à quibus venditus eſt, benigoe excepit. Geneſ.45.n.3. Moyſes pro populo, à quo lapidari voluit, ac multas contradictiones ſuſtinuit, adeò inſtãter orabat, dicens:
*Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele
me de libro tuo.* Exod.32.n.32. David Saülem, Exod.32.
à quo ſæpè perquiſitus fuerat ad mortem, bis
cuſtodivit à ſuis militibus, ne eum interficerent. Semel in ſpelunca, 1.*Reg.*24.*n.*17.& 1.Reg.24.
iterum in tentorio regio, 1.*Reg.*26.*n.*9. Eliſæus 1.Reg.26.
milites, qui venerant eum occidere, cuſtodivit
à ſuis inimicis, & juſſit dare panem, & aquam
ad comedendum, ſaturatos, & liberos dimiſit,
4.*Reg.n.*23. 4.Reg.6.

Conſilium Evãgelicum eſt voluntaria paupertas, ac contemptus divitiarum: *Beati pauperes ſpiritu.* Et etiam Matth.10.n.9. *Nolite poſſi-* 128. Matth.10.
dere aurum, neque argentum. Item patientia
in laboribus: *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Luc. 21. n. 19. Hoc præſtiterunt Luc.21.
antiqui Patres, quos Apoſtolus mirificè laudat. *Circuierũt in melotis; in pellibus Caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus; in ſolitudinibus errantes, in montibus, &
ſpeluncis.* Hebr.11.num.38. De virginibus ait Hebr.11.
Paulus 1.Corinth.7. n.25. *Præceptum Domini* 1.Cor.7.
non habeo, conſilium autem do. Et tamen in lege
veteri moltæ fuerũt virgines, ut dixi ſupra ex
Sanctis Patribus *q.*1. & etiam *q.* 1.*n.*107. unde
præclarè ex D. Auguſtino ait D. Thomas 1.2. D. Auguſt.
q.107.art.5. ad 2. *Fuerunt aliqui in ſtatu vete-* D.Thom.
*ris legis habentes charitatem, & gratiam Spiritus
ſancti, qui principaliter exſpectabant promiſſiones ſpirituales, & æternas, & ſecundum hoc pertinebant ad legem novam.*

Ad confirmationem fatemur, qnod Monachatus requirit ſui abnegationem, quam per- 129.
fectiſſimam, & valdè conſummatam Chriſtus
docuit, & introduxit in mundum, cum hoc tamen ſtat, quod in Patribus antiquis fuit quædam abnegatio propria dictante lumine Spiritus ſancti, ut videtur in Elia ſub tãta Dei obediẽtia, in tanta paupertate, ac eximia virginitate, ac etiam in Eliſæo, ac filiis Prophetarum,
ut dixi *ſuprà, q.6. &* 7. ac etiam in Rechabitis,
ac Eſſenis, cum tam duro, & aſpero vivendi
modo, ut explicavi *ſuprà, q.* 3. & 4. & bene patet ex proximo citato loco Pauli. *Hebr.*11. ubi Hebr.11.
Theodoret. *ibi* ait: *Ita Elias ille magnus, ita* Theodor.
*Eliſæus illius hæres; ita plurimi Prophetæ, qui
nec domos quidem habebant, ſed ligna excidentes
domos ſibi, caſaſve conſtruebant.*

Ad illud, quod dicitur in confirmatione de 130.
Apoſtolis, dicimus quod ſicut ad eorum dignitatem non pertinet, quod foiſſent primi juſti,
ac Sãcti, primique Martyres, in toto orbe, ſicut
etiam ad eorum digoitatem nõ pertinet, qnod
fuerint primi Religioſi. Et ſicut ad eorum excellentiam ſpectat, quod inter omnes juſtos, &
Sãctos ipſi fuerint in ſupremo juſtitiæ, ac ſanctitatis apice ſuper omnes Sãctos, qui fuerunt

Digitized by Google

ab orbe condito. Ita ſacri Apoſtoli in ſuo martyrio fuerũt exeellentiores, in chaitate, ſortitudine, ac conſtantia ſuper omnes. Ita etiam ad eorum dignitatem non ſpectat, quod fuerint primi in qualicunque obſervantia regulati votorum, ſed ad eorum excellentiam pertinet, quod fuerint primi in exactiſſima, ac maximè perfecta obſervatione regulari votorum, itaut in hac conſummata excellentia excedant omnes, qui fuerunt, ac erunt ante; vel poſt eos, Chriſtus Dominus non ſolum dicitur *Sanctus*, ſed *Sanctus Sanctorum*. Daniel. 9. nu. 24. quia ipſe non ſolùm erat Sanctus, ſed quia ipſe in altiſſimo ſanctitatis apice extollitur ſuper omnes creaturas. Rabbi Gerundenſis apud Galatinum *lib. 4. cap. 18.* ait: *Sanctus Sanctorum vocatur; eras ut in eo, ſecundum humanitatem, omnes theſauri Sapientiæ, & ſcientia Dei requieſcerent; erátque ipſe ſuper omnem creaturam oleo gratiæ, ac beneplaciti Dei.* Expende illud *ſuper omnem creaturam*, ſic ad veſtigium Chriſti Apoſtoli non ſolùm fuerunt juſti Sancti, Martyres, ac religioſi, ſed in altiſſimo perfectionis vertice ſuper omnes puras creaturas, Beatiſſima Maria Virgine excepta.

Daniel. 9.

Gerunden. Galatinus.

Quæstio XV.

Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex auctoritate negativa Scripturæ, & affirmativa D. Thomæ.

SUMMARIUM.

131 *Argumentum Adverſariorum.*
132 *Multis exemplis, ac documentis refellitur.*
133 *Explicatur mens Angelici Doctoris.*
134 *Multa loca Angelici Doctoris pro nobis.*
135 *In nullo loco facit contra nos.*

131. ARgumentantur contra nos Adverſarij, quod ſi daretur in lege antiqua Monachatus cum votis, eſſet quid valdè celebre in illa antiquitate, ac proinde in aliquo libro Canonico de tali ſtatu, ac votis fieret mentio; atqui de hoc nulla talis mentio extat, ergo eſt quid commentitum, & falſum.

132. Hoc argumentum multa, & dura involvit: nam ut notat Theophylus Raynaudus *de Scapul. part. 1. quæſt. 1. §. Nimirum*, qui communes traditiones rejicit, & ſolum reſcriptas quærit, favet Calvino, ejúſque ſectatoribus, qui Eccleſiaſticas traditiones reprobãt. Deinde cõtra Adverſarios hic pono argumẽtum ſacri Apoſtoli fecerunt tria vota, ut docent D. Auguſtinus, D. Thomas, *ut ſuprà dixi quæſt. 5.* A tempore Apoſtolorum accepimus ſignum crucis facere in fronte, ut teſtatur D. Baſilius *in epiſtola ad Iulianum Apoſtatam relata in 7. Synodo, art. 4* A tempore Apoſtolorũ accepimus in conſecratione Calicis, aquam vino miſcere; ut teſtatur Alexander Papa *in Concilio Tribur. cap. 19.* A temporibus Apoſtolorum accepimus, quod Sacra Euchariſtia non ſumatur, niſi à jejunis, ut docent communiter Sancti Patres, D. Epiphanius *lib. 3. contra hæreſes, in fine.* D. Gregorius Nazianzen. *orat. 4.* quæ eſt de Baptiſmo ad finem. D. Chryſoſtom. *homil. 27. in primam Corinth.* & multi alij Patres. A tempore Apoſtolorum accepimus Imagines Chriſti, ac Beatiſſimæ Virginis, & Sanctorum effigiare, ac depingere, ut teſtatur Adrianus Papa *in epiſtola ad Carolum Regem*, relata ad calcem *in 2. Synodo Nicæna*; à tempore D. Petri, ac aliorum Apoſtolorum accepimus, quod Sacrificium Miſſæ celebretur peculiaribus veſtibus ſacris, ut teſtatur D. Anacletus Tertius Pontifex à D. Petro *in ſua prima epiſtola Decretali*; & habetur ex *cap. Veſtes de conſecratione, diſtinct. 4.* A ſacris Apoſtolis eſt compoſita, & ordinata Oratio Angelica B. Virginis, ut ex multis dixi *tom. 2. in Apocalypſim, cap. 21. quæſt. 26. num. 319.* Sacrum quadrageſimale jejunium, cuius initiũ ignoratur à temporibus Apoſtolorum manavit, ut docent Sãcti Patres, D. Hieronymus *epiſt. 56. ad Marcellam*, ſic ait: *Nos unam quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolorum toto anno, tempore congruo jejunamus.* D. Leo *ſerm. 6. de Quadrageſima*, inquit, *Apoſtolica inſtitutio quadraginta dierum jejuniis impleatur.* Idem indicant D. Epiphanius *hæreſi 75. in fine.* S. Ignatius *epiſtola ad Philadelph.* D. Clemens *lib. 5. Conſtit. Apoſtol. cap. 12.* Et tamen hæc omnia, & multa alia nec in Actis Apoſtolorum, nec in eorum Epiſtolis, nec in aliquo libro Canonico ſunt ſcripta, ergo ſunt falſa, & commentita; nullus Catholicus hoc dicet, nec habebit in mente, ergo neceſſe eſt fateri, quod tempore antiquo multa fuerunt multa celebritate habita, communi praxi, ac frequenti uſu recepta, quæ in libris Canonicis non continentur.

D. Auguſt. D. Thom. D. Baſil. D. Epiph. Adrian. D. Anaclet. Tom. 2. Apoc. D. Hieron. D. Leo. D. Epiph. D. Ignat. D. Clem.

Deinde obiiciunt Angelicum Doctorem *3 part. quæſt. 28 art. 4.* ubi ait, quod Sanctiſſima Virgo non fecerit virginitatis votum ſecundum mores illius temporis, niſi poſt deſponſationem cum Joſeph. ubi Sanctus Doctor loquitur non tanquam ex propria ſententia, ſed juxta mores illius temporis, ut exprimit; tamen communis eſt ſententia, quod ipſa multo tempore ante diſpenſationem feciſſet virginitatis votum, ut ex aliis locis D. Thomæ colligitur, & docent multi Patres, Doctores, ac etiam Thomiſtæ. Sotus *in 4. diſt. 30. quæſt. 2. artic. 2. ad primum.* B. Albertus Magnus *de laudibus Mariæ.* Paludanus, & alii multi Doctores, quos citant, ac ſequuntur Suarius *tom. 2 ad 3. part. diſput. 6. ſect. 2. §. Dico ergo ſecundo.* Vaſquez *tom. 2. ad 3. part. diſputat. 124. cap 4. num. 46.* 133.

Sotus. D. Albert. Paludan. Suar. Vaſquez.

Et quod Sanctus Doctor pro noſtra ſententia ſtet, eique patrocinetur, patet ex multis locis ejus. Nam ipſe 2. 2. *art. 2.* dum inquirit: *Vtrum liceat Religioſis ſæcularia negotia tractare?* Reſpondet cum *diſtinctione ad 3.* dicens: *Adire palatia propter pias cauſas competit Religioſis.* Unde dicitur 4. Reg. 4. *Quod Eliſæus dixerit ad mulierem, Nunquid habes negotium, & vis ut loquar Regi, vel Principi militiæ?* Si ex mente D. Thomæ Eliſæus non eſſet Religioſus, ad quid afferret eum in exemplum ad comprobanda facta licita Religioſorum, ergo ut doctrina D. Thomæ ſit efficax, ac valida, dicendum eſt, quod Eliſæus ab eo cenſeatur verè Religioſus. Idemque etiam comprobatur 134.

D. Thom.

Digitized by Google

batur ex eadem *quaſt*.187.*art*.6.namquærens, *Virumliceat Religiaſis,viliaribusveſtibus nu quam cateris*. Reſpondet affirmativè in argumento ſed contra, & ait in hunc modum. *Sed contra eſt, quod ad Hebraos* 11. *Apaſtalus dicit. Circuierunt in melotis, & pellibus caprinis, Gloſſa,ut Helias & alii*. Ex eo probat, quod Religioſis licitum ſit talibus veſtibus vti, quia Helias illis utebatur, & cur potius adduceit in exemplum Heliam, quam quemlibet alium, niſi quia Heliam Religioſum judicabat, aliàs argumentum eſſet omnino futile. Et corroboratur totus hic diſcurſus ex eadem 2.2. *quaſt*.184. *art* 8. ubi adducit verba D. Chryſoſtomi, quibus Heliam appellat monachum. Appellationem admittit, & approbat; & etiam favet idem Angelicus Doctor. 2.2. *quaſt*.152.*art*.3. *ad* 4. ubi ait: *Virginitas ſecundum quad eſt virtus, impartat propaſitum vata firmatum integritatis perpetua ſervanda*. Cum Helias, & Heliſæus, ac diſcipuli ejus perpetuo virginitatem ſervarent, ut juxta ſanctos Patres dictum eſt *ſuprà q*.6. *&* 7. hinc ſequitur ex ejus doctrina, quod firmitas voti in eis fuerit.

135. Nec obſtant aliqua ipſius ſancti Doctoris loca *ex* 1.2.*quaſt* 107.*art*.2.*& quaſt*.108. *art. vltimo, & Opuſculo* 17. *c*.4. *& quodlibeta* 4. *quaſt*.27.*&* 2.2.*quaſt*.188.*art*.7. in quibus innuere videtur Chriſtum Dominum fuiſſe primum Auctorem Religioſi ſtatus, ſeu Conſiliorum Evangelii. Nam ut bene notat M. Lezana *tom*.1 *Annalium cap*.4. *n*.13. *ad finem*. Nam hæc, & ſimilia ſolum perſuadent juxta dicta in ſuperioribus, Chriſtum Dominum fuiſſe primum exemplar, & finem monaſtici ſtatus in quocumque temporis articulo; imò & primum efficientem cum ſuis Diſcipulis, excellentiſſimæ perfectionis, ac prærogativarum ipſius monachatus, prout in Evangelica lege maximè fulget, ac reſplendet.

Lezana.

QUÆSTIO XVI.

Solvitur argumentum, quod fit ex neceſſitate regula, clavium, ac approbationis.

SUMMARIUM.

136 *Panitur argumentum.*
137 *Prater vata, & pracepta non requiritur peculiaris regula, nec determinatus habitus.*
138 *Ad ſubſtantiam Religionis nan requiritur poteſtas Clavium.*
139 *Argumentum ad validitatem Religionis requiritur acceptatio ex parte Dei.*
140 *Acceptatia negativa ſufficit, & dabatur in Religione Prophetica, & n*.141.
142 *Et etiam acceptatio poſitiva dari poterat.*
143 *Elias ex Dei mandata, facit prophetas ſucceſſores paſt ſe.*

136. IN hunc modum argumentantur Adverſarii. Religio eſt Congregatio fidelium utriuſque ſexus tendentium ad perfectionem profeſſione trium votorum ſubſtantialium, paupertatis, & caſtitatis, obedientiæ obſervandorum uſque ad mortem; ex quibus fit ut ad veram Religionem octo ſint neceſſaria. Paupertas, caſtitas, Obedientia, Profeſſio, Habitus, Regulà, Poteſtas Clavium, ac Approbatio Superioris, ad veram conſiſtentiam, ac permanentiam ipſius ſtatus; ne quiſquam ſuo judicio feratur.

Ad argumentum reſpondeo, quod illa tria vota darentur in antiquo monachatu ſatis probatum eſt ſupra. Profeſſio nihil aliud eſt, niſi promiſſio ipſorum votorum. In profeſſione enim dicimus: *Promitto Deo obedientiam, paupertatem*, &c. Ad id quod dicitur de Habitu, advertat vulgare Proverbium, *Habitus non facit manachum*; & Chriſtus Dominus inſtituens perfectiſſimam Religionem in ſuis Apoſtolis, nullam certam habitus formam eis dedit. Hinc ſanctiſſimus Patriarcha, D. Ignatius inſtituens Sacram Societatem Iesu, nullam certam formam habitus præſcripſit, ut conſtat *ex part*.6.*Conſtit*.*cap*.2. *num*.15. 137.

Vulgare Proverbiũ.

Conſtitutio Societatis.

Ad id, quod dicitur de Regula, Leſſius *lib*.2.*cap*.41. *num*.9. & ex eo reſcribit Baſſæus Capucinus 11.*Relig*.1.*num*.5. & ait, Ad eſſentiam ſtatus Religioſi non requiri regulam, præter eam, quæ divinis mandatis, & ipſis votis continetur, quia hæc abſolute ſufficiunt, ut ducant hominem ad perfectionem. Confirmat, quia ad reliqua non eſt obligatio in ſinguli præſertim eſſentialis; poteſt enim quis eximi à choro, ab eſu carnium, &c. Sed quia Papa non conſuevit hujus ſtatum approbare ſine regula, ideo ea eſt neceſſaria, non per ſe, ſed per accidens. Ad approbandam Religionem Papa requirit Regulam, ut ſciat ad quem finem Religio ordinatur, & quem vivendi modum habeat, & in quo diſtinguatur à cæteris: hoc tamen eſt per accidens, & non ad ſubſtantiam Religionis. Deinde dicat mihi; Chriſtus D. in ſuis Apoſtolis inſtituit veram Religionem, & quæro, quam regulam eis dedit; nullam aliam, niſi ipſamet vota cum conſiliis Evangelicis. Sic & ego dicam, quod Elias dedit ſuis diſcipulis pro regula ipſamet vota, cum decretis, ac diſpoſitionibus veteri Teſtamenti, & inſuper ſunt graves Auctores, ut ſapientiſſimus Hieronymus Gavara ex ſacra Societate Jesu *tom* 1.*in Matth*. qui affirmant Eliam ſcripſiſſe regulam, quam tradidit filiis Prophetarum, de que infra *quaſt*.18. Suar. *tom*.3. *de Religiane lib*. 2. *cap*.15. exiſtimat, præter vota ad conſervationem Religionis requiri aliquas obſervationes peculiares, ſed hæ in ipſis votis continentur virtualiter, vel ex ipſis deducuntur. 138.

Leſſius. Baſſæus.

Gavara.

Suar.

Quantum ad poteſtatem clavium, quæ tangitur in argumento. Vaſquez 1.2. *diſp*.165. *cap*.4 contendit ad ſubſtantiam ſtatus requiri poteſtatem clavium ad bonam ejus gubernationem. At quod talis poteſtas clavium non requiratur ad ſubſtantiam Religionis eſt multo verior, & communior ſententia, & eam ſatis doctè probat Mag Baſilius de Leone *lib*.7. *de Matrim*. *cap*.5. *num*.22. Et probatur, quia tota ſubſtantia ſtatus Religioſi conſiſtit in traditione, ac acceptione perſonæ, ſed hoc ſufficienter per vota fit; ergo poteſtas clavium 139.

Suar.

Baſilius.

Sanchez. Palaus.

non requiritur, ut obſervant Sanchez *in opere morali lib. 5. cap. 4. n. 76. & 78.* Caſtro Palaus citandus ſtatim. Quantum eſt ex jure, niſi peculiaribus conſtitutionibus impediatur, Abbatiſſa non eſt capax juriſdictionis ſpiritualis, & tamen poteſt recipere ad habitum, ac profeſſionem; videtur ſupponi *cap. conſuluit, qui cleric. vel voto.* Et in tali profeſſione datur vera ſubſtantia ſtatus religioſi.

140. Ad id, quod dicitur de approbatione, conſtanter aſſeritur, quod ad Religionem requiritur approbatio à ſuperiori, quia tota ſubſtantia Religionis conſiſtit in traditione, ac acceptatione ex parte Dei, atqui nemo nomine alterius poteſt aliquid acceptare, niſi per commiſſionem, & poteſtatem ſibi factam ad talem rem. Hæc poteſtas ex parte Dei à nemine poteſt dari, niſi ab Eccleſia, quæ eam immediatè accepit à Chriſto; ergo in lege antiqua cum non daretur talis poteſtas, non poterat dari vera acceptatio ex parte Dei, nec approbatio veræ Religionis.

141. Reſpondeo, & non loquimur prout in præſenti res ſe habet poſt Concilium Lateranenſe ſub *Innocentio III.* & Lugdunenſ. ſub *Gregorio X.* Quæ Concilia requirunt approbationem Religionum: ſed loquimur tempore antecedenti, quoad Religiones antiquas: & duplex poteſt eſſe approbatio. Una negativa, & altera poſitiva. Negativa eſt, quando verbi gratia Papa, vel Epiſcopus, ad quem pertinebat Religiones approbare, videbat novam Religionem exurgentem, nec contradicebat, nec repugnabat, ſed conſentiebat, & permittebat. Et hanc approbationem eſſe ſufficientem, & fuiſſe in multis Religionibus antiquis tenet M. Baſilius de Leone *lib. 7. de Matrim. cap. 11.* & citat D. Thomam *2. 2. q. 188. art. 1. ad 4.* quem locum invenire non potui forte ex errore typographi; & citat Bellarm. *tom. 2. lib. 2. de Monach. cap. 4.* Medina *lib. 4. de continentia coner. 7. c. 58. §. ſed eam.* Sanchez *lib. 7. de Matrim. diſp. 25. num. 10.* Azor. *tom. 1. lib. 11. cap. 23. quæſt. 1.* Quibus addendi ſunt Trithemius *de laudibus Carmelit. cap. 5.* Mag. Carthagena *tom. 3. lib. 17. homil. 2.* Caſtro Palus *tom. 3. tract. 16. diſp. 1. punct. 1. num. 8.* Et ait: *In Eccleſia multæ fuerunt Religiones abſque expreſſa Pontificis approbatione, ſola Epiſcoporum approbatione, vel illorum non repugnantia.* Quia acceptationem, quæ fiebat in votis, dum Eccleſia non contradicebat, ſed potius illi conſentiebat, videbatur nomine Dei acceptare: quod idem dicimus de Religione inſtituta ab Elia per reſpectum ad antiquum Pontificem.

(Innoc. III. Greg. X. Baſil. D. Thom. Bellarm. Medina. Sanchez. Azor. Trithem. Carthag. Palaus)

142. Approbatio poſitiva fit per actum, vel verba poſitiva, pro quo ſupponendum eſt, quod in Pontifice antiquo dabatur poteſtas ſpiritualis ad diſcernendas res pertinentes ad fidem, Religionem, ac mores. Deuteron. 17. num. 8. *Si difficile, & ambiguum apud te judicium perſpexeris, aſcende ad locum, veniesque ad ſacerdotes.* Malach. 2. num. 7. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus;* & multis aliis locis. Et Chriſtus D. *Math. 23. num. 1.* Ita Bellarm. *de Romano Pontifice lib. 4. cap. 3. & lib. 3. de verbo Dei c. 4. & lib. 3. de Eccleſia c. 17.* Suar. *de fide diſp. 5. ſect. 5. n. 2. diſp. 9. ſect. 3.* & multis in locis contra Regem Angliæ. Valentia *2. 2. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 7. §. 43.* Bañez, *2. 2. tom. 1. quæſt. 1. art. 10. dub. 2. concluſ. 4.* Lyranus, Abulenſ. Lorinus, Cornelius ad locum Deuteron. Et in hac Concluſione conveniunt omnes Catholici ad tuendam auctoritatem Romani Pontificis contra Hæreticos, & Lutheranos, quia Deus, ut optimus Gubernator, ac Proviſor, ſemper in Eccleſia ſua dedit regulam, viam, propter humanos caſus ſæpe occurentes. Hæc regula in illo populo inveterato fuit Summus ſacerdos; nunc verò modo in Eccleſia Chriſti eſt Romanus Pontifex, ut ex multis probant Bellarminus Suarez, & alii citati, & ſatis Late M. Lezana *in Conſult. Conſult. ultim. à n. 14.*

(Deuter. 17. Malach. 2. Matth. 23. Bellarm. Suarez. Valentia. Bañez. Lyranus. Abulenſ. Lorinus. Corneli. Bellarm. Lezana.)

Fuit ergo Religio inſtituta ab Elia, approbata ab ipſo Summo capite, vel permiſſive, & non repugnante, ut dixi, vel poſitive per verba, & actum poſitivum approbationis. Et Deus mandavit magno ſervo ſuo Eliæ ut ungeret Eliſæum in Prophetam & ſui ſucceſſorem: ſic enim dixit ei Deus, *Eliſæum filium Saphat, unges Prophetam pro te* 3. Reg. 19. n 19. ubi poſt Joannem, Hieroſolomitanum, ac alios recte ait Salianus anno 3127. num. 23. *Eliam Divino Decreto, & juſſu elegiſſe Eliſæum in Prophetam, & ſucceſſorem, Patrem, & Præpoſitum diſciplinæ Religioſæ, cui ſecundum Deum obedirent.* & M. Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 10.* ait, *Ex quo Eliſæus juſſus Dei vocatus eſt ab Helia, & illum ſequi cœpit, ei perpetuo miniſtravit,* 3. Reg. 19. uſque ad 4. Reg. 2. *In hujus rei ſignum filii Prophetarum venerunt in occurſum ejus, eumque adoraverunt, & tanquam caput, & principalem Prophetam, Eliæque ſucceſſorem agnoverunt.* Sic & fere omnes noſtri Doctores, ex eo quod dicitur Eccleſiaſt. 48. num. 8. de Elia: *Qui facis ſucceſſores poſt te:* Tam in ſpiritu prophetico, quam in diſciplina Religioſa, quod inter cœteros Prophetas ſoli Eliæ datum eſt, ut ſupra dixi *Reſolut. 1. quæſt. 2. n. 39 & 40.* 143.

(3. Reg 19. Salianus. Suar. 3. Reg 19. Eccleſ. 48.)

QUÆSTIO XVII.

Solvuntur tria alia argumenta.

SUMMARIUM.

144 *Primum argumentum ad vota facienda in lege antiqua requirens revelationem.*

145 *Oſtenditur divinam gratiam magnos effectus operari.*

146 *Beata virgo habuit revelationem, non ob difficultatem virginitatis, ſed ad ſeveritatem; quod per deſponſationem ſua puriſſima virginitas in nullum periculum veniret.*

147 *Ponitur ſecundum argumentum.*

148 *Henoch, de quo fit mentio in Bullis Apoſtolicis, diverſus eſt ab illo, qui erat ante Diluvium.*

149 *In Samuele jam cœpit quoddam delineamentum ſtatus Religioſi*

150 *Tertium argumentum, in ejus ſolutione oſtenditur ex Waldenſi inter filios Prophetarum, varios fuiſſe gradus perfectionis ac diſciplinæ Regularis, & n. 151.*

Omnem

144. OMnem lapidem admovent Adverſarii contra nos. Et primo ſic opponunt. In illa lege antiqua facere votum perpetuum, ac per totam vitam ob illius imperfectionem, erat quid valde difficile, inde ad hoc requirebatur ſpecialis revelatio, & cum de hac non conſtet, nec poteſt conſtare, aſſertum de tali voto. Major eſt certa; minor probatur, quia à multis magnis Auctoribus aſſeritur, quod ſanctiſſima Virgo Maria habuerit revelationem ad edendum ſuum virginitatis votum; ergo ſi hæc revelatio admittitur in B. Virgine, à fortiori in aliis.

145. Reſpondeo, quod quamvis hujuſmodi vota eſſent difficilima pro tali tempore, ad ipſam difficultatem ſuperandam, ſatis erat divina gratia, & ut ad multa majora, ad ſubeundum martyrium, ut in multis patet; ad reſiſtendumque contra crudeliſſimos tyrannos Achab, ac Jezabelem perſequentes, ac interficientes Dei fideles, qui Baal non adorabant, ut neceſſe fuerit eos confugere ad montes, ac ſpeluncas, ut Heliæ dixerit Abdias. *Nunquid non indicatum eſt tibi, quid fecerim, cum interficeret Iezabel Prophetas Domini, quod abſconderim de Prophetis Domini centum viros, quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis, & paverim eos.* 3. Reg. 18. n. 13. [3. Reg. 18.] Et hoc in tanto numero ut dicat Deus Eliæ. *Dereliqui mihi in Iſraël ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt curvata ante Baal* 3. Reg. 19. num. 18. [3. Reg. 15.]

146. Circa id, quod tangitur in Confirmatione de voto virginitatis ſanctiſſimæ Virginis, quo tempore illud emiſerit, variæ ſunt ſententiæ. Quidam, ut Durandus, Abulenſis [Durand. Abulenſ.] poſt contractum matrimonium cum Ioſeph, licet ſemper habuiſſet propoſitum virginitatis. Alii dicunt, quod emiſerit votum ante contractum matrimonium, tamen quod fuiſſet votum conditionale, *niſi aliud Deus ſtatuerit?* Tamen vera, communis, ac certiſſima ſententia, quod ante deſponſationem, ac in prima infantia fecerit votum abſolutum, & perfectiſſimum, ita Scotus Henriquez, & multi alii juxta mentem ſanctorum Patrum; & tunc Auctores hujus ſententiæ optimo jure dicunt, quod ipſa ſanctiſſima virgo habuiſſet revelationem ad tale votum edendum, non propter difficultatem ipſius voti, ac virginitatis, ſed quod cum eſſet tutela ſuorum parentum; habuit revelationem à Deo, quod per deſponſationem futuram, ejus virginitas in nullum diſcrimen, ac periculum veniret: non enim eſt credendum, quod ipſa ſanctiſſima virgo conſenſerit, ut fieret ſponſa hominis, niſi divinitus agnoviſſet, nullum adfuturum periculum ſuæ virginitatis violandæ in tali matrimonio contrahendo. Ita Suar. *to. 2. ad 3. part. diſp. 6. ſect. 2. §. Dico ergo ſecundo.* [Suar.] Vaſquez *tom. 2. ad 3. part. diſp. 124. cap. 4. num. 77.* [Vaſquez. Novatus.] Baptiſta Novatus *de eminentia virg. tom. 1. cap. 6. quæſt. 5.* Revelatio ergo facta eſt, non ob difficultatem in voto virginitatis, ſed ob ſecuritatem extra omne periculum in ſervanda virginitate in deſponſatione, de qua fecerat votum.

147. Secundum argumentum. Si dicimus monachatum incœpiſſe in Elia, eodem modo dici poteſt, quod incœperit in Henoch, de quo dicitur Geneſ. 4. num. 26. *Iſte cœpit invocare nomen Domini.* [Geneſ. 4.] Quod à multis intelligitur, quod iſte primus cœperit congregare hominum cœtum ad laudem Dei dicendam, ac decantandam. Et de iſto Henoch videtur facere mentionem Iulius II. in ſua Bulla, [Iulius II.] cum ait. *Sanctorumque Patrum Eliæ, & Eliſæi, & Henoch, qui montem ſanctum Carmeli juxta fontem Eliæ inhabitarunt, hæreditariam ſucceſſionem tenentes.* Et idem etiam dici poteſt de Samuele, de quo ſcribitur 1. Reg. 19. n. 20. [1. Reg. 19.] quod congregavit multitudinem Prophetarum.

148. Reſpondetur, argumentum nullius eſſe ponderis; nam Enoch de quo fit mentio in Bullis Apoſtolicis, alter diſtinctus eſt ab eo, qui fuit ante diluvium, & hoc patet ex ipſo contextu, quia ſi de illo antiquiori eſſet ſermo, dicendum erat: *Sanctorum Patrum Enoch, Eliæ, & Eliſæi* ratione antiquitatis prior erat ponendus ante Eliam, & Eliſæum; atqui poſtponitur, ergo alter multo tempore poſt illos fuit: ergo iſte alter diſtinctus. Incola Carmeli, qui ad prædicationem Ioannis Baptiſtæ una cum Andrea Apoſtolo, ac Ioanne Evangeliſta ſecutus eſt D. Jesum Christum, & poſtea comes extitit D. Marci ad Alexandriam, ejuſque prædicationis adjutor; & quod fuiſſet Incola Carmeli patet ex bullis Pontificiis, ubi Enoch refertur inter cæteros Patres, *qui montem ſanctum Carmeli juxta fontem Eliæ inhabitarunt.* Ita Paleonidorus *lib. 2. cap. 2.* [Paleonidorus.] Didacus Coria in hiſtoria Carmelitana [Coria.] *lib 7. cap. 1.* Lezana in Annalibus *tom. 2. anno Chriſti 36. n. 24. & anno 45. n. 9. vinea Carmel. num 344.* [Lezana. Vinea Carmeli.]

149. Ad id, quod apponitur de Samuele dicimus, quod ibi jam cœpit, veluti quoddam primum delineamentum ſtatus Religioſi, dicitur enim citato loco 1. Reg. 19. n. 20. quod [1. Reg. 19.] lictores Saül, *viderunt cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuelem ſtantem ſuper eos,* id eſt, ut exponunt Lyranus, Abulenſis, Sanchez, [Lyranus. Abulenſ. Sanchez.] id eſt *præſidentem eis.* Samuel quidem inſtituit quoddam Collegium Prophetarum in Najoth Ramata, & forte in aliis locis, in quibus jam erat aliquale veſtigium, & valdè remotum hujus ſtatus; nam Samuel non vivebat in caſtitate religioſa, habebat enim filios: *Factum eſt autem cum ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos judices, & non ambulaverunt filii ejus in viis ejus.* 1. Reg. 8. num. 1. [1. Reg. 8.] Deinde erat judex populi, illiuſque gubernator, ac caput, ac proinde cum apparatu, & quamvis interius poterat habere paupertatem ſpiritus, tamen exterius ſaltem in populo rudi non multum erat documentum religioſæ paupertatis, unde perbelle dixit Bellarm. *tom. 3. lib. 2. c. 9.* [Bellarm.] *§. Nos ergo,* ſic ait: *Dicimus itaque primum, ipſam rem ipſam adeo eſſe antiquam, ut quadam ejus adumbratio fuerit in lege naturæ ante diluvium, majorque expreſſio in lege Moyſis, perfectior autem Apoſtolorum tempore.*

150. Tertium argumentum. Filii Prophetarum non vivebant cum caſtitate, ergo in eis non dabatur verus ſtatus Religioſus. Antecedens probatur. Dicitur 4. Reg. 4. num. 1. [4. Reg. 4.] *Mulier autem quædam de uxoribus Prophetarum clamat.* Et Eliſæus dixit Giezi. *Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo* 4. Reg. 5. num. 27. [4. Reg. 5.]

num. 27. Et confirmatur, ut ipſi adverſarii
dicunt irrefragabili auctoritate Eccleſiæ in
oratione ſancti Petri, & Pauli 29. Junii dici-
tur. *Da Eccleſia tua eorum in omnibus ſequi
preceptum per quos Religionis ſumpſit exordium.*

151. Et in primis nota, quod dicitur, *Mu-
lier de uxoribus Prophetarum*, non dicitur
de uxoribus filiorum Prophetarum, pote-
rant eſſe alii Prophetæ diſtincti, & multi
habuerunt uxores, ſed quidquid ſit de hoc
Vvalden. Reſpondetur cum noſtro Doctiſſimo Vval-
denſi *lib. 3. Doctrinalis fidei art. 1. cap. 1.*
Quod quamvis in omni Religione perfecta
moderna (intellige in lege gloriæ) eſſen-
tialiter tria vota requirantur, ſcilicet, Obe-
dientiæ, paupertatis, ac caſtitatis, & ait:
*Non ſic tamen antiquitus, dum Religio infans
erat, ſed alii quedam, alii unum, alii univer-
ſa ſervabant, magnis de cauſis.* Qui tria vota
ſervabant, in majori erant perfectione, ac in
vero ſtatu Religioſo. Qui vero unum, vel duo
obſervabant, ſecundum quid, & analogice
tanquam Religioſi appellari poterant. Sic
pergit citatus Vvaldenſis. *Religioſi dicebantur
omnes, quia ſingulariter præ aliis Concivibus,
vel toto mundo, vel alii æquivalenti divino cul-
tui ſe dederunt.* Sicut & in Eccleſia primitiva,
quidam obſervabant tria vota, & erant per-
fectiſſimi, alii habebant unum, vel alterum.
Ananias, & uxor eius Saphira habebant vo-
tum paupertatis, & ideo delinquentes contra
votum abſcondentes pecuniam puniuntur
pœna mortis. Actor. 5. *n.* 4. ut ibi ex communi
Actor. 5. Lorinus. Cornel. Menoch. omnium ſententia notant Lorinus, Corne-
lius, Menochius; & quod Ananias, &
uxor ejus haberent votum caſtitatis, cum eſ-
ſent uxorati, nullum ad hoc eſt fundamen-
tum, tamen late, & analogice omnes pote-
rant dici Religioſi, ſicut & Tertiarii uxora-
ti in ſuis domibus viventes, cum participent
aliquem Religionis modum in Cæremoniis,
orationibus ac aliis obſervationibus analogi-
D. Thom. Henriq. Suar. Lezana. Leſſius. Pellizar. ce, ac late poſſunt dici Religioſi, ut ex D. Th.
Henriq. tenent Suar. *tom. 3. lib. 2. c. 2. n. 1.*
Lezana *tom. 2. c. 14. n. 7.* Leſſius *lib. 2. cap. 40.
num. 11.* Pellizar. *tom. 1. tract. 1. cap. 3. n. 35.*

152. Ad confirmationem dicimus, quod Ec-
cleſia loquitur de Exordio in Religione Chri-
ſtiana in fide Evangelica: ſic ait Paulus 1.
1. Corinth. 4 Corinth 4 num. 15. *In CHRISTO IESV
per Evangelium ego vos genui.*

Quæstio XVIII.

*Explicatur differentia interveniens inter
monachatum legis antiquæ, ac legis
gratiæ, & differentia inter utriuſque
vota.*

SUMMARIUM.

153 *Status Religioſus tendit ad perfectionem, & tota ejus ſubſtantia in tribus votis conſiſtit.*

154 *Vvaldenſis ponit differentiam, quia antiquitus vota animo interno; nunc autem per verba externa fiunt.*

155 *Duplex eſt votum, unum ſimplex, alterum ſolemne, ſolemne introductum eſt ab Apoſtolis, & n. 156.*

157 *Votum ſolemne habet multas excellentias ſuper votum ſimplex.*

158 *Religio ab Apoſtolis multum ſuperat antiquam.*

159 *Ad veram Religionem Conſtituendum ſufficiunt vota ſimplicia.*

Religio, ſeu Religioſus ſtatus, ut docet 153.
D. Thomas 2. 2. q. 186. *art. 1. in corpore*, ubi D. Thom.
ait: *ſtatus Religionis eſt quædam diſciplina, vel
exercitium, ad perfectionem perveniendi.* Perve-
nitur autem ad hanc perfectionem per tria
vota, obedientiæ, paupertatis, ac caſtitatis, &
conſtat ex cap. *Cum ad monaſterium de ſtatu
monachorum.* Et ex multis aliis Sanchez *lib. 5.* Sanchez.
in opere morali cap. 5. n. 16. Layman *libro 4.* Layman.
tract. 5. cap. 1. num. 1. Cum ergo tota ſubſtan-
tia ſtatus Religioſi conſiſtat in votis, expli-
cata differentia, quæ datur inter vota in mo-
nachis antiquæ legis ac monachis legis gra-
tiæ, ac novæ, ſatis explicata manet differen-
tia utriuſque monachatus.

Noſter Doctiſſimus Vvaldenſis *tom. 1. Do-* 154.
ctrinalis fidei lib. 3. art. 2. c. 17 ait, *Religio Chri-* Vvalden.
*ſtiana perfecta, eſt ſpecialis, & ſtricta regula cha-
ritatis, votis ſolemnis emiſſione profeſſa, vel æqui-
valenter.* Et poſtea ſubdit. *Quid autem dicitur
illud, quod æquivalet voto? Dico quod eſt divi-
nus inſtinctus immobilitans affectum tendentem
in Deum. Et talis profeſſor fuit Elias, talis etiam
erat Ioannes Baptiſta, qui quamvis non vovebant
vocaliter aliquam regulam charitatis: habebant
tamen Dei inſtinctum immobilitantem eorum af-
fectus converſos in Deum. Et ille æquivalet vo-
to; quia tota eſt in non mobilitante affectum ex
ſe pronum præverti.* In hoc ponit differen-
tiam, quod antiquitus Elias, Eliſæus, a filii
Prophetarum, & Joannes Baptiſta facie-
bant vota animo interiori, ac reſoluto, quo
ſe Deo conſecrabant; quod ad votum ſuffi-
cere cum multis docet Caſtro Palaus *tom. 3.* Caſtro. Palaus.
tract. 15. diſp. 1. punct. 4. n. 4. Nunc autem
vota fiunt verbaliter, ac per profeſſionem
externam.

Ut rem clarius, & apertius explice- 155.
mus, notandum eſt, quod duplex ſit votum;
unum ſimplex, & eſt promiſſio Deo facta de
meliori bono. Alterum eſt votum ſolemne, &
hoc expreſſè docet D. Thomas 2. 2. q. 88. *art. 7.* D. Thom.
in corpore, à tempore Apoſtolorum mana-
vit, & magis explicavit Bonifacius VIII. *cap.
unico de voto.* Hæc ſolemnitas dicit perfectam
hominis abnegationem juxta illud Chriſti D.
Siquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum.
Matth. 16. Hæc perfecta abnegatio privat Matth. 16.
hominem, ne ſit ſui juris, tam ad contra-
hendum, quam ad diſponendum de ſe, ac
ſuis rebus; hæc autem ſolemnitas à tempo-
re Apoſtolorum manavit; ut docet D. Tho-
mas. ab Eccleſia eſt explicata: & magis in-
troducta per antiquiſſimos monachos, anti-
quiſſimo tempore maximè propagata, & ob-
ſervata, ut ſtante ſolemni profeſſione, nul-
lus auderet de ſe aliquid agere, niſi interve-
niente diſpenſatione Summi Pontificis, ut de
facto cum aliquibus eſt diſpenſatum. Ita cum
multis, Michaël Medina *lib. 5. de continentia* Medina.
ſacrorum

Henriq. Hoſtienſ. Leſſius. Sanchez. *Sacrorum hominum cap.*86. 87. Henriquez. *Quodl bet.*5. *quæſt.*31. Hoſtienſ. Joannes Andreas, quos citant, ac ſequuntur Leſſius de juſtitia *lib.*2. *c.*41. *dub.*8.§. *Tertia eſt.* Sanch. in opere morali *tom.*2. *lib.* 5. *cap.*1. *n.*6.

156. Hanc ſublimitatem voti ſolemnis ſuper votũ multis ſimplex exemplis declaro: verbi gratia ſiquis poſt matrimonium ratum ingrediatur Religionem, in eaque votum ſolemne emittat, diſſolvitur matrimonium, ſi verò quis poſt votum ſolemne ineat matrimoniũ, tale matrimonium etiam conſummatum, eſt nullum, ut habetur expreſſe (Clem. unic. Trident.) *Clemen. Vnica de conſanguinitate*; & definitum eſt in Tridentino *ſeſſ* 24. *Can.*9. At vero ſiquis poſt ratum matrimonium emittat votum ſimplex caſtitatis, non irritatur matrimonium, & ſi tali voto aſtrictus, matrimonium celebravit, ac conſummavit, non invalidat matrimonium, ſed firmum manet: (Sanchez. Cornejo.) Sanchez *lib.* 1. *de Matrimon. diſp.*46. *num.*9. M. Cornejo *tom.*2. *in* 3. *part. diſp.*7. *de Matrim. dub.* 9. Qui habet votum ſolemne paupertatis, nec poteſt donationes facere, nec contractus inire ſine licentia ſui Prælati. Atqui habet votum ſimplex paupertatis, tam de his, quæ habet, quam quæ ei adveniunt, bene poteſt facere ſuas donationes, & contractus celebrare, ut patet ex his, quæ docet (Suar.) Suar. *tom.*3. *de Relig. lib.*8. *cap.*16. *art.*18. Qui habet votum ſolemne obedientiæ, non poteſt proferre teſtimonium juridicum, & validum extra Religionem ſine licentia ſui Prælati; nec ſine illa poteſt agere in judicio, nec per ſe, nec per ſuum procuratorem, per profeſſionem habetur tanquam mortuus, ut tradunt Auctores (Cap. Delicta. C. authen.) *cap. cum delicta de reſcriptis, & Authentica cauſa, qua ſit cum monacho*, ut cum multis Doctoribus tradit (Sanchez.) Sanchez *lib.*6. *in Decalog. cap.*12. *n.*1. *& cap.*13. *n.*41. At qui fecit votum ſimplex obediendi Archepiſcopo Vlyſipponenſi, abſque ulla licentia ſua poteſt dare tale teſtimonium, & agere in judicio, nam per talem obedientiam non redditur inhabilis ad illa, & ſolum illa obedientia eſt ad implenda omnia, quæ ipſe præceperit, hoc autem non eſt prohibitum ab eo, ergo tale teſtimonium bene poteſt dari, ut patet ex his, quæ docet (Lezana.) Lezana in Summa *Regular. c.*4. & ſic in multis aliis exemplis.

157. Ex his clare patet, quanta excellentia ſupereminеat ſtatus Religioſus inſtitutus ab Apoſtolis, ab illo antiquo ſub Elia. Totus ſtatus monachatus innititur, ac ſtabilitur in votis, ab eiſque haurit totam ſuam nobilitatem, ac dignitatem, hæc ſcilicet ſolemnia cum maximè excedant illa antiqua ſimplicia, inde evidens fit, quanto intervallo Religio ab Apoſtolis inſtituta ſuperat illam antiquam, quæ ſolum ex votis ſimplicibus conſtabat.

158. Nec ex hoc inferat aliquis, quod ille ſtatus Religioſus ſub Elia non fuerit vera Religio, quia ad conſtituendam veram Religionem, verumque Religioſum, ſufficiunt vota ſimplicia; quod adeo eſt certum, ut dicat (Sanchez.) Sanchez in Opere Morali lib. 5. cap. 1. num. 25. *Non licere ullatenus de hoc re dubitare*, & (Suar.) Suar. to. de Relig. tract. 10. lib. 3 cap. 4 num 5. *Hoc eſſe omnino infallibile, ut ſine errore in fide negari non poſſit.* Nam (Greg. XIII.) Gregorius XIII. in ſua bulla *Aſcendente Domino* declaravit coadjutores, ac Scholares Societatis Jesu: *Biennio probationis peracto tria prædicta vota, etiamſi ſimplicia emiſerint, vere & proprie Religioſos fuiſſe, & eſſe.* Cum enim Summi Pontifices in his, quæ pertinent ad doctrinam, contineant infallibilem certitudinem ex Chriſti inſtitutione, ac promiſſione, & hæc declaratio Gregorii XIII. contineat doctrinam pertinentem ad mores Eccleſiæ, ac quietem, & pacem animarum, ergo dicendum eſt, quod talis declaratio contineat infallibilem veritatem.

Inſuper Monachatus in lege veteri deſtitus erat poteſtate Clavium, qua nunc maximè reſplendet, ac fulget Ipſe monachatus tali poteſtate communicata à Summo Pontifice, ſuperioribus, ac Prælatis Religionum, qua præclariſſimè eorum ſtatus firmatur, ac corroboratur in ſua perfectiſſima excellentia, ac gubernatione.

Quæstio XIX.

Oſtenditur perſeverantia votorum in Carmelitano Ordine ab Elia uſque ad præſens tempus per varios ſtatus.

SUMMARIUM.

159 *Ante Albertum Carmelitæ habebant votum obedientiæ.*
160 *Albertus deſumpſit regulam ex libro Ioan. & num.* 161.
162 *Motivum ſcribendi regulam.*
163 *Iuxta D. Cyrillum Aymericus congregat eos, qui venerant ex Occidente cum his, qui erant in Syria.*
164 *Qui obedientiam non voverant, erant illi, qui venerant ex Occidente.*
165 *Antiquitus unus conventus erat independens ab alio, & omnes non erant ſub uno capite, ac generali.*
166 *Cœnobia Carmelitarum erat independentia. Aymericus colligavit omnes ſub uno generali.*
167 *Ante Aymericum habuerunt Carmelitæ pro regula librum Ioan.*
168 *Ante Ioannem habuerunt pro regula vivendi modum conſtitutum ſub Apoſtolis.*
169 *Ante prædicationem Evangelicam vita Eliæ erat pro regula.*
170 *Elias ſcripſit regulam juxta graves Auctores.*
171 *Elias multa ſcripſit.*
172 *Religio habuit quinque ſtatus, & n.* 173.

Opponunt contra nos adverſarii, quod noſtra Carmelitana familia non habuiſſet votum obedientiæ, niſi ab Alberto Patriarcha, quod ut jam dixi evidenter refutatur Reſolut. 2. ex Prologo ipſius Regulæ. Dicitur enim ibi, *Albertus Dei gratia vocatus Patriarcha Hieroſolymitanæ Eccleſiæ dilectis nobis in Chriſto, filiis Brocardo, ac cæteris eremitis* (Nota verbum) *qui ſub ejus obedientia, in Monte Carmelo morantur.* Ergo iam ante Albertum erant ſub obedientia ſui Prælati, 159.

ſſan.44. D.Cyrill. Vvaldenſ. Palænid. Th de Ieſu. Philippus.

lati, ac Prioris, ergo tale obedientiæ votum ab Alb.rto non acc.petunr. Tota hæc regula Alberti deſumpta eſt ex lib. Joann.44. de inſtitutione Monachorum, tanquam ex primaria, & originaria regula Religionis; nam ipſe liber Ioannis multo tempore inſetvivit Carmelitis pro regula: tunc Albertus diſtinctiori & clatiori methodo ex ipſo libro Ioannis regulam collegit, ordinavit, ac diſpoſuit, ut tradunt D. Cyrillus Conſtantinopolitanus *lib. de progreſſa ordinis cap.5.* & Doctiſſimus Thomas Vuldenſis de ſacramentalibus *tit. 9. cap.89.* Palænidorus *lib. 3. cap. 2.* Thomas de Jeſu *de variis regulis Carmelitar. par. 2. dub. 7.* Philippus *in ſpecalo Ordinis lib.8. cap.4.* & ita omnes noſtri Auctores. Et ſic ſcribitur in titulo regulæ apud antiquiſſima exemplaria, quæ ſervantur in Tranſpontina, & habetur *Regula Alberti extracta ex Ioanne* 44. & dicitur etiam extracta ex D. Baſilio, non quod ſimpliciter deducta ſit ex D. Baſilii regula, ſed quia regulæ Baſilii valdè conformis eſt, & cohæret cum doctrina tradita à *Ioanne* 44. & inde doctrina Ioannis maximè cenſetur approbata à D. Baſilio, ut ex multis probat Lezana *tom.4. Anaal. ad anaam* 1205. *n.15.*

Lezana.

160. Motivum autem, quod Albertus habuit ad hanc regulam faciendam, extitit, quia cum noſtra Sacra Religio tranſiret de Syria in Europam, Sanchez Bertoldus primus Generalis ex Latinis ordinavit, ut Sanctus Brocardus vir doctrina, ac ſanctitate vitæ inſignis ſcriberet Canonem, ſeu tegulam, cum aliquibus conſtitutioonibus ad reducendam, & componendam ſuam Religionem ad mores Eccleſiæ Latinæ, ut teſtantur Joannes Bachonius, Bernardus Olerius citati *in Breviloquio* Boſtius *part. 1. cap. 3. num. 86.* Poſſevin. *in apparata S. Brocardi*, & M. Fr. Daniel à Virg. Maria, *Viaea Carmeli. n. 714. & 770.* Tunc Beatus Brocatdus, regulam, ſeu Canonem ſibi commendatum compoſuit, & pro ſua humilitate tradidit B. Alberto Patriarchæ Hieroſolymitano, ut eum corrigeret, ac emendaret; & ſua auctoritate, quam tunc habebant Patriarchæ, traderet ad obſervandum, quod tunc fecit Albertus, tradens eum ipſi Brocardo Priori Carmeli anno 1205. vel ut alii volunt anno 1209.

S.Bertold. Baccon. Olerius. Boſtius. Poſſevin. Daniel à Virg. Maria. Brocard. Albertus.

162. Ante Albertum Aymericus Patriarcha Antiochenus, ac legatus ſedis Apoſtolicæ, anno 1141. juxta verum computum. Prædictus Aymericus cum videret, quod Carmelitæ, in monte Carmelo & Syria viverent cum magna obedientia, ac religioſæ vitæ rigore, & aliqui ſupervenirent ex partibus occidentalibus, qui non ita rigoroſè vivebant, & quia non omnes intelligebant literas Græcas, in quibus liber Ioannis erat ſcriptus, ideo Aymericus ipſorum rogatu prædictum librum tranſtulit de Græco in Latinum; ac ex ipſo Ioanne deſumpſit tegulam, cum voto obedientiæ, & collegit omnes tam ex oriente, quam occidente in unum, quæ omnia ſcribit, & narrat D. Cyrillus Conſtantinopolitanus lib. de Proceſſ. Ordinis cap. 4. & ait: *Erat autem in diebas illis. Patria cha Antiochenus in terra ſancta, Apoſtolicæ ſedis legatus, vir quidam amabilis Deo, & hominibus, nomine Aymericus Malafai dana-* *tione Lemovicenſis de villa appellata Sa'amiacam, qui prædictorum a teceſſorum Eremitarum fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo laudabilem converſationem attendens, eos multum ſpecialiter ſuo tempore in Domino enutrivit.* Nota modo de quibus loquitur. *Intelligens autem quoſdam eorum, qui ab occidente ſupervenerant, ſpretis ſeniorum monitis non rectè ambulare ad veritatem religioſa vita premitica, in tradicto Ioannis libro deſcripta, & perpendens hoc maximè ideo contingere, quia Græcas literas ignorantes neſciebaat codicem illum legere, fecit librum illum de Græco in Latinum traasferri. Et ut illorum improborum coerceretur audacia, tutaque inter eos eſſet ſeniorum Eremitarum huius montis innocentia ipſos omnes per obedientiæ vinculum colligavit. Statuit enim, quod ex ipſis unus, qui diceretur Prior deinceps, eis ita præeſſet, ut quilibet aliorum obedientiam ei devoveret, ſub cura cujus, & regimine omnes viverent, quibus, & antea licet ſemper unus ex ipſis præeſſe, quem Abba, lingua Syra, & Patrem, latine appellabant, ſub regimine cujus etiam tunc temporis manebaat, cui etiam tanquam Patri ſecundum inſtitutionem obediebaat, & nunquam ad obediendum alicui ſe voto ſpeciali prius obligaveraat, donec prædictus Patriarcha Amricus omnes primo ad hoc adſtrinxit. Inter quos ipſe habuit, ſcilicet fratrem ſuam Bertholdum, quem de unanimi omnium aſſenſu anno Domini* MCCXX. *in Priorem eis inſtituit.* Ita communiter Ioannes Bacconius, Ioannes de Malinis, Ioannes de Cimero, Ioannes de Vinera, Ioannes Croſſus, & ex exteris Sabeblicus, Polydotus. Contadus, Geſnerius, Sylveſter, Marulus Ciſtercienſ. quos citant, ac ſequuntur Thomas à Ieſu de variis regulis Carmelitarum *cap.6.* Petrus Sarracenus in Monologio in vita ſancti Bertholdi.

D.Cyrill.

Baconius. Molinus. Cimero. Grodus. Sabelicus. Polydor. Contadus. Geſnerius. Sylveſt. Marulus. Th. à Ieſu. Sarracen.

163. Ex quibus bene perpenſis rejicitur id, quod quidam adverſarius nobis opponit, quod ante Aymeticum non habuimus votum obedientiæ, quia ait D. Cyrillus citatus, *nunquam ad obediendum alicai ſe voto ſpeciali prius obligaverant.* Conſiderat bonus Auctor cum ſapientiſſimo Joanne de Carthagena *tom. 3. lib. 17. homil. 2.* quia ibi non eſt ſermo de omnibus Catmelitis, qui erant in Paleſtina, ſed tantum de illis, qui ex occidente venerant, ut ibi dicitur. *Intelligens autem quoſdam eoram, qui ex occidente ſupervenerant, ſpretis ſeniorum monitis non rectè ambulare, ad veritatem religioſæ vitæ eremitica.* Et cauſam aſſignat, quia non intelligebant librum Ioannis, cum eſſet Græco idiomate ſcriptum, & ideo in Latinum vertit, ex quo manifeſtum fit, quod non loquitur de his, qui erant ex Syria, & Palæſtina; nam hi bene ſciebant literas Græcas, ſed de illis tantũ, qui erant ex occidente; & ideo poſt pauca ſubdit loquens de illis, qui venerant ex occidenti. *Vt illorum improborum coerceretar audacia, tataque inter eos eſſet ſeniorum eremitarum huius montis innocentia, ipſos omnes per obedientia vinculum colligit.* Omnes qui erant in Syria, atqui eos, qui veneraot ex occidenti, in unam diſciplinam collegit, ut ſemper tuta eſſet ſeniorum eremitarum huius montis innocentia, & ne ex illis, qui venerant ex occidente corrumperetur.

Carthagen.

Sed

164. Sed demus adhuc, quod de omnibus intelligatur, quos omnes per obedientiæ vinculum collegit. Sciendum, quod tempore antiquiſſimo D. Antonii, Hilarionis, ut colligitur ex Arnoldo Boſtio *in ſpeculo hiſtoriali, lib.6.c.8. & ſeqq.* quod cùm varii Conventus erigerentur ejuſdem Ordinis, in unoquoque Conventu erat unus ſuperior independens à quocunque alio ſuperiori, ita ut non daretur unum caput, ſub cujus obedientia eſſent omnes illi Conventus, ſed in quolibet erat unus ſuperior independens à quoque alio, qui dicebantur Syriacè *Abba* id eſt, Latine *Pater*. Et qui faciebant profeſſionem in tali Conventu, illius ſuperiori promittebãt obedientiam, ſuo ſuperiori indeterminatè, prout in tali, & tali Conventu eſſent, & qui promittebant obedientiã Epiſcopo, intelligebatur prout in ejus Diœceſi morabantur, & inde ſi tranſirent ad aliam Diœceſim, illius Epiſcopo ſervabant obediẽtiam. Imò M. Fr. Daniel a Virg. Maria, Vinea Carmeli. *n.25.fol.19.* teſtatur, & ait: *Nunc videmus in Religioſis Brigitanis in Belgio, & dictio e Leodienſi; cum enim non habeant aliquem ſuperiorem Generalem, obedientiam promittunt Deo, & Epiſcopo loci, quandiu ſcilicet ſub ejus Diœceſi morantur: dum enim ad aliam migrant, illius tunc, & non Prioris ſubduntur imperio.* Et modo Sanctus Philippus Neri fundavit ſuam illuſtriſſimam Congregationem Oratorii, ita ut ſuperior unius Conventus, cui obedientiã promittunt, ſit independens à quocunque alio Conventu, ac à quocunque alio ſuperiori, cũ illa Religio non habeat unum ſupremum caput, nec Provincialem, nec Generalem, ut mihi certum fecerunt Clerici reformati in hac Civitate, ejus regulam obſervantes, & patet ex ejus Conſtitutionibus *cap.4. ad finem.*

Arnold.

Vinea Carmeli.

165. Sic & Carmelitæ antiquitus promittebant obedientiam Deo, ac Superiori Conventus, in quo morabantur; independenter à quocunque alio Prælato. Tunc Aymericus Patriarcha ut legatus Sedis Apoſtolicæ, ſtatuit, ut omnia cœnobia Carmelitici Ordinis eſſent ſub obedientia unius capitis, qui diceretur *Prior Generalis*, cui omnes promitterent obedientiam, & hoc maximè indicat proprietas verbi *colligavit:* cum dicitur *per obedientia vinculum colligavit*; & ita inſtituit fratrem ſuum Bertoldum, primum Priorem Generalem ex Latinis.

166. Ante Aymericum Carmelitæ habuerunt pro regula librum *Ioannis 44.* de Inſtitutione Monachorum, qui liber licet hiſtoricus ſit de ortu Religionis uſque ad ſua tempora, tamen in eo tectè deſcribitur forma, & modus vitæ Religioſæ, in ſumma oratione, ac contemplatione erga Deum, abnegatis omnibus ſæcularibus cum voto obedientiæ, paupertatis, ac caſtitatis, ut patet ex ipſo *libro c.16.* de quo libro Ioannis agens D. Cyril. Conſtantinopolitanus *lib. de Proceſſu Ordinis, c.1.* ait: *Quam librum ſcripſit ipſe Ioannes Caprusſio de inſtitutione noſtra Religionis eloquio, & litteris Græcis, quibus tunc terra ſancta Eccleſia utebatur. In quo libro primariam noſtræ Religionis inſtitutionem, & fundatorum ejuſdem dignitatem, ac Priſcorum Profeſſorum geſta ſancta, & glorioſas virtutes, exterioremque habitus ornatum, prædictus Ioannes propterea brevi, & lucido eloquio ordinatè deſcripſit, ut ſucceſſores dictorum Patrum, en uno libro, tanquam in nitido ſpeculo inſtitutionem ſuam intuentes, eam obſervare propenſius conarentur, & ſanctam viam, ac virtuoſos mores dictorum Patrum ex toto præcordiis imitarentur: quem librum ipſe Ioannes ſodalibus ſuis Religioſis Eremites montis Carmeli legendum, & obſervandum tradidit tempore Honorii Imperatoris anno Domine 412.* Ita D. Cyrillus. Perpende ultima verba Sancti Doctoris, *Legendum, & obſervandum tradidit.* Non ſolum ut librum ad legendum, ſed etiam ut regulam ad obſervandum; & ita ſuperius ait Sanctus Pater, *Ut ſucceſſores dictorum Patrum, in illo libro tanquam in nitido ſpeculo inſtitutionem ſuam intuentes, eam obſervare propenſius conarentur.* Ut ad facta majorum in illo libro tanquam in ſpeculo expreſſo, & repræſentata ſe componerent, illa ſequendo, & imitando vividè obſervantes.

Ioann.44

D. Cyrill.

Ante *Ioannem 44* habuerunt Carmelitæ tanquam regulam, modum vivendi ab Apoſtolis inſtitutum, adimplentes præcepta Evãgelica, cum voto obedientiæ, paupertatis, ac caſtitatis, ut notat Trithemius *de laudibus Carmeli, cap.4.* & ait, *Poſt paſſionem Domini multiplicata per Iudæam fide Chriſtiana, hi, qui in monte Carmelo, vitam imitatione Eliæ, ducebant Eremiticam, ſecundum Evangelium Chriſti vivere cœperunt.* Et aliquantulum poſt ſubdit: *Hæc eſt vita Apoſtolica, quam fratres Carmelitæ in primitiva Eccleſia ſtudioſiſſimè obſervabant, regulam ſuper his Evangelium in cordibus ſuis habentes conſcriptum.* Itam etiam *Ioannes 44 lib. de Inſtitut. Monachor cap 3.* Vvaldenſis *lib 4 art. 2 c.27.* Ioannes Groſſus *in ſuo viridario.* Ioannes Ciminetus *in libro dicto ſpeculum Ordinis;* & Sapientiſſimus Mag. Fr. Franciſcus Bonæ Spei *de Concept. diſput. 3. p aſumpt 1.n.72. & 73.* 167.

Trithem.

Ioan. 44. Vvaldenſ. Groſſus. Ciminetus. Fra c. Bonæ Spei.

Probatur, quia Carmelitæ fuerunt coexiſtentes cum Apoſtolis, ut habemus ex Sacra Congregatione Illuſtriſſimorum Cardinaliũ, ut ſæpè dictum eſt, fueruntque perfecti milites coadjutores Apoſtolorum, ut dictum eſt ex Joſepho Antiocheno, & aliis antiquiſſimis Auctoribus, ut dixi ſuperiori Reſolutione, ergo vitæ modum ſacrorum Apoſtolorũ, tanquam adhærentes Apoſtolis, ac eorum Coadjutores habuerunt. Et confirmatur, quia antiquiſſimi Monachi, ut Dionyſius, D. Antonius ac ejus Magiſter Monachatus, qui floruerunt paulo poſt annum 200. de quibus facit mentionem Bellarmin. *lib.1. de Monach. c.5.* nullum alium vivendi modum in eis ſcimus, niſi Apoſtolicum, ac ad imitationem Apoſtolorum, & ita dicitur de D. Auguſtino, *Conſtituit Monaſterium Monachorum, & cœpit vivere ſecundum regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam.* Ergo idem dicendum eſt de Carmelitis, cum fuiſſent coexiſtentes cum Apoſtolis. *Ioannes Ieroſolym 44. lib. de Inſtit. Monach. c.31. de Carmelitis,* loquens ait: *Denique eorum multi ea quæ ab Apoſtolis hauſerant, cæteris effundentes, fidem Chriſti per Phœniciam, & Paleſtinam prædicabant, dilatantes dogma fidei, & moribus vita Monaſtica converſationem Eccleſia Dei inſigniſſimam demonſtrantes.* 168.

S. Congr.

Ioſephus

Bellarm.

D. Auguſt.

Ioann. 44.

Ante prædicationem Evangelicam habuerũt Carmelitæ pro regula, vita, opera, & facta 169.

Eliæ, ut explicat citatus *Ioanne 44. lib. de Inſtitut. Monach. cap. 2 3. & 4.* Trithem. & ſic ait Trithemius de laudibus Carmelitarum, cap. 4. *Sancti Patres, qui in monte Carmelo juxta fontem Eliæ ante Chriſti nativitatem habitabant, regulam conſcriptam habuiſſe non legitur; ſed ipſi norma, & regula ſibi fuerant, qui exemplo Eliæ concorditer vivebant.*

170\. Imò quod Elias regulam conſcriptam ſuis diſcipulis tradiderit, tenet, & docet vir magnus ingenio, & Sapientia Pater Hieronymus Guevara. de Guevara ex *Sacra Societate IESV, tom. 1. ad cap. 1. Matth. verſ. 1. obſervatione 16. n. 11. fol. 159.* ubi ſic ait: *Non abnuam dicere Eliam, qui prior Religioſorum parens, & vitæ Monaſticæ fuit inſtitutor, nonnullas ſcripſiſſe regulas, quibus vivendi formam uniformem illis Religioſorum Conventibus, qui in Carmelo erecti fuerant præſcripſiſſe, quod jugi tenore ſacrarum familiarum fundatores, qui illius ſunt veſtigia ſecuti inviolabiliter obſervarunt.* Ita ille docte, ac luculenter.

171\. Quod maximè confirmari poteſt, quia Elias extitit magnus Doctor, inſigniſque Scriptor. Doctor, ut dixi *Reſolut. 1. q. 3. n. 71.* ait Chri- Matth 17. Arabicus. ſtus Dominus: *Elias veniet, & reſtituet omnia.* Matth. 17. n. 11. vertit Arabicus, *Elias veniet, & docebit omnia.* Docere omnia elogium Spiritus ſancti. *Ille vos docebit.* Ioan 14. n. 16. quod de Spiritu ſancto dicitur per eſſentiam, etiam de Elia ſcribitur per participationem, tanquam quod fuerit univerſalis Doctor Synagogæ, & novæ Eccleſiæ Chriſti eſt futurus.

172\. Fuit etiam inſignis Scriptor, ac illuſtriſſimus auctor. Poſt raptum mandavit litteras ad 2. Par. 21. Joram Regem, 2. *Paralip. 21. n. 12.* quibus illi ſignificabat graviſſimas pœnas ob ſua ſce- Lyranus. Tirinus. Mavenda. Cornel. Mariana. Menoch. Salian. lera. ut ibi multis expendunt Lyranus, Tirinus, Malveda, Cornelius Mariana, Menochius, Salianus *anno 3148. n. 5.* & alii multi. Inſuper Origenes *tract. 35. in Matth.* explicans illud Apoſtoli 1. Cor. 19. *Nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis aſcendit* Origenes 1. Cor. 19. Ait ipſe Origenes *Nullo enim regulari libro hoc poſitum invenitur, niſi in ſecretis Eliæ Prophetæ.* Malveda. In quo denotat, quod Elias ſcripſerit librum *de ſecretis.* Malveda ex ſacra Prædicatorum familia *lib. 10. de Antichriſto, cap. 2.* in excurſu de Elia ex multis Rabbinis teſtatur, quod Elias ſcripſerit librum *de ſingularum ætatum Rebus, ac de geſtis ſuis.* Camart. Camartus Digniſſimus Generalis Minimorum *de geſtis Eliæ, c. 10. ſect. 2.* etiam refert, quod Elias *de ſuis geſtis ſcripſerit.* Stratonicus. Stratonicus Cumarum Epiſcopus in ſuis Collectaneis affirmat Eliam ſcripſiſſe librum *de conſummatione Mundi,* & alios Auctores refert. Fr. Anton. à Matre Dei. Anton. à Matre Dei *in Præludia Iſagogica Sacræ Scripturæ, Prælud. 1. dub. 7. à n. 135.* Si ergo Elias ſcripſit libros & maximè de ſuis geſtis, inde maximè probabile fit, quod ſuis filiis Prophetarum regulam, & vivendi modum ſcriptum tradiderit.

Ex quo colliges, quod noſtra ſacra Religio in tanta varietate temporum, ac diſcurſu tot millium annorum, habuit quinque ſtatus, ut tradunt communiter noſtri Doctores. *Primus ſtatus* à noſtro Sanctiſſimo Parente Elia uſque ad Chriſtum Dominum, & ſacros Apoſtolos. *Secundus* ab Apoſtolis uſque ad Joannem 44. *Tertius* à prædicto Joanne uſque ad Aymericum. *Quartus* ab Aymerico uſque ad Albertum. *Quintus* ab Alberto uſque ad præſens tempus. 173.

Crede mihi Amice Lector quod hæc dixi non tenaci, & contentioſo animo, ſed quantum capio, quantum ſapio; & hunc Tractatum oſtendi Viris doctiſſimis extraneis à noſtra Religione, & in Regia Conimbricenſi Academia publicè ſacræ Theologiæ Profeſſoribus, qui maximè illum approbaverunt, etiam me abſente, & tanquam uno ore mihi dixerunt, quod bis unum deerat, ut integro, ac ſincero animo legeretur. 174.

De Magno Elia.

Vide etiam *Opuſculum ſecundum, Reſol. 35. per quatuor quæſtiones.*

De Tertiariis Carmelitanis.

Vide *Opuſculum 2. Reſolut. 38. per ſex quæſtiones.*

OPUSCULUM IV.

IMMACULATA CONCEPTIO

SANCTISSIMÆ, AC PURISSIMÆ VIRGINIS Mariæ, abſque ulla labe peccati Originalis. In quo Sacro Myſterio oſtenditur abundantiſſimè reſplendeſcere omnia, quæ ad fidei definitionem requiruntur.

Ad revelationem factam B. Brigittæ, quæ habetur libro ſexto ejus revelationum capite quinquageſimo quinto.

SUÆ ſetvæ Brigittæ, ſic loquitur Dei Mater. Quando pater meus, & matei mea matrimonialiter convenerunt, plus fecir hoc obedientia, quam voluntas, & plua operata cſt eharitas divina, quam voluptas carnis. Nam hora, io qua ego concepta ſui, beoc poteſt vocari aurea hora, & pretioſa, quia alii conjuges conveniunt ex voluptate carnali, mei vciò parentes eonvencrunt ex obedientia, & præcepto Dei, bene ergo aurea hora fuit coneeptio mea: nam tunc incepit principium ſalutis omnium, & tenebræ quaſi feſtioabant in lucem. Deus namque ſingulare quoddam, & à ſæculo abſeonditum faeere voluit in opere ſuo, quemadmodum fecit in virga atida floteſcente. Sed ſcito, quod conceptio mea non omnibus nota fuit, quia voluit Deus, quod ſicut antc legem ſcriptam præceſſit lcx naturalis, & electio voluntaria boni, & mali, & poſtea veniret lex ſcripta, quæ cohiberet omnes inordinatos motus. Sic placuit Deo, quod amici ſui piè dubitarent de conceptione mca, & quilibet oſtenderet zeluin ſuum, donc veritas clareſceret in tempore præordinato.

Præfatiuncula.

Eccleſ.1. Ait Sapiens Eccleſiaſt. 1. n.7. *Vnde exeunt flumina revertuntur.* Ex guus ſons noſtrorum laborum per novem Tomos diſperſus ô Sanctiſſima Virgo. ſub tuo patrocinio, tutela ac invocatiooc exiit in lueem, maximè exordium ſumeos à tua putiſima, ac immaculata Conceptione in noſtro primo Tomo; ad tantum ergo myſterium revertamur; indc dicam cum tuo dcvotiſſimo Idiota libro 5 *O utinam Beatiſſima Virgo calamus meas circa te ſemper in circulo verſetur, at à te incipiat de te tranſcribat, & in te terminetur, ac finiatur.* Et faciat Deus, ut nec mca mens, nec ratio aliud cogitet, niſi te, nec calamua aliud ſcribat, niſi de te, nec manus aliud intendat, niſi citca te, omnéſque virea meæ ad tuum

obſcquium applicentur, & maximè ad magnum myſtetium tuæ puriſſimæ Conceptionis celebrandum, de quo jam mulra variis in locis videnda dixi *tom. 1. in Evangelia, lib. 1. cap. 3. q. 1. & 2. per totum.*

Tomo 3. cap. 16 quæſt. 23. n. 15. & *cap. 29. quæſt. 9. n. 65.*

Tomo 5 lib. 8. c. 21. q. 10. n. 16. & *quæſt. 12. n. 85. 86.*

Tomo 6. c. 1. Matt. q. 10. n. 46. 47. 48. & *Luc. cap. 1. q. 11. n. 48. 49. 50. 51. & ſeqq.*

Tomo 1. in Apocalypſ. c. 2. q. 25. n. 192. 193. & *cap. 3. q. 19.* & *cap. 7. q. 29. n. 246.*

Tomo 1. in Apocalypſ. cap. 12. q. 9. n. 74. & *q. 14. n. 113. 114. 115. & 116.* & *q. 16. n. 135.* & *q. 80. n. 670. 671. 672. 673* & *q. 44. n. 347. 348.*

Nunc verò ad tantum Myſterium explicandum propono in præſenti hanc revelationem factam B. Brigittæ.

QUÆSTIO I.

Hæc revelatio eſt magnæ auctoritatis, & maximè veneranda.

PUra, & immaculata Conceptio Sanctiſſimæ Virginis Mariæ multoties fuit revelata B. Brigittæ, ut conſtat ex præſenti revelatione, & ex alia, quæ refertur *lib. 1. illius revelation.* & ex alia, & clarius *lib. 5. revelation. ad finem* ubi ſic ei dicitur: *Maria de radice Adæ proceſſit, & de peccatoribus nata eſt, licet ſine peccato concepta, ut filius Dei de ea ſine peccato naſceretur,* & clarius *lib. 6 cap. 49.* ubi Sanctiſſima Virgo alloquens cum Beata Brigitta hæc verba protulit. *Veritas eſt, quod ego concepta fui ſine peccato Originali, & non in peccato.* Hæ revelationes valdè graviſſimæ ſunt, & ad firmandam veritatem de puriſſima Conceptione ſufficientiſſimæ. 1.

Multiplex revelatio.

Contra hæc opponit Caietan *tom. 2. Opuſc. tract. 3 c. 5* affirmans, quod licet revelatum ſit B Brigittæ Mariam originale peccatum non contraxiſſe, tamen contrarium fuiſſe re- 2.

velatum Sanctæ Catherinæ Seneſi, quam di-
dici fide digniorem eſſe cenſendam; quippe
B Cathatina canonizata eſt, ſicut cæteri San-
cti; B. verò Brigittam in numerum Sancto-
rum fuiſſe relatam tempore Schiſmatis, quo
nullus habebatur certus Pontifex.

3. Hæc doctrina Caietani in nullo ſuo dicto
ſubſiſtit: nam Bonifacius IX. legitimus Petri
ſucceſſot Sanctam Brigittam in Sanctorum
numerum retulit: nam Petrus Luna, qui con-
tra Bonifacium Anenione inſurrexerat Pon-
tifex adulterius, & dictus fuerat Benedictus
Decimus Tertius, depoſitus fuit à ſuo fictitio
Pontificatu, & illod renuntiavit, ut conſtat
Conc.Conſt ex Concilio Conſtantienſi *ſeſſ.* 37. de quo
nullus Catholicus poteſt dubitare, ſcilicet de
D Anton. Pontificatu Bonifacij, de quo D. Antonin. 3.
Catharin. *p.tit.* 22. *c.* 5. §. *Secundo.* Ambroſius Catbarin,
Dominic. *Opuſculo de Concept.lib.*4. *in Annotatione contra Caietan.longè poſt modium.* Ioan-
Pineda. nes Pineda *in Monarchia Eccleſiaſtica, tom.* 3.
Platina. *lib.* 23. *c.* 14. §. 3. Platina *in vita ipſius Bonifacij*,
Corduba. de quo latiùs Anton. Corduba *lib.* 1. *quæſtion.*
q 43. *Probatione ſexta concluſ.*

4. Deinde S. Brigitta non ſolùm fuit canoni-
Bonifac. zata à Bonifacio IX. ſed etiam à Martino V.
Martin. ut conſtat ex ſuis Bullis, quæ habentur in li-
mine libri prædictarum revelationem. Et to-
ta Eccleſia Catholica B. Brigittam veneratur
ut Sancta canonizatam, ut conſtat ex Marty-
Martyrol. rol. Romano die 23. Iulii: ut ibidem notarunt
Baron. Cardinalis Baron. & Molianus eodem die. Su-
Molian. rius *tom.* 4. & Cæremoniale Roman. *lib.* 1.
Surius, *ſect.* 6. *cap.* 2.
Cæremon.

5. Secundum dictum Caietani faciè, & gra-
Suarez viter refellunt Suar. *to* 2. *ad* 3. *p diſp.* 3. *ſect.* 5.
Vaſquez, Lezana *de Concept.cap.* 14. §. *Ex qua doctrina.*
Lezana. Vaſquez *tom.* 2. *in* 3. *part diſp.* 117. *c* 6. Ægid.
Luſit. Pinto, Ramires, & alii: nam id, quod
dicit de revelatione facta B. Catharinæ Se-
nenſi; quod Beatiſſima Virgo fuerit concepta
in peccato Originali, falſa, & fictitia eſt talis
Stephan. revelatio, quia nec Stephanus Carthuſienſis,
Carthuſ. nec Frater Thomas Senenſis imò & Sanctus
Thom Sen. Antonius, qui vitam Sanctæ Catharinæ ſcri-
D. anton. pſerunt de tali revelatione, ullam faciunt
mentionem, & Caietanus floruit poſt mortem
axioma. Beatæ Catharinæ, pluſquam centū quinqua-
ginta annis, & inde non appret unde Cajeta-
nus habuerit documentum talis revelationis,
*& de non apparentibus, ac non exiſtentibus idem
eſt judicium*, ut eſt commune axioma, & cum
non appareat tale documentum de revelatio-
ne ſanctæ Catharinæ, idem eſt, ac ſi non
extitiſſet.

6. Et eſto ac non conceſſo, quod aliquod do-
cumentum circa revelationem B. Catharinæ
daretur; tamen revelatio B. Brigittæ multo
majoris eſt actoritatis, & ut verior veneran-
da eſt quia revelationes huius Sanctæ mulie-
ris. magno applauſu, ac communi Eccleſiæ
calculo & ſapientum judicio ſunt approbatæ,
ut non à torvo ſpiritu contradici valeant quia
hujuſmodi revelationes non ſemel, aut bis,
ſed iterum, atque iterum valdè maturè exami-
natæ ſunt. Primò, à Concilio Baſileenſi, à quo
Concil. Cardinalis Turrecremata cum aliis ad hoc
Baſileenſ. examen eſt deſignatus, Deinde Summorum
Gregor. Pontificum Gregorii XI. & Vrbani VI. man-
Vrban. dato, harum revelationum examen multis
Cardinalibus. Epiſcopus, viriſque doctiſſimis
commiſſum ſunt, & totum approbatum. Tan-
dem poſt hæc omnia in canonizatione huius
Sanctæ à Bonifacio IX. à Martino V. ap- Bonifac.
probatæ ſunt hæ revelationes, ut conſtat ex Martin.
Bullis, quæ in limine libri revelationum ha-
bentur, & ibidem omnia ſupra citata refert
Cardinalis Turrecrementa, ad initium harum Turrecrem.
revelationem.

Quæstio II.

*Sancti Ioachimus, & Anna conveniunt ad
conceptionem Virginis Mariæ, non ex
carnali concupiſcentia, ſed ex Dei
mandato.*

SIc in præſenti revelatione alloquitur San- 7.
ctiſſima Deipara cum B. Brigitta. *Quando* S. Brigitta.
*Pater meus, & mater mea matrimonialiter con-
venerunt, plus fecit hoc obedientia, quam volu-
ptas, & plus operata eſt ibi charitas divina, quam
voluntas carnis.* Cum jam valde vetuli in ſeni-
li, ac ſterili ætate eſſent SS. Ioachimus, & An-
na abſque liberis; tunc Ioachimo apparet
Angelus, & Dei iuſſu præcipiens congreſſum
cum ſua vxore Anna, denuntians filiam naſci-
turam nomine Mariam, quæ deſtinabatur Sal-
vatoris Iesu mater, ita etiam iterum revelatum
fuit B. Brigittæ, ut habetur *lib.* 1. *Revelat.c.* 9. S. Brigitta.
ubi dicitur, quod Parentes Deiparæ *ex verbo
Angeli nunciantis, convenerunt carne, non ex con-
cupiſcentia aliqua voluptatis.* Idem tradunt Ger- German.
man. Conſtantinop. *in encomiis B. Virg.* & Ful- Fulgibert.
gibert. Epiſc. Carnotenſis *de Nativitate Virg.*
& D. Hieron. *de Nativitate Mariæ* Et indeme- D. Hieron.
ritò ait D. Damaſc. Orat. 1. de Nativitate Virg.
Ioachimus, & Anna, tanquam ſpirituales mon- Ioachimus,
tes dulcedinem diſtillaverunt. Dicitur in Pſal- & Anna
mo Deipara 88. n. 5. *Fundamenta ejus in mon-* ſpirituales
tibus Sanctis, nempe in his montibus diſtil- montes.
lantibus dulcedinem Mariæ. Pſalm 88.

Divino, & ſupremo conſilio factum eſt, ut 8.
Ioachimus, & Anna jam in effœta ſenectute
Sanctiſſimam Virginem generarent feliciſſi-
me, quo puriſſimam Dei matrem mundius
efformarent quod Sanctus Petrus Chryſolo- Chryſol.
gus his verbis elegantiſſimè ediſſerit. *Partus* Virgo Maria
non ablatus eſt, ſed dilatus, donec tranſiret tem- non ex con-
pus carnis, paſſio corporis, voluptatis cauſas, cu- cupiſcentia
piditatis ſenſus, & totum, quod humanam con- carnis, ſed
fundit, gravat, & onerat conſcientiam; ſcilicet, ex obedien-
non libidinis eſt, quod Maria concipiatur, ſed tia progigni-
altiſſimæ providentiæ, quæ Mariæ puritati tur.
adiugi at, ut ejus conceptio è ſterili vulva, &
exhauſta ſenecta, opus ſit potius gratiæ, quā
naturæ, ſitque citius devotionis negotium,
orationiſque officium, quam cupiditatis ſen-
ſus Idem docent D. Damaſcenus *Orat.* 1. *de* D. Damaſc.
nativitate Virginis. D. Hieron. *citatus.* n. Ar- D Hieron.
noldus Carnotenſis *de laudibus Mariæ Virg.* D. Arnold.
Hoc poſtulabat eximia puritas Mariæ, ut non
ex concupiſcentia carnis, ſed ex gratiæ pri-
vilegio naſceretur. Ipſa enim multo melior
eſt Eva, quæ ex Adami coſta dormientis
ac in contemplationem elevati fuit procrea-
ta, ergo etiam conveniens erat, ut Maria
pro-

Digitized by Google

progigneretur à Parentibus in oratione, contemplatione, & devotione totis intentis.

9\. Cantic. 3.

Canticor. 3.n.16. dicitur: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus, myrrhæ, & thuris.* Virgula hæc Sanctiſſima eſt Virgo Maria, quæ fumo gratiarū odorifero totum replevit orbem, ſed una exurgit, ac aſcendit, non à parentibus, ſed à myrrha, ac thure exurgit, ac aſcendit. Quid habent myrrha, ac thus in ſe ad tam ſublimem generationem, ac aſcenſionem? Myrrha ſignificat continentiam, ſeu ut multis placet, obedientiam, quæ compungit, ac coarctat carnem; thus vero orationis devotionem indicat. Aſcendit ergo B. Virgo in ſua Conceptione, non à cupiditate carnis; & ſanguinis, ſed ab affectu obedientiæ, continentiæ, ac orationis, quia in ea nihil ex appetitu carnis, ſed totum ex cœleſti influxu dabatur. Petr Damian. *ſerm. de Aſſumpt.* adducens præfata Cantic. verba ſic ait: *In myrrha continentiam, in thure devotionem intellige, Hæc duo ſunt, quæ virginalem ſubſtantiam totam circumdederunt virtute, continentia ſcilicet, & contemplatione.* Intellige *alterum carnem, alterum mentem, ita poſſidet, ut caro mundiſſima, mens puriſſima Genitricem Domini ſingularius conſecrarent.* Aſcendit Virgo ex aromatibus myrrhæ, & thuris, ut tota ſpiritu abſque carne, & ſanguine eſſet Deo conſecrata, & de his multa in toto hoc tractatu.

Maria progignitur ex oratione, ac contemplatione.

Damian.

10\. Leo Aug.

In laudem horum Parentum Sanctiſſ. Virg. Mariæ duo adnotabo, unum, quod ſcribit Leo Auguſtus *Orat. 2. in Sanct. Mariæ Præſentat.* & ait: *Eiuſmodi aliquid molitur, benignus ille, ac clemens Deus: videtúrque puellam dare Ioachim, ac Annæ: & accepit genus ipſum humanum, ut non deſit, quod Deo volenti à nobis accipere, demus munus.* In Conceptione hujus Sanctiſſimæ puellæ, inter cætera quid Glorioſiſſimus, Benignus, ac Clementiſſimus Deus molitur. Et quodnam eſt hujus divinæ liberalitatis arbitrium? ſcilicet ut videatur puella Deipara concepta, & nata parentibus data. *Et accepit genus ipſum humanum, ut non deſit, quod Deo volenti à nobis accipere, demus munus.* Deus jam incœperat faſtidire antiquæ legis munera, *Holocauſtis non delectaberis.* Pſ. 50. n. 18. Pauperrimo mundo, & inopi rerum naturæ, felici conceptu Deus Deiparam puellam donat, ut jam mundus aliquid Deo dignum, & maximè Deo placens, ipſi datori Deo redonet, quod totum mundus à parentibus Ioachimo, & Anna accepit; unde cum ſic loquitur citatus Leo Auguſtus: *At ô vos, qui munus hoc locupletiſſimum ad nos devexiſtis, qui & ea gratia, quam primi accepiſtis, dediſtiſque univerſi locupletiores facti eſtis. O beatum ærarium, ex quo illud prodiit.* Expende illud *univerſi locupletiores facti eſtis.* Cum nobis Sacratiſſimam Deiparam dediſtis, quæ de ſe ait, Prov. 8, n. 18. *Mecum ſunt divitiæ, & gloria, opes ſuperbæ;* ſeu ut alii legunt; *A me ſunt divitiæ, & gloria,* quæ omnia emanant ab illa.

Ioachimus, & Anna dant mundo gratum munus ad offerendum.

Pſalm. 50.

Proverb. 8

11\. Secundò. Joachimus, & Anna patres ſunt Deiparæ Mariæ, ac avi D. JESU CHRISTI; unde Iochimus, & Anna nomine Mariæ, ac CHRISTI valent inſigniri, nobilitari, ut dixi. Abimelech Geratæorum Rex ait ad Abrahā, Deus tecum eſt in univerſis, quæ agis. *Iura ergo mihi per Deum, ne noceas mihi, & poſteris meis, ſtirpique meæ.* Gen 21. n. 23. Chald. legit. *Ne noceas mihi, & filio meo, & filio filii mei.* Septuag. ſcribunt. *Ne noceas nomini meo.* Ecce filius, & nepos dicitur nomine patris, ac avi. Ecce quodāmodo Deiparæ, & Chriſtus Ioachimi, & Annæ nomen, ecce quam auguſtum nomen à filia, ac nepote fœnerant. Uterque Chriſti Avus, inde quodammodo alteruter Chriſti Avus Iſſus, id eſt, ſalus dicitur, & uterque propemodum Chriſtus nominatur juxta Septuaginta. *Ne noceas filio filii mei,* id eſt, *ne noceas nomini meo.* Ecce quomodo filiorum, ac nepotum claritas in parentes, & Avos reverberat quod dicit Chryſolog. ſerm. 6. *Honor geniti, genitoris honor eſt: perfectio geniti, generantis forma eſt.*

Geneſ. 21. Chaldæus.

Septuag.

Ioachimus, & Anna à Chriſto nomē habent.

D Chryſol.

QUÆSTIO III.

Dum corpus Beatiſſimæ Virginis Mariæ in utero Sanctæ Annæ efformatur Angeli præſtant illi obſequium.

12\. ANgeli per totum vitæ decurſum Sanctiſſ. Virgini obſequium miniſtrarunt, quod etiam in ſua Conceptione non defuiſſe credo, imò ab ipſa pura Conceptione ſuum famulatum incœpiſſe dicam, ut affirmat Arnoldus Carnotenſis *lib. de laudibus Virginis,* dicens: *Obſequium Angelorum patet fuiſſe ab ejus Conceptione.* Angeli ex viſceribus S. Annæ puriorem, & magis defœcatum ſanguinem coagularunt, & ex quatuor elementis meliorem, ac excellentiorem portionem adduxerunt, aptioréſque cœleſtes influentias convocarūt, ut aptiſſimè, ac proportionatiſſimè corpus Deiparæ in ſua Conceptione organizaretur, ac efformaretur: nam ut ait citatus Arnoldus. *Nullum gratiæ privilegiū negatum eſt matri,* ſcilicet Dei, ergo ab hoc privilegio non eſt defraudata, cum aliis fuerit conceſſum.

Arnoldus.

Virginis corpus organizatur interveniente Angelorum obſequio.

13\. Ad hanc cogitationem me adducit Angelicus Doctor, 1. *part. q. 2. art. 2.* dum docet, tanquam valdè probabile, quod in creatione Adami Angeli ſupremæ Dei majeſtati inſervierunt, pulverem, ac lutum ſanctiſſimis ejus manibus miniſtrantes ad illius corporis formationem, ſic ait Sanctus Doctor: *Potuit fieri, ut aliquod miniſterium in formatione corporis primi hominis Angeli exhiberent.*

S. Thom.

14\. Venerunt tres Angeli ad Abrahā *Geneſ. 18. n. 2.* & tamen ſolum duo ad Sodomam tranſierunt. *Geneſ. 19 n. 1.* Unde colligunt Abulenſis, Lyranus, & alii cōmuniter, quod tertius Angelus manſit cum Abrahamo, profecti ſunt in Sodomam, inde Hebræi addunt, quod manſit iſte Angelus ad fovenda, ac adjuvanda viſcera ſterilis Saræ, ad concipiendum filium Iſaac, quē illi promiſerat, ac proinde uſque ad conceptū Angelus ibi inviſibiliter perſeveravit, ergo multo à fortiori Angeli obſequium exhibuerunt ad efformandum Virginis corpus.

Geneſ. 18. Geneſ. 19. Abulenſ. Lyranus.

15\. Ait Regius Vates de manna cadente de cœlo Pſalm. 77. n. 25. *Panem Angelorum manducavit homo.* Hoc eſt iuxta communem ſententiam teſte noſtro Incognito, panē Angelorū manibus confactū, ac compoſitum, & ad hoc fortè reſpexit D. Ambr agens de Sanctiſſima Deipara *ſerm. 3. in Pſal. 21.* dicens: *Mariam Manna dixerim veluti cœlitus veniens,*

Incognit.

D. Ambr.

Virgo Maria veluti manna de cœlo.

Mariam appellat manna, tanquam è manibus Angelorum è cœlo venientem, fabricatum, ac compoſitum.

16\. Tanquam ſtrenui, ac vigilantes milites aſtiterunt Angeli in organixatione huius Divini Corpuſculi Deiparæ, ne diabolus haberet iogreſſum ad illud in infuſione Animæ aliqua peccati macula inficiendum. Hanc cogitationem firmat D. Anſelmus lib de excellen. Virg. & ait. *Nec dub um ſanctiſſimum corpus, & ſanctiſſimam animam*: Bene ſciebat ſanctus Pater, quod tantum Anima ſit peccati ſubjectum, tamen ita loquitur, ut innuat ſe agere de illo inſtanti, in quo anima infunditur corpori, inde de, corpore facit mentionem addens *funditus*, quod verbum importat excluſionem totius peccati in omni tempore; cujus defenſionem explicat. *Angelorum cuſtodia fuiſſe protectam*, qui tanquam optimi Clientes advolant ad defenſionem ſuæ ſupremæ Reginæ.

D. Anſelm. — *Angeli advolarunt ad cuſtodiendã virginem ab omni pecca to.*

QUÆSTIO IV.

Hora, in qua concepta fuit ſanctiſſima Virgo Maria recte dicitur hora aurea, & precioſa.

17\. SIc in præcitata revelatione loquitur ſanctiſſima virgo cum ſua ſerva B. Brigitta, *Hora, in qua ego concepta fui, bene poteſt vocari aurea hora, & pretioſa* & ſtatim: *Beae ergo aurea hora fuit Conceptio mea, nam tunc incapit lux omnium, & tenebra, quaſi feſtinabant ad lucem.* Valde pretioſa, & ſupremæ æſtimationis extitit hæc hora aurea, & in hoc ſenſu dicuntur *murenela aurea* ſponſæ Cantic. 1. n. 10 Extitit hora aurea omnium gratiarum, ac indulgentiarum. *Aurea virga Aſſueri.* Ether. 15. num. 15. Hora aurea, utpote fulgens ſplendore omnium virtutum. *Lamina aurea in capite ſacerdotis* Exod. 28. n. 36. Hora aurea ad cuſtodiendam omnem juſtitiam, & ſanctitatem, *Zona aurea ad mamillas* Apocal. 1. num. 13. Hora aurea ad defenſionem totius Orbis, *Reclinatorium aureum.* Cantic. 3. num 10. Hora aurea oſtendens viam in cœlum. *Platea civitatis aurum mundum.* Apocal. 21. num. 21.

Brigitta. — Cantic. 1. — Eſter. 15. — Exod. 28. — Apoc. 1. — Cantic. 3. — Apocal. 21.

18\. Recte de hac die Conceptionis Virginis dicam, id quod Petrus Bleſenſis dixit epiſtola 14. ubi Mariam vocat *Imperialem diem* tanquam ſplendoris primatum tenentem & reliquorum principatum. Vnde perbelle Angelus del Paz *lib. 2. in Luc. cap 28 de die Concep.* ſic loquitur. *Qua autẽ feſtivitas, hæc præponenda eſt, ex qua, & per quam omnium aliarum feſtivitatem eſt exorta devotio.* Hæc dies eſt principium, ac Origo omnium ſolemnitatum noſtræ fidei, ergo nulla dies illi proponenda, nec adæquanda. Explicans ſcriptor Canonicus, primam totius Orbis fabricam & fulgentiſſimæ lucis productionem enarrans, ſubdit *Factum eſt veſpere (& mane dies unus.* Gen. 1. n. 5 Ex quo inſurgit difficultas, cur hic dies dicitur unus, & non potius primus, ut iam alibi notavi, conſequens dies dicatur ſecundus; ut clare patet ex Tex. ibidem num. 8. *Factum eſt veſpere, & mane dies ſecundus.* Ergo antecedens dies primus erat dicendus, nam ſecundus ſupponit primum, cur ergo ille non dicitur primus, ſed unus, ſeu unicus rationem præclare nobis dat D. Ambroſ. *lib. 2. Hexaemer. c p. 1.* & ait: *Excipiendus à cæteris tanquam dies unus, non conferendus cum cæteris, tanquam dies primus eſt: unde fundamenta rerum omnium poſita, & cauſa eſſe ceperunt, quibus mundi hujus, atque univerſa viſibilis creatura fulta ſubſtantia eſt* Dies, in quo totius Orbis machina exorditur, non vocandus primus, etſi revera primus ſit, ſed unus, ſeu unicus, non enim computandus eſt cum aliis, cum ſit cæteris excellentior; ut hanc ergo ejus excellentiam ſcriptor declaret, tanquam à Cæteris ſeparans; non primum dicit, quia tunc cum cæteris ſecundo, & tertio erat annumerandus, ſed unum, ſeu unicum, & ſingularem appellat, ad majorem ejus nobilitatem indicandam, à quo cætera omnia habuerunt principium; ex quo liquet, quam ſolemniſſima ſit iſta aurea dies conceptionis Virg. Mariæ, ab illa enim tanquam à radice, ac fundamento emanarunt omnes feſtivitates, ac ſolemnitates omnium myſteriorum noſtræ fidei.

Angelus de Paz — Feſtivitas conceptionis omnium ſuprema. — Gen. 1. — Gen. 1. — D. Ambroſ.

19\. Hæc aurea dies Conceptionis Virginis valde feſtiva extitit, Angelis ubi primum ipſa concepta eſt ait D. Vicentius Ferreira ſermon. de nativit. *Statim Angeli in Cælo fecerunt feſtum Conceptionis.* Et Angelus in ſermone, quem habuit cum B. Brigittæ cap. 4. loquens cum ſanctiſſima Deipara ſic ait: *Et tu ô virgo ſanctiſſima, Angelis ut creati fuerunt, gaudium fuiſti.* Angeli in illo inſtanti, in quo fuerunt viatores, fidem Chriſti habuerunt, eumque ut ſuum glorificatorem adorantes agnoverunt; ſicque de ipſa ſua ſanctiſſima Matre notitiam habuerunt, eamque ut eorum Reginam venerati ſunt, gaudentes de tanto ſanctitatis ſplendore; ſi cum tot ante ſæcula eam objective agnoſcentes, ita lætitia exultarunt Angeli, quale eſſet eorum gaudium, cum eam jam actualiter vidiſſent conceptam, ac efformatam in utero Matris. Ait Chriſtus D. Luc. 15. num. 10. *Dico vobis gaudium erit coram Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.* Quanto magis in hac die gaudium fuiſſet ſanctis Angelis Dei, cum illa concipiebatur, per quam peccatores ad pœnitentiam vocabantur, & per quam ſalus omnibus aperiebatur.

D. Vincent. — Hac dies feſtivo Angelis. — B. Brigitta. — Luc. 15.

20\. Valde feſtivus extitit hic dies Conceptionis ipſi Deo, ait Paulus 2. Corinth. 8. n. 9. *Scitis gratiam Domini noſtri IESV CHRISTI.* Quæ verba explicat ibi D. Thomas Lect. 2. *Scitis gratiam, quam quidem humane generi contulit.* Et in rem noſtram Lectio Græca ſic habet: *Scitis feſtivitatẽ Domini noſtri IESV CHRISI.* Feſtivitas Domini noſtri Ieſu, ut gratiam conferret humano generi. Præcipiebat Deus certa dona præparari, *qua offeratis in diebus feſtis meis:* Numer. 18. ut legit Origenes homil 23. in numer. *Habet ergo Deus dies feſtos ſuos. Eſt enim ei humana ſalus dies feſtus.* Dies hæc Conceptionis valde feſtiva Deo, dum Maria præſervatur à peccato; dumque Maria concipitur, per quam ſalutis gratia diffundenda

2 Corinth. 8. — D. Thom. — Græcus. — Numer. 18. — Origenes — Dies feſtus Dei ſanctificatis noſtra.

Luc. 1. denda erat in omnes. Ingreſſus Angelus ad virginem Mariam ait: *Ave gratia plena.* Luc. 1. n. 28. quia ex plenitudine ejus ſuperabundanti nos omnes accipimus. Richard. Richard. lib. 1. de laudibus Virg. cap. 4. *Bene ergo dicta eſt gratia plena, & in tantum plena, ut ex tua redundantia totus hauriat mundus.*

21. Ad fores divinæ ſponſæ pulſat divinus ſponſus Chriſtus D. dicens, *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Cantic. 5. Cantic. 5. num. 2. Inſtanter pulſat oſtium divinus ſponſus, ut ei ſponſa aperuit, & quamnam rationem ad hoc interponit? An ut ejus præſentia gaudeat, ejus colloquiis fruatur, & cum ipſa habitans commoretur? minime, ſed tantùm hoc proponit, *quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* D. Ambroſ. Richard. Rupertus. D Ambroſ. lib. 3. de Virg. Richardus, Rupertus, per rorem, & guttas intelligunt divina dona, ac cœleſtes gratias; inde divinus ſponſus poſtulat, & inſtat, ad *Maria virgo gratiarum diſpenſatrix.* oſtium ſanctiſſimæ Virg. Mariæ, ut aperiat, ut illam gratiarum, ac donorum affluentiam, tanquam eorum diſpenſatrix per univerſum genus humanum dividat, ac diſtribuat, ut ait D. Anſelmus, *Totum nos Deus voluit habere per manus Mariæ.*

Quæstio V.

Summam puritatem Virg. Mariæ in ſua Immaculata conceptione apertiſſime nobis divinus ſpiritus declarat in ſcriptura multis in locis.

22. AD hoc tantum myſterium, quod incipimus explicare, ipſa ſanctiſſima virgo nobis ducatum præbeat, & viam oſtendat. Mittens Chriſtus D. ſuos Apoſtolos ad prædicandum per totum orbem, *Præcepit eis, ne quid portarent in via niſi virgam.* Matt. 6. Matt. 6. n. 8. & quænam eſt hæc virga, quæ tantum portari mandatur? eſt illa, de qua loquitur Iſai. 11. Iſaias 11. num. 1. *Egredietur virga de radice Ieſſe.* Quæ à Doctoribus ſemper portanda eſt, ad veram ſapientiæ illuminationem. Richardus de ſancto Laurent. lib. 12. de laudibus *Maria ducatum præbet Doctoribus.* Richardus. Virg. ſic ait: *Maria eſt via prædicationis, ac doctrinæ, quæ ſola datur prædicatoribus, ac Doctoribus ad portandam in via: qui enim habere poſſet hanc virgam commem non deeſſet ei gratia, non doctrina, vel aliquid neceſſarium.* Adſit nobis hæc divina virga ad dirigendum in præſenti.

23. Cantic. 4. De ſanctiſſima Virgine Maria, ait divinus ſponſus Cantic. 4. num. 7. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Illa vocula *tota* propoſitio univerſalis eſt, & dicit omnimodam gratiæ pulchritudinem, & omnem Idiota. fœditatem peccati excludit Doctiſſimus Idiota. De Beata Maria cap. 2. ſic ſcribit: *Tota pulchra es virgo glorioſſima, non in parte, ſed in toto: & macula peccati ſive mortalis, ſive venialis, ſive originalis, non eſt in te, nec unquam fuit, nec erit.* Ergo Deipara totaliter pulchra, & nulla ex parte maculata eſt. Eccleſia per Mariam Virginem, ſeu ad ejus ſimilitudinem eſt compoſita, ac efformata, D. Ildelphonſus ſerm. 2. de Nativit. Virg. *Ad* D. Ildelph. *vicem Matris ejus*, ait, *mater noſtra Eccleſia conſtruitur.* Albertus Mag. ſuper Miſſus eſt, Albertus. ait: *Supremus artifex per matrem ſuam, Eccleſiam matrem noſtram fabricavit.* Et Petrus Damian. homil. de S. Ioan. ait *De Maria pro-* Damian. *diſſe videtur Eccleſia.* Nam ſanctiſſima Deipara juxta communiorem ſententiam Theologorum, in quodam ſigno priori ſimul cum Chriſto fuit prædeſtinata, ante aliorum electorum prædeſtinationem, ex quibus Eccleſia conſtruitur. Tunc ſupremus artifex ad ſimilitudinem, & exemplar ſuæ matris Mariæ Eccleſiam compoſuit, & effigiavit; atqui de Eccleſia ait D. Paulus ad Epheſ. 5. nu. 27. Epheſ. 5. loquens de Chriſto D. cum Eccleſiam efformaret; *Semetipſum tradidit pro ea, ut ſibi exhiberet ipſe Eccleſiam glorioſam non habentem maculam, neque rugam ſed ut ſit ſancta, & im-* *Cum Eccleſia macula, ſic ſit ſine Maria.* *maculata.* Ut Eccleſia correſpondeat ſuo exemplari, ſi Eccleſia non habet maculam, nec rugam, nec etiam ſanctiſſima Deipara; etſi Deipara habet maculam, etiam Eccleſia illa inficitur; hoc ſecundum negat Apoſtolus, ergo & primum negandum eſt: ſi ergo ex ſponſo Chriſto colligitur, quod Eccleſia ſit immaculata, idem colligendum eſt de filio Jesu, per reſpectum ad matrem; nam ex ipſo divino ſponſo tota puritas deſumitur. D. Thom. ad Epheſ. *Indecens erat, ut immaculatus* D. Thom. *ſponſus ſponſam duceret maculatam, & ideo exhibet eam ſibi immaculatam per gratiam.*

24. Loquens Chriſtus D. cum Beata Deipara juxta D. Bernad. *homil.* 4. ſuper Miſſus, Rupertum, & alios, eam appellat *amica mea, columba mea, immaculata mea.* Cantic. 5. num. 2. D. Bernard. Rupert. Eccleſia. Cantic 5. Purum, & immaculatum juxta D. Thomam 2. 2. *quæſt.* 106. intelligitur per receſſum à contrario. D. Thomas. Ergo cum virgo dicitur immaculata, exponendum per receſſum a contrario, ſeu macula, explicans prædicta verba Anſbertus Abbas ad Cantic. 4. *Pulchra es* Anſbert. *amica mea, & macula non eſt in te, nec viciſſitudinis obumbratio.* Expende verba Magni Abbatis, quod virgo Maria ita ſit immaculata, ut nulla ſit in ea *viciſſitudinis obumbratio.* Ut Apoſtolus Iacobus explicet ſummum Dei Iacob. 1. ſplendorem ait cap. 1. num. 27. *Deſcendens à Patre luminum apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* Quibus verbis, ut ibi advertunt expoſitores, denotatur diſcrimen inter noſtrum ſolem terrenum, qui eſt fons noſtri luminis; ac Deum Patrem luminum; nam ille terrenus mutationis ſubit vices, & nunc ſplendet, & nunc obſcuratur terræ, aut lunæ oppoſitus; unde nocturnæ umbræ, ac diurnæ eclypſes exiſtunt; & ſemper ſuo curſu aliquando illucеſcit, aliquando teneſcit; At Æternus Pater luminum ſemper ſupremo ſplendore fulget, ut in eo nulla ſit tranſmutatio ad tenebras, nec *viciſſitudinis obumbratio*, aut ad terrenæ labis objectu, aut de alicujus caligine eclypſis; ſic de ſanctiſſ. Deipara ait Anſbertus, quod *macula non eſt in te, nec viciſſitudinis obumbratio:* tanto divini ſpiritus ſplendore fulget, ut alicujus alternæ humanitus obumbrationis nullam ſenſerit injuriam, tantoque plenæ pulchritu- *In Deipara nullu fuit viciſſitudinis obumbratio.*

dinis nitore irradiat abſque ullo umbrarum nævo, & obſcurationis viciſſitudine, ut à tenebroſa primævæ culpæ fœditate omnino aliena extiterit.

25. Eccleſ. 1.
Tertiò. Ait Siracides Eccleſiaſt. 1. num. 9. *Ipſe creavit illam in Spiritu ſancto, & vidit, & dinumeravit, & menſus eſt*; quæ verba, licet magna pars Expoſitorum, de Filio Dei intelligant; Tamen Richardus de ſanct. Lauren. *lib. 2. de laudibus Mariæ part.* 5. D. Bernad. *citand.* & alij de B. Virgine interpretantur, eique magis convenit verbum *creavit illam*, nam filius Dei *non eſt factus, nec creatus, ſed genitus*, ut habetur in Symbolo D. Athanaſij, ex quo inſurgit magna difficultas, quomodo dicitur de ſanctiſſima Deipara: *Ipſe creavit illam in Spiritu ſancto*: Nam omnia dicuntur in filio Dei creata, quæ eſt ſapientia æterna. *In principio creavit Deus cœlum, & terram.* Alia lectio habet: *In filio creavit Deus Cœlum, & terram*; & de ſe ait Chriſtus Dominus, Ioan. 8. numero 25. *Principium, & qui loquor vobis.* Et Apoſtolus ad Coloſſenſ. 1. num. 16. *Omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt.* Vt explicant D. Auguſtinus *lib. 1. de Geneſi ad literam cap.* 1. D. Ambroſ. D. Baſil. *homil.* 1. *Hexaem.* & D. Thomas ibi in Eccleſiaſt. tanquam per Ideam, & cauſam exemplarem, in ipſo, & per ipſum facta ſunt omnia, cum filius ſit ſapientia Patris. Cur ergo virgo Maria non dicitur Creata in filio, ut de cæteris creaturis aſſeritur. *In filio creavit cœlum, & terram*, ſed aliter de ea habetur, *Ipſe creavit illam in Spiritu ſancto.* Numquid in creatione Virginis filius ceſſit, & eam remiſit Spiritui ſancto? Abſit: vel in ipſa virgine duæ creationes conſiderandæ ſunt? & maximè; eam cum cæteris creaturis in eſſe naturali creavit in filio ſuo, ſecundum ſuam æternam ſapientiam, ut ſimul etiam crearet in Spiritu ſancto ac gratia illius. Perpende verbum, *Vidit, & dinumeravit.* In illo primo ſigno æternitatis, in quo Deus decrevit creare omnia, ſimul *vidit*, quod ſic eam creabat in eſſe naturali, ut futuram Matrem ipſius filij, & pro ſingularitate dignitatis ſingulariter eam creavit ſimul in Spiritu ſancto, ut in primo inſtanti ſuæ creationis eſſet illius gratia plena, & inde ad tantum cumulum meritorum, ut ſolus Deus ſua infinita ſapientia, illa valeat agnoſcere, & dinumerare. D. Bernard. Senenſ. *tom. 2. ſerm. ſerm. 3 cap.* 1. ait: *Tanta fuit perfectio virginis, ut ſoli Deo cognoſcēda reſervetur*, juxta illud Eccleſiaſtic. 1. *Ipſe creavit illam in Spiritu ſancto, & vidit, dinumeravit, & menſus eſt.* Ad hunc locum Eccleſiaſt alludit Leo Imperator cognomento ſapiens orat 3. ſic loquitur. *Et quis conetur magnitudinem gloriæ tuæ metiri*, ac ſi dicat, *cum ſis totius Omnipotentiæ opus*, Cum Deipara loquitur.

Richard. D. Bernad. Symbolum. Geneſ. 1. Alia lectio. Ioan. 8. Coloſſen. 1 D. Auguſt. D. Ambroſ. D. Baſil. D. Thom. *Maria tota creata eſt in gratia.* D. Bernad. *Leo imper.*

26. Cantic. 6. Malach. 4.
Quartò. De ſanct. Deipara decantat Divinus ſponſus, *Electa ut ſol.* Cantic. 6. num. 9. Cur non dicitur electa ut Luna; nam Chriſtus Dominus dicitur Sol. Malach. 4 num. 7. *Orietur Sol juſtitiæ timentibus nomen meum.* Deipara etſi ſanctiſſima, non eſt æqualis filio ſuo, cur ergo non dicitur electa ut Luna, vel ut quid aliud ſole inferius? Profunde conſidera myſterium; magnum intervenit diſcrimen inter ſolis, ac aliarum rerum creationem; nam aliæ res prius fuerunt creatæ in ſua ſubſtantia naturali, & poſtea aſſecutæ ſunt decoris formam, prius habuerunt ſubſtantiam, deinde formam: *In principio creavit Deus cœlum, & terram*, poſtea vero decoris forma eis data eſt: *Germinet terra herbam virentem, facientem ſemen, & lignum pomiferum.* Ibidem n. 11. ſimiliter & quarta die. *Fecit Deus duo luminaria magna, & ſtellas, & poſuit eas in firmamento Cœli.* Ibidem num. 16. At in creatione ſolis aliter ſe res habuit, prius creata fuit forma lucis, deinde ejus ſubſtantia: prima die *dixit Deus fiat lux*, & ex ipſa luce, quarta die fabricavit ſolare corpus, ut docent D Baſilius *homil. 1. in Hexaemer.* D. Gregor. Nazianz. Orat. 43. D. Gregor. Nyſſen. D. Thom. Abulenſ Cajetan. & alii. Iſtam creationem ſolis diverſam ab aliis perbelle notavit D. Gregor. Nazian. citatus. *Cum in Cæteris rebus Deus materiam prius conderet & deinde eam forma conveſtiret, hic ut majoris cujuſdam miraculi ſpecimen daret, formam materia priorem protulit; forma enim ſolis lumen eſt.* Ecce cur Virgo Maria dicitur *electa ut ſol*, quia ejus electio ad gratiã valde diverſa eſt ab electione aliorum, *Vt majoris cujuſdam miraculi ſpecimen daret.* Homines alii prius fuerunt præordinati ad eſſe naturale, tanquam Adami filii, ac ejus fœditate infecti antequam gratia mandarentur. At Maria *electa ut Sol* prius fuit præordinata ad formam lucis gratiæ, quam ad ſuam naturalem ſubſtantiam. Nam in primo inſtanti Chriſtus prædeſtinatus eſt, ut de tali muliere carnem ſumeret, ac proinde ibi ipſa prædeſtinata eſt tanta gratia, quanta ad tantam dignitatem requirebatur, & ſi in ordine naturali, Deus fecit hoc mirabile, ut prius crearet lucem ſolis, quam ejus ſubſtantiam; Cur hoc denegandum electioni Matris ejus, *ut majoris cujuſdam miraculi ſpecimen daret.* Sic ait Ioan. Apocal. 12. n. 1. *Signum magnum apparuit in cœlo. Mulier amicta ſole.* Græcus legit, *miraculum magnum.* Magnum fuit; quod Deipara eſſet electa ut ſol, veſtita ſole, & de hoc ſigno magno ad myſterium Conceptionis multa dixi *tom. 2. in Apocal. cap. 12. quæſt. 9. num. 74. quæſt. 14. num. 113. 114 115. 116. & quæſt. 16. & quæſt. 35. & quæſt. 70.* per totum.

Geneſ. 1. D. Baſil. D. Nazian. D. Nyſſen. D. Thom. Abulenſ. Cajetan. *Deipara veſtiti prius ad gratiam, quam ad ſubſtantiam* Apocal. 12. Græcus.

27. Cantic. 7. D Gregor. Caſſiodor. Philo. Aponi. Anſelm. Alcuin. Haymo. Cant 5.
Quinto. Maxime celebratur de Sponſa, *Quam pulchri greſſus tui in calceamentis filia principis.* Cantic. 8. num. 1. Quæ verba ſunt ſponſi ad ſponſam, ut tenent Divus Gregor. Caſſiodor. Philo, Aponi, Anſelmus, Alcuinus, Haymo, & alii. Illud tamen obſervatione digniſſimum eſt, quod dum ſponſa laudes ſui ſponſi intonat, à capite incipit Cantic. 5. n. 11. *Caput ejus aurum optimum, coma ejus ſicut elata palmarum, oculi ejus ſicut columbæ, genæ illius ſicut areolæ, labia ejus lilia, manus ejus tornatiles, venter ejus eburneus, crura illius columnæ marmoreæ, &c.* At vero præconia ſponſæ à pedibus, ac primis greſſibus inchoantur ab ſponſo hoc cap. 7. *Quam pulchri greſſus tui: juncturæ femorum tuorum ſicut monilia. Vmbilicus tuus crater tornatilis. Venter tuus ſicut acervus tritici; duo ubera tua, ſicut duo hinnuli; collum tuum ſicut turris eburnea; naſus tuus ſicut turris libani; caput tuum, ut Carmelus.*

Digitized by Google

Suprema Deiparæ magnalia à ſua conceptione. *lus.* Si divina Sponſa maximè aſſimilatur cum ſuo cœleſti ſponſo, & maximè cum eo cohæret, cur tam diverſimode eorum corpora, eorumque membra deſcribuntur, ut unus à capite, alius è contra, à pedibus, ac greſſibus referatur? *caput Chriſti Deus.* Primi vero Deiparæ greſſus in ſua Conceptione, ac prima formatione habentur, & agnoſcuntur. Suprema majeſtas Chriſti à capite hoc eſt ejus divinitate dimanat, ac exundat. At vero præclariſſima Deiparæ magnalia à ſuis primis greſſibus, à ſua prima formatione, ſeu conceptione; inde exurgunt, & ſublevantur ex magna gratia, qua ex ſumma Dei liberalitate fuit plena, In calceamentis *filia Principis.* Vaticanus *filia liberalis.* Aquila excribit *filia ſponte dantis* D. Ambroſius in Pſalm. 118. *Filia voluntatis*, vel *beneplaciti.* Deipara enim extitit filia ſummi Dei principis, valde liberalis in eam, ac ſponte dantis, ut filia ſuæ voluntatis, ac beneplaciti, & inde tantam gratiæ abundantiam ei eſt largitus, quantum poſſibile eſt uni puræ creaturæ. D. Bernardinus Senenſis *tom.* 1. *Sermon.* 6. *art.* 8. *cap.* 10. ait. *Tanta gratia Virgini à Domino data eſt, quantum uni puræ Creaturæ dari poſſibile eſſet.*

Vaticanus. Aquila. D. Ambroſ. *Mariæ virgini tanta gratia data eſt, quantum puræ creaturæ poſſibilis.* D. Bernard.

28. Luc. 1. Sexto. In ſuo Cantico ſic modulatur ſanctiſſima virgo Luc. 1. num. 28 *Fecit mihi magna, qui potens eſt, & ſanctum nomen ejus: & miſericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum.* In præſenti duo Dei attributa nobis proponit ſacratiſſima Deipara, potentiam ſcilicet, & miſericordiam; magno tamen diſcrimine, nam potentiam dicit declaratam, ac exhibitam erga ſe, *fecit mihi magna qui potens eſt*; miſericordiam vero erga alios manifeſtatam: *Et miſericordia ejus à progenie in progenies.* Hæc contrapoſitio non videtur apte appoſita; nam Deus dum miſeretur etiam ſuam potentiam manifeſtat, ut dicitur Sapient. 11. n. 24. *Miſereris omnium, quia omnia potes.* Pro hujus rei apta intelligentia; ſupponendum, quod Theologi duplicem Dei potentiam agnoſcunt, unam ordinariam, aliam abſolutam; ordinaria eſt illa, qua ſecundum communes leges operatur; abſoluta vero, quæ tranſcendit communem rerum naturalium concurſum, etſi in aliis hominibus, dum miſeretur potentia ordinaria ſe exhibeat, in ſe tamen virgo decantat potentiam abſolutam operatricem, *Fecit mihi magna, qui potens eſt.* In ſuis nempe donis ſpecialibus, ut perbelle notavit Beda in præſenti loco, & ait: *A ſpecialibus ſe donis ad generalia judicia convertens, totius humani generis ſtatum deſcribit dicens, & miſericordia ejus, &c.* In aliis virgo celebrat potentiam ordinariam, dum in gratiarum infuſione miſeretur, in ſe vero dicantat potentiam abſolutam in ſuis donis ſpecialibus; ſupra omnem communem legem, quæ ſpecialia dona Cardinalis Hugo, & Richardus de Sancto Laurentio *lib.* 11. non ſolum intelligunt de gratia, ad Dei maternitatem, ſed etiam ad alia ſpecilia dona, ut de præſervatione à peccato originali in ſua conceptione, non vero de ſanctificatione; nam hæc etiam communis fuit Hieremiæ ac Ioanni Baptiſtæ, ergo ſpecialia dona ſunt, dum ab originali macula præſervatur.

Sapient. 11. Beda. Hugo. Richard. *Deipara ex potentia abſoluta præſervata à peccato.*

Quæstio VI.

Sanctiſſima virgo maximè Dei potentia cuſtodita ab omni peccato originali.

29. Pſal. 70. Ait Regius Vates Pſal. 70. n. 17. *Quoniam non cognovi literaturam, introibo in potentias Domini; Domine memorabor juſtitiæ tuæ ſolius* Seu ut legit Agellus. *Miſericordiæ tuæ ſolius.* Ac ſi dicat, quia non argutiis, Syllogiſmis literatorum, ac Philoſophorum, ſed magnitudine tuæ gratiæ, ac miſericordiæ ducor, inde ad aliquid inveſtigandum de mirabilibus tuæ potentiæ poſſum elevari, nam ut ait D. Auguſtinus in dicto Pſalm. *Homines de literatura præſumentes, & à gratia reſilientes toto corde reprobavi.* Nos vero de divina gratia confiſi aliquid de Dei potentia in tanto myſterio conſideremus.

Non ex literatura, ſed ex Dei gratia ejus potentia conſideranda. D. Auguſt.

30. 3. Reg. 10. Primo. Inter magnifica Salomonis opera deſcribitur ejus thronus 3. Reg. cap 10. n. 19. & dicitur: *Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, & veſtivit eum auro fulvido nimis, & duo leones ſtabant juxta manus ſingulas.* Valdè notum eſt in ſcriptura per thronum Salomonis ſactiſſimam virginem adumbrari; *Thronus ejus ſicut dies cœli*, & thronus iſte ex nulla alia materia fabricatur, niſi ex ebore, quod ob ſui candorem, eximiam puritatem adumbrat, & cum ex carne, & ſanguine animalis naſcatur, omnino carnis, & ſanguinis expers eſt; ſic puriſſima, ac candidiſſima Deipara cum conciperetur ex carne, & ſanguine humano; totaliter prodit aliena ab omni commercio, ac fœditate carnis, & ſanguinis humani.

Deipara aliena ab omni macula carnis & ſanguinis.

31. Illud maximè in præſenti notandum, quòd *duo leones ſtabant juxta manus ſingulas.* Et cur duo leones adiunguntur illis manibus tenentibus ſedile. Iacob. Gen. 49. in Iuda filio annuntians Chriſtum dicebat, *Catulus leonis Iuda.* In quo catulo, & leone ſapienter agnoſcit ibi D. Ambroſ. duos nobiliſſimos leones, nimirum Deum Patrem, & Filium ejus. Sicut & per aurum fulvidum *reclinatorium aureum.* Cantic. 3 D. Gregor. & Caſſiodor. interpretantur dona Spiritus ſancti. Cur ergo ad cuſtodiendum hunc thronum Salomonis omnes tres perſonæ divinæ conveniunt, & aſtant; unus. Cherubim collocatur ad cuſtodiendum paradiſum. Gen. 3. *num.* 24. unus Angelus deputatur ad ducendum, & cuſtodiendum populum per deſertum. *Exod.* 32 *num.* 34. Vnus Seraphim volans labia Iſaiæ purificavit, *c.* 6. *num.* 6. & unicuique homini, ac cuilibet regno ad cuſtodiam unus aſſignatur Angelus: ad defenſionem throni Salomonis tres divinæ perſonæ proponuntur. Unde tanta diverſitas, ac differentia? Cherubim cuſtodit paradiſum, poſt perpetratum primi hominis peccatum; in eo Angelus poſt adoratum vitulum à populo ei præcedit; Seraphim purificat labia Iſaiæ, quæ ante polluta erant; & Angeli ſuſcipiunt hominum tutelam, cum jam ſint infecti venenoſo ſerpentis halitu? At ut opprimi

Gen. 49. D. Ambroſ. D. Gregor. Caſſiodor. Gen. 3. Exod. 32. Iſai. 6.

Deipara à ſs. Trinitate cuſtodita.

premi Regis Marianus thronus, abſqoe ulla leviſſima peccati macnla illibatus. ac puriſſimus ſervetur, in hoc negotio, ſic excubant tres divinæ perſonæ, ut nec Seraphim, nec Cherubim, nec Angelis hoc committatur, ſed ipſæ tres divinæ perſonæ undequaque illum protegunt, tuentur, ac muniunt tanquam ſuo divino ſigillo, maximè in hujus rei confirmationem

32. Cantic. 4.

Secundò, ſuam virginem ſponſam alloquitur divinus ſpooſus. Cantic. 4. num. 12. *Hortus Concluſus, ſoror mea ſponſa hortus concluſus, fons ſignatus.* Ad quæ verba ſic ait Gregorius Nicomedienſis ſerm. 5. & maximè ad Mariæ immaculatam Conceptionem: *Vere illum ſignatum fontem dixerim, ex quo manant puriſſimi latices, in quo turbidi luti nulla ſunt deprehenſa reliquia.* Videtur facere alluſionem ad Adamum *de limo terræ* formatum, ac proinde, quamvis ex natura ſit virgo ejus filia, tamen ex ejus limo, ac turbido, & fœtoſo luto, nullum ſqualorem generatione contraxit. *Turbidi luti nulla ſunt deprehenſa reliquia.* Et inde omnium virtutum *puriſſimi latices manarunt.* Perpende verba *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.*

Nicomedi.

Arabic. *In Deipara nec peccatum originale, nec actuale.*

Seu ut legit Arabicus *ſigillatus*: dicitur ſoror, & ſponſa Chriſti, cum his dicitur hortus concluſus, in eo extitit ſoror, & ſponſa Chriſti quia fuit hortus concluſus, peccato originali, & actuali: & inde fons ſignatus, ſeu ſigillatus ſigillo ſanctiſſimæ Trinitatis; ut ſcribit Sophronius ſermone de Aſſũptione Deiparæ, & ait. *Vere hortus deliciarum, in quo conſita ſunt univerſa florum genera, & odoramenta virtutum, ſicque concluſus, ut neſciat violari, neque corrumpi, ullis inſidiarum fraudibus, fons itaque ſignatus ſigillo totius Trinitatis, ex quo fons vitæ manavit.* Sic Deipara eſt hortus concluſus. *Ut neſciat violari, neque corrumpi ullis inſidiarum fraudibus.* Quod præclare dixit D. Damaſcen. Orat. 2. de Aſſumptione. *Ad hunc paradiſum ſerpens aditum non habuit.* Cuius rei rationem videtur innuere Sophronius, cum dicit ſignatum *ſigillo totius Trinitatis*; & quod tanto ſigillo eſt obſignatum, quis illud violare audeat?

Sophronius. D. Damaſc. *Munita ſigillo Trinitatis.*

33. Cantic. 2.

Tertiò. De ſuo dilectiſſimo Sponſo loquitur ſanctiſſima Deipara. Cantic. 2. num. 8. *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles*, quod indicat magnam celeritatem veniendi, quod vivacius explicat Tex. Hebræus: *Ecce iſte venit contrahens ſe ſuper colles.* Qui fortiter, ac velociſſimè ſalire volunt, membra, & vires contrahunt, ut validius, ac pernicius ſaliant, & currant, ſed ad quid tam accelerata velocitas? Subdit text. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras proſpiciens per Cancellos.* Tam præpropere venit, eſt commune cogitatu ut Cõceptioni Deiparæ adſit; nam ait Hieremias. *Aſcendit mors per feneſtras.* Hieremi. 9. num. 21. Inde tam velociter currit ſaliens per montes, & colles, ut præoccupans feneſtras, & vigilans per eas; ne peccati mors ingrediatur ad ſponſam, tamen quid ſublimius cogito. In illo; quod additur, *Proſpiciens per cancellos.* Septuaginta, & multi Patres legunt. *Proſpiciens per retia*; hoc eſt, explicat Cornelius *per feneſtras reticulatas.* Soleot pervigiles cuſtodes tritici, io feneſtris ponere retia, ne minimæ aviculæ valeant ingredi, ut triticum comedant, & aliquam inferant læſionem, hac metaphora explicat Divinus Spiritus ſupremam ſuam providentiam erga Virginem Mariam, quam tantis gratiis, & privilegiis ex omni parte tanquam reticulis communivit; ita ut nulla avis infernalis, ex multis, quæ per aërem graſſantur, ac curſitant, & multos multa clade opprimunt, nulla tamen potuit Mariam etiam leviſſime attingere, vel parviſſimo morſu offendere, & ejus gratiæ granum minuere, vel impedire. Catena trium Patrum apud Ghiſlerium in Appendice, ſic ait: *Inſtar retium mutuo virtutum complicatarum contextu, feneſtras communiebat; Hoc eſt ex aereis ſpiritibus nullus furtim ingrediatur, atque reconditum divinæ diſciplinæ ſemen corrumpat.*

Hebræus. Hierem. 9. Septuaginta. Cornel. *D. Spiritus communivit virginem, ne avis infernalis nocerat.* *Catena Patrum.*

Quartò. De ſuprema, & alta Dei providentia loquens Regius vates Pſal. 77. num. 69. ait: *Ædificavit ſicut unicornium ſanctificium ſuum in terra quam fundavit in ſæcula.* Seu ut alij legunt *in æternum*, ut Græcus. Valde rara, & admirabilis unius rei cum altera comparatio, nã ubi nos habemus *ſanctificiũ* legit Arabicus *ſanctuarium.* Cur non potius adducit in comparationem leonem ob ſuam fortitudinem, ad vigilantem cuſtodiam; vel Aquilam ad ſolem contemplandum, ſed unicornium proponit? Abſque dubio magnũ myſterium hic latet. Unicornium, ut de eo ſcribit *Plinius lib. 20. cap. 13.* & plura Pierius, ejus cornu multam vim, ac efficaciam habet ad depulſandum omne venenum, unde tali litera frequenter depingitur *venena pello*, tantam contrarietatem tantamque virtutem natura in ejus cornu indidit, ac occultavit, ut quidquid attingit, quamvis ſit veneno infectum, ſtatim venenum deperditur, & in ſalutiferum tranſmutatur tali ergo virtute Deus templum, ſanctificium, ſeu ſanctuarium ſuum conſtruxit, ac ædificavit: Reſtat modo inquirere, quodnam ſit hoc ſanctificium, ſeu ſanctuarium? Aliqui de templo Salomonico ſunt interpretati, tamen videtur repugnare cum litera, dum dicit, *fundavit in ſæcula*, ſeu *in æternum.* Templum autem Salomonicum, omnino fuit deſtructum. ac devaſtatum. Alij, ut D. Baſilius, D. Chryſoſtom. Noſter Incognitus, Caſſiodorus, & plures de Eccleſia militante in terris exponunt. Præclare tamen D. Bonaventura in ſpeculo cap. 23. totum locum de ſanctiſſima Deipara intelligit, & ait *Mariam ſanctuarium ſibi conſtruxit Deus ut unicornium.* Sicut enim hoc animal à primæva ſua natura; à ſuaque prima formatione talem habet virtutem, ut nullum venenum nec in ſe, nec in his, quæ tangit, admittat, ſed illud omnino valet propulſare, deſtroere, ac diſſipare: ſic Deus ſuum ſanctuarium Mariam ædificavit, ut à ſua primæva natura ac ſua prima formatione, ejus divinæ gratiæ virtute, ut nullo peccati veneno inficeretur; ſed illud totaliter à ſe rejiceret, ac excluderet. Sic ait Symon Metaph. ſerm. de B. Virg. *Omnia mortifera damnationis venena depello.* Ut ita fieret condignum Omnipotentis Dei templum, nobiſque omnibus ſalutiferum ſanctuarium.

34. Pſal. 77. Græcus. Arabic. Plinius. Pierius. D. Baſilius. D. Chryſ. Incognitus. Caſſiodor. D. Bonaven. *Deipara in ſua prima formatione ſine peccati veneno.*

Quinto. Loquens ſanctiſſima virgo de 35.

æterno

æterno decreto, quo Deus prædiſinivit, venire ad illam, ut carnem ſumeret, ait: *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles* hoc eſt, ut exponūt Origenes, Philo, Carpatius, tranſcendens omnes Prophetas, & Patriarchas, Angelos, & Archangelos; unde ipſa puriſſima Virgo de ſe ait: *Ante omnes colles ego parturiebar* Eccleſiaſtic. 24. Et quomodo ipſe dilectus ſponſus ad ſe veniat, ſtatim explicat *Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnulóque cervorum.* Cantic. 2. n. 9. & cur Deipara ſuum advenientem ſponſū cum his animalibus comparat: Ratio eſt in promptu, quia inter omnia animantia ſunt velociſſima; unde apud Antiquos pro velocitate denotanda, talia animalia depingebantur; tamen aliquid ſublimius communiter excogitant in præſenti Interpretes, *Joannes Carmelita, Ludovicus Soto, Major, Ghiſlerius, Cornelius, & alij ex Theodoreto, D. Bernard. ſerm.* 54. Caprea acutiſſimo viſu pollet, & valdè remota ac longinqua videt, & penetrat. Unde à videndo dicitur apud Græcos *Dorcas*: cervi verò hoc ſibi ipſis proprium vendicant, ut halitu ſuo ſerpentes è cavernis extrahant, eoſque interficiant, & vorent. Origenes *homil.* 2. ex duobus ſic ait: *Salvator meus Dorcas vocatur in cōtemplatione, quia acutius videt; cervus juxta opera, quibus interficit ſerpentes.* Ecce valdè ſublimis explicatur adventus divini Verbi ad Virginem Mariam, ſaliens ſuper montes, tranſiliens colles Prophetarum, & Angelorum, veniens tanquam caprea acutiſſimo viſu à longinquo, ſeu ab æternitate penetrans, & videns omnes inſidias, & machinationes Adverſarij & tanquam hinnulus cervorum halitu ſuæ divinæ gratiæ, ipſum peremit, ac interfecit, ut nec parvam læſionem, nec minimū morſum poſſet inferre, ut in omnibus ab illo Maria Virgo intacta permaneret, unde ſic ait Origenes *citatus.* Chriſtus cum ad Mariam Virginem venit, *Salit quatenus ſit in ea fons aquæ ſalientis in vitam æternam.*

Origenes. Carp. Philo.

Eccleſ. 24.

Cantic. 2.

Carmelitā. Soto. Ghiſler. Theodor. D. Bern.

Origenes.

Deus altè providit, ne Virgo Maria læderetur à Diabolo.

36\. Pſalm 71

Sextò. Loquens David de adventu filij Dei in mundum ait Pſalm 71. num. 6. *Deſcendet ſicut pluvia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.* Venit imber divinus Filius Patris ad uterum Mariæ Virginis, ut pluvia ſuper terram. Et cur Deipara in ſuſcipiendo Dei filio terræ comparatur? Cur non alio nomine dicitur? Ex multis, quibus decantatur ut *Electa ut Sol, pulchra ut Luna, Aurora conſurgens, Domina cœli, Regina Angelorum.* &c. Sed tantum terra nuncupatur, quod eſt quid vile, & abjectum. Præclarè D. Amadæus homil. 3. de laudibus Mariæ *Præfata terra eandem Virginem demonſtrat, terra nomine appellatam, propter quandam ſimilitudinem. Sicut enim vetus Adam de terra incorrupta, nullam paſſa contagium formatus eſt: ſic terris terrâ Virgo novum Adam procreavit.* Cum Propheta facit mentionem de adventu filij Dei in uterum Virginis, nullo alio nomine utitur, niſi terræ, alluſionem faciens ad terram, de qua Adamus fuit formatus Terra illa, de qua primus Adamus ſumptus eſt, omni puritate fulgebat, totius expers contagij, à fortiori eandem, inde & majorem puritatem, excellentior novus Adamus Chriſtus requiſivit in Matre, de qua naſcebatur, ut nullum originalis maculæ haberet contagium. *Sicut enim vetus Adam de terra incorrupta, nullúmque paſſa contagium formatus eſt: ſic, terris terrâ Virgo novum Adam procreavit.*

Amad.

Adamus ex pura terra formatur, inde & à fortiori Chriſtus.

Quæstio VII.

Sanctiſſima Maria in primo inſtanti ſuæ immaculatæ Conceptionis, magna gratia fuit communita, ut nullam maculam peccati Originalis contraheret.

Primò, præclatè D. Bernardus loquens de Sanctiſſ. Deipara *ſerm. 2. ſuper Miſſus eſt*, de ea ſic ſcribit: *Procul, & de ultimo finibus pretium ejus, hoc eſt non vile, non parvum, non mediocre, non denique de terra, ſed de cœlo: nec de cœlo proximo terris pretium hujus mulieris, ſed à ſummo cœlo egreſſio ejus.* Pſalm. 18. numero 7. Primus egreſſus Mariæ dicitur de cœlo, & non de quolibet cœlo, *ſed à ſummo cœlo*, hoc eſt Empyreo; in quo ut ait Joannes in ſua Apocalypſi 21. num 27. *Nihil eſt coinquinatum.* Primus egreſſus Mariæ extitit in ſua Conceptione, atqui cum iſte egreſſus ſit à ſummo cœlo, in quo nihil eſt coinquinatum, nil maculæ potuit ſecum importare, ſed omne defectuoſum excludere, & ſecum omne purum, & ſanctum importare: cum egrediatur à ſummo cœlo, in quo viget, & floret omnis puritas, & ſanctitas. 37

D. Bern.

Pſalm. 18.

Apoc. 21.

Deipara in ſua conceptione egreſſa eſt à ſummo cœlo.

Secundò, ait Joannes in ſua Apocalypſi, cap 21. n. 2. *Vidi civitatem Sanctam Hieruſalem novam deſcendentem de cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Per hanc Civitatem graves Patres intelligunt Sanctiſſimam Virginem Mariam, ut retuli *tom. 2. in Apocalypſ. citato cap. 21. quæſt. 3. n. 32. Ipſa enim eſt Civitas Regis Magni.* Pſalm. 47. num. 3. *Et ſicut lætantium omnium habitatio eſt in te.* Pſalm. 86. num. 7. *Sanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus.* Pſalm 45. n. 5. tamen inſurgit difficultas, quomodo dicitur deſcendentem de cœlo; ſolus enim Chriſtus deſcendit de cœlo. *Joan. 3. n. 13.* Deipara autem in terris progenita, & nata eſt, ut Adami filia: quomodo ergo *deſcendentem de cœlo.* D. Auguſtinus lib. 20. de Civitate, cap. 17. *De cœlo deſcendere civitas iſta dicitur, quia cœleſtis eſt gratia, qua Deus illam fecit.* Verum eſt, quod Deipara cum humana natura in terris prodiit, tamen cœleſti gratiâ formata, ac donata eſt. *Quia cœleſtis eſt gratia, qua Deus illam fecit.* Ex hoc tamen gravior ſuboritur difficultas. Nam ait D. Auguſtinus quod Deus illam fecit ſua gratia, ſed inquit cœleſti gratia: nam ejuſdem naturæ, ac ſpeciei eſt gratia, quæ in cœlo juſtificat Sanctos, ac illa, quæ in terra mundat homines, ac delet eorum peccata; ex quo videtur bene inferri ſuperfluum eſſe verbum, *Cœleſtis*: tamen non exabundat verbum, ſed alia conſideratione poſitum eſt. Quamvis enim gratia una ſit in ſua eſſentia, & eadem ſecundum ſuos effectus; tamen hanc diverſitatem admittit, quod in terra datur hominibus infectis peccato originali, ut ab illo

38\. Apoc. 21.

Pſalm 47.

Pſalm. 86. Pſalm. 45.

D. Auguſt.

mundent

mundentur, ac juſtitia dealbentur. Iob. 21. *Nemo mundus a ſorde, neque infans, cujus unius diei eſt vita.* At vero Angelis in cœlo gratia communicata eſt in primo inſtanti, eorum creationis, ac proinde ſimul cum ipſa gratia fuerunt creati, unde eſt illud celebre D. Auguſt. dictum D. Auguſtini *Deus erat ſimul condens naturam, & largiens gratiam.* Cum ipſa creatione naturæ gratia infundebatur. In infuſione, ac communicatione gratiæ in Deiparam, quem modum obſervavit Deus, nobis aperiat Regius vates, *A ſummo cœlo egreſſio ejus.* Et *Deipara ornata eſt ſimul cum gratia inſtar Angelorum* D. Auguſtin. *Cœleſtis eſt gratia, qua Deus illam fecit.* Si enim gratia, quæ data eſt Angelis, inde dicitur cœleſtis, quia eis communicata eſt cum creatione naturæ; inde & recte gratia Deiparæ cœleſtis nũcupatur. & quia ei in primo ſuæ productionis inſtanti infuſa eſt; & ſic decens erat, ut illa, quæ inaugurata erat Regina Angelorum, ipſis Angelis excellentior fieret, magna infuſione gratiæ ei in ſua creatione data.

39. Cantic. 6. Tertiò. In perſona Chriſti typice ait Salomon Cantic. 6. num. 8. *Vna eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ.* Erat adeo perfecte pulchra, adeo conſummate perfecta, ut omnibus eſſet plauſibilis, & grata; ita ut ſtatim ſubditur: *viderunt eam filiæ* (ſcilicet adoleſcentulæ) *& beatiſſimam prædicaverunt Reginæ, & concubinæ laudaverunt eam.* Ita ut nullus nec æmulatione maledica, nec invidia corrodente potuerit aliquid indecens invenire, vel objicere, quod eſt magna Mariæ puritatis laus. Sed unde illi tam magna proclamatio perbelle elucidat Guillelm. Guillelmus apud Ghiſler. & ait: *Hæc eſt columba per fœcunditatem, & mea per ſingularem partus nativitatem; perfecta mea, cui nihil deeſt ad gratiam, & gloriam.* Abſque dubio multum, ad gratiam, & gloriam Mariæ defuiſſet, ſi in inſtanti ſuæ vitæ, ac exordio, ita à gratia longe extitiſſet, ut Deo inimica, cœlo averſa, diaboli mancipium haberetur, quo- *In Maria nihil deeſt ad gratiam* modo dici poterat de illa: *Perfecta, cui nihil deeſt ad gratiam*, ſi in vitæ principio illi defuiſſet gratia, ergo hac ſemper plena extitit, ut illi dixit Angelus, impleta eſt enim ab Spiritu Sancto ſuis omnibus donis, ut lucu- D. Athanaſ. lenter dixit D. Athanaſ. homil. de Deipara. *Ita Spiritus Sanctus deſcendit in virginem, cum omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus, quæ illi per rationem principatus divini adſunt ... eam in gratia, ut in omnibus grata eſſet, atque idcirco gratia plena cognominata, eo quod adimpletione Spiritus Sancti omnibus gratiis abundaret.* In eam Spiritus Sanctus deſcendit cum omnibus ſuis donis eſſentialibus, gratiis, & privilegiis. *Vt nihil illi deeſſet ad gratiam, & gloriam.*

40. Cantic. 5. Quarto. Ad oſtium dilectæ clamat Chriſtus D. cap. 5. num 2. *Aperi mihi ſoror mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Valdè inſtanter pulſat ad oſtium, magnam celeritatem indicans, & rationem tantæ celeritatis apponit, quia *caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium;* pro intelligentia hujus rei maximè eſt expendendum quid in præſenti ros, & guttæ noctium ſignificent. Ros deſignat divinam gra-

Oſe 6. tiam ſic ait Oſeas 6. num. 4. *Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens.* Iſai. 45. num. 8. *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant juſtum.* Iſai 45. Econtra vero guttæ noctium peccata adumbrant, ut ſatis eſt vulgare in ſcriptura, & in præſenti notant D. Auguſt. D. Auguſt. tract. 57. in Joan. D Gregor. Papa, D. Gregor. Caſſiodor. Philo, Carpathius. Iuſtinus, Beda, Caſſiodor. Anſelm & ait D. Ambroſ. lib. 3. de virginib. Carpathius. *Circa noctium, ſicut ros cœli nocturnas amovet ſiccitates. Ita Ros Domini noſtri Ieſu Chriſti nocturnus, & ſæculi huius tenebris æterna vitæ ſtillavit humorem.* Iuſtinus. Beda. Anſelm. D. Ambr. Cum venit Chriſtus, dicitur *Caput ejus plenum rore, & cincinni guttis noctium.* Quod venit ad deſtruendum peccatorum tenebras, ſed quid eſt in rem noſtram, quod cum venit ad Virg. Mariam. Dicuntur *guttæ noctium;* Cur non potius in ſingulari *Gutta noctis.* Cum ad ſanctiſſimam virginem venit D. Sponſus, ut ab ea rore gratiæ propulſet omne peccatum, ait in plurali *guttis noctium;* nam nox ſignificat peccatum actuale 1. ad Theſſalonic. 5. num. 5. *Vos filii lucis eſtis, & non ſumus noctis, nec tenebrarum.* 1. Theſſal. 5. Significat etiam nox peccatum originale. Iob. 3. Iob 3. num. 3. *Pereat nox, in qua dictum eſt, conceptus eſt homo.* *Via paro maximi caſtitudine ab omni ro actuali, & originali.* Appoſite quidem cum divinus ſponſus advolat ad virginem ait: *Caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Accedit divinus ſponſus, ut ab illa excluderet, ac proiiceret omne peccatum, ſive actuale, ſive originale, nullaque eorum macula poſſet illam inficere, vel ad eam aditum haberet, cum undique ſplendore gratiæ eſſet munita. D. Bernard. ſerm. *in ſignum magnum* dicat. D. Bernard. *Omnia in ea tam excellenter irradiata noſcuntur, ut nihil in ea, non dico tenebroſum, ſed obſcuram ſaltem, vel minus lucidum liceat ſuſpicari.*

Quinto. De B. Virgine proclamatur Cant. 6. 41. numero 9. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi Aurora conſurgens.* Cantic. 6. Sicut ſolis nomine Chriſtus ſignificatur, ſic Auroræ vocabulo ſanctiſſima virgo adumbratur. Ut aſſerit Petrus Damian. ſerm. de Aſſumpt. his verbis Pſal. 73. Damian. numero 16. *Tu fabricatus es Auroram, id eſt,* Pſal. 73. *Virginem, & ſolem, id eſt Chriſtum, qui de Spiritu Sancto eſt conceptus.* Peridoneè Auroræ vocabulum ſanctiſſimam Deiparam denotat inter caliginoſas noctis tenebras nitens Aurora exurgit, nihil de tali caligine obſcurum in ſe admittens, ſed tota ſcintillans, ac fulgens noctem fugat, nam ubi primum Aurora apparet, jam nox præcedens temulenta denſitate deſiit; lucidis Auroræ ſpiculis ſplendide interempta; & jam diurnæ lucis eſt inchoatio, & prænitens incipientis diei auſpicium. Sic pura, & myſtica Eccleſiæ Aurora, Deipara virgo, etſi de tenebris humanæ naturæ caligine peccati originalis prodeat, tota ipſa fulgore gratiæ reſplendens nec in minimo de tali tenebroſitate obfuſcatur, nec in ſe aliquid trahit, & omnes peccati obſcuritates diſſipans, advenientis ſempiterni diei lucem Chriſtum Dominum jam denuntiat. D. Bernard. D. Bernard. ſerm. 4. *ſuper Salve Regina*, ſic Virginem alloquitur. *De te ſecretorum conſcius Salomon dicit: quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi Aurora conſurgens? Aurora ſemper noctem ſequitur; nox præcedit Auroram; quid autem eſt nox frigida, & obſcura, niſi originale peccatum, frigidum*

frigidam conc piſce itia, ob cujũ ignorantia Tu verò proceſſiſti, ut Aurora lucida, & rubicunda. Nox præcedit Auroram, noctis tenebras Aurora diſſipat, ac deſtruit: omnem illius obſcuritatẽ à ſe reiiciens deſtruit, nihil de illa in ſe admittens. *Quid autem ſignificat nox; quid autem eſt nox frigida, & obſcura, niſi originale peccatum.* Cum ergo Maria ſit Aurora, nihil de tali noctis obſcuritate, ac peccato originali participavit, & omnino ab illo fuit immunis, & expers, *ut Aurora, & lucida & rubicunda,* & inquam *lucida* eximia, ac ſumma puritate, *rubicunda* ferventi charitate in Deum.

Rectè Deipara dicitur Aurora, ut noctis tenebras excludat, & in ſe non admittat.

42. Ierem. 18. Sextò Vaticinatur Ierem. 18. n. 14. *Nunquid deficiet nix de petra Libani?* per interrogationem loquitur Propheta, & ſupponit reſponſionem, quod nunquã ipſa nix deficiet de petra Libani; hæc autem petra Sanctiſſimam Virginem repræſentat, juxta Iſaiam 16. n. 1. (Iſai. 16.) *Emitte agnum Domine dominatorem terræ de petra deſerti.* Maximè ponderandum, albedinem, quam divinus Spiritus denotat in hac petra deſerti, nõ conferri cum candore byſſini, lini, ſed cum nive. Nam byſſinum, ſeullinum, ex ſua primæva origine naſcuntur primò nigro, viridi, vel flavo colore compoſita, tamen radiis Solis, ac humana induſtria dealbantur: at nix in ſuo candore multo majoribus privilegiis gaudet à primo inſtanti ſuæ congelationis, ac compoſitionis, ſua nitente albedine reſplendet, & cujuſcunque alterius coloris mixturam à ſe excludit. Alij juſti, etſi in peccatis naſcantur. *Omnes in Adam peccaverunt.* Roman. 5. num. 12 (Rom. 5.) tamen radiis divinæ gratiæ, ac ſua cooperatione, pœnitentia, ac contritione, mundantur, & inde dicitur Apocal. 3. num. 5 (Apoc. 3.) *Veſtietur veſtimentis albis,* & Apocal. 19 n. 14. (Apoc. 19) *Veſtiti byſſino albo, & mundo,* & David clamabat: *Lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.* Pſalm. 50. num. 9. At puritas, & ſanctitas Sacratiſſimæ Deiparæ aliter ſe habet, alitérque explicatur cum nive nempe. *Nunquid deficiet nix de petra.* Nix ſemper candida à ſuo primo exordio, & nullo alio colore offuſcatur, ſic & Sacratiſſima Virgo ſemper candidiſſima; alba concipitur, alba generatur, alba naſcitur ſine ullius peccati rubigine. D. Amadæus (D. Amad.) *homil. 2. de B. Virg.* ait; *Ave gratia plena, & ſemper plena, quam Spiritus ſanctus ſibi elegit in Sponſam.* Semper fuit plena gratia, & nulla ex parte vacua ut aliquam peccati nigredinem contraheret.

Deipara in gratia refert ſimilitudinem filii ſui.

43. Zachar. 4. Septim. Pro hac inſigni puritate Virginis veniat explicandus Zacharias Propheta *cap 4. num. 7* dicens: *Educet lapidem primarium, & exæquabit gratiã gratiæ ejus.* Variè exponitur locus. Aliqui de Zorobabele interpretantur tamen cõmuniter Patres de Chriſto Domino. Noſter S. Cyrillus, D Hieronymus, Rupertus, (D Cyrill. D Hieron. Rupertus.) de ipſo ait Apoſtolus Epheſ. 2. num 10. (Epheſ. 2.) *Ipſo Summo Angulari lapide Chriſto Ieſu.* Tamen Rabbi Acados, (Acados.) ut refert Galatinus (Galatinus.) *lib. 7. de Arcanis, cap. 3.* Virginem Deiparam in præſenti ſignificari contendit, & hoc colligit ex verbo *Thas*, quod eſt fœminini generis, ipſa enim cõſtituta eſt à Deo *ut in omnibus primatum teneat,* & ipſa Sãctiſſima Virgo frequenter nomine lapidis ſignificatur, ut patet ex antecedenti numero. *Exæquabit gratiam gratiæ ejus.* Syrus vertit. (Syrus.) *Protuli lapidẽ præſtantiſſimum æquali auis, & miſericordia.* Arabicus, (Arabicus.) *cujus gratia æqualitas eſt gratiæ.* Hebræus (Hebræus.) ponit *ſimilitudinem gratiæ ejus,* non quod gratia Deiparæ habeat omnimodam ſimilitudinem cum gratia Chriſti, quia Chriſti gratia fuit infinita in genere moris; gratia autem Deiparæ quantum fuit poſſibilis puræ creaturæ; & ut cognoſcas quod Propheta in præſẽti loquitur de Virginis Conceptione. Expende verbum, *Educet lapidem,* id eſt, quando Deus ipſam primo produxit, creavit, & formavit, ſtatim fuit ad ſimilitudinẽ filij ſui, ut prodiret pura, innocens, immaculata, abſque aliquo defectu ad imitationem filij ſui, quia ex ſua benignitate voluit, ut tanto privilegio ejus mater gauderet. Petrus Cellenſ. *lib de panibus. c. 12* ait: *Maria privilegio filij ſui tota Deitatis gratia ſuperfuſa.* De quo plura *quæſt. 9.*

Deiparam quam nix ſemper albam & puram.

Quæstio VIII.

Mariana immunitas à primordialis delicti labe ex jure maternitatis aſtruitur.

Ait D. Ambr. lib 2. de Virg. *Quid ſplendidius ea, quam ſplendor elegit? Quid nobilius Dei Matre?* 44. D. Ambr. Totus Marianus ſplendor, tota ejus nobilitas in puritate, juſtitia, ac ſanctitate à ſuo filio genito Ieſu naſcitur, & exoritur. Ait Iſai. 11. n 1. (Iſai. 11.) *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice ejus aſcendet.* Quænã ſit hæc radix Ieſſe. Tertull. D. Auguſt. D. Ambr (Tertull. D. Auguſt. D. Ambr.) *de Benedictionib. Patriarch. c. 4* dicunt: *Radix familia Iudæorum, virga Maria, flos Mariæ Chriſtus, qui fœtorẽ mundani ſæculi vitiis abolevit, & odorem vitæ æternæ infudit.* Alij contendunt, quod David per radicem ſit intelligendus, cui divinus flos Chriſtus promiſſus eſt. Tamẽ genuinam expoſitionem nobis dat ipſemet Propheta Iſaias *citato cap. 11. num. 10.* cum ait: *In illa die erit radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur.* Quem locum ad litteram Divus Paulus *Roman. 15. num 12.* (Rom. 15.) de Chriſto Domino exponit; ecce, ut bene advertit Cardinalis Hugo (Hugo.), *Quem prius florem vocavit, vocat nunc radicem Ieſſe,* Chriſtus, qui eſt ipſamet puritas, ſanctitas, ac fons totius gratiæ, & juſtitiæ quia eſt flos Mariæ, inde eſt illius radix, ac principium; virga totum quod in ſe habet, ab ipſa radice exoritur & pullulat, nec poteſt habere aliquid diverſum à ſua radice. Hæc virga ſanctiſſima Deipara, à ſua radice Chriſto Ieſu, qui eſt ejus flos exurgit & pullulat, & cum ipſe ſit ipſamet puritas, juſtitia, ac ſanctitas. In hac virga nil poteſt eſſe alienũ à juſtitia ac ſanctitate hujus radicis, ſed totum, quod eſt in illa eſt purum, ſanctum, abſque ulla labe tam in ſuo primo exortu, ſeu conceptione, quam in nativitate, & toto vitæ curſu; inde in ipſa maximè reſplendent divinitatis divitiæ, cum à tali radice prodeat. Ad illa verba, quæ Angelus dixit B. Ioſeph. Matth. 1. num. 20. (Matth. 1.) *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam,* præclarè explicans Origenes (Origenes.) *homilia 1. ex variis*

Puritas immaculata Virginis à ſua prævenit.

ait: *Accipe illam, ſicut cœleſtem theſaurum, ſicut divinitatis divitias.* Expende quæſo, & adverte ultima verba *Divinitatis divitias.*

45. Num. c. 17. Secundo. *Numer. 17. num.* 8. Cum duodecim virgas à duodecim Principibus Tribuum accepiſſet Moyſes inter eas Aaronis virga mirificè floruit; ſequenti die Moyſes: *Ingreſſus invenit germinaſſe virgam Aaron: turgentibus gemmis eruperant flores, qui in amygdalas deformati ſunt.* Multa miracula conſiderat Abulenſis in hac virga, quod protulit flores, & fructus, abſque eo, quod haberet radices in terra; deinde, ut etiam advertit Cornelius, totus rerum ordo videtur mutatus, qui ab arborum natura valdè peregrinatur: nam reliquæ arbores prius florent, poſtea germinant, ſeu baccas producunt, & demum fructum proferunt. Cur ergo hic totus invertitur rerum ordo, ut hæc virga, ſine radice tantum proficiat, ut germinet, floreat, & in fructus parturiat? Magno ſanè arcano myſterio, virga hæc adumbrabat Sanctiſſimam Deiparam, ut tenent D. Bernardus *homil. 2. ſuper Miſſus eſt.* Rupertus *in præſenti*; juxta illud proximè citatum Iſai 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe* Flos, & fructus Chriſtus Dominus qui de ſe ait Cantic. 2 *Ego flos campi*, & ipſe eſt fructus benedictionis, *in quo benedicentur omnes gentes.* Geneſ. 22. Inde ergo bene tantum creſcit, ac floreſcit, abſque radice in terra, & abſque aliquo terreno humore, quia Sanctiſſima Deipara ibi adumbrata, quam in terris naſceretur, ſic prodit, ac ſi à terreno pulvere eſſet præciſa, nihilque de terreno humore primorum parentum in ſe haberet, ſed totum ſupra omnem ordinem naturæ à divina gratia hauriret, & inde prius proponitur germinans, quam florens, quia in præſenti non ſervatur naturæ ordo, ſed totum in virga geritur per ordinem ad florem, & fructum naſciturum. Rupertus Abbas *in cap. 1. Cantic.* ſic ait: *Virga omnem ſapientiam Ægyptiacam obſtruit. Deinde, Germinavit, frondvit, floruit: & fructum protulit, non plantata, non ſucco terræ animata, ſed virtute cœleſti, ſupra uſum naturæ provecta: ſic tu amica mea pulcherrima mulierum, amica mea, cunctam ſapientiam diaboli dejeciſti conceptu ſterilita, partu fructifera.* Et in hoc ſenſu de Chriſto Domino, ait Iſaias 53. num 2. *Aſcendet ſicut radix de terra ſitienti*; id eſt, abſque aliquo humore, vel influxu, terreno, de quo nihil participavit in ſua Conceptione.

Deipara, Maria concepta abſque humano pulvere. Rupertus. Iſai. 53.

46. Luc. 3. Tertiò Deſcribens Sanctus Evangeliſta Lucas longam ſeriem progenitorum Mariæ Virginis, per Ioachimum ejus parentem, ſic ſcribit Evangeliſta, cap 3. num. 23. *Et ipſe Ieſus erat incipiens, quaſi annorum triginta, ut putabatur filius Ioſeph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat.* &c Et tandem ad finem deveniens, ſubdit: *Qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Alto dictamine Spiritus ſancti Evangeliſta in Genealogia Mariæ, à Ieſu ejus filio ſumit exordium, & aſcendens poſt Adamum, uſque ad Deum, *qui fuit Dei*, ibi definit. quod præclarè notavit Rupertus *in cap. 1. Matth.* & ait: Sic incipit, *& erat Ieſus incipiens, quaſi annorum triginta (ut putabatur filius Ioſeph, qui fuit Heli, & ſic finit. Qui fuit Adam, qui fuit Dei: nonne (inquam) initium, & finem conjunxit, & circulum fecit? Cum enim uno ductu linea ſic flectitur, ut ejus initium, & finis conjungantur, annon circulus formatur.* Alto, & ſublimi myſterio in deſcribenda Genealogia Mariæ à Chriſto Ieſu ſumit Evangeliſta exordium, *Qui fuit Ieſu*, & in ipſo Deo finitur, & terminatur, *Qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Ecce arcanus circulus, quem Rupertus maximè veneratur, in quo Deipara tota verſatur, ut tota ſit de Deo in Deum: nam circulus à puncto, quo incipit ibi terminatur; Maria incipit à Deo, & tota ad Deum ut finem rapitur, principium ejus generis, ac Genealogiæ in ſua Cõceptione, eſt a Ieſu ejus filio, totum quod eſt à Ieſu. eſt purum, ſanctum, & immaculatum, initium autem Mariæ, ſeu ejus Conceptio, cum ſit à Ieſu ejus filio, tota eſt pura, ſancta, & immaculata

Rupertus. *Summa puritas Mariæ à Deo incipit, & tota ad Deum ordinatur.*

Quartò. Nobis proponit *Iſaias 7. n. 15.* Illud valde celebre ſignum ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel: *Butyrum, & mel comedet, ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum.* Nempe eo ſe demittens Deus natus ex Virgine, ut inſtar humani infantis, melle, & butyro indigeat, iiſque veſcatur, ut ſe verum hominem oſtendat, ut ait Apoſtolus *per omnia ſimilis fratribus*, & ſe habere verum corpus humanum, & non phantaſticum, ut impiè dixerunt Manichæi. *Butyrum, & mel comedet.* Lac, quem ex uberibus maternis ſugebat, intelligitur ob ſuam dulcedinem, & ſuavitatem: nam illud, quod erat valdè dulce, & ſuave comparatione mellis, & butyri exprimebatur apud Hebræos; illud tamen magna indagine dignum eſt, quod ſubditur, *ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum.* Et cur tam ſapiens infantis diſcretio ad ſugendum lac è maternis Virginis uberibus, ab Iſaiæ ore notatur, datùrque in Meſſiæ noſcẽdi præluſtre ſignum, cur ex materno lacte hauſto tam diſereta ſapientia, *Vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.* Præclarè, ac ingenioſè noſter D. Cyrillus rem expendit in præſenti, & ait: *Butyrum lac Virginis vocat Propheta, quod non ex muliebri mollitie, voluptateque, ac diſſolutione natum ſit; ſed leve eſſet, ac firmum, nullamque peccati amaritudinem admixtã habens, ſed mellis dulcedinem.* Propheta dum in præſenti ait, *Vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum*; loquitur de ſcientia experimentali, ut notant D. Baſilius, Hieron. Cyrillus, Chryſoſt. & D. Auguſt. multis in locis, *Vt ſciat puer reprobare malum, & eligere bonum.* Ex Mariano lacte guſtato, quod *nullã peccati amaritudinem admixtam habet.* Sciet puer experimentaliter *eligere bonum* quod purum, & defæcatum eſt à peccati acerbitate, *& reprobare malum* quod peccati acredine eſt amarum, & infectum; ergo ut lac eſſet dulciſſimum, ut mel, & butyrum, *nullam peccati amaritudinem habens.* Unde *ſciat puer eligere bonum*, à peccato alienum, & reprobare malum, quod cum illo eſt coinquinatum; extindéque ſi in Virginis Cõceptione eſſet aliquod peccatum illius amaritudo transfunderetur in lac & non haberet dulcedinem mellis, & butyri, nec ex tali dulcedine ſciret puer eligere bonum, & malum reprobare.

47. D. Cyrill. D. Baſil. D. Hieron. D. Chryſ. D. Cyrill. D. Auguſt. *In lacte Mariano nulla erat amaritudo peccati.*

Quintò.

Digitized by Google

48. Quintò. Poſt primi hominis peccatum, adeſt ſupremus Iudex Deus, pœnas tranſgreſſoribus infligens, quæ vim habebant latæ legis in omnes poſteros. Geneſ. 3 n. 16. *Mulіere quoque dixit Deus: multiplicaba ærumnas tuas & conceptus tuas: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris: & ipſe dominabitur tui; Adæ vero dixit: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec revertaris in terram, de qua ſumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Duas condidit pœnales leges Dominus adverſus primos parentes cum ſuis poſteris, unam adverſus mulierem, *In dolore paries;* alteram adverſus virum, *In ſudore veſceris pane tuo, & ut revertatur in pulverem.* Neceſſitas autem moriendi poſita eſt in ſententia lata contra Adamum, non adverſus Evam, ut bene notavit Bellarminus *lib. 1. de gratia, cap. 15.* & ex eo M. Baëz *tom. 6. de Chriſto Figurata, lib. 12. cap. 12.* §. 18. Cur ergo lex mortis non indicitur Evæ, ſed uni Adamo? An ut maneret Eva inimunis à mortis lege? Abſit hoc. Ex eo quod lex mortis imponitur Adamo, ſub illa etiam Eva intelligitur comprehenſa utpote perſona intimè conjuncta cum Adamo, & cum caro Evæ ſit Adami caro; & ex Adamo Eva formata ſit, ex quo manifeſtè elicitur exemptio Deiparæ, ab omni morte peccati originalis; cum Sanctiſſima Virgo ſit perſona conjunctiſſima Deo, & caro Chriſti ſit Virginis caro; ex qua carne Chriſtus eſt formatus, & generatus, ut perbelle, ac ſapienter notavit Divus Damaſcenus *Oration. in Aſſumpt. Mariæ habita apud Metaphraſtem,* ubi ait: *Eva quidem, quæ aures præbuit nuncio ſerpentis, accepit ſententiam doloris, & moleſtiæ, & partus ſubit dolores, & cum Adamo mortis damnatur ſupplicio. Mariam autem omni ex parte beatam, quæ aures inclinavit Dei verbo, & peperit abſque doloribus, & tota Deo fuit unita, quomodo mors devoraverit? Quomodo audebit inire ius in corpus, quod vitam ſuſcepit? Sunt hæc aliena, & prorſus remota à divina Anima, & corpore* Evæ non fuit indicta mortis ſententia, ſed Adamo, *In pulverem reverteris.* Sed quia Eva maximè conjuncta erat Adamo, & ejus caro, caro illius, & ex eo creata eſt; inde *cum Adamo mortis damnatur ſupplicio.* E contra ergo Maria, *quæ tota Deo fuit unita,* cum caro illius ſit caro Chriſti, ex qua Chriſtus eſt formatus, & genitus, illius benedictionibus comprehenditur, & ditatur, quantum fas eſt puræ creaturæ. Petrus Cellenſis *libro de panibus, cap. 12.* ait: *Simul collecta gratiæ plenitudo nullatenus creatura humana capacitate, poteſt comprehendi; tamen privilegio filij ſui mater Dei aſperſione Spiritus ſancti, tota Deitatis gratia eſt ſuperfuſa.* In tam excellentiſſimo gradu puritatis, ac ſanctitatis eſt plena, *Ut Mater Dei aſperſione Spiritus ſancti, tota Deitatis gratia eſt ſuperfuſa.*

Geneſ. 3.

Caro Chriſti, caro Virginis, & inde ipſa exempta à peccato originali.

Rupertus.

Petr. Cellen.

49. Sextò. Cum Angelus Gabriel nuntiaret Deiparæ divini Verbi conceptum, ait illi *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te* Luc. 1. n. 35. ex Hebræo legitur *advolabit in te,* quod ſignificat magnam celeritatem, ac vehementiam Spiritus advenientis. Aliter factum legimus ab ipſo divino Spiritu poſt tranſactum diluvium. Geneſ. 8 num. 1. quod Deus *Adduxit Spiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ.* Aliqui Patres, & Doctores dicunt hunc Spiritum fuiſſe ventum, quod graviter impugnat D. Ambroſius *lib. de Noe,* affirmans Spiritum ſanctum eſſe exponendum, & ait: *Non puta hoc dictum, ut Spiritus nomine ventum accipiamus; alioquin cum mare ventis exagitetur quotidie exinaniretur profecto. Nam quomodo non ſiccaretur mare ventorum vi, cum eſſet toto diffuſum orbe diluvium.* Et ſubdit: *De Spiritu ſancto hoc intelligendum eſt.* Quomodo ergo nunc Moyſes ait, *Adduxit Spiritum.* Nec obſtat quod Geneſ. 1. n. 1. dicitur *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Alia lectio *volitabat ſuper aquas.* Cur ergo poſt diluvium dicitur, *Adduxit Spiritum.* Lippoman. in ſua Catena inquit. *Sed cur dixit; Adduxit Dominus Spiritum, & non ferebatur.* Et ſubdit rationem; *Ad demonſtrandum, quod non libenter inviſeret aquas illas, quæ mortis fuerunt cauſa:* Ad Deiparam cum venit divinus Spiritus, ut maximè ſpontaneus adventus exprimatur, ſcribitur *Advolabit in te* ſuper aquas adducitur. *Adduxit Spiritum: quia non libenter inviſeret aquas illas, quæ mortis fuerunt cauſa.* Cum ergo in illis aquis eſſet mors, inde divinus Spiritus tanquam non ſponte in illis aderat; ad Virginem promptiſſimè volitat, in qua totum erat vita & nullum veſtigium, nec umbra mortis D. Bonaventura *in ſpeculo, c. 8.* ait: *Maria vita, in ipſa mors nulla, quæ nobis dedit fontem vitæ ſalientis in vitam æternam.*

Luc. 1.

Hebræus.

Geneſ. 8.

D. Ambroſ.

Geneſ. 1.

Lippoman.

En eo quod Deipara ſit Chriſti Mater, nulla in ea umbra mortis.

D. Bonav.

Septimò. Chriſtus deſcendit in Virginis uterum, ut nobis præparet vitam æternam; ergo in illa nulla peccati mors præceſſit. Poſtquam Chriſtus Dominus divinum inſtituit Eucharisticum Sacramentum, ſcribit D. Matthæus 26. n. 3. *Tunc venit Ieſus cum illis* (ſcilicet Diſcipulis ſuis) *in villam, quæ dicitur Gethſemani.* Et D. Marc. 14. num. 16. *Tunc exierunt in montem Oliveti trans torrentem Cedron ubi erat hortus.* Domine mi Ieſus quid agis? Nonne ardentiſſimè deſiderabas ab inimicis comprehendi, ut pro nobis vitam dares? Cur non perſiſtis in Cœnaculo, à quo diſceſſit traditor Iudas, ut ibi facilè ipſe cum militibus, ac armata miniſtrorum manu te capiant, & apprehendant, nunquid mortem fugis? præclarè Origenes *tract. 35. in Matth.* ait: *Non enim eo veniebat, ut ibi caperetur, ubi paſcha cum diſcipulis ſuis manducaverat.* O ſupremum, & altum conſilium divinæ Sapientiæ. In Cœnaculo cum manducaret paſcha cum Diſcipulis ſuis, inſtituit ſalutiferã Euchariſtiam! ac valdè alienum extitiſſet à divina Sapiẽtia, ut ubi inſtituerat Sacramentum vitæ. *Qui manducat hunc panem vivet in æternum.* Ioan. 6. ibi mors introiret, & ipſe caperetur ad mortem, quomodo ergo fieri poteſt, ut in regali habitaculo virginalis ventris, in quo formatum eſt ſupremum Sacramentum noſtræ vitæ, corpus ſcilicet Chriſti, ibi jam mors peccati introiret, ac domicilium haberet, hoc maximè alienum eſt à ſupremo, & alto conſilio divinæ Sapientiæ. Unde merito ait Carthuſ. lib. 2 de laudibus Virg. *Maria non ſolum vita, ſed viva dicenda eſt.* 50.

Matth. 26.

Marc. 14.

Ubi Sacramentum vitæ, nulla mors.

Origenes.

Ioan. 6.

Carthuſ.

51. Pro hujus rei confirmatione, nota, quod Chriſtus conſecravit corpus ſuum in pane azymo. *Luc.22. n.1.* ut obſervat Eccleſia Romana; cur non potius in pane fermentato. Fermentum denotat peccatum, ejus nequitiam, ac malitiam. Inde Chriſtus Dominus dicebat ſuis Diſcipulis: *Cavete à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum.* Matth. 16. num 6. Marc 8. num 14. ut ibi notant Origenes, D. Ambroſius *lib. 1. de Pœnitentia c. 14.* D. Chryſoſtomus *homil. in Iob. & Abraham.* D. Hieronym. Noſter D. Cyrillus, Rupertus *in cap. 7. Oſee.* Ad quæ verba eleganter ait Origenes citatus. *Cavebat Dominus in ſuis Diſcipulis fœtorem Phariſæorum.* id eſt, peccatorum eorum; ergo à fortiori talem peccati fœtorem, in matre ſua non permiſit; & ſi ipſe, decrevit non conſecrare in pane fermentato, ob peccati umbram ibi inſinuatam; quam maximè abhorrebat, quomodo cogitari poterit, quod in utero virginali habitaret, non umbra, ſed reali peccato maculato, ab illóque carnem ſumeret.

Matth. 16. Marc 8. Origenes. D. Ambr. D. Chryſ. D. Hieron. D. Cyrill. *Non in fermentato pane conſecrat Chriſtus ob peccati umbram.*

Quæstio IX.

Immaculata Virginis Deiparæ Conceptio ab Originalis delicti labe, ex pura ſimilitudine cum filio IESV deducitur.

52. Cantic. CLamat divinus Sponſus ad dilectam Virginem, ac Matrem ſuam. Cantic. 1. num. 15. & 16. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.* Et illa reſpondens ait: *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectulus noſter floridus.* Deipara ſuper omnes, agnoverat excellentiam Incarnationis myſterii, quod in ſe peractum erat; inde præ aliis tantam Domini pulchritudinem admiratur. Similiter, & Sponſus ſua infinita ſapientia altè comprehendebat tantam Virginis pulchritudinem. Unde inter eos quædam veluti contentio videtur dari de pulchritudine. Sed cur inter viciſſim pulchritudinis encomia, ut bene advertit M. Didacus Celada *in Eſther §. 365. num 5.* de florido lectulo fit mentio, *Lectulus noſter floridus*; ad quid hoc ad utriuſque pulchritudinis commendationem? Lectulus Chriſti ut exponit Rupertus, fuit ejus humanitas, quæ tota per divinum Verbum hypoſtaticè unitum, eſſentialiter, ac ſubſtantialiter extitit florida omni juſtitia, ac ſanctitate, abſque aliquo peccato Originali. Lectulus Sanctiſſimæ Virginis ejus Sacratiſſimum corpus in ipſo primo infuſionis animæ inſtanti totus floridus omni juſtitia, & ſanctitate per Divinam gratiam abſque aliquo peccato Originali. Perbelle Galatinus *libro 7. cap. 5.* & ait: *Ecce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pulcher es dilecte mi, &c. Quemadmodum ego abſque Originali labe conceptus ſum, ita tu quoque amicus meus, & idcirco pulcher es, & formoſus: lectulus, hoc eſt conceptio noſtra eſt florida. & odorifera abſque peccati corruptione.* O bona de Conceptione pulchritudo, de qua mater filium Dei æmulatur. Proſpera gratia in Deiparæ Conceptione pie contendit, & ſuo modo imitatur unionis hypoſtaticæ auguſtum privilegium; inde utriuſque conceptio dicitur, *Lectulus noſter floridus*; nam Chriſti eſt floridus per naturam, & eſſentiam, cum ſit verus Deus, Deiparæ vero cum ſit creatura, per gratiam, & divinam benevolentiam, qua impleta eſt in primo inſtanti infuſionis animæ, ut omnium virtutum gratia floreret abſque ulla labe peccati originalis.

Celada. Rupertus. *Puritas Conceptionis Deiparæ imitatur Conceptionem Chriſti.*

Secundò. Chriſtus Dominus per eſſentiam totus Sanctus à ſua primæva origine, ac Conceptione. Dicitur de eo Ioan. 10. numero 36. *Quem Pater ſanctificavit, & miſit in mundum.* Et Gabriel ait ad Deiparam Virginem. Luc. 1. num. 35. *Quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur.* Sic & voluit, ut & Mater ſua à ſua primæva origine, & conceptione per gratiam Spiritus ſancti, eſſet pura, & ſancta. Ait Regius Vates: *Ædificavit ſanctificium ſuum in terra, quam fundavit in ſæcula.* Pſal. 77. num. 69. Ubi nos habemus ſanctificium, legunt Arabicus, Chaldæus, D. Hieronym. Caietan *Sanctuarium ſuum.* Totus rerum ordo videtur hic mutatus. Nam optimus Artifex in ædificando templo, vel domo, prius ponit fundamenta, erigit parietes, & totum tecto cooperit, & poſtea auro, ac ornamentis illuſtrat, ac componit; ſic in ordine ſpirituali, prius ſupponitur natura humana creata, & poſtea gratia, & cœleſtibus donis condecoratur, ac nobilitatur à Deo, ut fiat vas in honorem. Quomodo ergo ſupremus Artifex, *Sic ædificavit ſanctificium ſuum, ſeu ſanctuarium ſuum in terra,* ut videatur ſignificare, prius cogitaſſe de ſanctificatione, ac ſanctitate, quam de ipſa natura, cum ait Propheta, *Ædificavit ſanctuarium, ſeu ſanctuarium ſuum.* Totum locum exponit D. Bonavent. *in ſermone de Sanctiſſima Deipara.* Ipſa & tabernaculum & domus Dei: *Sanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus.* Pſal. 45. num 5.

53. Ioan. 10. Luc. 1. Pſalm. 77. Arabicus. Chaldæus. D. Hieron. Caietan. *In Deipara prius gratia, quam natura.* D. Bonav.

Domum tuam decet ſanctitudo. Pſalm. 92. num. 5. Eam Deus tanta gratia, ac ſanctitate in primo inſtanti ſuæ Conceptionis implevit, ita ut videatur prius in illa fuiſſe gratia; quam natura. Divus Damaſcenus *de Nativitate Virgin.* ait: *Natura progredi non eſt auſa, ſed parumper expectavit, donec gratia fructum ſuum peperiſſet.* Tam alta providentia Deus creavit Deiparam, tantâque gratia eam prævenit, ut ordinem humanæ naturæ, quæ ſecum influxum peccati originalis involvebat, impedierit, ne aliqua labe macularetur. *Natura progredi non eſt auſa, ſed parumper expectavit, donec gratia fructum ſuum peperiſſet.*

Pſalm. 92. D. Damaſcen.

54. Maximè totum noſtrum aſſumptum approbat, & confirmat D. Chryſoſtom. *homil. de Nativitate Ioannis,* cum ait: *Merito is quoque, qui natus eſt, matri talia dedit privilegia, quæ etiam habuit ſolus, & illi quoque ſoli dedit.* Quodnam eſt hoc privilegium; quod ſolus Chriſtus habuit, & ſoli matri ſuæ dederit. Hoc ad generationem æternam nullo modo poteſt referri, quia ta is generatio, nec Deiparæ, nec alicui puræ creaturæ convenit, ſed tantum unigenito filio Dei; ergo hoc privile

D. Chryſ.

privilegium quod ipſe ſolus Chriſtus habuit. eſt ipſa Conceptio in juſtina & ſanctitate. Sic

Pſal. 109. Hebræus.

ait David de Chriſto Domino. Pſal. 109. n. 4. *In ſplendoribus Sanctorum genui te.* Hebraïca lectio, *In ſplendoribus ſanctitatis.* Hoc privilegium, quod ſolus Chriſtus habuit, ſoli matri communicavit: *Matri talia præbuit privilegia, quæ etiam habuit ſolus. & illi quoque ſoli dedit.* Ut in gratia conciperetur: nam alii homines in peccatis generantur. *In peccatis concepit me mater mea* Pſal. 50. n. 7. Hæc tamen doctrina intelligenda eſt cum diſtinctione ſæpè data, Chriſtus habuit conceptionē, & generationem in gratia, & ſanctitate per naturam, & eſſentiam, ut verus Deus, Deiparæ verò ut puræ creaturæ hoc conceſſum eſt ex gratia, & privilegio. Cum D. Chryſ. chorei D. Ambroſ. *in Pſal.* 40. ubi introducitur Chriſtus loquens cum ſua Sanctiſſima matre, & ait: *Generationis mea privilegium in te recognoſco. quam nulla potuit macula inquinare peccati.*

Pſalm. 50. *Puritas Deipara imitatur puritatem filii ſui.*

D. Ambroſ.

55. Tertiò De ſuo Sanctiſſimo filio Jesu teſtatur Sanctiſſima Virgo. Cantic. 1. n. 12. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.* Ex Hebræo legunt omnes, *Cum eſſe Rex in circulo ſuo.* Circulus typus eſt æternitatis teſte Pierio Valerian. *lib.* 18. Hieron. ex eo quia circulus principio, & fine caret, & inde æternitatem adumbrat; idem eſt, ac ſi diceret, cum ſupremus Rex meus Sponſus, & Deus Omnipotens conſtituiſſet decretum æternæ prædeſtinationis, ibi prædefinitum fuit, ut *Nardus mea dediſſet odorem ſuum.* Nardus vel eſt unguentum pretioſum, ut patet ex Ioan. 12. num. 3. ubi dicitur, *Maria accepit libram unguenti nardi piſtici*, vel ut alii volunt, eſt herba odorifera; & ubi nos habemus in noſtra vulgata, *Nardus mea dedit odorem ſuum*, Origenes, ac Græci legunt, *Nardus mea dedit odorem ejus.* Res valdè mira! Præter communem rerum ordinem una planta, vel unum odoramentum dat ſuum proprium, & genuinum odorem, quis vidit unquam, quod Roſa exhalet ut platanus, vel cinnamomum, & balſamum vaporem det ut rhus? cur ergo non ait Sponſa Sancta, Nardus mea dedit proprium odorem ſuum, *ſed odorem ejus*, nempe filii mei. Idem eſt ergo ac ſi dicat Sanctiſſima Virgo, ab æterno prædiffinivit Deus ſuo decreto, ut Nardus mea, mea nempe natura, meáque perſona, non dediſſet proprium odorem ſuæ naturæ humanæ: nam hoc eſſet valdè fœtidum utpote infectum culpa originali, ſed dediſſet odorem filij mei, qui eſt impeccabilis per naturam, cum omni juſtitia, & ſanctitate, ut de ejus odore haurirem, & participarem, ut in me totum eſſet Sanctum, purum abſque aliqua macula. Origenes *homil. 2. ex quatuor.* Ita ait: *Nardus mea odorem mihi detulit ſponſi, velut ſeparato naturali odore ſuo præ fragrantia ejus ipſius mihi detulit ſuavitatem.* Duo odores in hac divina planta Maria poſſunt conſiderari unus naturalis ex propria humana natura, alter ſupernaturalis ex filio ſuo Jesu. Quid inde *ſuperato naturali odore ſuo.* Quod erat ex propria natura *præ fragrantia ejus, ipſius mihi detulit ſuavitatē.* ex ſuo nempe decreto mihi detulit plenitudinem, ac ſuavitatem gratiæ,

Cantic. 1.

Hebr.

Pierius.

Ioan. 12.

Græcus.

Deipara puritas dat odorem filii ſui.

Origenes.

Syveira Opuſcul.

& ſanctitatis ejus ut in omnibus illius Mater appaream.

56. Quartò. *Sapient.* 7. *n.* 26. dicitur: *Speculum ſine macula Dei majeſtatis, & imago bonitatis illius.* Quæ verba à Patribus, ac expoſitoribus Beatæ Virgini adaptari ſolent. Dicitur, *Speculum ſine macula Dei majeſtatis imago bonitatis illius.* Non decantatur imago omnipotentiæ, immenſitatis, æternitatis, vel aliorum attributorum; ſed *imago bonitatis illius*, id eſt, illius puritatis, ac ſanctitatis, ut eſt communis vox interpretum, quæ bonitas, & ſanctitas divina relucet in Deipara, tanquam in ſpeculo Chryſtallino ſine macula, quod magis explico ex mente Divi Auguſtini, qui de hac Sanctiſſima Virgine, ſic ait ſermone de Nativitate. *Si formam Dei te appellem digna exiſtis.* Cur magnus Doctor eam dicit Dei formam; quia in ſe habet perfectam Dei ſimilitudinem, in omnibus referens ipſum Deum. In hoc ſenſu Divus Paulus intelligit formam *ad Philipp.* 2. *n.* 7. agens de Chriſto Domino. *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam, arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo* Et quomodo Chriſtus Dei forma. Explicat D Thomas *in eadem epiſtola ad Philipp lect.* 2. & ait: *Dicitur Chriſtus filius, verbum, & imago, ſed imago non dicitur perfecta, niſi habeat formam, cujus eſt imago.* Imago ut ſit perfecta debet habere formam illius, eujus eſt imago; cum ergo Sanctiſſima Virgo ſit *imago bonitatis Dei.* Inde conſequens eſt, quod ut ſit perfecta, debet habere formam illius, eujus eſt imago inde præclarè ait D. Auguſtinus, *Si formam Dei te appellem, digna exiſtis.* Adeo enim Beatiſſima Virgo ſimillima eſt cum Deo, ut potius videatur referre formam divinam, quam humanam; *Imago non dicitur perfecta, niſi habeat formam illius, cujus eſt imago.* Inde de Beatæ Virgine ait Iunilius Africanus, *Chriſto ſimillima, quod nunquam peccatum commiſit.* Unde tantam Dei formam, imaginem, ac ſimilitudinem admirans Ioannes Geometra ſic modulatè canit Hymno 3. *Gaude Virgo, decus naturæ, pulchraque imago, quæ ſummi genium continet Artificis.* Tam præclarum conſummatum, ac perfectum eſt hoc opificium B. Deiparæ, ut in eo maximè reluceat, ac reſplendeat, ingenium, potentia, ac ſcientia ſupremi Artificis.

Sapient. 7.

D. Auguſt.

Deipara Dei imago, ac forma.

Philip. 2.

D. Thom.

Iunilius.

Pul bernido Maria Ingenium ſummi Artificis continet.

Geometra.

57. Quintò. Vidit Pater meus Elias, & ait: *Ecce nubecula parva quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari*, 3. Regum 18 num. 44. in qua nubecula, ut jam dixi *tom.* 1. *in Evangel. lib.* 1. *cap.* 3 *quæſt.* 2. *num.* 5. ex Joanne Jeroſolymitano, Joſepho Antiocheno, Gilliberto, Platina, Petro de Oredo, Lezana, Ægydio Luſitano, Salazar, & aliis multis, quos citavi opuſculo de Elia *Reſolut.* 1. *q.* 3. *num.* 65. ibi revelatum fuit noſtro Sanctiſſimo Parenti Immaculatæ Conceptionis Virginis myſterium: nam nubes, etſi à mari exoriatur, tamen valdè diverſæ eſt conditionis ab ipſo: nam mare, amarum, ſalſum, gravidum, & ponderoſum, opacū, & ſterilizans; nubes verò ab his omnibus qualitatibus valde aliena; dulcis, ſuavis, levis, lucida, & maximè fertilizans; ſic & Sanctiſſima Virgo, quamvis orta ſit, ex natura humana, tamen tota eſt pulchra,

3. Reg. 18.

Ioan. Ieroſ. Antioch. Platina. Lezana.

 ſuavis,

Google

ſuavis, dulcis, & levis, ſine amaritudine, ac
pondere peccati, ac illius fœtore; tamen in
præſenti, maximè in rem noſtram, id quod
dicitur, *quaſi veſtigium hominis*, id eſt, referẽs
ſimilitudinem, ac formam veſtigij hominis,
ut eſt communis expoſitio. ſed cujus hominis
importabat ſimilitudinem, Chriſti Domini
nempe, ut jam alibi notavi ex D. Auguſtino
ſerm 201 de tempore, & ait: *Ne fortè aliquis*
dubitet nubem illã veſtigium hominis habuiſſe,
dixit illius utique hominis, qui dixit, quem
dicunt homines eſſe filiũ hominis. Proindeque
nubes illa præfigẽs immaculatam Conceptio-
nem Virginis Mariæ, præferebat veſtigium,
& ſimilitudinem Chriſti Ieſu: *Equitatui meo*
Cantic. 1. *aſſimilavi te amica mea* Cantic. 1 num. 9 Ara-
Arabicus. bicus legit, *Equo meo aſſimilavi te amica mea.*
Apoi. Per equum Aponi. Theodoretus intelligunt
Theodor. Chriſti humanitatem, cui inerat divinitas;
huic ergo humanitati ait aſſimilavi te amica
mea. D. hac ſimilitudine Virginis multa dixi
tom 1. in Evangel. lib. 1 cap. 5. quæſt. 49. n. 147.
& tom. 3. cap. 17. quæſt. 19 num. 132. & *tom 5.*
lib. 8. cap. 17. quæſt. 13. num. 3. & *tom. 6. cap 2.*
Matth. q. 8. n. 41.

Q U Æ S T I O X.

Veritas immaculatæ Conceptionis Virginis demonſtratur ex perpetua traditione Eccleſiæ à tempore Apoſtolorum.

59. SAtis notum eſt, quanta ſit auctoritas tradi-
tionum Eccleſiæ, de quo latè agunt Theo-
D Thom. logi cum D. Thoma *3. part. quæſt. 27 artic. 1.*
dist. 3. quæſt. 1. quæſtiunc. 3 ad 3. & in materia
1 Tim. 6. de fide, quod nos docet Apoſtolus 1. *Timoth.*
ultimo, dicens: *Tenete traditiones, quas didici-*
ſtis, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam no-
ſtram Utroque modo noſtram veritatem, ſive
per ſermonem, ſive per ſcripta, ex ore Apo-
ſtolico habitam.

60. Et primum ſit, ex libris Sanct. Cecilij &
Sanct. Teſiphon qui fuerunt diſcipuli Sancti
Jacobi Apoſtoli Majoris, qui libri litteris Ara-
bicis in monte Sancto Granatæ reperti ſunt,
pro quorum librorum approbatione exactiſ-
ſima, & rigida examina ſunt facta. In quo-
dam Concilio Provinciali convenientibus
doctiſſimis, & graviſſimis Viris; & poſtea
ex mandato Sereniſſimi Regis Philippi III.
In quodam congreſſu Magnorum Virorum
Præſidente Illuſtriſſimo Domino Archiepi-
ſcopo Toletano, appoſitis, & ſolutis argumen-
tis in contrarium, iterum prædicti libri fue-
runt examinati, & approbati, ut teſtatur
Franciſc. Illuſtriſſ. Dom. D. Fr. Franciſcus de Souza
Olma. Epiſcopus de Oſma, qui interfuit in prædicto
congreſſu *libro pro Immaculata Concept.* &
Bavier. referunt Frãciſcus Bavierius. & Thomas Ta-
Tana. najo *in dexterum ad annum Chriſti 308. n. 9.*
Lezana Lezana *de Concept. c. 16.* Ægid Luſitan *lib. 3.*
Ægid. *de Concept q. 3. art. 1. ſect. 4. §. 7.* Madeira *in de-*
Madeir. *fenſorio pro Reliquiis Sanctorum*. Fr. Ioſephus
de Ieſu Maria *in vita Deiparæ noſtræ, cap. 20.*
num. 2.

In prædictis libris Sancti Cecilius, & Teſi- 61.
phon dicunt, quod Sancti Apoſtoli in quo- S. Cecil.
dam Concilio Hieroſolymis habito dixerunt, S. Teſiphon.
& declararũt, quod *illa Virgo illa Maria, illa*
Sancta præſervata fuit à peccato Originali in
primo inſtanti ſuæ Conceptionis, & libera ab
omni culpa, & qui ita non ſenſerit, non con-
ſequetur ſalutem æternam. Ita ex Arabico ſunt
verba Latinè donata; forſitan ultima verba,
& qui ita non ſenſerit, non conſequetur ſalutem
æternam: addita ſunt à Sanctis Cecilio, &
Teſiphon

Sanctus Gabriel Archangelus revelavit 62.
B. Amadæo, ut conſtat ex quodam libro ſer- S. Amad.
vato Valleſoleti, ut refert citatus Epiſcopus
Souza, & illum ſe vidiſſe teſtatur Fr. Joſe-
phus de Jeſu Maria *citatus num. 4.* Revelavit
ergo Archangelus, quod Sancti Apoſtoli mi-
ris laudibus celebrarunt Sanctiſſimam Dei-
param, & quod facit ad rem noſtram San-
ctus Andreas dixit: *Tu ſola fuiſti præſervata*
ab univerſali condemnatione omnium, mortua
non fuiſti in Adamo, unica, & ſola immacu-
lata. Sanct. Thomas Apoſtolus dixit, *O felix,* D. Thom.
quæ in principio viarũ, fuiſti electa, & in præ- Apoſtol.
viſo peccato Adami, non fuiſti cum aliis dam-
nata, imò ob merita filij tui, præter aliorum
conditionem ſic fuiſti præventa, ut nec in mini-
mo momento extitiſti ejus inimica, ſed ſemper
amica. Sanct. Matth. Apoſtolus dixit, *Sicut* Matth.
nix tua albedo, ô Maria immaculata, juncus Apoſtol.
liſus abſque nodo. Spiritus Sanctus ab æterno
te præſervavit, ſanctificavit, illuminavit, ac
ſingularibus privilegiis condecoravit. Sanctus Matth.
Matthias Apoſtolus hoc modo loquitur, *O* Apoſtol.
Beata Maria non fuiſti concepta in peccato,
imò ſemper plena, omni gratia, ac ſapientia.

Ratio, quam ſacri Apoſtoli habuerunt, ad 63.
decantanda talia Virginis præconia, nobis
non conſtat tamen poteſt colligi ex his quæ
tradit D. Dionyſius *cap. 3. §. 1. de divinis no-* D. Dionyſ.
minibus; quod poſtquam Sanctiſſima Virgo
efflavit ſacratiſſimam animam, convenerunt
Apoſtoli ad funerandum illud divinum cor-
pus Iacobus Epiſcopus Hieroſolymitanus,
D. Petrus, & alij Apoſtoli, ac Diſcipuli Do- *Funeralia*
mini, & poſtquam venerati ſunt illud cor- *D. Virg. ſolem-*
pus, quod in ſe Deum receperat; omnes Apo- *nis ex omnes*
ſtoli illius laudes decantaverunt; unuſquiſ- *Apoſtoli cele-*
que juxta ſuum Spiritum, extollentes Dei bo- *brarunt.*
nitatem, quæ in eo tot, ac tanta mirabilia
fuerat operata; Inde conſequens fit, quod
Apoſtoli non prætererunt magnum privile-
gium præſervationis à peccato originali; ſed
illud, ut illuſtre, ac præclarum principium
aliorum Magnalium, ac divinæ, & ſupre-
mæ electionis intonarunt, & hoc maximè
ex eo comprobatur, quia ut teſtatur Juvena- Iuvenalis.
lis Epiſcopus Jeroſolymit. apud Euthymium Euthym.
lib. 3. Hiſtor. cap. 3. Apoſtoli, & cæteri fideles
per tres dies integros, ac continuos perſeve-
rarunt in his Virginis præconiis celebrandis;
& hoc ex eo facilè perſuadetur, quia apud
antiquos Chriſtianos extitit celebris conſue-
tudo, quod in actibus funeralibus publicè
dicebantur, ac evulgabantur præconia, rerum
geſtarum demortui, ut teſtatur D. Dionyſius D. Dionyſ.
de Eccleſiaſtic. Hierarch. cap. 7. in principio.
D. Clemen. *lib 6. Conſtitut Apoſtolicar. cap. 2.* D Clem.
Tertullian. *de Corona militis*, & ex illis multi Tertullian.
alij

Digitized by Google

ali l antiqui,ex quo à fortiori credendum eſt. quod Apoſtoli in his non deſuerunt, ſed abundantiſſime illud peregerunt in celebrandis funeralibus Beatiſſimæ Virginis.

64. Andreas. Apoſtol. Abdias. Extant etiam alia præclara teſtimonia Apoſtolorum de hac re, & primo, & valdè celebre de hac re eſt illud D. Andreæ Apoſtoli, ut refert Abdias Abylonicus lib.4. ſuæ Hiſtoriæ in hæc verba. *Sicut de Immaculata terra, & nunquam maledicta factus fuerat primus homo, ita ex ſemper Immaculata Virgine formatus fuit ſecundus Adamus.* Hanc ſententiam publice prædicavit ſanctus Apoſtolus adſtante Proconſule Egea, ut ſcribunt Præſbyteri Achaiæ in libro de Paſſione ſancti Andreæ (Presbyter.) Hanc Hiſtotiam ut magni ponderis, ac auctoritatis venerantur (Bellarm.) *Bellarmin. lib.4.de ſtatu peccati cap. 15. & lib. de ſcriptorib Eccleſiaſt. ad finem 5. ſaculi.* Caniſi.lib 1 cap.7. (Caniſi. Lippoman.) Lyppoman. & alii, & merito ſane. Nam in illis Deipara ſacratiſſima, terræ, ex qua primus Adamus formatus eſt, comparatur; & cum Adamus creatus fuiſſet ex terra, quæ nullam Dei maledictionem obtinuerat, ſic & ipſa puriſſima Virgo ſecundo Adamo, nempe Chriſto Domino ſuppeditavit materiam, quæ nullam in ſe peccati maledictionem admiſerat. & ab illa omninò erat aliena, & libera.

65. D Iacobus Minor. Sexta Synodus Proclus. Secundum teſtimonium in hac re nobis dat ſanctus Jacobus Minor Epiſcopus Hieroſolymitan. qui in ſua Liturgia, de qua multoties facit mentionem Sexta Synodus c 32. & eam nobis dedit Proclus Conſtantipolit. Patriar ha, qui in Synodo Epheſina contra Neſtorium pugnavit. Sic ait ſanctus Apoſtolus in citata Liturgia: *Dignum eſt, ut te vere Beatam dicamus Deiparam, ſemper Beatam, & omnibus modis irreprehenſibilem, & matrem Dei noſtri,* & iterum *Commemorantes ſanctiſſimam, immaculatam, & glorioſiſſimam Dominam noſtram Dei matrem.* Cum ergo Apoſtolus dicat B. Virginem immaculatam omnibus modis irreprehenſibilem, nullam maculam, nil reprehenſibile, in ea agnoſcit, alias eam non diceret immaculatam, & omnibus modis irreprehenſibilem.

66. D Marc. Similiter & Marcus in ſua Liturgia, de qua quæſt.ſequenti pro Eccleſia Alexandrina Beatam Virginem appellat Immaculatam, ac omnibus modis irreprehenſibilem, & D. Iacobum Apoſtolum, (Iacobus Apoſtolus) Majorem Eccleſiam, quam in Granata fundavit ſub nomine B Mariæ Virg.de Pilar dedicaſſe ſub titulo Conceptionis Deiparæ teſtatur Marcus Maximus (Marc. Maxi) Epiſcopus Civitatis illius, qui floruit an.600. quem mirifice laudat D. Iſidorus (D Iſidor.) *lib.de viris illuſtribus cap.46.* ita modulatur Epiſcopus in quodam hymno à ſe compoſito. ut referunt Murillus in fundatione illius Eccleſiæ, & Epiſcopus, Souza pro Conceptione; & Fr. Ioſeph. à Iesv Maria citatus. num 4.

67. D.Irinæus. Ex quibus facio hoc argomentũ ex optima doctrina D. Irinæi *lib. 3. adverſus Hæreſes cap.4.* ubi ait, quod quando emerſerit aliqua quæſtio, vel dubitatio non ab aliis quærenda eſt veritas, ſed tantum ab Eccleſiis, quæ fundatæ ſunt ab Apoſtolis. Ait ſanctus Doctor. *Non oportet apud alios veritatem quærere, quando facile eſt ab Eccleſia ſumere, cum Apoſtoli, quaſi in depoſitorium dives pleniſſime in eam contulerint omnia, quæ ſint veritatis.* Et ſubdit, *quod debet fieri ex ſcripto, vel traditione Apoſtolorum.* Atqui Eccleſia Hieroſolymitana fundata à Iacobo Apoſtolo ejus Epiſcopo, Eccleſia Hiſpanica erecta à Iacobo Majore; Alexandrina à D. Marco, Achaica à S. Andra, ſcripto, & traditione: hanc veritatem tenent de pura, & immaculata Conceptione Virg. Mariæ, ergo non eſt quid amplius quærendum.

Quæstio XI.

Veritas Immaculatæ Concept. Virg. Mariæ recte demonſtratur ex antiquiſſimis feſtivitatibus illius, à tempore Apoſtolorum.

Certiſſimum eſt feſtum Immaculatæ Conceptionis Virg. Mariæ celebari univerſaliter in tota Eccleſia à tempore Sixti IV. anno 1480. Licet antea tam in Romana Eccleſia, quam in multis aliis tacita, vel expreſſa licentia Summi Pontificis celebraretur. Et noſter Ioannes Bachonius, qui floroit circa annum 1210 in 4 diſt.2. quæſt.3.art.3. teſtatur, *quod ab antiquiſſimis temporibus feſtum conceptionis in Romana curia præſentibus Cardinalibus, in Carmelitarum conventu celebrabatur.* 68. Sixtus IV. *Feſtivitas Conceptionis antiquiſſima in Eccleſia Carmelitarum.* Bachonius.

Inquiramus antiquiſſima tempota, de quibus loquitur noſter Bachonius, & certum habetur, quod hoc feſtum publice celebratum fuerat in Anglia à tempore D. Anſelmi, ſcilicet ab anno 1060. Nam quod D. Anſelmus primus inſtituiſſet hanc Conceptionis celebritatem in Anglia, teſtatur Concilium Canturienſe, anno 1328. Teſte noſtro Bachonio *quodlibet 3. quæſt. 13.* & ex multis aliis notat Bachonius *in Kalendario die 8. Decembris.* 67. Bachon. D Anſelm. Anglia.

Longe antiquius D. Anſelmo eſt feſtum Conceptionis, nam in multis antea Eccleſiis celebrabatur, ut patet ex *Martyrolog. Bedæ,* qui floruit anno 730. In quo invenitur hoc feſtum jam appoſitum, quod etiam fit manifeſtum *ex Kalendario Græco,* quod tribuitur D. Damaſceno, qui floruit eodem tempore cum Beda. 70. Beda. D Damaſc.

Quattò. Altiori tempore ante Bedam, & Damaſcenum deprehenditur in Hiſpania feſtum conceptionis celebratum, ut manifeſtatur *ex Kalendario* Sancti Iſidori, qui ex mandato Concilii Quarti Toletani, compoſuit, ac reformavit Breviarium Hiſpaniæ, quod appellatur *Moſarabe*, ut tradunt Ambroſius de Morales *lib 11.cap.19.* Mariana *lib 6. c.5.* Loarza *in Annotationibus ad dictum Concilium* Baroni *tom.8. anno 673.* Floruit autem D. Iſidorus *circa annum 630.* Concilium autem celebratum fuit anno 643. 71. D. Iſidor. Conc.Toles Morales. Maria. Baron. Hiſpan.

Quinto Adhuc in majori antiquitate invenimus feſtum Conceptionis celebratum multo longiori tempore ante D. Iſidorum; nam Oroſius auctor antiquiſſimus, ac graviſſimus, qui floruit anno 400. In Epiſtola ad Euſtochium, ex quo hæc verba refert Oieda in ſua 72. Oroſius. Oieda.

informatione pro concept. cap. 5. fol. 11. *Coram Deo novi, & in veritate comperi, quod nulla mulier in partu periclitatur, ſuper quam Maria gratia devotè imploratur, & dies conceptionis celebratur.*

73. Flavius Dexter. Tempus Apoſtolorum.

Sextò. Aſcendamus jam ad primitivam Eccleſiam ad tempus nempe Apoſtolorum, de quo teſtatur Flavius dexter auctor magnæ auctoritatis contemporarius, & amiciſſimus D. Hieranti, ad quem dedicavit ſua opera, & floruit circa annum 410. Sic ſcribit ad annum 308 n. 9. *A Iacobi prædicatione celebratur in Hiſpania feſtum immaculata, & illibata Conceptionis Dei Genitricis Mariæ.* Aliqui valdè ſiniſtre Flavium interpretati ſunt, ut dicant, ipſum non agere de Virginis Conceptione Activa in vtero ſanctæ Annæ, ſed de Conceptione paſſiva, quando divinum verbum concepit, hoc evidenter patet quantum diſtet à vera intelligentia, nam in omnium ore Conceptio Immaculata, & illibata intelligitur de Conceptione Deiparæ in utero Sanctæ Annæ.

74. Iacobus Min.

Probatur etiam ex Liturgia Sancti Jacobi Minoris lingua Syriaca ſcripta, de qua ſuperiori quæſt. ego, qui cum dicitur, *Mementote præcipue Sanctiſſima Immaculata, & ſuper omnes benedicta glorioſa Domina Maria.* Reſpondebat chorus: *Dignum eſt, ut te vere Beatam dicamus Deiparam, ſemper Beatam, & omnibus modis irreprehenſibilem matrem Dei.* Ex quo fit manifeſtum Eccleſiam publice auctoritate Jacobi Apoſtoli in Miſſa decantare Virginem illibatam omnibus modis irreprehenſibilem. Tertiò. Id etiam conſtat in Eccleſia Ægypti ex traditione Sancti Marci Evangeliſtæ, in quodam libro dicto *Novi teſtamenti* habetur *in Conceptione Vir. Mariæ legatur Evangelium Beatus venter.* Titulus autem feſtivitatis eſt. *Lectio in Conceptione Deiparæ Mariæ,* quòd ex graviſſimis Auctoribus refert Ægydius Luſitan. *De conceptione lib. 3 q. 6. art. 1. §. 13. n. 221. fol. 318.*

S. Marcus. Ægidius.

75. In Carmelo feſtum Conceptionis.

Et jam ante Apoſtolos myſterium Conceptionis Virg. fuiſſe revelatum Parenti Eliæ, ut ex Ioanne Hieroſolymitano, & aliis multis ſupra dixi *quæſt. 9. in fine*, & tenet ipſe Ægidius citatus *n.* 222. Quam revelationem Elias ſuos diſcipulos docuit, qui ſemper in veneratione tanti myſterii perſeverarunt, de quo latius egi *Opuſculo 3. de Elia, Reſolut. 1. quæſt. 3.*

Triplex Argumentum.

76. Eccleſia non errat in celebratione feſtivitatum.

Primo. Eccleſia ſancta Romana non poteſt errare in celebrandis feſtivitatibus Sanctorum, ſed Eccleſia Sancta Romana non ſolum celebrat feſtum Conceptionis, ſed etiam illud præcipit celebrari; ergo in celebratione Conceptionis B. Virg. ſub titulo Immaculatæ Conceptionis errare non poteſt. Conſequentia recte colligit; minor eſt evidens, quia Eccleſia nõ ſolum celebrat feſtum Conceptionis, ſed etiam pro ejus feſtivitate concedit indulgentias. Major probatur, quia cum Eccleſia habeat aſſiſtentiam Spiritus Sancti, fieri non poteſt, ut det religioſum publicum cultum alicui, cui non debetur ut perſonæ in ſtatu damnationis, ut probat D. Tho. 2. 2. q. 93. *art. 1. in fine & ad 3.* Alias talis cultus eſſet contra virtutem Religionis, & ratione mendacii, ac deceptionis eſſet valde pernicioſus, & ſuperſtitioſus, ut docet ibid. D. Th. ergo ſi Conceptio Virginis non fuiſſet pura, & illibata, Eccleſia quæ eſt columna veritatis, non dediſſet illi cultum, ergo cum illum tribuat, pura, & ſancta eſt Conceptio. D. Thom.

Probatur ſecundo ex eo, Patres, & Theologi probant, Beatam Deiparam ex utero matris ſuæ Annæ natam fuiſſe in gratia & ſanctam abſque peccato originali, quia Eccleſia ejus feſtum celebrat, ergo à fortiori ex eo quod celebrat feſtũ Immaculatæ Conceptionis tenendum eſt, quod ipſa virgo in ſua Conceptione extitit pura, & immaculata. Antecedens eſt Patrum doctrina. Ex D. Bernard. Epiſtol. 174. *ad Canonicos Lugdunenſes.* D. Idephonſ. libro de Virginitate Virginis ſic ait, *Quia ejus nativitas tam ſolemniter colitur: conſtat ex auctoritate Eccleſiæ, quod nullis, quando nata eſt ſubjacuit delictis.* Et hoc aperte ſupponit D. Thom. 3. p. q. 27. *art. 1. in Argumen. ſed contra.* 77.

Ex feſtivitate nativitatis argumentum. D. Bernard. D. Ildeph. D. Thom.

Probatur tertio. Conceptionis dies multa feſtivitate celebratur in tota Eccleſia ſub duplici majori; & cum Octava; ita ut valde ſit ſolenniſſimus, & maximè in Hiſpania, ac Luſitania, quod ex flatu Spiritus ſancti eſt ordinatum ad oſtenſionem veritatis puriſſimæ Conceptionis: præcipit Concilium Tridentinum *Seſſion. 13. cap. 5. de ſacra Euchar.* Sacramentum corporis Chriſti magna feſtivitate, ac ſolemnitate celebrari; Ait Concilium, *Sic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio, & hæreſi triumphum agere, ut ejus adverſarii in Conſpectu tanti ſplendoris, & in tanta univerſa Eccleſiæ lætitia poſiti, vel debilitati, & fracti tabeſcant vel pudore affecti, & confuſi aliquando reſipiſcant.* 78.

Ex magno feſtivitate. Trident.

Quæstio XII.

Veritas pura, & Immaculata Conceptionis oſtenditur ex verbis, & modo loquendi Conciliorum.

FRequenter in multis Concillis Generalibus dicitur ſanctiſſima Deipara pura, illibata, & immaculata. In Concilio Tertio Generali celebrato anno 303. ut teſtatur Phocius in *Epiſtola ad Bulgaria Principem.* & in Concilio ſexto Generali an. 320. Actione a. dicitur. *Quæ Immaculata ſemper extitiſti ab exordio tuæ creationis, quia paritura erat creatorem totius ſanctitatis.* Maxime notanda ſunt verba *Immaculata ſemper extitiſti ab exordio tuæ creationis.* In epiſtola Sophronii habetur, *Mariam ab omni contagione, ſive labe liberam fuiſſe credimus.* In Conc. Toletano ſecundo anno 675. in Profeſſione fidei ſic habetur, *Solam filii perſonã pro liberatione humani generis hominẽ verum ſine peccato de ſancta, & Immaculata Maria Virgine, credimus aſſumpſiſſe.* In ſeptima Synodo Generali, quod fuit ſecundum Nicænum An. 787. Acti. 3. dicitur *Veneramur etiam, & adoramus Imaginem Deiparæ & Dominæ noſtræ irreprehenſibilis, &* 79.

Concilium 3. Generale. Sophronius. Toletan ſecundum. Secundum. Nicænum.

Franco ford. Concil. Oxonienſe. Concil. Cantuarien. *Immaculata.* In Franco-fordenſi epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaoiæ, ſcribitur *Virgo immaculata, prorſuſque pura.* Concilium Oxonienſe celebratum in Anglia anno 1220. eodem modo loquitur & præcipit celebrari feſtum Conceptionis Deiparæ ut tutatur Fernandus Ojeda in Relectione de Conceptione *cap.* 12. Similiter & Concilium Cantuarienſe citatum à noſtro Baconio *quolib.* 3. *quæſt.* 13.

80. *Reſponſio rejicitur.* Nec poteſt dici, quod Beatiſſima, virgo dicitur à Conciliis pura, Immaculata, irreprehenſibilis, à peccatis nempe actualibus tantum, hoc nullo modo poteſt dici; quia ſi habuiſſet peccatum originale, non poterat dici abſolute pura, & immaculata, irreprehenſibilis, ex eo quod erat libera à peccatis actualibus; nam peccatum actuale dicit mortale, & veniale, & majorem notam, ac maculam imponit peccatum Originale, quam veniale, ut eſt notum. Deinde quod ſanctiſſima Deipara dicatur pura, immaculata, irreprehenſibilis omnibus modis, ſi habuiſſet peccatum Originale, locutio eſt valde impropria, per reſpectum ad verum, & genuinum ſenſum, & ſecum importat fictionem, & falſitatem, ut ex multis probant Juriſtæ Mendocius *de Privileg ad inſtar.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 314. *n.* 13. Gama Luſitan. *Deciſ.* 223. *n.* 2. Cenedo *Diſtinct.* 33. *num.* 1. Barboſ. *in Deciſion. Dictione* 251. *num.* 2. Verba autem Conciliorum ſimpliciter, & abſolute ſunt vera, & nullam important fictionem, vel falſitatem.

Mendoc. Menoch. Gama. Cenedo. Barboſa.

Conc. Baſil. Omitto auctoritatem Conſilii Baſileenſis, quod celebratum fuit anno 1439. ubi ſeſſ. 36. approbat laudabilem, & piam conſuetudinem Eccleſiæ celebrantis Officium Immaculatæ Conceptionis, tamen Concilium rem non definit, ſed loquitur ſecundum piam, & laudabilem conſuetudinem, ut notant Corduba *lib.* 1. *Quæſtion. quæſt* 40. *poſt* 6. *Concluſ.* Bellarm. *lib.* 4. *de amiſſione gratiæ, & ſtatu peccati cap.* 15. §. *Deinde.* Et quod magis eſt illud Concilium tempore Decreti jam non erat legitimum, utpote continuatum ſub Amadæo Antipapa renuente Eugeno vero Pontifice; Unde Concilium pro tali tempore fuit acephalum & conciliabulum declaravit Leo X. *in Concil.* 3. *de Lateran. ſeſſ.* 15. In Bulla. quæ incipit, *Pater Æternus.* Et Eugenius IV. & Nicolaus V. nulla illius Concilii Decreta approbarunt, nec confirmarunt, de quo Ægid. Luſitan de Concept. *lib.* 3. *q.* 3. *art. unico, ſect.* 2. *n.* 8. *fol.* 170.

Corduba. Bellarm. Leo X. Eugen IV. Nicol. V. Ægid. Luſit.

Quæstio XII.

Veritas Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ oſtenditur, ac declaratur Auctoritate multorum Summorum Pontificum.

81. Deus ſua infinita, & alta ſapientia, ac providentia gubernans ſuam Eccleſiam diſponit, & ordinat, ut non omnia myſteria ſimul aperiantur, ac exponantur, ab ipſa Eccleſia, ſed ſenſim pro præſenti occaſione, rerum ſtatu, ac capacitate fidelium, & opportunitate temporis, quod Chriſtus Dominus nobis inſinuavit; nam poſtquam in ultima Cœna ſublimia, & alta docuiſſet ſuos diſcipulos. Ioan 16. n. 12. addit, *Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo, ſcietis autem poſtea:* Non poteſtis portare modo omnia, nempe illa, non poteſtis corde, & animo intelligere, capere, ac retinere. Divus Chryſoſt. *homil.* 77. *in Math* ſic loquitur in perſona Chriſti; *Non eſt ignorantia mea adſcribendum, quod non dicam, quæ dicere oportec, ſed audientium imbecillitati.* Unde laudatur *fidelis ſervus, & prudens; quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore.* Math. 24. *n.* 45. D. Lucas ſcribit *c.* 12. *n.* 42. *ut det illis in tempore tritici menſuram* Dat triticum, & cibum doctrinæ ad menſuram temporis, occaſionis, ac capacitatis Audientium.

Ioan 16. *Omnia myſteria non ſimul aperiuntur.* D. Chryſ. D. Matt. 24. D. Luc. 12.

81. Cant. 6. Hinc Eccleſia recte comparatur Auroræ. Cantic. 6. num. 9. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens.* Aurora quippe temporis proceſſu magis ſplendet, ruti atque vehementius; Sic Eccleſia ſancta Divino Spiritu quotidie eam plenius illuſtrante, alta, & ſublimia myſteria pro temporis opportunitate, ac occaſionis nobis aperit, & declarat. De ipſa Eccleſia aſſeritur Cantic. 8 num. 8. *Soror noſtra parva, & ubera non habet,* quo modo hoc dicitur de illa, *ubera non habet,* cum de ea ſcribatur Cantic. 7. num. 3 *Duo ubera tua ſicut duo hinnuli* Et ibid num 8. *Ubera tua ſicut botri,* quomodo aſſeritur de illa, *Soror noſtra parva, ubera non habet.* Quæ verba juxta communiorem ſenſum teſte Giſlerio *in Appendice,* intelliguntur de Eccleſia primitiva, quia tunc erat parva in ſuo exordio, & non habebat ubera ad effundendam magnam copiam lactis ob debilitatem audientium. Theodoret. *Cum nec doctrinæ lac, aut ſolidum cibum ipſis egentibus ſubminiſtrare.* At vero poſtea Spiritu Sancto cooperante, cum adolevit, & vires comparavit, jam habet ubera ut copia lactis ſuæ doctrinæ totum mundum valeat fœcundare. Sic & Summi Pontifices a hoc negotio piæ, & immaculatæ Conceptionis aperiendo ac explicando ſenſim ſe habuerunt pro opportunitate tēporis, ac imbecillitate aliquorum, qui omnes à Sixto Quarto uſque ad præſens myſterium Conceptionis Virginis maximè venerantes illud explicarunt, non expreſsè definientes, ſed celſitudinem myſterii declarantes, ac fidelium devotionem excitantes.

Paulatim declarantur myſteria ab Eccleſia. Cantic. 7. Giller. Thodoret.

Series Pontificum.

83. Sixtus. Primus extitit Sixtus IV. magna devotione affectus ad tantum virginis myſterium, & de hac re quatuor edidit conſtitutiones, & in duabus primis præcipit in tota Eccleſia Romana celebrare officium *ſub titulo immaculatæ Conceptionis,* Quarum prima, & Incipit *Grave nimis* expedita fuit anno 1482. Altera eſt Extravag. 2. *de reliquiis, & venerat. ſanct.* expedita fuit anno 1483. & concedit indulgentias pro celebratione ipſius feſtivitatis. In aliis duabus approbat officia Conceptionis, unum compoſitum à Leonardo Nogarolis, alterum à Bernardino de Buttis.

Secundus

84. Secundus Pontifex fuit Innocentiua VIII.
Innoc. VIII. qui an 5 ſui Pontificatus approbavit, & confirmavit Religionem Immaculatæ Conceptionis Monialium Toletan. Tertius fuit Alexan-
Alexand. VI. der Sextos anno Domini 1502. approbavit, ac renovavit omnes coostitutiones Sixti IV.
Iulius II. Leo X. Adrian. VI. Clem. VII. Paulus III. Julius III. Paulus IV. Pius V. Greg. XIII. Clem. VIII.
Iulius II. Leo X. Adrianus VI. Clemens VII. Paulus III. Julius III. Paulus IV. Pius V. Gregorius XIII. Clemens VIII. & alii Pontifices multas indulgentias pro celebritate feſtivitatis Immaculatæ Conceptionis Virginis conceſſerunt, multaſque Eccleſias, & monaſteria erecta ſub titulo Immaculatæ Conceptionis approbarunt, ac confirmarunt; & Leo X. anno 6. ſui Pontificatus fecit illam inſignem conceſſionem oppido de Molina, ut in die Conceptionia poſſint dici matutinalia officia, ſicut die Nativitatis Domini, & à media nocte miſſas celebrare, mutato nomine Nativitatis in Conceptionem. Incipit conſtitutio *Pia Chriſti fidelium*, & ea præſertim Immaculatæ Conceptionis, quæ omnia minutim, & latè refert Petrus de Alva in ſuo libro dicto *Nodus indiſſolubilis* Nodo Primo §. 1. *fol.* 82. *& ſequentibus*.

85. Paulus V. Tandem Paulus V. in ſua Conſtitu. *Regis Pacifici* edita anno 1617 Auguſti 3. ubi inter cætera ſic ait Pontifex. *Propterea volens hujuſmodi ſcandalis ex debito ſui muneris providere decrevit, & tracerit, ac præſentis decreti virtute mandat omnibus, & ſingulis, cujuſvis ordinis, & inſtituti regularibus & aliis quibuſcumque tam Eccleſiaſticis, quam regularibus perſonis, cujuſvis conditionis, & ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis tam Eccleſiaſtica, quam ſæcularis, etiamſi ſpecialis, ſpecifita, & individua, earum eſſet neceſſario mentio facienda, ut*
Prohibetur, ne publicè contraria ſententia dicatur.
impoſterum, donec articulus hujuſmodi, à ſede ſancta Apoſtolica fuerit definitus, vel per ſanctitatem ſuam, ac ſedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & aliis quibuſcunque actibus publicis aſſerere, quod eadem Beatiſſima virgo fuerit concepta cum peccato
Bullar.
originali Refertur tom. 4. Bullar. fol. 348. & eſt conſtit. ipſius Pontif. 97. contra aliter facientes procedit impoſitis graviſſimis pœnis, & ut contra eos procedant Ordinarii Prælati locorum, ac etiam Domini inquiſitores.

86. Poſtea vero Gregor. XV. In ſua conſtit. 29. huius Pontificis data 24. Maii anno 1622. & incipit *Sanctiſſim. Dominus noſter auditis* Renovat, & confirmat conſtitu. Sixti IV. Alexandri VI Pii V. Pauli V. Poſt quam præcepit, quod officium de Beatiſſimæ Virginis Conceptione ſolemniter celebretur, Addit,
Alio nomine non eſt utendum in officio niſi conceptionis.
Omnibus, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis tam ſæcularibus, quam cujuſvis ordinis, & inſtituti regularibus mandat, ac præcipit, ut in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, ac divino officio celebrandis tam publice, quam privatim, non alio, quam Conceptionis nomine uti debeant. Contravenientes autem ſanctitas ſua, voluit, & declaravit ſubiacere debere, & ſubjecit cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis conſtitutionibus. Refertur in Bullarin fol. 416.

87. Concedit tamen Fratribus Ordinis Prædicatorum, de cætero in quibuſcumque privatis eorum colloquiis, ſeu conferentiis, inter ſe dumtaxat, & non inter alios, aut cum aliis de materia ejuſdem Conceptionis Beatæ Mariæ Virginia diſſertere, ac tractate, abſque vllo pœnarum incurſu in dictis decretis latarum.

Quæſtio XIV.

Veritatem Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ nobis maximè aperit, & declarat Alexander Septimus in ſua conſtitutione, quæ breviter proponitur, & explicatur.

Sanctiſſimus Dominus noſter Alexander ſeptimus ſeptimo anno ſui Pootificatua 88. Alexander. Septimus.
die 8. Decembris anno 1661. edidit conſtitutionem in favorem puræ, & Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ, Quæ incipit. *Solicitudo omnium Eccleſiarum* Inter cætera ſic habet in corpore, *Conſtitutiones, & decreta à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & præcipuè à Sixto IV. Paulo V. Gregorio XV. edita in favorem ſententiæ aſſerentis animam Beatæ Mariæ Virginis, in ſui Creatione, & in corpus infuſione, Spiritus ſancti gratia donatam, & à peccato Originali præſervatam fuiſſe, nec non in favorem feſti, & cultus Conceptionis ejuſdem Virginis Deiparæ, ſecundum piam iſtam ſententiam, ut præfertur, exhiberi innovamus, & ſub Cenſuris, & pœnis, in eiſdem Conſtitutionibus contentis obſervari mandamus*, &c. Inſuper innovat Conſtitutiones Pauli V. Gregorii XV. Ut de contiaria ſententia noo agatur in publicis concionibus, diſputationibus, Concluſionibus, cæteriſque publicis actionibus, & quod feſtum dicatur celebrari tantum ſub nomine Conceptionis, & non alio.

Quamvis omnes Romani Pontifices habeant eandem poteſtatem; auctoritatem, & 89.
aſſiſtentiam Spiritua ſancti, tamen ipſe ſua infinita ſapientia, ac providentia, omnia diſponit ſuaviter, & leniter, ut tanta ſuavitate faciliùs veritas inſinuetur in cordibus fidelium. Hac alta providentia diſpoſuit ipſe divinus Spiritus, ut Summi Pontifices hanc veritatem de Immaculta Conceptione ſenſum aperirent, & explicarent Sixtus IV. inſtituit Sixtus IV.
illius feſtum. Paulus V. prohibet, ne contraria Paulus V.
ſententia tractetur, & agatur in publicis actionibua. Gregorius XV. ut feſtum celebretur Grego. XV.
ſub nomine conceptionis, & non alio. Tandem effulget Alexander Septimus, nobis ſu- Alex. VII.
blimiter aperiens; *Animam B. Mariæ Virginis in ſua creatione, & corpus infuſione. Spiritus ſancti gratia donatam, & à peccato originali præſervatam fuiſſe.*

De Joanne Baptiſta ſcribit Evangeliſta 90.
Joannes cap. 1. num. 7. *Hic venit, ut teſtimonium perhiberet de lumine.* Deus lux eſt, & in eo non ſunt tenebræ ullæ. Ad quid venit Baptiſta cum eſſet *lucerna.* Ioan 5. num. 33 nun- Ioan. 5.
quid lux magna indiget parva luce lucernæ? ad quid ergo venit Ioannes? ut lucerna, ut ſua tenui luce homines aſſueſierent ad ſuſcipiendam lucem magnam; Carthuſianus ait. *Neceſſaria fuit Iudæis iſta præparatio; nam cum*
Animus ſenſim diſponendus ad magna.

rudes

rudes fuerint, immediatè capaces non erant ſupernaturalium, ac cæleſtium documentorum Chriſti, ſed pedetentim inducendi erant ad magna. Magna non ſubito ſunt dicenda, ac proponenda, ne rerum magnitudine, animus opprimatur onere, ſed paulatim diſponendus, ut ſuavius, ac facilius percipiat, & intelligat.

91. Revelatio S. Brigittæ. In revelatione B. Brigittæ à nobis in exordio propoſita ſic ait Sanctiſſima Deipara famulæ ſuæ Brigittæ, quod placuit filio ſuo, ut multi amici ejus pie de ſua Immaculata Conceptione ſentirent, tamen diſpoſuit ut clareſceret in tempore præordinato. Hoc præſens ſæculum videtur feliciſſimum tempus à Deo præordinatum, ut tanta veritas Immaculatæ Conceptionis clareſceret, & eam nobis reſeraret Alexander Septimus Summus Pontifex, ſeptimo ſui Pontificatus anno. Cum in Summa temporum ſterilitate Pater meus Elias oraſſet, mandavit puero ſuo, ut proſpiceret contra mare, & cum hoc ſexies feciſſet, *Septima autem vice, ecce nubecula parva, quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari.* 3. Reg. 18. num. 44. (3. Reg. 18.) per hanc nubeculam; quæ de mari aſcendebat nullam ſecum portans ſalſuginem, ac amaritudinem maris ſignificari ſacratiſſimam virginem Mariam in ſua puriſſima Conceptione, quæ de natura humana nullam ſecum importavit amaritudinem peccati, conſtans eſt graviſſimorum Auctorum ſententia, ut ſupra retuli in hoc Opuſculo quæſt 9. in fine, & latius *Opuſculo 3. de Elia, Reſol. 1. quæſt. 3.* Quorum multi per vicem ſeptimam intelligunt ſeptem dona Spiritus ſancti, ut ibi dixi, quia ſolum tanta donorum luce poteſt intelligi, ac cognoſci ſublime; & altum myſterium Immaculatæ Conceptionis Virginis, & ideo tantum arcanum nobis aperire, & de illo tam amplam intelligentiam, ac cognitionem dare Alexandro Septimo erat reſervatum; nam in ſuo ſeptimi nomine virtus donorum Divini Spiritus innuebatur, quia ille illuminatus tantum oraculum nobis protulit. Quod anima Beatæ Virginis in ſua Creatione, ac infuſione in corpus Spiritus ſancti gratia donata fuerit.

Ad intelligendum myſterium Conceptionis dona Spiritus Sancti.

92. Cantic. 8. Ad Chriſtum Dominum loquitur ſanctiſſima virgo Maria Cantic 8. num. 1. *Quis mihi det te fratrem meum, ut inveniam te foris, & deoſculer te, & jam me nemo deſpiciat.* Pro eo quod nos habemus, *Inveniam te foris.* Græcus legit, *In foro*; hoc eſt in publico, ac manifeſto, expoſtulat ejus oſculum, hoc eſt ut explicat Catena trium Patrum, *ut ejus delicijs fruatur*; Juſti maximè intendunt, ut dona ipſis à Deo data ſint in ſecreto, & abſcondito. Cur ergo illa exoptat, ut in foro, ac publico, ejus oſculo, ac donis gaudeat, & condecoretur. Rationem ſubdit, *ut nemo me deſpiciat.* Aponius, *Deoſculer te, ut prius, & eorum, qui eum ſolebant habere deſpectus, jam nemo eam deſpiciat.* Aliqui non benè intelligentes magnalia divinæ ſponſæ, quibus fuerat ſublimata à ſuo dilecto eam deſpectui habebant, poſtulat, ut hæc ſiant publica, & manifeſta, ut omnes recognoſcant ejus excellentiam. & nemo eam deſpiciat. Fuerunt aliqui, etſi pio zelo, qui de Conceptione Virginis non rectè ſentiebant, exiſtimantes eam cum labe originali: Adeſt nunc Alexander VII. qui in foro, ac publico oſculo, & pace privilegii à filio ſuo cóceſſa, ut in creatione animæ, ac in corpus infuſione fuerit Spiritus ſancti gratia donata, *ut jam nemo deſpiciat* & habeat, quid loquatur, & dicat

Cræcus. Tres Patres. Aponius.

Declaratur myſterium Conceptionis, ut obmuteſcant aliqui.

93. Alexand. Nunc vero profundius expendamus verba Pontificis qui ait *Animam Beatæ Virg. Mariæ in ſui creatione, & in corpus infuſione, Spiritus ſancti gratia donatam, & à peccato originali præſervatam fuiſſe.* In his verbis difficultas inſurgit, pro cujus explicatione duo inſtantia ſunt notanda in anima. Primum inſtans, quando anima immediatè creatur à Deo. Secundum; quando ex vi generationis activæ unitur corpori. In primo inſtanti anima non conſideratur pro tunc fœdata peccato originali, quia in tali ſtatu ſolum habet eſſe à Deo per creationem. In ſecundo verò inſtanti ex vi generationis ab Adamo tunc contrahitur peccatum originale, & homo fit filius Adami. Ita D. Thomas 1. 2. *q. 83. art.* 1. *ad* 4 *& in 2. diſt. 18. q. 2. a. 1. ad* 3. Et in hoc ſecundo inſtanti nempe infuſionis animæ in corpus, ſeu illius unionis Beatiſſima Virgo fuit præſervata à peccato originali, pro qua ſententia ſunt ferè infiniti Theologi, teſt. Ægydio Luſitano *de Concept. lib 3. q. 10. art 6. n. 1. fol. 354.*

D. Thom. Ægid.

94. Quomodo ergo ait Pontifex, quod anima B Virg Mariæ *in ſui creatione, & in corpus infuſione fuerit præſervata à peccato originali*, tanquam ſi in illo primo inſtanti fuiſſet præſervata à peccato originali, in quo illud non datur? Forte fuerunt aliqui qui videntur ſupponere, quòd adhuc jam in illo primo inſtanti jam contrahitur ipſum peccatum, ut videntur ſupponere Iacob. à Valent *in Pſ. 45. fol. 132 col. 3.* & Michaël de Palatio *in 3. diſt. 3. diſp. 1. pag. 47. colum. 2.* Cũ ergo Alexander VII. ait, quod B. Virgo fuerit præſervata à peccato originali, in animæ creatione, ac infuſione in corpus ut radicitus evelleret contrariam ſententiam, & nullum eſſet ei ſubterfugium, & ideo abundantiſſimè declarat, quod in nullo inſtanti, in nulla conſideratione, in nullo ſenſu, nulla in ea fuiſſet peccati originalis macula; notat Gilbertus *ſerm. 14. in Cantic.* quod divinus ſponſus paſſim laudat elegantiam ſuæ ſponſæ in Cantic. *Tota pulchra es amica mea,* 4. num. 7. *Immaculata mea,* 5. *n.* 2. *Pulcherrima mulierum* ibid. num. 17. *Columba mea perfecta mea,* 6 num. 7. *Facies tua decora,* &c. Ad quid tanta de pulchritudine repetitio? Reſpondet Abbas, *Pro ſumma charitate, eximio affectu cumulatiſſimè laudat, ne adverſario pateret aliqua rimula* Calumniandi, ac murmurandi; quod in præſenti ita dico.

Iacob. de Valentia. Palatius. Alexand. Gilbert. *Eximius affectus multiplicat verba.* Cantic. 4. Cantic. 5. Cantic. 6.

95. Et Pontifex tam claris, & apertis verbis rem declarat: *In ſui creatione, & in corpus infuſione fuerit præſervata à peccato originali.* Quæ verba dum conſidero ſtatim mihi venit in mentem illud, quod Gelaſius Papa dixit *lib. de ſacra Euchariſtia*, agens de formâ. qua dulciſſimus IESUS illud admirabile Sacramentum inſtituit. Ait Pontifex, *cum Chriſtus Dominus eam apertis verbis dixiſſet: Hoc eſt corpus meum, Hic eſt calix ſanguinis mei, proprio ore tanquam gladio acutiſſimo omnes hæreticos jugulavit,*

Gelaſius. Matth. 26. *Ore Pontificis jugulatur ſententia contraria.*

vit; ac iniquorum ora obſtruxit. Cum ergo Pontifex, vices Chriſti gerens in terra, apertis verbis ab ore ſuo protulerit, quod anima B. Virginis in ſui creatione, ac infuſione in corpus gratia Spiritus ſancti donata, præſervata fuerit ab originali peccato, jam ore ſuo oppoſita ſententia eſt jugulata, & aliorum ora obſtructa.

Quæstio XV.

Veritas Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ comprobatur auctoritate Patrum Græcorum.

96. Proverb. 8 — Ait divina Sapientia Proverb. 8. num 34. *Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſervat ad poſtes oſtii mei.* Ultima verba (Hebraïca lectio, *cu ſtodiens poſtes oſtiorum meorum.*) Beda allegorice exponens locum: *Fores ſuas, & poſtes oſtii ſui, ſcripturas ſanctas, & earum Doctores nuncupat*; ſimiliter Cajetanus: *Poſtes oſtiorum ſapientiæ ſunt Doctores, ſuſtinentes oſtia.* Inde ergo ait divina Sapientia: *Beatus homo, qui obſervat ad poſtes oſtii mei.* Doctores nempe Hos tales Doctores mandat nobis divina Sapientia obſervare, ad eorumque verba, & doctrinam invigilare, ut habeamus oſtium apertum ad veram ſcientiam, inteligentiamque ſcripturarum, & hæc doctrina maximè requirenda eſt ab ipſo fonte, ab ipſâque antiquitate, ab his nempe, qui Apoſtolorum nepotes, diſcipulique diſcipulorum Apoſtolorum extiterunt. Ad hoc documentum perquirendum in antiquitate doctrinæ magnum conſilium nobis præbet ſanctus Job cap 8. n. 8. *Interroga generationem priſtinam: & diligenter inquire Patrum memoriam*; & ſubdit: *Ipſi docebunt te, & loquentur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia.* Hic non intendo congerere auctoritates, ſed tantum eas propono, quæ maximè faciunt ad rem, & non diffuſè conterere tempus.

Hebræ. Beda. Caietan. *Doctores ſunt poſtes qui aperiũt oſtium.* Iob 8.

97. Origenes. — Primus Origenes, qui floruit circa annum Chriſti 200. homil. 1. ex variis, de ſanctiſſima Deiparâ ſic ait poſt multa: *Hujus itaque unigenitus, dum dicitur hæc mater Virgo Maria, digna digni, immaculata ſancti immaculati una unicus, unica unici.* Et poſta ſubdit maximè notanda dicens: *Mariam fuiſſe, quæ neque perſuaſione ſerpentis decepta eſt, nec ejus afflatibus venenoſis infecta.* Quæ verba clariſſima ſunt; nam peccatum originale transfunditur ex venenoſo afflatu ſerpentis, à quo B. Maria dicitur libera.

98. Ioan. Ieroſ. — Secundò, Ioannes Ieroſolymitanus *lib. de ſtatu Monach. cap. 32.* qui refert Eliam inter Chriſti myſteria, quæ ſuis diſcipulis revelavit primum revelaſſe: *Quod quædam infantula futura erat, quæ ex utero Matris ſuæ, ab omni peccato munda naſceretur.* Et hoc teſtimonio ad probandum myſterium immaculatæ Conceptionis maximè utuntur Petrus de Oieda ex Societate Jeſu. Paleonidorus, Trithem. Gilbertus, Salazar, Carthagena, Ægyd. Luſitanus, & alii quos citavi *opuſcul. 3. de Præeminentia Eliæ, Reſol. 1. quæſt. 3.* ſæpè citata.

Oieda. Paleonid. Trithem. Gilbertus Salazar. Carthag.

Tertiò D. Cyprian. de Cardinalibus Chriſti operibus ſerm. de Nativit. ait *Spiritu ſancto obumbrante incendium originale extinctum eſt.* Et quanquam aliqui ſanctum Doctorem de fomite peccati voluerunt interpretari, tamen ipſe ſanctus Doctor loquitur abſolutè, & fomes peccati de facto datur ex peccato Adami, & ex deſtitutione juſtitiæ originalis, ac proinde ex peccato originali oritur; Suar. *tom. 1. ad 3. part. q. 47 art. 3. in Comment.* Ægyd. Luſitan. *de Concep lib. 4. q. 2 art 1. §. 2. num. 25. fol 401* Proindeque ſanct Doctor loquitur de peccato originali. 99. D. Cyprian.

Suar. Ægyd.

Quartò. D. Hippolytus, qui teſte Trithemio de ſcriptoribus Eccleſiaſticis floruit ſub Alexandro Principe anno Domini 220. protulit hæc verba. *Qui dixit Honora Patrem, & matrem, ut decretum à ſe promulgatum obſervaret, omnem gratiam Matri, & honorem impendit.* Cum attribuit omnem gratiam, & honorem impendiſſe, ergo etiam eam, quæ erat ad præſervandum à peccato originali, & quomodo cum hoc poſſit ſtare, quod dedecus peccati originalis admiſiſſet; alias omne honoris decus non dediſſet matri. 100. D. Hippolit.

Quintò. Proclus Cyzicenus homilia habita in Concilio Epheſino *tom. 6. cap. 7.* taliter proclamat: *Clemens Deus ex muliere. Iſti non erubuit, quod enim agebatur, vita erat, nullam inde contrahit labem, quod intra viſcera, quæ citra omnem dedecoris notam condiderat, inhabitat.* Quam veritatem clarius aſſerit homil. de Beata Virg. quam Franciſcus Turrianus *epiſt 1. de peccato originali.* Quæ verba non poſſunt ſtare cum nota peccati originalis. 101. Proclus. Turrian.

Sextò; D Athanaſius, qui floruit ann. 340. *in epiſtola ad Epictetum* poſita apud eundem in Evangelium de ſanctiſſima Deipara *pag. 659.* ſic ait: *Quæ idcirco gratia plena denominata eſt, eo quod adimpletione Spiritus ſancti omnibus gratiis abundaret, & virtute Altiſſimi obumbraretur.* Nota ſequentia: *Quam virtutem per omnia tempora etiam conceptus ſui habuiſſe confido: nec enim id temporarium in virgine accidiſſe opinor, ſed per omnia tempora hoc illi datum fuiſſe.* Dicitur Maria gratia plena, non quod virtutem Spiritus ſancti habuiſſet per aliquod tempus, ſed illam habuit per omne tempus etiam conceptus ſui, ac proinde à primo inſtanti ſuæ conceptionis: *Quam virtutem per omnia tempora etiam conceptus ſui habuiſſe confido.* 102. D. Athanaſ.

Septimo. Noſter D. Cyrillus Alexandrinus, qui floruit anno 412. *lib. 6. in Ioan. cap. 15.* ſic ait: *Omnes homines excepto illo, qui de virgine natus eſt, & ſacratiſſima etiam virgine, ex qua Deus homo prodiit in mundum excepta, cum peccato originali naſcimur.* Nec poteſt dici, quod ſanctus Doctor loquitur de Nativitate Virginis, non verò de ejus Conceptione; nam hoc ſtante aſſertum D. Cyrilli non eſt verum, cum dicat quod *ſolus Chriſtus, & quod ſola Virgo Maria nati ſunt ſine peccato originali*, cum manifeſtum ſit, quod ſine illo Ieremias, & Ioannes Baptiſta nati ſunt; ergo ſanctus Pater nativitatem intelligit conceptionem; ut paſſim multoties fit, quod nativitas accipitur pro conceptione, quæ eſt prima hominis nativitas. 103. D. Cyril. Alexandr.

Octavò,

104. Damaſcen. Octavò D.Damaſc. *circa annum 736.orat 1. de Nativitate Virg.* quem variis in locis referunt Soarez, Caniſius, Vaſquez, Lezana, unum, vel alterum illius locum referam, & ait: *Natura gratiam antevertere non eſt auſa, ſed tantiſper expectavit, dum gratia ſuum fructum produxiſſet.* Ordo naturalis ex generatione ab Adamo poſtulabat, ut priùs vitium origioale communicaretur, & poſtea gratia adveniret. Altâ Dei providentiá ſuſpenditur influxus naturæ, cedens gratiæ, dum ſuum fructum produxiſſet, animam Virginis ſanctificando, ut naturæ vitium impeditum; unde non capio, quo fundamento

Vaſquez. Vaſq.*tom.2.ad 3. diſp. 117. c.4. n.46.* dicat quod præfata verba Damaſceni ſolum oſtendunt ſanctificationem Virg.in ſua Nativitate, non verò Conceptione: *Nam natura gratiam antevertere non eſt auſa*; quia non in Nativitate,ſed in Conceptione influxus oaturæ ex Adamo ſuſpenſus eſt,ut priùs gratia ſuum fructum produceret.

105. Damaſcen. Secundò. Idem Damaſcenus *orat.1. de Aſſumptione* expendens illud Luc. 1 *Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* Sic ſcribit Sanctus Doctor, *Gratia abyſſum invenit, quæ duplicis virginitatis navem incolumẽ ſervaverat, animam non minus. quam corpus, Virginem cuſtodierat.* In Deipara duplicem virginitatem agnoſcit S Doctor, animæ ſcilicet, & corporis, & æqualiter de utraque virginitate loquitur. Corpus cuſtoditum fuit abſque ulla levis corruptionis macula; eodem etiam modo anima integra, & omnino à qualibet culpa ſervata eſt; quæ virginitas nullo modo in ea reperitur, ſi corrupta fuiſſet peccato originali; unde merito ipſe

Damaſcen. Damaſc.citata *orat.1.* eam dicit: *Immaculatam conſervatam in Sponſam Dei.* Et *lib.4. de Fide, c.2.* Virginẽ vocat *ſemper Sanctam*, quia nunquam fuit in ſtatu peccati abſque ſanctitate.

106. D Baſil. Nonò. D. Baſil. qui floruit ad annum 374. *oratione de Verbi generatione, de puritate Virgineæ carnis*, loquens ait: *Ex ſanctitate compacta caro digna erat ut dignitati unigeniti uniretur.* Quæ verba ſatis latè à multis explicantur: breviter dico ad mentem Sancti Patris. Aliorũ hominũ caro utpote ex Adamo compaginatur, & componitur in ipſa animæ unione infecta peccato originali. *In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.*

Pſalm 50. Pſalm. 50. At caro Virginis cum ſanctitate componitur, & coadunatur, ut ex tali carne Filius Dei fieret homo, *Vt dignitati unigeniti uniretur*: ac ſi diceret, ut caro Mariæ digna eſſet, ut Filio Dei uniretur.

107. D. Chryſoſt. Decimò. D.Chryſoſt. qui floruit anno 400. In Liturgia pro Virgine Maria, ſic habet appellans eã *ſemper Beatiſſimam, & penitus immaculatam.* Si ex aliqua parte Beatiſſima Virgo fuiſſet maculata, non diceretur à S. Doctore *penitus immaculata.*

Sophron. Similiter Sophronius *in epiſtola ad Sergium Patriarcham Conſtantinopolitanum*; quæ lecta, & probata fuit *in 6. Synodo Generali*. qui inter multa, quæ ſcribit de Sanctiſſima Virgine Maria. Sic ait: *Qui ita miniſtravit Incarnationi, ut munda, caſta, & incontaminata.* Et ſtatim ſubdit: *Ex inviolabili, & virginali ſanguine ſancta, atque immaculata Virginis Mariæ Verbum eſt incarnatum.* Similiter multi alii Patres loquuntur

Thaumat. Divus Gregorius Thaumaturgus *ſermone 1.de Annunciat.*

Sylveira Opuſcula.

D Ephrem. D. Ephrem Syrus *Titul. de Margarita pretioſa.*

D.Nyſſen. D.Gregor.Nyſſenus *homil.13. in Cantica.*

Theophan. Theophanes Nyſſenus *in Annuntiatione Deiparæ.* Et German.Patriarcha Hieroſolymitan. *in Theorema rerum Eccleſiaſticarum*, & alii.

Quæstio XVI.

Veritas Conceptionis Immaculatæ Deiparæ comprobatur ex teſtimonio Patrum ex Eccleſia Latina.

ET primò D.Auguſtinus, & ſanè optimus locus, & non multum communis & vulgaris *ſermone 20. ad fratres in Eremo*, ſic ait: 108. D.Auguſt.
Maria electa eſt, & ſuper omnes creaturas prælecta omnibus gratiis fœcundata, omni virtute; & ſanctitate in utero repleta, ut de mundiſſima matre mundiſſimus filius naſceretur. Et ſicut in cœlo filius habuit Patrem immortalem, & æternum; ſic & in terra haberet matrem omni corruptione carentem. Igitur in cœlo qualis eſt Pater, talis eſt Filius: & in terra qualis eſt mater, talis eſt, & ſecundum carnem Filius. Comparat Mag. Doctor mundiſſimam matrem cum mundiſſimo Filio, *de mundiſſima matre mundiſſimus Filius naſceretur.* Sed mundiſſimus Filius caret omnino vitio peccati originalis; ergo, & mundiſſima mater. Pergit Sanctus Doctor, *& ſicut in cœlo Filius habuit patrem immortalem* abſque ulla corruptione mortis, *ſic & in terris haberet matrem omni corruptione carentem*, ſcilicet corruptione mortis peccati. Et ſubdit: *In cœlo qualis eſt Pater*, ſecundum nempe naturam Divinam, *talis eſt Filius*; ſecundum ipſam naturam Divinam; *& in terra qualis eſt mater* ſecundum ſuam humanam carnem, *talis eſt ſecundum carnem filius*; ſed filius in ſua carne eſt abſque ulla labe peccati; ergo cum qualis eſt filius, talis eſt mater, fit ut caro matris ſit abſque aliquo nævo venenoſo, alias non erit talis mater, qualis filius.

109. D. Hieron. Secundò. Divus Hieronymus, qui floruit anno 380. ad illa verba Pſalm.77. *Eduxit eos in nube diei*, ſic ait; *Certe nubem levem debemus Sanctam Mariam accipere: pulchre dixit in nube diei, nubes enim illa, non fuit in tenebris, ſed ſemper in luce.*

Pſalm. 77. Deipara dicitur nubes levis, nullo nempe pondere peccati gravata, & dicitur *nubes diei*; *quæ non fuit in tenebris, ſed ſemper in luce*: quæ nunquam fuit in tenebris peccati, ſed ſemper in luce diei, divinæ gratiæ, abſque ulla obſcura ſorde peccati, ut idem Sanctus Doctor obſervat *ad c. 9. Iſai.* & ait: *In aula virginali, & nulla ſorde maculata de Spiritu ſancto Dei ſermo proceſſit.*

110. D. Ambroſ. Tertiò. D. Ambroſius Contemporaneus Hieron. de quo aliqua verba referuntur à Catharino, & aliis, quæ apud ipſum Doctorem non inveniuntur, & alia ejus verba ab aliis adducuntur, quæ poſſunt videri non multum clara, tamen apertè Sanctus Doctor Ambroſ. tenet noſtram ſententiam *in c.8. epiſtola ad Romanos*, quibus integritas originalis Mariæ

 maximè

maximè probatur ; & ait: *Expiata eſt caro Domini ab Spiritu ſanct. in Virgine, ut in tali corpore naſceretur, quale fuit corpus Adæ ante peccatum.* Quibus verbis indicat carnem Virginis expiatam, ac purificatam fuiſſe ad generationem mundiſſimi corporis Chriſti Jesu, quæ ita ſunt accipienda, ut tota Virginis caro fuerit ſummè mundata, ut inde corpus Chriſti conciperetur mundiſſimum, abſque ulla labe originali, ut ante peccatum fuit formatum copus Adami.

111. Quartò. D. Ildephonſus Archiep. Toletan. qui floruit an. 660. *ſerm. de purificat. & partur. it. Mariæ*, ait : *Ergo in qua clauſtrum pudoris integrum permanſit, nulla diſruptio intervenit, nulla vexatio carnis nulla fœditas duræ conditionis, ei in qua vexilla virtutum micarunt, nullum peccatum primæ originis, ut cruciaretur, viguit.* Quæ verba abſque ulla explicatione noſtram ſententiam apertè indicant.

112. D. Ildephon. Idem affirmat Sanctus Præſul *lib. de perpetua virginitate Mariæ*, docens quomodo Eccleſia celebrat Nativitatem Virginis Mariæ, ſubdit : *Quia auctoritate totius Eccleſiæ, veneratur ejus nativitas, conſtat eam, ab omni originali peccato immunem fuiſſe* Et ſtatim pergit: *Nullus ergo quando nata eſt delictis ſub acuit, nec originale peccatum in utero ſanctificata contraxit.* Quæ

Vaſquez. verba contendit Vaſquez *tom. a ad 3. p. cap 3. ad finem*, quod ſolum probant ſanctificationem Virginis in ſua nativitate, non verò in Conceptione: ſed cum Sanctus Doctor dicat, *quod in utero originale peccatum ſanctificata non contraxerit*, ſine dubio de Conceptione loquitur, ut oſtendat, quod ejus nativitas fuerit cum gratia, & ſanctitate. hoc alius ab ejus Conceptione oſtendit, & ideò pro noſtra ſententia hunc locum adducunt Catharin. Carthagena, Caſtro, Oieda, Lezana.

Catharin. Carthag. Caſtro. Oieda. Lezana.

113. D. Iſidor. Quintò. D. Iſidorus in Officio Eccleſiaſtico ab ipſo compoſito juſſu Concilii IV. Toletani, quod poſtea Hiſpani dicunt *Mozarabe* in die 8. Decembris in feſto Conceptionis Deiparæ in una ex ultimis orationibus dicitur : *Domine IESV Chriſte, qui ſic Virginem Matrē honorificaſti quouſque Conceptionis ejus gratia, eam coram te ſuffragatricem invenimus*, &c. & hoc ipſum ſæpè reperitur in eodem Officio ab ipſo compoſito, *ut ſuprà dixi q. 11. n 71.*

114. D. Anſelm. Sextò D. Anſelm. qui floruit an. 1080. *in 2. ad Cor. c. 5.* ad illa verba ergo *Omnes in Adam peccaverunt*, ſic ſcribit : *Omnes itaque mortui ſunt in peccatis, nemine prorſus excepto dempta Matre Dei, ſive originalibus, ſive voluntare additis.* Et lib. de conceptu Virg. c. 18. ſic ait: *Quia decebat, ut illius hominis conceptio de matre puriſſima fieret : decens enim erat, ut ea puritate, qua major ſub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret.* Ex quibus verbis D. Thomas *in 1. ſentent. diſt 44. q. 1. art 3 ad 3.* colligit B. Virginem ad originali fuiſſe liberatam, & ipſe D. Anſelm. *inſtituit feſtum Concept. in Anglia*, ut ſupra dixi *q 11. n. 69.*

D. Thom

115. D. Maxim. Septimò. D. Maxim. qui floruit an 410. *in ſerm de Virgin* ſic ait: *Hæc porta clauſa, quæ fuit admirabilis Dei thalamus, cœleſte templum, tabernaculum gloriæ ; de quo ſpecioſus prodiit ſponſus, lux gentium, ſpes fidelium, condecenter, & congrue nulla macula originali contaminata.* Quæ verba ita ſunt clara ut non indigeant expoſitione ; de eis multum agit Petrus de Morales de Chriſto, & Virg. *lib. 3. tract. 1. pag. 280. in fine.* Morales.

Octavò. D. Bernard. an. 1130. *ſerm. 4. in Salve Regina*, qui fertur inter ejus opera, ſic habet : *Tu naſus Eccleſiæ, ſimilis turri excelſæ, videlicet dignitate, ſirma gravitate turris Libani. Libanus mons quidem dicitur dealbatio, altam præ omnibus ſignat innocentiam tuam : innocens fuiſti ab originalibus, & actualibus peccatis : nemo ita præter te.* Et idem habet *ſermon. 13. de Cœna Domini*, adducens regulam D. Auguſtini. *De Maria cum de peccatis agitur nullam prorſus volo habere quæſtionem.* 116. D. Bernard. D. Auguſt.

Nonò Sanctiſſimus Pater Dominicus illuſtriſſimi Ordinis Prædicatorum, inſtitutor, & Auctor, qui floruit an. 1200. *in tractatu de corpore Chriſti*, quem contra hæreticos Albanenſes ſcripſit, hæc verba protulit : *Sicut primus Adamus fuit ex terra Virgine, nunquam maledicta formatus, ita decuit in ſecundo Adam fieri ſcilicet Chriſto: cujus terra, id eſt, mater Virgo nunquam fuit maledicta*, Malveda *lib. de Paradiſo. c. 6.* ait tractatum illum non eſſe D. Dominici, quia nec Vincentius, nec Antoninus, nec Theodoricus de Apoldia, nec alii talis libri unquam meminerunt, ut illa ait. 117. S. Domin. Malveda.

Sed fallitur bonus Auctor, nam quod talis liber fuiſſet compoſitus à Sancto Patriarcha Dominico teſtantur Vincentius Bellovacen. Epiſcopus (qui poſt Sanctum Dominicum obiit annis 35.) *in ſuo Speculo hiſtoriali, lib 19. cap. 96.* Theodoricus Apoldia *in vita Sancti Dominici, lib. 1. cap. 6.* Sanct. Antonin. *3 part. tit. 19 c. 1. §.* & Antoninus de Cucaro, Galatinus, Caniſius, & plures alii, quos refert Pineda *in ſerm. de Concept Virg* §. 7, & multo plures Oieda *in defenſione, c. 7. fol 18. p. 1.* ubi affirmat de tali libro fieri mentionem in quodam antiquo Officio S. Dominici, unde ad ejus illuſtriſſimos filios dicam id quod ait Iſaias 52. *Attendite ad Petram unde exciſi eſtis. Attendite ad Abraham patrem veſtrum.* Suum Patrem Sanctum Dominicum. 118. Bellovac. Theodoric. S. Antonin. Cucaro. Galatin. Caniſius. Pineda. Oieda. Iſai. 52.

Decimò. Sequutus eſt B. Albertus Magn. D Thomæ Magiſter *c. 12. Lucæ*, ad illa verba: *Beatus venter, qui te portavit*, ſic ait : *Hic uterus eſt coccus, Sanctiſſima, eſt caro Beata Mariæ Virginis, quæ nunquam admiſit aliquid ſanctitati contrarium.* Quod nunquam diceret Mag. Doctor ſi in illa inveniretur peccatum originale, jam enim admiſerat aliquid contra ſanctitatem. 119. Albert. Mag.

Vndecimò. Sanctus Vincentius Ferreira, qui ſuum Patrem Sanctum Dominicum ſecutus floruit anno 1420 *ſerm de Concept. Virg. in 3. p. fol. 7. col 1. in fine*, ait: *Quando corpus glorioſæ Virginis fuit organizatum, & anima conjuncta corpori per creationem, tunc Altiſſimus ſanctificavit tabernaculum ſuum* Et *ſerm. de Nativit. fol. 115. col. 1.* ait: *Statim poſtquam corpus fuit formatum, & anima creata tunc fuit ſanctificata.* In utroque loco illud adverbium, *Tunc*, ſine ulla controverſia denotat primum inſtans generationis, quæ facta fuit in ipſo infuſionis animæ inſtanti tunc primum fuit ſanctificata, cum primum fuit genita. 120. Vinc. Ferrer.

Duodecimò. Divus Laurentius Juſtin qui floruit anno 1430 *in libro de Caſto Connubio Dei, & animæ, c. 7.* ait : *Hæc eſt originalis pœna delicti,* 121. D. Laurent. Juſtin.

Digitized by Google

deliſti, à qua nemo, quamvis eximia polleat, ſanctitate, liber ex ittt. quotquot enim ex ipſa nati ſunt propagine, exceptis dumtaxat mediatore Christo IESV, & ejus Matre, ſub hac peccati lege ſunt conditi. Et in libro de gradibus profectionis c. 1. *poſt medium*, ſic ſcribit: *Ab originali delicto nullus excipitur præter illam quæ genuit Salvatorem.* Et idem ſcribit in libro dicto, *Faſciculus amoris*, & in ſermonibus Annuntiationis, & Nativitatis, & multis aliis locis.

122. S.Bernard. Tertiodecimo. D Bern. Senen. Ordin. Minorum *floruit an.* 1430. *tom.* 5. *ſerm.* 52. qui eſt de ſalutat. Angelica *art.* 1. *c.* 1. *in medio, pag.* 386. *col.* 1. ſic loquitur: *Fuit Beata Virgo ſine primævo, id eſt ſine tyranno concupiſcentia peccati originalis, quia ſine eo concepta eſt, ſicut teſte Salomone.* Cant. 4. Didicimus, quia ait, *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*, ſcilicet *originalis*. Idem habet *tom.* 4. *ſerm* 42. poſt Paſcha, & aliis locis. Cantic. 4.

123. Idiota. Decimoquartò. Sapientiſſimus Idiota, qui ſuppreſſo proprio nomine, ita ob ſuam humilitatem vocari voluit, & inde merito inter Sanctos Patres refertur, *floruit an.* 800. *lib. de contemplat. Virginis, c.* 2. iam ſupra à me datus, ſic ait: *Tota pulchra es Virgo glorioſiſſima non in parte, ſed in toto & macula peccati ſive mortalis, ſive originalis, non eſt in te, nec unquam fuit*, & *cap.* 6. ſic ait: *Inveniſti Virgo Maria gratiam cæleſtem: quæ fuiſti ab originali labe præſervata*, quæ verba valdè præclara, totam rem dicunt, & optimè explicant. Cantic. 4.

124. Damian. Decimoquintò. Petrus Damian. contemporaneus D Anſelmi *ferm de Aſſumptione Mariæ*, ait: *Caro Virginis ex Adamo ſumpta maculas Adæ non admiſit, ſed ſingularis continentia puritas in candorem lucis æterna converſa eſt.* Ubi expreſsè docet noſtram ſententiam, quod ſine peccato originali fuerit concepta, ſed etiam, quod tanta gratia fuit donata, ut inde fieret principium omnium cœleſtium donorum, & idem habet *ſerm.* 3. *de Nativitate.*

125. D.Bonav. Decimoſextò. D. Bonav. Contemporaneus D. Thomæ quamvis *in* 3. *diſt.* 3. contrariam ſententiam tenere videatur tamen jam ſenex, ut erat Virginis devotus *ſerm.* 2. *de Beata Virg.* ait: *Fuiſſe plenam gratia prævenientе in ſua ſanctificatione, gratia, ſcilicet præſervativa contra fœditatem originalis culpæ, quam contraxiſſet, niſi ſpeciali gratia præveniente præſervata fuiſſet.* Et ſtatim ſubdit: *Solus enim filius Virginis fuit ab originali culpa immunis, & ipſa mater ejus Virgo.* Sicque multi alii Patres, quos ſatis longum eſſet referre.

Quæstio XVII.

Veritas immaculatæ Conceptionis probatur ex D. Thoma, qui ſemper fuit firmus in hac ſententia, & explicatur ejus mens.

126. D. Thom. IN confeſſo eſt apud omnes D. Thomam docuiſſe aliquando immunitatem Virg. Mariæ à peccato originali ex 1. *diſt.* 10. *q.* 2 *art.* 4. & etiam *in* 3 *diſt.* 44. *q.* 1. *art.* 3. *ad* 3. Ubi oſtendit illam eſſe majorem puritate, quæ magis diſta:

Sylveira Opuſcula.

à culpa, ſubdit: *Talis fuit puritas B. Mariæ quæ à peccato originali, & actuali immunis fuit.* Et hoc etiam liquet ex ejus Commentario *in epiſtola ad Galatas, lectione* 6. ubi ſic inquit: *Virum de mille unum reperi, qui eſſet ſine omni peccato. Mulierem autem non inveni, quæ à peccato omnino immunis eſſet ad minus originali, vel veniali excipitur puriſſima, & omni laude digniſſima Virgo Maria.*

Bene advertit P. Andræas Mendo ex Societate Jesu *lib de jure Academico in appendice de jure Academiar. fol.* 457. *col.* 2. Quod hæc verba habentur ex Commentariis prælo excuſſis Pariſiis an. 1519. & an. 1532. ac Venetiis anno 1555. Poſtea verò in editionibus ab anno 1590. expuncta fuerunt à Remigio Florentino illa verba: *Excipitur puriſſima, & omni laude digniſſima Maria.* Probatur etiam hæc veritas ex opuſculo ipſius D. Thomæ ſuper ſalutationem Angelicam, ubi ſic inquit: *Ipſa ſcilicet Sancta Maria, puriſſima fuit, quantum ad omnem culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit.* Quod videns Petrus Bergomenſis affirmat fuiſſe errorem præli. Si hoc ſubterfugium admittitur in omni libro nihil erit firmum, & certum. 127. Mendo. D.Thom. Bergom.

128. Dicendum D. Thomam docuiſſe immunitatem Deiparæ à peccato originali, & nunquã hanc ſententiam mutaſſe, aut retractaſſe, ſed ſemper in illa firmus perſiſtit. Ita Ioannes Bromiardus *in ſumma prædicantium, verb. Maria*, & adducit D. Thomam 3. *p. q* 27. *art.* 2. & fuit Contemporaneus cum D. Thoma, & bene debebat ſcire ejus mentem. Ambr. Catharinus *tr ct. de Concept.* Fr Ioannes à D. Thoma *t.* 1 *in primam partem, diſp.* 2. *art.* 1 *fol.* 161. *col.* 2 *eo format ſe D Thomas ſenſat Eccleſia ſub hoc titulo* Et tres hi Auctores ex illuſtri familia Dominicana Stephanus à Porrecta *in* 3 *p. q.* 27. *art.* 2. Dom. Franciſcus de Aravio Epiſcopus Segovienſis *in* 1. 2. *quæſt.* 81. *artic.* 3. Petrus de Alva *in ſuo ventilabro Seraphico veritatis promyſterio immaculata Conceptionis in Trituratione pagina* 120. Andræas Pinto Ramires *tom. de Concept. poſt Anthologia* 5. *in examine Text D. Thom. fol.* 89 Andræas Mendo jam citatus. Bromiard. Catharin. Ioan. à D. Thom. Porrecta. Aravio. Pet. Alva. Pinto. Mendo.

129. Prima pars concluſionis patet ex proximè dictis, in exordio quæſtionis, quod nempe D. Thomas docuit hanc ſententiã de immunitate Concept. quod in ea ſemper firmus ſteterit; inde probatur, quia 3. *p. hac q.* 27. *art.* 4. *in corpore* docet, quod Deus eos, quos elegit, præparat, ac diſponit ad id quod eliguntur. Iuxta illud Pauli 2 Cor. 3. *Idoneos nos facit miniſtros Novi Teſtamenti*; atqui Sanctiſſima Virgo fuit deſtinata ad ſupremam, & altam dignitatem Matris Dei, utque illius fieret dignum habitaculum; ergo fuit deſtinata, & electa, ad ſummam, ac ſupremam puritatem, qua major de potentia ordinaria non datur; ergo abſque ullo peccato juxta doctrinam datam à Divo Thoma, & hoc clarius patebit ex locorum D. Thomæ explicatione, quæ contra nos objiciuntur. D Thom. 2. Cor. 3.

130. Primò, objicitur ex 1. 2 *quæſt.* 81. *art.* 3. ait S. Thom. *Dicendum, quod ſecundum fidem Catholicam firmiter eſt tenendum, quod omnes homines præter ſolum Chriſtum, ex Adam derivati, peccatum originale contrahunt: alioqui non omnes* D Thom.

 indige

indigerent redemptione quæ eſt per Chriſtũ. quod
eſt errorum; ergo cum S. Doctor ſolum ab illa
commuoi regula contrahendi peccatum ab
Adamo, eacipiat Chriſtum Dominum, vide-
tur ſub illa includere Saoctiſſimam Virgi-
nem, ac proinde quod contraxerit peccatum.
131. Argumentum nullius roboris eſt, quia à re-
gula communi, & generali eacipitur perſona
eminens, & privilegiata, v.g. ab illa lege uni-
verſali lata contra mulieres in Eva: *In dolore*
Geneſ. 3. *paries filios tuos.* Geneſ. 3. eacipitur Sanctiſſi-
ma Virgo ob ſuam emineotiam. Sic ait Da-
Pſalm. 115. vid Pſal. 115 *Omnis homo meadax*, & tamen
ab hac regula generali eacipitur Chriſtus Do-
minus, quia non erat purus homo, & etiam
Sanctiſſima Virgo ob ſuam eaimiam ſancti-
tatem, de quo plura *quæſt. 21. infrà.*
132. Majores difficultates in hac re inſurgunt ea
3. p. q. 27 art. 2. de Sanctificatione Virginis: ubi
ait S. Doctor *in corpore*, quod Sanctificatio
Virginis nõ poteſt intelligi, ante ejus anima-
tionem, quia ſanctificatio ſupponit ſubjectũ,
in quo fiat, & recipiatur. Reſpondeo, quod etſi
ſanctificatio poſſit dari tempore poſt anima-
tionem, tamen bene poteſt fieri à Deo in ipſo
inſtanti reali intrinſeco animationis: nam in
illo primo inſtãti reali, quo Deus creavit An-
gelos, dedit eis gratiam, ut docet Angelicus
Doctor 1 *part. q. 62. art. 3. in corpore*, juxta illud
D. Auguſt. *erat Deus condens naturam, & lar-*
D. Auguſt. *giens gratiam.* Et Sol in eodem inſtanti reali
quo creatur, illuminat; ergo cum D. Thomas
D. Thom. nõ explicet, qualis fuerit antecedentia anima-
tionis ad gratiam, intelligendus eſt de quadã
prioritate naturæ, cum totum fuerit in eodẽ
inſtanti reali; ſi hoc cõceditur in Angelis, cur
erit negandũ Reginæ Angelorum juata do-
ctrinam ipſius Sancti Doctoris, ac omniũ Pa-
trum, & quia ſemper Virgini Mariæ tribuen-
dum eſt, quod magis eſt ad ejus gloriam, &
honorem. Cum ergo D. Thom. ait: Quod ante
infuſionẽ animæ rationalis B. Virgo ſanctifi-
cata non fuit; non negat quod in eodemmet
inſtãti reali infuſionis animæ potuerit ſãtifi-
cari, ad quod ſufficit prioritas naturę in anima,
ut de Angelis docet ipſemet Angelicus Doctor.
133. Ea, quæ Sanctus Doctor docet ad primum
argumentum nil faciunt contra nos. Ad ſecũ-
dum reſpondet, quod ſi admittatur animam
D. Thom. B. Virginis nõ fuiſſe contagio origioalis pec-
cati inquinatã, hoc derogaret dignitati Chri-
ſti, quia jam ipſe non eſſet univerſalis Redẽ-
ptor, ac B. Virgo ab ipſo nõ diceretur redem-
pta. Reſpondeo, quod ad hoc ut Chriſtus D. ſit
univerſalis redemptor, & Deipara ab eo re-
dempta, ſufficit, quod ipſa habuiſſet debitum
peccati originalis, à quo fuit liberata meritis
Chriſti D. quamvis nullum tale peccatũ rea-
liter in ſe habuiſſet, ſic dicitur de Davide
Pſal. 143. Pſ. 143. n. 10. *Redemiſti David ſervum tuum de*
gladio maligni, id eſt Goliath, vel Saül; & ta-
men David nunquam à tali gladio fuit vulne-
ratus, ſed tantũ divina gratia liberatus: & hoc
ſufficit ut dicatur redemptus ab illo; & cum
juxta D. Th. *3. p. q. 78. art. 1. ad 3* datur malũ, &
debitum illius, & ſufficit liberari à malo, vel
debito illius, ut dicatur redimi. Sic concludit
citato loco loquens de redẽptione per Chri-
ſtum. *Liberari autem à malo, vel à debito abſolvi*
non poteſt, niſi qui debitum incurrit, vel in malum
dejectus eſt; ergo cum in malo, ſeu peccato cul-
pa, vel ejus debitũ conſiderandum ſit, cum in
præſenti Angelicus Doctor loquatur de pec-
cato originali, & nõ eaplicet, an loquatur de
ipſo peccato, vel debito. De debito eſt expo-
nendus, ut ipſe ſe explicavit, de quo dicam ſta-
tim *in hac quæſt.* & cum hoc ſufficiat, ut ipſa
ſit, & dicatur redempta à Chriſto Domino.
Ad tertium ait D. Th. quod Eccleſia Roma- 134.
na non celebrat feſtum Conceptionis, ſed to-
lerat conſuetudinem aliquarum Eccleſiarum,
quæ tale feſtũ celebrãt; ea quo bene infertur,
quod ſi S. Doctor modo vidiſſet, quod Eccleſia
Romana non ſolum modo celebrat feſtum
Conceptionis, ſed etiam præcipit cum multa
ſolemnitate ſine dubio hanc noſtram piam
ſententiam magis expreſſiſſet ac declaraſſet.
Et addit S. Doctor ibid. ad 3. *Quod celebratur* 135.
feſtum ſanctificationis ejus, potius quam Conce-
ptionis. Ait Fr. Ioan. à D. Thoma citat. §. *ad* 2. Ioannes à
quod illa reſtrictiva *potius* nõ negat celebrari D. Thom.
etiam feſtum Conceptionis. Dico tamẽ, quod
præclariſſimè, ac ſapientiſſimè ait S. Doctor,
quod *potius celebratur feſtum ſanctificationis,*
quam Conceptionis, ſi ſumatur ipſa Conceptio
præcisè, ac nude ſumpta à gratia, quia Con-
ceptio celebratur, prout in ipſo primo inſtanti
animationis fuit cum gratia, juſtitia, ac ſancti-
ficatione, proindéque non celebratur Conce-
ptio abſtractivè ſumpta, ut ita dicã, ſed prout
fuit cum ſanctificatione, ac gratiæ infuſione.
Quod hæc vera ſit expoſitio, ac intelligen- 136.
tia mentis D. Thomæ. Quadruplici probo ar-
gumento. Primò, quod in hac materia de pec-
cato originali circa Deiparam, ipſe Angelicus
Doctor non loquitur de peccato realiter con-
tracto, ſed de debito ipſius peccati, ita ipſe
S. Doctor eaplicavit mentem ſuam. Nam Fau- Fauſtin.
ſtinus Epiſcopus Paduenſis an. 1400. cum
pertractaſſet aliquas quæſtiones *ad 3. p.* totus
admirabatur Angelicum Doctorem docuiſſe
opinionem minus piam. Tunc ei apparoit
S. Thom. eique dixit: *Scito Domine Epiſcope,*
quod quando talem opinionem poſui, ſolum habui
reſpectum ad divinum ſtatum, quo beata Virgo
peccatum originale contrahere debuerat, niſi per
filium fuiſſet præſervata, ſed Dei filius matrem
ſuam ab originali macula præſervavit. Quam
revelationem Epiſcopus declaravit ſuo Vica-
rio Nicolao de Padua, & immediatè mandavit
in ſuo Epiſcopatu celebrari ſolemniter feſtũ
Conceptionis, ita referunt Buſtos *p. 1. ſerm. 3.* Buſtos.
Guerrero del Eſpinar *concordia* 15. § 4. Ioan. Guerrer.
Tamayo de Salazar *in opere S. Epitacii, p.* 259. Tamayo.
Ioannes à Fonte *in allegat. pro Concept fol.* 16. Fonte.
& ab omnibus revelatio habetur pro certa.
Probatur ſecundò, ea argumento evidenter 137.
deducto, ea doctrina D. Thom. nam ipſe *1. p.* D. Thom.
q. 27. art. 2. & *in 3 quæſt. unica, art. 1.* Deiparam
natam fuiſſe gratia præditam ea hac ratione
probat, *Eccleſia non ſolemnizat niſi pro aliquo*
Sancto; ſolemnizat autem nativitatem Virginis;
ergo Sancta nata eſt. Ea qua doctrina D. Tho-
mæ apertè ſequitur hæc ratiocinatio: *Eccleſia*
non celebrat niſi pro aliquo Sancto: ſolemnizat
autem Conceptionem B. Virg. Mariæ; ergo San-
cta concepta eſt. Nulla enim inter verum diſcur-
ſum apparet diverſitas.
Probatur tertiò, ſatis vulgare eſt apud 138.
Theologos, & juriſtas, quod quãdo unus Tex-
tus

tus videtur repugnare cum altero, ita eſt explicandus, ut unus cohæreat cum altero, ut nulla in eis ſit contrarietas, *l. Præcipimus. in fine, Cod. de appellation.* De quo latè Suar. *lib.* 6. *de leg. c.* 1. *n.* 18 Salas *diſp.* 21. *ſect.* 13. *n.* 28. Bonacina *tom* 2, *diſp* 1. *de leg q.* 1. *punct* 8. *n.* 21. § *Secundo.* Ut ergo dicamus quod doctrina Angelici Doctoris Principis Theologorum cohæret cum Conſtitutionibus Apoſtolicis Sixti IV. Pauli V. Gregorii XV. Alexandri VII. quamvis poſt ipſum emanaverint, cum tamen illius mens fuiſſet, nec in minimo ab illis recedere; rectè à nobis eſt explicandus: ut cum talibus decretis inveniatur conformis.

L. Præcipimus. Suar. Bonacina.

139. Ioannes à D. Thom.

Quartò. Fr. Joannes à D. Thomâ *cit.* ait D. Thomam nullo in loco docuiſſe Sanctiſſimam Virginem Mariam cōtraxiſſe peccatum originale, nec negaſſe à Deo præſervatam fuiſſe: ſed ſolum ſtatuiſſe communia, & generalia principia, ex quibus deducitur, quod ſi non daretur præſervationis gratia à labe originali non fuiſſet immunis, non reſolvit, nec determinat, an talis gratia de facto fuiſſet conceſſa, & idem affirmat Seraphinus Portecta.

Quæstio XVIII.

Veritas immaculatæ Conceptionis firmatur à graviſſimis Theologis in ampliſſimo milliario, & à præſtantiſſimis Academiis, Imperatoribus, Regibus, ac Dynaſtis.

140. Materia huius quæſtionis multa, & ampliſſima requirit volumina, quia tamen hæc tanquam in Compendio epilogamus, breviter attingo, & hæc multa maiori ex parte pertinent ad varias hiſtorias, & Chronicas magnorum Principum, quæ ibi latiùs videri poſſunt.

141. Imprimis Doctores Theologi multum magno ſtudio, alta diſcuſſione, magnóque examine Sacræ Scripturæ, Sanctorumque Patrum ſtudio laborarunt; inde de hac re multa volumina, varióſque Tractatus prodierunt, & in tanto numero ſunt, ut ex ſacris Religionibus Auctores, qui pro veritate de immaculata Conceptione pugnent, & ſuis ſcriptis ſtent Petrus de Alva *in Sole veritatis* pluſquā ſex millia, & quinquaginta referat. Ex illuſtri familia Prædicatorum *centum quinquaginta*, & ex noſtro Carmelitano Ordine pluſquam ducenti annumerari poſſunt; & ſic in magno numero ex quolibet ſacro Ordine.

Petrus de Alva *Doctores pluſquam ſex millia.*

142. *Verbi Divini concionatores.*

Idémque omnes divini Verbi Prædicatores in limine ſuæ concionis enuntiant, & dicunt Sacratiſſimam Deiparam fuiſſe abſque originali labe conceptam in primo ſuæ Conceptionis inſtanti, & abſque hoc exordio proclamatum, nulli licet concionem in aliqua Eccleſia habere, quod etiam jucundiſſimè obſervant omnes ex illuſtriſſima, ac Religioſiſſima Prædicatorum familia concionatores in tota Hiſpania, annuentibus, ac præcipientibus Generalibus, ac Provincialibus Ordinis, ut teſtatur Andræas Mendo *in ſtatera opinionum Diſſertione* 13. *q.* 1. § 2. *n.* 10.

Mendo.

143. Ferè in triginta Academiis Doctores, & *Sylveira Opuſcula.*

Magiſtri veritatem de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ jurant ſemper defenſuri, ac pro illa propugnaturi. In Hiſpania, in Salmātina, Conimbricenſi, Complutenſi, Valliſoletana, Eborenſi, Granatenſi, Oxomenſi, Ovetenſi, Compoſtellana, Oluetenſi, Baëzena, Onatrenſi, Cæſar-Auguſtana, Valentina, Oſcenſi, Gandienſi, Barcinonenſi, Tarraconenſi, Illendenſi; in Orienti, Baſilenſi, Mexicana. Limenſi, in Germania, Gallia, Italia, & Belgio; Pariſienſi, Moguntina, Colonienſi. Viennenſi, Toloſana, Lovanienſi. & Neapolitana & in Anglia etiam, cum olim in ea Religio Catholica effloreret, Oxonienſi, & Cantabrigenſi. Quod latè adducit, & formas juramentorum ab Academiis præſtitas, Valaſquez *de Maria Immaculata*, *lib.* 4. *diſſertat. Adnotation.* 1. & 2.

Triginta Academiæ.

Valaſquez.

144. Imperatores.

Pro tuenda etiam pura, & immaculata Virg. Mariæ Conceptione ſtant omnes Principes ſæculares Imperatores. Leo Imperator *orationem de immunitate Sanct. Deiparæ* compoſuit, de qua ſæpè fit mentio in hoc Tractatu, & Baron. in notis ad Martyrologium die 8 Decembr. Imperator Emmanuel Commenus legem tulit, ut dies Conceptionis inter feſtos reponeretur. Ioannes Imperator immunitatem Virginis publicè confeſſus eſt, ut habet Cantacuzenus *Apologia* 3. Ferdinand. Imperator II. multa privilegia, ac Immunitates conceſſit. Congregationi de Immaculata Conceptione. Ferdinandus III. de Conſilio Epiſcoporum fecit ut feſtū Immaculatæ Conceptionis prævio jejunio celebraretur, & ipsā Patronam totius Auſtriæ Imperii ſuſcepit, ut ſcribit Guillelmus Comes Iſlavita *in libello, ſeu carthæ typis excuſſa Viennæ anno* 1648.

Guillelm.

145. Reges Hiſpaniarum valdè conſpicui fuerunt in hac devotione erga Sacratiſſimā Virginem. Ex Regibus Gotis Siſinandus, monuit Concilium Toletanum IV. ut inter officia Eccleſiaſtica reponeretur Officiū Conceptionis B. Virg. quod dicitur compoſitū à S. Iſidoro. Rex Aragoniæ Iacobus vulgò *Iayme*, ordinē B. Virg. de Mercede in honorem Immaculatæ Conceptionis erexit. Ioan. II. Aragoniæ anno 1461. publico edicto cavit ne quis tueretur opinionem contrariam. Reges Catholici Ferdinand & Elizabetha poſt obtentam Granatam, illuſtrē Eccleſiam fabricarunt: & obtento novo orbe primas duas inſulas nomine Salvatoris, ac Conceptionis nuncuparūt. Rex Carol. V. Auguſtus Imperator confraternitatē Cōceptionis ſuo reſcripto firmavit, & multis privilegiis munivit. Hæc omnia apud Petrū de Oieda *in informatione Eccleſiaſtica, c.* 5. & 8.

Oieda.

146. Philip. III.

Philippus III. Hiſpaniarum Rex epiſtolas an 1617. ſcripſit ad omnes Archiepiſcopos, Epiſcopos, ac Univerſitates, ut definitionem immunitatis B Virg. Mariæ à Summo Pontifice inſtanter efflagitarent, & ſuper hac re miſit Romam Fr. Antonium de Trejo Epiſcopum Carthaginenſē, & Fr. Anton. de Trejo Epiſcopum Accitanum ſi eſſet neceſſariū ſe Romam aditurū, omnibus Regni ſui, negotiis poſthabitis ad pedes Sūmi Pontificis pro definitione impetranda. Parentis veſtigia ſecutus Philippus IV. Magnus cognominatus, & revera Magnus nomine, & re, inauguratus Rex ſtatim ad Summum Pontificem Gregor XV. per litteras

Digitized by Google

die 10. Novembris anno 1621. poſtulat definitionem hujus myſterii, & ſequenti anno 1622. die 14. Iulii gratificatur Pontificem, eo quod præcepiſſet in divinis Officiis nomen *Sanctificationis* expungi, *& Conceptionis* apponi, & quod nec publicè, nec privativè contraria opinio diceretur, ac evulgaretur. Videatur *Armentarium Seraphicum in Regeſto ealum.* 315. Tandem miſit Oratorem Ludovicum Epiſcopum Placentinum ad Alexandrum Septimum, qui anno ſeptimo ſui Pontificatus die 8. Decembris 1651. Qui dedit illam magnam, & amplam conſtitutionem in hac re, de qua egi *ſuprà, quæſt* 14.

Armen.

147\. Reges Galliæ ſemper valde pio, & magno deſiderio exarſerunt erga hoc myſterium puræ Conceptionis Virginis Carolus VI. decrevit, nullum confeſſarium ſibi aſſumere ex illis, qui opinionem piam de Conceptione Virginis non ſequerentur, & hac de cauſa à ſe repulit *Guilleimum de Valone* ex illuſtri Dominicana familia Epiſcopum Ebroicenſem, eo quod ex animo non aſſentiretur ſententiæ Immaculatæ Conceptionis, ut teſtatur Spondanus *in Annalibus ad annum* 1397. *n* 7.

Spondanus.

148\. Reges Portugalliæ ardenti animo ſemper inflammati ſunt in hac devotione erga Virginem Mariam, qui ſemper in materia Religionis valdè præſtantiſſimi fuerunt. *Rex Ioanne Primus* cœnobio Monialium ſub titulo Conceptionis, multa conceſſit privilegia *Rex Emmanuel* multas in toto Regno fabricavit Eccleſias conſecratas Conceptioni Virginis Mariæ, ut refert Epiſcopus Ozotius *de rebus geſtis Emmanuelis.* Rex Ioannes, qui Academiam Conimbricenſem inſtituit feſtum Conceptionis decrevit celebrari ab ipſa Academia ſolemni feſto, concamante toto Academia, & illuſtrem Eccleſiam ſub nomine conceptionis in hac Olyſſiponenſi civitate ædificavit. Rex Sebaſtianus peculiari cultu, ac ſolemnitate feſtum Conceptionis celebrabat. Rex Henriquez Cardinalis Eccleſiam Conceptionis ad majorem ſui opulentiam, ac concurſum inſtituit inſignem Parochiam. *Rex Ioan. IV.* Virginem Conceptionis totius Regni Patronam ſuſcepit: ſuóque decreto conſtituit, ut nullus in toto ſuo Regno admitteretur ad aliquem gradum, magiſterium, ac dignitatem, niſi prius facto juramento tuendi, ac defendendi Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ.

Ioan Primus.
Ozotius Ioan. III.

149\. Inſignis Comeſtabilis Regni Portugalliæ Dominus Nuñeſius Alverez Pereira, origo omnium Regum Europæ, ac fundator iſtius Conventus Olyſſiponenſis, qui in eo habitum noſtræ Religionis ſuſcepit, in eoque profeſſionem emiſit. In Villa Viçoſa ædificavit Monaſterium Monialium ſub titulo Conceptionis, & extitit prima Eccleſia in toto hoc Regno, tam ſacro nomine inſignita.

Nuñius Alverez Pereira.

150\. Ecce totus orbis pugnat, & tuetur ſacrum Immaculatæ Conceptionis myſterium Apoſtoli, eorúmque diſcipuli, Pontifices, Concilia Generalia, Patres, Traditio totius Eccleſiæ, Doctores, & Theologi, Academiæ totius orbis, Imperatores, Reges, Dynaſtæ ac Principes *Cantic.* 3. *n.* 7. ſcribitur: *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael.* Syrus vertit *Gigantes ex Gigantibus Iſrael.* Et ſubdit Textus: *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, unuſquiſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.* Per quos ſignificatur peccatum originale Iob 3. num 3. *Et nox, in qua dictum eſt, conceptus eſt homo.* Quod tamen mihi facit magnam difficultatem, quia Septuaginta ita tranſcribunt. *Omnes tenentes gladium docti ad bellum,* ſi ſunt ſexaginta fortes ex fortiſſimis Iſraël, quomodo in eis unus tantum gladius reperitur; etſi multi ſint Patres, Doctores, ac Reges ad cuſtodiendum lectulum veri Salomonis, nempe Sanctiſſimam Mariam Virginem à timoribus nocturnis peccati originalis, tamen in eis eſt unus tantum animus, unus devotionis affectus, una tantum veritatis ratiocinatio *ſuper femur ſuum,* ad evaginandum hunc devotionis, ac affectus gladium, quoties occaſio ſe obtulerit, ut nihil prætermittatur pro defenſione.

Totus orbis pugnat uno affectu pro Conceptione.
Cantic.
Syrus.
Iob 3.
Septuag.

151\. *Cantic.* 1. *n.* 6. dicitur: *Filii matris meæ pugnaverunt contra me.* Ex Græco Septuaginta eum ablativo legunt, *Pugnaverunt pro me, eu ſupra me.* Et quomodo pugnant pro ea, explicat Origenes *homil* 2. ex quatuor, & ait cum ab adverſariis poteſtatibus graviſſimè contra me moverentur pugnæ, Angeli ſancti pugnaverunt in me. Qui pro conceptione pugnant Angeli ſunt, filii cœleſtis Curiæ.

Cantic. 3.
Septuag.
Qui pugnant pro conceptione Angeli ſunt.

Q u æ s t i o XIX.

Veritas Immaculata Conceptionis ſtabilitur à divina Omnipotentia multis revelationibus, ac miraculis.

152\. SÆpè jam notavimus quod à divino Sponſo ſacratiſſima Virgo appellatur Hortus concluſus ſoror mea hortus concluſus. *Cantic.* 4. *num.* 12. Cur tam repetitis vicibus eam hortum dicit. Cur non potius campum, agrum, vineam, quæ multoties inſerviunt ad magnam utilitatem & pinguedinem, tamen eſt magna in eis differentia. Nam campus, ager, vinea dans ſuos fructus certo, & determinato tempore, ut arbor illa, quæ eſt plantata ſecus decurſus aquarum, cujus fœcunditas exaggeratur, *fructum dabit tempore ſuo.* Inde rectè Deipara non ager, non campus, non vinea nominatur, ſed hortus, qui ſemper perpetuo, ac inceſſanter vernat, flores, & perpetuis fructibus ſemper autumat; ex quo aptè Deipara hortus dicitur: nam illa abſque ulla temporis determinatione ſuum divinum Sponſum invitat, *Vt veniat in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum.* Cantic. 5. num. 1. At quæ verba præclarè ait Rupert. *Hortus dicitur quod ſemper ibi aliquid oritur, quia cum alia terra ſemel in anno aliquid erat, hortus nunquam ſine fructu eſt.* Vnde ergo hortus es tu ô dilecta dilecti? Perbellè Virgo Deipara non ager, non vinea dicitur. *Quia alia terra ſemel in anno aliquid erect.* At Deipara eſt hortus, quæ ſingulis vitæ annis, menſibus, diebus, horis, ac momentis ſemper, & Inceſſanter flores, & fructus gratiæ in nos germinat, & producit. Hortus nunquam ſine fructu eſt. Tamen in rem noſtram Hailgrinus *Maria hortus concluſus,*

Cantic.
Pſalm. 1.
Cantic 4.
Rupertus.
Deipara inceſſanter in auxilium noſtrum.
Cantic.
Hailgrin.

clusus,

clauſus,munitas turre Davidis, cum propugnaculis, ac armatura fortium. Cantic. 4. num. 4. *Pro armatura fortium*, alii legunt *armatura fortitudinis*. Cornelius ex Hebræo *armatura ſcuti*. Quod ſignificat divinam Omnipotentiam.
Pſalm. 90. *Scuto circundabit te veritas ejus.* Pſalm. 90. n. 5.
Guarim. Guarinus legit, *Ædificata eſt ad propugnandum.*
Beſſon. Beſſon apud Bibliam Maximam ad ſuſpendendos gladios, ſeu jacula adverſariorum
Conceptio armata contra jacula argumentorum. contra ſuam puritatem Originalem, & contra eos, qui gladiis, ſeu jaculis ſuorum argumentorum eam intendunt maculare. Munita eſt armatura fortitudinis ſcuti divinæ Omnipotentiæ, ſcilicet Scripturarum, Pontificum, Conciliorum, ac Patrum, & etiam cum revelationibus, ac miraculis in ejus defenſionem.

Revelationes.

153. Primò. Pura, & Immaculata Conceptio Sanctiſſimæ Deiparæ revelata fuit multoties
Brigitta. *B. Brigitta*, ut dixi *quæſt.* 1. Secundò. Revelata
Elias. fuit *Sanctiſſimæ Parenti Elia*, in nubecula parva, ut oſtendi *quæſt.* 9. *num.* 57. Tertiò, ex revelatione facta à Sancto Gabriele Archan-
Amadæus. gelo B. Amadæo, ut retuli *ſuprà, quæſt.* 10. *n.* 62.
D. Thom. Quartò, ex revelatione facta à D. Thoma Epiſcopo Fantino, de quo egi *ſuprà, q.* 18. *n.* ...

154. Quintò. Sancta, & Immaculata Conceptio Virg. Mariæ revelata fuit noſtræ Sanctæ *Moniali Angela* filiæ Regis Boemiæ, quam ſcripſit in libro Revelationum, quem approbat
Delius. Delrius *diſquiſit. Magicarum*, *lib.* 4. *cap.* 1. *quæſt.* 3 *ſect.* 2. Sextò. Revelatio facta eſt *ſanctæ Thereſiæ de Jeſu* noſtræ ſacræ Religionis, ac totius mundi fulgentiſſimum decus; refert
Lezana. M. Lezana *de Concept. cap.* 14. §. 1. *ad finem*. Septimò. Veniat huc revelatio, quam habuit ſancta Mectilda; quod Sanctiſſima Virgo in
Mectilda. ſua puriſſima Conceptione magna gratiarum, ac donorum copia fuit præventa ab Spiritu
Bloſius. ſancto à labe peccati Originalis. Referunt
Caniſius. Bloſius *in manuali ſpirituali circa finem*. Ca-
Fr. Ioſeph. niſius *in tractatu de B. Virg. lib.* 1. *cap.* 13. & Fr. Joſephus à Jeſu Maria *de B. Virg. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2.

155. Octavò. Refert D. Anſelmus *in epiſtola ad*
D. Anſelm. *Epiſcopos Angliæ*, quod cum Elpinus Abbas cum aliis navigaſſet Galliã exorta vehementi tempeſtate apparuit ei Vir Pontificiis veſtibus indutus, illique dixit, quod ſi promiſiſſent die 8. Decembris celebrare feſtum Conceptionis, mutato nomine Nativitatis in vocem Conceptionis, quod à periculo liberarentur, promiſit Abbas, & ſtatim ceſſavit tempeſtas. Nonò, ſanctus Petrus Nolaſcus fulgentiſſimum decus ſacræ Religionis B. Virginis de Mercede, cum in Vigilia Purificationis B. Virginis Mariæ ad horam matutinam acceſſiſſet ad Chorum, vidit Angelos canentes Officium Conceptionis, & adſtabat ſacratiſſima Virgo in ſuo loco multis luminibus, ac radiis reſ-
Saavedra. plendens: refert Sylveſter de Saavedra *lib. de Sacra Deipara, diſp.* 16. *ſect.* 17. *n.* 655.

156. Decimò Refert Sylvanus de Paxxi in Actis
Sylvanus. B. Oringæ, alio nomine dictæ Chriſtianæ, & obiit in Hetruria anno 1310. quod cum vidiſſet B. Virginem alba veſte indutam aſtantibus omnibus Sanctis, eam allocutus eſt Chriſtus Dominus: *Miraris Chriſtiana honorem, qui ab Angelis hodie Matri meæ glorioſæ exhibetur, & qua induta eſt veſte, ſed ſcito hodie egi in cælo celebritatem Immaculatæ Conceptionis ejus, quæ me deinde concepit, ac peperit verum Deum, ac hominem.* Alteram ſimilem viſionem factam cuidam Moniali refert Buſtos Buſtos.
ſermone de Concep. & Guerrero *concordia* 15. Guerrero.
& aliæ revelationes circumferuntur, quas omitto.

Miracula.

Miracula à ſolo Deo fieri poſſunt. *Qui facit* 157.
mirabilia ſolus. Pſalm. 71. num. 18. Pſalm. 135. Pſalm 71. Pſal. 135.
num. 4. *Quoniam magnus es tu, faciens mirabilia, tu es Deus ſolus.* Pſalm. 81. num. 10. Cum ergo miracula ſint à ſolo Deo, tantum poſſunt fieri ab eo in comprobationem veritatis, & nullo modo falſitatis; proindéque quodlibet miraculum certiſſimum eſt teſtimonium veritatis, indéque maximè verificatur infallibilis veritas Immaculatæ Conceptionis tot, ac tantis miraculis à Deo teſtificata, ac demonſtrata. D. Anſelmus *in epiſtola ad Epiſcopos* D. Anſelm.
Angliæ, tria ſcribit miracula, & ex eo illa refert Noſter Bachonitanus *in* 4. *diſt.* 2. *quæſt.* 4. Bachon.
artic. 1. & Primum eſt Abbas Helſinus cum cæteris navigantibus liberatis à tempeſtate maris, de quo proximè egi in hac quæſtione. Secundum eſt quod cum quidam Sacerdos rediret ab adulterio præſolutis horis Canonicis B. Virginis, à dæmonibus ſubmerſus eſt in fluvio *Secane*. Poſt tertium diem veniens Sacratiſſima Virgo eum reſuſcitatum adduxit incolumem ad ripam. At ille ad pedes ejus proſtratus dixit: *Quid pro tot beneficiis retribuam? Reſpondit Dei Mater Conceptionis meæ feſtum octavo die Decembris celebres, & prædices celebrandum.* Ecce magnum, & inſigne Tria magna miracula.
miraculum. *Tertium miraculum.* Cum quidam Diaconus Germanus Regis Hungariæ, de conſilio parentum vellet nubere, & cum recitaſſet Officium B. Mariæ Virginis, ac dixiſſet illam Antiphonam: *Pulchra es, & decora filia Jeruſalem, ſubito apparet ſancta Dei Genitrix dicens; ſi ego pulchra ſum, cur me dimittis, & aliam accipis? At ille, quid vis Domina, ut faciam. Ait illa ſi Conceptionis meæ feſtum octavo die Decembris annuatim celebres, & celebrandum prædices, in regno unigeniti mei eris locatus.* Ille poſtea factus Monachus, & Patriarcha Aquilegiæ, feſtum Conceptionis celebravit, ac celebrandum prædicavit, ac præcepit.

Quartò. Concionator quidam *in Urbe Theloza Galliæ* prædicavit contra Immaculatam 158.
Conceptionem Virginis, & finito ſermone acceſſit ad Altare S. Michaëlis, in quo erat imago marmorea Deiparæ Miſſam celebraturus, & cum ad ſacram Imaginem oculos elevaſſet. Tunc ipſa divina Imago marmorea caput ad latus flexit, & ſic uſque in hodiernum diem permanet, eum aſpicere dedignata, & ille amiſit viſum, & promitteos contrarium ſemper dicere, & prædicare, viſum iterum recuperavit. Et Ioannes Americus in concione habita ad Concilium Tridentinum affirmavit aliquos prædicatores ob ſimilem cauſam graves morbos, ac labores fuiſ-

ſe paſſos, hæc omnia ſcribunt Carthagena *tom. 2. lib. 1. homilia 19.* Pelbartus *in Stellario, lib. 3. part. 2. art. 3.* & *Propugnaculum Concept.* & alij.

Pelbartus.

159. Quintò. Ingrediens ſubtilis Scotus Academiam Pariſienſem propugnaturus Immaculatam Conceptionem, humiliter venerans imaginem lapideam, quæ pro foribus Academiæ eſt affixa, ſic eſt allocutus *dignare me laudare te virgo ſacrata.* Ipſa ſacra imago ſuaviter inclinavit caput, hoc facto oſtendens ſibi maximè eſſe gratam illam defenſionem. Refert Lezana *in Apologia de Concept. c. 15.*

Lezana.

160. Sexto ex quadam relatione typis data Hiſpali refert Ægydius Luſitan. *de Concept. lib. 3. quaſt. 6. art. unico §. 2. num. 6.* Quod in eadem civitate Hiſpalenſi anno 1617. Cum pueri per publicas plateas decantarent Immaculatam Conceptionem Virg. Mariæ; Mulier quædam habebat filium ad ubera vix quatuordecim menſium, qui nec unum verbum poterat proferre; tunc Mater dixit, fili mi decanta etiam laudes B. Virginis Mariæ de Conceptione, quod infans præſtitit eandem Cantilenam diſtinctè, & alta voce proferens, quo miraculo omnes cives excitati in magnas laudes Virginis prorupęrunt. Multa alia miracula referuntur.

Ægid. Luſit.

Quæstio XX.

Immaculata Virginis Mariæ Conceptio etiam rationibus firmatur.

161. Cantic. 4.

Cantic. 4. num. 12. dicitur, *Hortus conclusus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.* Et ſubditur num. 15. *Puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.* Per hunc hortum concluſum, fontem ſignatum intelligit Rupertus ſacratiſſimam Virg. Mariam, ipſa eſt *hortus concluſus* omnium virtutū floribus ornatus *fons* à quo in nos manavit ſalus æterna, nempe Chriſtus, *Puteus aquarum*, in quo reconduntur theſauri divinæ ſcripturæ. Tamen in rem noſtram, quomodo dicitur *hortus concluſus, fons ſignatus,* ſigillo nempe ſanctiſſimæ Trinitatis, ut ſupra dixi ex Patribus, *Puteus aquarum viventium.* Puteus altus eſt, quomodo de his guſtandum, ac bibendum. *Aquæ fluunt impetu de Libano*, id eſt de Chriſto D. *qui eſt candor lucis æternæ.* Libanus enim id eſt *candor.* Verum eſt, quod Maria eſt hortus concluſus, fons ſignatus, puteus altus, ut exponunt D. Gregor. Papa, Thedoritus, Richardus de ſancto victore, intellectui nempe humano; Nullus intellectus, nullus diſcurſus, ac ratiocinatio ſua naturali vi poteſt aliquid guſtare, vel bibere, de ſublimitate, ac altitudine Mariæ, *Hortus concluſus, fons ſignatus, puteus altus eſt.* Sed de illis potandum, ac guſtandum divinis aquis, quæ fluunt impetu de libano; cœleſtis nempe illuminationis, ac illuſtrationis à Chriſto Domino, cujus lucce poteſt aliquid participare de hoc horto, fonte, puteo Mariano. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſalvatoris.* Iſai. 12. num. 3. Richardus de ſancto victore inquit, *De Libano fluunt aquæ iſtæ, id eſt de Chriſto, qui ſuavitate donorum nos inebriavit.* Ut alienati à terreno ad hortum, fontem, ac puteum Marianum poſſimus adire & aliquid de eo haurire.

Rupertus.

D. Gregor. Theodor. Richard.

Iſai. 12. Richard.

162. In præſenti quæſtione multi Theologi aliquas efformant rationes, quæ omnes ad hoc tendunt, quia eligebatur ipſa, ut eſſet Dei Mater, in illaque Divinum verbum realiter habitaret, de illaque carnem ſumeret, ut ita caro virginis eſſet caro Chriſti; & inde conſequenter juxta veram rationem ad divinam providentiam, ſcientiam, ac potentiam ſpectabat, ut ipſa puriſſima abſque ulla macula crearetur. D. Chryſoſtom. *homil. 2. in Matth.* ait: *Hæc eſt totius diſpenſationis ſumma, & radix bonorum omnium, Deum hominem factum eſſe: hoc enim facto, alia ſecundum rationem ſequebantur:*

D. Chryſ.

163. Dicitur Proverb. 17. *Gloria filiorum parentes eorum*, ex quo bene infertur, ſi is, qui futurus eſt filius, poſſet non ſolum ſibi parentes eligere, ſed etiam eos, magno honore, ac decore nobilitare; optima ratione bene deducitur, quod hoc promptiſſime præſtaret, omni gloria; & honore ſuos parentes condecorando; Atqui Deus ab æterno Mariam Virginem ſibi in Matrem elegit. Cur negandum, quod Deus decrevisſet dare Matri ſuæ, quod alij filij deſiderant parentibus ſuis exhibere. Ait D. Auguſtin. lib. 3. de libero arbitrio cap. 5. *Quidquid tibi vera ratione melius occurrerit; ſcias feciſſe Deum.* Cum ergo verbum Divinum B. Virginem ſibi elegiſſet in Matrem, ac de illa carnem ſumere, conſequens eſt vera ratione ut eam condecret omni gratia, privilegio, ac excellentia, quæ matrem Dei decebant, ac proinde omni puritate, ac ſanctitate ornaret, ut latius ſupra dixi *quæſt. 5. 6. & 7. ac 8. & 9.*

Proverb. 17.

Ex vera ratione colligitur id quod Deus fecit.

D. Auguſt.

Ex ratione educitur puritas Virginis.

Quæstio XXI.

Quare à Deo permiſſum eſt, ut aliqui viri pii, de hoc arcano Immaculatæ Conceptionis dubitarent? eorumque argumenta proponuntur, ac ſolvuntur.

164. In ſupracitata revelatione hujus opuſculi in limine ait Sacratiſſima virgo Deipara famulæ ſuæ Brigittæ. *Quod Conceptio mea non omnibus nota fuit: ſi placuit Deo, quod amici mei pie dubitarent de conceptione mea, & quilibet oſtenderet Zelum ſuum.* Supremo, & alto Dei conſilio factum eſt, ut multi viri pij, & devoti, ac præſtantiſſimi, qui magno devotionis affectu erga virginem ſanctiſſimam tenebantur, de hoc arcano Conceptionis dubitarent, ut argumenta, ac objectiones contra ponerent, ut inde veritas, ſublimitas, ac celſitudo illius clareſceret, ac manifeſta fieret magis.

S. Brigit.

165. Sacri Apoſtoli multis editis miraculis magno fervore Chriſti fidem prædicabant; eos magna multitudo populi ſequebatur, tunc Principes ſacerdotum, ac ſeniores, contra eos faciunt concilium, ne deinceps prædicarent. Act. 4.

Cõtradictiones ſæpe ſunt in auxilium veritatis.
D. Chryſ.
Matth. 18.
Matth. 11.
D. Paſchaſ.

Act. 4 num. 16. *Conferebant ad invicem: dicentes, quia faciemus de hominibus iſtis.* Faciunt multas conferentias, conſultationes, multas proponunt rationes ad Apoſtolorum prædicationem eradicandam; quid inde factum eſt; Accipe Chryſoſtom. homil. 7. de laudibus Pauli. *Quæ putabantur impedimenta prædicationis fortia erant auxilia.* Profunde præpondera verba. Exorta eſt inter Apoſtolos controverſia; *Quiſnam major eſſet in Regno Cælorum.* Matth. 18. num. 1. Numquid hæc quæſtio de ambitione prodit? Minime: Nam ſacri Apoſtoli Chriſti doctrinam, ejuſque veſtigia ad unguem ſequebantur, qui dicebat de ſe: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Matth. 11. n. 29. unde hæc diſputatio nata eſt. D. Paſchaſ. lib. 9. in Math. ait: *Hoc factum in ſuffragium humilitatis, ut de humilitate melius informarentur.* Formata ſunt argumenta, propoſitæ ſunt quæſtiones, interpoſitæ diſputationes, non ut impedimenta veritatis, puræ & Immaculatæ Conceptionis Deiparæ, ſed *ut fortia auxilia illius, ejuſque ſuffragium*: ut melius, & exactius in ſublimitate tanti myſterij informaremur, illiuſque major cognitio, ac intelligentia haurienda eſſet à nobis.

166.
2. Corinth 4.
D. Hilar.
Conceptio Mariæ dum impugnatur, magis reſplendet.

Ait Apoſtolus Paulus. 2. Corint. 4. num. 6. admirans Dei ſapientiam, ait: *Deus, qui facis de tenebris lucem ſplendeſcere* Ad quæ verba præclare ait D. Hilar. lib. 7. de Trinit. *Proprium hoc Eccleſiæ eſt, ut tunc vincat, cum læditur, tunc intelligat, cum arguitur.* Hoc dico de Mariana pura Conceptione, quanto magis impugnatur tanto magis triumphat. *Tunc vincit, cum læditur.* Et cum argumenta contra illam formantur, ac objectiones machinantur, tunc magis ejus immaculata puritas, ac immaculata ſanctitas reſplendet, magiſque intelligitur, ac agnoſcitur. *Tunc intelligit, cum arguitur.* Ait de ſe ſanctiſſima Virgo juxta communem ſenſum ſanctorum Patrum. *Sicut Cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi.* Eccleſ. 24. num. 20. ſicut artifex, dum verſat, agitat, ac componit balſamum, majorem ſui dat odorem, ſic immaculata Virg. Mariæ Conceptio dum verſatur, ac agitatur argumentis, & objectionibus impugnatur, ſuæ puritatis dat majorem fragrantiam, ac odorem.

Eccleſ. 24.

Argumenta.

167.
S. Ludovic. Beltran.
V. Iuſtin.

Et Primo opponunt Contrarij quod graviſſimi Auctores Antiqui tenuerunt ſententiam contra Immaculatam Conceptionem; ad quod reſpondeo celebri dicto Sanctiſſimi Ludovici Beltrani ex Illuſtriſſima familia Prædicatorum, qui modo à ſanctiſſ. Domino Clemente X. relatus eſt in numerũ ſanctorũ, qui dicebat, quod ſi ſancti, & Theologi antiqui, qui docuerunt B. Virginem in peccato originali fuiſſe conceptam, hodie viverent, abſque dubio nobiſcum ſentirent; quia viderent hãc immunitatem ab Eccleſia Romana populis, ac fidelibus celebrandam proponi. Hanc fuiſſe hujus ſancti ſententiam teſtatur Vincentius Iuſtinianus ejuſdem Ordinis graviſſimus Auctor; & prædicti ſancti familiariſſimus, ut conſtat *ex Tractatu de Immaculata Concept. §. 1. & 15.*

168.
Rom. 5.
1. Corint. 15.
2. Corint. 5.

Secundo opponunt, & eſt totum eorum robur. Ait Paulus Roman. 5. num. 12. *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſit, in quo omnes peccaverunt.* & 1. Corinth. 15. n. 22. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes vivificabuntur*, & 2. Corinth. 5. num. 14. *Si Chriſtus mortuus eſt pro omnibus, ergo omnes mortui ſunt.* Ex quibus inferunt, quod ſi Virgo Beata non fuit mortua in Adamo, ac proinde nec à Chriſto vivificata, & redempta.

169.
Pſal. 13.
D. Hieron.
Philipp. 2.
D. Thom.
Ierem. 6.

Reſpondeo communem conſuetudinem ſacræ Scripturæ eſſe, propoſitiones univerſales non eſſe ita exacte intelligendas, ut omnes includant nemine excepto, ſed eſſe explicandas ſecundum majorem partem, ut jam probavi 6. tom. in Evangelia ad cap. 1. Luc. q. 12. num. 12. 13. 14. & inſuper probatur ex Pſal. 13. n. 1. *Non eſt intelligens, aut requirens Deum, omnes declinarunt, ſimul inutiles facti ſunt; non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.* Quæ verba expendens D. Hieronymus epiſtol. 146. ad Damaſcum ait. *Secundum illum Canonem, quem ſæpe expoſuimus ſcripturarum.* Omnia *non ad totum referenda eſſe, ſed ad partem maximam; ut omnes declinaverunt; & omnes, qui venerunt ante me fures ſunt, & omnes quæ ſua ſunt, quærunt.* Similiter illam vocem omnes communiter ſãcti Patres explicant; ſic & Apoſtolus ait Philipp. 2. num. 21. *Omnes quærunt, quæ ſua ſunt, & non ea, quæ ſunt Ieſu Chriſti.* Et tamẽ Petrus, Ioannes, Andræas ac cæteri Apoſtoli magis quærebant, quæ Jeſu Chriſti erant, quam ſua, cum pro Chriſto vitam darent. Explicat D. Thomas ibi lect 4. *Conſuetudo eſt, quod aliquando ſcriptura loquitur de nonnullis, ſicut de omnibus.* Ierem. 6. num. 13 *A minore uſque ad majorem, omnes avaritiæ ſtudent*, ergo ſub illa propoſitione univerſali non eſt intelligenda ſacratiſſima virgo.

170.
Ierem. 31.
Maria non comprehenditur communibus legibus.
Gen. 3.
Gen. 3.
Pſal. 115.
Ioan. 1.
Exod. 33.
1 Corint. 15.
Pſal. 21.

Reſpondeo ſecundo. De ſacratiſſima Deipara ait Hieremias 13. num. 22. *Novum fecit Dominus ſuper terram, fæmina circundabit virum.* Nam ſacratiſſima Deipara extitit quid novum, valde mirabile, & ſingolare ſupra omnes communes leges. Aliæ mulieres concipiunt ex ſemine. *Mulier ſi ſuſcepto ſemine.* Ipſa vero ope Spiritus ſancti ſervata virginitate: *Ecce Virgo concipiet.* Aliæ mulieres ſub illa ſententia comprehenduntur; *In dolore paries filios.* Gen. 3. Deipara ſuaviter, & abſque ullo dolore. Aliis dictum eſt, *Pulvis es, & in pulverem reverteris.* Gen. 3. De aliis dictũ eſt, *Omnis homo mendax.* Pſal. 115 In ore ejus nec leve mendacium eſt inventũ. De aliis dictum eſt. *Deum omne vidit unquam*, juxta illud Exod. 33. n. 20. *Non videbit me homo, & vivet*: & tamen juxta ſatis communem ſententiam, ipſa Deum vidit in hac vita, ut alibi late dixi. D. aliis ait Paulus 1. Corinth. 15. n. 51. *Ecce myſterium vobis dico omnes reſurgemus*: & tamen ab illa regula univerſali excipienda eſt ſacratiſſima virgo, ad vocem ultimæ tubæ non reſurget; nam tertia die poſt feliciſſimum ejus tranſitum, glorioſe reſurrexit, & aſſumpta eſt in Cælum De aliis in perſona Chriſti conqueritur Regius vates Pſ. 21. *Omnes amici mei dereliquerunt me, ſpreverunt*

Digitized by Google

rant me. Sub qua querela non venit ſacratiſſima Deipara, nam ipſa firma ſtetit juxta crucem filij ſui. Joan. 19. ergo ſicut ſub aliis communibus legibus non includitur ipſa ob ſuam celſitudinem, ac eminentiam, etiam à fortiori nec ſub lege peccati originalis. Perbelle D. Anſelmus alibi à me datus, ſic ait. *Paulus dixit, omnes in Adam peccaſſe. Vera atque ſententia. Sed cam eminentiam in te Maria conſidero, ſicut te non intra, ſed ſuper omnes contueor, ita & te non lege aliorum in tua Conceptione fuiſſe devinctam omnino.*

Joan. 19. — D. Anſelm.

171. Ad id verò, quod ſi non contraxit peccatum originale, non eſt dicenda redempta à Chriſto; facile ſolvitur argumentum, quod licet ſanctiſſima Virgo non habuiſſet peccatum originale actualiter, habuit tamen debitum illius, à quo ex meritis Chriſti fuit liberata, & præſervata. proindeque ab eo perfectiſſime redempta. Ait David Pſ. 143. num. 10. *Qui redemiſti David ſervum tuum de gladio Maligni* explicat Chaldæus *de gladio Goliath*; & tamen David nunquam ab eo fuit vulneratus, ſed tantum gratia divina præſervatus, & tamen dicitur redemptus. Ait idem Propheta Pſal. 30. num. 6. *In manus tuas commendo ſpiritum meum, redemiſti me Deus veritatis.* Quæ verba de Chriſto Domino interpretantur D. Auguſt. D. Chryſoſto. Noſter Incognitus tanquam ac ſi ipſe ad Patrem commendet animam, & corpus. Animam, cum ait *In manus tuas commendo ſpiritum meum*, ut ipſe dixit pendens in cruce Luc. 23. n. 46. *Redemiſti me Deus veritatis*, nempe corpus meum à corruptione, ſicut ait *Deus veritatis* promiſerat; *non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Pſal. 15. num. 10. Et tamen corpus Chriſti nunquam fuit corruptione læſum, ſed à Deo Patre præſervatum, & tamen dicitur *redemptum*: ergo quamvis Beatiſſima virgo non habuerit actualiter peccatum originale, ſatis eſt quod ab illius debito, & contractione divina gratia fuerit præſervata, ut dicatur redempta. Confirmatur tota ſuperior doctrina, Quia illuſtrior, & ſublimior eſt modus liberandi à malo imminenti, quam ſalvandi poſt ipſum malum contractum; Quippe ſalubrior eſt medicus; excellentior Imperator; dexterior gubernator; fœcundior alitor ſi à morbi, belli, naufragij, famis Matrem damnia præſervet, quam ſi eiſdem immiſſam poſtea liberet; ergo tam glorioſa, ac ſingularis redemptio decens erat Deiparæ ob ſuam eminentiam; ac etiam Chriſto Domino ob ſuam celſitudinem, ut omnibus modis eſſet redemptor, & liberans à malo contracto, & ab illo ac ejus macula imminenti præſervans, autequam contraheretur.

Sufficit præſervatio ad veram redemptionem. — Pſalm 143. — Chaldæus. — Pſalm. 30 — D. Auguſt. — D. Chryſ. — Incognit. — Luc. 23. — Pſal. 15.

172. Tertiò opponunt aliquas Patrum auctoritates, in quibus dicuntur omnes polluti in Adamo, omnes peccatum habere ab Adamo; uno ſingulariter excepto Chriſto D. Omnes tamen iſtæ, & ſimiles auctoritates accommodatiſſime explicantur, quod omnes homines ex vi ſuæ Conceptionis fuerint ſub peccato, quia omnes ſub debito illius fuerunt, etiã Sacratiſſima virgo: & omnes peccatum actualiter contraxerunt, una excepta Virgine, quia ex ſpeciali privilegio à regula communi, de actuali contractione fuit excepta. Sic in figura Virg. Mariæ dixit Aſſuetus Eſther. 15. *Non morieris, non enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt.* Eſther. 15.

Quæstio XXII.

Veritas Immaculatæ Conceptionis abundantiſſimè habet pro ſe omnia requiſita, ut à ſede Apoſtolica ſiniatur, & inde eſt proxime diffinibilis.

Certiſſimum eſt apud Catholicos, quod Romanus Pontifex abſque Concilio, & conſultatione Theologorum, habet plenariam poteſtatem definiendi res fidei. Ita communiter omnes Theologi, quos in magno, & amplo numero citat, & ſequitur Diana p. 11. *tract.* 2. *Reſol.* 2. & Ordinatus *tract.* 5. *Reſol.* 2. nam aſſiſtentia Spiritus ſancti ſolum eſt in Romano Pontifice, & non in Concilio, nec in Theologis, imo Concilium abſque approbatione Summi Pontificis non habet auctoritatem ad definiendas res fidei, tamen ut Pontifex prudentialiter ac circumſpectè agat, aliquam inquiſitionem, & diligentiam debet facere, ut notant Bellarm *lib.* 4 *de Romano Pontifice cap.* 17. Suar. *de fide diſp.* 5 *ſect.* 8. *n.* 11. Dian. *citat. Reſol.* 3 §. *Ad.* 2. quia Deus non vult, ut homines temere judicent, ac gubernent, quanta autem ſit hæc prudentia. nullo jure divino determinatur, ſed judicio Pontificis relinquitur. Quantum in præſenti hæc inquiſitio ad quatuor capita reduci, poſſe videtur: Primò ad Teſtimonia ſacræ Scripturæ. Secundò ad traditionem Eccleſiæ. Tertiò ad auctoritatem Patrũ. Quartò ad conſenſum Theologorum An hæc omnia requirantur ad fidei definitionem, vel quodlibet ex eis ſufficiat modo non diſputo: ſed hoc dico, quod hæc quatuor abundantiſſime interveniunt, in hoc negotio Immaculatæ Conceptionis Virg. Mariæ, & hæc omnia ſatis patent ex dictis in hoc Tractatu, ſed ea breviter, & ſummatim repeto. 173.

Diana. — Bellarm. — Suar. — Diana.

Teſtimonia ex Sacra Scriptura.

Juxta communem ſenſum ſanctorum Patrum, ac Eccleſiæ de ſanctiſſima Virgine dicuntur illa verba Cant c. 4. num 7. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te* Notandum illud verbum, *Tota.* Quæ eſt propoſitio univerſalis, & dicit omnimodam pulchritudinem gratiæ, abſque ulla fœditate. Doctiſſimus, ac antiquiſſimus Idiota de Beata Maria *cap.* 2. ſic ait: *Tota pulchra virgo glorioſiſſima, non ex parte, ſed in tota: & macula peccati, ſive mortalis, ſive venialis, ſive originalis, non eſt in te, nec unquam fuit, nec erit.* 174.

Cantic 4. — Idiota.

Secundo. Chriſtus Dominus loquens cum Beata Virgine, juxta D Bernard. homil 4. *Super Miſſus eſt*, Rupertum & alios multos Patres; ait de illa Cantic. 5. num 2. *Amica mea, columba mea, immaculata mea.* Immaculatum juxta D. Thomam. 2. 2 quæſt. 106. *intelligitur per receſſum à contrario*: ergo cum virgo 175.

D. Bernard. — Cantic. 5. — D. Thomas

virgo dicitur Immaculata intelligitur per re-
ceſſum à contrario, nec aliqua illius viciſſitu-
dinis umbra, quæ maculam innuat dicit.
Ansbert. Ansbertus Abbas *Cantic.* 4. ait. *Pulchra es
amica mea, & macula non eſt in te, nec viciſſi-
tudinis obumbratio.*

176. Pſal. 77. Tertiò Ait Regius vates Pſalm. 77. *n.* 69.
agens de ſumma Dei providentia ait. *Ædifi-
cavit ſicut unicornium ſanctificium ſuum, quem
Arabic. fundavit in ſaecula.* Arabicus legit, *Sanctuariū
ſuum.* Sed cur hoc ſuum ſanctuarium non
comparat fabricatum tanquam cum Leone,
Aquila, ſed cum unicornio: hoc animal à ſe
excludit omne venenum, & illud in ſe non
admittit, ſanctuarium autem hoc, de quo agit
propheta, eſt ſacratiſſima Virgo Maria, quæ
omne peccati venenum à ſe excluſit, & nul-
D. Bonaven. lum admiſit, D. Bonavent. *in ſpecule cap.* 23.
ſic ait: *Mariannum ſanctuarium ſibi conſtru-
xit Deus, ut unicornium.*

177. Gen. 3. Quartò: Veniat huic celebris locus Gen. 3.
num. 15. Poſt primorum Parentum peccatum
dixit Deus ad ſerpentem. *Inimicitias ponam
inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen
illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidia-
beris calcaneo eius.* In quo multa veniunt ex-
pendenda. De muliere, de qua in præſenti agi-
tur, intelligunt ſancti Patres B. Virginem D.
D. Auguſt. Auguſt. *lib* 12 *de Geneſi ad literam*, D. Ambr.
D. Ambr. *lib. de fuga ſaeculi, c* 7. Chryſoſt. *hom.* 17. *in
D. Chryſ. Geneſ.* & alii, & ut bene advertit D. Cyprian.
D. Cyprian. ait: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, non
dixit, pono, ne ad Evam pertinere videretur;*
ſed aliam mulierem, nempe Virginem Ma-
riam, ut latè explicat ſanctus Pater, & non
dixit in ſingulari inimicitiam, ſed in plurali
inimicitias, quia talis mulier, omne genus
inimicitiæ ſcilicet in originali, mortali, ve-
niali peccato debebat ſumere contra diabo-
D. Chryſipp. lum; unde D. Chryſippus *ſerm.* 2. *de laudibus
Maria* ſic dæmonem conquerentem, ac di-
centem introduxit *Quantum tempus ſufficere
poſſit ad perſequendum verbis, quibus modis
triumphavit de me*, ait Deus. *Ipſa conteret ca-
put tuum.* Per caput intelligitur peccatum ori-
ginale, quod eſt caput, & fons omnium ma-
lorum, & ſerpens per caput ingreditur, *Ipſa
conteret caput tuum.*

178. Maximè adverte, quod vox Hebræa *roſch*
æquè ſignificat caput, ac etiam *toxicum* quod
Virgo peccatum originale à ſe longè removit. omnium lethalium ſuccorum caput eſt; &
verbum *ſuph* pro quo noſter interpres poſuit
conteret: ſignificat etiam *impetu exſufflare*,
quia ſacratiſſima Virgo omne venenum pri-
mordiale, à ſe longiſſimè exſufflavit, ac re-
D. Bernard. movit, D. Bernard. *homil.* 4 ſuper Salve Regi-
na ſic exponit alloquens cum Virgine, ſic
ait: *Innocens fuiſti ab originalibus, & actua-
libus, nemo ita præter te.* Quod magis exprimi-
tur, cum ait: *Tu inſidiaberis calcaneo ejus*; per
Pſal. 48. quod intelligitur peccatum originale: *Iniqui-
tas calcanei mei circundabit me*; Pſal. 48. n. 6.
potuit inſidiari, non vero mordere, nec at-
tingere.

179. Multa alia ſunt loca ſacræ Scripturæ pro
hac veritate confirmanda, quæ ſupra adduxi
q. 5. 6. 7. 8. 9. & multa alia variis in locis à
me citatis in exordio hujus opuſculi, quæ ſi
omnia computentur, faciunt magnum nu-
merum.

*Traditio Eccleſiaſtica à tempore
Apoſtolorum.*

Non loquimur hic de Traditionibus ſtrictè 180.
ſumptis, nempe Apoſtolicis, de quibus late
Bellarm *lib.* 4. *de verbo non ſcripto cap.* 2. Hæ Bellarmin.
conſtituunt rem de fide, ut docent Triden-
tin. *ſeſſ.* 6. & prius Nicenum primum, & ſe-
cundum *Actio.* 6. *& ultima*; ſed latiori modo
prout Traditiones conſtituunt rem credibi-
lem pia fide, & rationabili credulitate, ut do-
cent D. Thomas 3. *part. q.* 27. *art.* 2. & *in* 3. D. Thom.
diſt. 3. *q.* 2. *art.* 3. *ad.* 3. Ibi D. Bonavent. Ri- D. Bonav.
chardus, & alii, & in hoc ſenſu de Traditio- Richard.
ne loquimur.

Quod à tempore Apoſtolorum manaverit 181.
hæc traditio de pura, & immaculata Conce-
ptione, patet ex libris ſanctorum Cecili, & S. Cecil.
Teſiphon, qui fuerunt reperti in monte ſan- S. Theſip.
cto Granatæ, qui libri fuerunt à graviſſimis
viris examinati, & approbat, in quibus refer-
tur, quod Apoſtoli dixerunt quomodo Sacra-
tiſſima Deipara fuerit Divina gratia præſerva-
ta à peccato originali, & quod idem dixiſſent
ſacri Apoſtoli in funeralibus B. Virginis, re-
velatum fuit Beato Amadeo, quod totum con-
ſtat ex dictis ſupra *q.* 10. *n.* 60. 61. 62. Quod
etiam conſtat ex aliis dictis ac Liturgiis Apo-
ſtolorum, ut dixi eadem *q.* 10. *num.* 64. 65. 66.

Probatur hæc traditio ex antiquiſſima cele- 182.
britate feſtivitatis Conceptionis Virg. Nam
de hoc myſterio conceptionis faciunt men-
tionem in ſuis Liturgiis Jacobus Apoſtolus D. Iacobus.
Minor, & D. Marcus, & feſtum Conceptionis D. Marcus.
celebrari in tota Hiſpania à tempore prædica-
tionis Jacobi Apoſtoli teſtatur Flavius Dexter Flavius.
Amiciſſimus D. Hieron. qui floruit an. 405.
Oroſius, qui vixit annum 400. facit mentio- Oroſius.
nem de feſto Conceptionis. De mandato
Concilii IV. Toletani an. 643. Reformavit
D. Iſidorus Breviarium Hiſpaniæ. In quo eſt D. Iſidor.
feſtum Conceptionis; quod etiam habetur
in Martyrologio. Beda anno 730. & D. Anſel- Beda.
mus anno 1060 feſtum celebrat in Anglia; D. Anſelm.
& à tempore antiquiſſimo in noſtro Con- Bachonius.
ventu Romano agebatur Dies feſtus Con-
ceptionis. ut teſtatur Noſter Bachonius, qui
floruit an. 130. Hæc omnia dixi ſupra, *q.* 11.
ibi videnda, & hic repetii ut videas quàm per
longa tempora ſolemnitas Conceptionis eſt
celebrata, ac continuata

Probatur hæc Traditio ex modo loquendi, 183.
quem habent Concilia Antiquiſſima ab an-
no 303. qui dicunt Deiparam *ſemper Immacu-
latam ab exordio ſua creationis.* Et iterum li-
beram ab omni contagione peccati, de quo
ſuprà dixi *q.* 12. Stabilitur hæc traditio au-
ctoritate Summorum Pontificum præcipien-
tium celebrare feſtum Conceptionis, in quo
fuit Anteſignanus Sixtus IV. pro tota Eccle-
ſia quod etiam fecerunt multi alii Pontifices,
& concedentes indulgentias pro majori feſti
celebritate, & valde ſtrictè in hac re Conce-
ptionis loquentes, ut Paulus V. Grego-
rius XV. Alexander VII. ut late dixi *q.* 13.
& 14.

Auctoritas Patrum.

Quæ in negotio de fide definiendi, magni 185.
eſt

Concilium Viennenſe.

eſt ponderis, ac roboris; ita ut dicat *Concilium Viennenſe ſub* Clemente V. quod quando aliqua controverſia agitata de fide ab Eccleſia definienda venit, illa pars definietur, quæ in ſe probabilior fuerit;& dictis ſanctorum Patrum magis conſona,quia Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei omnes.

185. Atqui ſancti Patres tam Græci, quam Latini, quos in magno numero retuli *ſupra quæſt.* 15. & 16. expreſſe, & claris verbis dicunt Virginem Mariam non contraxiſſe peccatum originale, fuiſſe præſervatam divina gratia. Maculas Adæ non contraxiſſe, & ſimilia; & Patres,qui in contrarium adducuntur, vel loquuntur de debito peccati Originalis, vel quantum eſt de ipſa natura ſecundum ſe abſque privilegio; ut ſupra dixi.

186. Accedunt ad hoc multæ revelationes, de quibus egi *quæſt.* 19. & maximè revelationes B. Brigittæ, quæ approbata ſunt à Sede Apoſtolica,& Revelationes ſanctæ Angelæ, ſanctæ Thereſiæ,& aliis, quæ Revelationes non ſunt contemnendæ, ſed ut fide dignæ venerandæ,ut docet D.Cyprian.*lib. de lapſis c.*10. & ex D. Amadæo, ac multis aliis docent Caniſius *lib.*1. *de Deipara c.*8. *pag.*84.*litera A.* Latiſſime Morales lib. de Deipara, & S. Joſeph.*tract.*8.*pag.*722.& tales revelationes habet pro ſe, quæ requiruntur ad magnam credulitatem, factæ ſunt perſonis magnæ virtutis, & ſanctitatis, inſerviunt ad ædificationem, & nihil habent contrarium ſacræ Scripturæ, ac his, quæ docet Eccleſia; inde maximè probandæ.

Revelationes ut fide digna veneranda.
D. Cyprian
Caniſius.
Morales.

Conſenſus Theologorum.

287. Qui eſt in ampliſſimo numero, ut pro ea referantur ſex millia centum quinquaginta. Triginta Academiæ totius orbis principales, Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi,Cathedrales Eccleſiæ, Imperatores, Reges, Principes, Senatus Regnorum, ac civitatum, omneſque Populi, puram,& Immaculatam Virginis Conceptionem acclamantes, ut dicatur vox populi vox Dei, ut retuli ſuprà *quæſt.*18. ad quod omnes maximè excitantur devotione B Virginis. ac etiam.

Theologi Academiæ.

188. Multis, & magnis miraculis, quæ Dei potentia operatur, interveniente ſanctiſſima Virg.ſub invocatione ſuæ Immaculatæ Conceptionis; Miracula autem cum ſint à ſolo Deo ſolum fiunt in confirmationem, ac ſtabilimentum alicujus veritatis,ſic D.Chryſoſt. *in Matth. homil.*14. Miraculum *eſt quoddam pignus Divinæ Omnipotentiæ*, quod Deus præſtat ad oſtendendam ſuam Omnipotentiam, & D.Auguſt.*epiſt.*49. *quæſt* 6.ait: *Deus mirabilibus operibus loquitur.* Sunt enim tanquam Epiſtolæ miſſæ alicujus veritatis; ergo cum tanta miracula ſint facta à Deo ſub nomine Conceptionis Virginis Mariæ, per illa maximè nobis Deus teſtificatur, ejus veritatem.

Per miracula teſtificatur Deus veritatem.
D. Chryſ.
D. Auguſt.

Conceptio Beatæ Virginis Mariæ videtur quodammodo canonizata ab Eccleſia.

Hanc veritatem docet Suar. *tom.*2 *ad* 3. *p. diſp.* 3. *ſect.*5. Idem ſignificat *ſect.*6. *in principio.* Eandē veritatem tuentur.Fr. Franciſcus à S.Ioſeph in ſupplici libello ad Paulum V. Ægid Luſitan de Concept. *lib* 3. *q.*6. *art.*1. § 9 *n.*72.73.*fol.*307. Joannes à Fonte in allegat. pro Conceptione *fol.*14.Quia canonizatio abſolutè ſumpta non eſt aliud, quam publicum Eccleſiæ Romanæ judicium, ac teſtimonium, quo declaratur, ac decernitur ſanctum, & veneratione dignum, ſive perſona, ſive aliquod myſteriū Atqui Breviarium Romanum à tempore Pii V. qui ſicut alii multi Pontifices Romani Gregorius XIII. Clemens VIII.Paulus V.Urbanus VIII. approbarunt Breviarium Romanum, & in feſto Conceptionis die 8. Decembris, in reſponſorio 8.lectionis, dicitur, tuam celebramus ſanctam conceptionem, ecce publicum judiciū, & teſtimonium à Romano Pontifice, quo Virginis Conceptio declaratur, teſtificatur, publicatur ſancta; ergo jam videtur canonizata. quia ad canonizationem alicujus ſancti nihil aliud requiritur, niſi tantum declaratio, ac teſtificatio Romani Pontificis. 189.

Suar.
Fr. Franciſc. à S.Ioſeph.
Ægid. Luſit.
Ioan à Fonte.
Quid ſit canonizatio
Pius V.
Greg.XIII.
Clem VIII.
Paulus V.
Urban.VIII.

Secundò Eccleſia Romana inſtituendo aliquod feſtum, illud Canonizat & toti Eccleſiæ proponit tanquàm vere colendam ratione alicujus ſanctitatis, quam canonizat, & veneratur in tali myſterio, vel perſona. Atqui Eccleſia celebrat, & præcipit celebrari officium Conceptionis,& cum octava ſub nomine Conceptionis eſt ſub nullo alio, ut declaravit Gregor.XV.ergo ſub ipſo nomine Conceptionis agnoſcit aliquam ſanctitatem, quam canonizat, celebrat,ac veneratur; ergo videtur quodammodo jam canonizata. 190.

Gregor. XV.

Tertiò. Sancto Canonizato ut dixi *Opuſcul.*2. *Reſol.*22. *q.*5. Conceditur à ſede Apoſtolica, ut in ejus honorem erigantur capellæ,& ædificentur, ac conſecrentur Eccleſiæ, & ut publicè invocetur, & ut qualibet die poſſit de eo miſſa celebrari. Atqui hoc totum datur fieri in honorem Conceptionis, imò etiam ei Religiones conſecrari,nam Iulius II. an. 1511. die 7.Septembr. inſtituit Religionem Monialium ſub titulò Conceptionis, & c.4.Regulæ,ait:Pontifex *ſe illam, Religionem inſtituere, ut Divinum ſervitium ſemper creſcat & glorioſæ Virginis piis cordibus puriſſimæ Conceptionis devotio augeatur.* Faciat ipſa ut hic ingens devotionis affectus in nobis quotidie accumuletur, ut ipſa de plenitudine ſuæ gratiæ nobis miſeris, & mihi omnium miſerrimo tantillum diſtillate dignetur: & ſic impoſitus eſt finis in feſtivo die Sacratiſſimæ imaginis Chriſti captivi, & vigilia Sanctiſ. Virginis de Monte Carmelo die 15. Iulii. 1674. 191.

Iulius II.

Laus Omnipotenti Deo, Beatæque Virgini Mariæ, ſanctiſque Doctricibus, ac meis Patronis Thereſia, & Magdalenæ de Pazzi.

[illegible library stamp]

INDEX.

INDEX RERVM QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

O, indicat Opuſculum. R, Reſolutionem. Q, Quæſtionem. N, Numerum. P, Paginam.

A

Abbas.

ABBAS unde dicatur,& ſignificat eximium amorem in ſubditos. O.2. R.1. q.5. n.1. & 2. p.121
Abbates in multiplici ſunt differentia. ibid.q.2.n.4.5.ibid.
An benedictio ſit neceſſaria Abbatibus, & à quo danda. q.3.n.6.7.8.p.122
Abbates aliquando veniunt ſub nomine Monachi,Religioſi,& Ordinarii. q 4.n.12.13. 14. ibid.
Abbates Regulares uti poſſunt inſigniis Pontificalibus,& quid ſignificent hæc inſignia. q.5.n.15.16.p.123
Quænam ſint hæc inſignia. num.17. 18.19. ibid.
In quibus locis Abbates uti poſſunt talibus inſigniis. q.6.n.20.21.p.124
Abbates habentes juriſdictionem Epiſcopalem, poſſunt omnia in ſuo territorio, quæ poſſunt Epiſcopi. quæſt.7. n.22. uſque 25. ibid.
Abbates Regulares poſſunt dare primam tonſuram,& minores ordines, ſuis ſubditis,& cum eis diſpenſare in interſtitiis. quæſt.8. n.27.28.29.p.124.
Hæc etiam poſſunt facere Abbates cum ſuis Noviriis. q.9.n.31.32 p.125
Probabilius, quod Abbates non valent conferre minores ordines ſibi non ſubditis. q.10.n.33.34.35. ibid.
An ſi non ſubditus accipiat minores ordines ab Abbates, tales ordines, non ſolùm ſint illiciti, ſed etiam invalidi. q.11. n.39. 40. p.126
Abbates non poſſunt hodie conferre majores ordines Diaconatus,& Subdiaconatus. q.12.n.42.43. ibid.
Abbates non poſſunt hodie miniſtrare Sacramentum Confirmationis, niſi ex delegatione Papæ. q.13.n.44.p.127
Deficientibus Epiſcopis ad Clericorum degradationem, poſſunt aſſumi Abbates, qui habent uſum mitræ,& baculi. q 14.n.44 ibid.
An Abbates vocandi ſint ad Concilium Generale, vel Provinciale, & in eo habeant vocem deciſivam. q.15.n.46.ibid.

Abbatiſſa.

Abbatiſſa unde dicta, & in odioſis non venit nomine Monialis maximè verò in favorabilibus. O.2.R.2.q.1.n.1.2.p.127
De ætate annorum, & etiam profeſſione Abbatiſſæ eligendæ juxta Tridentinum. q.2. n.3.4.5.p.128
An anni requiſiti à Concilio ad electionem Abbatiſſæ debeant eſſe completi. q.3.n.8.9. ibid.
An tales conditiones ætatem ſint ſubſtantiales. q.4.n.10.11.12.p.129
Tres caſus valdè notabiles, qui contigerunt circa hanc ætatem requiſitam à Concilio. q.5.n.13.14.15.16. ibid.
An Monialis non habens quadraginta annos poſſit eligi in Vicariam. quæſt.6.n.17. ibid.
Electa Abbatiſſa ante confirmationem non habet auctoritatem ad gubernandum. q.7. n.18.19.20.p.130
Monialis illegitima ut eligatur, non eſt neceſſaria diſpenſatio,& dato quod ſit neceſſaria à Prælato poteſt dari in religione. q 8 n.22.23.24. ibid.
Monialis bigama bene poteſt eligi in Abbatiſſam ſine diſpenſatione. q.9. ibid.
Monialis ex maculoſo genere poteſt eligi in Abbatiſſam ſine diſpenſatione. q.10. n.28. p.131
Fœmina infamis non poteſt eligi in Abbatiſſam. q.15.ibid.
Monialis, quæ fuit vidua in ſæculo poteſt eligi in Abbatiſſam, abſque diſpenſatione. q.12.n.30. 31. ibid.
Abbatiſſa finito ſuo triennio poteſt continuari ut Vicaria: non poteſt verò eligi in Abbatiſſam, niſi tranſacto ſexennio. q.13. n.33.34. p.132
Prælati, & ſcrutatores in electione Monialium non habetur ſuffragium. q.14. n.37. 38.39. ibid.

Prælati, qui in electione Monialium, ſeminant, vel fovent diſcordiam incidunt in excommunicationem ipſo facto. num. 4. p.133
Qualiter ſe debeant habere Prælati,cum Moniales nolunt concordare in electione.q.15. n.41.42. ibid.
Quibus ſpectat dare ſuffragium in electione Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ. q.16.num.44.45. ibid.
An Monialis poſſit ſibimet dare ſuffragium. q.17.n.46.p.134
Quo in loco debeat fieri electio Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ. q.19.n.49.50. ibid.
Qualiter vota in tali electione debeant eſſe ſecreta. q.20.n.51.52.53.p.134.135
Quid faciendum, quando una ſchedula eſt vitiata. q.21.n.54.ibid.
Ad canonicam electionem requiritur major pars. q. 22.n. 55. 56. ibid.
Abbatiſſa perpetua, & non triennalis benedicenda. q.23.n.57.58.ibid.
Abbatiſſæ à quo ſint benedicendæ, quo die ac tempore. q.24.n.59.60.61.62.p.136
Abbatiſſa non poteſt publicè benedicere Moniales. q.25.n.65.66. ibid.
An Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa poſſit præcipere aliquid Monialibus ſub peccato mortali. q.26.n.67.68.69.p.137
An ſtante voto obedientiæ poſſit Abbatiſſa aliquid præcipere in virtute ſanctæ obedientiæ. q.27.n.71.73.75. ibid.
An poſſit præcipere ſub excommunicatione. q.28.n.76.77.78.p.138
An Abbatiſſa poſſit diſpenſare cum ſuis Monialibus circa regulam, ac leges Eccleſiaſticas. q.29.n.81.82.ibid.
An Abbatiſſa vota ſuarum Monialium valeat irritare. q.40.n.83.84.85.p.139
An Abbatiſſa vota ſuarum Monialium valeat commutare, ac diſpenſare. quæſt.31.n.87. 88.89. ibid.
Abbatiſſa tenetur in conſcientia cogere Moniales ad obſervantias Religionis.quæſt.32. n.90.91. p.140
Abbatiſſa, nec ſibi, nec ſuis Monialibus poteſt eligere confeſſorem. q.33. num.92.93. ibid.
Abbatiſſa ſine licentia Superioris poteſt recipere novitias, non tamen eas ad profeſſionem admittere. q.34.n.94.95.ibid.
Abbatiſſa habet liberam adminiſtrationem Conventus, tamen ſine licentia Superioris non poteſt facere contractus. q.35. n.96. 97. 98. ibid.
Abbatiſſa poteſt dare licentiam ſuis Monialibus ad accipiendum, & largiendum de bonis ad earum uſum. q.36.num.99.100. p.141
In quibus caſibus Abbatiſſa poſſit dare licentiam extraneis ad ingrediendum clauſuram, vel ab illa exeundum. q.37. n. 102. 103.104.105. ibid.
An, & qualiter poſſit Abbatiſſa dare beneficia Eccleſiaſtica Clericis, vel Capellanos inſtituere. quæſt.38. n.106.107. 108. p.142
An Abbatiſſa valeat impedire Moniali, uti licentia data à ſuo Superiori. q.39.n.109. ibid.

Abdias.
Unus eſt ex duodecim Prophetis minoribus, teſte D.Epiphanio,diſcipulus magni Eliæ, ſuum vaticinium uno capite comprehendit. O.1.R.3.q.23.n.413.q.63

Abortus, ſeu *Aborſus.*
Quid ſit aborſus, & quam grande crimen. O.2.R.3.q.1.n.1.2.p.142
Proponitur rigoroſa Conſtitutio Sixti V.contra procurantes aborſum.O.2.R.3.quæſt.2. num.3.4.5. p.143
Proponitur moderatio Gregorii XIV. ad prædictam Conſtitutionem. q.3.num.6.7. ibid.
Quando proles animatur anima rationali q.4. n.8.9.10. ibid.
An procurans aborſum ante fœtum animatum,incidat in cenſuras, & an aliquando hoc ſit licitum. quæſt.5. num.11. 12. 13. p.144
Probabile, quod ad evitandum periculum vitæ, & infamiæ eſt licitum procurare aborſum fœtus animati. q.6. n.15. 16.17. ibid.
An procurantes, conſulentes, intendentes aborſum fœtus animati, ſint excommunicati,irregulares. quæſt.7.num.20.21.22. p.145
An applicans fœminæ remedia ad ſterilitatem incurrat in cenſuras. q.8. n.25. 26.27. 28. ibid.
Valdè probabile, quod procurans aborſum, dubitans, an fœtus ſit animatus, non ſit irregularis. quæſt.9.num.30.31.32,33. p.146
An aliquando licitum ſit conſulere aborſum, quid dicendum de eo qui revocat conſilium datum. quæſt. 10. num.34. 35. 36. ibid.
An procurantes aborſum effectu non ſecuto, vel qui de eo dubitant ſint excommunicati. quæſt. 11. nom. 39. 40. 41. 42. pag.147
An qui approbant aborſum jam factum incidant in pœnas Sixti V. q.12. n.45. 46.47. ibid.
Excuſantur à pœnis procurantes aborſum ex ignorantia, metu, vel ex caſuali eventu. q.13.n.40.50.51.p.148
Circa mulierem infirmam prægnantem, multi caſus reſolvuntur.q.14.num.52.uſque 57. p.148.149
Habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem & Confeſſarius Regularis, vel etiam alius Confeſſarius virtute Jubilæi poteſt abſolvere ab hac excommunicatione. quæſt.15. n.58.59.60.61. ibid. & q.16.n.63.64.65. p.150
Prælati Regulares, & Epiſcopi poſſunt diſpenſare in irregularitate ex aborſu. q.17. n.66.67.68.69.p.150
Prælati Regulares poſſunt habilitare ſuos ſubditos ad officia, qui fuerunt complices in aborſu. quæſt. 18. num. 73. 74. p.151

Abſolutio.
Abſolutio ſacramentalis ſemper proferenda eſt verbis. O.2. R.4. quæſt. 1. num.1. p.151
In caſu extremæ neceſſitatis Sacerdos motus

non

Google

non poteſt validè abſolvere. q. 2. n. 2.3.4. ibid.

De forma abſolutionis à peccatis,q. 3.n.6.7.8. 9.p.152.

Validè utile eſt in forma ponere illa verba, *quidquid bene feceris*.quæſt.4.oom.12.13. 14.15.ibid.

Utrum poſſit eſſe valida abſolutio ſob conditione de præſenti,præterito,vel futuro.q.5. n.16.17.18.19.p.153.

Qui in forma abſolutionis, ac aliorum Sacramentorum mutat verba,licet retineat legitimum ſenſum peccat mortaliter.q.6.n.21. ibid.

Eodem verbo abſolvo poteſt Confeſſarius abſolvere pœnitentem à peccatis,ac cenſuris. q.7.n.22.p.154.

An abſolutio ſemper danda ſit in ipſa confeſſione. q.8.n.23.24.ibid.

An ſi quis confiteatur cum ſimplici Sacerdote de venialibus, ac mortalibus bona fide valida ſit abſolutio. q 9. num. 25.26. ibid.

An Sacerdos validè, & licitè abſolvat ab omnibus venialibus, ac mortalibus jam confeſſis. q.10.n.27.28.29.155.

An poſſit abſolvi, qui eſt in occaſione peccati, retinens concubinam in domo.quæſt.11. n.30.31.32.ibid.

An in aliqua circuoſtantia poſſit abſolvi concubinarius, noo ejecta concubina è domo. q.12.n.33.uſque 38.ibid.

An poſſit abſolvi pœnitens, qui ſæpè relabitur in eadem peccata,v.g.perjurium,mollitiem, à qua occaſione vix poteſt expelli. q.13.n.39.40.41.p.156.

An poſſint abſolvi adoleſcentes,qui cum fœminis verſantur,laborando,vel converſando ex qua occaſione peccant mortaliter. q.14.n.42.43.44.ibid.

An valeat Confeſſarius differre abſolutionem pœnitenti ob occaſionem proximam.q.15. n.45.46.p.157.

Confeſſarius validè poteſt abſolvere complicem ſui peccati, cum quo peccavit. q 16. n.49.50.ibid.

Circa hanc rem vide multa verbo *Bulla Cœna,Bulla Cruciata ,Confeſſarius.*

Academia.

In triginta Academiis jurant Doctores defendere Immaculatam Conceptionem. O. 4 q.18.n.142.p.533.

Accuſator, ſeu *Accuſare*.

Quid ſit accuſatio,& quomodo diſtingoatur à denuotiatione,ac querela. O.2. R.5.q.1. n.1.2.3.4.p.158.

Quæ conditiones requirantur ad veram accuſationem. O.2. R.5.quæſt.2.num.6.7.8.9. p.158.159.

An procedere via accuſationis conveniens ſit inter Religioſos. q.3.num.11.12.13.14. ibid.

Quilibet Religioſus poteſt alterum accuſare. q.4.n.14.15.16.17.p.159.160.

In accuſatione maximè conſiderandum delictum factum,vel faciendum.q.5.n.20.21. 22.p.160.

Religioſus poteſt ſuum Prælatum accuſare,& Prælatus ſuum ſubditum, & an utrique ſint dandæ expeoſæ. q.6.o.22. uſque 27. ibid.

Religioſi non poſſunt eſſe auctores, ſeu accuſatores in judicio forenſi ſine licentia ſui Prælati. quæſt.7.num. 28.29.30. p.161.

Proponuntur aliqui caſus,in quibus Religioſi ſine licentia ſui Prælati poſſunt agere in judicio externo.quæſt.8.oum.32.33.34 ibid.

Qualiter,& quomodo agere apud judices ſæculares ſit prohibitum Monachis in cauſa criminali. quæſt.10. num. 40. 41.42.43. p.162.

Religioſus accuſans coram ſæculari in cauſa criminali cum proteſtatione noo ſit irregularis. q.11. nu.46.47.48.p.168.

Aſſignantur aliqui caſus,in quibus Eccleſiaſtici, abſque proteſtatione, & irregolaritate valent accuſare coram judice ſæculari etiam in cauſa mortis. q.12. n. 50.51.52. 53 164.

An religioſus ex oblivione omittens proteſtationem in cauſa criminis incurrat in irregularitatem. q.13.n.55.ibid.

An Regulares incurrant irregularitatem accuſando in cauſa criminis coram judice ſæculari, cum aliud datur medium ad evitandum damoum. quæſt. 14.n. 56. 57.ibid.

An ſi totus Conventus conſtituat Procuratorem ad accuſandum,ſecuta morte ſint omnes irregulares. q.15.n.58.p.165.

An totus Conventus poſſit accuſari, ac puniri criminaliter. quæſt.16. num. 59.60 p.165.

Religioſi non poſſunt accuſari à laicis, vel à Religioſis alterius Religionis.q.17. nu.61. 62. ibid.

An Prælatus poſſit aliquando non acceptare accuſationem, & acceptatam abſolvere,& etiam impedire accuſatorem. q.18.n.63.64. p.165.166.

An accuſator poſſit deſiſtere ab accuſatione incepta. q.19.n.65.p.166.

Nullus tenetur ad accoſationem, vel denuntiationem faciendam, ſi certo ſcit Prælatum, nullum remedium eſſe adhibiturum. q.20.n.66.ibid.

Explicantur tria vitia, quæ contingere poſſunt in accuſatione.quæſt.21.0.67.68.69. ibid.

Acta Apoſtolorum.

De nomine, quo hic liber dicendus eſt. O. 5. R.5.q.8.n.646.p.99.

Variis nominibus hic liber dicitur à Sanctis Patribus. n.647.p.100

In hoc libro agitur de prædicatione Apoſtolorum juxta præceptum Chriſti Domini. n.648.ibid.

Auctor hujus libri D. Lucas & ſcripſit Græco ſermone. n.649.ibid.

Evangelium, & hunc librum ſcripſit Divus Lucas Theophilo viro illuſtriſſimo, vel Epiſcopo,Antiocheno,ut alii volunt.n.650 ibid.

Index Rerum.

D. Lucas ſcripſit hunc librum anno Chriſti ſexageſimo completo biennio carceris Divi Pauli, in quo liber terminatur. n. 651. ibid.

Hic liber eſt de fide Canonicus. num. 652. ibid.

Hic liber agit de geſtis Apoſtolorum per viginti octo capita. n.653.ibid.

Utilitas hujus libri magna eſt, ita ut D. Chryſoſt. eum conferat cum Evangelio. n.654. 655.656.657.p.101

Adamus.

Adamus formatur ex terra virginea, & immaculata, ergo à fortiori Sanctiſſima Virgo. O.4. q.10.n.64.p.523

Advocatus.

Religioſi interveniente licentia Prælati poſſunt eſſe Advocati, ac Procuratores pro ſæcularibus in judicio forenſi. O.2. R 6. q 1.n.1.p.166

An officium Procuratoris ſuſceptum in Religione ſine licentia Prælati ſit irritum. q.2. n.5.6.7.p.167

An Religioſus ſine licentia ſui Prælati poſſit inſtituere, aut ſubſtituere Procuratorem. q.3.n.9.10.11. ibid.

An poſt litem conteſtatam ſi Procurator alicujus impediatur Religionem, poſſit adhuc cauſam proſequi. q.4.n.12.p.168

Prælatus Regularis, tenetur Religioſo reo dare Advocatum, an hic poſſet eſſe ſæcularis. q.5.n 13.14.15. ibid.

Aggæus.

Unus ex duodecim Prophetis minoribus. O.1. R.3.q.23.n.413.p.63.

Alexander VII.

Summus Pontifex altiſſimè, & apertè nobis declarat myſterium Immaculatæ Conceptionis. O.4.q.14.n.92 93.p.527

Eximio effectu multipliciter nobis explicat puritatem Conceptionis. ibid.

Cum Pontifex tam clarè loquatur jam non eſt dubitandum. n.91.ibid.

Albertus Magnus.

Clarè docet puritatem Conceptionis Deiparæ, & nunquam aliquid amiſit contrarium. O.4.q.16.n.119.p.530

Alienatio, ſeu *Alienare.*

Propriè quid ſit alienatio. O.2. R.q.1. n.1. 2. p.168

De multiplici prohibitione quæ datur de rebus Eccleſiæ non alienandis, & de Extravaganti *ambitioſæ*. O.2, R,1.q.2. à num.3. uſque 9. p.169

Proponitur decretum Urbani VIII. prohibentis alienationem rerum Eccleſiaſticarum. q.3.n.10.11.12.p.170

Explicantur quinque caſus excepti à jure in quibus licitæ ſunt rerum alienationes. q.4. n.12.13.14. ibid.

Hodie adhuc in his caſibus conſulenda eſt Sacra Congregatio. q.5.n.18.19.p.171

Quæ ſolemnitates requirantur ex jure ad alienandam rem Eccleſiaſticam. q.6. à num.20. uſque 29. p.171.172

Proponuntur aliqui caſus, in quibus licita eſt alienatio vel pignoratio rerum Monaſterii abſque ſolemnitate juris, vel licentia Sedis Apoſtolicæ. q.7. à n.30. uſque 39.172 p.173

Quænam ſunt bona, quæ prohibentur alienari ab Eccleſiaſticis. q.8. n.40.41.42.43. p.173

Pecunia ſervata in arca Monaſterii, quam naturam habeat, ut valeat expendi. quæſt. 9. n.45.46.47.50.p.174

Quomodo, & pro quo tempore poſſint Regulares res locales conducere. q.10. num. 51. uſque 58. p.175

Ad majorem hujus rei cognitionem explicatur, quid ſit locatio, emphyteuſis, & feudum. q.11.n.62.63 64. 65.p.176

An Regulares poſſint bona immobilia, ſuorum Conventuum, infeudare, ſeu emphyteuticare. q.12.n.67. uſque 72.p.176.177

An Regulares poſſint tranſigere, aut compromittere ſuper bona Monaſterii? quæſt.13. n.73.74.75. p.177

Utrum ſtante prohibitione Apoſtolica poſſint Regulares fidejubere pro aliis, aut etiam cum aliis contractum aſſecurationis inire. q.14.n.76.77.78. ibid.

An Regulares bona mobilia pretioſa Monaſterii poſſint oppignerare. q.15. à num.80. uſque 84. p.178

An Regulares poſſint ſuper bona ſua conſtituere contractus ad uſus vitalitios, vel precarios. q.16.n.85.86.87. ibid.

An Regulares bona unius Monaſterii ad aliud Monaſterium valeant transferre, eique illa donare, vel cum alio Monaſterio permutare. q.17.n.90.91.92.93.94.p.179

An Regulares ſuper pecuniam poſſint inire contractum ſocietatis, vel montis pietatis, vel recipere ad Canonicum. q.18.num.96. uſque 101. p.180

Qualiter ſe debeant habere in extinguendo, vel redimẽdo cenſum. q.19.n.103.104.p.181

An Regulares ſine licentia S. Congregationis poſſint alienare bona ſibi relicta cum tali conditione, ut non poſſint ea alienare. q.21. n.108.109.110. ibid.

Utrum Regulares valeant alienare bona immobilia, quæ tempore facta ſunt inutilia. q.22.n.113. uſque 117.p.181

An Regulares ſine debita ſolemnitate gregem pecudum, armentum boum vendere, & arbores cædere in ſuis prædiis valeant. q.23. n.118.119.121. p.182

An Religioſi poſſint alienare reliquia Sanctorum, ac oblationes ex devotione fidelium. q.24.n.122. uſque 128.p.183

An Regulares poſſint alienare capellas ſuæ propriæ Eccleſiæ. q.25.n.129.130.131.p.184

An Regulares poſſint repudiare hæreditatem Monaſterio relictam, non obſtante prohibitione Apoſtolica. q.26.n.132.133. 134. ibid.

In quas pœnas incidant Regulares alienantes bona Eccleſiaſtica. q.27. n.135.136.137. p.185

An bona Confraternitatis, Collegii Congregationis, & Hoſpitalis alienari poſſint. q 28.n.143.144.145.p.186

Altare.

Quid, & quotuplex ſit altare. O.2.R.8. q.1. n.1.2.3.p.186

An conſecratio altaris in omni caſu pertineat ad Epiſcopum, & qualiter ſe debeant habere Regulares cum eis. O.2.R.8.quæſt.2. n.6.7.8.p.187

Verum

Index Rerum.

Utrum Abbates, & alii Religioſi habeant ex privilegio altaria conſecrare. q.3.n.10.11.12. p.178.

Sub peccato mortali celebrandum eſt in altari conſecrato, & ſaltem portatile debet eſſe integrum. q.4.n.15.16.17.ibid.

An in altari neceſſario ponendæ ſint reliquiæ. q.5.n.17.18.p.188.

Cadavera non ſunt ponenda ſub altari, & cum Epiſcopus celebrat, alius eo die in eo non celebret. q.6.n.24.25.26.p.189.

In quibus locis valeant erigi altaria. quæſt.7.à n.18.uſque 32.p.190.

An Religioſi nunc poſt Concilium Tridentinum poſſint ex urgenti neceſſitate celebrare privatis in domibus. q.8.à num. 33. p.191.& ſeqq.

Quot modis altare conſecratum ſuam amittat conſecrationem. q.13.n.60 61.62.63. p.195.

Altare privilegiatum.

Quod ſit altare privilegiatum, & quam utiliſſima ſit ejus indulgentia animabus, pluſquam alia, & etiam Bulla defunctorum. q.8.n 40.41.42.43.p.192.

An Sacerdos ad lucrandam indulgentiam debeat eſſe in gratia. quæſt.9. num. 44.45. p.192.193.

Altare privilegiatum conceſſum uni Eccleſiæ Regularium per communicationem, non poteſt altera Religio illo uti. q.10.n.48.49. 50.p.193.

An Miſſa celebranda in altari privilegiato pro anima Purgatorii dicenda ſit de requiem. q.11.n.51.52.53.54.p.194.

An altaria privilegiata ſint revocata per Paulum V. vel per annum Iubilæi, ac Bullam Cruciatam. q.12.n.56.57.ibid.

D. Ambroſius.

Expreſſe docet, quod tale fuit corpus Virginis quale corpus Adæ ante peccatum. O.4.q.16 n.115.p.530.

Amos Propheta.

Unus ex duodecim Prophetis minoribus. O.1. R.q.23.n.413.p.62.

Andreas Apoſtolus.

Clara voce teſtificat Conceptionem Virginis de quo teſtimonio multa magna faciunt Auctores. O.4.q.10.n.64.p.523.

Angeli.

Materiam miniſtrarunt in formatione corporis Virginis. O.4.q.2.n.7.8.p.508.

Angeli evolarunt ad cuſtodiendam Virginem ab omni peccato. O.4.q.3.n.16.p.510.

Anna Mater Deiparæ Virginis.

Anna & Ioachimus conveniunt ad Deiparæ Conceptionem, non ex carnali concupiſcentia, ſed ex Dei mandato. O.4.q.2.n.7.8. p.508.

Ab Anna & Ioachimo tanquam ab oratione, & contemplatione progignitur Virgo Maria. n.9.ibid.

Anna & Ioachimus dant mundo gratum munus ad offerendum Deo pro tantis beneficiis acceptis. n.10.p.509.

Anna & Ioachimus à Chriſto nomen habent. n.11.ibid.

Annus.

Quid ſignificatur per annum denotatũ in genitivo, vel in ablativo cum præpoſitione, *in*, *Sylveira Opuſcula*, vel in accuſativo cum præpoſitione *ad*, vel *per*. O.2.R.9.q.1.n.1.2.3.4.p.196.

Quomodo intelligendus annus, quando lex oritur præpoſitione, ante, vel poſt. q.2.n.5.6 ibid.

Quomodo annus in materia odioſa, vel favorabili explicandus. q.3.n.7.8.9.p.197.

Quomodo computandus ſit annus biſſextus juxta Kalendarium Gregorii XII. n.9. 10. 11.ibid.

An Annus poſſit dici completus, quando deſint pauci dies. q.5.n.12.13.ibid.

Quodnam tempus dicatur modicum longum, antiquum, immemorabile. q.6.n.14.15.16. p.198.

D. Anſelmus.

Multis in locis docet puram, & immaculatam Conceptionem. O.4.q 16.n.114.p.530.

Apocalypſis.

De fide eſt Apocalypſim Ioannis Apoſtoli eſſe librum Canonicum. O.1.R.5.q.20.n.771. p.118.

Dicitur liber Apocalypſis, id eſt, viſionis retento nomine Græco. n.772.ibid.

Maieſtas Apocalypſis conſideranda ex quatuor perſonis, quæ in eo introducuntur. n.773.ibid.

Magna illius dignitas, quia de rebus futuris agit. n.774.ibid.

Utilitas Apocalypſis omnibus præſentibus, & futuris. n.775.776 777.ibid.

Liber Apocalypſeos valdè ordinate procedit. n.778 779.780.p.129.

Ponitur in ultimo loco Novi Teſtamenti, non quia ultimo loco ſcriptus ſit. n. 782.ibid.

Ponitur ultimo loco, quia de ultimis temporibus agit. n.783.ibid.

Apoſtata.

De Etymologia nominis Apoſtatæ. O.2.R.10. q.1.n.1.p.198.

Triplex, vel quadruplex eſt Apoſtaſia. num.2. ibid.

Quid requiratur ut Religioſus dicatur Apoſtata, vel fugitivus. quæſt.2.num.7.8.9.10. p.199.

Quæ mora requiratur poſt exitum à Conventu, & habitu dimiſſo ad excommunicationem, ac ad Apoſtaſiam incurrendam. q. 3. n.12.13.14.p.200.

An ſit Apoſtata, qui ſciens ſuam profeſſionem eſſe validam, eam reclamat, ut à Conventu exeat. n.15.ibid.

An ſit Apoſtata Religioſus tranſiens abſque debita ſuperioris licentia ad aliam Religionem ſtrictiorem. quæſt. 5.num.16.17.18 ibid.

An Epiſcopus regularis renuntians Epiſcopatum, vel ſi ab eo deponitur, ſi non redeat ad Monaſterium, ſit Apoſtata. q.6.n.22.23. 24.p.201.

Utrum Religioſus fugiens è carcere, in quo detinebatur ex mandato ſuperioris, ſit Apoſtata, vel fugitivus. q.7.à num.25.uſque 29 p.202.

Utrũ Religioſus damnatus ad triremes poſſit ab eis fugere. q.8.n.30. 31.ibid.

Utrum Religioſus, valdè vexatus à ſuo Prælato, abſque illius licentia, & ſine peccato poſſit ad ſuperiorem confugere. q. 9.n.32. 33.p.203

Index Rerum.

Quales pœnas incurrat fugitivus, ſive cum habitu, ſive ſine illo fugiens. q.10.n.36.37.38 ibid.

Explicantur caſus, in quibus ſecundum jus fugitivi excommunicantur. q.11.n.38.uſque ad 41.p.204.

An excommunicati, qui per annum perſiſtunt in excommunicatione, habendi ſint ſicut Apoſtatæ. q.12.n.42.43.44.ibid.

An Apoſtatæ ſint irregulares. q.13.n.47.48.49. p.205.

Explicantur aliæ pœnæ in quibus incidunt Apoſtatæ. q.14.n.50.51.52.53.ibid.

An Religioſus Apoſtata gaudeat privilegio canonis, fori, & immunitatis Eccleſiaſticæ. q.15.n.56.57.58.p.206.

An Religioſus Apoſtata gaudeat privilegiis ac indulgentiis ſuæ Religionis. quæſt. 16. n.60.61.p.20.

Bona Apoſtatarum ad quem pertineant. q.17. à n.62.uſque ad 66.ibid.

Quis valeat Apoſtatas, & fugitivos à cenſuris abſolvere, & cum eis in irregularitate diſpenſare. q.18.n.67.68.69.70 ibid.

Utrum Religioſus Apoſtata, vel fugitivus poſtquam bonam opinionem recuperaverit, poſſit eligi ad prælaturam ordinis. q. 19. n.71.72.p.108.

An Prælati Regulares teneantur perquirere Religioſos Apoſtatas, & fugitivos, eoſque ad Religionem reducere. q.20.0.73.74.76. ibid.

An Religioſi Apoſtatæ, & fugitivi debeant puniri ab Inquiſitoribus. q.21.num.78.79. p.209.

Recipientes, auxiliantes, favorem, aut conſilium dantes Apoſtatis, & fugitivis, ipſo facto incidunt in excommunicationem Papæ reſervatam. q.22.n.80 81.82.ibid.

Appellatio.

Quid ſit appellatio, & quotuplex. O.2.R.11. q.1.n.1 2.3.p.210.

Explicantur quinque, quæ ſunt neceſſaria ad appellationem. quæſt.2.à n.7.uſque 56. p.211.

In omni appellatione petendi ſunt Apoſtoli. q.3.n.17.18.19.p.312.

An appellatio licita ſit regularibus. q.4.à nu. 20 uſque 27.p.212 213.

Ad quæ tribunalia, ac judices liceat Regularibus appellare, ac recurrere. q.5.à num.28. uſque 34.p.213 214.

De tuitivis, ac appellationibus ad Iudices Coronæ, ut vulgo dicitur, an liceant. quæſt.6. n.35.36.37.38.p.215.

An ſubditus gravatus teneatur appellare ad ſuperiorem, & an ſuperior teneatur acceptare. q.7.n.39.40.ibid.

Quoſnam effectus producat appellatio. q.8. n.41.42.43.44.p.214.215.

An appellatio ſuſpendat ſententiá excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti. q.9. n.45.46 47.p.216.

Explicatur appellatio frivola. q. 10.n. 49 50. 51.p.217.

Apoſtoli.

Sacratiſſimi Apoſtoli in ſupremo ſanctitatis vertice Sanctiſſima Maria Virgine excepta. O.3.R.4. quæſt.5. num. 33.34. p.478.

Apoſtoli Chriſti virtutes imitabantur. n. 35. ibid.

Apoſtuli in ſumma paupertate, obedientia & caſtitate vivebant. n.36. 37.ibid.

Apoſtoli fecerunt votum paupertatis obedientiæ, ac caſtitatis. n 38 p.479.

Ex eorum factis, adiunctis locis Scripturæ colliguntur hæc eorum vota. n. 39. ibid.

Apoſtoli ob ſuam ſublimem ſanctitatem bene ſciebant, excellentius eſſe opus cum voto, quam ſine illo. n.40.41.ibid.

In quodam ſuo Concilio decreverunt Virginem Mariam Immaculatam in ſua Conceptione. O.4.q.10.n.61.p.522.

Celebrant Apoſtoli funeralia B. Virginis per tres dies, decantantes multas ejus laudes, inter quas celebrant ejus immaculatam Conceptionem. n.62.63.ibid.

Multi ex Apoſtolis, tá in ſuis Liturgiis quam voce laudes puritatis immaculatæ Conceptionis celebrant. n.65 66.p.523.

Aquila.

Fuit Apoſtata, & ut talis Bibliam ex Hebræo in Græcum tranſtulit non tamen bono animo, ſed multa perverſitate. O.1.R.4. q.3.n.471.p.71.

Argumentum.

Mariæ Virginis conceptio armata contra argumentorum tela. O.4.q.19.n.151.p.535.

Argumenta & contradictiones ſæpè ſunt in forte auxilium, ác ſubſidium veritatis. q.21. n.165.p.536.

Virginis Mariæ Conceptio quantæ magis impugnatur, tanto magis fulget, & reſplendet. num. 166.p.537.

Ponuntur & ſolvuntur argumenta, quæ ſiunt ab adverſariis contra immaculatam Conceptionem. n 167.& ſeqq.p.537.

Arma.

Quinam ſint Religioſi quibus prohibentur arma tenere, intercepta Monaſterii. O. 3. R.12.n.1.2.3 p.217.

Quid dicendum ſit de Regularibus in ſtatu Mediolanenſi. q.2.n.5.6.7.p.218.

Utrum Iudex ſæcularis, ejuſve miniſtri poſſint inventum regularem cum armis prohibitis, ab eis eum ſpoliare. q.3.n.7.uſque 11. p.219.

An urgente neceſſitate, Eccleſiaſticus etiam Regularis poſſit uti armis etiam prohibitis. q.4.0.12.13 ibid.

S. Auguſtinus.

Pulcherrimis, ac elegantiſſimis verbis nobis declarat puram, & immaculatam Deiparæ Conceptionem. O.4 q.16.n.108.p.529.

Axiomata.

In Religione non ſervantur apices juris, ſed ſolum quæ ſunt de ſubſtantia juris. O.2. R.13.quæſt.1.oum.2. 3. & R. 50. quæſt.3. p.220.

Ex quibus argumentum ſumendum, ac formandum in jure. quæſt.2.à num.5.uſque 11. ibid.

Ex quibus præſumptiones efformandæ. q. 3. à n.12.uſque 18.q.221.

Quomodo in dubio ſit reſolvendum. quæſt.4. n.19.20 21. p.221.222.

In diſpoſitione rerum, quomodo agendum ſit. q 5.n.22.23.24.25.p.222.

Bannitus.

Index Rerum.

B.

Bannitus.

QUid, & qootuplex ſit bannitus. O.3.R.14.q.1.n.1.2.p.223.

Unicuique licet banoitum, ſeu proſcriptum, occidere quibuſdam conditionibus. q. 2. n.3.uſque 8.ibid.

An liceat occidere bannitum extra territorium mandantis. q.4.n.12.13.14.p.224.

An liceat proponere præmium pro occidente bannitum. q.5.n.17.ibid.

An bannitus juſtè damnatus ad mortem occidere poſſit ſuum aggreſſorem.q.6.n.18.19.20.p.225.

An retinere bannitos,ſeu decoctores prohibitum ſit Regularibus. q.7.num.21.22.23.ibid.

De Conſtitutione Sixti V.in Regno Neapolitano. q.8.n.24.25.26.27.p.226.

Beatificatio.

Quid ſit beatificatio & ad quem ſpectet.O.2.R.15.q.1.n.1.2.3.p.226.

Quæ differentiæ ſint inter canonizationem,& beatificationem. q.2. à num. 5. uſqoe 10. p.227.

An de fide ſit Summum Pontificem non poſſe errare circa beatificationem Sanctorum, q.3.à n.12. uſque 19.p.228.

Quanta certitodine tenendum ſit Pontificem non poſſe errare in b atificatione Sanctorum & quali cenſura aſſimans afficiendus ſit. q.4.à n.20.uſque 26. p. 229.

Quæ requirantur ad beatificationem. quæſt.5. à n.27.uſque 37.p.230.231.

Quibus datur Officium recitare & Miſſam celebrare de ſervo Dei beatificato.quæſt.6. à n.39.uſque 47.p.232.

Suppoſito quod aliquibus, conceditur licentia recitandi Officium, ac celebrandi Miſſam de aliquo beato,an poſſint licitè omnes alii uti tali conceſſione q.7. à n.48. uſque 56. p. 233.

Explicantur alii cultus, qui poſſunt deferri, viro beatificato.quæſt.8.à n.51. uſque 60. p.234.

Baruch.

Liber Baruch *cum epiſtola Ieremiæ, capite 6. de fide eſt*; quod ſit Canonicus. O.1.R.3. q.22.n.405.p.61.

Baruch fuit Vir nobilis ex nobiliſſima familia. n.408.p.62.

Baruch Auctor eſt ſui libri juxta communem ſententiam Patrum. n.409.ibid.

D.Baſilius.

Docet puram Conceptionem,ex puritate carnis quæ unienda erat unigenito filio Dei. O.4.q.15.nu.106.p.529.

Bellum.

Quid, & quotuplex ſit bellum, nominis Etymologia.& quas conditiones requirit.O.2.R.16.q.1.n.1.uſque 5.p.235.

Utrum poſſit dari bellum ex utraque parte juſtum. q.2.n.6.ibid.

Prælati Eccleſiaſtici ſupremi licitè poſſunt indicere bellum. q. 3. à num. 7. uſque 11. p. 236.

Utrum Eccleſiaſtici poſſint bellum juſtū ſuadere ad illudque conſilium dare. quæſt. 4. n.12.13.14.ibid.

Utrum Eccleſiaſtici, poſſint aſſiſtere in bello, in eóque pugnare. q.5.num. 15.uſque 19. p.237.

Utrum liceat Eccleſiaſticis pugnare in bello juſto,ſive defenſivo,ſive offenſivo.quæſt.6. n.20.21.22.ibid.

Explicantur,& proponuntur aliqui caſus, in quibus Eccleſiaſtici in bello juſto mutilantes, ac occidentes non incurrunt,irregularitatem. quæſt.7. à num. 23 uſque 27. p.238.

An Religioſi occidentes, & mutilantes in bello, injuſto putato juſto, incidant in irregularitatem? q.8.n.27.19.p.238.

Referuntur aliqoi caſos. in quibus milites in bello injuſto excuſantur ab irregularitate. q.9.num.30.32.33.p.239.

An milites pugnantes in bello injuſto, ſecuto uno homicidio fiant omnes irregulares ſicut etiam qui ſarcinas cuſtodiunt. q.10. à n.34.uſque 39.p.239.240.

An liceat Eccleſiaſticis expoliare adverſarios, & etiam ipſi Eccleſiaſtici rebus ipſis Eccleſiaſticis poſſint expoliari ab adverſariis. q.11.à 0.40 uſque 44.p.240.

An Prælati Regulares poſſint diſpenſare in hujuſmodi irregularitate orta ex bello.q.12 n.45.46.p.241.

Quid dicendum de militantibus in bello injuſto. q.13.n.47.ibid.

Beltramus.

S.Ludovicus Beltramus ex illuſtriſſima familia Prædicatorum illuſtriſſimum dat teſtimonium de Conceptione. O. 4. quæſt. 21. n.167.p.537.

Benedictio, ſeu *Benedicere.*

Quid,& quotuplex,ſit benedictio.O.2.R.17.q.1.n.1.2.3.4.p.241.

Rectè,ac ſanctè in Eccleſia fiunt benedictiones ad effectus ſupernaturales efficiendos, ac ſignificandos. q.2.n.5.6.7.p.241.

Quiſnam poteſt benedictionem impendere publicè,ac ſolemniter.q.3.à n.8.uſque 13. ibid.

Quænam res Eccleſiaſticæ ſint, quas Prælati Regulares valeant benedicere.q.4.à n. 15. uſque 20.p.243.

D.Bernardus,

Variis in locis docet Deiparam fuiſſe liberam à peccato originali.O.4.q.16.num.116 p.530.

S.Bernardinus.

In variis locis aſſeruit Deiparam fuiſſe præſervatam à peccato originali. O. 4. q. 16. n.122.p.531.

Biblia.

Cur S.Scriptura dicitur Biblia. O.1.R.1.q.1. n.2.p.12.

Bigamia.

Quid, & quotuplex ſit bigamia, & an Prælati Regulares poſſint diſpenſare in ipſa. O.2.R.17.quæſt.unica, num.1. uſque 14. p.244.

D.Bonaventura.

Etſi in libris ſententiarum videatur docuiſſe contrariam ſententiam, tamen ſenex expreſſe noſtram firmat ſententiam de Conceptione. O.4.q.16.n.125.p.531.

S. Brigitta.

Ei facta eſt revelatio de pura & immaculata Conceptione Virginis, quæ ponitur in limine opuſculi 4.

Aliæ relevationes ei factæ de puræ & immaculata Conceptione. O.4.q.1.n.1.p.507.

S. Brigitta canonizata eſt à Romano Pontifice. n.4.p.508.

Revelationes S.Brigittæ magno examine præmiſſo ſunt approbatæ per multos Romanos Pontifices. nu.6.ibid.

Bulla Cœna.

An quando in jubilæis vel privilegiis conceditur facultas abſolvendi ab omnibus caſibus Bullæ Cœnæ intelligatur hæreſis occulta. O.2.R.19 q.1.à n.1.uſque 7.p.247.

An privilegia ſublata ſint per Bullam Cœnæ. q.2. à n.8.uſque 15.p.248.

Utrum Prælati regulares virtute ſuorum privilegiorum poſſint abſolvere ſuos ſubditos ab hæreſi oculta.q.3.num.18.19.& 20. p.249.

Bulla Cruciata.

An regulares ſine ſuorum Prælatorum licentia, poſſint eligere confeſſorem, qui virtute Bullæ Cruciatæ à peccatis, ac ſenſuris reſervatis eos, valeat abſolvere. O. 2. R.20.à n.1,uſque 13.p.250.

An regulares ſaltem virtute Bullæ Cruciatæ poſſint abſolvi à mortalibus non reſervatis per confeſſores à ſuis Prælatis non deſignatos. q.2.à n.17.uſque 22.p.252.

An liceat quotidia in Eccleſia ſpecialiter interdicta per Bullam Cruciatam mortuum ſepelire. q.3.à n.23.uſque 30.p.253.

C

Caietanus.

IMpugnatur, ac rejicitur ex multis Impugnans revelationes ſanctæBrigittæ.O.4.q. 1.n.34.p.508.

Canonizatio Sanctorum.

Quid ſit Canonizatio Sanctorum, quantate illius certitudo, & ad quem ſpectet. O.2. R.21.q.2.à n.1.uſque 5.p.154.

Ad quem in præſenti ſpectet Canonizatio Sanctorum. q.2.à n.6.uſque 10 p.255.

Ex quibus deſumantur probationes ad Canonizationem. à n.11.uſque 14.p.256.

An poſſit dari canonizatio alicujus abſque miraculis,& agitur de ſanctis martyribus. à n.15.uſque 19.p.257.

Qui cultus deferendus ſanctis canonizatis.q.5 n.20.21.22.& 23. ibid.

An de ſanctis nec canonizatis, nec beatificatis ſine ſpeciali bulla faciendum ſit officium. q.6.n.24. uſque 28.p.258.

Cantica Canticorum.

Contra hæreticos ſtatuitur librum eſſe Canonicum, & de fide. O. 1.R 3.q.18.n.339. & 340.p.52.

Auctor hujus libri Salomon. n.341.p.53.

Ponitur primum argumentum cum ſua confirmatione, & ſolvitur. num.342. & 343. ibid.

Ponitur ſecundum argumentum, & ſolvitur. n.344.& 345.ibid.

Argumentum operis. n.346. ibid.

Valde ordinatè Salomon procedit in his tribus libris. n.347.ibid.

In proverbiis docet incipientes, in Eccleſiaſte proficientes, in Canticis perfectos. n. 348.ibid.

De tempore,quo ſcripſit Salomon hoc opus. n.349.p.54.

Carmelita.

Carmelitæ ſucceſſionem hæreditariam tenent ab Elia, qui eſt illorum auctor, inſtitutor, ac fundator,quod ſtatuitur teſtimonio duodecim Summorum Pontificum. O. 3.R.2. q.1.n.1.p.439.

Quod nihil majus in hac re excogitari poteſt. n.2.3. & 4.p.440.

Probatur idem aſſertum auctoritate ſacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium. n.4.ibid.

Idem confirmatur ex quadam mirabili revelatione Beatiſſimæ Virginis Mariæ. num.6. ibid.

Idem corroboratur ex apparitione facta Ioanni Pontifici. q.2 2.n.7.ibid.

Probatur, etiam ex continua & perpetua traditione, per multos ſanctos canonizatos, & auctores antiquiſſimos. n. 8.ibid.q.3.à n.23.uſque 38.p.445. & 446.

Stabilitur hæc veritas teſtimonio, ac auctoritate centum quinquaginta auctorum. O.3.R.1.q.1.n.13.14.& 15.p.442.

Fundamenda adverſatiorum evidenter refelluntur per bullas authenticas,ſex Summorum Pontificum, qui floruerunt ante annum milleſimum. q.2.n.24.25.&26.p.445

Carmelitæ in monte Carmelo, in honorem Beatiſſimæ Virginis,érexerunt oratorium. R.2.q.1.n.9.p.459.

Eadem veritas ſtabilitur, dum Elias multoties habitu Carmelitano indutus apparet. n.10.& 11.ibid.

Carmelitæ edocti doctrina, ac exemplo ſanctiſſimæ Virginis multum profecerunt. q.3.n.39.p.464.

Dei para multum patrocinatur Carmelitas apud Ioannem XXII, eumque dicit ſuum ſanctum, & devotum Carmeliticum Ordinem. ibid.

Carmelitæ verè deſcendunt ab Elia, non ſolum ſecundum aliquas abſtinentias, & vitam Eremiticam, ſed etiam ſecundum votum,ac proprium ſtatum Religioſum, prout illo tempore dari poterat. O.3.R.2.q.4. n.40.41.42.43.& 44.p.465.

Et huc laté probatur Reſolutione tertia per 19. quæſtiones.

Carmelitana Religio eſt una ex quatuor mendicantibus ex jure, prout in ipſo eſt expreſſum, & inſuper hoc declararunt Pius V. Clemens VIII. R.2.q.6.n.64.p.470.

Si Religio Carmelitana eſt tam antiqua ab Elia, cur non tenet inter cæteras primum locum. Q.6.n.65.66.67.68.p.471.

Religio Carmelitana uſque ad præſens per quinque ſtatus habuit veram perſeverantiam ſtatus Religioſi. R. 3.q.19. à n. 159. uſque 163.p.503. & 504.

Ab antiquiſſimo tempore in ſua Eccleſia Romana, coram Summo Pontifice, ac Cardinalibus celebrabant feſtum Conceptionis. O.4.q.11.n.68.p.537.

Index Rerum.

In monte Carmelo in venerationem Conceptionis Virginis Carmelitæ ædificaverunt oratorium. O.p.4.q.11.n.75.p.524. Vide *infra verbū Confirmatio, Elias, Vota.*

Carolus VI.

Rex Galliæ decrevit nullum ſibi aſſumere confeſſarium, qui opinionem de immaculata Conceptione non ſequeretur. O.p.4 q. 19.n.147.p.534.

S. Cecilius.

Martyr Diſcipulus ſancti Iacobi majoris teſtatur in ſuo libro maximè examinato, & approbato Deiparam conceptam fuiſſe ſine peccato originali. O. p.4.q.10.n.60.& 61.p.522.

Chriſtus Dominus.

Non fuit conveniens, quod Chriſtus Dominus ſcriberet aliquem librum, hoc fecit per ſuos Apoſtolos, & Evangeliſtas O.p.1. R.3.q.5.n.210.p.35.

Chriſtus aliquid ſcripſit, ut patet ex hiſtoria adulteræ. n.211.ibid.

Scripſit Epiſtolam ad Abagarum Regem, ad quem etiam, ut aliqui teſtantur miſit effigiem vultus ſui. n.212.ibid.

Quare Chriſtus ad majorem utilitatem fidelium noluit ſcribere Evangelium per ſeipſum, & ponitur ratio dubitandi. O.p.1.R. 5.q.3.n.599.p.91.

Non fuit conveniens, quod Chriſtus Dominus ſua magnalia ſcriberet. n. 600. ibid.

Majeſtas principis poſtulat, ut ſua magnalia non ſcribantur per ſeipſum, ſed per ſuos miniſtros. n.601.602.& 603.ibid.

In Canticis incipiuntur Chriſti magnalia à capite, in ſponſa à pedibus. O 4.q.5.n.27. p.512.

Summa puritas Mariæ à Chriſto incipit, & tota ad Chriſtum refertur. O.4.q.8.n.46. p.518.

Puritas immaculata Chriſti ex puritate Mariæ colligitur. n.47.ibid.

Caro Chriſti, caro Virginis, & inde ipſa à peccato originali exempta. n.48.p.519.

Cum Maria ſit Chriſti mater nulla in ea potuit eſſe macula originalis. O.4.q.8.n.47. 38.49.50.ibid.

Chriſtus non patitur eſſe in loco, in quo aliqua umbra peccati apparet. num.50.& 51. ibid.

Puritas Virginis imitatur Chriſti puritatem. O.4.q.9.n.52.53.54. & 55.p.520.

Puritas Mariæ dat odorem puritatis Chriſti. O.4.q.9.n.55.p.321.

D. Chryſoſtomus.

Virginis Mariæ puritatem multis in locis dicit intemeratam, & penitus immaculatam. O.4.q.15.n.107.p.529.

Clauſura Monialium.

An Monialis poſſit exire à monaſterio abſque morbo contagioſo, ſed tantum qui mortalis judicatur, niſi exeat ad ſalutis remedium. O. 2.R.22.q.1.à.n.1. uſque 13. p.559.

An mulier adultera fugiens maritum, vel delinquens ad evitandos miniſtros juſtitiæ violet ingrediens clauſuram. q.2. à n. 14. uſque 22.p.261.

Conceptio.

Hora in qua fuit Concepta Virgo Deipara, fuit aurea & feliciſſima. O.4.q.4.num.17. p.510.

Fuit initium, & exordium omnium feſtivitatum. n.18.ibid.

Fuit feſtivitas Angelorum, & hominum. n.19. ibid.

Divina potentia, ac gratia fuit præſervata à peccato originali, ac illius macula. O.4.q.5. n.23.24.25.& 26.& q.6.n.30.& ſeqq.p.513.

In conceptione Virginis veluti prius fuit gratia, quam natura. O. 4. q. 5. n. 26.p.512. & q.9.n.53.p.520.

Virginis magnalia à ſua Conceptione habent exordium. O.4.q 5.n.27.p.512.

Conceptio Deiparæ opus non potentiæ ordinariæ, ſed abſolutæ Dei. n.28.ibid.

Deipara in ſua Conceptione fuit cuſtodita à tota Trinitate. O. 4.q.6.n.31.32. p. 513.

Deipara libera ab omni macula carnis & ſanguinis. n.30.31.ibid.

In Conceptione Deus præmunivit Deiparam ne læderetur à diabolo. n.33.p.514.

Deipara in ſua Conceptione egreſſa eſt à ſummo cœlo. O.4.q.7.n.37.p.515.

Deipara in ſua Conceptione peccati tenebras diſſipat, ac deſtruit. O 4.q.7.n.32.p.517.

Puritas Deiparæ in ſua Conceptione à puritate filii provenit O.4.q.8.n.44.& ſeqq.ibid.

Maria concepta abſque humano pulvere. n.45.p.518.

Deiparæ concipitur ut ſit mater Chriſti, inde in illa nulla potuit eſſe umbra peccati.n.49 50.51.p.519.

Puritas Conceptionis Deiparæ imitatur Conceptionem Chriſti.q.9.n.52.54.p.520.

In Conceptione dat odorem puritatis filii ſui. n.55.p.521.

Sanctiſſimo Parenti Eliæ, revelata eſt puriſſima Conceptio Virginis. n.57.ibid.

Ad intelligendum myſterium Conceptionis requiruntur dona Spiritus ſancti. q. 14. n.91.p.527.

Declaratur myſterium Conceptionis ut obmuteſcant aliqui. n.92.ibid.

Myſterium Conceptionis comprobatur auctoritate Apoſtolorum Pontificum, & Conciliorum, Patrum, Theologorum, Academiarum, Regum ac Principum à quæſtione 10. uſque finem. p.522.

Ponuntur & ſolvuntur argumenta contra puritatem Conceptionis Virginis. q.21. per totam.

In myſterio Conceptionis abundantiſſimè extant omnia, quæ requiruntur ad fidei definitionem. quæſtione 22. per totam.

Conceptio armata contra argumentorum jacula. q.19.n.152.p.535.

Veritas Conceptionis comprobatur revelationibus ac miraculis: quæſtione 19.n 153. 154.&c.ibid.

Magnalia Conceptionis non intelliguntur vi naturali intellectus, ſed dicente gratia.q.20 n 161.p.536.

Conceptio Virg. Mariæ, quanto magis ventilatur, ac agitatur, tanto magis dat ſui ſplendorem ac nitorem. q.21.n.166.p.537.

Conceptionis veritas rectè probatur ex antiquiſſimis illius feſtivitatibus.q.11.n.68.69 70.&c.p.523.

Ex feſtivitate Conceptionis triplex efformatur

matur argumentum. num. 76. 77. & 78. p.524
Vide *infra paulatim.*

Concilia.

Concilia generalia ſuo loquendi modo rectè demonſtrant immaculatam Conceptionem Virginis. O.4.q.12.n.79.p.524

Concilia in citatis locis loquuntur tam de peccato originali, quam actuali. num.80. p.525

Concilium Baſileenſe tempore decreti Conceptionis, jam non erat legitimum, ſed acephalum. O.4.q.12.ad finem,ibid.

Confeſſarii Regularis approbatio.

Confeſſarii Regulares quamvis accipiant juriſdictionem à Papa, indigent approbatione Epiſcopi. O.2. R.23.q.1. n.1.2. & 3. p.262

An Regulares ſufficientes & idonei Epiſcopo præſentati, ſi abſque juſta cauſa non fuerint ab eo admiſſi,& approbati, licitè, & validè poſſint Confeſſiones audire. à n.4. uſque 12. p.262. & 263

An poſſit Epiſcopus approbare Regulares cum limitatione temporis, loci, perſonarum,virorum,nempe, & non mulierum vel è contra. à n.13. uſque 17.p.264

An interveniente juſta cauſa, poſſit Epiſcopus limitare approbationem Regularis, quoad tempus, & loca,& agitur quænam ſit hæc cauſa juſta. q.4. à n.19. uſque 24. p.265

Utrum Epiſcopus poſſit ſimul, privare omnes Confeſſarios unius, vel plurium Conventuum à facultate audiendi Confeſſiones. q.5.à n.25.uſque 31.p.266

An approbatio abſolutè data ab Epiſcopo poſſit licitè abſque cauſa ab eo revocari. q.6.n.32.33.34.& 35. p.267

Vtrum approbatio data Regularibus ad beneplacitum poſſit ſine cauſa, revocari ab Epiſcopo. quæſt.7. num.37.38.39.& 40. p.268

Vnde conſtare poteſt,quod Epiſcopus (quod abſit) ex odio,& malevolentia erga Regulares eorum licentias revocet, vel cum limitatione temporis, loci, ac perſonarum concedat. q.8.n.40.41.& 42.ibid.

Vtrum novus Epiſcopus, ſine rationali cauſa poſſit approbationes datas Religioſis revocare, eoſque ad examen vocare q.9. à n.42. uſque 50.p.269

An approbatus ſemel in una diœceſi habeatur ubique approbatus. q.10.à n.53.uſque 59. p.271

Vtrum poſſit Epiſcopus punire regularem, qui ab ipſo approbatus cum limitatione temporis, vel perſonarum virtute bullæ, vel jubilæi audit Confeſſiones extra limites. q.11.n.60.61.& 62.p.272

An ſimpliciter approbatus abſolutè in uno Epiſcopatu poſſit, per bullam, vel jubilæum eligi quocumque alio loco, ſicut, & idem, qui limitatè in uno loco eſt, approbatus. q.12.à n.63.uſque 68. ibid.

Vtrum approbatus cum limitatione ex defectu ætatis, quoad viros, & non fœminas vel pro uno oppido tantum ſit ab aliis eligibilis per bullam. q.13. n. 69. 70. & 71. p.273

An Confeſſarius, qui olim approbatus fuit ab ordinario, ſed modo ſine cauſa ſuſpenſus poſſit audire Confeſſiones; ſicut ille qui limitato tempore eſt approbatus, illo tranſacto valeat per Bullam Cruciatæ eligi. q.14.à n.73.uſque 77.ibid.

An regularis approbatus ab Epiſcopo, ſine approbatione ſui prælati, imò cum illius prohibitione validè audiat Confeſſiones. q.15.à n.78. uſque 84. p.274

In quibus caſibus Epiſcopus Religioſos ſimpliciter, & abſolutè approbatos, poſſit repellere, ac removere à Confeſſionibus audiendis. q.16 à n.86.uſque 92.p.275

Ponitur conſtitutio ſanctiſſimi Domini Clementis X. declarans privilegia Regularium quoad prædicationem Verbi, & Sacramenti pœnitentiæ. q.16.n.276

An capitulum, Sede vacante poſſit revocare licentias Regularium. q.17. num.94. 95. & 96. p.278

Vtrum Religioſus degens extra Conventum poſſit confiteri cum Sacerdote ſæculari, vel cum Religioſo alterius Ordinis. q.18. n.97.98.99.100.& 101. p.279

Confirmatio.

Religio Carmelitana primo poteſt teneri, ut approbata ex uſu, ac permiſſione Apoſtolorum. O.3. R.2.q.5.n.47.p.467

Antiquitus Patriarcha, & Epiſcopi confirmabant Religiones, & ab eis fuit confirmata, ac approbata Religio Carmelitana. n.51.& 52. ibid.

Religio Carmelitana fuit approbata, & Confirmata per multos Summos Pontifices ante annum milleſimum. ibid.num 53.& 54. p.468

Religio Carmelitana Confirmata eſt à Concilio Lateranenſi. n.54.ibid.

Religio Carmelitana Confirmata eſt ab Alexandro III. Honorio III. magno miraculo apparente ſanctiſſima Virgine Maria. n.55. ibid.

Religio Carmelitana Confirmatur in Concilio Lugdunenſi ſub Gregorio X. à n.56. uſque 61. p.469

De cognitione Prophetica.Vide *Propheta.*

Conſervatores.

Quid intelligatur nomine Conſervatoris, & à quo,& quibus datur. O.2. R.24. q.1. à n.1. uſque 5. p.280

Quænam perſonæ eligendæ ſint in Conſervatores. q.2.à n.6.uſque 12.p.281

De obligatione, ac poteſtate Conſervatoris. q.3.à n.13.uſque 18.p.281.& 282.

Controverſia.

Vide *Argumentum.*

D. Cyprianus.

Expreſsè teſtatur in B. Virgine extinctum fuiſſe incendium originale.O.4.q.15.n.99. p.528

D. Cyrillus.

Alexandrinus noſter expreſsè docet omnes homines excepto Chriſto, ac B. Virgine naſci cum peccato originali. O. 4. q.15. n.103. ibid.

D. Damaſ.

Index Rerum.

D.

D. Damaſcenus.

PUrum & Immaculatam Deiparam à peccato originali docet multis in locis. O.4.q.15.n.135 p.529.

Damianus.

Petrus Damianus Cardinalis expreſſè docet quod caro Virginis ii quamvis fuiſſet aſſumpta ex Adamo, tamen maculas Adami non contraxit.O.4.q.16.n.124.p.531.

Daniel.

Vir Sanctus, ac Propheta, à quo ſcriptus eſt totus ejus liber. O.1.R.5.4q.22.n.01.402.403.404. p.61.

David.

Vide infrà *Pſalmos.*

Debitum.

Cum B Paulus ait quod omnes peccaverunt in Adamo, quod omnes mortui ſunt in Adamo,exponendus,ac explicandus ſecundum debitum.O.4.q. 21.n.171. p.538.

Similiter & cũ Patres docent omnes in Adamo peccare de debito loquuntur,num,172. p.538.

Deus.

Deus ſupremus Scipturæ Anctor, quæ ab Scriptura dicuntur, ab ipſo fieri dicuntur. O 1.R.3.q.1.n.194.195.p.30.

An Deus aliquid immediatè per ſeipſum ſcripſerit. n.196.uſque 207.p.51.

Declarationes Cardinaliũ, ac deciſiones Rotæ

An declarationes Cardinalium habeant vim legis,& quid ad hoc requiratur.O.2.R.25. q.1.à n.1.uſque 10.p.282.283.

Quam vim habeant deciſiones Rotæ,ac etiam agitur de ſtylo Curiæ.q.2. num.12.13.14. p.284.

Defunctus.

An aliquando defunctorum animæ veniant ad non viventes. Vide *mortuorum animæ.*

De Diſpenſationibus.

Utrum ad diſpenſandum in lege humana requiratur vera cauſa. O.2.R. 26. q.1.à n.1. uſque 7. p. 284.

Utrum diſpenſatio data à Superiore ſine juſta cauſa ſit licita.q.2.à n.9.uſque 12.p.285.

Quale peccatum ſit diſpenſare in lege humana ſine cauſa. quæſt.3.à num.14.uſque 17. p.286.

An Prælatus peccet diſpenſando, quando de ſufficientia dubitat.q.4.n. 18.19.ibid.

Quæ cauſa ſit ſufficiens ad juſtè diſpenſandum. q.5.à n.20.uſque 24.p.287.

An Prælatus poſſit ſecum immediatè diſpenſate.q.6.à n.27.uſque 35.p.287.288.

Vtrum valeat diſpenſatio facta à Prælato inferiori, in lege Superioris cauſa non juſta, quam bona fide exiſtimabat juſtam. q. 7. à n.37.uſque 47.p.289.

Vtrum præcognitio cauſæ neceſſaria ſit ad aliquid diſpenſandum. q.8.à n.4. uſque 56. p.290.

Vtrum ſubditus petendo, procurando,acceptando, ac utendo diſpenſatione injuſta peccet. q.9.à n.57.uſque 65.p.291.292.

Poteſtas Eccleſiaſtica ad diſpenſandum.

De his, in quibus Summus Pontifex valet diſpenſare. O.2.R.27.q.1.à n.1.uſque 7. p.292.293.

De Etymologia nominis Archiepiſcopi, Metropolitani,Epiſcopi,ac de poteſtate Archiepiſcopi dum viſitat. q 2.n.8.9.10.p.293 294

De poteſtate Epiſcopali,ad diſpenſandum in votis, ac juramentis, quibuſdam exceptis. q.3.à n.11.uſque 15.p.294.

De poteſtate Epiſcopali, ad diſpenſandum, quoad irregularitates, & explicatur,quid ſit occultum.q.4.à n.16. uſque 26.p.295.

Poteſtas Epiſcopalis ad diſpenſandum quoad ea,quæ pertinent ad matrimonium. quæſt. 5.à n.26.uſque 31.p.296.

De multis, aliis rebus eſto ſuperveniat dubium, in quibus Epiſcopus valeat diſpenſare. ibid.n.34.p. 297.

Poteſtas Religioſa ad diſpenſandum.

Quænam vota ſuorum ſubditorum, poſſint Prælati Regulares diſpenſare. O.2. R. 28. q.1.à n.1.uſque 6.p.298.

Poteſtas Prælatorum,quoad vota novitiorum. q.2.à n.7.uſque 11.p.299.

An Prælatus Regularis poſſit irritare, ſeu diſpenſare votum Religioſi, creati Epiſcopi. q.3.n.12.13.p.300.

Prælati Regulares habent poteſtatem ad diſpenſandum in irregularitatibus, ſicut & Epiſcopi. q.4.n.14.15.16.ibid.

Irregularitas ex defectu animæ, eſt triplex,an in aliqua poſſit Prælatus Regularis diſpenſare. n.17. 18.ibid.

Quid poſſint Prælati circa irregularitatem ex corporis defectu.q.6.à n.18. 19.20.p.301.

An illegitimi in Religione, ſint habiles ad ordines,& an cum eis, poſſint Prælati diſpenſare ad dignitates.q.7.à n.21.uſque 24. ibid.

An in foro conſcientiæ Regulares,poſſint uti privilegiis antiquis ad ordines ſuſcipiendos,ante ætatem deſignatam à Tridentino. q.8.à n.25.uſque 30.p.502.

Explicantur irregularitates ex defectu Sacramenti,id eſt bigamia, & ex defectu voluntatis, libertatis, ac bonorum temporalium. q 9.n.31.32.33.p.303.

An Prælati Regulares valeant diſpenſare in irregularitate, ex homicidio voluntario, vel mutilatione. q 10.à num.34.uſque 39. ibid.

Quis poteſt diſpenſare in irregularitate provenïente ex rebaptizatione. q.11.n.40.4142. p.304.

Per malam ſuſceptionem, & adminiſtrationem Ordinis incurritur irregularitas, & quis in ea valeat diſpenſare. q.12.n.43.44. 45.ibid.

An Epiſcopi, & Prælati Regulares, poſſint diſpenſare ab irregularitate ex hæreſi occulta. q.13.n.45.46.47.p.305.

Quid ſit irregularitas ex infamia.q.14.num.49 uſque 54.p.305.306.

Prælatus in quocumque loco ſit poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito, etiam à ſe abſente. q.15.n.55.56.p.306.

An valeat diſpenſatio à ſuperiori data,ſubdito ignorante, non petente,& etiam nolente. q.16.n 57.& 58.p.306.

An Prælatus non ſolum per tertium,ſed etiam

immedia

Digitized by Google

immediatè per ſemetipſum, poſſit ſecum diſpenſare. q 17.n.59.60.p.307.
An diſpenſatio negata, majori, poſſit concedi à minori, & an diſpenſatus ad majus, ſit diſpenſatus ad minus.q.18.à n.60.uſque 65.ibid.
Utrum diſpenſatio facta in ſolemni viſitatione non ſolum comprehendat profeſſos;ſed etiam novitios q.19.à num. 66.uſque 70. p.308.

Explicantur poteſtates,quas habent Cōfeſſarij Regulares ad diſpenſandum cum facultatibus.

De poteſtate conceſſa Confeſſariis regularibus ad diſpenſanda vota & juramenta. O.2.R.19.q.1.à n.uſque 7.p.308.
An Confeſſarii regulares, poſſint diſpenſare in quinque votis Papæ reſervatis quando ratione neceſſitatis, poſſunt Epiſcopi diſpenſare.q 2.à num 8.uſque 12.p.309.310
An Epiſcopi & Confeſſarii Regulares, vel quilibet alius Confeſſarius, virtute Iubilæi, vel Bullæ Cruciatæ, poſſit commutare juramentum, vel vota cunċta.q.3.à n.13. uſque 16.p.310.
In quibus irregularitatibus ſecularium Confeſſarii Regulares, valent diſpenſare. q.5. à n.21.uſque 28.p.317.
Quam poteſtatem habent Confeſſarii Regolares ad diſpenſandum circa debitum conjugale. à n.29.uſque 34.p.313.

Doctores.

Deipara præſtat ducatum, ac viam Doctoribus,ac prædicatoribus, ad docendum, & intelligendum. O.4.q.5.n.22.p.511.
Deiparæ magnalia non ex litteris, ac argumentis,ſed ex Dei gratia ſunt intelligenda, & agnoſcenda. O.4.q.6.n.29.p.513.
Doctores ſunt poſtes, qui aperiunt oſtium ad veram ſcientiam, ac intelligentiam. O.4. q.15.n.96.p.528.

S. Dominicus.

In ſuo libro contra Albanenſes expreſſe docet puram,& immaculatam Virginis Conceptionem, ut conſtat ex gravibus auctoribus, etiam ex familia Dominicana illuſtriſſima,cujus ipſe fuit Auctor,& inſtitutor. O.4.q.16.n.117.p.530.

E.

Ebur.

OB ſui candorem typus & figura caſtitatis. O.4.q.6.n.30.p.513.

De notis,ſeu prærogativis Eccleſiæ Dei.

Eccleſia pura & ſancta, ſine macula & ruga. O.4.q.5.n.23.p.511.
Eccleſia cum habeat aſſiſtentiam Spiritus ſancti ſemper vera & ſancta docet O.4. q.11.n.76.77.p.524.
Eccleſia non ſimul omnia myſteria declarat, ſed paulatim, prout occaſio ac temporis opportunitas poſtulat. O.4.q.13.n.81.82. p.525.

De notis,ſeu prærogativis Eccleſiæ Dei.

Eccleſia Chriſti valdè excelſa, & ſublimis in omnium oculis. O.2.R.30.q.1.à num.1. uſque 8.p.313.
Eccleſia Sancta Dei una eſt. quæſt.2.à nu.9. uſque 15.p. 315.
Eccleſia Dei dicitur Sancta.q.3.num.16.17. p.316.
Rectè Eccleſia Sancta dicitur Catholica.q.4. n.18.uſque 27.p.316.317.
Optimo jure Eccleſia Sancta dicitur Apoſtolica. q.5.à n.28.uſque 35.p.317.318.
Rectè, ac juſtiſſimè Eccleſia Sancta Dei dicitur Romana q.6.à n.36.uſque 44.p 318.

De Eccleſia in particulari etiam violata.

Quid ſit Eccleſia,& quomodo ædificanda,ac benedicenda, ſeu conſecranda. O.2.R.31. q.1 à n.1.uſque 5.p.320.
In quibus caſibus polluitur Eccleſia.q.2.à n.7 uſque 18.p.321.
Quænam partes ſub nomine Eccleſiæ intelligantur,unde ipſa violata,vel inviolata intelligatur. q.3.à n.19. uſque 25.p.322.
Quæ notorietas,ſeu publicitas requiratur, ut ex illis caſibus Eccleſia habeatur violata. q.4 à n.26.uſque 29.p.323.
Quomodo Eccleſia violata reconcilianda ſit, ſive ſit conſecrata, ſive tantùm benedicta. q.5.à n.31.uſque 39.p.324.
An ſi Sacerdos celebret in Eccleſia polluta, ipſa maneat reconciliata. q.6. à num. 40. uſque 43.p.325.
De aliquibus privilegiis, quibus gaudent Eccleſiæ Regularium. q.7. à n.44. uſque 56. ibid.& p.426.

Eccleſiaſtici quoad eleemoſynas.

Quo jure teneatur Eccleſiaſticus eleemoſynas facere. O.2. R.32. q.1. à n.1.uſque 5. p.327.
De quibus bonis teneatur Eccleſiaſticos eleemoſynas facere. quæſt.2. à n.6. uſque 13. p.328.
Præbendatus Eccleſiaſticus qualem partem ex beneficio debeat ſibi aſſumere ad ſui ſuſtentationem, & qualem teneatur in pauperes erogare.quæſt.3.à num.14.uſque 23. p.329.
An Penſionarii, ſicut & cæteri beneficiarii teneantur ad eleemoſynas.q.4.à n.21.uſque 30 p.331.
An beneficiati ex diſtributionibus teneantur ad eleemoſynas. q.5. à num.31.uſque 34. ibid.
An Eccleſiaſticus, ex ſuperfluis ſui beneficii, poſſit intheſaurare ad faciendum unum Hoſpitale,vel Collegium.q.6.n.35.36.37. p.332.
An fructus Eccleſiæ expendendi ſint cū pauperibus illius loci, an etiam poſſint expendi extra illos. q 7.à num.38. uſque 44. p.332.333.
An Eccleſiaſtici ſi eleemoſynas debitas non præbeant non ſolùm mortaliter peccent, ſed etiam ad reſtitutionem teneantur. q.8. à n.45.uſque 50.p.333.
An Religioſus creatus Epiſcopus, abſolvatur à voto paupertatis,ut prodigè largiens non teneatur ad reſtitutionem. quæſt.9. à n.51. uſque 55.p.334

Eccleſiaſtes.

Liber eſt Canonicus, ut de fide certum. O.1. R.3.q.17.n.332.p.51.
Salomon ejus Auctor,& ex multiplici ratione dicitur Eccleſiaſtes. n.333.ibid.

Prima ſententia affirmat, quod Salomon has ſententias non dictaverit, ſed tantum collegerit in unu libro. n.334.p.52.
Altera, &.vera ſententia affirmat, quod Salomon utrumque fecerit. n.33.ibid.
Argumentum libri, elevare mentem à terrenis ad ſuperna. n.336.ibid.
Quidam affirmant librum à Salomone compoſitum poſt lapſum. n.337.ibid.
Vera ſententia eſt ante lapſum. n.338.ibid.

Eccleſiaſticus.

De nomine libri, & auctoritate ejus Canonicâ. O.1.R.3 q.12.n.370.p.56.
Prologus, an ſit Canonicus, & ſi aliqui dubitant, probabilior eſt ſententia negativa. n.371.372.ibid.
Multi dixerunt librum eſſe compoſitum à Salomone, à n.373.p.57.
Compoſitus tamen eſt à Ieſu Sirach. n. 374. 375.ibid.
Nec obſtat, quod à multis Patribus dicatur compoſitus à Salomone. n.376.ibid.
Compoſitus eſt liber lingoa Hebraïca.n.377. ibid.
Explicátur, quis eſſet iſte Ieſus Siracides.

Sanctus Elias Magnus meritis.

Ejus elogia. O.3.R.1.q.1.n.1.p.439.
Degens in terrâ, vivebat veluti in cœlo. n.1. 2.3.4.p.440.
Ignis veneratur Eliam tanquam quid cœleſte. n.5.ibid.
Impetrat pro toto mundo, & omnia reſtaurat ad imitationem Chriſti. ibid.
Eſto, quod non ſit in ſtatu merendi, inde magnum ejus meritum, ex ſumma illiua charitate auſpicatur.n.11.12.13.14.p.441.442.
Elias valdè mirabiliter laudatur. O.3.R.1.q.2. n.15.16.p.443.
Valdè mirabilis fuit in ſua puritate.ibid.q.2. n.57.ibid.
Explicantur vigintiquinque dona, ſeu prærogativæ Eliæ. q.2.per totam. ibid.
Eliæ lingua clavis cœli facta eſt. n.18.ibid.
Elias elementis dominatur. ibid. n.19.p.444.
Elias pane ac obſequio Angelico ſublimatur. n.20.21.ibid.
Elias inter homines primus mortuorum ſuſcitator. n.22.ibid.
Elias videt in nubecula Immacolatam Virginis Conceptionem. ibid n.23.& latius q.3. n.64.65.66.67.p.452.
Deus apparet Moſi poſt multam orationem, non ſic verò Eliæ. R.1.q.2. nom.24.25. p.445.
Elias maximè flagrabat zelo honoris Dei. ibid.n.16.27.28.ibid.
Summa Eliæ fortitudo, ad deſtruendos, ac perdendos Reges, ac tirannos. ibid.à num.29. uſque 30. p.446.
Elias altiſſima providentia, ſe præparat, & diſponit, ad ſomn raptum. num.35.36.37. ibid.
Elias valdè ſingularis, ut faciat Prophetas, ſucceſſures poſt ſe. n.38.39.40.ibid.
Elias Monachorum Princeps, Auctor, & inſtitutor. n.41.42. p.447.
Elias magnifico curru fertur io cœlum. à.nu. 43.uſque 47.p.448.
Elias, tanquam Apoſtolus miſſus, in ſummo tempore iracundiæ, mitigabit iram Dei. n.49.50.51.52.p.449.
Charitas Eliæ etiam poſt mortem pro Eccleſiæ Dei patrocinio pugnat ad Chriſti imitationem. n.53.54.ibid.
Magna ſublimitas Eliæ, quod in myſterio Transfigurationis ſit tanquam Conſiliarius viſus in maieſtate. n.56.57.p.450.
Apparet Elias in Tranſfiguratione, tanquam trium votorum Auctor. n.58.ibid.
Elias in Cœnaculo cum cæteris Apoſtolis Sacram Euchariſtiam è manibus Chriſti accepit. n.60. de quo ſtatim latius in quodam conſulto.
Eliæ datus, eſt, ut munimen, & alimentum Eccleſiæ Catholicæ. o.16.p.451.
Elias valdè ſublimis in prædicatinoe, ac etiam, dum crucifixus moritur. num.62. ibid.
Elias habuit revelationem de Sacroſancto miſterio Euchariſtico. O.3. R.2.q.3.n.69.70. 71.72.p.453.
Elias multum illuſtratur divino numioe ad ſublimia, & alta cognoſcebat myſteria. n.72.ibid.
Elias docebat, & prædicebat in monte Carmelo. ibid.n.73.ibid.
Elias juxta Sanctos Patres in multis extitit figura Chriſti Domioi. n.75.p.454.
Elias Propheta iotelligebat myſteria, quæ ſuis dictis, & factis denotabantur.ibid.n.78.78. p.455.
Elias multis, & magnis elogiia celebratur in Scriptora.O.3. R.1.q.4. n.83.uſque ad 88. p.455.456.
Elias fundator, inſtitutor, ac Auctor Carmelitanæ Religionis vide verbo *Carmelita.*
Elias ſæpè apparuit habitu Carmelitano indutus. O. 3. R. 2. quæſt. 1. numero 10. p.459.
Elias ſumma obedientia fuit erga Deum. Ita ut ferè omnes actiones, ejus vitæ fuerint ex divino mandato. R.3. q.6. num.42.43. p.479.
Tanta fuit obedientia Eliæ, ut ferè tota ejus vita fuerit ſub divino præcepto, ac diſpoſitione. n.44 p.480.
Elias valdè mirabilie in virginitate, inde illæſus, curru igneo fertur in cœlum.n.45. ibid.
Elias primus inter homines virginitatem coluit. n.46.p.481.
Elias valdè mirabilis in paupertate, in qua ſumma vivebat. n.47.ibid.
Ex Apoſtolo Paulo probatur ſumma paupertas Eliæ in veſtitu, & cibo. n.48.ibid.
Ex factis probantur vota obedientiæ, paupertatis. & caſtitatis in Elia, quorum fuit Auctor prout poterant eſſe in illo tempore. q.8 à n.68.uſque 73.p.485.
Eadem vota ex multis aliis probantur, & demonſtrantur. quæſt.9 à num.74.uſque 82. p.486.
Stabilitur hæc veritas teſtimonio, ac auctoritate ferè centum quinquaginta Auctorum. n.88.89.p.488.
Agitur de epiſtola, quæ allata eſt ab Elia ad Ioram Regem.O.2.A.33.q.1.à.n.1.uſque 21. p.335.
Elias maximé à nobis venerandus, ac invocandus

candus pro ejus patrocinio. O.2.R.33.q.2. à n.14. uſque 17. p.336

Carmelitæ quolibet menſe una die non impedita officio novem lectionum poſſunt recitare Officium de Sancto Elia, ut fit in Sicilia, ac aliis Provinciis. q.3. à n.18. uſque 21. p.337

Circa revelationem factam Venerabili Mariæ de Jeſu, ex Seraphica familia, qua vidit Sanctum Parentem Eliam, & Enoch, Sacram Euchariſtiam in Cœnaculo ſuſcipere de manibus Chriſti. q 4 à 23. uſque 30.p.338

Tota Eliæ vita velut quodam miraculo, multiſque miraculis ſublimatur, ac condecoratur. O.3. R.3.q.12.n.113.p.495

Circa vota, & Monachatum Eliæ duplex decretum S. Inquiſitionis. O.3. R.3.q.1.p.488

Elias.

Parens Sanctiſſimus habuit revelationem de pura Conceptione Virginis. O.4.q 9.n.57. p.521

Elias hanc revelationem docuit filios ſuos in cujus ſemper veneratione vixerunt. O.4. q.11.n.75.p.524

Eliſæus.

Mira obedientia & ſumma alacritate, vocatus ab Elia eum ſequitur. O. 3. R.3. q.7. n.49. p.481

Tanta obedientia ſequitur Eliam, ut nec ultimum vale ſuis Parentibus dicat, ſine Eliæ facultate. ibid. n.50. ibid.

Eliſæus dimiſit omnia ſua, ut expeditior fiat ad ſequendum Eliam. n.51. p.482

Summa paupertas Eliſæi demonſtratur, qui relictis omnibus ſequitur Eliam. n.58.p.483

Eliſæus ex affectu paupertatis omnia ſua, in pauperes diſtribuit. n.59. ibid.

Tanta paupertate vivebat, ut mulieri viduæ pauperi ſubventurus ad miraculum recurrerit. n.60.p.483

Tanta erat ejus paupertas, ut panes oblatos non apud ſe retineret, ſed eos per populum mandat diſtribuere. n.61.ibid.

Eliſæus ita caſtè vivebat, ut Virgo dicatur à Breviario Carmelitano. ibid.n.65.p 484

Inde demóſtratur, ejus puritas, quia ultimum vale dicit ſuis parentibus, non verò uxori, nec filiis, quia eis carebat. ibid.n.66.ibid.

Emanuel.

Portugalliæ Rex multis in locis, ædificavit Eccleſias ſub titulo Conceptionis. O.4. q.18.n.148. p.534

Epiſcopus.

An ex diſpenſatione Pontificis, poſſit Epiſcopus, conſecrari ab uno ſolo Epiſcopo. O.2. R.35.q.1 à n.1.uſque 14.p.343

Utrum Epiſcopi jure divino, & humano, poſſint leges condere in ſua Diœceſi. q. 2 à n.15. uſque 35.p.345.346.347

Vide verbo *Diſpenſare.*

Epiſtola Canonica.

Septem ſunt Epiſtolæ Canonicæ, ſeu Catholicæ D. Jacobi, Petri, Joannis, ac Iudæ. O.1. R.5.q.1.n.108.p.109

Cur dicuntur Canonicæ, ſeu Catholicæ. ibid. à n.710. uſque 719. ibid.

Quanta excellentia in eis reſplendeat. n.716. 717. p.110

Eſdras.

In genere ſacerdotali multa, & varia opera ſcripſit, quæ referuntur. O.1.R.3.quæſt.10. n.268. p.41

Primus, & ſecundus, qui etiam dicitur Nehemiæ ſunt: Canonici, & diverſo modo computantur, ab hæreticis, & Latinis. n.270.271. p.42

Tertius, & quartus liber quamvis, non ſint Canonici, à Patribus citantur, tanquam boni, & magnæ auctoritatis. n.273. 274. ibid.

Eſſeni.

Eſſeni ſoboles Rechabitarum. O.3. R.3. q.4. n.28.p.476

De nominis Etymologia, & onde ſic dicti, de eorum eximia, caſtitate, & obedientia, & paupertate. n.25.26.27.p.477

In eis communis vita communiſque modus vivendi. n.28.ibid.

De eorum oratione, refectorio, ac ſilentio.ibid. n.28. ibid.

De inſtructione novitiorum. n.29.ibid.

De eorum votis circa obedientiam, paupertatem, ac caſtitatem. n.30. ibid.

Eſſeni diſcipuli Eliſæi, ac filiorum Prophetarum. n.32.ibid.

Eſther.

Aliqui dixerunt librum Eſther, non eſſe Canonicum ſecundum partem poſteriorem, totus eſt Canonicus ſecundum omnes ſuas partes. O.1. R.3. q.13.n.294.295.p.45

Liber ſcriptus eſt Hebraïco charactere. numer.297. ibid.

Mardochæus, illius Auctor, & quo tempore. n.298.299.300.p.46

Evangelium.

Quid ſignificet. O.1.R.5.q.2.n.588.p.89

Etſi omnes libri Novi Teſtamenti poſſint dici Evangelia, peculiariter tamen quatuor ſunt Evangeliſtæ. n.589. ibid.

Inter omnes libros Canonicos Evangelium habet magnam excellentiam. ibid. n.590. 591.592. p.89.90

Evangelium in ſe unum, Evangeliſtæ quatuor mro ordine. ibid.n.594.595.596.p.90

De Sacroſancto Euchariſtico Sacramento.

Suprema, & alta vigilantia tabernaculum Sacræ Euchariſtiæ cuſtodiendum eſt in Eccleſia. O.2.R.36.q.1.à p.348

Sacra Euchariſtia, ut ſupremum bonum totius Eccleſiæ ſummo cultu, & reverentia, à nobis eſt veneranda. ibid.

Audax, ſacrilega, & maledicta temeritas, nihil reveretur. n.2. ibid.

Pro cuſtodia Sacræ Euchariſtiæ, novus cuſtodiæ modus, requirendus. n.3.ibid.

In quinque locis diſtinctis Sacræ Scripturæ Deus percipiebat Levitas, & Sacerdotes, cuſtodire tabernaculum. n.4. ibid.

Talis cuſtodia, ac vigilia, maximè recommendatur principibus, ac magnatibus.n.4.p.349

Cur Deus tantam cuſtodiam, ac vigiliam, requirebat in templo. n.5.ibid.

Quæ cuſtodia eſt maximè adhibenda in hac noſtra ætate. n.7. ibid.

Remedium, quod apatet opportunum. n.8.ib.

An Regulares valeant exponere publicè abſque Epiſcopi licentia, aliqui negarunt. O.2. R.36.q.2.n.9.p.349

Pars affirmativa communis vera, & certa. n.10. ibid.

Pro

Index Rerum.

Pro hac veritate magis corroboranda explicantur verba poſita Summorum Pontificum. n.11.p.350

Probatur ex Gregorio Papa. n.12.p.350

Nullum eſt fundamentum, ob quod requiratur licentia Epiſcopi. n.13.ibid.

Probatur etiam Illuſtriſſimorum Cardinalium declarationibus,uſu, ac praxi Religionum. n.14. ibid.

Reſpondetur ad declarationes Cardinalium adductas in contrarium. n 15.ibid.

Solvitur Confirmatio adverſariorum.n.16.ib.

Quare in Symbolo fidei de Euchariſtico Sacramento, non fit expreſſa mentio. O.2. R.36.q.3.p.351

Objecta hæreticorum. ibid.17.ibid.

Symbolum idem eſt ac ſignum, ſeu teſſera, quo milites inter ſe cognoſcuntur. n.18. ibid.

Apoſtoli compoſuerunt Symbolum, quo veri Chriſtiani, à falſis cognoſcerentur, ac dignoſcerentur. n.19.ibid.

Hoc diviniſſimum Sacramentum poteſt conſiderari,ut ſanctificat,ac ut eſt opus divinæ Omnipotentiæ; ut ſanctificat continetur ſub illo articulo *remiſſionem peccatorum* n.20. ibid.

Ut verò eſt opus admirabile divinæ Omnipotentiæ ſubintelligitur ſub illo articulo *Deum Omnipotentem.* n.21.ibid.

Quotuplex eſt Symbolum,& explicatur.n.22. ibid.

An delinquens ſugiens à Satellitibus, ad Sacerdotem portantem Sacram Euchariſtiam, vel ad domum,in qua ipſa eſt pro communicando infirmum, gaudeat immunitate Eccleſiæ. Prima ſententia negat.O.2.R.36. q.4.n.24.p.352

Secunda,vera,& communis, ut mihi videtur, affirmat. n.25.ibid.

Ratio eſt, quia Eccleſiæ immunitas principaliter deſumitur ex præſentia diviniſſimi Sacramenti,ex qua locus redditur Sanctus, & venerandus. n. 26. ibid.

Confugiens ad domum in qua eſt S. Euchariſtia gaudet immunitate. n.27. ibid.

Reus taliter comprehenſus à Satellitibus reſtituendus eſt Eccleſiæ, & Satellites incidunt in cenſuras Bullæ Cœnæ. n.28.ibid.

Mulier,quædam in ſacra Communione ex ore ſuo poſuit Sacram Particulam in linteo quodam: poſtea verò pœnitentia commota,detulit particulam ſuo Confeſſario,quid debuit ille facere.Graves dubitationes eum perurgebant. O.2.R.36.q.5.à num.30.31. p.353

Confeſſarius, cum eſſet jejunus, Sacram Euchariſtiam communicavit, & accepit ad evitanda multa inconvenientia,quæ inſurgere poterant. n.32. ibid.

Imo poſtea res cum agitaretur à Viris doctiſſimis, maximè factum Confeſſarii approbarunt,imò & dixerunt, quod quamvis non eſſet jejunus adhuc poterat conſumere particulam, quia reverentia debita Sacramento eſt de jure naturali; & quod accipiatur à jejunis,eſt præceptum Eccleſiaſticum,& ideò ad devitandum irreverentiam Sacramenti, & alia incommoda, poterat conſumere. n.33. ibid.

Panis vitæ in domo, qua inſtituitur, noluit Chriſtus ut ibi eſſet mors. O.4. q.8. n.50. p.519

Euchariſtia non inſtituitur in pane fermentato,cum in eo eſſet umbra peccati. n.51.ibid.

Ezechiel.

Vir Sanctus, & martyr, admirabilis, multis viſionibus. O.1.R.3.q.22.n.399.p.60

Scripſit ſuum librum viſionum, & alterum quem non habemus. ibid.n.400.p.61

Excommunicatio.

Utrum Religioſi mendicantes teneantur, cenſuris, non expreſſis in jure, latis ab Ordinario & notatur qui ſint mendicantes.O.2. R.37.q.1.n.1.p.353

Quædam ſententia affirmat. n 2. ibid.

Vera, & communis ſententia negativa. à n.3. uſque 8. p.354

Probatur etiam ex indulto Sixti IV. pro Carmelitis. n.9. ibid.

Ponuntur tres caſus ex Concilio Tridentino, ex quo graviter confirmatur noſtra reſolutio. n.10.11.p.355

In aliis caſibus, excommunicatio ex nulla. n.13. ibid.

Ponuntur etiam duo caſus ex Gregorio XV. & Clemente X. à n.14 uſque 17. ibid.

Solvuntur omnia argumenta contraria.à n.18. uſque 25. p.356

An Capitulum (Sede vacante) ſuccedat Epiſcopo in his, quæ ſunt de jure ordinario. ibid. q.2. n.26.p.357

Ea,quæ competunt Epiſcopo, ut Legato, ac jure extraordinario non tranſeunt ad Capitulum. à n.28.uſque 30. ibid.

Capitulum in multis non ſuccedit Epiſcopo. n.31.32.33.p.358

Duo Eccleſiaſtici, ſe mutuo percuſſerunt in ſecreto unus ab altero petivit abſolutionem, quæſitum eſt,an licitè,vel validè,pro quo primum inquirendum, quid ſit occultum, ſeu ſecretum. O.2. R.37.q.3.n.39. 40.p.359

Rariſſimè percuſſor Clerici, vitandus eſt ante ſententiam judicis. n.41.42. ibid.

Percutiens Religioſum initiatum primâ tonſurâ vel alio ordine in duplicem cenſuram incidit. n.43.ibid.

Ad adminiſtrandum Sacramentum excepta Euchariſtia, non eſt præmittenda Confeſſio. n 45.p.360

Cum cautela explicata poſſum petere Confeſſionem vel abſolutionem à Clerico,licet agnoverim ipſum fuiſſe in peccato.n.45.46. ibid.

Abſolutio à cenſura poteſt dari extra Confeſſionem. n.50.51.52.ibid.

Sicut & diſpenſatio voti extra Confeſſionem poteſt dari. n.53. ibid.

Excommunicatum abſolvens extra neceſſitatem peccat mortaliter, ſed non incurrit irregularitatem. n.54.55.56.p.361

Exodus.

Hebraïcè dicitur, *hæc ſunt omnia*, capite primo,numero primo: nam Hebræi numerant libros à primo verbo, Græcè verò dicitur *Exodus*, quia in eo refertur,egreſſus, ſeu exitus filiorum Iſraël de Ægypto. O.1. R 3. q.4.n 22.p.35

Digitized by Google

Index Rerum.

F.

Ferdinandus.

IMperator Secundus, multas immunitates conceſſit Congregationi de Immaculata Conceptione. O.4 q.18.n.144.p.533.

Ferdinandus.

Imperator Tertius, fecit de Concilio Epiſcoporum, ut feſtum Conceptionis prævio jejunio celebraretur. n.144.ibid.

Feſtivitas.

Conceptionis à tempore antiquiſſimo celebratur in Eccleſia Romana Carmelitarum. q.11.n.68.p.523.

D.Anſelmus celebrat in Gallia. ibid. nu. 60. p.523.

Beda in ſuo Martyrologio de hac feſtivitate facit mentionem. n.70 ibid.

In Kalendario D.Iſidori ex mandato Concilij Quarti Toletani habetur feſtum Conceptionis. n.78.p.524.

A tempore Prædicationis Iacobi Apoſtoli celebratur in Hiſpania feſtum Conceptionis. ibid.n.73.ibid.

Quod etiam probatur ex Liturgiis D. Iacobi Apoſtoli Minoris, ac D. Marci. n.74.ibid.

Fides.

Ad definiendum aliquid de fide quatuor conſiderantur. q.22.n.175.p.538.

Omnia quæ requirũtur ad fidei definitionem, abundantiſſime inveniũntur in Conceptione,q.22.n.174.175.176.p.538.539.

Figura, ſeu Figurata locutio.

Figuræ definitio ex Quintiliano explicata. O 1.R.2. q 5.n.185.p. 29.

Deus loquitur nobiſcum (more humano)per figuras. ibid.n.186.ibid.

Explicatur multis exemplis,figuras dari in Sacra Scriptura. n.187. 188.ibid.

Figuræ,in Sacra Scriptura,aliquãdo fiunt per res imaginarias, aliquando per veras res. n.189.ibid.

Senſus literalis in hujuſmodi figuris, eſt id quod per eas ſignificatur. n.190.191.p.30.

Quod etiam reperitur in figuris,quæ fiunt per veras res. n.192.ibid.

Filij Prophetarum.

Eorum eximia obedientia, maximè dignoſcitur ex ipſo nomine, quia tanta promptitudine obediebant ſuis Superioribus, ac filij tenentur obedire Parentibus. O.3.R.3 q.7. n.52 p.482.

Deinde maximè explicatur ex adoratione, quam habuerunt erga Eliſeum,poſt raptum Eliæ. n.53.ibid.

Deinde hæc obedientia maximè declaratur, quia in iis, quæ erant neceſſaria ad vitam, tam ad alimentum, quam ad habitandum, nihil audebant facere,niſi petita & obtenta licentia ab Eliſæo. n.54.55.56.ibid.

Paupertas filiorum Prophetarum ex multis oſtenditur: nam cum non haberent,quid manducarẽt,unus egreditur in agrum,non proprium,ſed commune omni populo,ad colligẽdas herbas,inter quas etiam fuerunt agreſtes, & amaræ. n.62.p.483.

Deinde cum locus eſſet valdè anguſtus præ eorũ multitudine,ipſi propriis manibus tendunt propè Iordanem,& colligunt ligna,ut à primis fundamentis inſtruant habitacula. n.63.ibid.

Hæc eadem paupertas conſtat,quia cum unus cæderet ligna, incautè ferrum cecedit in Iordanem,clamavit ad Eliſæum,quia illum mutuo acceperat, ac proinde non habebat, unde poſſet ſoluere,& reddere. n.64.p.484

Filij Prophetarũ vivebãt in ſumma puritate, ac caſtitate,ut communiter docẽt S.Patres Hieron.Cyrill.& alij & collegialiter vivebãt in deſertis,ac proinde omnino ſeparati à ſæcularibus,& cum eis nullum habebant commercium. n.67.ibid.

G.

Gratia.

MAria ſemper tota creata eſt in gratia. O.4.q.5.n.25.p.512.

Magnitudinem gratiæ Virginis Mariæ ſolus Deus intelligit,& cognoſcit. ibid.

Maria veluti prius ordinata eſt ad gratiam, quam ad ſubſtantiam. n.26.ibid.

Dona gratiæ in Deipara fuerunt ex potentia abſoluta,& non & potentia ordinaria.n.28 ibid.

Deipara fuit ſimul creata cum gratia ad inſtar Angelorum, & nullum fuit inſtans in quo eſſet ſine gratia. O.4.q.7.n.38 p.515

Mariæ omnibus gratiis abũdat.n.39.42.p.516

Deipara in gratia refert ſimilitudinem filij ſui. n.43.p.517.

Deipara florida cum omni gratia. O.4.q.9. n.52.p.520.

Deipara ad gratiam Dei Imago, ac forma. n.56.p.521.

Deiparæ tanta gratia eſt, quanta poſſibilis eſt puræ creaturæ. q.5.n.27.p.512.

In lacte Mariano tota eſt dulcedo gratiæ. O. 4.q.8.n.47.q.518.

Magnalia Deiparæ, non ratione, ſed gratia ſolum poſſunt intelligi. O.4. q.20. n.161. p.536.

Gregorius XV.

Præcepit quod tam in ſacrificio Miſſæ, quam in Officio divino, ſive publicè,ſive privatim celebrato non alio nomine,niſi tantum conceptione utatur. O.4.q.13.n.86 p.526

H.

Habacuc.

VNus ex duodecim Prophetis minoribus, de quo facit mentionem Martyrologium Romanũ die 15.Ianuarij floruit anno mũdi 3327.ante Chriſtum natũ.n.77.p.63.

Hebraicus textus.

Circa ejus auctoritatem, multa dicenda veniunt. O.1.R.4 q.2.n.454.p.69.

Textus Hebraïcus,uſque ad Chriſti tempora authenticus. n.455.ibid.

Textus Hebraïcus uſque ad tẽpora D.Hieronymi erat authenticus. n.456.ibid.

Poſt D.Hieron. prima ſententia tenet, quod nullus textus Hebraïcus datur purus,& incorruptus. n.457.458.p.70.

Oppoſita ſententia eſt communis, & vera,& divina providentia multi Codices in primitiva Eccleſia, per viros Sanctiſſimos ducti ſunt ad alias partes. n.460.ibid.

Alto

Digitized by Google

Alto Dei conſilio ipſimet Judæi, ſacros Codices ſecum aſportaverunt ad varias regiones. n.461.ibid.
Probator communis, & vera ſententia magnis fundamentis. ibid. n.462.463.464.ibid.
Solvunnis argumenta contraria. n.466. 467. 469. p.71
Magna utilitas textus Hebraïci. n.459.ibid.

D. Hieronymus.

De illuſtriſſima Tranſlatione D. Hieronymi, an io ea habuiſſet aſſiſteotiam Spiritus ſancti vide *Tranſlatio.*
Docet Deiparam ſine peccato originali, & ſemper in luce Dei gratiæ fuiſſe. O.4.q.16. n.19.p.510

Hiericuntina editio.

Hæc editio dicitur Hiericuntina, quia Hiericunte in doliis quibuſdam inventa eſt anno ſeptimo Antonini Imperatoris, an.229. O.1.R.4.q.3.n.476.p.72

D. Hyppolitus.

Docet Chriſtum adimpleviſſe præceptum honorandi Patrem, & Matrem. O.4.quæſt.15. n.100.p.528

Hora.

In qua Sacratiſſima Virgo concepta eſt, aurea fuit & fœliciſſima. O.4.q.4.n.17.18. p.510

I

Iacobus Apoſtolus.

ETſi hæretiſi negant ejus epiſtolam eſſe Canonicam fides Catholica profitetur. O.1.R.5.q.16.n.719.720 p.110.111
Duplex eſt Jacobus, onus Zebedæi, alter Alphæi, prima ſententia pugnat pro Zebedæo. n.722.p.111.
Secunda eſt vera pro Iacobo Alphæi. n. 724. & ſeqq. ibid.
Scripta ex Græco ſermone, & poſt epiſtolam Pauli ad Romanos. n.731.732.p.112
Liturgia, ſeu Miſſa D. Iacobi. n.733.ibid.
Iacobus Major Eccleſiam in Granata ædificat ſub titulo Conceptionis. O.4. q.10. n 65. p.523
Minor ſic dictus, in ſoa Liturgia celebrat immaculatam Conceptionem Deiparæ. O.4. q.10.n.65.p.523

Devotus Idiota.

Sapientiſſimus ſic dictus ob ſuam humilitatem expreſsè affirmat, quod Beata Virgo nullum habuit peccatum originale. O.4. q.16.n.123. p.531

Ieremias.

Præclariſſimus Propheta in utero materno, ſanctificatus, lapidatur, moritur ad annum mundi 3448. ante Chriſtum natum 605. O.1.R.3.q.22.n.397.p 60
Aothor ſui libri, & aliorum, qui non extant. Threnos etiam compoſoit, de quibus infrà verbo *Treni.* ibid. n.398. ibid.

Imagines.

Imagines ſacrę valdè proficuæ, ac utiles in Eccleſia Dei. O.2.R.42.q.4.n.32.33.34.p.401

Interdictum.

Monaſteria Religioſorum, interdicta Parochia, quæ ſunt io ejus diſtrictu, oon aſtringuntur interdicto, niſi quãdo Cathedralis, vel matrix, ſeu Parochialis, una loci obſervat. O.2.R.39. quæſt. unica, n.2. p.369
Multa privilegia Religionom, ad non obſervandum interdictum. n.3.4.5.p.369.370
Et maximè ad rem probatur ex Clementina. n 6.7.p.370
Corroboratur, & ſtabilitur auctoritate multorum Auctorum. n.8. ibid.
Ponitur, & ſolvitur argumentum cootrarium. n.9.10. ibid.
Concilium Tridentinum, nihil diſponit contra noſtram ſententiam. num.13. 14.15.16. p.370.371
Privilegia remuneratoria non derogantur per clauſulas generales. n.15.p.371
Secundo dic Concilium locutum fuiſſe de interdicto generali. n.17. ibid.
Refertur ſententia Patris Hinojoſa com multis privilegiis. n.20.p.372.
In dubio de validitate privilegii, pro illa judicandum. n.24.25.ibid.

Ioannes Tertius.

Portugalliæ Rex inſtituit Academiam Conimbricenſem, & decrevit ut feſtus Conceptionis celebraretur ab ipſa Academia ſolemni apparatu, ac comitatu totius oniverſitatis. O.4.q.18.n.148.p.534

Ioannes Quartus.

Deiparam Conceptionis ſuſcepit in totius Regni patronam, ſuóque decreto conſtituit, ut nullus, in toto ſuo regno admitteretur ad aliquem gradum, miniſterium, dignitatem, niſi prius facto juramento defendendi Conceptionem Virginis. ibid.

Ioannes Evangeliſta.

Multis, & aliis in locis, de ejus laudibus egi. O.1.R.5.q.7.n.637.p.97.
Ioannes non ſuſtinet ſplendorem Transfigurationis, & ſupra ſe volat ad lucem Trinitatis. n.640.641.p.98
Ioannes dicitur filios Virgiois, moribus, & operibus. n.642. ibid.
Ploſquam martyr ad imitationem Virginis. n.643. ibid.
Omnia Ioannis habent ſingularitatem, & excellentiam. n.644.p.99
De occaſione, idiomate, loco, ac tempore ſcribendi Evangeliom. n.645.646. ibid.

Iob.

Aliqui hæretici, non intelligentes tantam virtutem, dixerunt librum Iob non eſſe veram hiſtoriam, ſed parabolam. O.1. R.3. q.14. n.302. p.46
Lutherus, eſſe ait argumentum totius fabellæ, ſed oſtenditur, veritas hiſtoriæ, & liber eſt Canonicus de fide. n.303. ibid.
Circa Auctorem, ſeu Scriptorem ipſius libri, magna eſt opinionum diverſitas, ſed quod fuit Moyſes verior, & communior ſententia. n.304.305.p.47
Iob. & Moyſes, ferè Contemporanei eodem ſæculo. n.306. ibid.
Aliqua ex primo capite, Moyſes, non potuit ſcire, niſi ex Divina revelatione. n.307.ibid.
Moyſes ſcripſit, cum eſſet in terra Madiao, n.308. ibid.
Scripſit Hebraïcè, & partim proſa. n.309. ib.
Iob ex genere Eſau Rex juſtus, Sanctus Propheta, & Sacerdos. ibid.n.320.p.48

Ioel.

Unus ex duodecim Propheris minoribus in-

ter ſanctos numerat Martyrologium Romanum die 13. Julii; floruit anno mundi 3027. ante Chriſtum natus 8261. O.2. R.3. n.413. p.62.

Joſue.

Liber ejus habet nomen à factis, & geſtis Joſue. O.1.R.3.q.5.n.239.p.37

Hic liber Joſue Canonicus, & in magna ſemper auctoritate apud omnes. n.240. ibid.

Circa auctorem multæ variæ ſunt ſententiæ. n.241. ibid.

Communis, & vera ſententia: liber ſcriptus eſt à Joſue. n.242. ibid.

Stabilitur hæc veritas duplici fundamento. n.243. & 244. ibid.

Ponuntur tria fundamenta contraria, & ſolvuntur. n.245. & 246. p.38

Iſaias.

Iſaias, valdè, ſublimè, & altè explicat ad vivum omnia Chriſti myſteria, unde dictus Propheta Evangelicus, floruit circa annum mundi 3137. ante Chriſtum natum 830. O.1.R.3.q.22.n.394.p.60

De Iſaia, ſic ſcribit, Martyrologium Romanum die 6. Julij, in Judæa ſancti Iſaiæ Prophetæ, qui ſub Manaſſe Rege ſectus in duas partes occumbit. n.395. ibid.

Auctor eſt ſui libri; an canticum illud, quod habetur, capite 38. *Ego dixi in dimidio dierum meorum*, fuerit ab Iſaia, vel Rege Ezechia, hoc ſecundum probabilios. n.396. ibid.

D. Iſidorus.

Ex mandato Concilii Toletani, in officio Eccleſiaſtico, quod compoſuit, in una ex ultimis orationibus Virginem celebrat Conceptam in gratia ſine peccato originali. O.4.q.16.n.113.p.530

Iudas Apoſtolus.

Dicitur Labæus, dicitur filius Mariæ Alphæi, & quomodo hæc dicitur ſoror Virginis. O.1.R.5.q.19.n.763.p.116

Multi hæretici negant, hanc epiſtolam eſſe Canonicam. n.764.p.117

Fide tenendum eſt eſſe Canonicam. n.764. p.117

Solvuntur argumenta adverſariorum. n.766. & 767. ibid.

Apoſtoli, frequenter ſcribebant Græco ſermone. n.768. p.118

Ex eo, quod aliquid in ſcriptura, non refertatur non inde falſitate eſt arguendum. n.769. ibid.

Liber Enoch eſt apocryphus, rectè id, quod eſt verum citari poteſt. p.720. ibid.

Iudices.

Hic liber Canonicus, & multæ auctoritatis. O.1.R.3.q.6.n.247.p.38

Circa auctorem hujus libri, magna eſt diverſitas opinionum. n.248. & 249. ibid.

Verior ſententia, quod fuerit à Samuele ſcriptus. n.250. ibid.

Cur in Catalogo Judicum de Saüle ac Samuele, nulla fit mentio. n.251. p.39

Liber Iudith.

Liber eſt Canonicus, ut certum de fide. n.286. p.44

Magna dubitatio, circa auctorem hujus libri; probabilius, quod fuit Ioachimus. à n.287. uſque 290. ibid.

Liber idiomate Hebraïco ſcriptus. n.291. p.45

Aliqui graves auctores tenent hiſtoriam contigiſſe ante captivitatem. p.292. ibid.

Probabilior ſententia poſt reditum a captivitate. n.293. ibid.

L

D. Laurentius.

IVſtinianus multis in locis docet, quod omnes, qui nati ſunt ex Adamo contraxerunt originalem culpam, excepto Chriſto, & ejus Matre ſanctiſſima. O.4. q.16. n.121. p.530

Leo Imperator.

Orationem compoſuit pro immaculata Conceptione Virginis Mariæ. O.4.q.18.n.144. p.533

Lex.

Lex non ſolum Canonica; ſed etiam civilis ac Regis mandatum obligant in conſcientia, quam obligationem negant aliqui hæretici. O.2.R.40.q.1.n.1.p.373

Vera ſententia affirmat, tam de lege Eccleſiaſtica, quam civili. n.2.3. & 4. ibid.

Probatur, etiam ratione à priori. n.5. ibid.

Præoccupatur objectio, quia peccatum, non ſolum eſt contra legem Divinam, ſed etiam humanam. n.6. ibid.

Ponuntur, & ſolvuntur argumenta adverſariorum. à n.7 uſque 12. p.374

An verò lex injuſta valeat obligare in conſcientia, maximè dubitatur, quia de ratione legis eſt, quod ſit juſta. q.2.n.3. ibid.

Et quatuor capitibus, lex poteſt eſſe injuſta. n.14. ibid.

Primò lex poteſt eſſe injuſta, quia eſt contra legem Divinam ac bonum commune. n.15. ibid.

Lex ſi à principio eſt inutilis, & poſtea et utilis bono communi, tunc obligat. n.16. p.375

Secundò lex poteſt eſſe injuſta, ex defectu poteſtatis in legiſlatore. n.17. ibid.

Obediendum eſt tamen legibus, ac ſententiis, latis à tyranno dum eſt in poſſeſſione pacifica regni. n.18 ibid.

An verò tyrannus peccet in talibus ferendis legibus tenent Leſſius, & Suarez, contraria ſententia verior. n.19. & 20. ibid.

Solvitur objectio contra noſtram ſententiam. n.21. ibid.

Tertiò, tum lex ceſſat, quando ratio fundamentalis legis ceſſat. n.22. ibid.

Lex, quæ fundatur in falſa præſumptione non obligat. n.22. ibid.

Sententia lata per teſtes falſos, non obligat. n.28. ibid.

Lex poterit eſſe injuſta, ex injuſta materiæ diſtributione. n.24. ibid.

Quando lex injuſtè excipit aliquas perſonas, non inde erit injuſta, ſi illud, ſit conveniens bono communi. n.25. p.376

Ex quibus principiis colligendum eſt, legem humanam, graviter, vel leviter obligare, inquirendum eſt, quia legiſlator humanus, non poteſt in materia levi graviter obligare. n.26. ibid.

Materia ea ſe ipſa poteſt eſſe levis, vel gravis,

Digitized by Google

vis, ex circunſtantia. n.27.ibid.

Prima ſententia affirmat, quod lex non poteſt in materia gravi leviter obligare. n.28. ibid.

Secunda ſententia negat de lege civili, affirmat de Eccleſiaſtica. n.29.ibid.

Tertia, & vera ſententia affirmat, quod utraque lex poteſt. n.30.31.& 32.p.377.

Ponitur, primum, ac ſecundum argumentum, ac ſoluitur. n.33.34.35.ibid.

Ad inſtantiam datur diſpar ratio, inter votum, ac juramentum. n.37.ibid.

Ad confirmationem, ex voto oritur obligatio, juxta intentionem voventis. num.38. ibid.

Ad tertium argumentum, ex contractu, ut ſponſum, ac voto ſolemni preciſè poteſt, oriri obligatio levis, ac ratione damni illati valdè gravis. n.40.& 41.p.378.

Ex verbis legis, maximè colligitur hæc obligatio legis. n.43.& 44.ibid.

In Religionibus, ex communi praxi, ac uſu, colligitur talis obligatio. n.45.ibid.

In decretis Conciliorum, ac Pontificum, variæ ſunt ſententiæ. n.47.48.ibid.

Tamen bis in verbis cõſideranda materia, circa, quam cadunt. n.49.p.379.

Quando lex poteſt interpretari de ventali, non eſt explicanda de mortali. n.50. ibid.

Ex materia, ac illius circunſtantiis, colligenda legis obligatio. n.51.& 52.ibid.

Ex pœnis appoſitis in lege, colligenda gravis obligatio. n.53.54.& 55.ibid.

Quando dubitatur, de gravitate, quomodo intelligendum. 56.ibid.

An verò, quando in particulari, ceſſat finis legis, ſeu ejus ratio totalis, ceſſet etiam in particulari, ejus obligatio, dupliciter lex poteſt ceſſare. O.2.R.40.q.4.n.64.p.380.

Prima ſententia tenet, quod lex debet ceſſare in communi. n.65.ibid.

Secunda docet quæ eſt vera, ſufficere, quod ratio legis, ceſſet in caſu particulari. n.66. p.381.

Probatur, ex jure canonico, ac civili, ac etiam rationibus. n.61.68.69.& 70.ibid.

Adverſariorum ſolutio exploditur. n.71.ibid.

Ponitur, & ſolvitur primum argumentum. n.72.& 73.ibid.

Ponitur, & ſolvitur ſecundum. n. 74. & 75. p.382.

Ponitur, & ſolvitur tertium & agitur de lege præſumptionis. n.76.& 77.ibid.

Lex vetus.

Valde imperfecta, rudis, carens mediis, ad juſtificationem, quod latius explicatur, verbo ſequenti lex nova.

Lex nova.

Magna excellentia, ac præeminentia legis gratiæ ſupra veterem.

De fide lex gratiæ perfectior lege veteri. O.1. R.5.q.1.n.566.p.85.

Prima excellentia legis gratiæ habet media ad juſtificationem, quibus carebat lex vetus. n.567.ibid.

Secunda excellentia. Lex gratiæ ratione ſui ſtatus, habet media ad gratiam, & ſanctificationem, quæ non dabantur in lege veteri.ibid. n.568.ibid.

Tertia excellentia In lege veteri dabatur gratia, ex pretio ſolvenda. In lege gratiæ ex pretio ſoluto. n.69.ibid

Quarta excellentia, ratione legiſlatoris. n.570. ibid.

Quinta excellentia ratione obiectorum credibilium. n.571.p.86.

Sexta excellentia. Lex vetus, fuit in umbris, & figuris, lex gratiæ in apertis, & manifeſtis. n.572.ibid.

Septima excellentia ex parte ſacrificii, quod non eſt ex ſanguine hircorum, aut taurorum, ſed ex corpore, & ſanguine Ieſu Chriſti & multas alias excellentias, videbis ibid. à n.574.uſque ad.587.p.86.& 87.

Libertas Eccleſiaſtica.

Habet magnum fundamentum, in jure Divino; nam eccleſia, eccleſiaſticæque perſonæ, eorumque bona, ex jure Divino, ſunt immunia, ac libera, à poteſtate ſæculari. O.2.R.41.q.1.n.1.p.387.

Ita apertè indicant Pontifices, ac Concilia, in ſuo modo loquendi. n.2. ibid.

Probatur ex facto Ioſeph, ac ex verbis Chriſti Domini in ſolutione tributi. n.3.ibid.

Nec obſtat ſi dicatur, quod aliqui graves auctores negant eſſe de jure divino, quia multò magis auctores ſtant pro noſtra ſententia, & oppoſitam aliqui gravi cenſura afficiunt. n.4.ibid.

Saltem negari non poteſt, quod radicaliter eſt de jure Divino. n.5.ibid.

Eccleſia jure Divino habet poteſtatem acquirendi bona, & oblationes ad ſui fabricam ac ſubſtentationem ſuorum miniſtrorum. n.6.p.388.

Immunitas Eccleſiaſtica, ſeu libertas eſt de jure Canonico multis expreſſis locis in jure. O.2.R.41.q.2.n.7.p.388

Probatur ex factis multorum Pontificum. n.9. ibid.

Primum argumentum, fundatur, in falſa præſumptione, quod Eccleſia habeat multa bona. n.10.11. ibid.

Et eſto id, quod falsò dicunt ac fabricantur, recurrendum eſt ad Summum Pontificem. n.12.ibid.

Secundum argumentum etiam reiicitur, nam facere legem quod ſubditi non relinquant bona ſua Eccleſiæ, eſt contra ſacros Canones, & damnavit Paulus. V. contra Venetianos à n.13.uſque 16.p.389.

Poteſt aliquis ponere conditionem, ne ejus bona tranſeant ad Eccleſiam, de hoc non loquuntur jura, ut de principibus n.17.18. 19.p.390.

Quartū de aliquibus, Regibus, qui ſanguine, ac armis comparâverunt regna, hoc eſt commune omnibus ferè Regibus chriſtianis. n.20.ibid.

Inde formatur argumentum pro noſtra ſententia ſtabilienda. n.22.23.p.391.

Libri Canonici.

Quid ſit Canon, & multæ derivationes ex eo. O.1.R.1.q.2.n.11.p.3.

Dupliciter conſideratur liber Canonicus in actu primo, & in actu ſecundo. n.12.p.4.

Libri Canonici dividuntur in Canonem Synagogæ, & Eccleſiæ. n.13.ibid.

Varia computatio, circa Canonem antiquum n.15.16 ibid.

Index Rerum.

Ex Divo Hieronymo, quomodo antiquitus dividebantur libri, circa, quæ tria maxi, mè notanda ſunt. n.17.18.19.p.5.

Falſum eſt dicere, quod ſolum libri ex veteri teſtamento, qui citantur in novo ſunt Canonici. n.20.ibid.

Canon Eccleſiæ Catholicæ, conſtat ex Concilio Tridentino, ac ex multis, aliis Conciliis antiquis. n.22.ibid.

Libri ſunt Canonici cum omnibus ſuis partibus, prout habentur in biblia correcta Sixti quinti. n.23.p.6.

Magna quæſtio, utrum omnes libri veteris. teſtamenti perierint & ab Eſdra fuerint recuperati, prima ſententia eſt affirmativa. O.1.R.1.q.3.n.24.ibid.

Ponitur primum, & ſecundum hujus ſententiæ fundamentum. n.25.ibid.

Secunda ſententia eſt vera, & multorum doctorum, & bonis fundamentis nititur. n. 26.27.28.ibid.

Codices, quos ſacri ſcriptores, ſuis manibus ſcripſerunt non extant. n.29.p.7.

Non eſt neceſſe ut extent, abundanter ſunt approbati ab Eccleſia, & inde habentur, ut legitimi, & Canonici 30.ibid.

Nehemias ex variis regionibus ſacros libros, congregavit, & Eſdras, eos correxit, & emendavit. n.32.ibid.

Eſdras prædictos libros ſcripſit, non antiquis literis hebraicis, ſed aliis denuò à ſe inventis. n.33.34.ibid.

Solvuntur argumenta Contraria, & explicantur Patres in contrarium adducti n.35.36. pag.7.8.

An verò aliqui libri ſacri, fuerint antiquitus, qui perierint, & modo non extent. Pr. ſententia eſt negativa cum ſuis fundamentis. q.4.n.37.38.39.40 p.8.

Secunda ſententia, & communiter,& conſtat ex Patribus. n.41.44.p.8.

Liber Enoch fuit literis traditus. n.45.p.9.

Catologus librorum, qui perierunt in veteri teſtamento, & non extant n.46. ibid.

Multi Auctores prædictorum librorum dicuntur Prophetæ, ac videntes. n.41. ibid.

Pars illa quæ nos ad extat eſt Canonica.n. 48. ibid.

Solvuntur argumenta oppoſita .n. 49. uſque 53.p. 9.10.

Quare tamen Deus permiſit, tales libros perire,cum multi ex eis eſſent Canonici.O.1. R.1.q.5.n.84.p.10.

Cur autem tales libri perierint, cauſa maximè latet, ait Divus Auguſtinus.n.55.ibid.

Tres opiniones, referuntur, & reprobantur, ſimul cum opinione Origenis. n.56. 57. ibid.

Opinio Divi Chryſoſtomi ſuas patitur difficultates. n.58.ibid.

Perierunt primo ob peccata Iudæorum.n.59. pag.11.

Perierunt etiam,quia libri qui extant abunde ſufficiunt ad noſtram doctrinam, ac eruditionem. n.60.ibid.

Literarum inventores, acuſus ſcribendi circa quod variæ ſunt ſententiæ. O.1. R.3. q.3. n.220.221.p.34.

Nec Abrahamus, nec Moyſes. nec alii ſupra dicti inventores ſunt literarum.o.222.223. 224.ibid.

Deus cum cæteris ſcientiis infudit Adamo, uſum literarum ac ſcribendi. nu.225.ibid.

Quod confirmatur ex variis monumentis & hiſtoriis antiquiſſimis. n.226.ibid.

Primæ literæ hebraicæ, ex quibus derivantur aliæ. n.237.p.35.

Qualia fuerint in exordio prima ſcribendi inſtrumenta. n.228.ibid.

Divus Lucas.

De Lucæ nomine, & etimologia. O.1. R.5. q 6.n.627.p 95.

Qui, & qualis fuit Divus Lucas, quantæ virtutis. n.628.ibid.

An fuerit Chriſti Domini diſcipulus.nu.629. 630.p.96.

Dicitur etiam à Patribus Apoſtolus. nu.631. ibid.

Ex multis vitulus, adſcribitur Divo Lucæ,& propriiſſime. n.632.ibid.

Valde mirabiliter Divus Lucas deſcribit ſuum Evangelium aſcendendo.n.633.ibid.

Lucas medicus,de miſericordia ac beneficentia agit. n.634.ibid.

Lucas pictor, & pictura valdè utiles.n. 635. pag.97.

Quo loco, tempore, ac idiomate ſcripſit Evangelium. n.636.ibid.

Luſitani.

Luſitani euntes in Indiam, vaticinantur ab Iſaia Propheta.O.2.R.41.q.3.0.26.27.p.391.

Luſitani prædicatores, ac Reges dicuntur à Propheta Angeli veloces. ibid.

Reges Luſitani mittebant Epiſtolas ad gubernatores Indiarum ad propagandam fidem. ibid.

M

Sanctiſſima Maria Virgo

EJus pura, & immaculata Conceptio revelata eſt Sanctiſſimo parenti Eliæ.O.3 .R.1. q.3.n.64.uſque 67.p.452.

Viſa eſt Sanctiſſima Virgo in Chriſti vulneribus à quibus mirabiliter, fuit redempta. ibid.

Scripſit unam Epiſtolam ad Beatum Ignatium Martyrem. O.1.R.3.q.2.218.q.33.

Alteram ſcripſit ſanctiſſima Virgo ad Meſſanenſes, in cujus rei memoriam Eccleſia Metropolis eſt ibi ædificata, & in multa veneratione habetur. ibid.

Dubitatur cur hujuſmodi Epiſtolæ, non ſint Canonicæ: quia de earum infallibili certitudine non conſtat. ibid.0.219.ibid.

Machabæorum Libri.

Iſti ſunt duo libri: contra hereticos tenendum eſt eſſe Canonicos.O.1.R 3.q.24. num.416. pag.64.

Horum librorum octo Auctores aſſignantur probabilius primum fuiſſe ſcriptum à Ioanne affricano Simeonis filio ibidem n. 418. 419.ibid.

Secundus liber eſt epitome ex libris Iaſonis Cyrinæi. n.419.ibid.

Valdè difficile cognoſcere ejus collectorem, probabilius, quod fuit Iudas Eſſenus.n.21. p 65.

Hebraicè conſcripti ſunt libri. n.422.ibid.

De tempore hujus hiſtoriæ, ac nomine Machabæorum. n.423.424.ibid.

Mala

Index Rerum.

Malachias.

Quiſnam eſſet, longa quæſtio eſt legitur in Martyrologio Romano, die 14. Ianuarij, floruit circa annũ mundi 3563. ante Chriſtum natũ 48. O.1.R.3.q.25.n.415.p.63.

D. Marcus Evangeliſta.

De eius excellentiis 4. Apocalypſeos egi. O.1. R.5.n.616.p.94.

Quis, & qualis fuit D. Marcus. n.617.ibid.

D. Marcus Petri Cooies, prædicat in Alexandria, ibi martyrio coronatur, corpus transfertur ad Venetias. n.618.ibid.

Quidam dicunt quod ſcripſit ſermone Latine, alij Græco, utroque idiomate ſcripſit. n.619 & ſeqq. ibid.

Non ſervat ordinem temporis in Evangelio, ſed ut audierat à D. Petro. n.622.ibid.

Quo anno ſcripſit. n.623. p.95.

Dicitur abreviator Matthæi. n.624.ibid.

Evangelium Marci magnum fructum protulit. n.625.ibid.

In ſua Liturgia pro Eccleſia Alexandriæ, dicit B. Deiparam immaculatam, & omnibus modis irreprehenſibilem. O.4. q. 10. n.66. p.523.

In quodam libro B. Marci ex traditione Eccleſiæ Ægyptij fit mentio de feſtivitate Conceptionis. O.4.q.11.n.74. p.524.

Maria Deipara.

Maria Virgo Ducatum, ac viam præbet Doctoribus, ac prædicatoribus ad dicendum ac intelligendum. O.4.q.5.n.22.p.511.

Deipara ut Eccleſia ſine macula, ac ruga ac ſine ulla viciſſitudinis obumbratione. n.23. 24.ibid.

Deipara tota creata eſt in gratia Spiritus ſancti. n.25.p.512.

Solus Deus ſuâ infinita ſapientia valet merita, & dona B. Virginis cognoſcere, & dinumerare. n.25. ibid.

Deipara veluti prius fuit ordinata ad gratiam, quam ad ſubſtantiam. n.26.ibid.

Mariæ Virg. tanta gratia data eſt, quanta poſſibilis puræ creaturæ. n.27.ibid.

Donā B. Virgini data, non ſunt de potentia ordinaria, ſed abſoluta. n.28.p.513

Non ex ſtudio litterarum, ſed ex gratia Dei magnalia Mariæ cognoſcuntur. q.6. n.29. ibid.

Deipara à tota Trinitate eſt cuſtodita, ſigillo ipſios Trinitatis munita. q.6.n.31.32.ibid.

Maria in ſua prima formatione ſine ullo peccati veneno. n.34.35.p.514.

Deipara ſimul fuit creata cum gratia ad inſtar Angelorum. o.38.p.515

In Deipara tota eſt gratiarum plenitudo. q.7. n.39. p.516.

Deipara fulget, & nitet in omni gratia. o.42. p.517.

Deiparæ puritas, & ſanctitas ex filio ejus Ieſu cognoſcenda. q.8.o.44.ibid.

Deipara tota à Deo incipit, & tota ad Deum terminatur. q.8.n.46.p.518.

In lacte Marianæ ſumma gratiæ dulcedo. n.49.p.519.

In Deipara prius gratia quam natura. q.9. n.53. p.520.

Puritas, Mariæ imitatur puritatem filij ſui. n.54. ibid.

Puritas, & ſanctitas Deiparæ dat odorem filij ſui. o.55.p.521

Deipara imago ac forma Dei. n.56.ibid.

Pulchritudo, ac elegantia Mariæ oſtendit ingenium ſupremum artificis. ibid.

Deipara inceſſanter in omni hora, & momento in noſtrum auxilium. q.19. n.152. p.534.

Deiparæ altitudines, non naturali diſcurſu, ſed influxu divini auxilij cognoſcuntur. q 20.n.161.p.556.

Vide *Conceptio & paſſim.*

D. Matthias.

Apoſtolus teſtatur Deiparam non fuiſſe conceptam in peccato. O.4.q.10.n.62.q.522.

D. Maximus.

In quodam ſermone expreſſe ait Deiparam non fuiſſe contaminatã originali macula. O.4.q.16.n.115.p.530.

Divus Matthæus.

Variis in locis allegatis egi de D. Mathæo. O.1.R.5.q.4.n.604.p.92.

Cauſam. quam habuit Divus Matthæus ſcribendi ſuum Evangelium. n.605. ibid.

Magna eſt auctoritas Evangelij Matthæi. n.606.ibid.

Evangelium D. Matthæi, converſum eſt ex græco, in latinum. n.607.ibid.

Spiritus ſanctus, ſe contemperavit ingenio Matthæi in ſcribendo Evangelio. n. 608. ibid.

Quo ſermone & anno ſcripſit. n.609.p.93

Titulum Evangelij eſſe poſitum ab Eccleſia dicunt aliqui; probabilius eſſe poſitum D. Matthæo. à n.610.uſque 613.ibid.

Solvuntur argumenta contraria. n.714 p.94.

Dicitur Evangelium ſecundum Matthæom. n.615.ibid.

Deiparam celebrat ſine ullo peccati nodo. O.4.q 10.n.62.p.523.

Miraculum.

Miraculi nomen, à quo derivatur. O.2.R.42. q.1.n.1.p.595.

Miraculi definitio. n.2.ibid.

Miraculum eſt opus ſolius Dei, ſignum, ac ſigillum Divinitatis, teſtimonium Dei, loquela, ac pignus ejus. ibid.n.3.4.ibid.

Miraculum, eſt opus rarum, & extraordinarium, ſupra virtutem omnium naturalium, cauſarum. o.5.6.p.596.

Miraculum à ſolo Deo fit, & inde ſolum in teſtimonium, & confirmationem veritatis. O.4.q.19.n.158.p.535.

Pura & immaculata Virginis Mariæ Conceptio multis miraculis eſt à Deo teſtificata O.4.q.19.n.157.& ſeqq.ibid.

Ad excellentiam miraculi pertinet, quod, fiat celeriter, ac confeſtim, non tamen ſemper, ſed aliquando fit paulatim, ac ſenſim. n.8.p.596.

Veritas Miracoli, maximè, conſideranda eſt ex perſeverantia in effectu, unde ſol ad vocem Ioſuæ ſubſtitit per ſpatium unius diei, ad evidentiam miraculi. o.9.p.596.

Ad evidentiam miraculi, requiritur, multiplicitas actuum. n.11.p.597.

Sanitas morbi, dum quis Beatam Virginem deprecatur hic & nunc, miracoloſa reputatur. n.12.ibid.

Duplex eſt miraculum, unum ſecundum, eſſe

alterum

Index Rerum.

alterum ſecundum dici. n.13 ibid.

Deus omnipotens, ex multiplici fine operatur miracula cujus mirabilia nullus intellectus poteſt explicare. q.2.n.14.p.398.

Miracola fuerunt neceſſaria ad Apoſtolorum, ac diſcipulorum prædicationem firmandam & introducendam fidem Chriſti n.15.16.ibid.

Miracula diſcipulorum fuerunt vera, nec virtute naturali, nec arte Dæmonis (ut inique aliqui hæretici dixerunt), ſed tantum Divina virtute facta. à n.17.uſque 20.ibid.

Miracula Deus ſæpe facit, ad bonum ſervorum ſuorum, & in pœnam inimicorum. n.21.p.399.

Miracula fiunt aliquando à Deo in confirmationem alicujus veritatis. n.22 ibid.

Deus ſæpe facit miracula ad nobilitandos, ac honorandos ſervos ſuos in oculis aliorum. n.23.ibid.

Deus ſæpe facit miracula per ſacras imagines, ut maximo ſint in honore, ac veneratione noſtra. n.24.ibid.

Divina virtute, & arte Dæmonis, fiunt aliqua miracula. O.2.R.42.q.3.n.25.p.400.

Sunt aliqua miracula, quæ nullo modo poſſunt fieri arte Dæmonis. n.26.ibid.

Dæmon facit mira, mediis naturalibus adhibitis, Deus autem, ſua potentia, ac virtute. n.23.ibid.

Miracula, quæ à Deo veniunt, ſunt in bonum noſtrum, quæ vero a Diabulo in perniciem, & damnum. n.28.ibid.

Miracula Dei fiunt per bonos, & ſanctos, Diaboli vera, per malos, iniquos. n.29.ibid.

Miracula vera, vel falſa, maximè agnoſcuntur ex fine, ad quem ordinantur.n.30.ibid.

Quod magis confirmatur, quia ex ipſis met exemplis explicatur, ac declaratur motivum, ex quo verè miracula agnoſcenda ſunt. n.31.p.401.

Miracula, quæ fiunt per ſacras imagines inde ut vera agnoſcenda, ex his, quæ a tali miraculo, veniunt, ac reſultant.q.4.num.32. pag.401.

Diabolus non poteſt velle, confirmare magnum cultum divinum per miracula, quia hoc repugnat ſuæ malitiæ. n.32 ibid.

Ex ſacris imaginibus, multum proficiunt Chriſtiani in ſpiritualibus ac ſalutis via, & inde conteritur caput diaboli.n.34.ibid.

Satanas aliquando ſe transformat in Angelum lucis, ſed ſuis operibus ac Dei virtute, ſtatim detegitur, ac declaratur. n.35.p 402

Quod multis exemplis confirmatur.n.36.ibid.

In dubio, an ſit miraculum, pro non miraculo judicandum. n.37.ibid.

Mors.

An à lege humana, poſſit homo obligari ad exponendam vitam ſuam notabili, ac evidenti periculo mortis magna eſt quæſtio. O.2.R.45.q.2.n.7.p.414.

Prima ſententia, negat dari poſſe, talem legem. n.8.p.415.

Secunda affirmat omnes leges obligare cum periculo vitæ. n.9.ibid.

Tertia, & vera, quod leges humanæ, non poſſunt obligare, ad tale mortis periculum, niſi pro bono communi. n.10.15.ibid.

Hæc tamen obligatio initiatur, à jure naturali & determinatur in particulari à jure humano. n.12.ibid.

Ius naturale, dictat, conſervare vitam, niſi bonum commune aliud poſtulet. n.13.14. ibid.

Leges ordinariæ non obligant cum periculo vitæ, niſi, quando requirit bonum commune, quod oſtenditur, tam in legibus Eccleſiaſticis, quam Divinis. num.15.16.17. ibid.

Tum lex obligat ad mortem, ex medio neceſſario ad conſervationem Reipublicæ. n.18.p.416.

Obſervantia legis, quando obligat, conſideranda cum omnibus circunſtantiis.n.19. ibid.

Hæc autem obligatio, non ſolum oritur ex jure naturali, ſed etiam humano.num.20. ibid.

Tum bonum commune, anteponendum particulari quando magis requiritur, ad conſervationem Reipublicæ. n.21.22.ibid.

Quamvis lex humana, obliget in re gravi, ad peccatum mortale: nõ inde ſequitur, quod obliget ad grave periculum vitæ.n.23.24. ibid.

Inde fit quod pro bono Reipublicæ Chriſtianæ, non poteſt homo, celebrare ac conſummare matrimonium, ſine diſpenſatione. q.3.n.26.27.28.p.417.

An Carthuſiani in extremo periculo vitæ, poſſint comedere carnes, quidam affirmant alij negant, probabilius, quod in extrema neceſſitat. (ſecluſo ſcandalo) poſſunt comedere. n.31.ibid.

Chriſtiani captivi, remigantes in navibus Maurorum, contra Chriſtianos non peccant, nec incidunt in excommunicationem. n.32.ibid.

An milites in bello navali, poſſint inicere ignem in navi, quidam affirmant, alij negant: cum diſtinctione reſpondeo, quod, ſi milites, ſint certi quod ab inimicis, injurioſè ſint tractandi, & occidendi. vel quod navis eſt locupletiſſima, ex qua infideles, potentiores fiant, in damnum Reipublicæ Chriſtianæ, tum probabile, quod poſſunt ignem inicere; ſi verò contrarium interveniat, tunc ab igne abſtineatur. n.35.p.418

De mortuorum animabus.

Animæ, ſeparatæ à corpore mortuorum, ſua naturali virtute, non poſſunt venire, nec apparere. O.2.R.43.n.30.p.407.

Animæ, mortuorum, ſive ſint in cœlo, ſive, in purgatorio, ſeu in inferno, arte dæmonis, non poſſunt venire, nec apparere.n.31. ibid.

Multæ apparitiones, quas faciunt dæmones, fingentes, ſe eſſe animas, ſunt phantaſmata, & figmenta dæmonis. n.32.ibid.

Quando dæmoniacus loquitur, nomine defuncti, mentitur, & falsò dicit.n.33.p.408.

Reprobantur aliqui, qui promittunt, ſe poſt mortem appariturî. n.34.ibid.

Sæpè ex permiſſione Dei, animæ mortuorum apparent viventibus, ut infra dicemus de anima Samuelis. n.35.ibid.

Moyſes.

Scripſit Pentateuchum, id eſt quinque libros, ſcilicet

ſcilicet Geneſim, Exodum, Leviticum, Numeros, & Deoteronomium. O.1.R. 3.q 4. n.232 uſque 236.p.36.

Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium, ſcripſit, ut vidit, Geneſim vero accepit è revelatione Divina, vel Angelo dictante. (ut vul Divus Auguſtinus.) n.37. ibid.

De tempore, quo hæc ſcripſit magna eſt dubitatio, probabilius, quod, ſcripta ſunt ab eo, in deſerto. ibid.

Scripſit etiam librum Iob, ot ſuo loco dixi

Michæas.

Unus, ex doodecim Prophetis minoribus, de quo facit, mentionem Martyrologium Romanum, die 15. Ianuarii ex alto loco præcipitatus eſt, vel, ut alij volunt gladio occiſus anno mundi 3290. ante Chriſtum. n.767.p.63.

N

Nahum.

VNus ex duodecim Prophetis minoribus, de qoo facit mentionem Martyrologium Romanom die 1. Decembris. floruit anno mondi 3315. ante Chriſtum natum 738. ibid.

Nathan.

Qui floruit tempore David Regis, ſecundum Sixtum Senenſem ipſe eſt auctor libri primi Regum uſque ad ſecundum poſt mortem Samuelis. O.1.R.3.q.8.n.259.p.40.

Nativitas.

Virginis Mariæ, ex eo quòd ab Eccleſia celebratur, evidenter colligunt Patres, quòd nata ſit io gratia, ac ſanctitate. O.4.q.11. n.77.p.524.

Nazaræi.

Nazaræi probatur ex ſcriptura, ac Partibus qood habebant votum caſtitatis. O.3.R.3. q.2. n.5. p.473.

Perfectiores habebant votum caſtitatis perpetuum. n.6 ibid.

Probatur ex Iſaia, & exploditur adverſariorum reſponſio. n.7.8.9.ibid.

Vide *Votum.*

Nehemias.

Vir Doctiſſimus, fuit ſocius Eſdræ, ejus ſecundum librum ſub Eſdræ oomioe, circumfertur. O.2.R.3.q.10.n.269.p.42.

Nicopolitana traſlatio.

Verſio ex Hebræo in Græcum dicitur Nicopolitana, ſub Alexaodro Mamea inventa eſt Nicopoli, anno 230, O.1.R.4.q.3.n. 477. p.72.

Nuñeſius.

Alvarez Pereira commeſtabilis Regni Portugalliæ origo omnium Regum Europæ, poſtea noſtræ Religionis Carmelitanæ profeſſos, primam Eccleſiam ſub titulo Conceptionis ædificat in Portugallia. O.4.q.18. n.549.p.534.

O

Oraculum vivæ vocis.

QVid ſit oraculum vivæ vocis. O.2.R.46. q.1.n.1. .418.

Ponitur Conſtitutio Gregorio XV. Urbani VIII. n.2.3.ibid.

Solum revocaotur vivæ vocis oracula, quæ erant ante Urbanum. n.4.p.419.

Derogantur oracula, quoad forum internum, & externum. n.5.ibid.

Valdè probabile, quòd indulgentiæ, & gratiæ quæ ſunt meré favorabiles, abſque Eccleſiæ detrimento, quod non ſint revocatæ. n.6.7.ibid.

Privilegia, quæ ſunt univerſalia, pro tota Eccleſia, non revocantur. n.8.ibid.

Per hæc non revocantur illa oracula, quæ ſunt meræ declarationes, ac explicationes privilegiorum. n.9.ibid.

Quid diceodum ſit de illis quæ habent tractum ſucceſſivum. n.10.ibid.

An privilegia regolarium conceſſa, vivæ vocis oraculo, ſint revocata per tales conſtitutiones Gregorij, & Urbani. Prima ſententia negat non eſſe revocatas. O.2.R.46. q.2.n.11.p.420.

Et probatur, quia in multis Pontificiit bullis ipſa vivæ vocis oracula ſunt poſua ac proinde jam traoſeunt in bullam autenticam. ibid.n.12.13.14.ibid.

Leo decimus conceſſit, ut vivæ vocis oracula, haberent vim, ac ſi eſſent in bullis, ut cætera privilegia. n.15.ibid.

Maximè notandum, quia Pontifices dicunt, motu proprio, & certa ſcientia, quæ clauſula ſecondum jus, importat novam conſtitutionem. n.16.p.421.

Vera ſententia, quod omnia vivæ vocis oracula, conceſſa Regularibus, ſint revocata per conſtitutiones Gregorij, & Urbani. q.3.n.17.ibid.

Probatur communi auctorum fundamento, quia, ſemper ſuot, & dicuntur oracula. n.18.ibid.

Probatot peculiariter, ex intentione Pootificum qui volunt tollere omnes abuſus, ac difficultates. n.19.ibid.

Probatur ex clauſula bullarum, noo obſtaotibus. n.20.ibid.

Probatur quia aliàs Conſtitutio Urbani, erit fruſtratoria, & nulla. n.21.p.422.

Exploditur ſolutio Vitalis. ibid.

Aliqui dicunt, quod ſolum revocantot oracula conceſſa ad inſtantiam Regum. n.22. p.422.

Talis dicendi modus excluditur ex bulla Urbani VIII. n.23.ibid.

Ex authoritate bollarum apertè conſtat, & oon eſt dubitandom. n.24.ibid.

Origenes.

Expreſſè ait, qood Deipara non fuit infecta vene noſis afflatibus ſerpentis. O.4. q.15. n.97.p.528.

Oſeas.

Unus ex duodecim Prophetis minoribus, Iſaiæ coævus, cujus illa magna eſt laus quod ipſe ante Iſaiam, ac alios Prophetas vaticinatus eſt: de eo facit mentionem Martyrologium Romanum die 4. Iulij, floruit anno mundi. 3227. ante Chriſtum natum. 826. O.1. R.3.q.23.n.413.p.62.

Paralipomenon.

Quid ſignificet? eſt vox græca, idem valet ac additamentom ad ea, quæ prætermiſſa, ac derelicta

derelicta ſunt libris Regum.O.1.R. 3.q.9. n.266.p.41.

Libri ſunt duo , uterque eſt Canonicus , ut conſtat ex Concilio Tridentino ſectione 4. ibid.

Circa Auctorem horum librorum,magna eſt controverſia ; probabilior ſententia , quod fuerint ſcripti ab Eſdra.ibid.& q.9.n.267. ibid.

Patres.

Tam Græci , quam Latini docent putam , & immaculatam Conceptionem. Virginis. O.4.q.15.16.p.528.& ſeqq.

Paulatim.

Non ſimul omnia myſteria explicantur , ſed ſenſim,& paulatim. O.4.q. 13.num.81.82. p.525.

Paulatim ac ſenſim animus ad magna diſponendus. O.4.q.14.n.90. 91.p.527.

Paulus Apoſtolus.

Paulus Apoſtolus ſicut & cæteri Apoſtoli in Novo Teſtamento , non utuntur nomine librorum,ut in Veteri Teſtamento,ſed nomine epiſtolarum. O.1.R.5.q.9.num.658. p.101.

In Novo Teſtamento utitur epiſtolis, res erat cum amicis. n.659.ibid.

In epiſtolis apponuntur notæ,quas ſoli amici intelligunt , & non extranei , res fidei ſolum fideles , & non alieni intelligunt.nu. 660.p.102.

In Veteri Teſtamento diffuſi libri , in Novo verbum abbreviatum, ſed magna gratia,& donis repletum. n.661.ibid.

Valdè mirum,quod Divus Paulus plures epiſtolas ſcripſerit , quàm cæteri omnes Apoſtoli. O.1 R.5 q.10.n.662.ibid.

Paulus olim adverſarius Eccleſiæ inde ejus teſtimonia, ut fortiora ad Eccleſiam defendendam eliguntur. n.663.ibid.

Paulus epiſtolis proſequebatur Eccleſiam Dei. inde altâ providentiâ Dei epiſtulis eam tuetur. n.664.ibid.

Paulus habebat ſollicitudinem omnium Eccleſiarum,inde ad omnes ſcribit. num.665. p.103.

Paulus præco , & Doctor Eccleſiæ , non ſolum in vita , ſed etiam poſt mortem , qua ejus charitas non extinguitur. num.666. ibid.

Omnes epiſtolæ Pauli Canonicæ , ut definitum eſt in Concilio Tridentino.q.11.n.668. ibid.

De epiſtola ad Hebræos dubitatur , hæretici negant eſſe Canonicam. n.669.ibid.

Catholica fide tenendum eſſe Canonicam, & ſcriptam à Divo Paulo.ibid.n.670.671. p.104.

Primum argumentum, ſecundum,ac tertium, ex locis Scripturæ diſſolvuntur. num.672. uſque 675.ibid.

De numero , ac ordine epiſtolarum D.Pauli, quo ab eo ſcripta ſunt. O.1. R.5.quæſt.12.à n.677 uſque 689 p.105.106.

Qua lingua.ſeu idiomate Apoſtolus Paulus ſcripſit ſuas epiſtolas Salmeiron , & alij tenent epiſtolam ad Romanos eſſe ſcriptam Latino ſermone. quæſt.13.num.691. p.106.

Vera ſententia , quod Apoſtolus , ſcripſerit omnes ſuas epiſtolas excepta ad Hebræos, Græco ſermone. n.692.763.p.107.

Tertius Apoſtoli Comes, & Scriptor, epiſtolas, quas Græco ſermone ex ore Apoſtl. ſcripſit , eas ex Græco in Latinum tranſtulit. n.694.ibid.

Epiſtola ad Hebræos Hebraïcè ſcripta eſt. n.695.796 ibid.

Apoſtolus citat Scripturam,juxta Septuaginta, quia talis lectio, erat magis communis. n.697.ibid.

Multa in Scriptura ponuntur etiam ab interprete. n.698.ibid.

An præter has quatuordecim epiſtolas Pauli ſint aliæ ad Senecam , Laudicenſes affirmant magni Patres. O.1.R.5.quæſt.14. n.695.p.109.

Sixtus Senenſis refert alias ſex epiſtolas Pauli, ſed ex ſtylo deprehenduntur non eſſe Pauli. n.700.ibid.

Paulus aliquas epiſtolas ſcripſit ad Senecam, ſed non ſunt , nec extant.num.701. 702 p.108.

Ad Laodicenſes nullam ſcripſit D.Paulus epiſtolam. n.703.704.ibid.

Quod ſcripſerit tertiam ad Corinthios affirmant graves Patres,alij negant.num.705. 706.p.109.

Tertiam epiſtolam ad Theſſaloniſſenſes Origenes vocat adulterinam. num.707.ibid.

Paulus V.

Pontifex maximus prohibet per ſuam Conſtitutionem ne in publicis concluſionibus, concionibus, lectionibus quiſquam audeat dicere,ac aſſerere, quod B.Virgo concepta fuit in peccato originali. O.4.q.13.nu.85. p.526.

Penthateucum.

Nomen eſt Græcum , & ſignificat volumen quinque librorum , ſcilicet Geneſim,Exodum , Leviticum , Numeros , Deuteronomium , quorum horum Auctor , & Scriptor eſt Moyſes. O.1. R.3. q.4. num.232. p.36.

D.Petrus.

Duas ſcripſit epiſtolas utramque Canonicam. O.1.R.5.q.17.n.735.736.p.113.

Divus Petrus Auctor epiſtolæ , eam ſcripſit primariò ad Iudæos converſos, ſecundariò ad gentes , quæ ſuſceperant fidem. n.736. ibid.

Hæc epiſtola ſcripta eſt Romæ , anno 45. & Græco idiomate. n.737.738.ibid.

De ſecunda epiſtola , dubitarunt aliqui de fide certum eſſe Canonicam. n.739.740. ibid.

Auctor ſecundæ epiſtolæ eſt Divus Petrus, ſcripſit eam contra Simonem Magum, jam proximè martyrio laureandus. num.742. ibid.

Objectio ex diverſo ſtylo , nihil concludit. n.743.p.114.

Has epiſtolas Divi Petri , poſtulat Beatus Bonifacius , ut litteris aureis ſcriberentur. n.744.p.114.

Aliqua opera nomine D.Petri, quæ circumferuntur, ut adulterina , & aliena ab eo reijciuntur. n.745.ibid.

Philippus

Digitized by Google

Philippus III.

Hiſpaniarum Rex fecit,ut omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi, uoiverſitates, miſſis oratoribus ad Pontificem, ut ab eo poſtularent definitionem in hac materia Conceptionis. O.4.q.18.n.146.p.533.

Philippus IV.

Hiſpan. Rex gratulatur Pontificem Gregorium XV.ob Conſtitutionem editam ſub nomine Conceptionis, & poſtulat ejus definitionem ab Alexandro VII. ibid.

Pontifices.

A Sixto IV. uſque ad præſens tempus omnes magnas Conſtitutiones ediderunt in favorem Conceptionis B. Virginis. O. 4. q.13.per totam.p.525

Pictura.

Pictura nobis Chriſtianis valdè utilis. O.1. R.5.q.6.n.635.p.97

Proceſſiones.

Quis poſſit Proceſſiones indicere juxta Concilium Tridentinum. O.2.R 47.q.1. n.2. p.422

Ad Epiſcopum, ſeu ejus Vicarium pertinet convocare ad proceſſiones. num.2. ibid.

Abſente Epiſcopo Vicario, Priores poſſunt convocare. n.3.ibid.

An poſſit Epiſcopus indicere proceſſiones ſolemnes in domo Regularium ipſis invitis, ſunt, qui affirmant. n 4.p.413

Verior ſententia negativa. n.5.ibid.

Regulares convocandi ſunt ad proceſſiones per cleros. q.1.n.6.7 ibid.

Regulares non poſſunt compelli ab Epiſcopo ad proceſſiones cenſuris. n.8 ibid.

An Parochi Regulares, valeant compelli cenſuris ab Epiſcopo, ſicut & cæteri Parochi ſeculares, ut conveniant ad proceſſiones vera ſententia eſt affirmativa. n.9.ibid.

Et optimè probatur ex capite *cum Capella de privilegiis*. n.10.ibid.

Ad Epiſcopum, ſeu Ordinavium pertinet componete differentias inter Cleros, & Regulares ortas occaſione proceſſionum. O.2.R.47.q.3.num.11.p.424.

Hæc poteſtas data Epiſcopo in Concilio Tridentino eſt ad controverſias ortas cum ſcandalo. n.12.ibid.

Per ſententiam Epiſcopi ſuſpenditur effectus ſuſpenſiuus;non tamen devolutivus. n.14.ibid.

Remedium ad componendas controverſias eſt, expellantur litigantes, dum nolunt acquieſcere. n.15.ibid.

Religioſi obligati ad proceſſiones cum vocati ſunt tenentur accedere, & hoc præceptum primo reſpicit Prælatos, deinde ſubditos; ſi impediunt ne alij accedant. n.16 ibid.

Quidam dicunt, quod Religioſi non tenentur canere, niſi in proceſſionibus Litaniarum. Standum eſt tamen, conſuetudini locorum ac Regnorum. num.17.18. ibid.

Sylveira Opuſcula.

Multi ſunt Religioſi, qui ex privilegio non tenentur accedere. q.5.n.19 p.425

Diſtantes ab urbe per medium milliare etiam non tenentur. n.20 ibid.

Excuſantur etiam Religioſi ob paucitatem illorum in Conventu, vel quia multi infirmantur. n.21.ibid.

Conveniens numerus,ut teneantur Religioſi accedere eſt duodenarius, ut hoſpites tamen non teneant accedere. num. 22. 23. ibid.

Excuſantur etiam Religioſi accedere ad proceſſiones, ob ſupervenientem pluviam. n.24 ibid.

Exempti ſi ſemel accedant ad proceſſiones, vel ex devotione, vel quia invitati ſunt non inde deperdunt ſuum privilegium. n.25.ibid.

Religioſi tenentur accedere ad proceſſiones communes, convocati ad Epiſcopo. q.6. n.26.27.p.426

Ex declaratione Cardinalium, non tenentur accedere ad proceſſionem,quæ fit in octava Corporis Chriſti. n.28.ibid.

Clemens Octavus conceſſit Patribus Sancti Eloi, ut ad nullas proceſſiones teneantur accedere,niſi ad quinque aſſignatas.n.29. ibid.

Archiepiſcopus Ulyſſiponenſis voluit obligare Religioſos ad proceſſiones Litaniarum,& prædicto privilegio ſe munierunt Religioſi, & Archiepiſcopus quievit. n.30.ibid.

Aliqui dicunt, quod Regulares poſſunt facere proceſſiones extra Conventum ſine licentia Epiſcopi. Oppoſita ſententia negativa eſt vera quæſt.7.num.31.32. ibid.

Quod intelligitur, niſi detur conſuetudo contraria, ut datur in Portugallia. n.33. p.427.

Circa præcedentiam eſt magna dubitatio, Clerici habent præcedentiam ſupra cæteros Religioſos, & Clerici quomodo habeant inter ſe explicatur. O.2. R. 47. q.8.n 34 ibid.

Canonici Regulares præcedunt Monachos. n 35.ibid.

Poſt Monachos mendicantes, qui præcedunt non mendicantes. n.36.idid.

Carmelitæ habent præcedentiam ſupra fratres Beatæ Virginis de Mercede.num.37. ibid.

Inter fratres mendicantes Dominicani habent præcedentiam. n.38 ibid.

Quoad alios mendicantes obſervanda eſt Bulla Gregorij XIII. de præexiſtentia in loco. n.39.ibid.

Bulla Gregorij eſt in ſua viridi obſervantia. ibid.

Clemens VIII. ſolum derogavit prædictam Bullam quoad Dominicanos. num. 40. p.478

In cæteris Bulla Gregorii eſt obſervanda, quæ agit de mendicantibus. num.41 42. ibid.

Sacra Congregatio determinavit, ut præcedentia

dentia habeatut ordo, ſicut in Romana Curia. n.43.ibid.

Proclus.

Cyzicenus, docet quod cum virgo eſſet electa in Dei Matrem, exinde verificatur, quod nullam contraxit maculam. O.4. q.15.n.101.p.528

Propheta.

Quatuor ſunt majores, doodecim minores, & dieuntur minores, per reſpectum ad quatuor majores, & hi dicuntur, minores, ob ſermonis brevitatem, non tamen ſunt minores in gravitate ſententiarum, excellentiâ myſteriorum, & magnitudine revelationum. O.1.R.3.q.23.n.411.p.62

Prophetica cognitio.

Explicatur ethimologia nominis Propheta, & quid ſit. O.1.R.1. q.8. num. 92. 93.p.15.

Explicatur, quod ſit objectum materiale, & formale Prophetiæ. n.94.ibid.

Quæ comprehendantur ſub Prophetia, veniunt explicanda. n.95.ibid.

Tripliciter res manifeſtatur ſub Prophetico lumine. n.96 p.16.

Lumen Propheticum, & fidei diſtinguuntur, non accidentaliter, ſed eſſentialiter. n.97.98.99.ibid.

Ponuntur aliqua diſcrimina inter fidem & Prophetiam. n.100 ibid.

Ponuntur alia, in quibus conveniunt fides, & Ptophetia. n.101.ibid.

De ratione Prophetiæ eſt, ut intelligat, & cognoſcat ea, quæ vaticinatur. num. 102. pag.17

Ordinariè loquendo non requititur, ut Propheta intelligat ſecundum omnem ſuom ſenſum, intentum à Spiritu ſancto. n.103. ibid.

Revelationes Propheticæ, poterant eſſe abſtractæ & obſcuræ, & ita de facto, ordinariè loquendo, contingebat, aliquando etiam, poterant eſſe claiæ, & evidentes. n.107. 108.ibid.

Quod fieri poterat triplici modo. num. 108. 109.110.ibid.

Ptophetæ poſt ſuas revelationes benè, & optimè, de illis recordabantut. n. 111. pag.18.

Propoſitiones.

Vniverſales in ſcriptura, non accipiendæ ſunt, ut omnes nemine excepto includant, ſed accipiendæ ſecundum majorem partem. O.4.q.21.n.169.170.p.537

Proverbia.

Liber Proverbiorum eſt Canonicus, illius argumentum, virtutis inſtructio. O. 1. R.3.q.16.n.26 p.50.

Totus liber eſt compoſitus à Salomone. n. 327.ibid.

Illa additiuneula capite 25. eſt Canonica. n. 328 p.51

Ea, quæ opponuntur ex capite 31. quod liber non ſit compoſitus à Salomone, ſolvuntur. n.329.ibid.

Agur, id eſt congregare eſt nomen appellativum Salomonis. n.330.ibid.

Samuel etiam eſt nomen appellativum Salomonis, & idem valer, ac cum illo Deus, quod dicitur, de Salomone, utpote Chriſti figura. n.331.ibid.

Pſalmus.

Auctoritas Pſalmotom graviſſima. O.1.R.3. q.15.n.311.p.48

Prima ſententia multos agnoſcit Pſalmorum auctores. n 312.ibid.

Vera ſententia ſolus David auctor Pſalmorum. n.313 ibid.

Regula aſſignata à Patribos ac S. Athanaſio non eſt firma. n.314.&. ſeqq p 49

Nec Moyſes, nec Abrahamus, nec Salomon, ſunt auctores Pſalmorum. n.317.& ſeqq.ibid.

Primum argumentum, pro prima ſententia debile, quia non ſemper auctores librorum nominantur. n.320.p.50

Secundum fundamentum reiicitur quia frequenter ponuntur in titulo cantores Pſalmorum. n 321.322.ibid.

Tertium non procedit, quia David ſpiritu prophetico prævidir quod illi Pſalmi erant decantandi à Ieremia, Ezechiele, ac Ægæo. n.324.325.ibid.

Providentiâ.

Supremâ & altâ Deus cuſtodivit B. Virginem ne læderetur à peecato originali. O.4.q.6.n. 34.35.p.515

R

Ratio.

MYſterium puræ Conceptionis Viginis etiam rationibus probatur. O.4.q.20. n.163.p.536.

Rechabita.

Rechabitæ, ſic dicti à Patre ſuo, & ſunt diſcipuli Eliſæi. O.3. R.3. q.3. num. 15. p.475

Ponitut textus Ieremiæ circa Rechabitas, & eorum vitam monaſticam; quæ à Patribus ponitur in exemplum cunctis Religioſis. n.16.ibid.

Probatur ex Concilio Senonenſi, de eorum obedientia, cum voto. n.17.ibid.

Probatur ſecundò idem ex obligatione, quam Rechabitæ, in ſe agnoſcebant. n.18.ibid.

Probator etiam, eorum paupertatis voto. n. n.19 p.476

Probatur etiam caſtitatis voto. n.20. ibid.

Probantur eorum vota ex Patribus ac auctoribus. n.21.ibid.

Iſti Rechabitæ, fuerunt diſcipuli Eliæ, & Eliſæi. n.22.ibid.

Redemptio.

Fit vel ab actuali peccato, vel præſervando ab illo. O.4.q.21.n.171.p.538

Index Rerum.

Religio.

Extitit in lege antiqua cum votis, de quo vide infrà *Votum*.

Ad veritatem Religionis, requiritur acceptato ex parte Dei. O.3.R.3.q.16.n.137. p.499

Hæc acceptatio ſufficit, quod ſit negativa, & dabatur in Religione Prophetica. n.140. p.500

Etiam acceptatio poſitiva dari poterat. n.142 ibid.

Ad ſubſtantiam, Religionis, requiruntur vota. ibid.

Hæc autem vota, non requiritur, quod ſint, ſolemnia, ſed ſufficiunt ſimplicia. q. 18. n.159. p.503

In Elia, & Eliſæo, ac filiis Prophetarum dabatur Religio cum votis, qualia poterant eſſe, pro illo ſtatu, quod latè oſtenditur, ac explicatur. O.3. R.3. per totam per quæſtionem 19. n.503. & ſeq.

Liber Regum.

Quatuor ſunt, & Canonici, ut ex Concilio Tridentino, ac aliis. O.1. R.3. q.8. n.257. p.40

Primus ſcriptus eſt à Samuële uſque ad ejus mortem quæ narratur. c.25.n.1

Poſterior pars ipſius libri cum libro ſecundo aliqui dicunt, quod ſcripta fuit à Davide, probabiliùs videtur ſcriptam fuiſſe à Nathan, & Gad Prophetis. n.259. ibid.

Circa tertium, & quartum magna eſt dubitatio, à quonam ſint ſcripti, probabilius, partim à Jeremia, partim ab Iſaïa. ibid. n.261.262.263. ibid.

Revelatio.

Revelatum eſt permiſſum eſſe à Deo, ut aliqui pii viri dubitarent de pura Conceptione Virginis. Revelatio poſita in limine operis.

Revelationes S. Brigitæ, ſunt probatæ ab Eccleſia, & magnæ auctoritatis. Vide verbum *Brigitta*.

Immunitas immaculatæ conceptionis multis viris ſanctiſſimis revelata eſt à Deo. O.4.q.19.n.153. & ſeqq.p.535

Liber Ruth.

Eſt Canonicus juxta Concilium Tridentinum ſectione 4.O.1.R.3.q.7.n.252.p.39

Circa ſcriptorem hujus libri variæ ſunt ſententiæ. ibid.n.253.ibid.

Verior affirmat fuiſſe Samuëlem. num.254. ibid.

Quo tempore hæc hiſtoria accidit & quo tempore ſcripſit Samuël explicatur. n.255. 256. ibid.

S

Samuël.

Magna quæſtio, an anima Samuëlis apparuerit Saüli, & ponitur Textus. O.2.R43.q.1.n.1.& 2.p.402
Sylveira Opuſcula.

Pronitur ſententia prima negans, ſecunda affirmat, tertia utrumque dicit probabile. n.4.5. & 6. p.403

Secunda ſententia ut vera defenditur à Patribus. q.2 à n.7. uſque 16.p.403.404

Ponuntur & ſolvuntur argumenta contrariæ ſententia.q.3.à n.17.uſque 29.p.405. 406

Sapientiæ Liber.

Liber iſte eſt Canonicus. O.1. R.3. q.19. n.350. p.54

Illius Auctor nullus alius niſi Salomon. ibid. à n.352.uſque ad 363.p.54.& 55

Refelluntur argumenta adverſariorum. ibid. à n.564. uſque ad 369. p.55.& 56

Explicatur libri argumentum. n.370.p.56

Sacra Scriptura.

Ponitur definitio illius. O.1. R.1. q.1. n.1. pag.1

Dicitur, Biblia, & Scriptura, quia ab ipſa, omnis eſt ſcientia; dicitur teſtamentum, quia ſignificat pactum, ſeu fœdus, quo antiquitus morte ac ſanguine celebrabatur. n.576.p.2

Rectè ſcriptura dicitur teſtamentum, quia in ea Deus teſtatur ſuum amorem, erga nos filios ſuos. n.8.p.3

Explicantur duodecim nomina metaphorica ſacræ ſcriptura. n.10.ibid.

An, ut aliqua ſcriptura ſit, & dicatur divina, ſufficiat quod, poſtquam illa ſcripta eſt humano Spiritu, Deus illam approbet. Prima ſententia affirmat. O.1.R.1. q.2.n.8.p.14

Ponuntur tria fundamenta hujus ſententiæ. n.81.82.83 ibid.

Secunda ſententia, & vera negat. n.84. ibid.

Sententiæ Sacerdotum olim approbatæ à Deo non ſunt ſcripturæ. n.85.ibid.

Scriptura, intrinſecè, & eſſentialiter, cum ſit verbum Dei, debet procedere ab ipſo ad illumque dicere, relationem originis. n.86. ibid.

Ex eo, quod Deus approbet ſcripta Divi Thomæ, non inde ſunt ſcripturæ. n.87. ibid.

Ex eo, quod cenſor approbet librum, non inde dicitur illius auctors. n.88.ibid.

Dicta philoſophorum, prout ab ipſis ſunt dicta, nullam habent auctoritatem; prout referuntur à ſcriptore Canonico, multam. n.89.90.ibid.& p.15

Scriptura approbata à Deo, eſt certiſſimæ veritatis, tamen Deus, non poteſt dici illius auctor. p.91.p.15

Sacra ſcriptura valdè difficilis, & clauſula corvo comparatur. O.1. R.1. q.9. n.112. pag.18

Ob ſui obſcuritatem, dicitur abyſſus myſteriorum Dei. n.113.114.ibid.

Ob eandem difficultatem diſcipuli rogabant Chriſtum, ut eis diceret & explicaret parabolas. in 115. ibid.

Inde pro magno dono poſt Reſurrectionem, diſcipulis aperuit ſenſum ut intelligerent ſcripturas. n.115. ibid.

Nec obſtat quod Patres, ſcripturas dicant

claras, quia Deus claris, obſcura temperavit in ſcripturis, & quia Patres ob magnitudinem Spiritus, clara exiſtimabant. à n.116. uſque 119.p.18.& 19

Divioos Spiritus ſacras tali modo Scripturas diſpoſuit, eſſe obſcutas & profundas, ut dareot odorem divinæ incomprehenſibilitatis. O.1.R.1.q.10.n.120.p.19

Secundò ſi intellectus humanus, multa terrena non percipit, quomodo altiſſimis myſteriis acquieſceret. n.121.ibid.

Tertiò, ut aliquorum, tum furor, tum audacia evitetur, & bonis moribus præditi ad opem Dei implorandam excitentur. n.122.p.20

Quod arrogantes non capiuot, humiles percipiunt. n.123.ibid.

Quintò, tanta difficultas, ut noſtrum ingenium ſtudio exerceatur. n.124.ibid.

Sextò, ut auctoritas Scripturæ magni æſtimetur. n.125.ibid

Scriptor Canonicus.

Quæſtio eſt, an Spiritus ſanctus Scriptori Canonico, non ſolum dictaverit ſenſum, ſed etiam verba, & eorum ordinem. O.1. R.1.q.6.n.62.p 11

Prima ſententia negat, ſecunda & vera affirmat. n.64.ibid.

Probatur ex Pſalmo 44. *Lingua mea*, & multis aliis locis Scripturæ. n.55.66.67.p.12

Primum argumentum, quo Divus Paulus ſe dicit imperitum, ſermone loquitur ut dicebant ejus obtrectatores. n.68.69.70.71. p.12

Secundum argumentum, quo Scriptor, poſtulat veniam, hoc eſt de ſtylo non multo compoſito: nam divinus Spiritus multoties ſe temperavit ingenio Prophetæ. n.72.73.p.13

Tertium, Scriptores addunt diligentiam, veluti diſpoſitionem. n.74.75.ibid.

Quartum, quia Evangeliſtæ & Apoſtoli, in citandis locis Veteris Teſtamenti, non obſervant verba, ut magis veritas pateat. n.76.77 ibid.

Quintum, ex Paulo, dico ego, ut conſulens, & non ut Dominus percipiens, explicatur Apoſtolus. n.78.79.ibid.

Sextum, nihil concludit, quia Dominus præcipiens Procuratori eſt cauſa moralis, Deus loquens per Scriptorem ſacrum, cauſa phyſica & realis. o.80 ibid.

Spiritu ſancto inſpirante locuti ſunt ſancti Dei homines. O.1.R.3.q.2.n.214.p.33

Sensus.

Quid in præſenti nomine ſenſus intelligatur. O.1.R.2.q.1.n.126.p.20

Quatuplex eſt ſenſus Sacræ Scripturæ litteralis, allegoricus, moralis, anagogicus, & omnes ſunt intenti à Spiritu ſancto, quod multis exemplis fit manifeſtum. num.127. 128. p.21

Explicantur voces hiſtoria, allegoria, moralis, ſeu tropologia, anagogia. n.130.ibid.

Quod multis, & aliis exemplis explicatur, & oſtenditur in Sacra Scriptura n.131.132. 133. ibid.

Ponitur argumentum ex auctoritate Patrum qui pauciores ſenſus videntur agnoſcere n.134. ibid.

Solvitur argumentum, quia Patres, tanta diſtinctione, non utuntur, & ſub ſenſu myſtico, omnes alios comprehendunt. n.135. p.22

Explicatur ſenſus litteralis, ejúſque definitio, ac diviſio in proprium, & metaphoricum. q.2.n.136 137. ibid.

Explicatur quid in ſenſus metaphoricus. n.137.138.139. ibid.

Aliæ diviſiones ad has reducuntur. 140.141. p.23

Sententia negans, quod ſub eadem littera multiplex ſit ſenſus. n.142. ibid.

Vera ſententia affirmat, & multis exemplis oſtenditur. à num. 143. vſque 150. ibid.

Reſpondetur ad argumentum contrariorum. n.152.153.p.24

In eodem textu datur ſenſus litteralis, cum metaphorico. n.154.ibid.

Omnis locus Sacræ Scripturæ habet aliquem ſenſum litteralem. num. 155. 156. ibid.

Proponitur oppoſita ſententia cum ſuis argumentis, ac eorum ſolutione. n.157.158. 159. p.25

Multiplex ſenſus litteralis provenit ex infinita Sapientia Dei, & ex verbis Hebraïcis, ac eorum punctis. num.160.161. 162. ibid.

Veritas in texto Hebraïco, & Septuaginta, quomodo habenda. num. 162. 163. ibid.

Quando vero idem locus videtur habere duos ſenſus contrarios, & incompatibiles quomodo exponendus. Prima regula ex ſenſu recepto ab Eccleſia. O.1. R.2. q.3. n.163.p.26

Seconda Regula ex cohærentia cum altero loco Scripturæ. n.164.ibid.

Tertia, ex mente, & interpretatione Sanctorum Patrum. n.165.ibid.

Vel etiam ex interpretatione, quæ cohæret cum alio loco Scripturæ, vel cum doctrina alibi data à Sanctis Patribus. ibid.

Quarta, ſi intelligentia, ſeu expoſitio, non poteſt haberi, nec ex alio loco Scripturæ, nec ex Eccleſiæ interpretatione, nec ex Sanctis Patribus illa tenenda, quæ magis fuerit conformis rectæ rationi n.166.ibid.

Senſus myſticus, deſumitur ex rebus per voces ſignificatis. O.1.R.2. q.4.n.167.p.27

Senſus ſpiritualis idem eſt, ac myſticus, & moralis. n.168..ibid.

Ex ſenſu myſtico ſumitur efficax argumentum ad probandas res fidei. ibid. n. 169. uſque 172. ibid.

Reſpondetur ad argumentum adverſariorum. o.173.ibid.

Quilibet locus Scripturæ, præter ſenſum litteralem non habet illos tres ſenſus, myſticos, ſeu allegoricos. num.174. 175. p.27. 28

Senſus litteralis nobilior ſenſu myſtico. n 176.177.p.28

Ponuntur adverſariorum fundamenta, & ſolvuntur. n.178 179.180.ibid.

Senſus

Index Rerum.

Senſus accommodatitius eſt admittendus ad virtutem exhortandam, ac laudandam, & ad vitia vituperanda. num. 181. 182. pag.19

In hac re tria obſervanda ut notatur. n.183. 184. ibid.

Septuaginta duo.

Quomodo hæc hiſtoria accidit, & vocati ſunt Prolomæo.O.1.R.4.q.1(n.425.426. pag.65

An fuerint iſti viri in cellulis ſeparatim. n 427.428.429.530 p.66

Agitur de auctoritate D. Hieronymi & Epiphanii. n.431.432.433.434. ibid.

Quos libros tranſtulerunt Septuaginta, omnes nempe, qui ſuo tempore erant in Canone Hebræorum. n.435. 436. 437. pag.67

In hac tranſlatione affuit aſſiſtentia Spiritus ſancti. n.440.441.442.ibid.

In hac tranſtatione Septuaginta aliquid dixerunt addendo, vel diminuendo ex dictamine tamen Spiritus ſancti. num.443. 444. p.68

Reſpondetur ad D.Hieronymum. num. 445. ibid.

Tempore antiquo hæc tranſtatio fuit authentica. n.445.ibid.

De hac lectione Septuaginta, variæ tranſlationes factæ ſunt. num.447. 448. 449. ibid.

Quæ modo extat ex vaticano authentica. n.450. p.69

Sepultura.

An, qui inveniuntur mortui in campoextra urbem, & diſtrictis gladiis inventi ſunt, ſepeliendi ſint in loco ſacro. O.2. R.48. q.1.n.1. p.428

In dubio quilibet præſumitur bonus, niſi probetur malus. n.2 ibid.

Mortuos non condemnandus, niſi evidenti probatione. n.3.p.429

Pœna duelli non conſurgit, niſi ex pacto coudicto, ac compoſito. n.4.ibid.

Iſti duo poterant conveuire ad illum campum, ubi mutuò inter ſe convenirent, ac pactum amicitiæ inireut. n.5.ibid.

Iſti poterant convenire ad illum locum bona amicitia, & poſtea furore iræ accenſi rixati ſunt. n.6.ibid.

Poterant inter ſe rixati etiam ad oſtendendam dexteritatem ſuam, atque fortitudinem. n.7.ibid.

Ut mortui in duello priventur ſepultura Eccleſiaſtica, requiritur ſententia judicis. n.8.ibid.

Ille qui moritur ex vulnere accepto in duello antecedenti die, quod ſit privandus ſepultura Eccleſiaſtica tenent graves Auctores. q.2.n.10.p.430

Oppoſita ſententia mihi videtur vera, & certa. n.11.ibid.

Nec contra hoc faciunt Tridentinum, & Clemens VIII. loquuntur de illo qui moritur in ipſo conflictu. n.12 ibid.

Notorii peccatores privantur ſepultura Eccleſiaſtica. n 9.p.429

Adulteri deprehenſi in adulterio à marito ſepeliendi ſunt in loco ſacro, ſicut qui moritur in cornibus taurorum, & meretrix mortua in lectulo amici ſui. n.13. p.430

In his melior pars eligenda, & ſemper præſumitur in extremis, quod homo agit de ſua ſalute æterna, quantum poteſt. n.14. ibid.

Idem dicendum, quando clauſus in domo, invenitur laqueo ſuſpenſus, vel in puteum demerſus. n.15.ibid.

Sepultura abſque ulla Simonia datur pretio, eleemoſynáque. n.16.ibid.

Si patronus emit ſepulturam, vel Capellam pro ſe, ac ſuis hæredibus, non poteſt alius ibi ſepeliri, ſine ejus licentia. n.17. p.431

Etſi factum fuerit exhumandum cadaver alienum. n.18 ibid.

Si extinguitur progenies, jus ſepulchri tranſit ad Eccleſiam. n.19.ibid.

Tamen in tali caſu priores Scriptiones, non ſunt delendæ. n.20. ibid.

Hæredes ſunt, qui naſcuntur ex filiis, & non extranei. n. 21.ibid.

Si fuerit data abſolutè poſſunt alii ſepeliri. n 21. ibid.

Si perpetua conſiderandæ ſunt duæ conditiones. n.23. ibid.

Sixtus.

Quartus anteſignanus in materia Conceptionis, quatuor de hac re edidit. Conſtitutiones, in quarum prima præcipit celebrari Officium Conceptionis in tota Eccleſia. O. 4. quæſt. 13. num. 83. pag.525.

Sophonias.

Unus ex duodecim Prophetis minoribus, de quo facit mentionem Martyrologium Romanum die tertia Decembris, eodem die habetur in Monologio Græcorum, floruit anno mundi 3. 95. ante Chriſtum natum 659. O.1. R.3. q.23. pag 63

Suſpenſione.

Si abſolutus, vel diſpenſatus ab Epiſcopo, cum crimen eſſet occultum, & poſtea factum eſt publicum, & manifeſtum, dubitatur, an indigeat abſolutione nova, vel ſuſpenſione: O.2. R.49. q.2. num. 1. pag.432

Prima affirmat novam eſſe neceſſariam: nam Concilium Tridentinum dat poteſtatem Epiſcopo ſolum in foro interiori. n.2.3. ibid.

Diſpenſatus in foro conſcientiæ poteſt accuſari, & puniri in foro exteriori: ergo ſimiliter in abſolutione. n.4.ibid.

Diſpenſatus in articulo mortis, tenetur comparare coram Superiore, & in dubio tutior pars eſt eligenda. num.5. 6. ibid.

Contraria ſententia, mihi videtur vera, quia facultas abſoluta, conceſſa eſt pro vtraque foro. n.7.8. ibid.

Quando facultas diſtringitur ad interiua

ponitur clauſula pro foro conſcientiæ. n.9.ibid.

Facultas diſpenſandi, ſecundum jus, latè explicanda. n.10. ibid.

Facultas prædicta in Domino meo Epiſcopo, non eſt delegata, ſed ordinaria, & cenſura ſemel ablata non reviviſcit. n.11. ibid.

Abſolutus in articulo mortis, tenetur comparare, quia jura ita diſponunt, quod mandatur in noſtro caſu. n.12 ibid.

Dominus Epiſcopus, debet dare teſtimonium abſolutionis Sacerdoti. n.13.p.433

Ad primum argumentum, facultas data in Tridentino, non eſt reſtringenda ad forum interiùs. n.14.ibid.

Ad ſecundum ex eo, quod delinquens, poteſt deduci ad judicium exterius non ſequitur, quod abſolutio ſit nulla. num.15. ibid.

Solvuntur alia argumenta. n.16. 17.18 ibid.

Dubitatur etiam, an ſuſpenſio poſita à jure, & publicè facta tum non ſit reſervata, & tolli poſſit ab Epiſcopo. q.2.n.19. ibid.

Ponitur pars negativa, & ejus fundamentum. n.20. ibid.

Ponitur ſententia Henriquez. n.21.ibid.

Ponitur, vera ſententia affirmativa, & probatur. n.22.23. ibid.

Ex Tridentino datur poteſtas Epiſcopo ad tollendam ſuſpenſionem, ex mala ſusceptione Ordinum. n.24 p.434

Parochus ſolum habet juriſdictionem in foro interiori. p.25. ibid.

An ſuſpenſus ab ordine inferiori cenſeatur, & habeatur, ſuſpenſus ab ordine ſuperiori, ut illum exercens incurrat irregularitatem, & etiam mortaliter peccet, eſt dubitatio. q.3.n.26.p.434

Suſpenſus à majori non eſt ſuſpenſus à minori. n.27.ibid.

Prima ſententia negat. n.28.ibid.

Tamen eorum fundamentum non convincit. n 26.ibid.

Aliqui concedunt, nullum ordinem poſſe exercere ſine alio. n.30.ibid.

Oppoſita ſententia, & vera, quod non incurrat irregularitatem, licèt, mortaliter peccet. n.31.ibid.

Optimè eam probat noſter inſignis Magiſter Petrus Cornejo. n.32.p.435

Sophronius.

In quadam Epiſtola teſtatur de B. Virgine, quod munda, & incontaminata miniſtravit Incarnationi Divini Verbi. O.4. q.15.n.107.p.529

T

S. Teſiphon.

Diſcipulus Jacobi Apoſtoli, ex decreto Apoſtolorum illuſtre dat teſtimonium de immaculata Conceptione. O.4. q.10.n.61.p.522

Teſtis.

An in judicio Regularium, ſint nomina teſtium manifeſtanda, quæſtio maximè quotidie agitata. O.2. R.50. q.1. num.1. p.435

In levibus cauſis, & ubi nullum Reo eſt periculum, non ſunt publicanda nomina. n.2. ibid.

Si Religioſus, accuſatur, à ſæcularibus nomina publicanda. n.3.ibid.

Si per ſtatutum Religionis eſt prohibitum, ut teſtium nomina, non publicentur, non ſunt danda. n.4.ibid.

Multi auctores, tenent, quod etiam in cauſis graviſſimis Religioſorum, non ſunt teſtium nomina publicanda. n.5.ibid.

Probatur, tum ex ſtatuto Toletano, tum ex jure. n.68.p.436

Alii auctores tenent, quod in cauſa graviſſima ſunt danda, quod probatur ex capite finali de hæreticis. n.8. ibid.

Iudex multa prudentia, ac Dei timore in hoc negotio procedat. n.9.ibid.

Religioſus non poteſt jurare in judicio ſæcularium, ſine licentia ſui prælati, ſi tamen juret tenet juramentum. O.2. R.50. q.1.n.10.p.436

Et hanc licentiam poſſunt dare Prælati Conventuales. n.11.ibid.

Iudices, & principes, non poſſunt, cogere Regulares ad jurandum. n.12.ibid.

Religioſi in Aduanis ut ſua, verbi gratia, triticum laxentur à gabellis tenentur jurare verum, ad mentem propoſitorum. n.13. ibid

Si Religioſi coacti jurant, in cauſa ſanguinis non contrahunt irregularitatem. n.14. p.437

An in cauſa civili ad jurandum, non poſſint cogi à ſuis prælatis. Quidam negant, alii probabilius affirmant. num. 15. 16. ibid.

Ad quid teneatur teſtis falſus, ex cujus teſtimonio, multa damna ſunt illata reo, caſus maximè deplorandus, & ſæpè contingens. O.1.R.50.q.3.n.17.ibid.

Si reus, jam erat convictus; non datur obligatio reſtituendi. n.18. ibid.

Qui depoſuit falſum, non ſcienter, nec eſt lata culpa, non tenetur ad reſtitutionem. n.19. ibid.

Teſtis falſus, cum magno periculo ſuo tenetur, retractare ſuum dictum ſi intelligit profuturum. n.21.ibid.

Maximè timenda opinio, cujuſdam auctoris, ſatis rigida. n.22.p.438

Si revocatio non eſt profutura moraliter, non tenentur. ibid.

At, ſi Reus, dicat ſe parcere, & dimittere injuriam, tum res conſideranda. num.23. ibid.

Tertiarii.

De quibus, multi, & graves auctores tractant, & proponitur caſus hujus quæſtioner. O.2.R.38 q.1.n.1.p.361

Deuntur tertiarii juxta Gloſſam, quia primi ſunt fratres, ſecundi monales, hi qui in domo habitant tertiarii. n.2.ibid.

Hoc explicatur aliter, juxta communem dicendi modum. ibid.

Dicitur ordo de pœnitentia, quia eſt communis

munis omuibus vis in omni ſtatu ad cœlum.

Vel quia eſt valdè mirabile, quod inter muodaoas divitias, inveniatur in ſæcularibus auſteriias pœnitentiæ. ibid.

Primi tertiarij, qui ſub regula approbata à Sede Apoſtolica emittunt tria vota, ſunt verè Religioſi. q.2.n 4 ibid.

Alij ſunt tertiarij, in ſecundo genere qui emittunt tria vota, ſub aliqua regula approbata à Sede Apoſtolica, & non ſunt verè Religioſi. ibid.

Alij ſont, tertiarij de quibus hîc agimus, qui, nec tria eſſentialia emittunt, nec in communitate ſeu collegio habitant, ſed in propriis domibus, & iſti non ſunt, verè Religioſi. n.6. ibid.

Tamen optimè poſſet de eis dici, quod ſint ordo, vel Religio analogicè & ita de eis loquuotur Summi Pontifices. n.7. ibid.

Mulcum diſtant à confraternitatibus. n.8. ibid.

Cum hoc tamen ſtat, quod ſimpliciter, & abſolutè ſunt perſonæ ſæculares. num.9. p.363.

Poſſunt tamen dici aliquo modo perſonæ Eccleſiaſticæ. n.10.ibid.

Quæ verò Religiones, habeant tertiarios, q.3. ibid.

Sanctus Franciſcus primò inſtituit tertiarios. n.11.ibid.

Patres Dominicani habent tertiarios (inſtituente ſancto Dominico.) n.12.ibid.

Patres Auguſtiniani habent tertiarios, utriuſque ſexus. n.13.ibid.

Patres Carmelitæ habent tertiarios, utriuſque ſextus, de quo multa latiùs ſtatim. n.14.p.364

Servitæ Beatæ Virginis Mariæ habent tertiarios. o.19 ibid.

Religioſi minimi ſancti Franciſci de Paula habent tettiarios. n.16 ibid.

Religioſi Tertiarij ſancti Franciſci, habent etiam terriarios. Sæculares, utriuſque ſexus. n.17.ibid.

Patres Carmelitæ habent plenariam facultatem Apoſtolicam, inſtituendi, ac recipiendi, profeſſandique, tertiarios, utriuſque ſexus. q.4.n.18.p.364

Proponitur amplum indultum Apoſtolicum Sixti Quarti de hac re. n.19.ibid.

Notandom, quod quatuor dicuntur perſonæ utriuſque ſexus. n.20.p.365

Privilegium adinſtar. Secuodum jus eſt optima forma privilegij. n.21.ibid.

Probator ſecundo ex indulto Leonis X. n 24.ibid.

Probatur ex graviſſimis doctoribus. n.25. ibid.

Ponitur ſententia Apoſtolica pro Carmelitanis. n.26.27.p.366.

Propoſita appellatio contrariorum, quæ fuit deſerta, inutilis, & in ſuo robore, manet dicta ſententia. n.28.ibid.

De gratiis, indulgentiis, privilegiis, quibus gaudent Tertiarij, conceſſione facta à Sixto quarto. q.5.n.19.p.367

Ponuntur aliquæ conditiones ad talia privilegia obtinenda, & quid de Beatis dicendum. n.29.ibid.

Magno gratiarom theſauro fruuntur Tertiarij. n 30 ibid.

Valent recitare officia de ſanctis ordinis, ut ſunt in noſtro breviario Carmelitano. o.31.ibid.

Tempore interdicti, admittuntur ad divina, & ſepulturam Eccleſiaſticam. n.32. ibid.

Prædicti Tertiarij habitantes in ſuis propriis domibus ſubiiciuntur ordinario.n. 34,ibid.

Tertiarij, ſi exterius portant habitum Religionis, voventes caſtitatem, & gregatim viventes, gaudent privilegio Canonis. n 34 ibid.

Tertiarij habitantes in ſuis propriis domibus non gaudent ptivilegio Canonis.n. 35 p.368

Hos tertiarios, ad habitum valent recipere priores locales. q.6.n.39.p 369

De commiſſario, ſeu admonitore Tertiariorum juxta Pontificum decreta agitur. n.7. ibid.

De Regula Tertiariorum. ibid.

Tertiarij habent habitum proportionatum Religioni cujus ſunt Tertiarij. n.38.ibid.

Poſt lapſum anoum faciunt profeſſionem. n.39. ibid.

Aliqui Tertiarij promittunt ſervare mandata Dei, & cum tale votum nullam inducat obligationem, ut ipſi dicunt, non eſt verè votum. n.40.ibid.

Alij Tertiarij, (ut Carmelitam) promittunt obedientiam, & caſtitatem, ſecundum ſuum ſtatum, quod votum obligat, tantum venialiter. n 41 ibid.

Prælatus etiam in materia gravi poteſt obligare venialiter. ibid.

Tertiarij, de quibus agitur, ſi relinquant ſuum ſtatum, noo ſuot apoſtatæ. n 42. p.369.

Theologi.

In magno numero plos ſex millium in ſuis literis teſtificantur, & approbant puram, & immaculatam virginis conceptionem. O.4.q.18.n.140.p 533.

S. Thomas.

Apoſtolus maaimè celebrat Deiparam quòd non fuit cum aliis io peccato Adami damnata ſed ſic electa, ut ne in mioimo inſtanti Dei inimica exiſteret. O.4.q.10. n.62.p.52x

D. Thomas.

Doctor Angelicus docuit immaculatã Conceptionem Deiparæ. O.4.q.17. num.126. p.531.

Semper firmus in hac ſtetit ſententia, explicantur aliqua ejus loca, in quibus videtur contrarium doeere. n.130.& ſeqq. ibid.

S. Thomas poſt mortem apparet, & explicat ſuam mentem; ſcil. tantum fuiſſe locutum de debito peccati originalis n.136. p.532.

Et multis rationibus confirmatur mens D. Thomæ pro noſtra ſententia. num. 136. & ſeqq.

Threni Ieremiæ.

Sunt Canonici. O.1. R.1. quæſt. 21. num. 380.p.58

An Præfatiuncula, quæ ponitur in principio ſit Canonica, affirmat prima ſententia,cum ſuis fudamentis.n. 481. 482. ibid.

Secunda, & vera negat. num. 383. 384. 385.ibid.

Reſpondetur ad primum, ſecundum, ac tertium argumentum. num. 386.387. 388. ibid.

Miro artificio per litteras Alphabeticas, diſpoſuit Propheta hos threnos. n. 389. p.59

Cur cum quadruplici Alphabeto, per quatuor capita, diſponuntur threni. n. 390. ibid.

Una ſententia affirmat,quod Ieremias compoſuit Commentationes tempore Regis Ioachim. n.391.ibid.

Vera ſententia in morte Regis Oziæ. n. 392.ibid.

Deplorat mortem Regis Oſiæ, excidium Ieruſalem, ſublimiùs, & altiùs Chriſti Domini mortem. n.393.ibid.

Tobias.

Aliqui Patres videntur dicere non fuiſſe Canonicum, ſed alienum eſt ab eorum mente, & non eſſe pugnant hæretici. O.1. R.3. quæſt. 11. numero 275. 276. p.43

De fide certum eſſe Canonicum. num. 277. ibid.

Vterque Tobias Auctor hujus libri, & probatur hæc ſententia. numero 278 279 ibid.

Componuntur variæ verſiones circa rem. n.280.281. ibid.

Apertè conſtat ſcriptum fuiſſe Chaldaïcè. n.282. ibid.

Solvitur objectio contrariorum. num.283. ibid.

Computantur anni ætatis utriuſque Tobiæ. n.284.p.44.

Traditio.

Magnam habet auctoritatem, itaut juxta Chryſoſtomum ipſa ſufficiat. O. 3. R.2. q.1.n.8.p.508

Traditio Carmelita valdè firma & conſtans. n 8.9. ibid. & quæſt.3. per totam. p.509

A tempore Apoſtolorum uſque nunc conſtat ex perpetua traditione, quod Deipara fuiſſet concepta abſque ullo peccato originali. O.4. quæſt. 10. per totam. p.522

Tranſlationes Bibliæ.

Septuaginta, vide ſuo verbo.

Tranſlationes etiam extant, quas reddiderunt e. Hebræo.

Aquila.

Symmachus.

Theodotion.

Hiericuntina.

Nicopolitana.

Origeniana.

Luciinia.

Heſichiana.

De quibus agitur. O.2. R.4. quæſt.3. & 4. p.71.73.

Samaritana tranſlatio. ibid.q.5 p 73.

Chaldaïca. q.6.p.74

Syriaca,& Arabica. q.7.p.75

Perſica,& Æthiopica. q.8.p.76.

Aliæ tranſlationes modernæ ex Hebræo, & Græco.

Pagninus. n 510.p.76

Brixianus, ſeu Iſidorus Clarus. num. 511. p.77

Vatablus, cujus verſio dicitur Tygurina,& de ejus Scholiis. n.512.513.514.ibid.

Biblia Complutenſis. n.515.ibid.

Magnifica Biblia Regia. n.516.ibid.

Illuſtris Biblia Pariſienſis. n.517.ibid.

Biblia Fortunati. n.518.ibid.

Biblia Commelitana. ibid.

De quibus omnibus. q.9.n.519 p.78

Illuſtriſſima Tranſlatio Latina D. Hieron. q.9.p 76

Iam ſupra notavi quod ex mandato Sancti Domini Papæ Luſitani, Divus Hieronymus vertit in Latinum. O.1. R.4. q.10.n.520.521.p.78

Hæc tranſlatio,primo diſplicuit poſtea paulatim habuit magnam auctoritatem. numero 522.523.ibid.

Omnes ferè libri Scripturæ ſunt tranſlati à Divo Hieronymo. n.524.p.79

Aliquos non tranſtulit, nec omnes ex Hebræo. n.525 526 ibid.

Eccleſia in omnibus præter Pſalterium,utitur tranſlatione Divi Hieronymi. n.529. ibid.

Cur Eccleſia non utitur Pſalterio D.Hieronymi. n.536. ibid.

Ao Divus Hieronymus in tranſlatione Scripturæ habuiſſet aſſiſtentiam Spiritus Sancti? una ſententia negat, altera affirmat. n 531.531.p.80

Habuit aſſiſtentiam in majoribus, rebúſque majoris conſiderationis. ibid.

Quanta ſit auctoritas noſtræ vulgatæ Bibliæ poſt Concilium Tridentinum, ac decreta Summorum Pontificum: & tanquam totius rei fundamentum Concilij Tridentini decretum ponitur. O.1. R.4. q.11.n.536.537. ibid.

Quid per authenticam intelligat Concilium. n.538. p.81

Pro emendatione, ac correctione Bibliæ, multi Summi Pontifices zelo magno curarunt,perfecit Clemens VIII. n.539. ibid.

Inde eſt difficultas quæſtionis, una ſententia affirmat, altera & ſecunda negat. n.540.541.542. ibid.

Tertia, & vera ſententia explicat mentem Concilij,

Concilij , quod nullus propria auctoritate audeat aliquid immutare. num. 544. ibid.

Cautela Magiſtri Beñez in hac re. n. 545. p.82.

An expediat tranſlatio Bibliæ in unaquaque lingua vulgari , affirmant perperam hæretici. O.5. R.4. quæſt.12. num.546. p.82

Catholica veráque ſententia , tres habet partes. n.547.ibid.

Prima pars , non eſt intrinſecè mala in lingua vulgari. n.549.ibid.

Nullo modo convenit , ut Biblia ſit in lingua vulgari. n.550.ibid.

Meritò Eccleſia ſancta prohibet talem Bibliam in lingua vulgari. numero 551. ibid.

Probatur etiam hæc pars ex multis inconveoientibus. n.552.553 p.83.

Altera ſuprema ratione , talis Bibliæ tranſlatio in lingua vulgari eſt prohibita.n. 554 ibid.

Miſſa non poteſt dici in lingua vulgari. n 555.ibid.

Ponuntur , & ſolvuntur validè fundamenta hæreticorum . à num.556. uſque ad 566. pag.83.& 48

Trinitas.

Sanctiſſima Deipara à tota Trinitate fuit cuſtodita ab omni macula originali. O.4. q.6.n.31.p.514.

Deipara fuit munita ſigillo ſanctiſſimæ Trinitatis.

V

Veritas.

Contradictiones , ac oppoſitiones ſæpè ſunt in auxilium , ac ſubſidium veritatis, ut ipſa magis luceſcat. O.4. q.20. num.165.166. pag.537

Vita.

Vita , etſi multum æſtimabilis , & pro ejus conſervatione , ſit laborandum tamen multa incommoda faciunt ejus finem, & mortem exoptare , vita unde dicta & miſeriarum pœna. O.2.R 45. q.1.n.1. p.413

In pœnitentia agenda,non ſunt multi ſcrupuloſi viri juſti. n.2.p.414.

Ad vitam conſervandam ſolum tenentur mediis ordinariis. n.3.ibid.

An aliquando laudabile ſit , ſaltem licitum, propria manu vitam perdere , & mortem comparare : proponuntur ea , quæ pro parte affirmativa faciunt , cum multis exemplis. O.2.R.44. q.1.à n.2. uſque 9 p 408

Veritas Catholica ſtatuitur , magno pondere doctorum, ac utriuſque juris locis.q. 2.à n.10. uſque 12.p 409.

Probatur eadem veritas rationibus D. Thomæ , & primo ex naturali inclinatione, qua res appetit ſui conſervationem. O.2. R.44.q.3.n.13.p.410.

Ex charitate qua unuſquiſque tenetur ſeipſum diligere , & ex lege abſolutè prolata non occides. n.14.15 ibid.

Probatur ſecundò ex gravi damno , & injuria quæ fit Reipublicæ. numero 18. ibid

Reſpublica non poteſt dare licentiam , ut quilibet ſe occidat. n.19.20.ibid.

Probatur tertiò , quia ſolus Deus eſt Dominus vitæ. n.21.ibid.

Confirmatur , quia ille qui occidit ſervum alienum injuriam intulit domino. n. 22. p.411.

Et ſi homo , acceperit dominium omnium rerum non tamen de ſe ipſo. n.23.ibid.

Qui ſe alteri vendit non dat illi dominium, in vita, & corpore, ſed tantum in actionibus. n.24.25.ibid.

Viri , & fœminæ in ſcriptura ſeipſos occidentes , ut Samſon , Baccharius , Diva Apollonia , hoc fecerunt ex impulſu Spiritus ſancti. O.2.R. 44.q.4. à n.26. uſque 28 p.411.

Gentiles ſe occidentes hoc fecerunt ex arrogantia. n.29.ibid.

Explicatur Sanctus Hiaronymus , num. 31. pag.412.

Lucretia. & alij fecerunt ex imbecillitate animi. n.33.ibid.

Ponuntur , & ſolvuntur objectiones contrariæ, quæſtione 5.à num.33. uſque 45. pag.412. & 413.

Virtus.

Deipara hortus fœcundiſſimus omnium virtutum. O.4. quæſtione 19. num.152. pag.534.

Univerſalia.

Propoſitiones univerſales intelliguntur ſecundum majorem partem.O.4.quæſt.21. n.569.p.537.

Univerſitates.

Studiorum triginta principales totius orbis jurant defendere , ac tueri puram, & immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ. O.4. q.18.n.143.p.533.

Votum.

Ad ſubſtantiam Religionis , requiruntur tria vota ſubſtantialia. O.3. R.3. q. 16. n.136.137.138.p 499.

In lege veteri valdè ſolemnis fuit conſuetudo faciendi vota non ſolum in magnatibus , ſed etiam in hominibus communibus populi. O.3.R.3.quæſt.1.num.1.2. p.472

Suppoſita fide , de jure naturali eſt, Deum honorari per vota maximè. n.4.ibid.

In lege veteri in aliquibus dabatur votum caſtitatis. q.2.n.3.p.473.

Quod probatur ex Iſaia , & alius locis. ibid. n.7. 8 9 ibid.

Etiam ex ſanctis Patribus , qui caſtitatis votum appellant ingens. ibid.

Digitized by Google

Index Rerum.

In Rechabitis dabatur votum obedientiæ, caſtitatis, ac paupertatis. quæſt. 3. n. 15. uſque 22. p.475.

In Eſſenis etiam dabantur hujuſmodi vota. q.4. per totam. p.476.

In Elia, Eliſæo, ac Filiis Prophetarum, dabantur, hujuſmodi vota q.5. uſque ad q.10. p.478. & ſeqq.

Solvuntur argumenta, quæ faciunt contra hujuſmodi reſolutionem. à q.11. uſque ad q.17. p.490. & ſeqq.

Explicatur differentia interveniens inter monachatum, legis antiquæ ac gratiæ, & differentia inter utriuſque vota. O.3. R.3. q.18. à n.153. uſque 159. p.502

Circa vota, & monachorum Eliæ duplex decretum ſacræ inquiſitionis. O. 3. R.3. q.10. ad finem n.89. p.488.

Z

Zacharias.

ZAcharias, unus ex duodecim Prophetis minoribus, qui juxta D. Hieronymum Epiphanium rectè dicitur memoria Domini, de eo facit mentionem Martyrologium Romanum die 6. Septembris, floruit anno mundi 3431. ante Chriſtum 519. O.1. q.23. n.413. p.63

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google